



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
201
7 F
19





P. VERGILI MARONIS

OPERA

AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM EDIDIT PERPETUA ET ALIORUM ET SUA ADNOTATIONE ILLUSTRAVIT DISSERTATIONEM DE VERGILI VITA ET CARMINIBUS ATQUE INDICEM RERUM LOCUPLETISSIMUM

ADIECIT

ALBERTUS FORBIGER.



PARS III.

AENEIDOS LIBER VII—XII., CARMINA MINORA, DISSERTATIO DE VERGILI VITA ET CARMINIBUS ATQUE INDICES.





EDITIO QUARTA

RETRACTATA ET VALDE AUCTA.

LIPSIAE

SUMPTUM FECIT ET VENUMDAT I. C. HINRICHS.

MDCCCLXXV.

PROOEMIUM

EDITIONIS QUARTAE.

Redemptor huius libri honestissimus cum quartam eius editionem parandam esse mihi nuntiasset, diu dubitabam, num mihi iam seni oculorum infirmitate laboranti et in umbra degenti hoc opus, cuius difficultates non ignorabam, suscipere liceret; tandem vero dubitationes meas vicerunt et iteratae viri illius de hac editione optime meriti preces et officium grati animi exteris potissimum significandi, qui hanc Vergilianorum carminum editionem tanto favore et benevolentia exceperunt. Itaque omnibus scrupulis abiectis captoque novae editionis curandae consilio, quae huius aetatis desideriis, quoad fieri posset, satisfaceret, prompto animo opus aggressus sum, quod tamen brevi tempore absolvi non posse, facile praevidebam. Iam vero quae in eo novaverim, breviter mihi sunt indicanda. Servata quidem in universum priorum editionum ratione, quam exposui in editionis III. prooemio propterea infra denuo typis exscripto, hoc est non mutato consilio praeter meam singulorum locorum explicationem etiam diversas priorum editorum et interpretum sententias vel breviter examinatas vel simpliciter commemoratas cum lectoribus communicandi, qui, hic omnia collecta invenientes, quae viri docti in Vergilio[1]) explicando hactenus praestiterint, inter varias interpretationes eligendi optionem haberent et docerentur, ad quos fontes sibi in aliquem locum accuratius inquisituris recurrendum esset, primum omisi, quae solis tironibus erudiendis scripta viros doctos offendere poterant, (quamquam etiam in hac editione communi usui destinata non tam grammaticos, quam potius iuvenes bonarum literarum studiosos simulque unum alterumque eorum magistrum magna librorum supellectile non instructum, vel viros doctos aliarum atque antiquarum

1) Sic in hac IV. edit. cum recentissimis editoribus omnibus praeter Wagnerum (non sui animi, sed „circumspecto prudentissimi redemptoris iudicio obsecutum“) ex optimorum Codd. auctoritate nomen poetae scripsimus. (Cf. Diss. de Verg. vita et carm. adnot. 1.) In librorum tamen titulis summa fide describendis vulgarem nominis formam servandam putavimus, ne quid auctoribus invitis obtrusisse videremur. Quod autem attinet ad Genitivum, quem titulus in simplex i missum exhibet, vid. Wagneri Orth. Verg. p. 438 sqq. et quae ad Aen. IX, 151. adnotavimus.

literarum studiis deditos, qui Vergilium delectationis causa legunt, respiciendos censui), deinde permulta correxi et retractavi, quae vel ipse postea melius perspexi, vel ab aliis, qui recentissimis temporibus Vergilio operam suam navarunt, rectius explicata esse intellexi, alia autem in brevius contraxi, ut additamentorum insigni copiae locum pararem. Commentario enim omnibus fere, quae recentioribus temporibus de Vergilio vulgata sunt, studiose examinatis permulta adieci, quae meliorem poetae nostri intelligentiam iuvare possent. Quare non solum repetitas Wagneri[2]) et Ladewigii[3]) editiones atque novas Brycei[4]), Hauptii[5]), Ribbeckii[6]), Coningtonis[7]) et Benoisti[8]), sed etiam dissertationes et commentationes Ameisii[9]), Conradsii[10]), Dietschii[11]), Ditzenii[12]), Freudenbergii[13]), Gentii[14]), Hanovii[15]),

---

2) Quem doleo usqne ad mortem ita mihi succensuisse, ut in prooemiis suis omnes recentiores Vergilii editores et commentatores laudans me unum quaesita despicientia taceret et ignoraret, quo certe id effecit, ut editores quidam Germanici, non autem Britannici et Francogallici, ipsum iu eo sequerentur.

3) Cuius editio gymnasiorum usui destinata post a. 1852., quo tertia editio mea prodiit, non solum absolnta, sed iam quater repetita est.

4) Archibald Hamilton Bryce Vergilii opera *with english notes, original and selected* etc. Loud. et Glasg. 1858. 8. edidit, *taking as a basis the — — — third edition of Forbiger and comparing it carefully with the commentaries of Servius, Heyne, Wagner, Thiel, Gossrau, Henry, Ladewig* etc., commentariumque snum satis bonum etiam multis illustravit imaginibus.

5) Cuius alteram edit., quae Lips. 1873. prodiit, demum in carminibus minoribus edendis consulere mihi licuit.

6) Lips. 1859—1868. IV Voll. et Prolegomena critica. Lips. 1866. 8. mai.

7) *P. Vergili Maronis Opera with a commentary by John Conington.* Lond. 1865—1871. III Voll. 8 mai. (Vol. tertium huius excellentis editionis, quod Coningtone defuncto doctiss. Henry Nettleship absolvit, et ipsum Coningtonis nomine landavi, cum quae Coningtonis, qnae Nettleshipii essent, non satis constaret.)

8) *Oeuvres de Virgile. Texte latin avec un commentaire critique et explicatif par E. Benoist. Paris* 1867—1872., III Voll., qnam editionem laudabilem mihi non prius in manus venisse doleo, quam Vol. secuudi magna parte iam typis exscripta, ut eam demnm inde a libro IV. Aeneidos conferre possem. Ceterum huic viro doct., qui censuram Voluminis I. huius editionis meae inseruit commentariis inscriptis *Revue critique* a. 1874. No. 31. p. 69—74., non minus quam Bryceo et Coningtoni pro benevolo et honorifico, quod de editione mea tulerunt, iudicio maximas ago gratias.

9) Spicilegium explicationum Vergilianarum. Mühlh. 1851. (vid. infra p. XIII.) — Censura editt. Wagn. et Ladew. in Jahnii Novis Annal. LXI. p. 368—389. et LXII. p. 31—64. — *Das numen des Aeneas u. seiner Gefährten* in Mützellii *Zeitschr. f. d. Gymn.-W.* VII. (1853.) p. 931 sqq. Etiam huic viro doctiss. pro benevolo indicio de prima edit. mea facto, qua posteriores multo praestabiliores esse haud dubie iam intellexerit, obstrictissimum me sentio.

10) Quaestiones Virgilianae. Scr. *Conrads.* Col. Trev. 1863.

11) Theologumena Vergiliana. Grimae 1853. 4.

12) De locis qnibnsdam Vergilii scr. H. J. *Ditzen.* Emdae 1865. 8.

13) Vindiciarum Virgilianarum specimen. Scr. Jo. *Freudenberg.* Bonnae 1845. 4.

14) Annotationes criticae in Virg. Aeneidem. Lngd. Bat. 1864.

15) Schedae criticae ad Vergilii Georgica. Scr. O. *Hanow.* Lissae 1863. 4. et *Zu Vergil* in Mützellii *Zeitschr.* etc. 1857. p. 890 sqq.

Haeckermanni[16], Henrici[17], Hoffmanni[18], Kalmusii[19], Kappesii[20], Ladewigii,[21] Nauckii,[22] Peerlkampii[23], Puetzii[24], Regelii[25], Ribbeckii[26], Schraderi[27], Siebelisii[28], Steinmetzii[29], Tittleri[30], Abr. Vossii[31], Wagneri[32], Wilmsii[33], aliorum accu-

---

16) Explicationum Vergilianarum specimen. Gryphisw. 1853. — *Zur Erklärung Virgil's* Nr. 1—XII. in Jahnii *Archiv* etc. XVIII. (1852.) p. 309. et 431 sqq. — Commentatio in Aen. L. II. ibid. 1863. 4. — *Zu Virgil* in Mützellii *Zeitschr.* etc. 1854. p. 353 sqq. 441 sqq. 1855. p. 880. 1856. p. 277. 729 sqq. 1857. p. 103 sqq. 730 sqq. — Censura edit. Wagnerianae iisdem Ephem. a. 1865. Vol. XIX. p. 43 sqq. et p. 104 sqq. inserta. (Qui vir doct., cum editionem meam „bonae frugis plenam“ esse censuerit, me sibi obligavit quam maxime.)

17) *James Henry*, vir doctiss. et de Vergilio meritissimus, praeter libellos iam in prooemio edit. III. commemoratos haec edidit: *Notes of a twelve years voyage of discovery in the first six books of the Eneis.* Dresd. 1853. 8. (cuius libri exemplo mihi donato vir amicissimus, cum aestate a 1867. Dresdae commoraretur, summa liberalitate adiunxit copiosum additamentorum et correctionum fasciculum, ut ex eo, quae vellem, cum viris doctis communicarem). — Adversaria Virgiliana ex Philologi a Lentschio editi Vol. XI. XII. XIII. et XVII. (a. 1857—1861.) coniunctim publicata. — *Zu Virgil* in Jahnii *Jahrbb.* etc. 1856. p. 452 sqq. Nunc vero, postquam multo plures, quam ullus alius Vergilii editor, Codices in variis Europae terris contulit (quorum indicem pretium eorum indicantem cum multis lectionibus ex iis enotatis non rogatus benignissime mihi exhibuit: vid. infra adn. 36.) occupatus est in edendo copiosissimo opere totam Aeneidem complectente, cuius Vol. I. sic inscriptum *Aeneidea, or critical, exegetical, and aesthetical remarks of the Aeneis* et 128 paginis praeter Codicum et editionum antiquissimarum recensionem nil nisi commentarium ad Aen. I, 1—7. continens Lond. et Edinb. 1873. prodiit.

18) *Zeitschrift für die Oesterreich. Gymnasien. Jahrg.* 1853. u. 1854.

19) Quaestiones Vergilianae. Scr. Jo. *Kalmus.* Stralsund. 1859. 4.

20) *Zur Erklärung von Virgil's Aeneide* von K. *Kappes.* L. I. Fribnrg. 1859. L. II. Constantiae 1863. L. III. Donauesch. 1866. 8.

21) *Beurtheilung der Peerlkampschen Bemerkungen zu den ländlichen Gedichten Vergil's* von Prof. Dr. *Ladewig.* Neostrel. 1864. 4. et Philologi Vol. VII. p. 477 sqq.

22) *Vergil's Aeneis I,* 1—405. *erklärt von C. W. Nauck.* Regiomont. 1862. 4.

23) Qui a. 1861. multas coniecturas ad Eclogas et Georgica pertinentes protulit in Mnemosynes a Bakio et Cobeto Amstelod. editae Vol. X. p. 1—49. 113—163. 229—308. 367—388., quae, ut singulare viri sagacissimi ingenium, sic etiam nimiam eius andaciam testantur; omnes tamen a me sunt commemoratae, hic ibi etiam receptae, saepius vero refutatae.

24) Annotationes ad Virgilii Cirin. Colon. Agripp. 1846. 4.

25) Quaestionum Vergilianarum criticarum specimen. Scr. Car. *Regel.* Cellae 1866. 4.

26) Lectiones Vergilianae. Scr. Otto *Ribbeck.* Elberf. 1855. 4.

27) Guil. *Schrader* Censuram editionis Ladewig. protulit in Muetzellii *Zeitschr. f. d. Gymn.-W.* VII. (1853.) p. 720—727.

28) In Aeneidos ab Hoffmanno-Peerlkampio editae librum I. annotationes. Scr. Jo. *Siebelis.* Hilpershus. 1845. 4.

29) Annotationes in aliquot Virgilii locos. Scr. Car. Aug. *Steinmetz.* Merseb. 1846. 4.

30) *Tittler Ueber die Zeit der Veröffentlichung der Georgica Vergils.* Brieg 1857. 4. et in Novis Annal. phil. et paed. LXXXI. p287.

31) *Bemerkungen zu einigen Stellen des Virgil* von Abr. *Voss.* Crucenac. 1838.

32) Phil. *Wagneri* Lectiones Virgilianae in Philologi Supplem. I. (1859.) p. 307 sqq. (Cf. Addenda ad Vol. I. p. 541. et Vol. II. p. 787.)

33) *Wilms* Qua ratione Vergilius in Aeneide aut locuturum aliquem aut locutum esse indicaverit. Duisburg. 1865. 4.

rate contuli et excerpsi, Weidneri autem commentario omni laude dignissimo[34]), qui prodiit, quo tempore magna pars Vol. II. huius edit. iam typis descripta erat, me uti non potuisse vehementer doleo. (Vide tamen Addenda ad Vol. II.) Praeterea vero etiam praestantiores aliorum poetarum et scriptorum Rom. editiones recentioribus temporibus in lucem emissas, ut Lucretii a Lachmanno[35]), Plauti a Ritschlio, Horatii a Rittero, Propertii ab Hertzbergio, Ennii a Vahlenio, Macrobii ab Iano curatas, Ungeri librum de Valgio Rufo etc. diligenter inspexi, ut inde, quae ad singulos Vergilii locos rectius interpretandos valerent, excerperem, quamquam termini editioni meae positi his omnibus subsidiis eo, quo vellem, ambitu et integritate uti mihi non permiserunt. In ipsis Vergilii verbis ex optimorum Codicum auctoritate emendandis, novis subsidiis criticis praeter varias lectiones Henrici benevolentia mecum communicatas[36]) prorsus destitutus, plerumque praestantissimam Ribbeckii recensionem secutus sum, libero tamen iudicio meo usus multis etiam in locis ab eo discessi, cum hic vir doctissimus et sagacissimus studio quodam rariora et insolentiora sectandi ductus multo plura mutasse videatur, quam opus erat. Carminum minorum contextum permultis in locis immutavi, Hauptium potissimum et eundem Ribbeckium secutus, ipse autem a novis coniecturis abstinui, quarum iam nimis multae prolatae sunt, cum sane hacc carmina corruptissima largam praebeant coniectandi occasionem. Quod ad orthographiam attinet, in multis quidem vocabulis Ritschlii, Lachmanni, Fleckeisenii, Brambachii aliorumque recentiorum praecepta respicientes nunc antiquiorem scribendi rationem ex Mediceo potissimum libro revocavimus, omnes tamen archais-

---

34) *Commentar zu Vergil's Aeneis Buch I. u. II. von A. Weidner.* Leipz. 1869. — Etiam *Poehligii Beitr. zur Kritik u. Erklär. von Verg. Aen. Lib. I. Stendal.* 1871. 4. aliisque quibusdam libellis eadem de causa nondum mihi licuit uti.

35) Cui viro meritissimo, quantum ad me attinet, dudum condonavi insolentiam illam et inhumanitatem, qua me non minus quam Haverkampum, Wakefieldum, Eichstadium, Orellium, alios tractavit, cum ipse nunc doleam iuvenilem audaciam meam, qua ante hos XLVI annos Teubneri precibus cedens C. Beiero suasore accessi ad opus tam difficile, quale tunc erat Lucretii editio critica, quamquam non defuerunt viri docti, qui periculum meum non omni laude indignum censerent, quod sane C. Lachmannus non satis potuit mirari, quem adeo celeberrimus Ritschlius Opusc. II. p. 434. „nimium fuisse in Forbigerum invehendo" indicat.

36) Cf. supra adn. 17. Contulit vir doctiss. praeter libros scriptos, qui in exteris terris asservantur, in sola Germania nostra et Helvetia non minus quam LIX Vergilii Codices, tres Gudianos, tres alios Guelpherbitanos, unum Helmstadiensem, unum Hamburgensem, tres Rehdigeranos (Vratislaviae), duo Lipsienses, unum Dresdensem, quatuor Gothanos, septem Monacenses, octo Vindobonenses, unum in coenobio Neoburgensi iuxta Vindobonam inventum, duo Bambergenses, unum in Bavariae arce Weissenstein asservatum, duo Erlangenses, quatuor Basilienses, decem Bernenses et sex Sangallenses, quorum omnium varias lectiones in L fere Aeneidis I—VI. locis viri amicissimi benevolentiae debeo, quas etsi uentiquam neglexi, afferre tamen dubitavi, ne ipsius amplum commentarium mox exspectandum praeoccuparem. Evulgavit nunc recensum omnium Codd. a se collatorum in libri *Aeneidea* inscripti Vol. I. p. XI—LX.

mos post Phil. Wagnerum (in Vergili Carminibus ad pristinam orthographiam revocatis, Heynianae edit. Vol. V.) ab Hauptio et Ribbeckio receptos (ut paulo asperiores formas thensaurus, formonsus etc.) repetere dubitavimus, ne nimis cascus nitidissimorum carminum habitus lectores offenderet et iuvenes bonarum literarum studiosos consternaret. Distinctionem contextae orationis permultis interpungendi signis deletis, quantum fieri potuit, minuimus et simpliciorem reddidimus. Numerus locorum, quos poeta noster vel ab aliis scriptos ipse imitatus est, vel aliis scribendi exemplum praeivit, quibusque comparandis semper multum operae navavimus, ex largo Woldem. Ribbeckii penu valde potuit augeri; Grammaticos vero singulos Vergilii versus afferentes, quorum locos diligenti cura collegit Otto Ribbeckius, tum tantum laudavimus, ubi vel lectio vel interpretatio aliqua eorum auctoritate fulcienda erat. Praeterea pro Argumentis ex Heyniana editione repetitis nunc nova ipse conscripsi et in aliorum sententiis afferendis, Heynii brevioribus scholiis exceptis, magis etiam, quam in edit. II. et III., abstinui ratione illa, quam in prima editione haud raro secutus sum, ut aliorum adnotationibus ad verbum descriptis auctores ipsos loquentes inducerem, quod quam odiosum sit, experientia edoctus sum; quamquam si idem meis adnotationibus evenisset, id mihi multo exoptatius fuisset, quam quod alii quidam nomine meo suppresso mea pro suis venditarunt. Equidem certe neutiquam probare possum rationem illam nunc fere usu receptam, qua editores omnia suo nomine pronuntiant, ac si nemo idem iam antea dixisset; sed potius interpretum nomina, qui novam aliquam opinionem protulerunt, ubique mihi adiicienda esse putavi, etsi ipse plane cum iis consentiebam. Librorum non Latino sermone scriptorum titulos tum tantum Latine reddidi, ubi hoc commode fieri poterat (ut Iahnii Annales phil., Museum Rhenanum, Corssen de pronunt. etc.), practerea autem vernaculos servavi, (ut Muetzell. *Zeitschr. f. d. Gymn.-W.*, *Zeitschr. f. d. Oesterr. Gymn.*, Neue *Formenlehre*, Henry *Twelve years voyage* etc.), quod nemo, puto, improbabit. Denique Indicem melioris conspectus causa in quatuor partes divisi et valde locupletavi. His expositis asseverare possum, nullam fere huius novae editionis paginam sine multis correctionibus et additamentis mansisse; quo factum est, ut ambitus eius circiter CCL paginis cresceret. Quod autem de rebus quibusdam diversis locis bis dictum est, quod indicem retractans intellexi, id lectores seni oblivioso benevole condonare et alterum locum ex altero supplere velint. Sed — „habent sua fata libelli", atque etiam haec nova editio iniquitatem temporum experta est. Cum enim Commentario meo maximam partem iam ante bellum novissimum composito et tertia fere parte Vol. secundi typis iam exscripta bellum exortum operas ad militiam avocaret multaque prela typographica insistere cogeret, ea calamitas etiam meo libro fraudi fuit, in quo typis exscribendo demum bello finito et exercitu reverso rursus pergi poterat, ita ut inter primas et ultimas eius plagulas ab operis descriptas sex annorum

spatium intercederet, quare multis additamentis extremis Voll. I. et II. adiectis opus fuisse nemo mirabitur, quamvis hoc ipse quam maxime doleam. Ceterum grato animo attestor, in libro typis describendo typothetas Lipsienses imprimisque doctum correctorem, Cand. philol. A. R. Jenne, tanta diligentia et circumspectione versatos esse, ut perpauca tantum menda typographica supersint corrigenda, quae lector benevolus facile animadvertet.[37] Sic igitur hanc novam editionem, qua non acuminis et sagacitatis, sed tantum diligentiae et sobrii iudicii laudem affecto, et in qua multa desiderari reprehendique posse me non fugit, virorum doctorum indulgentiae etiam atque etiam volo commendatam.

37) Sic Vol. I. p. 319. lege *fertilis* (pro *fetilis*). p. 480. *notos habuere* (pro simplici *habuere*). p. 492. *reppulit* (pro *repulit*). p. 520. numerum 427. (pro 472.) Vol. II. p. 143. *dei* (pro *dii*). p. 181. dele *per* post *insidiarum*. p. 237. lege *adiuvisse* (pro *adiuvasse*). p. 451. *comens* (pro *comans*). p. 614. Geo. II, 252. (pro III, 252.) p. 495. dele locum Aen. IV, 457. Vol. III. p. 27. lege *amans*, *ut* pro *aman*, *sut*). p. 369. *iniquis* (pro *inquis*) etc.

PROOEMIUM

EDITIONIS TERTIAE

DENUO TYPIS EXSCRIPTUM.

Quod Graecorum Romanorumque scriptorum editionibus paullo maioribus his potissimum temporibus antiquarum literarum studiis minus faventibus admodum raro contingere solet, ut iterata cura repetendae sint, id Virgilianis carminibus a me ante hos duodecim annos primum editis iam bis contigisse, est sane quod laeto gratoque animo praedicem; nam etiam alterius editionis quinque abhinc annis in lucem emissae exemplaribus omnibus divenditis iam tertia desideratur editio. Ipse autem, quo hic qualiscunque liber exceptus est, favor plane singularis mihi vel nolenti persuadere debebat, operam incomparabili poetae a me navatam non prorsus vanam et inutilem fuisse eamque ipsam rationem, quam in adornanda hac editione secutus sum, quamvis a censoribus quibusdam paullo iniquioribus satis acerbe reprehensa sit, aliis tamen viris doctis non improbatam esse et iuvenum studiis liberalibus operantium commodo ita satisfecisse, ut in repetendis editionibus plane ab ea recedere non modo non necessarium, sed inconsultum videri deberet; quamquam ingenue profiteor, me, si nunc primum mihi edendus fuisset Virgilius, aliam viam initurum et unum modo literatorum hominum genus, aut viros modo iam eruditione ornatos, aut solos iuvenes literarum ediscendarum studiosos spectaturum fuisse, cum haec editio potius usui quam maxime communi esse omniumque rationibus consulere studeat, quare praeter multa iuvenibus literarum studiosis scripta, quibus doctiores libenter careant, haud pauca etiam continet, quae virorum doctorum scientiae accommodata ab iuvenum illorum captu usuque aliena censenda sint. Consilium igitur, quo in Virgilii carminibus edendis ductus sum, cum etiam in hac tertia editione omnino idem manserit, opus esse videtur, ut ante omnia quae ad hoc ipsum consilium declarandum faciant, ex longiore primae editionis prooemio repetam. In tot enim Virgilii editionibus diversissimi generis et partim laude mea longe superioribus desiderabatur tamen editio non nimis ampla et modico pretio parabilis, quae commentario perpetuo et recentioribus elegantium literarum profectibus accommodato instructa optimas quasque et cognitione dignissimas priorum editorum ad-

notationes ita in unum coniunctas contineret, ut quae ab illis vel prorsus neglecta, vel obiter tantum commemorata essent, prudenter suppleret et augeret variasque eorum sententias, saepe in diversissimas partes abeuntes, breviter examinando vel comprobaret, vel reiiceret et veriora iis substitueret, et cum priores editores, si Iahnium et Wagnerum exceperis, tantum non omnes in sola rerum et verborum explicatione occupati grammaticas rationes fere prorsus neglexerint et imprimis particularum veras significationes ignorantes vel despicientes in multis locis interpretandis graviter erraverint, has quoque res grammaticas iuxta cum metricis et prosodicis accuratius respiceret; quare equidem ad talem editionem curandam me accinxi, quae, quantum fieri posset, omnia complecteretur ad Virgilium recte et facile intelligendum necessaria, ideoque maxime quidem iuvenibus in gymnasiis et academiis ad literas incumbentibus destinata, simul vero etiam magistris aliisque viris doctis, quibus rei pecuniariae inopia magnam librorum copiam acquirere non permittit, quorumque commodo maiores editiones hactenus in lucem emissae et impenso tantum pretio venales minus prospiciunt, non prorsus ingrata esset et inutilis; quod quidem consilium meum etiam minus locupletibus, qui non solum inter discipulos et academiarum cives inveniuntur, largos illos fontes aperiendi, ex quibus recentioribus temporibus melior et fructuosior Virgilii interpretatio profluxit, ut praecipue considerare et inde etiam inaequalitatem illam adnotationis diversis variorum desideriis satisfacturae iudicare velint, censores benevolos iterum iterumque rogatos volo. Primum igitur cum mihi, novis subsidiis criticis prorsus destituto, novam contextus recensionem instituere in mentem venire non potuerit, qua omnino post Heynii et Wagneri laudabile studium hac in re positum vix opus esse videtur, retinui plerumque lectiones a Wagnero, Medicei potissimum codicis auctoritatem spectante, receptas, et ubi ab eo recedendum mihi videbatur, id causis adiectis accurate exposui, omnino autem multo minus critici, quam interpretis partes mihi agendas esse censui, quamvis sciens nullam scripturae discrepantiam vere memorabilem plane intactam praetermiserim; in distinctione autem verborum, quae quam multum valeat ad singulos locos recte et facile intelligendos inter omnes constat, haud raro a Wagnero discessi, non minus vitans priorum editorum rationem, quae nimis multis interpungendi signis verba onerans non iuvat, sed impedit potius et difficiliorem reddit lectionem, quam recentiorum quorundam nugas, qui omnes fere distinguendi notas exsulare iubent, meamque ipse viam secutus, mediam illam inter nimium et parum, qua non admodum multa distinctione, sed apto loco facta, legentibus optime consultum esse staturem. Iam quod ad commentarium attinet, id primum mihi respiciendum esse duxi, ut sensum cuiusque loci sive ab aliis sive a memet ipso recte et accurate explicatum haberes; quare si quis priorum editorum aliquem locum iam satis bene interpretatus videbatur, eius adnotationem aut ipsius auctoris verbis servatis (quod tamen in posterioribus editionibus multo rarius, quam in prima, et plerumque tantum in brevioribus

Hoynii notis factum vidobis), aut excerptam et in brevius contractam, sed auctoris nomine ubivis addito, repetii, ita ut ipse aut nihil omnino adderem, aut verbo tantum sententiam eius probarem, ubi vero varias sententias propositas invenissem, potiores earum breviter diiudicarem et, si nulli calculum meum addere possem, ipse novam aliquam interpretationem tentarem, qua tamen in carminibus toties iam virorum doctissimorum studio explanatis rarius omnino opus fuisse nemo facile mirabitur. Porro praeter res ad mythologiam, geographiam, antiquitates, historiamque et rerum gestarum et naturae pertinentes imprimis poeticum scribendi genus et Virgilianum dicendi usum resque grammaticas et metricas adnotatione mea illustrare studui. Cuius quidem operis quamvis Phil. Wagnerus Quaestionibus Virgilianis doctissimis, ingentis vereque admirabilis diligentiae et perseverantiae documentis, magnam iam partem occupaverit, nihilominus eiusmodi quoque observationum non paucas a me additas esse neminem latebit, qui commentarium meum attento animo perlegerit, idque iam publice a censoribus editionis meae agnitum et probatum esse laetor. Qui si a me in alteram potius partem modum excedente multo plura, quam opus fuisset, adnotata esse censuerunt, accidit tantum, quod praevideram. Praedixi enim non defuturos, qui maxime de locis parallelis et exemplis, quae usum aliquem dicendi comprobarent, nimis larga manu adspersis deque viris doctis, qui super hac vel illa re grammatica accuratius disputaverint, nimis frequenter laudatis mecum expostularent; sed in librorum philologicorum ingenti copia, qua nostram aetatem obrutam videmus, iis quoque iuvenibus prospiciendum putavi, quibus ex pluribus, qui vel eundem usum sequuntur, vel eadem de re scripserunt, unum modo alterumve conferendi occasio suppetat. Quare me non vanam quandam doctrinae multaeque lectionis laudem affectasse, sed hac etiam in re verae iuvenum literis operantium utilitati consulere voluisse, aequus operis mei censor facile sibi persuadebit. Quod autem attinet ad quaestiones de tota, quam vocant, carminum oeconomia, de pulchri et decori sensu, quem poeta in singulis locis vel prodiderit, vel desiderari in se passus sit, de Aeneidos cum Homeri carminibus comparatae vel virtutibus vel maculis harumque similibus rebus, quas Car. Fried. Naegelsbachius, doctissimus idem atque aequissimus censor editionis meae Monacensis (Münchener Gel. Anzeigen 1838. Nr. 109—111.) meo non minus quam Wagneri commentario rarius modo adspersas esse conqueritur, has mihi quidem a tali commentario maximam partem alienas videri ingenue profiteor. Quaedam tamen huius generis in Diss. de Virgilii vita et carminibus huic editioni praemissa attigi; alia in singularibus excursibus tractanda fuissent, qui ambitum ideoque etiam pretium huius editionis nimium quantum auxissent. Verborum denique scribendorum sive orthographiae eam retinui rationem, quae nunc vulgari usu recepta est, etsi Codices, imprimis Mediceus, qui fere solus hic in censum venit, haud pauca continent alius, i. e. antiquioris, orthographiae vestigia. Alia est enim Virgilii,

alia e. g. Lucretii causa, de cuius in hoc genere ratione egimus in Praef. editionis nostrae p. X sqq., neque omnia, quae ille caseao et obsoletae orationis imitator ex Naevii, Ennii, Paeuvii actate arripuit, in politissima et nitidissima Virgilii carmina transferri possunt. Ab hac certe editione, cui hoc fere unum est propositum, ut iuvenibus literarum studiosis adiutrix sit in Virgilianis carminibus melius intelligendis, eiusmodi spinosas et taedii plenas disquisitiones orthographicas neminem postulaturum esse spero. Qui talia curant, adeant Wagnerianae editionis Vol. V., quo „Vergilii carmina ad pristinam orthographiam, quoad eius fieri potuit, revocata" cum doctissima de orthographia Virgiliana dissertatione continentur.

His de consilio et ratione editionis meae expositis superest, ut quid in posterioribus editionibus praestiterim et in quibus robus illae a prima differant demonstrem. Editioni alteri, quae prorsus immutata prodiit a. MDCCCXLV sqq., primum accesserunt additamenta duo plane nova, brevis Diss. de Virgilii vita et carminibus (hac tertia edit. pluribus in locis correcta et insigniter aucta) et carmina Virgilii minora brevi adnotatione illustrata, ut plenissima haec esset editio neque quidquam in ea desideraretur, quod communis certe opinio Virgilio auctori tribueret. Quae tamen carmina minora cum non nisi amicorum quorundam et redemptoris honestissimi precibus victus adiicerem, et temporis et spatii angustiis circum scriptus nihil aliud efficere potui, nisi ut brevi commentario subiecto certe sensum singulorum locorum nemini dubium relinquerem; qui autem in haec carmina a iuvenibus literarum studiosis non faeile lecta accuratius inquirere vel criticum eorum examen instituere volunt, ii ad Silligianam editionem, cui commentarius meus permulta debet, ablegandi snnt; (quamquam etiam his carminibus explicandis hac tertia editione melius provisum esse viri docti facile sibi persuadebunt). Deinde praeter ea, quae censores mei, et aequiores, ut Naegelsbachius et Paldamus, et iniquiores, ut Wagnerus,[1] Hildebrandus et Ladewigius,[2] contra me disputarunt, illa potissimum studiose examinavi, quibus interea Iahnius (in altera edit.), Süpflius et imprimis Peerlkampius de Virgilii carminibus vel emendandis vel interpretandis bene mereri studuerunt, ot potiora eorum paucis verbis aut comprobata aut refutata in editionem meam transtuli; praecipue autem meum esse duxi, ut omnes doctiss. Peerlkampii coniecturas et opiniones, quae tantum hominum doctorum admirationem movissent, cum lectoribus breviter communicarem, quamquam ad eas accuratius examinandas nec tempus nec spatium mihi concessum sufficiebat, unde factum

---

1) Quem tamen in editione minore aliquoties a sententiis prius propositis recedentem mecum consensisse vidi.

2) Quem nihilominus ex indice, quem Vol. II. editionis suae his ipsis diebus in lucem emisso adiunxit (*Verzeichniss der Stellen, in welchen ich vom Texte der kleinen Wagner'schen Ausgabe abgewichen bin, mit Angabe der Gelehrten, an welche ich mich angeschlossen habe*), in duodecim VI priorum Aeneidos librorum locis mecum potius, quam cum Wagnero, fecisse intellexi.

est, ut non nisi de memoria dignissimis et maxime speciosis pluribus verbis disceptarem, ceteras autem, imprimis cum pleraeque eiusmodi essent, quae longa refutatione non indigerent, verbo indicasse satis haberem. Praeterea autem tam multa correxi, omisi, in brevius contraxi, tam multa etiam, quae necessaria videbantur, de meo adieci, ut illa editio iure meritoque „aucta et plane immutata“ dici posset. Eandemque rationem etiam in hac tertia editione secutus sum, cuius nulla fere pagina multas magnasque mutationes non experta est, quas nec inter geographica studia umquam plane intermissa Virgilianorum carminum lectio provocavit, quamquam non nego, etiam alias Virgilii editiones his proximis annis publici iuris factas, Wagneri potissimum editionem minorem[3]) et Gossravianam[4]) Aeneidos editionem, haud pauca mihi praebuisse, quibus editionem meam augerem et supplerem; quod viri illi doctissimi eo minus gravabuntur, quo magis sese etiam mea in suam rem convertisse sciant, ut hic illud „Hanc veniam petimusque damusque vicissim“ iure valere videatur. Ladewigii editionem[5]), quae eodem tempore, quo haec mea, sub prelo typographorum sudavit, non nisi in extremis Georgicorum libris consulere potui, pariterque doleo, me Car. Ameisii Spicilegio explicationum Virgilianarum (Mühlh. 1851.), quo de multis Eclogarum et Georgicôn locis (contra Wagnerum et Ladewigium) doctissime disseritur, uti nequivisse, cum Vol. I. editionis meae iam a. 1850. exeunte totum typis descriptum esset[6]). Quae autem praeterea nuper in exteris prodierunt Virgilii editiones[7]), ex iis plane nihil capere potui lucri. Contra haec tertia editio aliam experta est accessionem satis memorabilem, quam hominibus literatis haud ingratam fore speramus. Vir enim doctissimus Iames Henry, medicus Dublinensis, qui aliis omnibus negotiis depositis iam ex aliquot annis totus versatur in Aeneide perscrutanda rectiusque, quam ipsi adhuc

3) P. Virgilii Maronis Carmina breviter enarravit *Phil. Wagner.* Lips. 1845. 8. mai. edit. II. 1849.

4) P. Virgilii Maronis Aeneis. In usum schol. annotatione perpetua illustravit *God. Guil. Gossrau.* Quedlinb. et Lips. 1846. 8. mai.

5) Virgil's Gedichte erklärt von *Th. Ladewig.* 1. Bändch. Bucolica u. Georgica. Leipz. 1850. 2. Bändch. Aeneide Buch I—VI. L. 1851. 8. (quod alterum Vol. his ipsis demum diebus prodiit, cum meae editionis Vol. II. iam totum typis exscriptum esset).

6) Quid statuendum sit de novissima Virgilii editione, quam his ipsis diebus Guil. Freundius emittere coepit (P. Virg. Mar. Carmina, mit deutschen Anmerk. für d. Schulgebrauch bearbeitet von *Wilh. Freund.* 1. Hft. Aeneide B. I—V. Bresl. 1851.), dicere non possum, cum eam prodiisse tantum has ipsas plagulas mendorum typographicorum causa percensenti mihi innotuerit.

7) P. Virg. Mar. Opera. Cum adnott. Heynii, Wagneri, Wunderlichii, Forbigeri, aliorum ed. *Thomas Kerchever Arnold.* Lond. 1845 sqq. (opus ne unam quidem ipsius editoris, qui solum „excerpendi munus suscepit,“ adnotationem continens) et P. Virg. Mar. Opera. *Texte revu avec commentaire et un traité sur les principales particularités de la syntaxe poétique, par Fr. Dübner.* Paris 1851. 8. min. (cuius editionis commentarius brevissimus scholarum usui scriptus, quantum his paucis diebus, quibus mihi ad manus est, intelligere potui, nihil omnino novi continet).

factum videtur, explicanda, et ea sola de causa Saxoniam nostram petivit, ut Phil. Wagnerum et memet ipsum inviseret suasque opiniones nobiscum communicaret, cum ex me audivisset, iam tertiam operum Virgilianorum editionem mihi esse curandam, me rogavit, ut potiora certe eorum, quae ipse de VI prioribus Aeneidos libris cum in singularibus libellis Anglico sermone conscriptis [8]) iam antea exposuerit, tum nunc coram mecum disputaverit, vel ex commentationibus illis in editionem meam recepta vel ex colloquiis nostris primum publicata in virorum doctorum notitiam perferrem; cui quidem viri doctissimi voluntati eo minus deesse volui, cum, quae excogitaverit, etsi viris doctis non omnia probabuntur, pleraque tamen ita sint ingeniosa, ut certe ad altius perspiciendum et subtilius cogitandum quam maxime debeant excitare.

Sic igitur hanc quoque Virgilii editionem, in qua etiamnum multa desiderari et reprehendi posse infitias ire noluerim, emitto bona cum spe fore ut iuvenibus potissimum ad literarum studia incumbentibus optatam utilitatem afferre pergat atque etiam viris doctis non prorsus improbetur.

Scr. Lipsiae m. Octobri a. MDCCCLI.

---

8) *The Eneis, Books I. and II. rendered into English blank iambic, with new interpretations. By James Henry, M. D. Lond.* 1845. 8. et *Commentaries on, and illustrations of the Eneis of Virgil. By James Henry* etc. in: *Classical Museum* Part. XIX. XX. XXI. et XXIV. (quae omnia tantum ad duo primos libros pertinent).

DISSERTATIO

DE

P. VERGILI MARONIS VITA ET CARMINIBUS.

P. Vergilius [1]) Maro Andibus, vico Mantuano [2]), Idibus

1) Sic Codd. Medic. et Rom., Fragm. Saugall. in loco Geo. IV, 563. et Scholia ab Angelo Maio edita nomen exhibent. Ceteri Codd., si viris doctis, qui eos inspexerunt, fides est habenda, vulgarem et posteriorem nominis scribendi rationem sequuntur. Graeci modo *Οὐιργίλιος* s. *Βιργίλιος*, modo *Οὐεργίλιος* scribunt, pariterque etiam in veteribus monumentis et numis utraque nominis forma invenitur. Cf. omnino Corrad. et Ruaeus in Vit. Virg. pr. Fabricii Bibl. Lat. Vol. II. p. 226. Castalio de recta scribendi Vergilii nominis ratione in Miscell. Ital. erud. ed. Robertus. Parmae 1690. 4. p. 117 sqq. Burmann. Anthol. Lat. T. I. p. 399. Heyn. Vit. Virg. T. I. p. CVIII. Garaton. et Wunder. ad Cic. or. pro Planc. c. 40. Fragmm. Oratt. Cic. a Beiero edita p. 95. Osann. in *Zeitschr. f. d. Alterthumswiss.* 1840. n. 144. p. 1117 sq. Wagneri Orthogr. Verg. p. 479 sqq. et Müller de Codd. Virg. p. 2 sqq. — Süpflius *Einleit.* p. XI. putat, fortasse Parthenii, i. e. Virginei, nomen ansam dedisse verae nominis formae Vergilii in alteram Virgilii mutandae (cf. infra not. 82.); priorem autem Glück in libello *Die bei C. Iul. Caesar vorkommenden Celtischen Namen* (München 1857.) repetit a Celtico vocabulo *vergo* (nostro *Werk*), ut Vergilius significet opus rusticum facientem, quae quidem opinio, cum poeta Galliae Cisalpinae civis fuerit, satis probabilis videtur. Ceterum etiam recentissimis temporibus non defuerunt, qui vulgari nominis scribendi rationi patrocinarentur, ut Schultz. in Progr. Brunsberg. 1855. (Quaestionum orthograph. decas) p. 23 sq. et Conrads. in Quaest. Virg. (Aug. Trev. 1863.) p. 1. Ut autem Conradsio concedamus, *Vergilium* rusticam nominis formam esse, inde tamen non sequitur nos oportere *Virgilium* scribere; recte enim Schuchardt. *Vokalism. des Vulgärlateins* II. p. 58.: „*doch ist zuzugestehen, dass auch ein ursprünglich rustikes Vergilius zum einzig rechtmässigen Namen einer Familie werden konnte*".

2) Distabat hic vicus, qui nunc dicitur *Pietola* (cf. Cluveri Ital. ant. p. 257. et Millin *Voyage ch.* 24.) atque poetam nostrum protulisse refertur a Donato, Hieronymo et Probo, ab ipsa urbe Mantuae tribus mill. passuum et in loco editiore conditus erat, ita ut Vergilii ager, ab ipso vico Mantuam versus porrectus, ad radices montis inter Padum et Mincium situs esset in loco ab altera parte lapidoso, ab altera paludoso. (Cf. Ecl. I, 47 sq. 56. VII, 12 sq. IX, 7 sqq.) Cum Andes tam vicinae fuerint Mantuae, non mirum est, Vergilium saepe *Mantuanum* dici (cf. Cluverus l. l. Macrob. Sat. I, 24, 2. et Vergilius ipse Geo. III, 10 sqq.), vel etiam, cum Mantua ab Etruscis condita haberetur, a Phoca Gramm. in Vita Verg. v. 21. *Etruscum vatem* appellari. (Cf. Weichert. de L. Varii et Cassii Parm. vita et carmm. p. 230.) Mantuae autem posterioribus temporibus omnibus usque ad saeculum XV. poetae nostro singulares honores habiti. Vid. Schöll. *Hist. de la littér. Rom.* T. I. p. 231. et 377.

Octobr. [3]) anni ab U. C. 684. s. 70. a. Chr. n., M. Licinio Crasso et Cn. Pompeio Magno Coss., natus est [4]). Parentes habuit honestos quidem et satis numatos, sed obscuros et villaticos [5]), qui praedii, quod Andibus habebant, reditibus vivebant et nullis sumptibus parcentes filium, cui diu servabantur [6]), liberaliter educandum curabant. Pater, colonus Andinus, quem Grammatici temere figulum fuisse finxerunt, et ipse Vergilius Maro dicebatur, mater autem Maia s. Magia Polla [7]). Usque ad annum aetatis XVI. Vergilius Cremonae vixit [8]), hoc autem anno (ab U. C. 699. s. 55. a. Chr. n. Crasso et Pompeio iterum Coss.) toga virili sumpta [9]) Mediolanum et paulo post Neapolin se contulit [10]), ut liberaliore institutione frueretur, ibique a Parthenio Grammatico in Graecis potissimum literis eruditus est [11]). Anno circiter 707. s. 47. a. Chr. n. Romam migravit, ubi a Syrone, philosopho Epicureo [12]), philosophiam edoctus

---

3) Vid. Martial. XII, 68. Auson. Idyll. V, 26. et Phlegon Trall. in Phot. Bibl. XCVII. p. 267. ed. Rothom. Diem natalem Vergilii a viris doctis inter dies festos habitum esse, eum ex his ipsis locis, tum ex Plin. Epist. III, 7. apparet.

4) Cf. Sueton. rell. p. 43. Reiff. Donat. Vit. Virg. §. 2. (p. 54. Reiff.) Phocas v. 20. 21. Hieron. Chr. p. 151. et p. 40. (ed. 1658.) et Phlegon ap. Phot. l. l. (Errant Eusebius, Chron. Pasch. et Idatius Fast. cons. 685., Vergilium sequente demum anno natum esse referentes.)

5) Quare Macrob. V, 2. in. *Unde enim Veneto, rusticis parentibus nato, inter silvas et frutices educto, vel levis Graecarum notitia literarum?* Venetum antem Maronem secundum Heynium vel eum irrisione appellat, ut tanto magis eum a cultu Graecarum literarum alienum fingeret, vel posteriora tempora respiciens, quibus Venetiae fines usque ad Adduam fluvium extendebantur.

6) Secundum Donat. §. 25. (p. 57. R.) Vergilius parentes iam grandior natu amisit; et si Catalecticorum carmen X. vere a poeta nostro scriptum est, pater certe a. 714. adhuc in vivis erat.

7) Vid. Donat. Vit. §. 1. 3. (p. 54. R.) et Phocas v. 11. Mater iam vidua patri poetae nostri videtur nupsisse, eum Donatus §. 56. (p. 63. R.) Valerium quendam Proculum, Vergilii fratrem „ex alio patre" procreatum commemoret. Germani eius fratres fuerunt Silo et Flaccus, qui uterque ante eum vita decessit. (Donat. §. 25. p. 58. R.)

8) Hieron. in Euseb. Chron. p. 151. ad Olymp. 180, 3.: *Virgilius Cremonae studiis eruditur.* Donatus vero §. 6. (p. 55. R.) eum tantum usque ad septimum aetatis annum Cremonae degisse refert.

9) Sic certe Donat. l. l., qui togam virilem ab eo sumptam perhibet iisdem Consulibus, quibus natus fuerit.

10) Cf. Donat. §. 7. (p. 55. R.) Hieron. vero in Chron. Euseb. ad Olymp. 181, 4. Neapolin plane omittit, sic scribens: *Virgilius sumpta toga Mediolanum transgreditur, et post breve tempus Romam pergit.* (Teuffel in Pauly *Realencycl.* VI. p. 2645. putat, utramque narrationem fortasse ita inter se conciliari posse, ut sumamus Vergilium, antequam Neapolin se contulerit, per breve tempus Romae vixisse.)

11) Cf. Macrob. V, 17, 18. Heyn. ad Donat. §. 7. Baeh. de lugubri Graec. eleg. Spec. II. p. 30. Eodem Macrobio et Gellio IX, 9, 3. XIII, 27, (26), 1. testibus Vergilius etiam versus nonnullos ex Parthenii carminibus Latine reddidit, sicut etiam (Cod. Ambros. teste) Moretum, quod Parthenius Graece scripserat, Latinis versibus imitatus est. Cf. Fabric. Bibl. Gr. Vol. II. p. 677. et infra not. 15.

12) Donat. §. 79. (ubi vid. Heyn.) s. p. 68. R. * (vide finem huius diss.) Phocas v. 63. 64. Serv. ad Ecl. VI, 6. 13. et Aen. VI, 264. Schol. Veron. ad Ecl. VI, 9. atque Catalecta Verg. VII, 8 sqq. X, 1 sqq. De Syrone, viro optimo et Ciceroni

est [13]). De aliis Vergilii magistris nihil certi constat [14]). Omnibus tamen, quibus tum iuventus Romana imbui solebat, liberalibus artibus poetam nostrum instructum fuisse, non est cur dubitemus. Ex Syronis autem disciplina circa a. U. C. 709. s. 45. a. Chr. n. in praedium Andinum rediit, cum minus prospera valetudo et innata quaedam timiditas eum ab eloquentia vitaque publica revocaret et in agris colendis literisque tractandis vitam consumere iuberet. Hac autem vita rustica et Parthenii consilio (quem Moretum Graece scripsisse tradunt) ad poesin ductus iam iuvenili aetate multa carmina minora, Culicem, Cirin, Copam, Moretum, Aetnam, Diras, Catalecta, Priapeia et alia Epigrammata scripsisse perhibetur, quorum tamen pleraque nunc ab aliis potius auctoribus profecta esse putantur [15]), ut non nisi Copa et Moretum et unum alterumve

---

amicissimo, vid. Cic. Finn. II, 35. et ad Div. VI, 11. Cf. etiam Verg. Catal. VII, 8 sqq. X, 1. et Anthol. Lat. Burm. III. epigr. 249. et II. epigr. 243.

13) Qua de causa ipse temere pro Epicureo haberi solet (cf. Argum. Ecl. VI. p. 100. not. ***), cum Donat. §. 79. (p. 68. R.*) eum potius Academicum fuisse affirmet. Cf. etiam Lamprid. Alex. Sev. 31. Et sane Platonis doctrina Vergilio maxime videtur placuisse (cf. v. c. Aen. VI, 724 sqq.), quamquam etiam a Pythagoreorum et Stoicorum disciplina non alienus erat. (Cf. v. c. Geo. II, 490 sqq. Kalmusii Quaest. Verg. p. 11. et Lersch. Antiqq. Verg. p. 134 sqq.) De philosophia Vergilii in universum cf. Brucker. Hist. phil. P. II. L. I. c. 1. sect. 1. §. 2. et Heyn. ad Donat. §. 79. idemque ad Ecl. VI. in. Praeterea vid. Dietschii Theol. Vergil. p. 15. nota 106.

14) Quamquam etiam M. Furium Bibaculum, oratorem illum et poetam, cuius versus aliquot Sueton. de ill. gramm. 11. affert, et de quo Weichert. singularem Diss. scripsit (in Poett. Latt. vitis et carm. p. 331 sqq.) tamquam Vergilii et Vari (de quo vid. Argum. Ecl. VI.) magistrum commemorant. Cf. Heyn. ad Donat. §. 7. (qui testem citat Arisium Cremonae liter. T. I. p. 17. 28.) et Voss. ad Geo. p. 617.

15) Cf. omnino Donat. §. 28. (p. 58. R.) et Mülleri *Einleitung* etc. III. p. 248 sqq. *Culicem* a Vergilio scriptum esse testantur Martial. VIII, 56, 19 sq. et XIV, 185. Sueton. in Vita Lucani p. 50. R. et Stat. Silv. II, 7, 73 sq.; argumentum eius Donat. §. 29. (p. 58. R.) refert et versum 52. Nonius p. 211, 26. additis verbis *Virgilius in Culice* citat. Quibus externis potissimum causis permoti Scaliger, Schrader (Emendatt. c. 1. 2.), Morelli (ad Stat. Silv. l. l.), Taubmann., I. H. Voss. ad Ecl. V, 52. p. 256. Weichert in Poett. Latt. vitis etc. p. 165. Teuffel l. l. p. 2657. Naeke in Catone p. 224. et Ribbeck. Proleg. Vol. IV. p. 18. hoc carmen, cuius argumentum cum Vergilii Bucolicis conveniat, vere lusum iuvenilem poetae nostri habent, anno fere 709. aut 710. scriptum; alii contra (ut Ruaeus in vita Virg. ad a. 696. Oudinus in Obss. Miscell. Nov. IV. p. 307. Wagn. ad Eleg. in Messal. p. 3. Süpflius *Einleit.* p. XII. et imprimis Sillig Epimetr. in Culicem p. 11 sqq.) verum Vergilii Culicem intercisse et longe posterioris tantum poetae miseram imitationem nobis servatam esse censent. Verum etiam hic medio tutissimus ibis et cum Luc. Muellero in Mus. Rhen. XXIII, 4. (1868.) p. 658., Hertzbergio (*Vergil's Werke. Die Schnake. Einleit.* p. 21.) et Benoisto (*Introduct.* Vol III. p. XLI.) Culicem, qui nobis servatus est, non ipsius quidem Vergilii, sed tamen poetae Augusteae aetatis non diu post illum viventis habebis. Minime autem probari potest Heynii sententia satis mira, carmen quidem esse Vergilianum, sed a librariis et monachis ita interpolatum et deformatum, ut ex 413 verss. non nisi 99 vere Vergilio debeantur. (Cf. Sillig. l. l. p. 12. sq.) — *Ciris*, carmen Nisi et Scyllae mythum 540 verss. exponens, quod Heius. ad Val. Fl. VIII, 452. Bentl. ad Hor. Od. I, 25, 11. Warton. in *History of English poetry.* Vol. III. p. 406 sqq. Valcken. Diatr. de fragm. Eurip. p. 160. Gierig. ad Ovid. Met. VIII, 151 Huschk. ad Tibull. IV, 1, 202. Böttiger. in Praelect. de love

ex Catalectis et Priapeiis carmen ipsi Vergilio deberi videantur. Imprimis autem inclaruit X illis carminibus buco-

---

l. p. 22. Geelius in Bibl. Crit. Nova Vol. I. P. I. p. 251. imprimisque Schrader. Emendd. c. 3. p. 30 sqq. Vergilio vindicare non dubitarunt, etsi Vergiliana aetate non indignum iudicandum (cf. Wagn. ad Eleg. in Messal. p. 4. et Schrader. l. l. p. 30.), ita tamen a Vergilii poesi recedit (cf. Iacob. ap. Sillig. p. 143 sqq., et Hertzberg. Prooem. translationis Germ., quod excerpsit Benoist. l. l. p. XLIII.) et tam multa continet ex aliis ipsius Vergilii carminibus tanslata (cf. Schrader p. 34—40. Teuffel et Hertzberg. ll. ll.), ut alii potius Corn. Gallo (cf. Barth. Adv. III, 21. et ad Stat. Silv. I, 2., 49. IV, 7, 2. Fontanini Hist. liter. Aquilej. I, 2, 6. p. 1—62. Voss. ad Verg. Ecl. VI, 74. p. 328 sq. Weichert. de verss. Virg. iniuria suspp. p. 67. et in vita Apoll. Rhod. p. 56. Passov. in Wachleri Philom. Vol. II. p. 124. Meinekius ad Euphor. p. 54. Merkel. Prolegg. ad Ibin p. 367 sqq.), alii ipsi Catullo adscriberent (cf. Eglin. ad calcem castorum Catulli carm. p. 17 sqq.), quem certe auctor carminis saepissime imitatur (cf. Lenz. ad Catull. de nupt. Pel. et Thet. p. 82 sq. Sillig. Epimetr. in Cirin p. 155 sqq. et Haupt. Quaest. Catull. p. 45 sq. 75 sq.). Praestat tamen cum Scriverio ad Martial. VII, 69. Broukh. ad Tibull. p. 90. Ruaeo in Vit. Verg. ad a. 696. Marklando ad Stat. Silv. V, 2, 81. Wagn. ad Eleg. in Messal. p. 21. Iacobo ad Prop. p. 165. Sillígio l. l. p. 153. Ribbeckio l. l. p. 16 sq. (qui imprimis conferendus) aliis confiteri, nos verum carminis auctorem, Epicureae philosophiae deditum (cf. v. 13 sqq. ipsius carminis) et Vergilio non multo posteriorem, ignorare. (Cf. etiam Teuffel l. l. p. 2657 sq. et Ribbeck. l. l.) Leutsch. in Iahnii Annall. Suppl. II. p. 620, qui auctorem sub Hadriano vixisse suspicatur, atque etiam Haupt, auctoris aetatem non accuratius definiens, cum eum „multo posteriori tempori", quam Corn. Galli adscribat, a vero videntur aberrasse. — *Copa*, quam Charisius I. p. 47. P. (cuius locum Heynius et Ilgenius sine iusta causa interpolatum censent) diserte Vergilio adscribit, carmen est non solum aetate Vergiliana dignissimum, sed etiam ipsius Vergilii poesi tam congruens, ut I. H. Vossius (in convers. germ. T. II. p. 100. Regiomont. 1795.) Sillig. (Epimetr. ad Copam p. 283.) et Meyer Anth. Lat. T. I. p. XVI. de hoc auctore eius minime dubitent, quibuscum etiam Lachmann. ad Lucr. III, 374. p. 164. videtur consentire; ab aliis tamen (ut Scaligero, Naekio Catonis p. 238 sq. et Benoisto l. l. p. XLV sq.) Vergilio abiudicatur et aut A. Septimio Sereno (cf. Wernsdorf. Poett. Latt. minn. T. II. p. 258 sqq.), aut T. Valgio Rufo (cf. Ilgen p. 17 sq. et Weichert. ad Valg. fragm. XVI. p. 238 sq.), aut Floro (cf. Zell. *Ferienschriften* T. I p. 50.) tribuitur, quas tamen opiniones omni fundamento carere censet Ribbeck. l. l. p. 14. Heynius atque Ribbeck. et ipsi Vergilium auctorem carminis agnoscere videntur, quamquam hoc non certis verbis profitentur. Mirum tamen est, Donatum in Vita Verg. §. 28. (p. 58. R.) Copam inter minora Vergilii carmina omittere et multos ipsius carminis Codd. auctoris nomen non adiicere. Utut autem de auctore statuitur, eum certe aureae aetati adscribendum esse, vix potest dubitari. (Cf. Sillig. l. l. p. 283. et Teuffel. l. l. p. 2658.) Omnino cf. Wernsdorf, Poett. Lat. minn. II. p. 258 sqq. et Ilgen. Animadvv. phill. et critt. in carm. Virg., quod Copa inscribitur (Halae 1820. 4.) p. 17 sq., qui accuratissime de hoc carmine disseruit. — *Moretum*, fragmentum maioris carminis satis elegans et poeticum, non est cur Vergilio abiudicemus, qui in eo conscribendo Parthenium imitatus esse perhibetur (vid. supra not. 11. coll. cum Codd. aliquot Donati §. 28. (p. 58. R.) et Cod. Ambros. Moreti: cf. G. I. Voss. de poet. Gr. c. 9. et Ribbeck. l. l. p. 14.); quare a plerisque viris doctis etiam a Ribbeckio l. l. et Meinekio Anal. Alex. p. 272. pro Maronis carmine habetur, et Woltmann. in libro *Memoiren des Freiherrn von S—a.* Vol. I. p. 13. non dubitavit contendere, in Moreto Vergilium praestantiorem poetam apparere, quam in Aeneide; qua mira carminis praestantia Teuffel. l. l. p. 2658. eo adeo utitur, ut id Vergilio abiudicet, quem, si auctor Moreti fuisset, posteriora carmina sua recessisse potius, quam processisse in facultate poetica coarguerent, atque etiam Naeke Catonis p. 238 sq. carmen Vergilii esse confidenter negat, um stilus multo magis elaboratus

licis sive Eclogis[16]) quas a C. Asinio Pollione excitatus,

---

et consummatus sit, quam in Culice et Ciri (cui tamen Ribbeck. l. l. recte respondet, esse nimirum adultae et perfectae aetatis, non puerilis studii specimen). Haupt. Quaest. Catull. p. 52., Hertzberg. l. l. et Lachmann. ad Lucr. V, 1006. p. 326. auctorem certe aetate Vergilio parem iudicant. Nihilominus alii (Scaliger., Barth. in Adv. XXXV, 8. et Wernsdorf. in Poett. Latt. minn. II. p. 253.) potius A. Septimio Sereno hoc carmen adscripserunt, quorum errorem demonstrarunt Ilgen. l. l. p. 6. et Sillig in Epimetro ad Moret. p. 307 sq., qui tamen Vir doctus non minus quam Wagner. in Prolegg. ed. min. p. XIII. ipse de Vergilio auctore dubitat, cum inter Moreti et ceterorum carminum Vergilianorum sermonem haud parva differentia inveniatur Ceterum cf. Iahn. in *Archiv für Phil. u. Pädag.* 1836 IV. p. 627. Klopfer. in: Moretum, quod Virgilio adscribitur, cum vers. vernac. et animadvv. edidit F. G. K. Zwiccav. 1806. et Haupt. Quaest. Catull. p. 49 sqq. — *Aetnam*, quod poema Donat. §. 30. (p. 58. R.) non sine aliqua dubitatione inter Vergilii carmina refert, quodque sane in antiquiores quasdam poetae nostri editiones receptum invenitur (cf. Fabricii Bibl. Lat. I. c. 12. §. 11. p. 372.), nunc longe posterioris, post Claudii et Neronis tempora viventis auctoris esse nemo dubitat, praesertim cum Senecae Ep. 79. adhuc ignotum fuerit. Et Iul. Caes. Scaliger. quidem Poet VI, 7. p 852. Quinctilium Varum, Girald. de poett. diall. IV. p. 259. Claudianum, Barth. ad Claud. p. 1044. et ad Stat. Theb. X, 911. Manilium, Ioseph. Scaliger. (Nott. in Aetn. in.) Corn. Severum, Wernsdorf vero in Poott. latt. minn. V. IV. p. 11 sqq. (cui adsentiuntur Iacob. in edit. sua p XVI sqq. Meinek. in convers. germ. et Matthiae in *Göttinger Gel. Anz.* 1785. n. 148. p. 1479.) multo probabilius Lucilium Iuniorem hoc carmen conscripsisse suspicantur. Cf. Bähr *Gesch. d. Röm. Liter.* p. 207 sq. et Ribbeck. l. l. p. 23. — *Diras*, quas et ipsas Donat. l. l. et Codices Vergilio assignant, cui etiam Lerschius in Zimmermanni *Zeitschr. f. d. Alterthumswiss.* 1837. cb. 129. vindicare studet, Pithoeus, Ios. Scaliger., Naekius, alii maiore iure a Valerio Catone Grammatico scriptas censent. (Cf. Wernsdorf. Poett. Latt minn. V. III. Prooem. p. XLVI sqq Baehr. l. l. p. 237 sqq. K. F. Hermann *Gesammelte Abh.* Goetting. 1849. p. 115. et 118.) Merkelio in Ibin p. 364, cui adstipulantur Haupt. Obss. crit. p. 47., Lachmann. ad Lucr. IV, 604. p. 246. et Ribbeck. l. l. p. 22. hoc carmen a. urbis 713. ortum videtur, quod satis est probabile. — In *Catalectis* denique et *Priapeiis*, quae idem Donatus l. l. (p. 58. R.) inter Vergiliana commemorat (vid. etiam Serv. ad Aen. pr. coll. cum Quinct. Inst. VIII, 3. 27, 28., qui ex Catalectis quaedam Vergilii nomine affert, et Auson. Idyll. XII., qui *Catalecta Maronis* citat, et quod ad Priapeia attinet inter Vergiliana carmina in Codd. quibusdam relata Ribbeck. l. l. p. 5.), utique contineri aliquot poetae nostri carmina iuvenilia, vix potest dubitari (cf. Wagn. ad Aen. IX, 335.); sed admodum difficile est iudicatu, quae potissimum Vergilio, quae aliis auctoribus debeantur. Teuffel l. l. p. 3659. ex Catalectis carmm. II. VI. VII. IX. X. XII. XIII. et XIV. ipsius Vergilii esse suspicatur, Ribbeckio autem, qui l. l. p. 6—13. accuratissime de Catalectis disputavit, carm. VII. VIII. X. et XIV, fortasse etiam I. et IX. Vergilio adscribenda videntur. In Priapeiis, quae omnino quidem a Vergilii moribus et ingenio aliena videntur, sunt tamen, quae externam quandam similitudinem cum eius canendi ratione prae se ferunt (cf. Meyer Anthol. Lat. I. p. XVI. Naeke Catonis p. 230 sq. et Ribbeck. l. l. p. 4 sqq.); si autem Plin. Ep. V, 3. poetam nostrum inter lascivorum carminum auctores nominat, hoc ad Bucolica spectare docet Ovidius Trist. II, 537 sqq. Cf. Teuffel l. l. Ceterum de Catalectis cf. Heynii Prooem. T. V. p. 207 sqq. Fiedleri Progr.: Ex P. Virg. Maronis Catalectis Epigrammata VII. et Copa Vesal. 1830. 4. Naeke Valer. Cato. Bonnae 1847. p. 221 sqq. et Haupt. in Indice lectionum in univ. lit. Berol. aestate a. 1859. habendarum, de Priapeiis autem Mülleri *Einleitung* etc. 1. p. 356 sq. et Baehr. l. l. p. 244 sq.

16) Quae tamen inscriptio minus apta non a Vergilio ipso profecta est, sed posterioribus demum temporibus originem debet. Cf. Weichert. de L. Varii et Cassii Parm. vita et carmm. p. 21. *Bucolica* autem haec carmina

in cuius familiaritatem a. 711. exeunte venisse videtur [17]), inde ab a. 712. usque ad a. 716. inter medios tumultus bellicos a M. Antonio, C. Caesare Octaviano et M. Lepido motos, quibus tota Italia imprimisque ipsa poetae patria, Gallia Cisalpina, misere vexabatur, ad Theocriti potissimum exemplum partim Andibus, partim Romae conscripsit [18]), non eo tamen ordine, quo postea in unum coniunctae edebantur [19]). Cum autem in his carminibus pangendis occupatus esset Maro, accidit turpis illa et invidiae plena agrorum Italiae incolis ereptorum divisio, a triumviris iam a. 711. veteranis militibus promissa [20]), quae Vergilium quoque agro suo ad breve tempus privavit. Nam vere anni 713. post proelium Philippense Octavianus, ut militum animos sibi conciliaret, turbam veteranorum misit in Galliam Transpadanam ad Cremonae urbis [21]) agros occupan-

---

ab ipso auctore appellata esse, Servius testatur in prooemio Georgicis praemisso.

17) Cf. Verg. Ecl. VIII, 10 sqq. Weichert. l. l. p. 25. et Spohn. Proleg. p. 22. Causa autem huius amicitiae erat unum idemque literarum et poesis studium, quod doctos homines in domo Pollionis frequentes congregavit, qui ipse auctor exstitit carminum, imprimis tragoediarum, quae Vergilio Sophocleo cothurno dignae videbantur. (Cf. Ecl. III, 86. et VIII, 10.)

18) Quod attinet ad tempora, quibus singula Vergilii opera composita sunt, vix monendi sunt lectores, ne a Propertio in errorem induci patiantur, qui II, 34. [III, 32. Keil.] ita loquitur, ac si Vergilius Bucolica, Georgica, Aeneida, omnia uno eodemque tempore conscripsisset.

19) De ordine et tempore, quo singulae Eclogae conscriptae sint, H. Vossius sic statuit, ut secundam vere a. 711., tertiam vere a. 712., primam auctumno a. 713., quintam eiusdem anni hieme, nonam aestate a. 714, quartam auctumno eiusdem anni, sextam aestate et octavam auctumno a. 715., septimam vere a. 716. et decimam vere a. 717. ortam esse suspicaretur. Spohnius a Vossio in eo tantum recte discedit, quod Eclogam secundam non ante m. Dec. 711., quintam vero ante primam et illam quidem aestate a. 712. brevi post tertiam, hanc auctumno a. 713., decimam denique a. 716. compositam censet. Iahn. vero in Introd. p. XV sqq., longa disputatione demonstrare studet, singulas Eclogas ita se excepisse, ut a. 712. secunda, tertia et quinta, a. 713. prima, a. 714. nona et quarta, a. 715. sexta et octava, eodem anno aut 716. septima, et a. 716. aut 717. decima prodierit; quae quatenus a vero recedant, in Argumentis singulis Eclogis praemissis videbimus. Nuper quidem Car. Schaper in Novis Annal. phil. LXXXIX. et XC. p. 663 sqq. et 769 sqq. novam protulit sententiam, non nisi illas Eclogas, quae vere bucolicae poesis speciem prae se ferant, h. e. I—III., V. et VII—IX., intra annos 712—716. compositas, tres reliquas autem, IV., VI. et X., perfectis demum Georgicis Asinio Pollione suadente annis 727—729. scriptas et altera demum bucolicon editione facta ceteris adiunctas esse, meo quidem iudicio audacius quam probabilius suspicatus. Vide etiam quae Ribbeck. Proleg. p. 10 sqq. verissime contra eum disputavit, postquam p. 1 sqq. Asconium Pedianum secutus (quocum Probus in vita Verg. p. 1, 12. et in Proleg. ad Bucol. p. 7, 7. Keil., Servius in praef. Bucol. p. 96. et in Vita commentario Aeneid. praemissa p. 1. Lion., Donatus et Phocas in Vita Verg. [Suet. Rell. p. 60, 5. et 71, 30. Reiff.] consentiunt) probare studuit, Vergilium Eclogas inchoasse annos XXVIII natum (i. e. a. 712.) omnesque eo, quem Spohn. et Iahn. statuunt, ordine confecisse annis 713—715. Et sane Donatus §. 36. (p. 60, 5. R.) bucolica triennio perfecta esse refert. De causa autem, cur Vergilius, cum ederet has Eclogas in unum corpus collectas, a temporis, quo conscriptae sunt, ordine recesserit, diximus in Argum. Ecl. I. extr.

20) Vid. Appian. B. C. IV, 3. V, 22. Dio Cass. XLVIII, 30. et Plut. Anton. 23.

21) Quae aut omnino adversata fuerat Octaviano et e Bruti Cassiique

dos [22]); qui cum militibus non sufficerent, illi pro arbitrio suo etiam vicinos Mantuae et Andium agros invaserunt [23]), et sic etiam Vergilii praedium Claudio cuidam assignabatur [24]). Sed poeta noster sive Asinio Pollione suasore [25]), qui illi provinciae tunc praeerat, sive sua sponte statim Romam profectus est [26]), ut ab Octaviano agri sui incolumitatem peteret, et hic, qui tum primam poetae notitiam videtur contraxisse, voluntati eius satisfaciens edixit, ut Maroni ager suus restitueretur [27]); quod quidem beneficium hic Ecloga I. celebravit. Sed non diu mansit haec laeta rerum conditio. Nam bello Perusino confecto Octavianus, cuius gratia exciderat Asinius Pollio, M. Antonii amicus, Alfenum Varum Galliae Cisalpinae praefecit, qui P. Ventidium et Asinium Pollionem, agrum Venetum et Ravennatem copiis suis tenentes, arceret et agris dividendis praeesset [28]); in quo munere is adiutus est a Corn. Gallo et Antonio Musa, agrorum limitatore [29]). Vergilius, novo timore captus, Varum precibus adiit, ut agros Mantuanos incolumes manere iuberet, seque pro hoc beneficio facta eius carmine epico celebraturum esse promisit [30]); nihilominus vero Varus non impedivit, quominus Antonius Musa, Mantuanis iratus,

---

partibus steterat (Serv. ad Ecl. IX, 28.), aut illi certe non miserat auxilia. (Pomp. Sab. ad eund. locum.)

22) Cf. Serv. et Pomp. Sabinus ad Ecl. IX, 28 sq.

23) Vid. Ecl. IX, 28. (ibique Serv. idemque ad Ecl. IX, 7.) Geo. II, 198. Donat. §. 36. (p. 60. R.*) et Martial. VIII, 56. Erant omnino XXVIII legionibus agri assignandi (Appian. B. C. V, 6.), quibus eum non sufficerent XVIII illarum Italiae urbium agri, quae iam antea militibus fuerant destinatae, aliae insuper urbes eidem sorti sunt devotae, ut omnino XXXIV urbium agri per totam Italiam dividerentur (Appian. B. C. V, 22.) et cum Cremonensibus etiam Mantuani agri a militibus occuparentur non propter culpam civium, sed propter vicinitatem (Serv. et Donat. ll. ll. et Probus p. 5, 35. Keil.). Aliam tamen causam, cur Mantuanis quoque hoc acciderit, nimirum quod Cremonensibus suasoribus Octavianum non adinvissent, refert Pomp Sabinus ad Aen. IX, 28.

24) Vid. Donat. §. 36. (p. 60. R.*) coll. eum Servio ad Ecl. IX, 28. Martiali VIII, 56, 7. Sidon. Apoll. praef. Paneg. Maior. dicti. Ceterum simili calamitate etiam Horatium (vid. Epist. II, 2, 50 sq. et Zumpt *über das Leben des Hor.* p. 9.), Tibullum (El. I, 1, 19 sqq. 41 sq. coll. I, 1, 5. et 78.) et Propertium (El. IV, 1, 129 sq. coll. II, 34, 55.) afflictos esse constat.

25) Fuerunt etiam, qui eum ab Alfeno Varo et Corn. Gallo, vel etiam a Maecenate Octaviano commendatum esse putarent; sed Donatus §. 96. (p. 59. R.*) hoc patrocinium Maecenatis, in cuius favorem Vergilium non ante a. 714. venisse contenderim, rectius ad alteram agri occupationem refert, quod etiam Martial. VIII, 56, 7 sqq. videtur comprobare. De Corn. vero Galli interventu (cf. Pobus p. 6, 1. Keil.) dubitandi iustam non habemus causam.

26) Cf. Ecl. I, 6 sqq. 19 sqq. 40 sqq.

27) Vid. Ecl. I, 45. (*Pascite, ut ante, boves, pueri* etc.) et IX, 7 sqq.

28) Cf. Serv. ad Ecl. VI, 6. IX, 10. 29. et Thorbeck. de Asinio Pollione p. 22. Alfenum Varum eundem fuisse eum Alfeno illo ab Horatio (Sat. I, 3, 130.) eiusque Scholiasta commemorato, parum probabile est. Cf. Ribbeckii Proleg. p. 5 sq. Ceterum vid. Argum. Ecl. VI.

29) Cf. Serv. ad Ecl. VI, 64. IX, 7.

30) Vid. Ecl. IX, 26. VI, 3. et Serv. ad hos locos. Iam adgressus erat hoc carmen Verg., cuius exordium repetit Ecl. IX, 27—29., postea vero, cum Varus promissis non stetisset, non absolvit. Nihilominus amicitiae vinculum Vergilium cum Varo coniungens non ruptum esse, docet Ecl. VI. Cf. etiam Ribbeckii Proleg. p. 8.

magnam agri Mantuani partem militibus adscriberet[31]); ita Arrius quidam Centurio[32]) etiam Vergilii agrum vi occupavit eumque, qui ipsius Octaviani promissis fretus possessionibus cedere recusaret, paene interfecit[33]). Poeta igitur servos suos, ut novo domino interim parerent, exhortatus[34]) Romam aufugit, ubi in villa Syronis, praeceptoris sui, latuit[35]) et m. Iunio aut Iulio a. 714. Eclogam IX. conscripsit, in qua agrum contra Octaviani iussum sibi ereptum conqueritur et illum adulando ad eius sibi restituendi consilium compellere studet. Et revera, intercedentibus simul Pollione et Maecenate[36]), fortasse etiam Alfeno Varo[37]), hoc carmine effecit, ut ager sibi auctumno eiusdem anni redderetur, et triumviri adeo mitterentur, qui etiam Mantuanis partem agrorum restituerent[38]). Vergilius autem, et Pollioni atque Octaviano pro agro recepto gratias acturus et reipublicae felicitatem et tranquillitatem pace Brundusina restitutam celebraturus, auctumno eiusdem anni Eclogam IV. conscripsit, in qua simul ex Caii Asinii Galli, filii Pollionis, illis ipsis diebus in lucem editi, natalibus occasionem arripit aureae aetatis reditum vaticinandi[39]). Postero tempore Vergilius, Maecenatis gratia florens[40]), plerumque Romae, raro tantum in praedio Andino vixit; et m. Aprili a. 716. una cum Horatio, L. Vario, Cocceio Nerva aliisque Maecenatem comitatus est in itinere Brundusino, quod ille suscepit ad excipiendum Antonium, ab Octaviano Athenis revocatum[41]). A. 716.

---

31) Cf. Serv. ad Ecl. IX, 7. et Cornel. ap. Serv. ad Ecl. IX, 10.

32) Servius hunc Centurionem ubique Arrium vocat (cf. scholl. ad Ecl. III, 95. IX, 6. 23. et alibi), Donatus autem §. 96. (s. Praef. Bucol. p 5. Müll. et p. 59. R) et ipse solum Arrium, §. 31. (p. 59.) vero et 36. (p. 60. R.*) sive Arrium sive Claudium nominat. Ceterum cf. sequens adnotatio.

33) Vid Serv. in Prooem. Commentar. p. 2. ed. Burm. et ad Ecl. III. 94. IX, 1. et 16. Donat. §. 31. 36. 95 sq. Heyn. ad Donat. §. 31. Voss. ad Ecl. IX, 7 sqq. p. 455. Ribbeck. tamen Proleg. p. 7. hac de re dubitat, simulque tradit, Probum p. 6, 3. Keil. pro illo Arrio potius Milienum Toronem primipilarem nominare, qui Vergilium paene interfecerit, et utramque narrationem inter se conciliare studet.

34) Cf. Ecl. IX, 6. ibique Serv.

35) Cf. Catalect. X. (unde tamen apparet, illo tempore Syronem non amplius villae possessorem fuisse) Serv. ad Ecl. VI, 6. Schol. Veron. ad Ecl VI, 9. Voss. Prooem. ad Ecl. IX. p. 451. et ad eiusd. Eclogae v. 4. p. 454.

36) Cf. Serv. ad Ecl. IX, 11. et Donat. §. 36. (p. 60 R.*). Pollio enim, qui per pacem Brundusinam cum Octaviano in gratiam redierat, Vergilium Maecenati commendaverat, isque pro eo intercessit apud Octavianum Augustum. (Cf. Martial. VIII, 56, 7 sqq et Voss. ad Ecl. IX, 28. p. 460.)

37) Cf. Ecl. IX, 26 sqq. et Serv. ad Ecl. VI, 6. Varo certe poeta gratias agere videtur Ecloga VI, 6—12, quam aestate a. 715. conscripsit.

38) Cf. Serv. Comment. in Bucol. pr. §. 14. idemque ad Ecl. IX, 10.

39) Vid. Argum. Eclogae IV.

40) Cui, ut iam vidimus, per Pollionem commendatus erat. Ipse illo tempore, m. Martio a. 716., priusquam Maecenas cum Octaviano Misenum abiit, huic Horatium suum commendavit. Cf. Iahnii Introd. p. XXVIII. et Teuffel in Pauly *Realencyclop.* III. p. 1466 sq. Quanta autem in gratia apud Maecenatem fuerit Maro, discimus ex Carm. ad Pison. v. 218 sq. Martial. VIII, 56. multisque aliis locis.

41) Vid. Hor. Sat. I, 5. Appian. B. C. V, 78. Dio Cass. XLVIII,

Bucolicis carminibus valedixit[42]) et statim ad Georgica canenda transiit, hoc est ad argumentum, quod primus inter poetas Romanos tractavit[43]), et in quo Hesiodi potissimum exemplum secutus est, quare etiam carmen suum II, 176. Ascraeum appellat[44]). Quod carmen ut componeret, imprimis temporum illorum conditione impulsus videtur. Inter bella enim civilia agricultura Italiae quam maxime neglecta erat, ut Roma inde ab a. 713. saepius fame laboraret; quare pace et quiete restituta Maecenas ipse, cuius viri eximio favori poeta debuit, ut dulci otio affluens securus literis vacare posset, Maroni auctor exstitit, ut tali carmine Romanis agriculturam commendaret eosque ad neglectum hoc vitae genus revocaret[45]). Libenter patroni voluntati satisfaciens poeta in hoc opere perficiendo septennium consumpsit[46]), ita ut a. 724. ipsum absolveret[47]); neque est, cur interpretibus quibusdam credamus,

---

45 sq. et Wesseling. Observv. II, 15. Minus recte alii hoc iter iam ad a. 714., alii contra non magis probabiliter ad ver a. 717. referunt; quam alteram opinionem docta disputatione probare studuit Kirchner. in Quaestionibus Horatianis (Numb. 1834. 4.) p. 54—60. Sed vide Iahn. Introd. p. XXIX.

42) Eclogam X. et ultimam, quam Spohn. Proleg. p. 59. iam a. 716. extr. conscriptam censet, Vossius et Iahn. (in Introd. p. XXX sq.) Martinum secuti anno demum 717. compositam esse arbitrantur; Agrippam enim, in cuius exercitu militaverit ille, quem Lycoris s. Cytheris mima, i. e. Volumnia (cf. Argum. Ecl. X.), Corn. Gallo relicto in castra comitata esset, extremo demum anno 716. cum legionibus suis in Galliam missum esse et verno a. 717. tempore ad Rhenum (cuius in illa Ecloga v. 47. fiat mentio) Aquitanas Germanicasque nationes devicisse (cf. Dio Cass. XLVIII, 49. Appian. B. C. V, 92. et Eutrop. VII, 5.). Sed si vera sunt, quae supra nota 19. ab antiquis testibus tradita vidimus, non licet nobis in adsignando Ecl. X. tempore ultra a. 716. egredi, cuius hieme Agrippa Aquitanis devictis iam ad Rhenum occupatus esse poterat. (Cf. Preuner in Pauly *Realencycl.* I. p. 599. ed. II.) Vide etiam quae Ribbeck. Prolog. p. 10. contra illa argumenta disputat, cui adeo „minime necesse videtur ultra a. 715. terminum evagari;" dum p. 14. Georgica nec post medium annum 717., nec ante extremum 715. vel ineuntem 716. inchoata esse concludit.

43) Nam pedestri oratione sane iam ante eum Cato et Varro idem argumentum tractaverunt. Ceterum cf. poeta ipse Geo. III, 10 sqq.

44) Cf. praeter alios Macrob. Sat. V, 2, 4.

45) Vid. Geo. III, 41. (Donat. §. 31. p. 59. R.) Voss. ad Geo. I, 507. p. 212. et Rein. in Disp. de studiis humanitatis nostra etiam aetate magni aestimandis. Part. XXII. p. 4. sq. (quem Iahn. Introd. p. XXII. laudat).

46) Cf. Donat. §. 40. (p. 60. R.) Servius in Vita p. 1. Lion. et Weichert. de L. Varii et Cassii Parm. vita et carmm. p. 54. Alia tamen temporis definitio invenitur apud Phocam v. 96., qui tradit, Georgica scripta esse *geminis anno minus omnia lustris*, ideoque novem annis. Cf. Ribbeck. Proleg. p. 13.

47) Tempus, quo Georgica absoluta sint, auctor ipse indicat IV, 560.; neque est, cur externis omnibus argumentis destituti cum Heynio et Schirachio p. 415. hos ultimos Georgicôn versus non ab ipso Vergilio profectos habeamus. (Cf. adnot. iis adscripta.) Ideoque nec de tempore, quo Georgica conscripta sint, ambigendum, cum Grammaticorum narratio de septem annorum spatio in iis condendis absumpto cum ipsius Vergilii verbis et temporis ratione aptissime congruat. Anno enim 716. poeta noster, Georgica exorsurus, *extremam* cecinit Eclogam, absolvit autem Georgica, cum Augustus *ad Euphratem fulminaret*, quae verba profecto non de expeditione Parthica anni 734. intelligenda sunt, sed de a. 724., quo Augu-

huic carmini postea multis in locis mutato [48]) ultimam manum demum paulo ante mortem poetae (a. 735.) esse impositam. Nulla enim in eo res gesta commemoratur, quae annum 724. excesserit [49]). Scripsit autem Vergilius Georgica maximam

---

stus victoria Actiaca reportata et Aegypto occupata in Syria commorans etiam res Parthicas ordinavit. (Cf. Dio Cass. LI, 18. Masson. in Iani templo reserato p. 121. Iahn. Introd. p. XXXIV. et quae ad Geo. II, 171. adnotata sunt.) Quae etiam congruunt cum Donati (Vitae §. 42. s. p. 61, 1. R.) narratione, Vergilium Caesari post Actiacam victoriam Atellae reficiendarum faucium causa commoranti per continuum quatriduum Georgica recitasse. Cf. etiam Ribbeckii Proleg. p. 14. Alia est Wagneri sententia, qui in adnot. epilogo Georgicôn adiecta demonstrare studet, intra annos 723—725. totum opus absolutum esse. Sed mihi id ipsum, cui Wagn. tantum ponderis attribuit, v. 559 sqq. (*Haec super arvorum cultu pecorumque canebam Et super arboribus, Caesar dum* etc.) singulos libros non suo quemque loco commemorari et quarti argumentum prorsus omitti (quod ne ab omni quidem parte verum, cum nihil impediat, quominus vocem *pecora* etiam apes complecti censeamus: cf. adnott. ad illum locum), contra eum facere atque demonstrare videtur, verba *Haec canebam, dum Caesar ad Euphratem fulminat* non tam anxie interpretanda esse, Vergiliumque nihil aliud velle dicere, nisi illo tempore, quo Augustus Asiam nominis sui gloria impleret, se magnam et ultimam quidem huius carminis partem conscripsisse. Loci enim a Wagnero ad sententiam suam probandam commemorati (Geo. I, 505 sqq. et II, 171 sqq., quibus adde Geo. III, 26 sqq.) etiam postea adiici poterant, cum poeta omnino in Georgicis limandis et excolendis numquam cessasse videatur. Alia autem accedit causa paulo gravior. Vergilius enim, Ecl. X, 1. haec scribens: *Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem*, iam in eo fuisse, ut aliud alius generis et longius haud dubie carmen inchoaret, nemo facile dubitabit, cum aliter his verbis Musis aut omnino vale dicere, aut adeo, ingenti scilicet Eclogarum condendarum labore quasi defessus, consilium per plures annos quiescendi significare videretur. Quis autem sibi persuadebit, illud aliud fuisse carmen, quam Georgica, cum in Aeneidos prooemio, cuius αὐθεντίαν Wagner. ipse streuue defendit, Bucolicorum modo et Georgicorum ante a se conscriptorum mentionem faciat? Quare mihi vulgarem opinionem de VII annis in hoc carmine pangendo consumptis nondum videtur infregisse. (Nunc cf. etiam quae Ribbeck. Lect. Verg. p. 1. contra Wagn. disputavit.) Cui autem hoc spatium nimis longum videatur, is reputet, Vergilium, quem veteres omnino paulo tardiorem fuisse in carminibus componendis et expoliendis et paucissimos modo singulis diebus versus composuisse referunt (cf. Quinct. Inst. X, 3, 8. Gellius XVII, 10. Donat. §. 33. p. 59. R.), decem Eclogas intra quatuor vel quinque annos conscripsisse et Aeneidi pangendae eorum undecim impendisse; et si praeterea consideramus, poetam, cum a Maecenate ad Georgica canenda excitaretur, ad hoc carmen fortasse nondum satis paratum fuisse, ut inter scribendum multa legenda et meditanda essent, illo ipso autem tempore valetudine minus prospera usum esse, et ea ipsa de causa sub mitiore Italiae inferioris coelo vixisse, illud septennium multo minus mirabimur. Ceterum cf. adnott. ad Geo. II, 541. et III, 26. Tittleri Progr. *Ueber die Zeit der Veröffentlichung der Georgica Virgils. Brieg.* 1857. et Ribbeckii Proleg. p. 13—22., qui etiam p. 17. recte disputat contra Franckium, librum primum Georg. iam a. 719. seorsum editum esse coniicientem.

48) Ad bas mutationes pertinet etiam Grammaticorum illa fabula, a Vergilio in Georgicis praeter Octavianum et Maecenatem (cf. Geo. I, 500. III, 16. — I, 2. II, 40. III, 42. etc.) etiam Corn. Gallum laudibus exornatum fuisse, sed totum hunc libri IV. locum post huius mortem (a. 728.) Octaviano iubente in Aristaei fabulam mutatum esse. Quomodo Vergilius ipse in emendandis Georgicis versatus sit, Peerlkamp. in Mnemos. Vol. X. p. 122. docere studet.

49) Nam etiam verba illa II, 497. *Aut coniurato descendens Dacus*

temporis partem in Italia inferiori commorans, et Neapoli quidem confecit[50]. Priusquam vero hoc carmen ad finem perduxit, iam de Aeneide conscribenda cogitavit[51]; quam tamen, cum antea diuturnis studiis opus esset[52], non statim post Georgica absoluta videtur inchoasse. Impendit autem huic operi undecim annos (725—735),[53] quibus partim in Campania, partim in Sicilia vixisse dicitur; quando autem primos libros evulgaverit, pro certo dici non potest[54]. Magno tamen homi-

---

ab Histro, quae Heyn. ad a. 725. pertinere censet, potius ad a. 724. videntur referenda. Daci enim cum Bastarnis, Moesis aliisque gentibus ad Istrum habitantibus iam inde ab a. 723. provincias Romanas vastaverant, quare M. Crassus a. 724. contra eos profectus est. (Cf. Dio Cass. LI, 23, 24. et quae ad Aen. VII, 604. adnotavimus.) Anno autem 725., omni bellorum tumultu sedato, Iani templum clausum, nec ante a. 727. rursus reseratum est; quam rem adeo memorabilem profecto non intactam reliquisset Vergilius, si hoc carmen post a. 725. conscriptum vel editum esset. Itaque Georgicorum post a. 724. scriptorem vel emendatius editorum certa vestigia non inveniuntur (cf. etiam Mauso ad Geo. I. p. 227.); ita ut Vossius (p. 528. 838. et 922.) haud dubie in errorem inciderit, cum eorum librum primum a. 719., secundum a. 723. absolutum, sed libro tertio et quarto non ante a. 734. ultimam manum impositam esse putaverit; quod si verum esset, mirum profecto censeri deberet, Vergilium ne Augusti quidem nomen Octaviano a. d. XVI. Kal. Febr. a. 727. datum commemorasse. Quod tamen non adversatur Ribbeckii opinioni in Lectt. Verg. prolatae, poetam etiam postea in elimandis Georgicis assidue esse versatum (quae etiam Peerlkampii Mnemos. p. 123. est sententia) et mutationes in margine exempli sui adscriptas post eius mortem una cum prioribus lectionibus in Codices transiisse. Qua de re nunc imprimis cf. Ribbeckii Proleg. cap. 3. p. 22 sqq., ubi agitur de Georgicis a poeta retractatis, quas tamen secundas curas absolvere morte prohibitus fuerit. (Non tamen reticendum, Ladewigium contra hanc Ribbeckii opinionem acriter disputasse in Iahnii Novis Annal. phil. LXXIII. p. 461 sqq. eique docte respondisse Ribbeckium ibid. LXXV. p. 75 sqq.) Idem vir doctiss. Proleg. c. 4. p. 49 sqq. etiam de interpolationibus Georgicon disputat.

50) Cf. Geo. IV, 563 sqq., coll. cum eiusd. libri v. 125 sqq. et Donat. §. 40. (p. 60. R.*) Sed si vera est Spohnii (Prolegg. ad carm. Bucol. p. 49.) opinio, ex qua Vergilius Georgica iam a 716. inchoaverit, id certe in Italia inferiore fieri vix potuit; nam a. 716. tota Italia inferior adhuc maximo belli tumultu turbabatur, quo non ante a. 718. liberata est; quare vix credibile censendum, poetam prius illam regionem petiisse, ubi securus literis vacare et Georgica absolvere vellet.

51) Cf. Geo. III, 46 sqq. ibique adnotata. Ribbeck. tamen Proleg. p. 45. et 56. putat, Vergilium illo tempore nondum de Aeneide scribenda cogitasse, sed consilium habuisse res ab Octaviano gestas singulari carmine exornandi. Servio autem teste Prooem. ad Aen. p. 2. Lion. Caesar ipse Aeneidis argumentum proposuit.

52) Cf. Catal. VI. et infra not. 54.

53) Cf. Donat. §. 40. (p. 60, 6. R.) et Phocas v. 101.

54) Si verum esset, quod Donat. §. 46. (p. 61, 14. R.) et Macrob. Sat. I, 24, 11. p. 210. Ian. tradunt, Augusto literis ex Cantabria missis roganti, „ut sibi de Aeneide vel prima carminis hypographa vel quodlibet colon mitteret," poetam respondisse: „de Aenea quidem meo — si mehercule iam dignum haberem auribus tuis, libenter mitterem, sed tantum inchoata res est, ut paene vitio mentis tantum opus ingressus mihi videar, cum praesertim, ut scis, alia quoque studia ad id opus multoque potiora impertiar", a. 729. Aeneis vix inchoata fuisset, quod parum probabile est, quare illa verba Vergilio supposita esse Ribbeckio Proleg. p. 58. non dubium videtur. (Cf. etiam notam, quae sequitur.)

num eruditorum desiderio hoc carmen epicum exspectatum est, de quo optima quaeque Romani iure sperarent[55]), et Augustus ipse, cui iam tum poeta carissimus erat et largis donis ornatus[56]), literis a. 729. ex Cantabria missis flagitasse traditur, ut poeta carmen maturaret sibique quam primum mitteret[57]); postea autem a. 731. libros II. IV. et VI. tum absolutos ab auctore sibi recitari iussit[58]). Antequam tamen hic opus suum, quod non uno eodemque constanti consilio quasi continuo stilo scripsit, plane absolvit, a. 735. in Graeciam et Asiam proficisci decrevit[59]), ubi per plures annos commorans ultimam Aeneidi manum imponeret; sed Athenis cum occurrisset Augusto ex Oriente Romam revertenti, a Caesare sibi persuaderi passus est, ut cum eo in Italiam rediret, fortasse quia iam tunc leviter aegrotabat. Morbus autem itinere maritimo indies ingravescebat, ut poeta, vix ad patriae litus appulsus, Brundusii[60]) a. d. XI. Kal. Octobres a. 735. s. 19. a. Chr. n., C. Sentio et Q. Lucretio Coss., LI annos natus placide obiret[61]).

---

55) Quanta huius carminis iam nascentis exstiterit fama, apparet e. g. ex Propert. III, 32. (II, 34.), 61 sqq., quae Elegia a. 728. paulo post Corn. Galli mortem scripta est. Heimreich. quidem in Quaest. Propert. (Bonnae 1863.) p. 46 sqq. hos versus spurios habet, sed recte eos defendere videtur Ribbeck. Proleg. p. 57.

56) Cf. Horat. Epist. II, 1, 246. et infra nota 65.

57) Vid. not. 54.

58) Cf. Donat. §. 46. (p. 61. R.) ibique Heyn. (Servius contra, cuius fides minor est, quam Donati, ad Aen. IV, 324. *primum libros tertium et quartum* [rectius fortasse *libros primum, tertium et quartum*] Octaviano a poeta recitatos esse narrat, quod certe de tertio libro vix potest credi: cf. adnott. ad Aen. VII, 122.) Tum loco illo de Marcello agente (VI, 861 sqq.) Octavia, eius mater, quae aderat, ita commota esse fertur, ut deliquium faceret et postea auctori dena sestertia pro singulo versu dari iuberet (Donat. §. 47. (p. 62. R.*) et Serv. ad Aen. l. l. idemque ad Aen. VI, 862. coll. Sen. Cons. ad Marc. c. 2.); cuius narrationis veritatem contra Mongerium *Inst. Nat. Franc.* T. VII. p. 64. recte defendit Peerlk. ad Aen. l. l. Non eo autem ordine, quo nunc leguntur, singulos libros a poeta conscriptos et, quod ad sex priores libros attinet (de quorum ordine et rationibus docte egit Conrads in Quaest. Verg. Progr. Trevir. a. 1863.), sextum librum statim post quartum et aute quintum compositum esse, dubitari nequit. (Cf. Conrads p. VIII sqq.) Omnino de tempore, quo singuli libri scripti sint et de forma, qua totum carmen auctor reliquerit, cf. Ribbeckii Proleg. c. 6. p. 56 sqq., cuius disputationis summa eo redit, recitasse poetam Octaviano l. VI., IV. et I. intra exeuntes annos 731. et 732., scriptum autem esse librum I. post a. 725., sed ante a. 727. a. d. XVI. Kal. Febr., eumque secutos esse librum VIII. (qui reliquis perfectior et accuratius scriptus respiciat triplicem Octaviani triumphum et Augusti titulum a. d. XVII. Kal. Febr. a. 727. decretum), III. et IV. (post a. 726.), tum demum librum II. Post l. tertium et quartum natum esse l. IX et post eum l. V. (cui suprema manus maxime defuerit); in l. VII. denique scribendo poetam ultimo vitae anno 734. occupatum fuisse; in quod autem tempus incidat l. X—XII. scriptio et qui locus inter ceteros iis assignandus sit, prorsus dubium esse.

59) Quod iter Horatius celebravit Odarum l. I. carm. 3.; quamquam hoc nuper argumentis parum probabilibus negare studuit Franke in Fastis Hor. p. 64 sqq.

60) Alii tamen eum Tarenti diem supremum obiisse tradunt. Cf. Heyn. ad Donat. §. 51. et Teuffel l. l. p. 2647.

61) Donat. §. 51. (p. 63. R.) Hieron. in Euseb. Chron. ad Ol. 190, 2. et Plin. H. N. XIV, 1, 3. §. 18.

Corpus eius Neapolin translatum ibique ad viam Putcolanam sepultum est[62]). Aeneida, utpote opus imperfectum neque satis elimatum (pluresque locos sibi repugnantes continens, qui nondum ad concordiam redigi poterant[63])), poeta moribundus testamento comburi iussit[64]); quod tamen fieri Augustus vetuit, qui potius hoc epos L. Vario et Plotio Tuccae emendandum et expoliendum tradidit, ea tamen lege, ne quid adderent[65]). Qui qua ratione hoc munere functi sint, non satis constat; quamquam Grammatici asseverant, eos non modo nihil adiecisse omnesque versus imperfectos religiose reliquisse[66]),

---

62) Donat. §. 54. 55. (p. 63. R.) ibique Heyn. Sepulcrum Maronis quo religioso cultu templi instar a veteribus celebratum fuerit, apparet ex Plin. Epist. III, 7. Martial. XI, 49. et 51. Stat. Silv. IV, 4, 51. aliis. Quod autem nunc ad ingressum cryptae Pausilypanae monstratur Vergilii sepulcrum, id vero non esse ultimum poetae domicilium, sed simplex columbarium, nuper evicerunt Iorio et Peignot in libris infra laud. Descriptionem huius sepulcri et diversas de vero eius situ virorum doctorum sententias vid. apud Cluver. Ital. ant. IV, 3. p. 1153. Holdsworth *Remarks on Virgil* p. 501. Paoli Antiqq. Puteol. fol. 10 sq. Hamilton Campi Phlegraei T. II. tab. 16. Genthe Vita Virg. conversioni metricae Eclogarum Virg. addita p. 41 sqq. Capacii Historia Neapol. Vol. II. l. II. p. 31 sqq. Iorio *Guida di Pozzuoli*. Nap. 1822. p. 1—17. *Morgenblatt* 1826. n. 80. et Peignot *sur le tombeau de Virgile* in *Mém. de l'acad. de Dijon*. 1840. p. 25 sqq. et 47 sqq. Praeterea cf. Süpflius *Einleit. p.* XIX. not. 14. Ipse autem poeta hoc epitaphium sibi scripsisse traditur:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope; cecini pascua, rura, duces

(cf. Donat. §. 54. p. 63. R.); quod tamen adeo ieiunum est, ut ab eo non profectum esse quisque facile sentiat. Ceterum cf. Heyn. ad Donat. l. l. et Fabric. Bibl. Lat. I, 12. §. 1. p. 304.

63) De locis sibi repugnantibus cf. imprimis Conradsii Quaestiones Virgilianas. Col. Trev. 1863. 4.

64) Vid. Plin. H. N. VII, 30, 31. Gellius XVII, 10. Macrob. I, 24. Anthol. Lat. II, 174. Donat. §. 52. (p. 63. R.*) Weichert. de L. Varii et Cass. Parm. vita p. 67 sq. Bartenstein Progr. I., cur Virgilius moriens Aeneida comburi iusserit. Coburg. 1774. 4. et Conz *Museum für griech. u. röm. Liter.* Turici 1794. I. p. 87 sqq. Cf. etiam infra nota 122., imprimis autem Ribbeck. Proleg. c. 7. p. 88 sqq. de Vario et Tucca agens. Ceterum hoc testamento „heredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum, fratrem ex alio patre, ex quarta Augustum, ex duodecima Maecenatem, ex reliqua L. Varium et Plotium Tuccam" (Donat. §. 56. p. 63. R.). Possedit autem prope centies sestertium (Donat. §. 24. p. 57. R.), quas divitias liberalitati amicorum, imprimis Augusti (Hor. Ep. II, 1, 246 sq.), Maecenatis (Martial. VIII, 56.) et Octaviae (Donat. §. 47. p. 62. R* Serv. ad Aen. VI, 862.) debebat, praeterea domum Romae in Esquiliis iuxta hortos Maecenatis (Donat. §. 24. p. 57. R.) et praedium Nolanum (Gellius N. A. VII, 20.), fortasse etiam Tarentinum (cf. Prop. III, 32, (II, 34,) 67.).

65) Vid. Plinius l. l. Gellius l. l. Hieron. in Eusebii Chron. ad Ol. 190., 4. et Sueton. reliquiae p. 48. Reiff. Secundum Donat. §. 53. (p. 63. R.*) tamen Vergilius, cum Tucca et Varius monuissent, id numquam Augustum permissurum, ut Aeneis combureretur, mutato consilio hoc ipse moriens instituit et propterea etiam utriusque poetae sibi amicissimi in testamento memor fuit. Cf. not. 64. Quomodo autem Tucca et Varius in recensendis Vergilii carminibus versati sint, docet Ribbeck. Proleg. c. 7. p. 88 sqq. Ceterum Varius etiam scripsit libellum „de ingenio moribusque Vergilii". Cf. Spalding. ad Quinctil. X, 3, 8. Weichert. de L. Varii et Cassii Parmensis vita p. 74. et Wagner. ad Aen. V, 871.

66) Quos posteriores demum Grammatici varia ratione supplere conati

sed etiam panca tantum reeidisse [67]), ut igitur recensio carminis ab iis instituta — de quo profecto est cur nobis gratulemur — Vergilianae poesi quovis modo pepereisse videatur. Quemadmodum autem haec extrema poetae voluntas insigne est summae modestiae documentum, ita, si de ceteris eius virtutibus moribusque quaerimus, adeo benignum et humanum eum fuisse omnes unanimo consensu referunt, ut, semper in ore habens Euripidis illud τὰ τῶν φίλων κοινά, omnia fere cum amicis communia haberet [68]), adeo porro candidum, mansuetum et omnis invidiae expertem, ut nemini obtrectaret, et si quid egregii ab alio profectum esset, gauderet, ac si ipse fecisset [69]). Quare non mirum est, Maronem omnes fere suae aetatis viros eximios, imprimis autem poetas, ita sibi conciliasse, ut ab iis, inter se ipsos plurimum invidia ardentibus, solus coleretur semper et amaretur, imprimis autem ab Asinio Pollione, Maecenate, Alfeno Varo, Corn. Gallo, L. Vario, Plotio Tucca, Horatio et Propertio, quibuscum intimam amicitiam et familiaritatem contraxerat [70]). Nihilominus etiam inimicos quosdam et obtrectatores habuit, qui Octaviani [71]) potissimum et Maecenatis favorem ei invidentes [72]) carmina eius vituperarent et insulsa petulantia arroderent [73]), ut Bavium illum et Maevium [74]), Codrum [75]) et Anserem [76]), quos Vergilius ipse carpit in Eclogis, Cornificium Gallum [77]), Tullium Cimbrum [78]), alios [79]). Iidem vel alii

---

sunt. Cf. Donat. §. 59. (p. 64. R.) ibique Heyn. Ceterum cf. quae de his versibus imperfectis ad Aen. I, 534. disputavimus.

67) Cf. Donat. l. l. et Weichert. de verss. iniuria suspp. p. 57. et de L. Varii et Cassii Parm. vita p. 69 sq. Eosdem tamen singulos libros distinxisse narrant Grammatici. Cf. Heyn. ad Aen. V. extr.

68) Donat. §. 66. (p. 66 R.*) Sic etiam parentes suos, quamdiu vivebant, liberalissime aluit et sustentavit (Donat. §. 25. (p. 57. R.*) coll. cum Catal. X.).

69) Donat. §. 65 sq. (p. 66. R.*) coll. cum Hor. Sat. I, 5, 40. I, 6, 54. et testimoniis veterum ap. Heynium Vol. I. p. CXXXIII sq. ed. Wagn. Ceterum ab Horatio Sat. I, 3, 29 sqq. verbis *Iracundior est paulo - - at est bonus, ut melior vir Non alius quisquam* etc. Vergilium significari, Acronis et Scholiastarum est opinio, quam Teuffel. l. I. p. 2648. non improbabilem censet, qamquam a Madvigio et Düntzero iam satis refutata videtur. Cf. Süpflius *Einleit.* p. XXI. not. 16. Ceterum de ingenio moribusque Vergilii cf. Sainte-Beuve in *Moniteur Universel* 1855. n. 351. 365. et 1856. n. 14. 28. 42. 49. 63. 77. (a Wagnero Prooem. p. XIV. laud.).

70) Cf. Donat. §. 38 sq. et 67. (p. 60. et 66. R.*) cum Hor. Sat. I, 5, 40 sqq.

71) Quem in Eclogis nimis adulatus esse videbatur. Cf. Ernesti in Actis Seminar. reg. phil. Lips. II. p. 55.

72) Cf. Weichert. de Horatii obtrectatoribus in Poett. Latt. vitis etc. p. 273 sq.

73) Vid. Donat. §. 61 sqq. (p. 65. R.) ibique Heynius et Weichert. l. l.

74) Vid. Ecl. III, 90. De Bavio et Maevio cf. Weichert. l. l. p. 310 sqq. Kirchner. Quaest. Horat. p. 23. et Ribbeck. Proleg. p. 96.

75) Vid. Ecl. V, 10. et VII, 22. 26., et quae ibi adnotavimus.

76) Vid. Ecl. IX, 36. Donat. §. 67. (p. 66. R.*) et Weichert. l. l. p. 160 sqq.

77) Vid. Donat. l. l. Weichert. l. l. p. 406. et Ribbeck. l. l.

78) Cf. Quinct. Inst. VIII, 3, 27 sq. et Weichert. l. l. p. 282., qui hunc Cimbrum plane se fugere fatetur.

79) Cf. imprimis Donat. §. 61 sqq. (p. 65. R.), qui inter alia commemorat Anonymum quendam [quem Weichert. l. l. p. 314. Bavium aut Maevium fuisse suspicatur] scripsisse duas Eclogas insulsissimas Antibucolicorum nomine, quibus Ecl. I. et III. cavillaretur (cf. Heyn. et Wagn. ad Donati l. l.

obtrectatores poetam, qui numquam uxorem duxit, pronioris in pueros libidinis [80]) vel etiam adulterii cum matronis nobilibus facti [81]) incusarunt; alii contra, eum pueros illos Socratis more amasse omninoque ita castum et pudicum fuisse referunt, ut Neapoli Parthenias vulgo appellaretur [82]); eosque veritati propius accedere, praeter carminum naturam et argumenta iam quae de imbecilla eius valetudine [83]), de continentia in victu potuque, de timiditate et verecundia [84]) traduntur, comprobare videntur [85]). Ut denique, quae de corporis figura nobis innotuerunt, adiiciamus, grandi fuit corporis statura, aquilo sive fusco colore, et facie rusticana [86]).

Iam quod attinet ad internam operum Vergilianorum rationem et naturam, primum commemorandum est, poetam, ut omnes omnino poetas Latinos, carmina sua, non solum si argumentum, sed etiam si formam spectamus, ad Graecorum exempla composuisse, neque hoc contentum magnam etiam sententiarum partem ex iis petiisse, adeoque inte-

---

p. XCVII sq. et Ribbeck. Proleg. p. 99.); alium porro verbis illis Georgicôn *Nudus ara, sere nudus* subiecisse haec: *habebis frigora, febrem,* (cf. Ribbeck. l. l.) et Carvilium quendam Pictorem totum librum scripsisse contra Aeneidem, cui titulus fuerit Aeneomastix. (Cf. de eo Weichert. l. l. p. 275. et Ribbeck l. l.) Contra hos autem peculiarem librum scripsit Asconius Pedianus, in quo imprimis Octavianum Avitum mox nota 88. commemorandum refellere studuit. (Cf. Donat. §. 64. (p. 66. R.) Heyn. de Virg. interprett. Vol. IV. p. 913. ed. IV. Wagn. Weichert. l. l. p. 274. Madvig. de Asconii Comment. p. 8. et Ribbeck. Proleg. p. 98 et 100 sqq., quorum c. 8. (p. 96—113.) totum agit de obtrectatoribus Vergilii (p. 103 sq. etiam de Euangelo (Macrob. Sat. I, 7, 2.) et Q. Asconio Pediano.

80) Cf. Donat. §. 20. (p. 56. R.) ibique Heyn. Imprimis Cebetem (cf. Serv. ad Ecl. II, 15.) et Alexandrum (i. e. Alexin illum Ecl. II. celebratum: cf. Martial. VIII, 56. V, 16, 12. Iuven. VII, 67 sqq. Apulei. Apol. 1, 73. Donat. §. 20. 37. (p. 60. R.*) Serv. ad Ecl. II, 15. et Iahn. praef. p. XVII) Socratico more amasse perhibetur. Cf. Teuffel. l. l. p. 2650. et Ribbeck. Proleg. p. 100.

81) Imprimis cum Plotia Hieria, Vari s. Varii sui uxore, (cf. Donat. §. 21. (p. 57. R.) et Serv. ad Ecl. III, 20.); quod tamen Ascon. Pedianus negavit. Cf. omnino Weichert. de Vario p. 85 sqq. Teuffel. et Ribbeck. ll. ll.

82) Cf. Donat. §. 22. (p. 57. R.) et Ausonii Cento nupt. extr. Sed haec tota fabula ex solo Vergilii nomine conficta videtur, quasi a voc. *virginis* ductum esset. Cf. Heyn. ad Donat. l. l. et supra not. 1.

83) Vid. supra p. XVII. et Donat. §. 19. (p. 56. R.) coll. Hor. Sat. I, 5, 48 sq.

84) Donat. §. 22. (p. 57. R.) coll. Klotz. Opuscc. p. 242 sqq. et Herder *Krit. Wälder* II, 2. p. 123 sqq. Inde etiam facile est intellectu, cur facundia inter eius virtutes minime enituerit (cf. Donat. §. 26. 27. (p. 58. R.) coll. §. 77.), quamquam in recitandis carminibus suavitate pronuntiationis excelluit (Donat. §. 44. p. 61. R. coll. cum Serv. ad Aen. IV, 324. et VI, 862. et nota 58. huic Diss. adiecta).

85) Cf loci modo laud.

86) Vid. Donat. §. 19. (p. 56. R.), ubi Heyn. memorat, facie subrustica exhiberi Vergilium inter signa Palatii Capitolini apud Rossium (Rossii *Raccolta di Statue antiche* n. XXII.), et alia de Vergilii imagine in marmore (Mus. Capitol. I, 2.), in gemmis, in nummis (adulterinis: cf. Eckhel Doct. num. IV, p. 351. et Rasche Lex. rei num. VI, 1. p. 309 sqq.) et in Codice Vaticano apparente disputat. Cf. etiam Visconti Iconogr. Rom. I. p. 385 sqq. Mainardi *Diss. stor.-crit. sopra il busto di Virg. del Museo della reale Accad. di Mantova.* Mant. 1833. Raoul Rochette *Journ. des Sav.* 1834. p. 68 sq. Platner et Bunsen *Beschreib. von Rom* II, 2. p. 347. O. Müller *Archaeol.* p. 734. et Teuffel l. l. p. 2648.

gros eorum versus in Latinum sermonem transtulisse [87]), quod eo minus mirandum, eum vel Latinorum poetarum, Ennii, Naevii, Accii, Pacuvii, Lucilii, Lucretii, adeoque aequalium, Lucii Varii, Corn. Galli aliorumque totos versus in suam rem convertere non dubitaverit [88]). In qua tamen Graecorum imitatione negari nequit tam laudabiliter et prudenter eum esse versatum, ut Graecos neutiquam caeco et servili modo sequeretur, sed primus inter Romanorum poetas liberiorem et elegantioribus literis digniorem Graecos imitandi usum indueeret [89]), cum non solum omnia ad Romanorum sentiendi et eogitandi rationem conformaret, et Graeco argumento Romanos mores et instituta ubique immisceret, sed etiam in oratione ad Graecorum exempla formanda Romanae linguae ingenium sapienter servaret, et Graecorum simplici elegantiae Romanorum magniloquentiam adderet [90]); ut carmina eius magis fere, quam eeterorum Latinorum poemata, vere Romana et arehetypa esse videantur. Ita, imprimis cum externam carminis formam, leges metrieas et prosodicas, dictionis elegantiam et numerum, orationem eomptam et expolitione distinetam magis euraret, quam ullus alius ante eum poeta Romanus, his omnibus exemplum et normam orationis poeticae exhibuit, quam quo studiosius et fidelius posteriores sequebantur, eo perfectiores habebantur poetae [91]). In **Bucolicis** [92]) autem Theoeritum potissimum secutus est; nam quae

---

87) Cf. Macrob. Sat. V. et VI. Gellius XIII, 26. XVII, 10. Fulv. Ursini Virgilius collatione scriptorum Graecor. illustratus. Antverp. 1586. et Leovard. 1747. 8. Andreae Locorum Homero-Virgilianorum Spec. I. et II. Ienae 1804. et 1814. 8. Eichhoff *Etudes grecques sur Virgile, ou Recueil de tous les passages des poètes grecs imités dans les Bucoliques, les Géorgiques et l'Enéide.* Paris 1825. III Voll. 8. Tissot *Etudes sur Virgile, comparé avec tous les poètes épiques et dramatiques des anciens et des modernes.* Paris 1826. IV Voll. 8. Supplem. ad Sulzeri *Theor. d. schön. Künste.* VII. p. 241 sqq. Iahn. Praef. p. XXXVIII sqq. Bernhardy *Röm. Lit.-Gesch.* p. 409 sqq. ed. II. Unger de Valgii Rufi poem. p. 199 sqq. 201 sqq. 446. Gebaueri libellos adn. 93. laudatos et corpus locorum parallelorum, quod sic inscriptum „Vergili auctores et imitatores" Woldem. Ribbeckius adiecit Ottonis Ribbeckii editioni.

88) Cf. praeter Macrob. et Gellium ll. ll. Diss. mea de Lucretii carmine etc. p. 114. Weichert. de L. Varii et Cassii Parm. vita p. 31. et 102. et in Poett. Latt. vitis etc. p. 13. 15. 66. et alibi. Vahlen. Quaest. Ennianae p. XXIV sqq. Ceterum Donat. §. 63. (p. 65. R.) refert, iam inter aequales Vergilii fuisse Q. Octavium Avitum quendam, qui Ὁμοιοτελεύτων octo volumina ediderit, in quibus, quos et unde transtulerit Vergilius versus, putida diligentia adnotatum esset. Cf. Weichert. l. l. p. 274.

89) Cf. Iahn. Introd. in Ovidii Metam. p. 12. Ernesti in Actis Sem. reg. phil. Lips. Vol. II. p. 69 sqq. et Additam. ad Sulzeri Theor. artium Vol. II. p. 298 sqq.

90) Vid. Gellius IX, 9.

91) Cf. e. g. Statius Theb. XII, 816., qui exclamat: *Nec tu divinam Aeneida tenta, sed longe sequere et vestigia semper adora.* Vid. etiam infra not. 99. 106. 117. et 121.

92) Ita haud dubie Vergilius ipse haec carmina appellavit, cum Columella. VII, 10. scripserit: *Ut Bucolicôn loquitur poema*, i. e. Vergilii Eclogae; Ovidius autem Trist. II, 538. de eodem Vergilio: *Bucolicis iuvenis luserat ante modis*, et Gellius IX, 9. *Cum legerentur utraque simul Bucolica Theocriti et Vergilii;* quamquam nihil certi constat de nomine, quo

in iis fere bucolici generis sunt argumenta, ea fere omnia sunt ex Theocriteis carminibus translata, cuius Idyll. III., XI. et XXIII. in secunda, IV. et V. in tertia, I. et VII. in quinta, VI. et VIII. in septima, II. et III. in octava, I. in decima Ecloga poeta ante oculos habuit[93]. Sed indolem et naturam Theocriteorum carminum plane immutavit et bene perspiciens, imaginem illam vitae pastoritiae ad veritatem pictam nativamque illam pastorum Theocriteorum simplicitatem, qui nihil aliud esse volunt, quam simplices pastores de vitae rusticanae amoenitatibus confabulantes et legentium animos iucunda rerum rusticarum imagine delectaturi, Romanis suis vitae rusticae minus faventibus et in omnibus rebus elegantiam quandam cum fastu sectantibus non admodum placituram, sibi autem, illo tempore semper fere in periculo versanti, carminibus, quae placerent, virorum in republica praestantium favorem et patrocinium quaerendum esse, a natura carminis pastoritii tantopere deflexit, ut personatos modo induceret pastores[94]) de rebus publicis vel de privata auctoris vita, quatenus ab illis afficitur, erudite et eleganter colloquentes, ut multas res a vita pastoritia plane alienas et ad rerum civilium peritos pertinentes immisceret, denique poesin bucolicam epicae magis admoveret[95]). Ita factum est, ut ex eius Eclogis non nisi quinta, septima et octava, quodammodo etiam tertia, vere ad bucolicum genus referri possint, reliquae autem ab eo plane alienae censendae sint[96]). Quare, si veram carminis bucolici naturam respicimus, Ver-

---

auctor ea in publicum emiserit. *Eclogarum* autem nomen (de quo cf. Plin. Ep. IV, 14, 9. Stat. Silv. praef. l. III. et IV. Anson. in epist. Idyll. XI. praefixa, Sucton. in Vita Hor. p. 46. R. et Weichert. in Comm. de Laevio poeta nota 1. in Poett. Latt. vitis etc. p. 21.) procul dubio a Grammaticis demum iis praefixum est.

93) Cf. Mensel de Theocrito et Virg. poetis bucolicis. Gotting. 1766. 4. Genisset *Examen oratoire de l'Eclogue de Virgil. Paris an* IX. Germar. Melett. Thorunens. Halae 1822. p. 179—199, praecipue autem Gebauer de poetarum Graecorum imprimis Theocriti carminibus in Eclogis a Vergilio adumbratis. Pars I. et II. Lips. 1856 sq. (Partis I. ed. altera 1861.) eiusdemque Progr. Quatenus Vergilius in epithetis imitatus sit Theocritum. Zwicc. 1863., quique laudantur in Sulzeri Theor. artium II. p. 588., in Additam. ad eam VII. p. 243 sqq. et a Teuffelio l. l. p. 2652.

94) Quamquam autem Vergilius in his carminibus per pastores personatos haud raro allegorice loquitur, allegorica tamen eorum interpretatio, in qua multi viri docti inde a Servio, imprimis Catroens (qui Vergilii carmina translatione et adnotatione francogall. instructa edidit Paris. 1716. VI Voll. 8.), inanem operam posuerunt, non nimium extendenda est. Cf. Heyn. de carm. bucolico p. 19. Bernhardy *Röm. Lit.-Gesch.* p. 412. Ameis. in Annal. phil. et paed. LXI, 4. p. 373. et Gebauer de poet. etc. I. p. 19 sqq.

95) Cf. Heyn. l. l. p. 3—20. Genthe in Vita Virg. p. 14 sqq. Hottinger in *Schriften der Mannheim. Gesellsch.* Vol. V. p. 56. Naeke Opusc. Vol. I. p. 162. et Teuffel. l. l. p. 2652. Nihilominus hac ipsa civili indole sua et natura aetatis ingenium magis respiciente, quam poesis bucolicae leges usumque, Eclogae Vergilianae imprimis aequalium plausum tulerunt (Tac. dial. 13 Donat. §. 41. (p. 60. R.*) Serv. ad Ecl. VI, 15. coll. Quinct. X, 1, 55.).

96) Iam Servius in Prooem. in Bucol. observat: „Sane est sciendum, septem eclogas esse mere rusticas, quas Theocritus decem habet.“ Exclusit haud dubie quartam, sextam et decimam; quamquam eodem iure etiam primam, alteram et nonam excludere debebat.

gilii Eclogae, haud dubie vilissimum inter eius opera [97]), Theocriteis Idylliis longe postponendae [98]), et singularis ille, quo exceptae sunt, plausus cum ex sola rei novitate, quod prima erant huius generis carmina, quae Romanis offerebantur, tum ex illa ipsa rerum suo tempore gestarum tractatione, quam admiscuit, repetendus videtur; quamquam sane erat, cur per se spectatae, neque cum Graecis comparatae, arte sua et orationis splendore atque elegantia Romanis maxime commendarentur et mirum quantum placerent [99]). Accedit vero etiam ad poetam excusandum, quod praeter temporum conditionem et Romanorum ingenium ipse quoque sermo Latinus minus aptus erat ad indolem et naturam carminum Theocriteorum sive vere bucolicorum imitatione exprimendam, qui poetam coegit multa ex vita pastoritia omittere et seponere aut verborum ornatu velare et colorare, quae nude et simpliciter ad rei veritatem proposita superbas Romanorum aures nimis offendissent [100]).

In Georgicis scribendis poeta Hesiodi maxime exemplum ante oculos habuit [101]), materiem autem, quam magna ex parte iam ipsa vita rustica ei praebuit, ex multis aliis scriptoribus Graecis (Aristotele, Theophrasto, Democrito, Xenophonte, Arato, Nicandro etc.) et Latinis (Lucretio, Magone Afro, Catone, Varrone, Cicerone in l. III. Oeconomicorum, aliis) diligentissime collegit, quorum singulos locos haud raro ad verbum in carmen suum transtulit [102]), quod primum esse huius argumenti ab Romano homine in lucem editum ipse gloriatur Geo. II, 175. et III, 10 sq. Quamquam igitur neque in hoc poemate didactico inventionis laudem sibi potest arro-

---

97) Verissime enim Heynius l. l. p. 17.: „Nisi alia essent, quibus Maro magni poetae nomen mereretur, solis Bucolicis relictis vix eum in censum principum poetarum venturum fuisse arbitror."

98) Cf. Heyn. l. l. p. 17. Hottingor. l. I. et quos nota 93. laudavimus. Temere igitur Scaliger Poet. V, 5. et Meusel Diss. de Theocr. et Virg. poetis bucol. Gotting. 1766. eos vituperant, qui Theocritum Vergilio praeferant.

99) Sufficiat commemorare testimonia Horatii Sat. I, 10, 44. *Molle atque facetum Vergilio annuerunt rure Camoenae*, et Ovidii Amor. I, 15, 25. *Tityrus et segetes Aeneiaque arma legentur, Roma triumphati dum caput orbis erit*, quibuscum cf. Tac. dial. 13. Quinct. X, I, 55. et Donat. §. 41.

100) Verissime enim Probus „Theocritum poetam facilius, ait, Bucolica scripsisse, quia apud Graecos sermo rusticanus a civili dividi possit; ideo Latinis difficile fuisse, quia necesse sit per eadem verba accommodare sensus." Ceterum omnia, quibus Vergilius, veram carminis bucolici naturam deserens, excusari potest, exhauserunt Heynius de carm. bucol. p. 12. sqq. et Spohn. in Prolegg. ad Virg. carm. bucol. Vol. I. p. 21 sqq. ed. Wagn.

101) (Cf. supra p. XXIII. cum nota 44.) Quod tamen non ita intelligendum, ac si multa ex Hesiodi Opp. et Diebus hauserit.

102) Cf. Serv. ad Geo. I, 43. Plin. H. N. II, 8, 6. Quinctil. Inst. X, 1, 56. Macrob. V, 2. Fabricii Bibl. Lat. I. p. 412 sqq. Heynii Procem. in Geo. p. 269. Ursini Virgil. collat. etc. p. 94 sqq. Additam. ad Sulzeri Theor. artt. Vol. VII. p. 269 sqq. Iahn. Praef. p. XL. et Teuffel. l. l. p. 2652. Sic ex Theophrasto petiit doctrinam de arborum cultu, ex Aristotele praecepta de apibus, ex Nicandro locum de serpentibus, imprimis de chelydro, ex Arato locum de prognosticis, e Thucydide et Lucretio enarrationem pestis, e Varrone et Catone praecepta de pecudum cura etc.

gare, omnia tamen, quae apud alios invenit, tam scite composuit et digessit, tam prudenter usui Romanorum accommodavit, digressionibus ipsis praeceptis summa cum arte intextis tam suaviter distinxit [103]), tot sententiis vere poeticis illustravit, tantaque sermonis elegantia et splendore ornavit et vituperium siccae ieiunitatis vel frigidae praecipiendi rationis, in quod didactica carmina tam facile incurrunt, tam sapienter evitavit [104]), ut praestantissimum et ornatissimum in hoc genere carmen condidisse censendus sit, quod lectoris animum mira quadam dulcedine demulceat, neque ullam materiae siccitatem sentire patiatur. Quare non mirum est, hoc carmen, quod quicunque postea in eodem poesis genere se exercuit, imitatus, nemo assecutus est, adeo celebratum tantique aestimatum esse, ut omnes, qui simile argumentum postea tractarunt, velut Plinius Maior et Columella [105]), ubique fere ad eius auctoritatem provocarent, neque deessent, qui dubitarent, an non adeo Georgica ipsi Aeneidi praeferenda essent [106]).

In Aeneide denique, quamvis illa sit epos vere domesticum, quo Vergilius populi Romani maiestatem illustrare voluerit sub persona Aeneae [107]), in cuius natura duae illae

---

103) Vid. Tegneri Diss. de digressionibus in Georg. Virg. Lund. 1799. et Bruner de carm. didasc. p. 44 sqq.

104) Cf. omnino Additam. ad Sulzeri Theor. artt. Vol. VII. p. 262 sq.

105) Qui etiam, ab ipso Vergilio Geo. IV, 147. quodammodo provocatus, libro X. operis sui de re rustica (qui de cultu agrorum agit) supplementum aliquod Georgicôn Virgil. edere conatus est.

106) Iustis laudibus Georgica praedicarunt inter veteres Horat. Sat. I, 10, 44. Propert. III, 32, (II, 34,) 77 sqq. Quinct. Inst. VI, 3, 20., inter recentiores autem Heyn. in Prooem. p. 269 sqq. Hottinger in: *Schriften d. Mannh. Gesellsch.* Vol. V. p. 283 sqq. Schlegel. *Vorles. über Liter.* I. p. 117 sqq. Geuthe in Vita Virg. p. 18 sqq. Ernesti in Actis Soc. reg. phil. Lips. Vol. II. p. 46. Additam. ad Sulzeri Theor. artt. Vol. VII. p. 257 sq. 259 sqq. Posselt de Virg. Georg. Carlsr. 1786. Rein de Virg. Geo. Gerae 1829. alii. Quamquam neque nostris temporibus defuerunt, qui de huius carminis laudibus detrahere studerent, velut Astius in *Grundriss der Philol.* p. 469. et Schiestl in Progr. sic inscripto: Virgilii Georgica tantum abest ut sint poëma omnibus numeris absolutum et perfectum, ut potius sint poëma verae genuinaeque poesi omnino repugnans. Ambergae a. 1830. Omnino cf. Teuffel l. l. p. 2653.

107) Hoc enim poetae consilium fuisse, praeter totum carminis argumentum permulti etiam loci singuli luce clarius demonstrant. Huc pertinet inter multa alia odium Iunonis in Aeneam et Troianos non, ut apud Homerum, a solo Paridis iudicio vel Ganymedis raptu, sed multo magis a futura Carthaginis eversione per Romanos, illorum posteros, repetitum (I, 12 sqq.); porro Aeneae commoratio apud Didonem, qua iam prima fundamenta iaciantur mutui inter Romanos et Carthaginienses odii bellique inde exorti, quo imprimis aucta est populi Romani maiestas et potentia (cf. imprimis IV, 622 sqq. cum X, 11 sqq.); tum comparatio exiguarum originum urbis Romanae cum posteriore eius splendore et magnificentia (VIII, 347 sqq.); deinde Iovis illud vaticinium de futura civitatis Romanae magnitudine et potentia (I, 257 sqq.), ex quo apparet, non sine numine divûm, ad quorum voluntatem etiam omnia Aeneae fata referuntur, tantopere crevisse Romanorum imperium, cett. (Praeterea cf. III, 156 sqq. 500 sqq. IV, 229 sqq. VI, 756 sqq. VII, 37 sqq. VIII, 626 sqq. IX, 641 sqq. similesque locos.) Quare adeo fuerunt, qui carmen non *Aeneidem*, sed *gesta populi Rom.* appellari vellent. (Serv. ad Aen VI,

Romani ingenii summae virtutes, fortitudo bellica et pietas, mirum in modum coniunctae apparerent, et qui tamquam auctor gentis Iuliae exoptatissimam praeberet opportunitatem Octaviani Augusti celebrandi, illius viri, qui natus videretur, ut illam ipsam populi Romani maiestatem ad summum fastigium eveheret, magis tamen, quam in ceteris carminibus suis, poeta fere totus pendet a Graecis, cum non solum ipsam ideam totamque descriptionem et dispositionem operis, sed etiam magnam sententiarum verborumque partem ex Homero [108]), cuius Odysseam in sex prioribus, Iliada in sex posterioribus libris imitatus est, et ex aliis poetis Graecis, imprimis Apollonio Rhodio aliisque Alexandrinis [109]), adeoque ex Latinis poetis, qui idem argumentum iam tractaverant, Naevio maxime et Ennio, deprompsit, multa denique, quae antiquam Italiae historiam spectabant, ex Catonis Originibus et M. Terentii Varronis libris hausisse putandus est [110]). Non mediocre tamen inter Homerum et Vergilium intercedit discrimen. Ille enim, qui propius attingebat illa tempora heroica, quae carminibus suis celebrabat, qui sub eodem coelo et inter homines simplices et naturali quodam pulchri sensu imbutos vivebat, quibus ea omnia, quae vates narrabat, erant notissima et fixis quasi notionibus impressa vereque ita gesta esse credebantur et animis eodem affectu, quo correptus ille canebat, inflammatis audiebantur, qui denique sermone utebatur natura sua poetico et rhetorum ac grammaticorum arguta subtilitate nondum attenuato et deformato, satis erat, ut solum ingenium et naturam sequeretur ducem, Vergilio contra, qui ab illis temporibus longe remotus erat, qui vivebat inter homines illarum antiquarum rerum minus gnaros prorsusque aliter sentientes et cogitantes, inter Romanos superbos et fastidiosos, apud quos sine doctrinae et multae

---

725.) De aptissima tamen illa inscriptione cf. Lobeck. Pathol. s. Gr. proleg. p. 477. et Unger in Progr. Neobrandenb. a. 1855. a Ribbeckio Proleg. p. 56. laudati.

108) Cf. praeter Ursini, Eichhoffii et Tissoti libros iam supra laudatos Gellius IX, 9. Scaliger Poet. V, 3. et 4. Walch. de eo, quod nimium est in imitatione Homeri Virgiliana. Schleusing. 1773. 4. Tittmann de Virgilio Homerum imitante. Viteb. 1787. 4. Lauter de Virgilio imitatore Homeri. Heidelb. 1796. 4. *Mémoires de l'Acad. des Inscr. I.* p. 171. sqq. II. p. 141 sqq. Heyn. de carm. epico p. 19 sqq. et in Comment. de rerum in Aeneide tractatarum inventione; Sulzeri Theor. artt. I. p. 28 sqq. cum Additam. VII. p. 289 sqq. Andreae Locorum quorundam Homerico-Virgilianorum Spec. I. et II. Ienae 1804. et 1814. Müller *Homer u. Virgil, eine Parallele. Erfurt* 1807. Eckert *Parallele zwischen d. Ilias u. Aeneide. München* 1829. 4. Steinmetz de aliquot locis Odysseae et Aeneidos ad Orci Maniumque descriptionem pertinentibus. Merseb. 1840. Naegelsbachii Censura huius edit. meae in *Münchener Gel. Anzeigen* 1838. N. 109—111. et Wagneri Prolegg. ed. min. p. XXIII.

109) Cf. Scaliger Poet. V. 6. Weichert. *über d. Leben u. Gedicht des Apollon. von Rhodus* p. 405. Wyttenbach. Bibl. crit. II, 2. p. 26. Balfoort de Apoll. Rhodii laudibus poët. Traj. ad Rh. 1823. p. 70 sqq. alii.

110) Cf. Donat. §. 71. (p. 67. R.*) et Scheben de poëtis Aeneae fugam atque fata ante Virgilium describentibus. Münstereifel 1828. 4. Kuschel *Ueber die Quellen von Virgils Aeneis.* Bresl. 1858. 4.

lectionis copiis iam tum ingenio nulla laus erat, qui pro temporum illorum ratione in epico carmine condendo non poterat, quin populi Romani et Caesaris ambitioni blandiretur, qui denique, omni natura sua et animi indole (Tibullianae simillima) multo magis ad lyricam, quam ad epicam poesin colendam idoneus, ad hoc carmen pangendum alieno potius impulsu, quam sua voluntate et animi inclinatione videtur motus esse [111]), omnia ad artis praecepta erant revocanda; quare carmen eius doctissimum a nativa illa et simplici pulchritudine ac suavitate, qua Homeri divina carmina tantopere delectant, sane multum recedit, et si urbanitatem quandam et elegantem venustatem narrandi excipis, ab Homero omnibus carminis vero heroici virtutibus longe superatur [112]), magisque ad illud epici carminis genus deflectit, quod nos romanticum vocamus; quare omnes illi loci, qui magis conveniunt nativae eius animi mollitiae, ut vitae familiaris, amicitiae, amoris similiumque teneriorum affectuum descriptiones [113]) multo melius ei cedunt, quam ii, in quibus de rebus vere heroicis, sanctis et magnificis, de pugnis, legationibus aliisque negotiis publicis, de sacrificiis sollemnibus, oraculis et vaticiniis, de diis, de inferis et similibus agitur, ubi nimium, quod singula produnt, docti poetae studium et artificium veram legentium delectationem aliquantulum minuunt; quamquam, ut Vergilium recte iudicemus, semper cogitemus oportet, etiam in his non quid nobis placeat, sed quid Romanis placuerit, esse quaerendum. A Romanis autem, illud discrimen non curantibus, Aeneida multis utique luminibus, imprimis arte illa, qua res diversissimas pauloque impeditiores et abstrusiores ad unum, concinnum et quasi rotundum carmen epicum coniunxit, tum similitudinum et comparationum per omnes singulasque, vel minimas, res perductarum copia, deinde oratiuncularum immixtarum virtutibus vere rhetoricis, denique purae et numerosae, omnis generis luminibus distinctae nec usquam tumidae orationis elegantia [114]) atque versus sonoros et ornatissimos componendi arte [115]) splendentem, cum tota in populi Romani et gentis Iuliae gloria celebranda versaretur ideoque superbiae et fastui gentis ex nimia sui admiratione orto mirum quantum blandiretur [116]), Iliadi et Odysseae, si non antepositam, at certo aequiparatam esse [117]),

111) Cf. supra notae 54. et 58.

112) Cf. Ernesti Opusc. orat. etc. p. 157 sq. Müller. et Eckert in libellis not. 108. laudatis

113) Ut egregius ille locus de Marcello l. VI. extr. (cf. supra nota 58.) et totus l. IV., haud dubie praestantissimus omnium.

114) Cf. Wagneri Quaestiones Virgilianae Tomo IV. editionis Heynianae adiectae p. 483—587.

115) Cf. Excursus de hexametro Virgilii, quem Gossrav. editioni suae addidit.

116) Cf. Schlegel. *Vorles. über d. Gesch. d. Liter.* I. p. 118.

117) Cf. Quinct. Inst. X, 1, 56. et 85 sqq. Ovid. A. A. III, 338. Am. I, 15, 25. Rem. 396. Trist. II, 533. Prop. III, 32, (II, 34,) 61 sqq. Stat. Theb. XII, 815. Macrob. V, 1. VI, 1. et Weichert. de L. Varii et Cassii Parm. vita p. 61. Inde etiam non mirum, Aeneida Augusto adhuc vivente in scholis legi et enarrari coeptam esse. Vid. infra not. 122.

non est cur miremur. Quamquam igitur consentaneum est, in Romanos, quibus poeta scripsit, longe maiorem, quam in nos, inde redundasse voluptatem, tamen, ab Homericis carminibus si cogitationem abducimus, Vergilii Aeneis semper unum ex praestantissimis totius antiquitatis monumentis iudicandum erit, de quo fati benevolentia nobis servato est cur quam maxime nobis gratulemur, imprimis etiam cum ex eo permulta discamus ad mythologiam, antiquitates et geographiam veterum spectantia [118]). Itaque plurimi viri docti omnium temporum de hoc carmine iure optimum fecerunt iudicium [119]), quamquam etiam non defuerunt, qui ei multo minus pretium constituerent [120]).

Singularis autem ille favor, quo Vergilii carmina a populo Romano excipiebantur [121]), effecit etiam, ut ea in scholis studiose lecta et explicata [122]) atque in Graecum sermonem trans-

118) Cf. Macr. Sat. I, 24. III, 1. Serv. ad Aen. II, 57. Niebuhr. *Röm. Gesch.* I. p. 112. 217 sq. ed. III. Lersch de morum in Virg. Aeneide habitu. Bonn. 1836. Eiusdem Antiquitates Virgilianae. Bonn. 1843. Helliez *Géographie de Virgile.* Paris 1771 (ed. II. cur. Masselin. Par. 1810). Töpfer Virgilii Geographia in Aeneide exhibita. Arnstad. 1828 sqq. IV Partes. 4. Bonstetten *Voyage sur la scène des X derniers livres de l'Enéide.* Genève 1804 sq. alii.

119) Sic iam a. 1676. Io. Helv. Willemer praestantiam Aeneidos Vergilianae dissertatione philol. ostensam Wittebergae publice defendit. Cf. etiam Fabric. Bibl. Lat. I. 12. p. 379 sqq. Harles Breviar. Not. Lit. R. p. 249 sqq. Burm. Praef. ad Virg. p. **** 2 sqq. Scaliger. Poet. V, 2, 3. Hottinger in *Schrift. der Mannh. Gesellsch.* V. p. 16 sqq. Additam. ad Sulzeri Theor. artt. VII, p. 287. sqq. 293 sqq. 308 sqq. Herm. v. d. Hardt Laudes Virgilii. Helmst. 1740. Malfilâtre *Le génie de Virgile, publié par Miger.* Paris 1810. IV. Voll. 8. Ex recentioribus sufficiat laudasse Winckelmann. de poetis epicis Romanorum in Jahnii *Archiv f. Philol. u. Paedag.* 1833. Vol. II. p. 566 sqq. Süpflium *Einleit.* p. XXXV sqq. Gossrav. Praef. p. VI sqq. et Ladewig. *Einleit.* p. X sqq.

120) Vid. v. c. Markland. in Praef. ad Stat. Silv. et ad Silv. V, 3, 127. Bodmer *Ueber Virgil u. Aeneis. Muthmassungen, aus was für Ursachen Virgil die Aeneis habe zerstören wollen etc.* in Conzii Museo Graec. et Rom. Liter. a. 1794. Vol. I. p. 87. et einsd. *Ein paar Worte zur Rettung der Aeneis von Hottinger* ibid. p. 104 sqq. Richter *Vorschule zur Aesthetik* I. p. 106. alios; quid quod Napoleo imperator in Commentariis suis, quos in Helenao insula conscripsit, Vergilium propter incredibilem artis bellicae ignorantiam in pugnis omninoque in rebus bellicis describendis saepe ineptire docuit? (Cf. adnott. ad Aen. II, 5.) Nescio an Teuffelius quoque l. l. p. 2650 sqq. omnino paulo iniquius de Aeneidos virtutibus iudicet.

121) Praeter locos iam supra not. 91. 99. 106. et 117. laudatos vid. etiam Tac. Dial. de Oratt. c. 13., qui haec narrat: *Populus auditis in theatro* [cf. Donat. §. 41. et Serv. ad Ecl. VI, 11.] *versibus Vergilii surrexit universus et forte praesentem spectantemque Vergilium veneratus est sic, quasi Augustum.* Cf. etiam Voss. ad Ecl. VI. p. 289. et Weichert. in Poett. Latt. vitis p. 285.

122) Cf. Suet. de ill. gramm. 16. (p. 113. R.) Oros. 1, 18. Augustin. de civ. dei 1, 3. et Weichert de verss. iniur. susp. p. 57. Haec etiam causa videtur fuisse, quapropter grammatici (ex aliorum tamen sententia iam Varius et Plotius) Aeneidem non admodum apte et considerate in XII libros diviserent, quam quidem divisionem non ab auctore ipso factam esse in promptu est, qui potius, ut ex Georgicôn carmine concludere possumus, singulis libris minorem ambitum daturus fuisset. Hic autem non omittendum est, exstitisse recentioribus temporibus viros doctos, qui ne am-

lata [123]) inter ipsos Romanos multos nanciscerentur commentatores celeberrimos, quorum primus fortasse fuit ipse Asinius Pollio [124]), certo autem huc referendi sunt C. Iulius Hyginus [125]), L. Annaeus Cornutus [126]), Aemilius Asper [127]), Q. Terentius Scaurus [128]), Rufus Festus Avienus [129]), Tib. Claudius Donatus [130]) et praeter quosdam minus notos [131]) ii, quorum Com-

bitu quidem spectato Aeneidem a Vergilio ad finem perductam esse satis probabiliter suspicarentur, huncque ad Iliadis et Odysseae similitudinem totum carmen XXIV libros efficere voluisse, quorum ea, quae conscribere ipsi licuerit, XVIII fere vel XX complerent. Aeneadem enim abruptam esse Turni caede, cum tamen ex Aen. IV, 615. coll. cum I, 263 sqq. concludendum sit, poetam narrationem usque ad stabilia Troianorum domicilia in Latio collocata et ad Aeneae obitum perducturum fuisse. Cf. Lersch in *Süddeutsche Schulzeit.* IV, 2. p. 88 sqq. et Teuffel. l. l. p. 2653 sq.

123) Ut ab Arriano, qui Suida v. *Ἀῤῥιανός* teste scripsit *μετάφρασιν τῶν Γεωργικῶν τοῦ Βεργιλλίου ἐπικῶς* (cf. Meineke Anal. Alex. p. 370 sq. et Ribbeck. Proleg. p. 187.), et a Polybio, Claudii liberto, qui secundum Senecae Cons. ad Polyb. 26. *Homerum et Vergilium pluribus notos esse voluit, quam* [scil. quibus] *scripserant*, i. e. Homerum latine et Vergilium graece reddidit. (Cf. Graefenhan. III. p. 312 sq. et Ribbeck. l. l.)

124) Quod quamquam negavit Bergk. in *Zeitschr. f. d. Alt.-W.* 1845. p. 120., satis tamen probabile esse post Hauptium (Ind. lectt. aest. a. 1855. Berol. habend. p. 4 sq.) censuit Ribbeck. Proleg. p. 114 sq., quorum totum cap. 9. agit de commentatoribus Vergilii.

125) Cf. Gellius I, 21. XVI, 6. Serv. ad Aen. XII, 120. Heyne T. IV. p. 916. ed. Wagn. Bunte de C. Iulii Hygini vita et scriptis p. II. et 54. et Ribbeck. l. l. p. 117.

126) Cf. Charis. p. 100. 102. Gellius II, 6. Serv. plur. locis, Fabricii Bibl. Gr. III. p. 554 sqq. Heyn. l. l. p. 913. Martini Disp. liter. de L. Annaeo Cornuto. Lugd. Bat. 1825. O. Iahn. Proleg. ad. Pers. p. VIII sqq. et Ribbeck. l. l. p. 123 sqq. De eius pietate in Vergilium cf. Plin. Epist. III, 7, 8. Antiquam illam Vergilii vitam, quam saepe laudavimus, ei non adscribendam esse docet Heyn. in adnot. ei praefixa. Reliquias eius edidit Ang. Mains. Mediol. 1818.

127) Cf. Macrob. Sat. III, 5, 9. 6, 13. Schol. Bern. ad Verg. Geo. IV, 238. Suringar. Hist. crit. schol. Lat. II. p. 124 sq. Heyne l. l. p. 913. Bergk. in Diariis suis a. 1845. p. 118. O. Iahn. Proleg. ad Pers. p. CXLIV sq. et Ribbeck. l. l. p. 128 sqq. Reliquias Quaestionum Vergil. ab eo scriptarum ediderunt Ang. Maius. Mediol. 1818. et Keil. in libro nota 134. commemorato.

128) Cf. Schol. Veron. ad Aen. IV, 146. V, 95. et l. XII. aliquem locum (p. 107, 22) Charis p. 188. Diomed. p. 439. 444. etc. Heyne l. l. p. 919. et Ribbeck. l. l. p. 171 sq.

129) Qui scripsit metaphrasin carminum Vergil. iambico metro usus (Serv. ad Aen. X, 272. 388.). Cf. Heyn. l. l. p. 914. et Ribbeck. l. l. p. 186 sq.

130) Qui non solum vitam Vergilii nobis reliquit, sed etiam Commentarium in Verg. carmina (Georgica certe et Aeneidem) conscripsit. Vid. Macrob. Sat. III, 5, 6. V, 9, 22. Gellius I, 21. II, 6. V, 7. IX, 10. Serv. ad Ecl. III, 38. ad Aen. XII, 365. etc. Heyne l. l. p. 915. Hoeven de Donati Comment. in Virg. Aen. Leovard. 1836. Keilii Praef. ad Gramm. Lat. IV. p. XL. et Ribbeck. Proleg. p. 178 sq.

131) Ut Iulium Modestum (cf. Ribbeck. Proleg. p. 121.), Flavium Caprum (ibid. p. 166.), Urbanum (ibid. p. 167.), Velium Longum (ibid. p. 169.), Caesellium Vindicem (ibid. p. 173.), Helenium Acronem (ibid. p. 174.), Haterianum (ibid. p. 177.), Carminium (ibid. p. 186.), Turrium Rufium Apronianum, qui non solum praestantissimum Vergilii Codicem Mediceum recognovit (cf. Lersch. *Röm. Diorth.* p. 25.), sed etiam carmina Verg. videtur commentatus esse (cf. Suringar. l. l. II. p. 149. et 152. et Heyn. l. l. p. 750. et 913.). Cf. omnino Fabricii Bibl. Lat I, 12. a Wagn. repet.

mentarii ad nostram aetatem manserunt, Cynthius Cenetensis [132]), Iul. Pomponius Sabinus [133]), M. Valerius Probus [134]), Iunius Philargyrius [135]), et imprimis Servius Maurus Honoratus [136]), quibus accedunt aliquot variorum interpretum Scholia [137]). Idem ille favor autem causa fuit, cur Vergilii carmina saepissime describerentur, quo factum est, ut, etiamsi Caligula, contra poetae memoriam temere saeviens, omnia eorum exemplaria ex omnibus bibliothecis amoveri iussit [138]), satis magnus sit Codicum Vergilianorum nobis servatorum numerus [139]), quorum Mediceus, Vaticanus I. (n. 3225., fragm.) et II

in Verg. Heyn. IV. p. 742 sqq. Heyn. ipse T. IV. p 912—920. Suringar. l. l. Pars II. c. 12. et Bähr. *Röm. Lit.-Gesch.* §. 76

132) Cynthii Cenetensis in Virg. Aen. Commentar. e Cod. Ambros. ed. I. M. Dozio. Mediol. 1845.

133) Cuius interpretatio Aeneidos primum typis descripta prodiit Brixiae 1487. Cf. Heyn l. l. p. 807 sqq. et 917.

134) Probi in Virgilium Commentar adiectus Servii editioni a Lione curatae II p. 347 sqq. et M. Valer Probi in Virg. Buc. et Georg. Commentar. etc. ed. H. Keil. Halae 1848. Cf. Heyne l. l. p. 918. Lersch. *Roem. Diorth.* p. 94. sq. Osann. *Beitr. z. gr. u. röm. Lit.-Gesch.* II. p. 286 sq. 283. O. Iahn. Proleg. ad Pers. p. CXXXVI sqq. Riese de commentario Vergil. qui Probi dicitur (et quae contra hunc disputat Ribbeck. in Novis Annall. phill. a. 1863. p. 351 sqq.) idemque Ribbeck. in Proleg. p. 136 sqq.

135) Hanc enim (non Philargyrum) veram nominis formam esse probarunt Thilo in Mus. Rhen. XV. p. 135. et Caesar ad Aristid. Quintil. p. 14. Scholia eius in Vergil. primum typis exscribi iussit Ursinus in edit. sua Vergilii a. 1587, unde in Burmanni editionem et in Servii edit. a Lione curatam T. II. p. 325 sqq. transierunt et Iunilii Flagri nomine una cum T. Galli et Gaudentii Comment. in Georgica a Müllero Rudolphopoli 1841 sqq. IV Partt. edita sunt. Cf. Heyn. l l. p. 918. Phil. Wagneri Comm. I. et II. de Iunio Philargyro. Dresd. 1846 sq. Osann. *Beitr. z. griech. u. röm. Lit.-Gesch.* II. p. 282 sqq Thilo l. l. Ribbeck. l. l. p. 193 sqq.

136) De Servii Commentario (optime edito a Burmanno in edit. Vergilii Amstel. 1746. et a Lione Gotting. 1826. 2 Voll) cf. Heyn. l l. p. 918. Bähr. *Gesch. d Röm. Lit.* § 57. p. 91 sqq. idemque in Pauly Realencycl. VI. p. 1109 sq. Teuber de Mauri Servii Hon. vita et comment P. 1. Vratisl. 1843. Thilo in Mus. Rhen. XIV. p. 534 sqq. XV. p. 117 sqq. Th. Mommsen ibid. XVI. p. 442 sqq. et Ribbeck. l. l. p. 189.

137) Scholia ab Angelo Maio Mediol. a 1818. edita. Scholia Bernensia (in Mülleri IV Progr. Rudolphopoli 1847—1854. Cf. Ribbeck. l. l. p. 195.) Scholia Veronensia, post A. Maium et H. Keilium denuo edita ab Arnoldo Hermanno. Donauesch. 1869 et 1870 (Cf. Buecheler in Novis Annal. phil. a. 1866. p. 65 sqq. et Ribbeck. l. I. p. 198 sqq.)

138) Cf. Sueton. Calig. 34.

139) Cf. Gersdorf. notit. literar. Tomo IV. edit. Wagner. p. 605 sqq. subiuncta, cui adde: C. W. Müller. de Codd. Virgilii, qui in Helvetiae bibliothecis asservantur. Bern. 1841. 4. idemque in Analect. Bern. P. III. p. 1 sqq. Eck Varietas lectionis ex Cod. membran. acad. biblioth. Lund. 1847. IV Partes. Codex Virgilianus, qui nuper ex biblioth. Can. abbatis Venetiani Bodleianae accessit cum Wagneri textu collatus a Geo. Butler. Oxon. 1854. Collatio Codicis Vergil. Minoraugiensis ab Hasslero edita in Progr. Ulmensi a. 1855. *Varianten der Weissenauer Handschr. zu Vergil's bucol. Gedichten.* Progr. Feldkirch. a 1861.; porro quae de antiquissimo fragm. Cod Vatic. aliquot versus l. I. Georg. continente post Mabillon. de re dipl. p. 637. et Pertzium in *Abhandl. d. Berl. Acad.* a. 1863. (cf. Ribbeck. Proleg. p. 217.) refert Henry in Novis Annall. phil. a. 1867. p. 419 sqq. imprimisque quae Ribbeck. l. l. p. 218 sqq. et Henry in libro Aeneidea inscripto p. XI sqq. de Codd. a se collatis nobiscum communicant.

(sive Romanus, n. 3867.), Palatinus (n. 1631.), Veronensis (fragm.) et Sangallensis (fragm.) sunt antiquissimi et optimi. Omnino autem quo insigni gloria Vergilius semper excelluerit, res est notissima [140]).

---

140) Quomodo omnino Vergilii memoria etiam media, quam vocamus, aetate viguerit, (qua inter Italos imprimis Dantium in *divina commedia* [cf. ipse *Infern.* I, 85 sqq. Genthe Convers Eclog. p. 54. 63. et Süpflius *Einleit.* p. XXV.] et inter Germanos Henr. de Veldegk. in sua *Eneit* [cf. Gervinus *Gesch. der poet. Nationallit. d. Deutschen.* I. p. 238 sqq.] poetam nostrum imitatos esse constat) nuperrime docuerunt Zappert. *Virgil's Fortleben im Mittelalter.* Vindob. 1851. et Schwubbe: P. Virgilius per mediam aetatem gratia atque auctoritate florentissimus. Paderborn. 1852. Praeterea hac de re cf. Baehr *Die christl. Dichter u. Geschichtschreiber Rom's* p. 40. F. Michel Quae vices quaeque mutationes et Virgilium ipsum et eius carmina per mediam aetatem exceperint. Paris. 1846. et Süpflius *Einleit.* p. XXV sq.; quod autem ad fabulas attinet, quas eadem aetas de Vergilio *mago* divulgavit, Sieberhaar de fabulis, quae media aetate de P. Virgilio circumferebantur. Berol. 1837. 4. Graesse *Beitr. zur Lit. u. Sage des Mittelalters.* II. *Zur Sage vom Zauberer Virgil.* Dresd. 1850. 4. Genthe *Virgil's 10 Eclogen. Mit einer Einleitung über Virgil's Leben u. Fortleben als Dichter u. Zauberer.* Leipz. 1856. et Milbergi Memorabilia atque Mirabilia Virgiliana. Misenae 1857. et 1867.

(Ceterum hanc dissertationem finiens nolo reticere plures Donati locos supra laudatos a Reifferscheidio ut suppositicios e contextu remotos et in marginem inferiorem reiectos esse, quod asterisco adpicto significavi.)

P. VERGILI MARONIS

A E N E I S.

LIBER SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Caietam, nutricem suam, Aeneas sepelit locumque ipsum ab eius nomine Caietam appellat (1—4.). Inde Circes sedem praetervehitur (5—24.) secundoque vento ad Tiberis ostia et adverso flumine in Laurentem agrum defertur, ubi escendit (25—36.). Digressione facta de prisco Latii statu, de prodigiis, quibus Latino regi Troianorum adventus denuntiatus fuerat et de Fauni oraculo, quod Laviniam, regis filiam, externo advenae a fato destinatam homini Latino in matrimonium dari vetuerat (37—106.), narratur ostentum comesarum mensarum, unde cognoscunt Troiani, hanc esse terram fatis sibi debitam (107—147.). Explorata igitur vicina regione Aeneas ad Latinum regem centum oratores mittit, qui munera ei offerant et urbis condendae locum petant (148—157.). Dum ipse novae urbis locum designat, Latinus legatis sui adeundi facit potestatem (158—169.). Regia Pici accuratius descripta (170—191.) Latinus legatione benigne audita et promissis, quae petantur, oraculo obsecutus Laviniam Aeneae ultro in matrimonium obtulisse traditur (192—285.). Interim Iuno de caelo conspiciens Troianos in Latium ingressos prosperisque eorum rebus offensa Allecto, unam e Furiis, ad disturbandam pacem ab inferis evocat (286—340.); quae primum Amatam, Latini uxorem (341—405.), post etiam Turnum, Rutulorum regem Laviniam sibi uxorem expetentem, furiis suis implet (406—474.) atque inde Troianorum iuventuti, quae tum forte in venatione erat, mansuetum cervum obiicit, delicias Tyrrhi, armentarii regii, eiusque liberorum; quem cum Ascanius sagitta vulnerasset, rustici arreptis armis in Troianos impetum faciunt (475—510.). Allecto ex superiore loco classicum canit et bello conflato caeduntur Almon, Tyrrhi filius natu maximus, et Galaesus, agricola totius regionis ditissimus et probitate florentissimus (511—571.), quorum corpora cum in urbem essent delata, Turnus et Amata Latinum ad iniuriam vindicandam bellumque suscipiendum stimulant (572—590.). Qui cum fatorum et foederis nuper cum Troianis initi memor adduci non posset, ut Troianis bellum indiceret, Iuno ipsa Belli portas aperit (591—622.). Turni auspiciis ad bellum exeunt Mezentius una cum Lauso filio (623—654.), item Aventinus, Herculis ex Rhea filius (655—669.), Catillus et Coras Tiburtini, fratres (670—677.) aliique complures, quorum inde a v. 678. usque ad finem libri fit recensio, interque eos etiam Camilla, Volscae gentis virgo fortissima (803—817.).

Tu quoque litoribus nostris, Aeneia nutrix,
Aeternam moriens famam, Caieta, dedisti;
Et nunc servat honos sedem tuus ossaque nomen
Hesperia in magna, si qua est ea gloria, signat.
At pius exsequiis Aeneas rite solutis,
Aggere conposito tumuli, postquam alta quierunt
Aequora, tendit iter velis portumque relinquit.

---

1 sqq. De *Caieta*, Aeneae nutrice, quae promontorio et oppido in Latii et Campaniae confiuiis prope Formias sito (vid. ad VI, 901.) nomen dedit, cf. Ovid. Mot. XIV, 157. et 441 sqq. — *Tu quoque*, praeter Misenum et Palinuram, de quibus vid. VI, 232 sqq. et 381. In Anth. Lat. II, 193, 33. hic locus sic contrahitur: *Tu quoque litoribus famam, Caieta, dedisti* et ibid. II, 194, 37. sio mutatur: *Tu quoque litoribus nostris, Caieta, manebis.* Ceterum cf. simile exordiam l. III. Georg. — *Aeneia nutrix* etiam ap. Ovid. Met. XIV, 441. legimus. Cf. X, 156. *Aeneia puppis* ot ibid. v. 494. *Aeneia hospitia.* — 2. Verba *Aeternam moriens famam* hinc repetantur in Anth. Lat. I, 170, 161. et 172, 154. Pal. et Gud. a m. pr. verba sic transponunt *famam moriens.* — 3. „Etiamnum *servat honos sedem tuus* [i. e. qui tibi debetur habeturque], pro: honos est adhuc, sorvatur sedi tnao, tumulo; uam *sedes* pro sepulcro, at VI, 152. [ubi tamen vid. adnott., et 328.]; honos aatem ei habetur titulo et nomine sea inscripto sca fama vulgato: unde fit, ut is titnlus ipse appelletur *honos.* Idem erat VI, 507. *nomen et arma locum servant.*“ *Heyn.* Cf. Markl. ad Stat. Silv. I, 3, 24. Hoffmann. tameu in *Zeitschr. f. d. Oest. G.* 1853. p. 877. uegligens antecedens voc. *moriens* negat *sedem* hic significare posse sepulcram et *sedem servare*, ut alibi *locum servare*, per iiamotum manere, superesso explicat. In Anth. Lat. I, 194, 38. hinc petuntur verba *Servat honos nomen.* — *ossaque nomen signat.* Heyu. *nomen* de titalo sepulcri iutelligit; rectius autem Wagn., ue bis idem dicatur, aeve otiosum sit illud *Hesperia in magna*, verba sic explicat: „pro titulo sepalcri tui est urbis et promontorii nomen.“ Ovidius tamea l. l. v. 443. etiam epitaphium Caictae exhibot. Ceterum Medic., Pal., Gud. a m. pr., alii praebent *signant*, quod receperunt Haapt., Ladew. et Wagn. in recoutiss. edit., ubi mutata sententia locum sic explicat: „ossa tua impouunt et quasi imprinunt ei loco nomen tamquam signum aliqaod, quo ille uoscatur.“ Süpfl. tamen vulgatam propter parallelismum membrorum iure videtur praeferre et apte comparat Tac. Germ. 28. *Manet adhuc Boihemi nomen signatque loci veterem memoriam* itemquo Hoffmaun. l. l. p. 876. Singularem defendit, quem otiam Ribbeck., Bryce, Couington et Benoist. servarunt. Ceterum cf. III, 287. atquo etiam adnott. ad II, 423. — 4. *Hesperia in magna*, i. e. potento. Cf. infra v. 54., I, 569. (ubi aduotatis eum Weidn. adde Jacob. Quaest. ep. p. 32.) et IV, 345. — *si qua est ea gloria*, scil. urbem et promontoriam a te uomen accepisse; idque idem esse, ac si scriptnm esset: quac est gloria amplissima (*wenn dieser Ruhm irgend welcher*, i. e. *kein unbedeutender ist*), iam Wagn. observavit, qui coafert Ovid. Fast. VI, 27. *Est aliquid nupsisse Iovi.* Ante omnia autem conferendus erat Verg. ipse Aon. I, 603. *si quid iustitia est*, ubi vid. adnott. Ceterum similis est locus Ovid. Met. V, 378. *si qua est ea gratia.* Cf. etiam Aeu. X, 828. *si qua est ca cura.* Peerlk. hos quatuor versus, in quibus malta temere reprehendit, spurios, sequentes autem 5—36. superiori libro adiungendos censet, Vergilium hunc librum VII. versu 37. *Nunc age, qui reges* etc. oxorsum esso ratus. Sed Ribbeck. Proleg. p. 82. contra eum disputans, quamquam iam Servius bene intellexerit, epilogum magis sexti libri, quam rerum, quao iam instent, prologum hic legi, tamen talia corrigere poetae fuisse, aou esse critici, recte memorat. Cf. etiam Gossravii opinio supra ad VI. extr. prolata. — 5. Med. et Rom. verba malo sic collocant: *Aeneas exsequiis.* — 6. *Aggere tumuli.* Cf. V, 44. *tumuli ex aggere* et III, 63. *Aggeritur tumulo tellus.* — *alta quierunt Aequora.* Cf. IV, 523. Turbidam autem interea faisse mare, scimus ex VI, 355 sq. — 7. *tendit iter* (vid. ad I, 410 et 656.)

Adspirant aurae in noctem nec candida cursus
Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.
Proxuma Circaeae raduntur litora terrae,
Dives inaccessos ubi Solis filia lucos
Adsiduo resonat cantu tectisque superbis

velis, velorum ope ventis datorum, ut supra VI, 240. *tendere iter pennis* et similia. Cf. etiam V, 28. *Flecte viam velis.* — *portum*. Cum VI, 901. legerimus *Caietae portum*, reiicienda est Pal. et Gud. lectio *portus* fortasse ortu ex v. 22. — 8. *in noctem*. Servius explicat circa noctem, sub noctem; neque aliter Conington, qui comparat Lucr. VI, 712. *Nilus in aestatem crescit* et ibid. v. 875. *humor in lucem - - rarescit.* Sed rectius Hand. Turs. III. p. 339. poëtam hic poëticam imaginem expressisse, non tempus cogitasse censet, haec sic germanice reddens: *Lüfte wehen in die Nacht.* Cf. adnot. mea ad Lucr. I. modo l. Videtur hunc locum respexisse Val. Fl. II, 580. *Panditur hic totis in noctem carbasus alis.* Consentit mecum Benoist. — *candida* vocatur Luna etiam Ovid. Her. XVIII, 61. et al. — *cursus negat.* Contra infra v. 24. Neptunus *fugam dedit.* — 9. „*tremulo sub lumine*, epitheto a natura radiorum lucis petito. Nota rei imago expressa dudum ab aliis, e. c. ab Ennio [p. 279. Hessel. s. Melanippae fr. 4. p. 132. Vahl.] apud Macrob. VI, 4. [p. 175. Bip. s. p. 520. Ian.] *Lumine sic tremulo terra et cava caerula candent.*“ *Heyn.* Cf. etiam infra VIII, 22. Ecl. VIII, 105. Lucr. V, 696. et, quos Burm. laudat, Ovid. Her. XVIII, 59. Hor. Od. II, 5, 19. (ubi Acro nostrum locum comparat) atque eius adnott. ad Val. Fl. V, 109. (qui hunc locum imitatur) et Rutil. Itin. I, 284. — 10. *raduntur litora.* Vid. ad III, 700. — *Circaeae terrae*, regionis circa Circeium, Latii promontorium. Cf. infra v. 799. *Circaeum iugum*, Ovid. Met. XIV, 248. *Circaeum litus*, XV, 718. *tellus Circaea* cett. Antiquiores poëtae de insula Circes fabulantur (cf. Hom. Od. X, 135 sqq.), quam Theophr. Hist. plant. V, 9. et Plin. III, 5, 9., aggesta fluminum alluvie terra, cum vicino Italiae litore in unum coaluisse fingunt. Cf. Heynii Exc. I. ad h. l. et adnott. ad III, 386. Et sane Vergilius ipse Aen. III, 386. *insulam Circae* commemorat. Conington conferri iubet Westphal. *Die Röm. Kampagne* p. 59. — 11 sqq. *Solis filia* est Circe, quam ex vulgari fabula Sol ex Perseide progenuit (Hom. Od. X, 139. Hesiod. Theog. 957.), Aeetis, regis Colchici, soror, saga et venefica celeberrima, quam pater ex Colchide abduxit in Hesperiam, ubi ei insulam aliquam maris Tyrrheni sedem assignavit. Cf. supra III, 386. et Creuzer *Mythol.* IV. p. 27. — *Divitem* autem Circen appellari putat Heyn. ob domus opulentiam (*tecta superba* v. 12.) ap. Hom. l. l. v. 210 sq., 311 sq. et imprimis 348 sqq. coll. Ovidio Met. XIV, 260 sqq. — *inaccessos lucos* Wagn. recte cum Servio explicat: ad quos accedere periculosum est propter veneficia, comparans Homeri χεῖρας ἀάπτους. Cf. adnott. ad Aen. III, 275. *Lucos* autem commemorat ad Homeri exemplum, qui v. 149 sq. de silva insulae, Circes aedes cingente, loquitur. Heyn. praeterea conferri iubet Theophr. Hist. plant. V, 8. et Plin. XV, 29, 36. — 12. *resonat* active pro resonare facit; qua ratione hoc verbum alibi non videtur usurpari, nisi ap. Silium XIV, 30. (vates, *sacras qui carmine silvas - - resonant*), ubi vid. Drak. Plerumque enim ipsi loci aliquid resonare dicuntur. Cf. Ecl. I, 5. Geo. III, 338. cett. *Personare* autem sic legitur VI, 418. et *insonare* VII, 451. Verba *Adsiduo resonat cantu* (sed ad *carmen* translata) repetuntur in Anth. Lat. I, 168, 4. *Heyn.* inter alia haec adnotat: „Cantus Circes notus ex Hom. Od. X, 221 sqq., qui iidem versus cum de Calypso quoque ab Homero positi sint Od. V, 61. 62., ex eodem loco v. 57—61. repetit Maro reliqua de foco et de textura.“ Ceterum cf. similis locus Geo. I, 293. *Interea longum cantu solata laborem* etc. — *tectis superbis.* Orell. ad Hor. Od. II, 14, 27. (ubi in nonnullis libris legitur *pavimentum superbum*) de tectis artificiose tessellatis cogitat, coll. Suida p. 28. Bernh. ὕφει τινὶ ὑπερηφάνῳ. Mihi *tecta* latiore sensu pro aedibus omnino videntur po-

Urit odoratam nocturna in lumina cedrum
Arguto tenuis percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus iraeque leonum
Vincla recusantum et sera sub nocte rudentum,
Saetigerique sues atque in praesepibus ursi
Saevire ac formae magnorum ululare luporum,
Quos hominum ex facie dea saeva potentibus herbis
Induerat Circe in voltus ac terga ferarum.
Quae ne monstra pii paterentur talia Troes

---

sita. — **13.** Cf. Hom. Od. V, 59 sqq. *nocturna in lumina*, ut noctu lumina praebeat, noctem collustret. Sic e. g. Claud. in Ruf. I, 311. *qui cornipedes in pocula vulnerat audax Massagetes.* Cf. Hand. Turs. III. p. 317 sq. et 323. et adnott. ad Aen. IV, 647. V, 537. XII, 854. Eodem sensu ap. Lucr. VI, 900. legimus *nocturna ad lumina.* Med. *nocturno in lumine,* male. — *Cedrum odoratam* (ut Geo. III, 414.) Graecorum et Romanorum, etiam oxycedrum dictam, e iuniperorum genere esse et a Cedro Libani, quae ex abietino genere sit, diversam, Heyn. adnotavit coll. Interpp. ad Theophr. Hist. pl. III, 12. et Celsi Hierobot. P. I. p. 77. Ceterum totus hic versus iteratur in Anth. Lat. I, 178, 331. — V. **14.** uno tantum verbo mutato etiam Geo. I, 294. legitur, ubi vid. adnott. De epitheto *argutus*, i. e. stridulus, sonans, vid. Iacobs *Lat. Blumenlese* II. p. 94. et adnott. ad Ecl. VII, 1. VIII, 22. — **15.** Cum toto, qui sequitur, loco cf. Hom. l. l. v. 210 sqq. Apollon. IV, 672 sqq. et Ovid. Met. XIV, 254 sqq. Heyn. tamen poëtam hic ab Homero discedere memorat, qui mutatas has feras humanam mansuetudinem servantes exhibuerit v. 214 sqq. Cf. etiam Obbar. ad Hor. Ep. I, 2, 25. Vol. I. p. 153. — *gemitus iraeque*, ut II, 413., ubi vid. adnott.; cum *gemitu* autem *leonum* cf. ap. Val. Fl. III, 737. *leonis*, II, 458. *tauri*, Lucan. VI, 688. *luporum gemitus.* Vid. etiam Drak. ad Sil. I, 425. et Orell. ad Hor. Epod. XVI, 51., ubi *circumgemit ursus ovile.* Haud dubie autem Verg. respexit Lucr. III, 298 sq. *leones Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes Nec capere irarum fluctus in pectore possunt;* unde etiam apparet, *gemitus iraeque* esse ἓν διὰ δυοῖν, non cum Gossravio *gemitus* ad dolorem, *iras* vero ad indignationem referendas. — **16.** *rudentum.* Cf. adnott. ad Geo. III, 374. — **17.** *Saetigeri sues*, ut XII, 170. et Lucr. V, 996. *Saetigeri apri* ap. Ovid. Met. VIII, 376. et Mart. XIII, 93, 1. inveniuntur. — *praesepia* Serv. recte per caveas explicat. Vid. infra v. 275. — **18.** *Saevire* de saeva voce ursorum accipiendum esse cum Servio sensit Wagn., coll. Sturz. de vocibus animm. in eius Opuscc. p. 168 sq. Verbum tamen proprium de ursorum voce secundum Glossographos de vocibus animalium fuit *uncare* vel *urgare.* Claud. de Mall. Cons. 297. usus est voc. *rudere*, vulgatus interpres Isaiae 59, 11. voc. *rugire.* Cf. Orell. l. modo l. — Ribbeck., cum uterque versus 17. et 18. a syllaba *sae* incipiat, de corruptela cogitari et pro *saevire* potius *mugire* commendari posse memorat, quod cum ruditu et ululatu bestiarum aptius componatur; et sane negari nequit, librarios ad praecedentis versus principium aberrantes facile ad hanc mutationem faciendam induci potuisse. — *formae luporum.* Vid. ad VI, 277. et V, 822. Ingentem tamen magnitudinem bestiarum hoc vocabulo indicari, docet Pricaeus ad Apul. Met. IV. p. 76. a Wagn. laudatus, qui conferri iubet Ovid. Met. II, 78., sicut de diis ibid. I, 73. — **19.** *hominum ex facie.* Cf. III, 426. — *potentibus herbis.* Vid. ad XII, 402. — **20.** Cf. Hom. Od. X, 240. *induerat in vultus ac terga*, h. e. corpora (ut ap. Silium IV, 563. *agitet Gargano terga ferarum:* vid. ad Aen. I, 635., secundum Ladew. vero in transversum extensa corpora, opposita erectis hominum corporibus) *ferarum*, pro vulgari: induerat eos formis ferarum. Cf. adnott. ad Geo. I, 188. — **21.** *quae ne monstra paterentur*, ne mutarentur in talia monstra. Respexit hunc locum Colum. de cultu hortorum v. 337. *Haec*

Delati in portus, neu litora dira subirent,
Neptunus ventis inplevit vela secundis
Atque fugam dedit et praeter vada fervida vexit.
Iamque rubescebat radiis mare et aethere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:
Cum venti posuere omnisque repente resedit
Flatus et in lento luctantur marmore tonsae.
Atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum
Prospicit. Hunc inter fluvio Tiberinus amoeno
Verticibus rapidis et multa flavus harena

---

ne ruricolae paterentur monstra. De verbo *pati* cf. VI, 743. (*pati Manes*) et infra ad v. 807. — „*pii*, *θεοφιλεῖς*, diis curae sunt Troiani. Cf. supra III, 265.“ *Heyn.* Adde I, 526. — **22.** *Delati in portus*, ut III, 219. *Huc ubi delati portus intravimus.* *Portus* Plur. numero praeterea legitur V, 813. et VI, 366. — *subirent.* Cf. I, 400. et III, 292. — **24.** *fugam dedit*, i. e. celerem cursum, navigationem. Vid. ad Geo. III, 142. et Aen. I, 317. — *vada fervida*, mare aestuosum, quale circa promontoria esse solet. Vid. ad V, 158. et al. — **25.** *Iamque rubescebat - - - Cum* cett. Vid. adnott. ad III, 135. — **26.** *Aurora lutea*, i. q. crocea, *κροκόπεπλος*. Cf. Hom. Il. VIII, 1. Ovid. Met. VII, 703. XIII, 579. Fast. IV, 714. et Anth. Lat. V, 7, 1. *Lutea fulgebat roseis Aurora capillis.* Noli autem hoc Adiect. lūteus a lūto (*Wau, Gilbkraut*) ductum confundere cum altero lŭteus a lŭto (*Lehm, Koth*) derivato. — *in roseis bigis*, ut apud Ovid. Fast. l. l. et Tibull. I, 3, 94. Aurorae *rosei equi* tribuuntur. Cf. etiam Auson. Perioch. VIII. Iliad. *Iam caelum rutilat roseis Tithonia bigis.* Heyn. miram censet hanc colorum temperiem (*rubescens* mare, *roseas* bigas et *luteam* Auroram), quare etiam Schrader. ad Mus. p. 289. et Beutl. ad Lucan. IV, 125. coni. *in croceis*, ut Aen. IV, 585. Aurorae et Tithono *croceum cubile* tribuitur. Sed vid. Vossii Epistt. myth. T. II. p. 79 sqq. et supra VI, 535., ubi Aurora *roseis quadrigis* invehitur, cui tamen vulgo *bigae*, ut h. l., tribuuntur. Vid. Tib. II, 1, 87. (ibique Broukh. et Dissen.) Val. Fl. III, 211. Stat. Silv. I, 2, 45. Auson. l. l. alii. Ribbeck. admodum incerta quaedam Codd. Bern. vestigia secutus coll. IV, 701. pro *roseis* paulo audacius edidit *variis*, cum *lutea* Aurora et *roseae* bigae inter se conciliari nequeant (cf. eius Proleg. p. 346.); sed eadem ratione ap. Ovidium Fast. IV, 714. legimus *Memnonis in roseis lutea mater equis.* — **27.** *venti posuere*, scil. se, vel, quod alii supplent, vim, ferociam suam. Sic X, 103. *Zephyri posuere.* Vid. ad Aen. I, 234. Ceterum cf. etiam Lucan. III, 523. *posito Borea.* — **28.** *tonsae*, remi, „quod quasi tondeantur ferro,“ ut Festus p. 356. et Paulus p. 357. M. docent. Cf. infra X, 299. Ennius Ann. VII. fr. 6–8. p. 36. Vahl. (p. 78. et 185. Hessel.) Lucr. II, 554. Val. Fl. I, 369. Lucan. III, 527. Sil. XI, 491. all. — *luctantur.* Cf. VIII, 89. *remo ut luctamen abesset* cum adnott. ad III, 384. et Ovid. Trist. IV, 5, 19. *remis ad opem luctare ferendam.* — *in lento*, tranquillo, a ventis immoto, *marmore*, aequore. Vid. ad Geo. I, 254. et Aen. VI, 729. Sic Lucan. V, 434. *Aequora lenta iacent.* Cf. etiam Plin. XXXVI, 26, 65. *lentus amnis* et Burm. ad Nemes. Cyneg. 276. — **29** sqq. Cf. cum h. l. Ovid. Met. XIV, 446 sqq. — *Atque* de re inexspectata. Vid. ad Ecl. VII, 7. et Aen. IV, 261. — *hic* de tempore. Vid. ad I, 728. — **30.** *Prospicit.* Vid. ad Aen. I, 127. et IV, 410. — *Tiberinus.* Vid. ad VI, 874. — **31.** *verticibus.* Sic Med. et antiquiores Codd. omnes, quos (ut etiam ceteri recentiores editores) cum Wagn. secutus sum. Heyn. cum Palat. et paucis aliis scripsit *vorticibus.* Cf. adnott. ad Geo. I, 481. *Flavus* autem sollemne Tiberis, semper fere cum arena lutosa mixti, epitheton. Vide infra IX, 816. imprimisque locum Ovidii hinc expressum Met. XIV, 447. *In mare cum flava prorumpit Thybris harena.* Hor. Od. I, 2, 13. (ubi vid. Mitsch. I, 8, 8. et Orell.) II, 3, 18. Ovid. Met. XIV, 447. Trist. V, 1, 31. (ubi vid. Iahn.) etc. Ceterum cf.

In mare prorumpit. Variae circumque supraque
Adsuetae ripis volucres et fluminis alveo
Aethera mulcebant cantu lucoque volabant.
Flectere iter sociis terraeque advertere proras
Imperat et laetus fluvio succedit opaco.
Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status, advena classem
Cum primum Ausoniis exercitus adpulit oris,
Expediam et primae revocabo exordia pugnae.
Tu vatem, tu, diva, mone. Dicam horrida bella,
Dicam acies actosque animis in funera reges

---

adnott. ad I, 246. — 32. *In mare prorumpit.* Cf. Ovid. Met. I. modo l. — *Variae volucres*, ut Geo. I, 383. et ap. Lucr. I, 590. et II, 344. Cum hic unus sit Vergilii locus, ubi prima voc. *supra* syllaba corripiatur, Ribbeck. suspicatur, auctorem scripsisse *circum superaque.* Ipse tamen profert Statii Theb. IX, 114. locum haud dubie ex nostro ortum *circumque supraque Vertitur*, quod Markl. ad Silv. II, 2, 122. unum huius correptionis exemplum apud Statium esse memorat. — 33. *alveo.* Vid. ad Geo. II, 453. — 34. *Aethera.* Serv. ad Aen. IV, 524. *Aequora.* Wakef. ad Lucr. II, 144. coni. *Aëra;* et sane ap. Ovid. Fast. I, 155. *Et tepidum volucres concentibus aera mulcent* legitur, sed ap. Ambros. Hexaëm. V, 12. *aves aethera cantu mulcere consuerunt.* Vid. etiam adnott. ad Aen. V, 464. — 35. *flectere iter*, cursum. Vid. ad V, 28. — *terrae advertere proras.* Vid. Geo. IV, 117. „Facit vero haec Aeneas, ut ad ipsa Tiberis ostia cursum regat, ad Creusae monitum II, 781 sq. Escensus factus ad ripam fluminis in agrum Laurentinum. Erat autem ille olim lauris consitus; unde *lucus* et *fluvius opacus.* — 37 sq. Ad legentium animos excitandos invocationem novam valere [quacum cf. I, 8.], nota in poëtis res est. *Erato* [quae proprie dea est poësis eroticae: vid. Ovid. A. A. II, 16.] ponitur a poëta pro Musa qualicunque, ut recte Servius. Apollonii exemplum bene laudatur ab aliis III, 1. *Εἰ δ' ἄγε νῦν, Ἐρατώ* cett.“ *Heyn.* Peerlkampium suspicari, Vergilium ab hoc versu hunc librum exorsum esse, iam supra vidimus. — *quae tempora rerum fuerint* Heyn. recte explicat: „quo rerum statu ac conditione Aeneas advenerit.“ Peerlk. autem, cum *rerum status* formula sit communi poëtarum et historicorum usu recepta, hunc locum sic distinguendum censet: *quae tempora, rerum Quis Latio antiquo fuerit status*, etc., quod recte reprobat Conington. — 38. *Quis Latio - fuerit status*, non *qui status*, sententia enim haec est: enumerabo diversa regnorum civitatumque genera et nomina. Vid. ad Ecl. I, 19. — *advena exercitus*, ut Ecl. IX, 2. *advena possessor.* Cf. adnott. ad Ecl. VIII, 13. Aen. I, 21. 273. etc. — 39. *exercitum* pro populo, turba positum putat Heyn., etiam apud Graecos tragicos *στρατὸν, τάγμα, τάξιν, στόλον* et alia populum et cives denotare adnotans. Hic tamen, ubi bellum in Latio gestum narraturus est poëta, certe armatas classis copias intelligi voluit. — *adpulit oris*, ut I, 377. III, 338. 715. — 40. *exordia pugnae.* Vid. infra v. 479 sqq. et 542. — Cum v. 41. cf. Claud. I, 71. *Tu, precor, ignarum doceas, Parnassia, vatem* similesque locos et adnott. ad Aen. I, 8. — *mone.* Cf. Ovid. Fast. I, 467. III, 261. Val. Fl. I, 5. VI, 34. Conington, qui adnotat, hoc verbum respondere antecedenti *revocabo* et respicere Musam ut filiam Mnemosynes, conferri iubet Ecl. VII, 19. ibique adnott. Ceterum verba *Tu vatem, tu, diva, mone* iterantur in Anth. Lat. III, 81, 3. — *horrida bella.* Vid. supra VI, 86. — 42. *actos animis* etc. Conington comparat similem sententiam IX, 460. — *in funera*, scil. inferenda, ut XII, 528. *in volnera itur*, ubi vid. adnott. — „*reges*, Latinum, Turnum, Mezentium; hinc *Tyrrhena manus.* Sed quod sequitur, in maius auctum, totam Italiam coïsse ad arma.“ *Heyn.* Ultra Latinum enim et Etruriam

Tyrrhenamque manum totamque sub arma coactam
Hesperiam. Maior rerum mihi nascitur ordo,
Maius opus moveo. Rex arva Latinus et urbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica
Accipimus; Fauno Picus pater, isque parentem
Te, Saturne, refert; tu sanguinis ultimus auctor.
Filius huic fato divom prolesque virilis
Nulla fuit primaque oriens erepta iuventa est.

---

illud bellum non serpsit. De antiquis Italiae populis eorumque originibus cf. Heynii Exc. IV. ad h. l. Reges hic commemorati recensentur infra v. 647 sqq. — **44**. *Maior rerum ordo*, pro: rerum maiorum ordo. Vid. infra ad VIII, 526. Ceterum cf. Ammian. XV. p. 53. *Quoniam, ut Mantuanus vates praedixit excelsus, maius opus moveo maiorque mihi rerum nascitur ordo.* Ceterum cf. etiam Ecl. IV, 5. *Magnus - - saeclorum nascitur ordo.* Verba *Maior rerum tibi nascitur ordo* legimus etiam in Anth. Lat. III, 124, 2., ut sequentia *Maius opus moveo* ibid. I, 170, 6. et in Wernsd. P. Lat. min. II, 230, 5. — **45**. *Maius opus moveo*, scil. animo, i. e. cogito, molior. Cf. Hor. Od. III, 4, 68. *Omne nefas animo moventes*, Ovid. Fast. VI, 760. *nimiae moverat artis opem* et Liv. XXIII, 39. *movere ac moliri quicquam.* Alio sensu infra v. 641. *cantus movere.* — *Latinus - Iam senior.* Cf. V, 179. VI, 304. — **46**. *in pace regebat.* Cf. VIII, 325. „*Latini* genus ad Saturnum refertur, deum Aboriginum indigetem, cum Crono comparari solitum. [Cf. Spangenberg. de veteris Latii religg. domesticis p. 56.] Ab hoc Picus procreatus, ex hoc Faunus, Latini pater.“ *Heyn.* De ipso *Latino* (quem Herculis potius, quam Fauni, filium fuisse narrat Dion. Hal. I, 43.) a Mezentio interfecto et Iovis Latiaris nomine consecrato cultoque in monte Albano vid. Festus p. 194. Spangenb. l. l. p. 64. et Preller *Röm. Mythol.* p. 84. 676., de *Fauno* autem, Pici e Canente filio, et antiquo Latii rege, postea autem, cum ab Hercule occisus esset, numine fatidico cf. infra v. 82 sqq. Dion. Hal. I, 31. Plut. parall. Gr. et R. H. 38. Iustin. XLIII, 5. Lactant. I, 22. alii et Spangenb. l. l. p. 63. — **47**. „*Marica*, nympha Latii, cuius religio apud Minturnenses servata est, et lucus ad fl. Lirin consecratus. *Laurentem* eam appellat, quod Aborigines, Laurentes, et nomen Latinum ad Lirim usque pertinuisse videtur.“ *Heyn.* Sic adeo Turnus infra v. 650. *Laurens* appellatur. Cf. etiam infra v. 64. ibique adnott. De Marica cf. Serv. ad h. l. et ad XII, 164. et Preller *R. M.* p. 342. 363., deque eius luco et palude Liv. XXVII, 37. Lucan. VII, 424. Plut. Mar. 39. Hor. Od. III, 17, 7. et Vellei. II, 19. — **48**. De *Pico*, qui, in avem sui nominis mutatus, Latinis oracula edidisse fertur, praeter Ovid. Met. XIV, 320 sqq. vid. Plin. X, 18, 20. Plut. Quaest. Rom. c. 20. Lactant. I, 22. Heynii Exc. V. ad h. l. Spangenb. p. 62 sq. et Hartung. *Rel. d. R.* II. p. 173 sqq. — **49** *refert* aut Praesens hist. esse Conington memorat aut respicere Picum etiamnum inter deos viventem. Illud simplicius videtur. — *sanguinis.* Vid. ad I, 19. — *ultimus auctor.* Conington comparat *ultimam originem* ap. Catull. IV, 15. — **50**. *fato divom.* Vid. adnott. ad II, 54. et III, 517. — **51**. *Nulla fuit* (cf. adnott. ad Aen. II, 583.), scil. eo tempore, quo Aeneas in Italiam venit, *primaque* cett., i. e. nam prima, quae fuerat, erepta est (vid. ad X, 618 sq.), quamquam etiam simplicius cum Wagn. explicare possumus: „et quae esse coepit, ea erepta est ei.“ Ladew., comparans II, 94. X, 344. et Cic. de Or. II, 34, 147. *nihil te effugiet atque omne, quod erit in re, occurret,* Copulam potius pro Part. adversativa positam censet. Peerlk. sine iusta causa verba *primaque oriens erepta iuventa est* spuria censet. Verba *Filius huic - - - Nulla fuit* citat etiam Schol. Stat. Theb. I, 393. — *iuventa est.* Verbum substantivum abest a duobus Codd.; sed sententiam praegresso verbo finito per Copulam superioribus adnexam

Sola domum et tantas servabat filia sedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno e Latio totaque petebant
Ausonia; petit ante alios pulcherrimus omnis
Turnus, avis atavisque potens, quem regia coniunx
Adiungi generum miro properabat amore;
Sed variis portenta deum terroribus obstant.
Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
Sacra comam multosque metu servata per annos,
Quam pater inventam, primas cum conderet arces,

---

illud requirere docet Wagn. Qu. Verg. XV, 4. coll. locis IV, 370. V, 679. 727. VIII, 17. XII, 23., ipse tamen memorans, aliter se rem habere VII, 486. et Geo. IV, 444. — **52**. *filia*, Lavinia. — *sola*, i. e. unica; de qua signif. cf. Barth. ad Stat. Theb. VI, 533. — Verba *tantas sedes servabat* Heyn. minus recte de domo regia accipit, inter quam puella se contineat κατάκλειστος. Rectius *Ruhk.*: „praestat patrimonium [regnum] satis amplum et laetum intelligere: sedes enim de possessionibus in usu esse constat.“ Cf. e. g. Iustin. III, 4, 12. Tac. Germ. 30. Vellei. I, 2, 5. cett. Verba *Sola domum - - sedes* affert Schol. Stat. Theb. l. l., qui ad Theb. I, 572. haec temere sic exhibet: *tantos servabat nata penates.* Ceterum cf. etiam VI, 402. — **53**. Verba *Iam matura viro* iterantur ab Ausonio in cent. nupt. 34. et in Anth. Lat. VI, 84, 31., ubi totus versus repetitur, Sic Stat. Achill. I, 291. *matura toris* et Hor. Od. I, 23, 12. *tempestiva viro.* Imitatur hunc locum Claud. R. Pros. I, 122. *Hennaeae Cereri proles optata virebat Unica. Iam vicina thoro plenis adoleverat annis Virginitas.* — *plenis nubilis annis.* Sic Ovid. Met. XIV, 335. *haec ubi nubilibus primum maturuit annis.* Nep. Epam. 7. *aut virgo amico nubilis* etc. — **54**. *petebant.* Cf. XII, 42. — **55**. *ante alios pulcherrimus omnes.* Vid. ad I, 347. — **56**. *Turnus*, Dauni et Veniliae Nymphae fil., Iuturnae Nymphae frater, Rutulorum rex fortissimus, de quo vid. etiam Ovid. Fast. I, 463. IV, 879. Tibull. II, 5, 48. all. Heynii Exc. VII. ad h. l. et Prell. *R. M.* p. 683. — *avis atavisque potens*, regio genere ortus eoque antiquissimo. Cf. etiam X, 201. *dives avis.* Sic Silius VIII, 385. *avis pollens.* Imitatur hunc locum Ambros. Hexaëm. III, 7. *alius avis atavisque nobilis* (a Peerlk. laudatus). De Turni autem maioribus, Dauno patre, Pilumno avo, et ex Venilia matre Acrisio et Inacho cf. Aen. VII, 371. IX, 4. X, 616. — *regia coniunx*, Amata, Latini uxor, de qua vid. infra v. 343. et XII, 595. — **57**. *properabat amore*, valde studebat; nihil ei longius videbatur, quam ut eum, sororis suae Veniliae filium (vid. infra X, 76. et Aur. Vict. Orig. G. R. 13.), generum sibi faceret. Cf. infra v. 264. Cum *amore* cf. II, 10. *Si tantus amor casus cognoscere nostros.* Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 172, 37. et verba *miro properabat amore* ibid. I, 170, 126., quod in *vero properabat amore* mutatum legitur ibid. I, 14, 31. — **59** sq. „Revocandae in animum arbores et luci in impluviis veterum. Cf. IV, 494. 504. Tibull. III, 3, 15.“ *Heyn.* Vid. etiam Sen. Ep. 123. et multis viris doctis, quos de hac re disserentes laudat Obbar. ad Hor. Ep. I, 10, 22. Fasc. V. p. 68. (ex quibus imprimis cf. Iani et Mitsch. ad Hor. III, 10, 5. Broukh. et Heyn. ad Tibull. III, 3, 15. Rupert. et Heinr. ad Iuv. IV, 6. et Becker. in Gallo I. p. 89.) adde Sitzmann. ad Rutil. Itin. I, 111. Cf. tamen, quae ad similem locum II, 512 sq. adnotavi (ubi nunc adde librum meum *Hellas u. Rom* I, 1. p. 219. adn. 33.). — *penetralibus altis*, inter altos aedificii parietes, qui atrium cum impluvio includebant. — **60**. *sacra comam* (Accus. absol.), frondibus intactis. — *metu*, religione; *multos servata per annos.* Cf. II, 715. *cupressus Religione patrum multos servata per annos.* — **61**. „*primas cum conderet arces*, cum primum urbem Laurentem conderet. [Vid. ad Geo. III, 130. Aen. I, 442. 613. III, 17. al.] *Laurentes* dicti Aborigines, qui haec loca ad orientalem Tiberis partem incolebant,

Ipse ferebatur Phoebo sacrasse Latinus
Laurentisque ab ea nomen posuisse colonis.
Huius apes summum densae — mirabile dictu —
Stridore ingenti liquidum trans aethera vectae
Obsedere apicem et pedibus per mutua nexis
Examen subitum ramo frondente pependit.
Continuo vates „Externum cernimus, inquit,
Adventare virum et partis petere agmen easdem
Partibus ex isdem et summa dominarier arce.“
Praeterea, castis adolet dum altaria taedis

---

rege Latino. [Cf. VI, 891. infra v. 371. et al.] Inde *Laurentum*, Latini regia, eo loco situm, qui nunc *Paterno* et *Torre di Paterno* appellatur; ager eius usque ad mare ac Tiberim *Laurens* vel *Laurentinus* dictus; quod nomen interdum ad totum Latinm transtulit poëta, ut modo in *Laurente Marica* vidimus.“ *Heyn.* *Laurentum* potius illum locum occupasse, qui nunc *Casale di Copocotta* vocatur, docet Abeken *Mittelital.* p. 62. Cf. etiam liber meus geogr. III. p. 715. Cum constructione verborum *colonis nomen posuisse* (de qua dicendi formula, Gr. *ὄνομα θέσθαι*, cf. quos laudat Obbar. ad Hor. Ep. I, 7, 92. Vol. I. p. 397. et Madvig. Gramm. §. 246. obs. 2., qui affert Liv. I, 1. *filium, cui Ascanium parentes dixere nomen*) *Laurentis* (Accus. Plur.) cf. Geo. I, 138. Aen. III, 18. 693. et ad hos locos adnott.; quod autem attinet ad hanc verba coniungendi rationem *Quam - - - Laurentesque ab ea*, Wagn. comparat Cic. Or. 3. [2. extr.] *species pulchritudinis eximia quaedam, quam intuens in eaque defixus*, laudans Gliemannum in Iahnii et Seebodii Novis Annal. III, 1. p. 86. — Cum v. **64**. Conington comparat Geo. IV, 59. De examine apum laurum *βοτρυδόν* insidente Heyn. conferri iubet Geo. IV, 555 sqq., haec adiiciens: „Est autem illud inter dira omina (vid. Plin. IX, [immo XI,] 17, 18. [§. 55.]); superstitione, ut probabile fit, ab incursus magnae multitudinis ingruentis opinione profecta.“ Cf etiam Liv. XXIV, 10. Pro *summum* Med. a m. pr. exhibet *talamum*, quare Ribbeck. adnotat: „Reciperem *thalamum* valde commendatum Geo. IV, 189. et Aen. VII, 97., nisi eodem et fortasse maiore etiam iure pro docta glossa haberi posset.“ — **65**. *vectae*, a meridionali parte a mari infero advolantes. Vid. infra v. 70. — *trans aethera ὑπερβολικῶς* dictum ait Weichert. Comm. III. de L. Vario poëta p. 27. Ceterum iam Ruhk. recte sustulit Comma vulgo post *ingenti* positum. — **66**. *apex* de arboris vertice, ut de montis cacumine ap. Sil. XII, 709. et Iuven. XII, 72. — *pedibus per mutua* (i. e. mutuo) *nexis*. Cf. Geo. IV, 555 sq. Iterantur haec verba in Ausonii cent. nupt. 107. Conington confert Lucr. V, 1100. *Mutua dum inter se rami stirpesque teruntur.* — **67**. *Examen*. Vid. ad Ecl. VII, 13. — Wakef. ad Lucr. II, 363. hunc versum miro modo distinxit et interpretatus est: *Examen, subitum ramo frondente, pependit*, „nempe examen, quod ramum subierat,“ ac si *subitus* Participium esset; cum potius in promptu sit, *subitum* hic esse Adiectivum ad rem repente et praeter exspectationem accidentem spectans. Peerlkampio teste Gnietus ad Lucan. VII, 161. putat, Vergilium hoc finxisse ex omine, quod Caesari in Castris accidit: *Nec non innumero cooperta examine signa.* Ceterum verba *ramo frondente pependit* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 134. — **68** sqq. Cernimus virum externum ex iisdem regionibus, unde apes venerunt, venientem eadem loca petere, quae ab apibus petita sunt. — *Cernimus*. Cf. VI, 87., ubi eadem ratione Sibylla *cernit* bella futura. De repetitione vocc. *partes easdem* vid. adnott. ad Ecl. VI, 16. et Iahn. ad Aen. I, 316. — **69**. *partis easdem*, urbem et regiam Latini. — **70**. *Partibus ex isdem*, a mari infero. — *dominarier*. Cf. adnott. ad Geo. I, 454. — **71**. Cf. simile prodigium supra II, 680 sqq. — *adolet* (Latinus) *altaria*. Vid. ad Ecl. VIII, 65. et Aen. I, 704. — *castis taedis*, piis, sacro faciendo adhibitis. Vid. ad III, 409. Wagn. conferri iubet

Et iuxta genitorem adstat Lavinia virgo,
Visa, nefas, longis conprendere crinibus ignem
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari
Regalisque accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis; tum fumida lumine fulvo
Involvi ac totis Volcanum spargere tectis.
Id vero horrendum ac visu mirabile ferri:
Namque fore inlustrem fama fatisque canebant
Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.
At rex sollicitus monstris oracula Fauni,

Plin. XVI, 19, 44. *taeda, flammis ac lumini sacrorum grata.* — **72.** Pro vulg. *Ut* nunc cum omnibus recentioribus editoribus, praeter Bryceum etiam Wagnero ipso, qui prius illud defenderat, recepimus optimorum Codd. omnium lectionem *Et.* Sic etiam legit imitator Vergilii in Anth. Lat. I, 170, 39. scribens *Et iuxta genitorem adstat lasciva puella.* Hoffmann. tamen l. l. p. 878. defendit lectionem *ut.* — **73.** „*nefas* de prodigio h. l., res dira et abominanda, quae praeter naturam fit; contra *fas* de naturae more et constantia.“ *Heyn.* Parenthetice haec vox interponitur etiam VIII, 688. X, 673. Hor. Od. III, 24, 30. IV, 6, 17. alibi. Sic etiam *malum, indignum, infandum* all. parenthetice usurpata vidimus ad I, 251. — „*comprendere* h. l. concipere, arripere flammam, quasi ex foco ad proxima manantem. Vulgari oratione *ignis comprehendit crinem.*“ *Heyn.* Est nostrum *Feuer fangen.* Cf. Burm. ad Ovid. Ibin 605. Alibi sane *ignis* ipse *corripit* aliquid. Vid. e. g. Geo. II, 305. — **74.** *omnem ornatum* (scil. capitis, fascias acusque crinales, imprimis autem diadema gemmatum) Accusativum remotioris, quem vocant, Obiecti esse, non est cur memorem. Ceterum ultima vv. huius versus ex Lucr. VI, 154. (*Terribili sonitu flamma crepitante crematur*) sunt translata. De *flamma* autem *crepitante* cf. Bentl. ad Hor. Od. IV, 11, 11. — **75.** *accensa comas, accensa coronam.* Verbum iteratum loco duplicis Copulae *et - et.* Cf. adnott. ad Ecl. IV, 6. Vergilius autem verbo sic iterato nihilominus praemittere solet Copulam (cf. Ecl. V, 6. Aen. VII, 327. VIII, 91. X, 319. 369. XI, 171. XII, 548. (quos locos hic collegit Ladew.), quare etiam hic *Regalisque.* Aliter de h. l. statuit Iahn., qui Semicolon vulgo post *gemmis* positum in Comma mutari iubet, ut verba sic ordinanda sint: et, accensa comas, accensa coronam, tum (i. e. postquam accensa est: vid. ad Aen. II, 391. et V, 719.) visa est involvi fumida lumine fulvo, cui rationi etiam Conington recte adversatur. — **76.** *coronam gemmis insignem* regium esse insigne, cum coronae sacrificantium, vittis et frondibus sacris implexae, gemmis non fuerint ornatae, vere adnotat Heyn., coll. I, 655. Ceterum Peerlk., haerens in ordine rei narratae, nec intelligens, quid sit *ornatus* ante comas accensas positus, satis audacter versus sic transponendos esse suspicatur: 73. 75. 76. tum vv. 77. et 74. sic constitutos: *Involvi, atque omnem flamma crepitante cremari Ornatum, ac totis Volcanum spargere tectis;* atque etiam Ribbeckio v. 74. sic positus suspicionem movet, quare putat, poetam primum eo conclusisse hanc descriptionem, postea vero eandem v. 75—77. amplificasse, versum autem 74. deleri voluisse. (Cf. etiam eius Proleg. p. 82.) — **77.** *Volcanum,* ignem. Vid. ad Geo. I, 295. — *tectis.* De ara Penatium in atrio posita vid. ad II, 512. Verba *ac totis Volcanum spargere tectis* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 422. — **78.** De crebris huius versus elisionibus vid. adnott. ad II, 84. — **79.** *fama fatisque.* Cf. VIII, 731. *famamque et fata nepotum.* — **80.** *Ipsam* cum magna vi in principio versus et ante graviorem distinctionem positum, cum *ipsa* eiusque gloria opponatur *populo* bello vexato. Cf. adnott. ad Ecl. V, 21. VII, 50. Geo. I, 477. Aen. III, 636. al. — **81** sq. *sollicitus monstris.* Wakef. ex uno Donati Cod. Fabric. recepit *sollicitus monstrorum,* iure propterea notatus a Wagn. et Iahnio ad Aen. I, 441. Peerlk. tamen videtur cum Wakefieldo facere, haec adnotans: „Wagnerus exemplum simile desiderat.

Fatidici genitoris, adit lucosque sub alta
Consulit Albunea, nemorum quae maxuma sacro
Fonte sonat saevamque exhalat opaca mephitim.

Burm. invenerat apud Claud. in Eutrop. II, 339. *sollicitus curae.*" — „Fauni oraculum in luco Albuneae poëta narrat, sive ex vetere memoria sive ex loci natura et fama de Sibylla Albunea rem ingeniose commentus. Scilicet in agro Tiburtino ab occasu in Anienem deferuntur Albulae aquae, sulfureae illae et medicatae (vid. Cluver. Ital. p. 715.), nunc *Acqua zolfa* vel *Solforata di Tivoli*. Ex Albulae fluminis fontibus maior *Albunea*, fons et Nympha, ex Horatio nota Od. I, 7, 12. - - Subiacebat autem fonti *lucus* Albuneae sacer." *Heyn.* Cf. Strab. V. p. 364. Paus. IV, 35. Plin. XXXI, 2, 6. Vitruv. VIII, 3. Wagn., qui etiam conferri iubet viros doctos ab Handio ad Stat. Silv. I, 3, 65. laudatos, memorat, verum huius Albuneae situm diu ignoratum investigasse Bonstettenium *Voyage sur la Scène des six derniers livres de l'Enéide* p. 205 sqq., qui, consentiente ipso Heynio in Censura huius libri Ephem. lit. Gotting. 1804. cb. 168. insorta, docuerit esse eum fontem, qui haud procul a fano Annae Perennae prope viam Ardeatinam conspicuus nunc vocetur *Acqua solforata d'Altieri*. Secundum Nibbyum vero *Viaggio* I. p. 109. aquae illae sulfureae cum insulis natantibus, circa quas etiam nemoris vestigia adhuc supersunt, etiam nunc vocantur *Acque Albule*, et *domus Albuneae resonantis* ab Horatio Od. I, 7, 12. commemorata *Grotta di Nettuno*. Vid. etiam Walckenaer. I. p. 347. — **83** Heyn. in ipsa edit. *maximam* interpretatur: „quae magna, larga aquarum vena fluit" coll. VI, 659., *nemorum* autem graeca ratione dictum putat, ut διὰ τοῦ ἄλσους pro ἐν ἄλσει, comparans Tib. III, 5, 3. *Baiarum maxima silvis* (ad quem l. vid. etiam Huschk.); postea vero, Wagnero teste, in Ephem. lit. Gott. l. l. p. 1672. hanc structuram facillimam esse censuit: Albunea (aqua), quae sonat fonte sacro, maxima (aquarum) nemorum, i. e. nemoris; quae mihi verissima videtur. Cf. etiam simillimus locus Geo. II, 15. Ruhk. autem, sublata distinctione ante *nemorum*, post hanc vocem incidens coniungit *lucos nemorum*, coll. Sen. Herc. Oct. 956. Wagn. denique omnem difficultatem evanescere censet, si cum Probo et Bonstettenio l. l. *Albuneam* non de fonte, sed de silva accipiamus; quam explicationem et ego amplecterer, modo demonstratum esset, primum quid sit *lucus sub alta silva*, tum cur silva, non fons, mephitim exhalare dicatur, denique *Albuneam* simpliciter commemoratam alibi quoque lucum huic deae sacrum significare. Adsentiuntur mihi Hoffmann. l. l. p. 878. et Benoist. Coningtoni non satisfaciunt explicationes hactenus propositae; ipse tamen non habet, quam proferat meliorem. Ceterum verba *nemorum quae maxuma* de aesculo usurpata iam legimus Geo. II, 15. — *sacro fonte.* Vid. adnott. ad Ecl. I, 52. et Geo. IV, 319. — **84.** *opaca*, densitate silvarum, quae Servio teste mephitim aquarum sulphuratarum reddit graviorem. Cf. autem VI, 673. *lucis habitamus opacis* ibique adnott. — *exhalat mephitim.* Sic Heins. (quem omnes recentiores sequuntur editores) ex Med. et aliis bonis libris restituit pro vulg. *mephitin.* Vid. ad Ecl. IV, 32. et V, 50. et cf. Neue *Formenl.* II. p. 207. „A sulfure aquarum exsurgit gravis odor, quem *mephitim* appellavit. Hinc dea Mephitis, cuius aedes cum aliis locis tum in Hirpinis erat ad Amsancti vallem. Vid. Plin. II, 93, 95. et infra VII, 564 sq.: ut in tutela eius fuisse videantur aquae sulfureae. Fortasse huius vaporis sulfurei vim aliquam divino spiritu afflandi esse crediderunt veteres Aborigines; quo factum esse videtur, ut oraculum in illo loco conderent." *Heyn.* Ceterum secundum Varronem ap. Lactant. Inst. I, 6. et Tibullum II, 5, 69 sq. *Albunea* etiam ipsius Sibyllae Tiburtinae erat nomen; ab aliis autem, haud dubie nominis similitudine decepti, cum Leucothea Graecorum s. Latinorum Matuta confunditur (cf. Lactant. I, 21.). Vid. Spangenberg. l. l. p. 60. Creuzer. *zur Gesch. altröm. Cultur* p. 101. Iani, Orelli aliique Intpp. ad Hor. l. l. et qui laudantur in Klopferi Lex. mythol. I. p. 124 sq. Quare Peerlk. etiam h. l. ipsam Sibyllam significari totumque locum satis audacter sic constituendum censet: *lucoque sub alto Consulit Albu-*

Hinc Italae gentes omnisque Oenotria tellus
In dubiis responsa petunt; huc dona sacerdos
Cum tulit et caesarum ovium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis somnosque petivit,
Multa modis simulacra videt volitantia miris
Et varias audit voces fruiturque deorum
Conloquio atque imis Acheronta adfatur Avernis.
Hic et tum pater ipse petens responsa Latinus
Centum lanigeras mactabat rite bidentis
Atque harum effultus tergo stratisque iacebat
Velleribus: subita ex alto vox reddita luco est:

---

neam, nemorum qua maxima sacro Fonte sonant, saevamque exhalant stagna mephitim. Ceterum turpiter abutitur hoc versu Auson. in cent. nupt. 111. — **85** sqq. Oraculum Fauni per incubationem peti solitum; quem Graecum incubandi (τοῦ ἐγκοιμιᾶσθαι, i. e. in locis sacris dormiendi et responsa per somnum accipiendi) morem veteres Pelasgos una cum aliis religionibus suis in Latium intulisse, admodum probabiliter suspicatur Heyn., qui tamen id animadversione dignum censet, quod hic et sacerdos ipse incubuit (v. 86.) et is, qui oraculum consulebat, et quod illud necyomantiae speciem aliquam habuit v. 91. „Similis incubatio fiebat in Aesculapii templo Athenis, in cuius vicinia etiam fons fuit. Aristoph. Plut. 653 sq. Cf. Paus. Att. c. 21.“ *Ruhk.* Multa omnino eiusmodi oracula fuerunt apud Graecos, Amphiarai Oropi et Thebis, Trophonii Lebadeae, Aesculapii Epidauri et in Co insula, Inus in Laconica etc. Cf. Herod. VIII, 134. Strab. VI. p. 284. XI. p. 508. (ibique Groskurd. T. II. p. 392.) XIV. p. 650. XVI. p. 761. XVII. p. 801. Paus. III, 26. IX, 39. Davis. ad Cic. de Div. I, 43. F. A. Wolfii Miscellanea p. 403 sqq. Villoison. Prolegg. ad Il. p. LI. Passov. ad Pers. p. 208. Boettigeri *Ideen zur Kunst-Mythol.* I. p. 88 sqq. et liber meus *Hellas u. Rom.* P. I. Vol. 2. p. 204. cum adn. 120. — *Oenotria tellus* latiore sensu. Vid. ad I, 532. — **86.** *dona* (victimam, sacrificium) *tulit.* Vid. ad V, 101. — **88.** Verba *somnosque petivit* hinc sumpsit auctor cent. Verg. in Anth. Lat. I, 178, 237. — V. **89.** ex Lucr. IV, 126. et 726. translatus, ubi legimus: *noscas rerum simulacra vagari Multa modis multis.* Cf. etiam infra X, 641. et Lucan. VII, 179. — *modis miris.* Vid. Lucr. I, 124. *simulacra modis pallentia miris* et Aen. I, 354. — **90.** *fruitur deorum Conloquio.* Cf. VIII, 468. *licito sermone fruuntur.* — **91.** *Acheronta,* deos inferos et Manes. Vid. infra v. 312. — *imis Avernis.* Vid. ad VI, 126. — **92.** *Hic et tum pater ipse* etc. Quemadmodum antea Italiae gentes, sic nunc etiam pater ipse etc. *Tum* autem, quod gemino loco Aen. VII, 616. et formulis *tum quoque, iam tum* etc. defendi videtur, cum Wagn. (quem etiam ceteri recentiores editores secuti sunt) ex Cod. Med. recepimus. Iahn. tamen retinuit plurimorum Codd. lectionem *tunc.* Vid. eius adnot. ad Ecl. III, 10. p. 371. ed. II. — **93.** *bidentis.* Vid. ad IV, 57. — **94.** *harum tergo stratisque velleribus,* i. e. stratis velleribus, ovium tergo detractis. Cf. adnott. ad Geo. II, 242. IV, 481. Aen. I, 27. IV, 355. V, 273. et similes locos, imprimis autem ad II, 722. — *effultus.* Vid. ad VIII, 368. — **95.** Altera huius versus pars tamquam apodosis ad superiora referenda est; quare Punctum, quod vulgo apparet post *Velleribus,* cum Wagn. in Colon mutavi. — *subita.* Ladew., Haupt. et Wilms. Progr. p. 16. praeferunt lectionem Cod. Med. *subito,* cui praeterea unus modo Gud. patrocinari videtur *subita* exhibens. Ceteri recentiores editores omnes (ut etiam Hoffmann. l. l. p. 880.) iure nobiscum faciunt, cum Vergilium, ubicumque pro Adv. *subito* Adiectivum recte poni potuerit, hoc usum videamus. Ut omittam omnes illos locos, ubi Ablativum *subito* nemo pro Adverbio habebit (Aen. II, 692. IV, 697. VI, 71. VIII, 109. IX, 397. XI, 609. XII, 599.), cf. imprimis Geo. III, 360. 488. 554. Aen. III, 225. 259. VII, 479. IX, 32. 473. XI, 538. 796. XII, 325. 576. Vide etiam,

„Ne pete connubiis natam sociare Latinis,
O mea progenies, thalamis neu crede paratis;
Externi venient generi, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant quorumque ab stirpe nepotes
Omnia sub pedibus, qua Sol utrumque recurrens
Aspicit Oceanum, vertique regique videbunt."

---

quae Waga. in Philol. Sappl. I. p. 386. disputavit. — *vox reddita.* Vid. ad III, 40. — *ex alto luco.* Vid. ad VI, 179. — **96.** *Ne pete sociare.* Sic Ovid. Met. VIII, 421. *Victricemque petunt dextrae coniungere dextram.* XIV, 570. *Nec te, Lavinia virgo, Sed vicisse petunt.* Cf. de hoc usu Infinitivi pro Accusativo Obiecti usurpati ad I, 319. II, 33. et alibi adnot. — *connubiis* (*connubjis*) tribus syllabis pronautiandum, at etiam infra v. 333. Vid. ad I, 73. coll. adnot. ad Geo. I, 397. Aen. I, 73. et 288. Haupt., Ladew. et Ribbeck. scribunt *conubis.* Ceterum verba *Ne pete connubiis natam* repetantur in Anth. Lat. I, 170, 54. et I, 178, 70. — **97.** *progenies* de uno filio, ut I, 19. — *neu crede,* noli (aatam) committere (cf. VI, 15. *se credere caelo*), *thalamis paratis,* scil. in ipsa patria, eam Italo aliquo principe, qualis v. c. erat Tarnus, sine ullo labore iungeadis; quibus oppoaitur matrimoaium cum *externis generis* ineundum. Cf. supra v. 56 sq. Verba *thalamis neu crede paratis* iterantur ia Anth. Lat. I, 178, 120. — **98.** Vulgaris lectio *veniunt,* cui sane favet Probi auctoritas Inst. I, 6, 3., potest qaidem ita accipi, at generos iam adpropinqaantes cogiteiaus aut ut recordemur, vates haad raro de rebus futuris ut de praesentibus loqui, qao certiorem rem ocalis quasi audientiam proponant; et sic iam Servius hunc locum intellexit. Prorsus eadem ratioae supra VI, 889. *famae venientis amore* et ap. Ovid. Her. V, 117. *Graia iuvenca venit, quae te patriamque domumque Perdat.* Cum tamen meliores Codd. (Med., Pal., Rom., Gud. a m. alt., Bern. II. a m. pr., alii) exhibeant Fut. *venient,* hoc aaac cum Ribbeckio, Ladew., Wagn., Coaingt. et Benoisto recepimus. Süpfl., Haapt. et Bryce servant vulg. lectioaem, qaam etiam Hoffmaaa. l. l. defeadit. — *generi* igitar (Plur. pro Sing.) de geaero aliqao faturo intelligendum, at rarsus infra v. 270. Vid. adnott. ad Ecl. IV, 49. et iafra VIII, 503 et X, 532. — *sanguine,* geaere suo per coanabium mixto cum nostro. — **99.** *in astra.* Cf. adnott. ad Aea. III, 158. — *ferant.* Sic hic et infra v. 272., abi haec verba oraculi repetantur, Med. et omnes antiquiores, quos iure Heya. secutus est. Aatea edebatur *ferent* ex Codd. quibusdam minoris auctoritatis. Quod autem Heyn. ccaset, ad variauda tantum tempora Vergilium scripsisse *ferant - - videbunt,* id recte refutat Wagn., qai docet, *ferant* esse definientis (*venient generi, qui ferant,* i. e. iiqae tales, qui ferant), *videbunt* autem narrantis, cui Indicativo minime substitui possit Coniunctivus *videant.* Vid. infra v. 145., adaott. ad VI, 591. Süpfl. et Coaingt. ad h. l. Ribbeck. pro *ab stirpe* ex Rom., Bern. II. III. et Probo Iast. I, 6, 3. recepit *a stirpe.* Ceteri recentiores editores *ab* retinaere. Cf. ad Geo. I, 171. et Aea. I, 626. III, 94. al. adaott. — Voc. *nepotes* ad omnes quidem Romanos saeculi Vergiliaai, imprimis tamen ad Augastum spectat. — **100.** *Omnia sub pedibus - - videbunt.* Cf. Ecl. V, 57. *sub pedibusque videt nubes et sidera Daphnis.* Wagn. (qui vere memorat: „sumptum hoc ab illa imagiae, quae victores cervicibus victi pedem imponeates repraeseatat") aptius confert Geo. II, 492. et Ovid. Trist. III, 12, 48. *magni Triste caput pedibus supposuisse ducis,* quibus locis adds imprimis Silium XVII, 144. *Qui modo sub pedibus terras et sceptra patensque Litora ad Oceani sub nutu viderat aequor* et Livium XXXIV, 32, 5. *duas clarissimas urbes sub pedibus tuis relinquemus.* — *Sol recurrens,* qaotidianum iter faciens, oriens et occideas, ideoque omnes popali et orieatales et occideatales. Eodem seusa Lucan. I, 15. *Unde venit Titan, et ubi nox sidera condit.* — **101.** *utrumque Oceanum,* in extreaiis terrae finibus. Sic etiam Geo. III, 33., ap. Catull. autem XXI (XXIX), 3. *uterque Neptunus* et ap. Propert. IV, 8, (III, 9,) 53. *utrumque litus* extremas Orientis et Oc-

Haec responsa patris Fauni monitusque silenti
Nocte datos non ipse suo premit ore Latinus,
Sed circum late volitans iam Fama per urbes
Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes
Gramineo ripae religavit ab aggere classem.
Aeneas primique duces et pulcher Iulus
Corpora sub ramis deponunt arboris altae
Instituuntque dapes et adorea liba per herbam
Subiciunt epulis, — sic Iuppiter ipse monebat —

---

cidentis partes significat. — *verti*. Cf. Cic. Verr. I, 7. extr. *Omnia in unius potestate ac moderatione vertentur*. Peerlk., verba *sub pedibus vertique regique* a castigato poëta scribi non potuisse ratus, elegantius fore censet: - - *domini regesque videbunt*. Ceterum eadem sententia redit infra v. 257 sq. -- **102**. *silenti*. Vid. adnott. ad Ecl. VIII, 27. — **103**. *non - - sed* pro usitatiore pro *nec - - et*, quare Peerlk. *sed* in *et* mutari iubet. Ladew. vero breviloquentiam, qua hic poëta usus est, sic capiendam esse docet: „non ipse suo ore premit Latinus, nec Fama, quae non solum non pressit, sed late volitans distulit et iam per urbes Auson. tulerat, cum etc.“ -- *premit ore Latinus*. Cf. locus simillimus VI, 155. *presso obmutuit ore*. Sic etiam *premere vocem* infra v. 119. (ubi tamen vid. adnott.) IX, 324. et Phaedr. I, 11, 12., *premere gemitum* infra X, 464., *dolorem corde premere* supra I, 209., *curam sub corde premere* IV, 332. et similia alibi. Cf. etiam Sil. XII, 646. *Sic adeo orantes pressere silentia*. — Cum v. **104** sq. cf. supra IV, 173 sqq. -- **105** *Laomedontia pubes*, Troiani. Cf. III, 284. IV, 542. VIII, 18. — **106**. *ripae religavit ab aggere classem*, classem litori alligavit. Sic Cic. Inv. II, 51, 154. *funiculo, qui a puppi religatus scapham annexam trahebat*, Ovid. Fast. IV, 331. *querno religant a stipite funem* et Lucan. VII, 860. *Nullus ab Emathio religasset litore funem* (ubi vid. Cort.). Cf. Hand. Turs. I. p. 53. Praeterea *religandi* verbum hoc sensu pro *alligandi* legitur infra IX, 352. Hor. Od. I, 32, 7. (ubi vid. Mitsch. et Orell.) Ovid. Met. XIII, 439. (ubi vid. Iahn. et Bach.) XIV, 248. Lucan. VIII, 790. alibi. — *ripae ab aggere* simpliciter *vom hohen Uferrande aus*. Cf. V, 273. et X, 24. cum Burm. adnot. ad Val. Fl. VI, 149. (Quae prius adieceram de funibus ab aggere in naves descendentibus, Bryceo suasore nunc omisi.) — **107** sqq. „Sequitur eventus vaticinii de mensis comesis. Vid. supra III, 255 sqq. (Quae Breier in Progr. Lubeck. a. 1855. de hoc loco scripsisse fertur, mihi non contigit videre.) — *primi duces*. Cf. IX, 226. *Ductores primi*. — *pulcher Iulus*. Cf. V, 570. — **108**. *corpora deponunt*. Vid. I, 698. et Lucr. I, 259. — Verba *sub ramis arboris altae* sumpta ex Lucr. II. 30. — **109**. „*adorea liba*, placentae, proprie de farro [cf. Plin. XVIII, 8, 19. *far, quod adoreum veteres appellavere*], quae pro panibus erant priscis hominibus, antequam fermento et meliore panis coquendi arte uterentur. Haec liba nunc mensarum vicem praestant, quibus *epulas*, cibos, poma agrestia, imponunt.“ *Heyn*. De harum placentarum fabricatione ex farina triticea, caseo trito et ovis cf. Moretum v. 43 sqq. Vid. etiam Serv. ad h. l. Dissen. ad Tibull. I, 7, 54. et liber meus *Hellas u. Rom*. P. I. Vol. 2. p. 106. adn. 109. — *per herbam*, ut I, 214. III, 221. VI, 656. Sic autem Heins. restituit ex optimis Codd., Nonio p. 52, 25. et Prisciano VI, 9, 49. p. 700. P. Vulgo *per herbas*, quae sane plurimorum librorum est lectio. Vid. adnott. ad Geo. II, 527. et Aen. V, 102. — **110**. *liba Subiciunt epulis*. Conington pro „epulas imponunt libis“ positum esse memorat coll. V, 103. *subiciunt veribus prunas*. — *sic Iuppiter monebat* Wagn. sic explicat: „id Iuppiter olim praedixerat fore ut accideret,“ ratus nimirum, Iovem illud oraculum III, 255 sqq. per Harpyiam edidisse; cui sententiae adsentiri non debebam, quamquam etiam Peerlk. T. II. p. 9. Iovem per Celaenus os locutum esse putat. Recte enim Dietsch. Theol. Verg. p. 25. nota 192.

Et Cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumptis hic forte aliis, ut vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi
Et violare manu malisque audacibus orbem
Fatalis crusti patulis nec parcere quadris:

---

quaerit, num Iuppiter (per Harpyiam) illud praedixerit, fore ut adorea liba per herbam subiicerent epulis? Quare nunc redeo ad Heynii interpretationem „animis, ut ita facerent, subiiciebat,“ cum Dietschio cogitans de clandestino et ignorato Iovis monitu, quo dirum Harpyiae vaticinium laetum exitum haberet. Peerlk. igitur coniectura *volebat* non opus est. Inde vero etiam apparet, huc non quadrare, quae Barth. ad Stat. Theb. II, 696. et Claud. B. Get. 229. Gronov. Diatr. Stat. c. 26. Heinsius ad Ovid. Met. XIII, 216. Burm. ad Val. Fl. I, 29. et Wagn. ad h. l. adnotant, verbum *monendi* proprium fuisse de prodigiis et oraculis, neque recte Heinsium (quem prius cum Heynio et Wagn. secutus sum) ex Med. a m. sec., Prisciano XII, 1, 3. et XVII, 9, 59. (p. 935. et 1064. P.) et Servio ad I, 617. recepisse *Iuppiter ille*, quod, ut *pater ille*, infra v. 558. II, 779. X, 875. ap. Silium III, 181. Plaut. Amph. I, 1, 305. Pseud. IV, 1, 16. alibi legatur (qua de re vid. etiam Oudend. ad Lucan. V, 92. Burm. ad Calpurn. Ecl. IV, 93. et Drak. ad Silii l. l.) atque errare Wagnerum, qui, cum Pron. *ille* usurpari constet ab iis, qui rei alicuius priore tempore factae memoriam refricent (vid. ad Aen. III, 558. et X, 707. coll. adnot. ad XI, 809. et XII, 795.), hunc locum ita explicat, ac si scriptum esset: hoc accidit ex Iovis illo vaticinio, scilicet quod Harpyia Aen. III, 251. ediderat. Restitui igitur nunc cum Iahnio, Thielio, Ribbeckio, Ladew. et Benoisto Med. a m. pr., Pal., Rom., Gud., Bern. II. III. aliorumque Codd. lectionem *Iuppiter ipse*, quam etiam defendunt Gierig. et Bach. ad Ovid. Met. II, 848. et Dietsch. l. l. Silius tamen III, 181. *ille* videtur legisse, cum scribat *monet hoc pater ille deorum.* Haupt., Bryce et Conington *ille* servarunt. — **111.** *Cereale solum*, placentas in gramine depositas, quae iis sunt pro mensis. *Solum* enim Servio teste „omne dicitur, quod aliquid sustinet.“ Ut autem Homerica aetate singulis convivis mensae apponi solebant (Od. XV, 466. XVII, 333. cf. Aen. I, 216.), sic hic singulis eiusmodi placentae, quae v. 116. eodem iure *mensae* dici poterant, quo loco modo laud., ubi vide adnott. — *pomis augent*, i. fere q. onerant, cumulant; panibus enim addunt poma comedenda. Sic infra IX, 407. *aras donis augere*, VIII, 284. et XI, 50. *altaria donis cumulare;* neque aliter *augere aliquem divitiis* (Cic. Agr. II, 26, 69.), *commodis* (id. Phil. XI, 14, 37.), *scientia* (id. Off. I, 1, 1.), *cognomento* (Tac. Ann. XII, 26.) et multa similia sunt explicanda. Cf. Walch. ad Tac. Agr. 6. et in Emendd. Livv. p. 34. et Boetticheri Lex. Tac. p. 73 sq. — *aliis* pro ceteris, reliquis. Vid. adnott. ad V, 834. — **113.** *in Cererem*, in panes, placentas. Vid. ad Ecl. V, 69. et Aen. I, 707. — *penuria edendi* i. q. penuria ciborum. Ladew. comparat *penuriam cibi* ap. Lucr. V, 1007. et *penuriam victus* ap. Hor. Sat. I, 1, 98., atque *edendi* non Gerundium, sed Part. Fut. Pass. esse recte docet. Contraria est Coningtonis sententia, qui comparat VIII, 184. — **114.** Verbum *violare* propterea usurpatum puto, quia haec liba tamquam *fatalia* (v. 115.) sacra sunt habenda; nam de re sacra et inviolabili hic cogitandum esse, iam docet addita vox *audacibus* (cf. v. c. Tibull. III, 5, 7. *Non ego tentavi nulli temeranda virorum Audax laudandae sacra docere deae*). Sic si locum intelligimus, neque ut de libis vere iam diis consecratis cogitemus, neque ut *violare* cum Heyn. simpliciter pro *frangere, comminuere* positum accipiamus opus est. Wagn. mensas omnino sacras a veteribus habitas esse memorat, ad Donatum provocans, qui dicat, Troianos sacrilegium fecisse, cum „quod venerari soliti essent, irreverenter absumerent;“ quod tamen alio argumento comprobandum esse censeo. — **115.** *orbem fatalis crusti*, libas rotundas, quae pertinebant ad fata Aeneae et sociorum. Cf. supra III, 255 sqq. — *patulis* (magnis, latis: vid. ad Ecl.

„Heus, etiam mensas consumimus!“ inquit Iulus;
Nec plura adludens. Ea vox audita laborum
Prima tulit finem primamque loquentis ab ore
Eripuit pater ac stupefactus numine pressit.

I, 1. et Geo. III, 362.) *quadris.* Cf. Morot. v. 49. *subactum opus palmis - - dilatat in orbem Et notat impressis aequo discrimine quadras,* cum Scaligeri adnot. — **116.** *Heus* neqne doleutis Iuli est, nt Servius censet ad Acu. 321., ueque ludentis et faceti remque insolitam cum ioco notantis, quae est Marklandi sententia ad Stat. Silv. V, 4, 14.; sed, quod iam Cerda perspexit, Iulus simpliciter alloquitur socios subito exclamans: en quid facimus? mensas etiam consumimus? et *heus* respondet nostro *heda,* vel *hört!* Cf. etiam Hand. Turs. III. p. 74. — *mensas consumimus.* Sic igitnr eventum habuit vaticinium Celaenus III, 255 sqq. — Coningtou cum Ribbeckio post *Iulus* Commate, Bryce vero et Benoist. male Puncto distinguunt. — **117.** *adludens,* iocans ad socios et ludens in nomine rei. Vid. etiam Schirach. p. 327. Conington couferri iubet Cic. de Or. I, 56. Burm. pluribus aliorum scriptorum locis collatis (Iustin. I, 4. Cland. VI. Cons Hon. 83. Ovid. Met. IV, 432. Val. Fl. VI, 664. Claud. in Ruf. II, 328. all.) minus recte interpretatur per subridens. — **118.** *Prima tulit,* attulit, *finem,* significavit Troianis, qui vaticinium illnd in memoriam sibi revocarunt, laborum iam adesse fiuem et terram fatis destinatam nunc tandem vere esse inventam. Coningtou coufert I, 241. *Quem das finem, rex magne, laborum.* — *primamque,* nt primnm exiit ex eins ore, ideoque i. q. statim, continuo ut X, 242. *socios - - vocari Primus in arma iube.* Ceternm cf. adnott. ad Geo. I, 12. et Aen. V, 375. Coningtou minus recte: „*prima almost* i. q. tandem“ coll. Ecl. I, 45. et Aen. IX, 110. — **119.** *eripuit pater,* excepit, ὑπελάβετο, ὑπεδέξατο. Hoc enim verbum ad solam celeritatem diceutis et alterius verba excipientis referendum esse, vere memorat Heyn., comparans Graecorum ἁρπάζειν et προαρπάζειν τὰ λεγόμενα. Sic etiam Schirach. p. 399. Bnrm. temere coni. *arripuit,* quod tamen Peerlk. comprobat et sic interpretatur: „suscepit vocem et de ea cogitavit. Vocem praeterlabi, et, ut audita erat, ex animo elabi non passus est.“ — *pressit vocem* vulgo explicant: interpellat Iuli orationem, ne infausta ille adiiciat; quae tamen non erat cur interpellaretur, cnm ex verbis *nec plura alludens* appareat, ipsum Iulum nihil praeterea addere voluisse, quare Süpflius *pressit* potins pro repressit, oppressit positum censet: „*er hemmte das Wort,*“ non interpellando, sed celeriter laeteque assentiendo, et suspicatur, Aeneam excipere Inli orationem, ne Iulus plnra loquendo verbnm illud beno ominatum infirmaret aut perderet; eamque explicationem etiam Coniugton sequitur. Absoua vero et plane ridicnla est Burmanni iuterpretatio: „pressit forte mann suo os Ascanii.“ Schirach. p. 399. *premere vocem* dictum putat, ut *premere vestigia,* i. e. seqni, excipere aliqnem loquendo, statim post alinm verba facere; sed haec notio iam iuest verbis antecedentibus. Wagn. in min. edit. sic iuterpretatur: „ad animum admissam paulisper tacitus mente volntavit,“ nt igitur ad *pressit* supplendnm sit *animo;* similique ratione Iahn. (et cnm eo Ladew.) *vocem premere* ad analogiam locutionnm *crimen premere, argumentum premere* pro *vocem urgere* dictum putat, „*den Ausspruch festhalten und weiter verfolgen,*“ quae explicatio mihi qnoque probatur, modo adiicias notionem ponderis, quo haec vox alte in pectus Aeneae descendat. Ut enim Coningtoni concedam, Wagneri rationi obstare seqnens *Continuo,* non tamen perspicio, quomodo contendere possit, Iahnii interpretationem non convenire verbis *stupefactus numine.* Peerlk. denique audacter coni. *stupefactus mente peregit* (coll. Aen. VI, 105.). Paulinus Petrocorins (a Wold. Ribb. laud.) in vita Martiui V, 94. hunc locum sic imitatur: *Haec vox prima fuit primamque loquentis ab ore Eripuit pater atque auditam in viscera mersit.* — *stupefactus numine:* meminit enim vaticinii snpra III, 255. commemorati ideoque Ascaninm numinis alicuius instinctu hanc vocem edidisse putat. Sic etiam

Continuo „Salve fatis mihi debita tellus
Vosque, ait, o fidi Troiae salvete Penates:
Hic domus, haec patria est. Genitor mihi talia namque,
Nunc repeto, Anchises fatorum arcana reliquit:
Cum te, nate, fames ignota ad litora vectum
Accisis coget dapibus consumere mensas,

Dietschio Theol. Verg. p. 6. *numen* hic est „divina potentia, per quam tam admirabili ratione oraculum acceptum eventum habuerit, per quam solam factum sit, ut Iulus illam vocem emitteret.“ Ceterum de numeris huius versus vid. Wagn. Qu. Verg. XXXV, 16., qui multa exempla caesurae post Copulam *ac* admissae collegit. Huic loco simillimi sunt IV, 674. et VIII, 321.; alibi enim aut elisio locum habet (ut Aen. I, 58. 151. II, 169. VI, 724. cett.), aut nova sequitur incisio post primam pedis quarti syllabam (velut I, 54. 82. 171. 285. IV, 613.). — **120**. Aeneas cum videat, omnia veteri illi oraculo congruere, statim salvere iubet terram sibi debitam. — *salve - - salvete* est venerantis. Cf. etiam infra VIII, 301. — *fatis mihi debita tellus*. Vid. adnott. ad Aen. III, 184. — **121**. „*o fidi salvete Penates*. Haec perpetua est Aeneae religio, ut Penates primo loco appellet. Promiserant tamen et illi, unde *fidi Penates*, per somnum, Aeneam Italiam esse aditurum III, 147. 162. 167., unde nunc v. 122. *Hic domus, haec patria est vestra*, unde olim Troiam estis advecti.“ *Heyn*. — *fidi*, promissorum fidem servantes. Cf. III, 148 sqq. — **122**. Pauci Codd. (inter quos Bern. III.) et Anth. Lat. I, 178, 182. *Hic domus, hic patria est* praebent, nullus autem, quantum scio, liber *Haec domus*; et recte quidem. *Hic* i. q. in hac terra, et *domus* pro sede posita. Cf. VIII, 30. *Hic tibi certa domus* etc. Similis est locus IV, 347. *Hic amor, haec patria est*, ubi tamen *hic* Pronomen videtur esse. — Part. *namque* pluribus verbis postposita legitur etiam Ecl. I, 14. III, 33. Aen. V, 733. 614. VI, 72. X, 614. al. Cf. adnott. ad Geo. IV, 22. et Aen. I, 444. Comma, quod vulgo post *talia* apparet, Wagn. (quem etiam ceteri recentiores editores praeter Bryceum iure sequuntur) post *namque* posuit, qua mutatione et numeri iuvantur et oratio melius iungitur. Si verba *Nunc repeto* parenthesi a ceteris secludimus, ut prius feci, Commate prorsus carere possumus. — **123**. *repetere* pro *memoria repetere*. Vid. adnott. ad III, 184. — *fatorum arcana* (vid. Aen. I, 262.) *reliquit*, secundum Ladew. „ante mortem“ aperuit; rectius vero Wagn. „post mortem, cum apud inferos versabatur Aeneas“ coll. VI, 891 sqq. Nam post mortem demum Anchisem, qui vivus portentum mensarum comedendarum deprecatus sit (III, 265.), insignem prodere rerum futurarum scientiam. Nihilominus etiam Conrads. Qu. Verg. p. VI. de vaticinio a vivo Anchisa edito cogitat, quod Vergilius fortasse extremo l. III. addidisset, „si Anchisae mortem ea qua consentaneum erat cura ac diligentia perscripsisset.“ Magnam enim hic locus continet difficultatem, cum *Anchisae genitori* hoc vaticinium tribuatur, quod Celaeno, Harpyiarum una, ediderat III, 255 sqq. (cf. etiam v. 365 sqq.), Helenus autem confirmaverat III, 394.; quare non temere Wagn. Qu. Verg. XL. hunc locum iis adnumerare videtur, ubi poëta dormitasse censendus sit. Vid. etiam Conrads. p. V. Heyn. suspicatur, Vergilium fabulam illam de Harpyiis curis secundis intexuisse, et praematura morte impeditum reliqua non potuisse mutare vel ceteris accommodare; eademque fere est Dietschii sententia, qui Theol. Verg. p. 31. Vergilium in illo ipso itinere, in quo mortuus est, librum tertium aut elaborasse, aut perpolivisse, sed quominus ei reliqua adaptaret, morte impeditum esse suspicatur. Ruhk. et Gossr. poëtam ita excusant: cum neque Celaeno, neque Helenus, quando mensas consumerent, tempus et locum urbis condendae iam adesse dixerint, id fortasse Aeneam a patre in Elysio audivisse, qui propterea iure *fatorum arcana* explicata filio reliquisse dicatur. Sed simplex *relinquere* quomodo significare possit *explicata relinquere*, difficile erit ad comprobandum. — **124**. *fames - - coget*. Cf. III, 256. *fames subigat* et supra v. 113. *penuria adegit edendi*. — **125**. *accisis dapibus*, consumptis. Alibi est i. q. attritus, imminutus, afflictus. Cf. Cic. prov. cons. 14 34.

Tum sperare domos defessus ibique memento
Prima locare manu molirique aggere tecta.
Haec erat illa fames, haec nos suprema manebat
Exitiis positura modum.
Quare agite et primo laeti cum lumine solis,
Quae loca, quive habeant homines, ubi moenia gentis,
Vestigemus et a portu diversa petamus.
Nunc pateras libate Iovi precibusque vocate
Anchisen genitorem et vina reponite mensis."

Liv. III, 10, 8. (ibique Intpp.) VI, 29. extr. VIII, 11, 8. Tac. Ann. I, 61. Hor. Sat. II, 2, 114. Silius II, 392. VIII, 590. cett. Ondend. et Herzog. ad Hirt. B. G. VIII, 31. — 126. *sperare*. Peerlk. malit *sperate*. Ceterum *sperare* non esse pro Imperativo positum, sed a *memento* pendere, in promptu est. — 127. *moliri prima tecta* est fundamenta novae urbis ponere (vid. infra v. 158. 290. et adnott. ad III, 6.), quod apud veteres fieri non solebat, nisi *aggere* sive vallo ducto. (Cf. Varro L. L. V. §. 141. p. 55. M. p. 143. Sp.) Freudenberg. Vind. Verg. p. 28 sq. contra Peerlk. disputans simpliciter explicat: „tecta, i. e. urbem, moliri aggere circumducto." Peerlk. enim, in toto hoc loco haerens et *moliri tecta aggere* nihil aliud significare posse putans, quam domos facere ex aggere, fortasse casas ex cespitibus, totum v. 127. et cum eo dimidium v. 126. inde a verbo *defessus* spurium censet, ut verba *Tum sperate domus* versum imperfectum efficiant. — *manu*. Vid. ad IV, 344. — 128. *Haec erat illa fames*. Vid. infra ad v. 255. Verba *haec nos suprema manebat* cum imperfecto, qui sequitur, versu iterantur in Anth. Lat. I, 178, 455 sq. — 129. *Exitiis*, aerumnis, calamitatibus, quas adhuc perpessi sumus per varias terras et maria errantes; nam *terrae manent graviora pericula* (VI, 84.) Ladew. comparat X, 850., ubi de exilii *exitio* sermo est. Burm. coni. *Exsiliis*, quod ex uno Cod. Goth. in contextum adeo receperunt Wakef. (coll. II, 780.) et Ribbeck. atque etiam Peerlk. praefert, qui praeterea ex uno Cod. Rom. adoptari vult Pluralem *manebant;* Singularem tamen praeter ceterorum Codd. etiam Frontonis p. 522. auctoritas tuetur. Verba *exitium* et *exsilium* etiam X, 850. et alibi confunduntur. — *modum*, i. e. finem. Cf. e. g. Hor. Od. I, 16, 2. Liv. XXXI, 38, 6. Cic. Finn. I, 1, 2. Verr. II, 50, 145. Ovid. Trist. III, 13, 4. Lucan. X, 42., in quibus locis omnibus habemus *modum ponere, imponere, statuere, constituere* et similia. — 130. *agite et - - vestigemus et petamus*. Cf. adnott. ad I, 627. — *primo cum lumine solis*. Vid. adnott. ad III, 568. et cf. VI, 255. — 131. *habeant*, teneant, incolant. (Vid. ad Ecl. VII, 40. Aen. III, 147. VI, 670. VII, 696. XI, 357.) — *ubi moenia gentis*. Cf. III, 501. *genti data moenia*. Iteratur autem hic versus, ultimis verbis in *ubi sistere detur* mutatis, in Anth. Lat. III, 81, 50. — 133 sqq. „Exspectabas hoc ab Aenea, religioso homine, ut a religione initium faceret, imprimis cum hoc sollemne sit, ut preces et sacra faciant cum omine accepto, tum escensu vel aditu in locum optatum facto. Cf. imprimis Odyss. XIII, 353 sq. Anchisen a filio consecratum Lactantius Inst. I, 15, 12. ex h. l. probat. Factum id iam V, 58 sq. vidimus." *Heyn.* — *pateras libate*, i. e. vinum ex pateris. Vid. ad III, 354. — 134. *vocate Anchisen genitorem*. Cf. V, 98. *animamque vocabat Anchisae*, qui locus huius omnino similis. — *reponite* Heyn. explicat per apponite (vid. ad Geo. III, 527.): rectius autem Wagn. Qu. Verg. XLI. proprie intelligendum esse putat: repetita vice ponite, apposita mensa secunda, coll. Schol. Horat. ad Od. IV, 5. *Antiquorum consuetudo fuit, ut sublata prima mensa poneretur secunda, utque in ea positis pomis infusoque in pateras mero Diis libaretur*, quam explicationem etiam Conington probat provocans ad v. 146. et VIII, 283. Cf. adnott. ad Geo. IV, 378. Ribbeck. vero Proleg. p. 82. verba *et vina reponite mensis* tollenda censet, cum pocula nondum e medio sublata fuerint, et Troiani ipsas mensas iam co-

Sic deinde effatus frondenti tempora ramo
Inplicat et Geniumque loci primamque deorum
Tellurem Nymphasque et adhuc ignota precatur
Flumina, tum Noctem Noctisque orientia signa
Idaeumque Iovem Phrygiamque ex ordine Matrem
Invocat et duplicis Caeloque Ereboque parentes.
Hic pater omnipotens ter caelo clarus ab alto
Intonuit radiisque ardentem lucis et auro

---

mederint ideoque etiam de mensa secunda omnino sermo esse nequeat. (Vid. etiam infra ad v. 147.) Sed iam vidimus, in toto hoc loco desiderari retractantem et corrigentem poetae manum. — **135**. *Sic deinde effatus.* Vid. ad II, 391. et V, 14. — *tempora ramo Inplicat*, ex more sacrificantium. Vid. ad V, 71. — **136**. Primum invocat ea numina, quae naturae partes et vires repraesentant, quibus v. 139. domesticos deos adiungit. *Genium loci:* ut enim singuli homines et universi populi, ita etiam unusquisque locus habebat Genium suum s. deum tutelarem. Cf. V, 95. ibique Serv. idemque ad Geo. I, 302. Drak. ad Silium XIII, 124. et Interpp. ad Ovid. Fast. IV, 507., omnino autem de eorum genere et de figura, qua ab artificibus veterum repraesentabantur, Krause in Pauly *Realencycl.* III. p. 693 sqq. — *primam deorum* Wagn. simpliciter accipit pro: Tellurem ante omnes. Vid. Qu. Verg. XXVIII, 3, h. Cf. etiam adnott. ad II, 40. III, 437. et XI, 786. Rectius vero Gossr. (coll. Soph. Ant. 338. θεῶν τὰν ὑπερτάταν Γᾶν et Cir. 244., ubi *Dictynna*, quae eadem sit cum Terra, *prima deûm* dicatur, quibus locis Conington addit Aesch. Eum. 8. πρῶτον μὲν εὐχῇ τῇδε πρεσβεύω θεῶν Τὴν πρωτόμαντιν Γαῖαν) *primam deorum* vocari putat, quod ex ea ceteri sint generati, quare etiam postea primum inter eos locum obtineat, et sic nunc etiam Wagn. ipse iudicat. Cf. adnott. ad IV, 166. — **137**. Hand. Turs. I. p. 164. haec scripsit: „Saepe coniunguntur verba *et adhuc*, *que adhuc*, quae idem atque alibi *adeoque*, *et adeo* significant"; et inter exempla, quare etiam hunc usum comprobare studet, etiam h. l. affert; dubito, num recte. — **138**. *Noctem*, quae die iam consumpto mox ventura erat. — Parrhas. *horrentia signa*, quod placet Wakefieldo ad Lucr. V, 1189. (ubi legimus *Nox et noctis signa severa*). Ceterum signa caelestia ab antiquis hominibus pro naturis animatis et divinis habita esse, res est satis nota. Cf. Geo. I, 32. IV, 225. Aen. II. 154. Cic. Somn. Scip. 3. de N. D. II, 15. etc. — **139**. *Idaeum Iovem*, a Cretae illo monte appellatum, de quo vid. ad III, 105. — *Phrygiam Matrem*, Cybelen, magnam deorum matrem. Vid. ad III, 111. — *ex ordine*, deinceps. Vid. ad Geo. IV, 419. — **140**. „*duplicis Caeloque Ereboque parentes*, utrumque parentem, Venerem inter deos, Anchisen inter Manes." *Heyn.* De voc. *duplex* vid. ad I, 93., de *Erebo* ad IV, 510. et de simplici Ablativo loci (pro: qui sunt in Caelo et Erebo) infra v. 226. 351. 450. coll. iis, quae ad Ecl. IV, 60. X, 24. Aen. III, 503. IV, 502. V, 190. VIII, 420. et al. adnotavimus. Ceterum verba *Caeloque Ereboque* iam VI, 247. coniuncta vidimus. — **141** sqq. „Augurium laetum, tonitru caelo sereno, ex nube corusca, quam *ardentem* dixit *radiis lucis aureae.*" *Heyn.* Cf. supra II, 692 sq. VIII, 524. Hom. Od. XX, 103 sq. Hor. Od. I, 34, 5. Ovid. A. A. III, 55. Fast. III, 367. Lucan. I, 530. Voss. ad Geo. I, 487. et Orell. ad Hor. l. l. — *ter intonuit.* Vid. ad Ecl. VIII, 73. — *clarus.* Ad Iovem refertur epitheton, quod proprio ad caelum nulla nube obductum pertinet. Cf. adnott. ad Aen. I, 4. VIII, 526. IX, 582. etc. Bryce tamen a me dissentit et *clarus* explicat „*distinctly evidencing his presence and power.*" — **142**. *radiisque ardentem* etc. Cf. VIII, 622. *qualis cum caerula nubes Solis inardescit radiis longeque refulget.* — „*auro.* Forte *aura* magis placere possit; nam proprie *aura lucis* et *fulminis* dicitur, ut supra VI, 204. vidimus. Tamen nec male *nubes ardens radiis et auro lucis* pro vulgari: radiis aureis, νεφέλη χρυσοειδής." Haec fere

Ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem.
Diditur hic subito Troiana per agmina rumor,
Advenisse diem, quo debita moenia condant.
Certatim instaurant epulas atque omine magno
Crateras laeti statuunt et vina coronant.
Postera cum prima lustrabat lampade terras
Orta dies, urbem et finis et litora gentis
Diversi explorant; haec fontis stagna Numici,

Heyn. Ut *aurum* poëtis interdum dicitur de luce solis et siderum (cf. Ovid. Met. VII, 705., ubi tamen pro *auro* rectius legi videtur *ore*, Val. Fl. V, 370. et Heins. ad eiusd. II, 58.), ita etiam hic de nube fulgente et solis radiis illustrata. Sic de ipso sole Val. Fl. II, 57. *certusque ad talia Titan Integer in fluctus et in uno decidit auro*. Lutat. ad Stat. Theb. III, 320. *nubem* ipsam per fulmen interpretatur. De altero autem Substantivo Adiectivi loco per Copulam adiecto vid. ad Ecl. II, 8. et al. — **143**. Verbum *ostendit* fortasse continere notionem ostenti, prodigii, Conington paulo subtilius suspicatur. — **144**. *Diditur*. Sic Med. cum aliis libris, idemque sibi vult corrupta trium Codd. lectio *dicitur*. Ceteri Codd. (inter quos Gud. et Bern. II. III.) *deditur*. Eadem varietas deprehenditur etiam VIII, 132., ubi Med. aliique Codd. iuvant lectionem *didita*. *Didere* autem vox est Lucretiana (cf. II, 1136. III, 246. 707. IV, 241. 633. 956. cett., praeterea autem Hor. Serm. II, 2, 67. Silius I, 186. Plaut. Merc. prol. 58. Cic. pr. Cael. 16, 37.), ad quam corrumpendam promptissimi erant librarii. Cf. Drak. ad Silii l. l. idemque et alii Intpp. ad Liv. VII, 31, 4. Apud Silium l. l. legimus *fama in populos iurati didita belli*, i. e. sparsa per populos. Gossr. comparat Diod. Sic. IV, 47. *Διαδοθείσης τῆς φήμης εἰς ἄπαντα τόπον*. — **145**. *debita*. Vid supra v. 120. — **146**. *Instaurant epulas*. Vid. ad IV, 63. — *omine magno*, quod v. 141 sq. narratum est. Lutat. ad Stat. Theb. IX, 630. *magnum* falso interpretatur malum, metuendum; rectius Barth. manifestum, irrefutabile. Ceterum haec verba absolute dicta puto pro: cum tam magnum s. manifestum augurium ipsis datum esset, vel accepto tanto omine. Cf. adnott. ad III, 546. et al. Wagn., qui sic *tanto* quidem *omine*, non vero *magno omine* dici potuisse arbitratur (cuius rei causam non perspicio), *magno omine* coniungit cum *laeti*, quod probat Conington comparans X, 250. *animos tamen omine tollit*. Sed si verba sic coniungi voluit Maro, quidni scripsit *Laeti crateras?* — **147**. *Crateras statuunt*. Vid. ad Ecl. V, 68. — *vina coronant*. Vid. ad (Geo. II, 528. et) Aen. I, 724., ubi nunc etiam cf. Weidner. — Ribbeck. Proleg. p. 82. vss. 146. et 147. non sine veritatis specie interpolatori adscribit, cum iis, quos aliis cibis consumptis ne Cereris quidem quadris parcere penuria adegerit, profecto non liceat *instaurare epulas*. — **148**. *prima lampade*. Vid. ad III, 637. et Geo. III, 130. Ceterum cf. IV, 6. *Postera Phoebea lustrabat lampade terras*. — **149**. *urbem* (Laurentum) *gentis*, ut supra v. 131. *moenia gentis*. — **150**. *diversi*. Cf. supra v. 132. — *haec* (esse) *fontis* etc., *hic habitare L.*, omisso verbo *resciscunt, comperiunt*, quod latet in antecedente *explorant*. Cf. etiam infra v. 256. et 578. cum adnott. ad II, 190. et IV, 289. — *Numici* et a Nominativo *Numicius*, ut vulgo nominatur hic parvus Latii fluvius (de quo cf. etiam Plin. III, 5, 9.), et a forma *Numicus*, quae invenitur ap. Silium VIII, 180., deduci potest. Heyn. scripsit *NumicI*, quod oculos offendit. „Numicii *fontis stagna* seu ornate pro fonte dicta, seu quod tardo ac tacito motu amnis ferebatur, ulva ipse et limo obsitus, ut ex Ovid. Met. XIV, 598. 599. intelligitur. Fluctuant de eius loco virorum doctorum iudicia, nisi forte totus fluvius nunc exaruit.“ *Heyn.* *Stagnum Numici* (quod etiam Silius I, 633. commemorat) haud dubie est *Stagno di Levante* nostrorum temporum haud procul ab antiquo et exsiccato Tiberis alveo (nunc *Fiume Morto*) situm, ex quo etiamnunc prodit fluvius, quem nihil impedit quominus pro Numicio

Hunc Thybrim fluvium, hic fortis habitare Latinos.
Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
Centum oratores augusta ad moenia regis
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnis,
Donaque ferre viro pacemque exposcere Teucris.
Haud mora, festinant iussi rapidisque feruntur
Passibus. Ipse humili designat moenia fossa

Vergilii habeamus. Cf. Bonstetten *Voyage sur la scène des six derniers livres de l'Enéide* p. 82 sqq. et Wagn. ad Heynii Exc. III. ad h. l. Vol. III. p. 141 sq. Parvus enim ille fluvius iuxta Ardeam in mare effluens, qui nunc dicitur *Rivo di Nemi* et propter vulgo pro Numicio veterum habetur, quamvis et ipse lacum vicinum habeat, vix tamen Vergilii Numicius esse potest, cum a Tiberis ripa fere XV mill. pass. remotus sit, idemque valet de vicino *Rio Torto*, quem Gell. *Topogr. of Rome* I. p. 179. et II. p. 126., Westphal., Bunbury aliique pro Numicio habent. Praeterea Servius haec adnotat: „Quod autem ait *stagna*, verum est. Nam Numicus ingens ante fluvius fuit - -; post, paullatim decrescens, in fontem redactus est, qui et ipse siccatus est, sacris interceptis. Vestae enim libari non nisi de hoc fluvio licebat." — **152**. *satus Anchisa*. Vid. ad Geo. I, 278. — *delectos ordine ab omni*, ex omnibus ordinibus. Servius: „Ex omni qualitate dignitatum; quod apud Romanos in legatione mittenda hodieque servatur." — **153**. *Centum oratores*. „Ut hoc loco centum legati mittuntur, sic XI, 331. totidem mittit Latinus. - - Quod tot mittuntur [cum Romani plerumque tres, summum decem mittere soliti sint], voluit poëta pertinere ad rei dignitatem; agitur enim de initiis Romae." *Gossr.* Lersch. Ant. Verg. §. 53. p. 114 sq. suspicatur, Vergilium aut hoc numero nimis magno alludere voluisse ad centum Senatores Romuli, aut pro more suo (cf. I, 295. 415. 634. III, 199. VI, 43. 81. 329. 625. 787. VII, 539. 609. 658. etc.) centenario numero uti ad magnam multitudinem in universum significandam. Hoc alterum mihi probabilius videtur. — *orator* autem est legatus, qui verba facit apud eum, ad quem missus est. (Cf. Varro L. L. VII. §. 41. p. 136. M. p. 327. Sp. et ap. Nonium I. p. 360, 14.) Sic etiam infra VIII, 505. XI, 100. 331. Cic. Brut. 14, 55. de Legg. II, 9. in. Liv. I, 15, 5. V, 15. XXX, 16, 3. et saepe. Pseudo-Ovid. in Argum. Aeneidis (Anth. Lat. II, 162, 64.) haec verba respiciens scripsit: *Centum oratores veniam pacemque petentes Ad regem mittit, lectos tum sorte, Latinum.* — **154**. „*ramis velatos Palladis*, ἱκετηρίας, frondes oleagineas [nam *Palladis ramus* est olivae, Palladi *inventrici* suae dedicatae: cf. Geo. I, 18. ibique adnott.] vittatas manibus praeferre putandi sunt; unde infra v. 236 sq. *ne temne, quod ultro Praeferimus manibus vittas et verba precantia.* Res ipsa satis nota. Cf. infra VIII, 116. 128. XI, 101. 332. ap. Graecos v. c. Soph. Oed. T. 3. [Cf. Liv. XXIV, 30. *Ramos oleae ac velamenta alia supplicum porrigentes orare, ut reciperent sese.* Interpp. ad Petron. c. 124. et adnott. ad Geo. III, 21.] - - Scilicet *velari* proprie de corollis et vittis (vid. ad V, 72.), quae ambiunt, ideoque tegunt frontem, tempora. Transtulit hoc poëta ad ramos vittis et infulis obvolutos, qui praeferebantur a supplicibus et tenebantur manibus. Sed infulis et vittis dependentibus a ramo manus ipsae obtegebantur, unde *manus velatae;* et dicta hinc *velamenta* ipsi rami vittati." *Heyn.* Cf. Plaut. Amph. I, 1, 101. Liv. XXIV, 30. XXIX, 16. XXX, 36. etc. Lersch. Ant. Verg. §. 52. p. 111. Bach. ad Ovid. Met. XI, 279. et Intpp. ad Hom. Il. I, 14. — **155**. *Dona ferre viro*. Cf. XI, 333. — *pacem*, foedus et amicitiam. — *exposcere*, ut III, 261. — **156**. *Haud mora*. Vid. ad III, 207. — *rapidis passibus*. Vid. ad I, 644. — **157** sqq. „Castrum hoc Troiae est; seu *Troia nova*, Tiberim praecingens; ita ut moenia ad amnem pertinerent: IX. 469. *nam dextera cingitur amni;* adstantibus subductisque navibus, IX, 68 sq.; a sinistra campus mare prospiciens (IX, 238.) et ad mare pertinens; in quo infra Rutulos, qui castra oppugnant, consistere videbimus. Cf. infra IX, 468.

Moliturque locum primasque in litore sedes
Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.
Iamque iter emensi turres ac tecta Latinorum
Ardua cernebant iuvenes muroque subibant:

---

et ad IX, 195." *Heyn.* De hoc primo oppidulo, quod Aeneas ante Lavinium Troiae nomine in Italia condidit, quodque IV stadiis a mari aberat, cf. Dion. Hal. I, 53. et Serv. ad h. l. (qui tamen male provocat ad IX, 644.). Vid. etiam Hartung. *Relig. d. Röm.* I. p. 87. Noli vero hoc oppidulum confundere cum illa Troia, quam Liv. I, 1. ab Antenore ad sinum Adriaticum conditam refert. — ***humili designat moenia fossa***, i. e. sulco aratri ope ducto. Cf. adnott. ad (I, 425. et) V, 755. Sic *humili fossa* etiam ap. Tac. Ann. I, 61. et *humili radice* ap. Plin. Epist. VIII, 20, 5. legi memorat Conington. — **158.** ***molitur locum***, i. e. tecta in loco. Cf. supra v. 127. et infra v. 290. — ***primas sedes*** Heyn. minus recte interpretatur per sedes in prima litoris parte; potius de primis, quae Troiani in Italiae litore condunt, domiciliis intelligendum, ut supra v. 61. *primas cum conderet arces*, ubi vid. adnott. et v. 127. *Prima tecta.* Consentit mecum Conington. — **159**. ***pinnis***, i. e. muro pinnis (*Zinnen*) instructo et ***aggere***, vallo, quod fossam ab interiore parte ambit. Cf. Herzog. ad Caes. B. G. V, 40. (de pinnis) et II, 12. (de aggere). Fortasse tamen praestat coll. Varrone L. L. V. §. 142. p. 55. Muell. (s. p. 144. Speng.) murum in ipso aggere exstructum cogitare et sumere, vallum ab aggere diversum a poeta prorsus negligi, quamvis ap. Caes. B. G. VII, 72. legamus: *Post eas* (fossas) ***aggerem ac vallum - - - exstruxit; huic loricam pinnasque adiecit.*** Lersch. tamen Ant. Verg. §. 44. p. 97. *pinnas* pro vallis positas censet coll. Aen. X, 120. et XI, 915. — **160.** ***Iamque*** etc.; respondent verba *cum* etc. v. 166. Cf. adnott. ad III, 135. — ***iter emensi*** redit XI, 244. — ***turres ac tecta***, turres murorum et tecta altarum domorum, ut II, 445. et XII, 132. Bryce vero cogitat de domibus alto loco sitis et propterea super muros exstantibus. — ***Latinorum.*** Sic Med. (in quo Foggin. literas *orum* miniata lineola transfossas et *i* superscriptum esse refert), Pal., Rom. compluresque Codd., quibuscum conspirant Max. Victor. p. 1969. P. Schol. ad Hor. Sat. I, 8, 43. (ubi vid. Heindorf. p. 183.) Serv. et Donat. (cf. etiam Orell. ad Hor. Od. II, 2, 18,); ceteri *Latini*, quod defendit Weichert. de versu hyperm. p. 10., qui negat se intelligere, quomodo domicilia Latinorum, quos in casis habitasse probabile sit, *turres et tecta ardua* vocari possint. Sed Wagn. (quem recentiores editt. omnes secuti sunt) opponit locum XII, 131 sqq. et verba addita *muroque subibant*, quae poëtam non de sola regia, sed de tota Latinorum urbe cogitasse satis comprobent; lectionem autem *Latini* vel ex v. 585. adscitam, vel, ut versus hypermeter tolleretur, effictam censet; quod mihi quoque admodum probabile videtur. Poëta enim hoc vult significare, legatos urbi adpropinquantes e longinquo aedificia eius supra muros eminentia conspexisse, ideoque alta tecta erant commemoranda, quae utrum regiae sint, an templorum et aedium publicarum, an privatarum domuum, hoc prorsus perinde est; *ardua autem Latinorum tecta* etiam regis palatium in se complecti, nemo negabit. — **161**. ***muro subibant***, ut IX, 371. Aliquot Codd. (inter quos etiam Rom.) *muros*, quod defendunt Heins. ad Ovid. Met. XIII, 611. et Markland. ad Stat. Silv. I, 2, 158. Nos meliorum Codd., Schol. Lucani VI, 530., Arnsiani p. 259. Lind. et Servii auctoritatem secuti sumus, non tamen moti Wagneri disputatione, qui sibi videtur docuisse, etiam apud Vergilium hoc discrimine dici *subire locum* et *subire loco* (tertio Casu), ut illud significet *intrare* locum, hoc *prope accedere*, ideoque hic, ubi de appropinquantibus, nondum intrantibus sermo sit, quod imprimis ex v. 162 sqq. pateat, necessario *muro* scribendum esse. Hoc enim discrimen, quod non primus protulit Wagn., sed ante eum (certe de verbis *succedere muro* et *murum*) iam statuit F. A. Wolfius ad Tac. Ann. II, 20., et probat Bach. ad Ovid. Met. XIII, 728., Vergilio certe incognitum fuisse, Wagn. ipse concedere coactus est, addens „nisi quod *subire loco* etiam pro *subire locum* ap. Vergilium legitur, quod qui intrat

Ante urbem pueri et primaevo flore iuventus
Exercentur equis domitantque in pulvere currus,
Aut acris tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent cursuque ictuque lacessunt:
Cum praevectus equo longaevi regis ad auris
Nuntius ingentis ignota in veste reportat

---

aliquem locum, is etiam accesserit ad cnm necesse est, ut III, 292. *portuque* (i. e. portui) *subimus Chaonio.*“ Quisqne autem videt, Wagnero, nt hoc comprobaret, potius scribendnm fuisse: „quod qni accessit ad aliqnem locum, is etiam enm intret necesso est,“ qnod absnrdnm esset. Immo cum omnium Codd. consensu v. c. VI, 13. *subeunt lucos*, VIII, 125. autem *subeunt luco* (nt l. l. *subire portu*) sine ullo sensns discrimine scriptum inveniatur, aut illa disputatio, certe quod ad Vergilium attinet, falsa est, ant multi loci invitis Codd. mutandi. Cum Dativo praeterea *subire* construitur Aen. VI, 222. et IX, 371., cum Accusativo autem VIII, 362. et X, 798. Vid. etiam qnae iam contra Wolfium disputarunt Boettioher. in Lex. Tac. p. 446. et Kritz. ad Sall. Iug. 57, 4. coll. Drak. ad Silium V, 283. et adnot. nostra ad Aen. X, 371. — **162** sq. „Non modo Romanae militiae more, qnod Servins putat, sed Graeco quoque et omnino priscae vitae ritu (ut ap. Hes. Scut. 285 sq.) ante urbem in campis exercet se cnrsu ac lndit armis iuventus nrbana. Poëta antem eo more egregie usns est ad narrationis suavitatem.“ *Heyn.* Cf. etiam Hom. Il. II, 811 sqq. et Ovid. Met. VI, 218 sqq. — Verba *primaevo flore iuventus* repetuntur in Anth. Lat. I, 146, 1. 170, 19. et 172, 6. Apud Silium I, 376. et in Anth. Lat. I, 89, 63. IV, 296, 1. inde factum *primaevo flore iuventae.* — **163.** *domitant currus*, i. e. equos ingales snb curribns. Eadem audacia dictum infra XII, 287. *infrenant alii currus*, et Geo. I, 514. *neque audit currus habenas.* — **164** sq. *Aut — aut — que — que.* Cf. adnott. ad Geo. I, 442. Aen. I, 701. II, 36. V, 52. al. — *acris arcus*, nt IX, 665., i. e. acrem habentes vim; nisi malis coniungere *acres tendunt*, *intendunt*, i. e. acriter, quia ipsi sunt acres. Hic parallelismus (*lenta spicula*) priorem explicationem videtur iuvare, in illo antem loco res aliter se habet. Consentit mecnm Conington, qui *acres* interpretatur per duros. Peerlk. malit *curvos* (*arcus*), nt mox *spicula lenta.* — **165.** *spicula*, i. e. iacula, *lenta* snnt flexibilia, ex lenta cornorum, myrtorum etc. materia facta (cf. Geo. II, 447 sqq. et Aen. IX, 698.). Sic *lenta hastilia* XI, 650. XII, 489. et ap. Ovid. Met. VIII, 28., *lentae hastae* Ecl. V, 31., *lentum pilum* ap. Tibull. IV, 1, 90. etc. Cf. etiam adnott. ad Ecl. III, 38. et Geo. IV, 170. — *contorquent*, ut XII, 490. Cf. etiam II, 52. — „*lacessunt* pro contendunt, certant: quandoquidem provocant se et lacessunt, qui pngnant.“ *Heyn.* — *ictu*, iaculatione, qua de re Wagn. conferri iubet Beierum ad Cic. Or. pr. Tullio fragm. p. 43. Aliter tamen Conington, qui, ut tautologia evitetur, coll. locis V, 377. 428. 444. 457. 459. *ictu* minus probabiliter explicat per *boxing.* — **166.** Verba *Cum praevectus equo* seqq. proprie ad illa pertinere *iamque iter emensi - - subibant*, a qnibus interiectis verbis *Ante urbem - - lacessunt* segregantur, in promptu est; qnare etiam Punctum vulgo post *subibant* positnm cnm Iahnio in Colon mutavimus, qua in re Peerlk., Süpfl., Bryce, Ladew., Coningt., Benoist. atque etiam Wagn. in recent. edit. nos secuti sunt; Haupt. Comma posuit, Gossr. et Ribbeck. Punctum retinuerunt. — *praevectus*, ante Troianos urbem invectus, ut alibi *praeire*, *praecedere.* Cf. Heinsius ad Claud. R. Pros. II, 122. Pauci quidam libri *provectus*, qnod immerito defendit Burm. — **167.** *ad auris - - reportat.* Cf. Ecl. III, 73. *referatis ad auris.* — Heynio *reportat* nihil alind est, quam simplex *portat;* rectius autem Wagn. statuit, in hoc similibusque verbis *re* eam habere potestatem, nt iteratio qnaedam cernatur in narrandis et qnasi repraesentandis iis, quae vel viderimus vel audiverimns. Cf. IX, 193. et quae ad III, 717. IV, 656. Geo. II, 194. et similes locos adnotavimns. — *ingentis viros.* „Ex stnpore nuntii laus ostenditur Troianorum, et bene novitatis ostendit

Advenisse viros. Ille intra tecta vocari
Imperat et solio medius consedit avito.
Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,
Urbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horrendum silvis et religione parentum.
Hic sceptra accipere et primos attollere fasces
Regibus omen erat, hoc illis curia templum,
Hae sacris sedes epulis, hic ariete caeso

---

opinionem: ingentis enim esse, quos primum vidimus, opinamur." *Servius.* — *ignota in veste.* Vid. ad III, 595. IV, 518. V, 37. 179. — **168.** *intra tecta* pro vulg. *in tecta.* Cf. Drak. ad Liv. VII, 11, 10. et Hand. Turs. III. p. 439. — **169.** *solio medius consedit*, duplici ratione possumus interpretari, aut ut sit i. q. *aulai medio* III, 354., aut, quod videtur praestare, ut significet medium inter adstantes amicos sedentem, ut XI, 237. (Quam prius protuleram explicationem, recte refutarunt Bryce et Benoist.) Ceterum de forma Perfecti *consedi* cf. adnott. ad Aen. III, 565. — **170** sqq. „*Pici* haec *regia* in arce Laurenti [*urbe summa*] pro *curia* et *templo* erat Latinis, diversa utique a Latini regia, v. 59 sq. descripta, et improprie nunc v. 171. *regia* dicta, h. e. aedificium magnificum. Quid quod iuncta haec esse solebant, ut in palatio Augusti erat templum Apollinis Palatini. Imitatus est locum multo cum verborum tumore Seneca Thyest. 641—664." *Heyn.* — V. **170.** iteratur in Anth. Lat. VI, 84, 11. et a Statio Silv. IV, 2, 18. sic mutatur: *Tectum augustum, ingens, non centum insigne columnis.* Nihilominus Peerlk. propter v. 174. pro *tectum* coni. *templum.* — *centum sublime columnis.* Cf. Ovid. Met. II, 1. *Regia Solis erat sublimis alta columnis.* Ceterum vid. supra ad v. 153. — **171.** *Urbe summa, ἐν τῇ ἀκροπόλει*, sive *ἐν πόλει ἀκροτάτῃ* (Il. XXII, 172.), i. e. in arce. Codd. quidam deterioris notae et Diomed. p. 498. male exhibent *urbe media.* — *Laurentis Pici* per anachronismum; nam Laurenti nomen a Latino demum, Pici nepote, urbi impositum. Cf. Bach. ad Ovid. Met. XIV, 436., ubi etiam *Laurens Picus* commemoratur. — **172.** *Horrendum* (venerandum: vid. Cort. ad Lucan. III, 40.) *silvis.* Aedem illam circumdedit lucus, ut pleraque templa et principum palatia. (Vid. II, 299 sqq. de Anchisae domo.) Conington comparat Lucan. III, 411. *Arboribus suus horror inest.* — *religione parentum*, institutis, quae religiosus parentum cultus reliquerat. Cf. VIII, 598. *lucus* - - *Religione patrum late sacer.* — **173** sq. „Hic regnum auspicari solebant reges. — *omen* pro more, cui bonum omen inerat, ut maiorum fortuna sequeretur regem regnum auspicantem. Auspicia regni a sumptis regni insignibus declarat." *Heyn.* — *sceptra accipere.* Vid. infra ad v. 422. — *attollere fasces*, ut praeferantur novo regi. — **174.** *omen erāt.* Vid. ad Ecl. I, 38. IV, 51. Aen. I, 308. 651. et alibi adnott. — *hoc illis curia templum* cett.: hoc aedificium *horr. religione parentum* et propterea *templum* appellatum, iis simul est pro curia, in qua etiam sacrificia publica et epulae sacrae instituuntur. (Cf. Barth. ad Silium XI, 72.) — **175.** *Hae sedes.* Tres Codd., inter quos Rom., *Haec*, quod Nobbius in Syntagm. locc. parall. p. 168. praetulit, Ribbeck. vero „onerare magis quam ornare concinnitatem versus" recte indicat. Vid. adnott. ad Geo. III, 305. Ceterum hunc locum ante oculos habuit Seneca Agam. 8 sqq. Huc inprimis spectant eius verba *Locus hic habendae curiae, hic epulis locus.* Item respexit hunc locum auctor centonis in Anth. Lat. VI, 184, 12. *Quo sacrae sedes epulis*, ubi deinde totus v. 176. iteratur. — „*ariete* [arjete: vid. ad Geo. I, 397.] *caeso*, proprio aliquo Latinorum more delecta victima. Quia publicum fit sacrificium, confluunt primores gentis, iique epulis excepti sedent *mensis perpetuis*, h. e. longa et multum procurrente mensa." *Heyn.* Vel potius „recta linea continuatis longisque," ut Wagn. explicat. Cf. etiam Davisius ad Caes. B. G. I, 40. et infra VIII, 183. Burm. intelligendas putat mensas longas, oppositas mensis parvis, quae in tricliniis postea singulis convivis appositae fuerint, coll. adnot.

Perpetuis soliti patres considere mensis.
Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum
Antiqua e cedro, Italusque paterque Sabinus
Vitisator curvam servans sub imagine falcem
Saturnusque senex Ianique bifrontis imago
Vestibulo adstabant aliique ab origine reges

---

sua ad Petron. c. 34. Alii minus recte de quotidianis coenis, ut in Prytaneo Atheniensi, cogitant. — **176.** *considere.* Cf. Ovid. Fast. VI, 305. *Ante focos olim scamnis considere longis Mos erat, et mensae credere adesse deos.* Antiquissimis enim temporibus non accumbebant, sed assidebant mensis epulantes. Vid. Servius et Cerda ad h. l. Isidor. Origg. XX, 11, 9. Colum. XI, 1, 19. et liber meus *Hellas u. Rom* I, 1. p. 57. adn. 111. — **177** sqq. In vestibulo regiae, quam vocat, signa collocata erant, qualia in porticibus curiarum et templorum inter columnas poni solebant. Cf. Stat. Theb. II, 214 sqq. Haud dubie huius loci memores fuerunt Silius I, 86 sq. et Prudent. in Symm. I, 232 sqq. — **178.** *e cedro*, nam antiquissima einsmodi signa erant aut lignea aut fictilia. Vid. Paus. VIII, 17. Interpp. ad Tibull. I, 10, 19. et Ovid. Fast. I, 801. atque liber meus modo comm. p. 144. adn. 144. et 249. De hiatu vid. ad Ecl. II, 24. VIII, 44 etc. — *Italus*, antiquus Oenotriorum rex, qui ex Arcadia venisse illumque populum agriculturam docuisse et ad molliores mores traduxisse fertur. Cf. Dion. Hal. I, 2, 9. Aristot. de Rep. VII, 10. Hyg. f. 127 alii et Heynii Exc. XXI. ad l. I. Aen. — *Sabinus* s. *Sabus*, Sabinorum gentis, vetustissimae inter Ausones, auctor, qui ex more omnium fere populorum consecratus divino honore afficiebatur. Cf. Cat. Orig. ap. Dion. Hal. II, 49. Varro L. L. V. §. 32. p. 13. M. p. 33. Sp. et Isidor. IX, 2, 85. Uterque Latinis heroibus, inter quos hic commemorantur, agnatione tantum iunctus erat. — **179.** Vox *vitisator* de Baccho usurpata invenitur in fragm. Attii (Bacch. 241.) ap. Macrob. Sat. VI, 5, 11. (p. 529. Ian.) *Dionyse, pater optime, vitisator, Semela genitus, Evie,* unde Vergilius eam petiisse videtur, et de Saturno ap. Arnob. III. p. 117. Cf. etiam Lucr. II, 1169. *vetulae vitis sator*, et Ovid. Met. IV, 14. *genialis consitor uvae.* Sunt, qui etiam h. l. verba *Vitisator, curvam s. s. i. falcem* ad Saturnum, qui statim subiungitur, spectare censeant (coll. Geo. II, 406.); velut Peerlk., qui propterea satis audacter verba sic transponi iubet: *Vitisatorque senex, curvam sub imagine falcem Saturnus servans*, et praeterea voc. *imagine* (quod praeter omnes Codd. etiam Nonius p. 329. et Servius testantur) corruptum censet, quod tamen quomodo sit emendandum, se nescire confitetur. Gentius autem Annot. crit. in Verg. Aen. p. 37 sqq., Peerlk. adsentiens coni. *tegmine* et verba sic transponenda censet: *Saturnusque senex, curvam sub tegmine falcem Vitisator servans* etc. Ladew. vero in Append. p. 257. contra utrumque, Saturnum modo vitisatorem dici potuisse contendentem, provocat ad Prelleri *Röm. Myth.* p. 638. — „Sub signo, fortasse ad hermae morem in stipitem desinente, *falx*, puta ad amputandas frondes (vid. Ovid. Met. XIV, 628. 631. 649.), adiecta [ad servandam eius rei memoriam]; qua specie Silvani hermae inveniuntur.“ *Heyn.* Ladew. falcem quaerit in basi statuae. De hac falce vinitoria vid. ad Ecl. IV, 40. — **181.** *Vestibulo adstabant*, non: „in atrio vestibulum versus,“ ut Lersch. in *Zeitschr. f. Alt.-Wiss.* 1838. n. 72. interpretatur, sed in ipso vestibulo, de cuius ornamentis cf. Cic. Phil. II, 28. in. Suet. Ner. 31. Plin. XXXV, 2, 2. Iuven. VII, 125. Beckeri Gallus II. p. 150. et liber meus *Hellas u. Rom* I, 1. p. 194. *Vestibulo* igitur est Ablativus omissa Praepos. (de qua re vid. adnott. ad Geo. III, 237. Aen. I, 552. IV, 502. al.) et *adstare* eodem modo capiendum, quo Aen. I, 152. et alibi. Statuae stantes (erectae) opponuntur pendentibus ornamentis, quae mox commemorantur. — De *Iano*, antiquo Italiae, imprimis Etruscorum, deo sanctissime culto cf. Ovid. Fast. I, 90 sqq. Cic. N. D. II, 27. Macrob. Sat. I, 7 sqq. Augustin. de civ. dei VII, 8. Heynii Exc. V. ad h. l. Spangenberg. l. l. p. 29 sq. Creuzeri *Symb.* II. p. 879 sqq. Buttmann. in Diss. Acad. Berol. 1816. et in Mythologo II. p. 70 sqq. Preller. *Röm. Myth.* p. 148. 164. et Walz.

Martiaque ob patriam pugnando volnera passi.
Multaque praeterea sacris in postibus arma,
Captivi pendent currus curvaeque secures
Et cristae capitum et portarum ingentia claustra
Spiculaque clipeique ereptaque rostra carinis.
Ipse Quirinali lituo parvaque sedebat

---

in Pauly *Realencycl.* IV. p. 20. Ut hic et XII, 198. ob duas facies in diversas partes spectantes *bifrons* appellatur, sic alibi *anceps* (e. g. Ovid. Fast. I, 95. Met. XIV, 334., ubi vid. Burm. et Bach.), *biceps*, *geminus*. Imitatus est h. l. Prudent. in Symmach. I, 232 sq. *Assistunt etiam priscorum insignia regum, Dux Italus Ianusque bifrons genitorque Sabinus.* — *aliique ab origine reges*, i. e. antiquissimi. Cum tamen reges Latinos pro patria vulneratos paucos reperias, potius Aboriginum reges intelligendi, ad quorum nomen etiam verba ipsa videntur adludere. Ceterum cf. I, 642. — Versum **182.**, qui fere totus iam adfuit VI, 660., Heyn. et Peerlk. spurium et ex illo loco ortum suspicantur, imprimis ob vv. *Martia vulnera*, sed iure defendit Wagn. Ribbeckius hunc locum a poeta certe non absolutum censet. — *Martiaque*. Hanc lectionem fragm. Vat. a m. sec., Pal., Rom., Gud. et Servii nunc cum Burm., Heynio, Wagn. (qui etiam cf. in Philol. Suppl. I. p. 386.) et recentioribus editoribus omnibus inde ab Hauptio nunc recepimus, ut reges illi et propter originem et propter virtutem illuc positi dicantur. Prius cum Iahnio, Thielio et Süpflio edidi Med., fragm. Vat. a m. pr. aliorumque Codd. lectionem *Martia, qui*, nunc non tam propterea desertam, quod sic in eorum numero, qui pro patria pugnantes vulnerati sint, etiam antea memorati reges, Saturnus et Ianus, fuisse videantur, quam quod Nom. Plur. *qui* praeterea nusquam a Vergilio eliditur. (Cf. quae Wagn. l. l. hac de re disputavit.) *Martia* autem *volnera*, ut ap. Grat. Cyneg. 344. *Mavortia vulnera.* — **183.** De hoc more veterum aut ipsa spolia hostibus erepta aut fictilia eorum signa, quae *antefixa* vocabantur, in foribus et fastigiis templorum, postea etiam in aditu domorum privatarum (imprimis triumphantium) suspendendi cf. Tibull. I, 1, 54. Prop. IV, 8, (III, 9.), 26. Ovid. Met. VIII, 154. Trist. III, 1, 31. Eleg. ad Liv. Aug. 179. Silius I, 617. Liv. X, 7, 9. XXIII, 43. XXXIV, 4, 4. XXVI, 23, 4. Val. Max. VII, 6, 2. Plin. XXXV, 2. alii, et praeter Intpp. ad ll. ll. (imprimis Broukh. ad Prop. et Heins. ad Silium). Burm. Anthol. Lat. I. p. 206. Rosini Antt. Rom. V. Paralip. ad c. 28. Sagittar. de iannis veterum c. 29. in Graevii Thes. Ant. T. VI. p. 509. Vid. etiam supra II, 504. III, 287. V, 360. 393. VIII, 196. 721. IX, 408. Hunc locum imitatos esse Statium Theb. VII, 55 sqq. et Silium I, 617 sqq., iam Heyn. memorat. — *sacris in postibus*. Cf. supra v. 192. — **184.** *captivi currus*. Vid. ad II, 765. Heyn. non supervacaneum duxit adnotare, priscae aetatis currus satis parvos et humiles fuisse, ut facile ita suspendi possent. Cf. Hom. Il. X, 505. — *curvae secures* (*Streitäxte*), quibus praeter Amazones (vid. XI, 656. et Hor. Od. IV, 4, 20.) etiam pastores Italicos (cf. infra v. 510. 627. et XII, 306.) et Camillam, inter illos pastores educatam (vid. XI, 656.), uti fingit poëta, ita ut omnino inter antiquissima Italorum tela referendae esse videantur. Wagn. ad l. l. etiam Silium VIII, 552. conferri iubet. — **185.** *cristae capitum*. Cf. IX, 678. (VI, 779. VIII, 620. IX, 732. etc.) — *portarum claustra*, urbium captarum portae expugnatae. — **186.** *Spiculaquē*. Vid. ad Ecl. IV, 51. *erepta rostra carinis*. Heyn. de navibus ληστρικαῖς in litore oppressis cogitandum esse putat. Videtur autem hic poëta per anachronismum antiquissimis illis temporibus aliquid tribuisse, quod posterioris aetatis fuit. Conington tamen iam Hom. Il. IX, 241. conferri iubet. — **187** sqq. Hos quinque versus de Pico agentes Peerlk. (ut iam Heynio visum erat) ad v. 182. retrahendos censet, ut sensus sit: „Alii reges omnes in vestibulo stabant, ipse Picus sedebat; eoque ordine iam Prudentium l. l. hunc locum legisse opinatur, sic canentem: *Adsistunt etiam* etc. (vid. supra) *Sabinus, Saturnusque senex, maculoso et corpore Picus, Con-*

Succinctus trabea laevaque ancile gerebat
Picus, equum domitor; quem capta cupidine coniunx
Aurea percussum virga versumque venenis

---

iugis epotum sparsus per membra venenum." — Inter haec signa veterum heroum Pici imprimis statuam fuisse conspicuam, non mirandum, cum haec signa in regia ab eo ipso condita sint collocata. — *Ipse.* Vid. adnott. ad Ecl. VIII, 96. X, 63. et Aen. II, 394. „Prisca aliqua gravitas imagini inest; trabeatus est Picus, qui veterum regum erat habitus (cf. Plin. IX, 39, 63.), quo Romulum quoque conspicuum narrant (*trabeatum Quirinum* vocat Ovid. Met. XIV, 828. et al.), cum *lituo* (ut ideo augurali scientia clarum fuisse necesse sit) et prisco armorum genere, *ancili.*" *Heyn.* — *Quirinali lituo* est Ablativus qualitatis, de quo vid. adnott. ad Ecl. X, 24. Aen. III, 618. IV, 517. XI, 711. cett. Heyn. (cui Conington adsentitur) minus recte coniungit *succinctus trabea et lituo*, „nota forma, qua verbum binis adaptatur, cum de altero tantum proprie dicatur" (qua de re vid. adnott. ad Geo. I, 93. Aen. IV, 100. 132. et al.). Indoctae autem sunt, Heynio iudice, Gellii V, 8. et inde repetitae a Macrob. VI, 8. argutiae de h. l., quibus etiam addi potest Hygini de h. l. scrupulus. (Cf. Ribbeck. Proleg. p. 119.) Ceterum vid. etiam Ruddim. II. p. 60. et longa Burmanni de h. l. disputatio. „*Quirinalem lituum* [per prolepsin historicam] dixit, quo Romulus aliquando usus est, imprimis in urbe condenda: augurandi scientia ille excellebat. Cf. Plutarch. Rom. p. 31. [c. 22.] et Serv." *Heyn.* Debemus autem nobis in memoriam revocare, reges ab initio etiam summos sacerdotes populorum fuisse. Cf. Ovid. Fast. VI, 375. *lituo pulcher trabeaque Quirinus*, et ibid. I, 37. *trabeati cura Quirini.* Gossr. tamen poetam hic arcanam aliquam doctrinam exhibuisse et Quirini nomine non Romulum, sed Martem, qui et ipse auguralem artem homines docuerit, significare voluisse arbitratur, coll. Dion. Hal. II, 48. *τὸν δ' Ἐνυάλιον οἱ Σαβῖνοι καὶ παρ' ἐκείνων οἱ Ῥωμαῖοι μαθόντες Κυρῖνον ὀνομάζουσιν* etc. Ceterum de *lituo*, augurum baculo incurvo et a summo leniter inflexo, cf. Intpp. ad Liv. I, 18, 7. et Cic. Div. I, 17. in. Gellius V, 7, 8. Appulei. Apol. 22. p. 442. Oud. alii atque Teuffel in Pauly *Realencycl.* IV. p. 1107. et liber meus *Hellas u. Rom* I, 1. p. 336. cum adn. 41.; de *trabea* autem, antiquissimorum regum et augurum vestimento, vide infra v. 612., et de *ancilibus*, parvis et oblongis scutis, ab utraque parte incisis (unde nomen habebant secundum Varronem L. L. VII, 43. Müll. (s. 3. p. 328. Speng.) *Ancilia dicta ab ambecisu* [cf. Corssen. de pron. I. p. 523.], *quod ea arma ab utraque parte, ut peltae Thracum, incisa;* quamquam alii nomen a Graeco *ἀγκύλῳ* deducunt, quod *περιφέρειαν* sinuosam crebroque incurvatam habuerint), quae Numa fieri iussit ad exemplum eiusmodi scuti de caelo delapsi, a quo ex oraculi responso salus statusque imperii Romani pendebat, cf. Ovid. Fast. III, 259 sqq. Isidor. Orig. XVIII, 12. Nonius p. 554. ed. Lips. Rupert. ad Liv. I, 20, 4. et ad Iuven. II, 126. aliique Intpp. ad Ovid. l. l. et Suet. Oth. 8. Hartung. *Relig. d. Römer* II. p. 165. Mueller. in Pauly *Realencycl.* I. p. 470 sq. Schrader. in Muetzellii *Zeitschr.* VII. p. 725. et liber meus modo comm. (I, 1. p. 372. adn. 42. et) I, 2. p. 89. Hic omnino pro clypeo antiquae formae positum, ut ap. Lucan. IX, 479. *populos ancilia nostra ferentes.* — 189. *Picus, equum domitor:* Homericum *ἱππόδαμος*. Cf. Ovid. Met. XIV, 321. *Picus - - utilium bello studiosus equorum.* — „*coniunx* h. l. amans, ut etiam alibi vidimus: cf. Ecl. VIII, 18. [et Aen. III, 330.] Nam Circe, cum amorem suum ab eo spretum vidisset, in picum s. picumnum avem eum mutavit (cf. Ovid. Met. XIV, 320 sqq.), quae priscis Italis inter sacras et augurales aves fuit." *Heyn.* Quare Conington *capta cupidine coniunx* putat esse i. q. capta cupidine coniugii, quamquam etiam censet, a Vergilio fortasse aliam fabulam respici, atque ab Ovidio. — 190. *aurea* (quod Serv. sibi non constans male coniungit cum voc. *coniunx*, cum appareat cohaerere voces *aurea virga*, quod idem Serv. ad IV, 242. recte intellexit, et respiciatur Circes *χρυσόῤῥαπις* ap. Hom. Od. X, 277. 331.) per synaeresin duabus syllabis pronuntiandum.

Fecit avem Circe sparsitque coloribus alas.
Tali intus templo divom patriaque Latinus
Sede sedens Teucros ad sese in tecta vocavit
Atque haec ingressis placido prior edidit ore:
„Dicite, Dardanidae, — neque enim nescimus et urbem
Et genus auditique advertitis aequore cursum —
Quid petitis? quae causa rates, aut cuius egentes
Litus ad Ausonium tot per vada caerula vexit?
Sive errore viae, seu tempestatibus acti,
Qualia multa mari nautae patiuntur in alto,
Fluminis intrastis ripas portuque sedetis,
Ne fugite hospitium neve ignorate Latinos

Vid. ad I, 698. — Pro *virga* Ovid. l. l. v. 387. *baculum* commemorat. — *versum venenis.* Conington conferri iubet Hor. Epod. V. 87. *Venena magnum fas nefasque non valent Convertere humanam vicem.* — **191**. *sparsit coloribus alas* idem vir doct. recte positum censet pro: dedit ei alas sparsas coloribus, coll. Ecl. II, 41. *sparsis pellibus albo.* — *coloribus*, purpureo et fulvo s. aureo. Cf. Ovid. l. l. v. 393 sqq. — **192**. *intus templo*, Adverbio pro Praepositione posito. Sic Lucr. IV, 1087. VI, 278. 798. *membris, fornacibus, sedibus intus.* Apud pedestris orationis scriptores haec constructio Particulae raro invenitur. Cf. Ruddim. II. p. 333. et Hand. Turs. III. p. 447 sq. Gossravio tamen satius videtur utrumque voc. seiungere, ut *templo* simplex sit Ablat. loci, *intus* autem Adverbium adiectum et sic etiam Ladew. (qui comparat Liv. XXIV, 10, 6. *in aede intus* et XXV, 11, 15. *sinu exiguo intus*) et Neue *Formenl.* II. p. 524. fortasse rectius statuunt. — „*templum* est ipsa illa curia inde a v. 170. descripta. Excepti legati in templo ex more; ut Romae plerumque factum: et sic supra a Didone I, 505.“ *Heyn.* — *patria sede* i. q. supra v. 169. *solio avito.* — **193**. *in tecta vocavit*, i. e. vocari iussit. Cf. supra v. 168. — **194**. *placido ore*, ut XI, 251. — **195**. Verba *neque enim nescimus et urbem Et genus* iterantur in Anth. Lat. 178, 53 sq. Ceterum cf. I, 565., ubi *genus* et *urbs* eadem ratione coniunguntur. — **196**. *auditi*, fama uobis iam prius, quam huc venistis, noti. Sic apud Tac. Hist. I, 16. *occupaverat animos prior auditus*, scil. Otho, de quo prius audiverant, quam de Vespasiano. *Burm.* inter alia haec adnotavit: „Sic et Dido iam sciebat Aeneades ante eorum adventum I, 565. Audierat vero Troiae excidium, fama iam late sparsa, ut infra Ilioneus v. 225. toto orbe auditum ait;“ simulque addit, Latinum coniectura facile augurari potuisse, hos esse Dardanidas illos tot erroribus actos; ex vestibus enim eos non agnovisse, cum v. 107. doceat, Troianorum vestes Latinis ignotas fuisse. Heyn. hunc locum similem esse memorat Homericis Od. III, 71 sqq. et IX, 252 sqq. — **197**. *quae causa rates* etc. Verba ex duabus constructionibus conflata, cum proprie aut „qua de causa aut cuius egentes rates vectae sunt“ aut „quae causa aut cuius egestas vexit“ scribi debuisset, quod recte adnotat Conington. — **198**. *tot per vada.* Cf. V, 615. — *vada caerula.* Vid. ad v. 24. ad III, 208. V, 819. et Geo. IV, 388. — V. **199**. repetitur in Anth. Lat. I, 178, 261. — *errore viae.* Cf. Liv. XXIV, 17. *errore viarum* et Aen. III, 181. *errore locorum.* — *tempestatibus acti.* Cf. VI, 532. *Pelagine venis erroribus actus.* — **200**. *qualia multa*, *οἷά τε πολλά.* Cf. Apoll. Rh. IV, 1556. (a Coningt. laud.), quem poeta videtur respexisse: *εἰ δέ τι τῇδε πόρους μαίεσθ' ἁλὸς, οἷά τε πολλὰ Ἄνθρωποι χατέουσιν ἐπ' ἀλλοδαπῇ περόωντες* et Soph. Phil. 306. *πολλὰ γὰρ τάδε ἐν τῷ μακρῷ γένοιτ' ἂν ἀνθρώπων χρόνῳ.* — **201**. *intrastis.* Cf. III, 501. — *portuque sedetis.* Sic etiam Rutil. Itin. I, 185. *portuque sedemus.* — *portus* autem latiore sensu de loco, ubi naves appellunt, intra fluminis ostia accipiendum. Cf. etiam Burm. ad Ovid. Am. II, 13, 10. et Claud. VI. Cons. Hon. 495. (hic

Saturni gentem, haud vinclo nec legibus aequam,
Sponte sua veterisque dei se more tenentem.
Atque equidem memini — fama est obscurior annis —
Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris
Dardanus Idaeas Phrygiae penetrarit ad urbes

---

a Burm. laud:) *Iamque ora Padi portusque relinquit Flumineos.* — **202.** *Ne fugite hospitium.* Cf. XI, 109. *quo nos fugiatis amicos?* — *ignorare aliquem* significat alicuius indolem et mores non satis tenere (nostrum *misskennen*) et opponitur verbo *intelligere;* cum vero ignotorum etiam nulla sit cupido et, quae non cupiuntur, vili pendantur, ignorandi notio facile transire potest in contemnendi, ideoque *ne ignorate Latinos* fere i. q. ne contemnite, despicite Latinos. Cf. Gronov. et Ruhnk. ad Ter. Eun. V, 8, 50. hic etiam ad Phorm. II, 3, 10. Aliter tamen Conington, qui coll. III, 602. explicat: ne ignorate Latinos Saturni (esse) gentem. — **203.** *haud vinclo nec legibus aequam*, quae nullis legibus, nulla necessitate coacta aequitatem et iustitiam colit. Cf. Ovid. Met. I, 89 sqq. de aurea aetate et Stat. Silv. III, 5, 87 sq. *Nulla foro rabies, aut strictae iurgia legis, Morum iura viris solum et sine fascibus aequum;* praeterea autem Hesiod. O. et D. 158 sqq. Virg. Geo. I, 124 sqq. Tibull. I, 3, 35 sqq. Sen. Hipp. 526 sqq. Sall. Cat. 6. Tac. Ann. III, 26. etc. Sic si locum capimus, non adversatur VIII, 322., sed tantum significat, Latinos legibus a Saturno datis non coactos, sed sponte paruisse, ita ut iis facile carere potuerint. Non igitur opus est, ut cum Conington poetam inconstantiae accusemus. De figura autem *ἑνὸς διὰ δυοῖν* vid. ad Ecl. II, 8. Geo. I, 335. al. — *haud - - nec.* Cf. I, 327. III, 214. etc. — **204.** *Sponte sua.* Exspectamus *sed sponte sua;* cum vero oppositio iam per se satis clara sit, Particula adversativa hic facile poterat omitti. Cf. etiam adnott. ad IV, 433. Copula *que* vim habet explicativam. Vid. ad Ecl. III, 34. al. — *veteris dei more*, more a Saturno instituto. Cf. Ovid. I. modo l. — „Latini *tenent se*, continent se, moderate et iuste vivunt, sponte sua et more, h. e. institutis ac moribus a Saturno sancitis. Ita *se tenent,* qui se coërcent, intra fines, legem, morem subsistunt. Wakef. Silv. crit. III. p. 11. em. *gerentem.*“ *Heyn.* Poerlk. pro *dei* coni. *aevi* (quod sane etiam Serv. hic videtur legisse, cum adnotet: „ac si diceret, aurei saeculi imagine vivimus;“ cf. Markl. ad Stat. Silv. III, 5, 88.) et praeterea haerens in Part. *que* tertio sententiae vocabulo adiecta verbaque *sponte sua haud legibus* necessario coniungenda esse ratus, totum locum per transpositionem satis audacem sic constituendum censet: - - *Latinos, Gentem sponte sua, haud vinclo nec legibus aequam, Saturni veterisque aevi se more tenentem.* — **205.** „Longo tempore obscura est fama, ut a paucis senibus adhuc teneatur eius rei memoria.“ *Heyn.* — *Atque equidem memini.* Cf. I, 619. — *fama est obscurior annis* (quae verba repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 8.), i. q. per, propter annos, longa annorum serie obscurior facta. Prorsus eadem ratione Ovid. Fast. VI, 103. *obscurior aevo fama.* — *Aurunci*, antiqua gens Campaniae, inter Volscos et Campanos utramque Liris ripam incolens, quam poëta ad Aborigines videtur referre, quare Serv. ad h. l. et Tzetz. Chil. V, 580. *Auruncos* idem significare memorant, quod *Ausones.* Cf. Plin. III, 5, 9. Liv. II, 16, 8. VIII, 15. alii et liber meus geogr. III. p. 533. not. 100. Vergilius XI, 316 sqq. eos Latini imperio subiectos profert. — **206** sqq. „De Dardani ex Tyrrhenia originibus vid. supra ad III, 107 sqq. E pluribus de Dardano mythis poëta utitur hoc, eum e Tyrrhenis profectum Samothraciam, inde Troadem obtinuisse.“ *Heyn.* — *ut* non pendere ab antecedente *ita* (i. e. haec), sed significare *quomodo, wie,* et positum esse pro Accus. cum Infin., in promptu est. Cf. Ramsh. §. 179. — *his agris* paulo latius dictum; nam Dardanus ex Corytho s. Cortona Etruriae, Latio vicinae, oriundus ferebatur. — **207.** *Idaeas Phrygiae urbes.* Conington comparat V, 373. *Bebrycia Amyci de gente* et VI, 2.

Threiciamque Samon, quae nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Corythi Tyrrhena ab sede profectum
Aurea nunc solio stellantis regia caeli
Accipit et numerum divorum altaribus addit."

Euboicas Cumarum oras. — „*urbes* antem *Phrygiae* memoravit, h. e. loca ad incolendum idonea et a Teucro passim inhabitata, sub Idam; nam propriae dictae urbes tum in regione ea nullae erant.“ *Heyn.* — *penetrarit.* Plurimi sane Codd. *penetravit*, quod nihilominus sine iusta causa restituendum censet Heyn. ot Ribbeck. revera restitnit; nam senes illi Aurunci non ipsi viderant Dardanum ex Italia in illas regiones venientem, sed, quod a patribus audiverant fama propagatum, referunt. (Ceteri recentiores editores praeter Benoist. Cod. Rom. aliorumque lectionem *penetrarit* retinuerunt.) — 208. *Samothracia*, insula illa maris Aegaei, quae etiamnum *Samothraki* vocatur, apud Homerum Il. XIII, 12. XXIV, 78. et Dionys. Per. 524. adhuc *Σάμος Θρηικίη*, ap. Herodotum autem II, 51. iam *Σαμοθρηίκη*, ap. Scyl. in Huds. G. M. I, 27. Strab. VIII. p. 532. Diod. III, 5. alios *Σαμοθράκη* appellatur. Cf. etiam Plin. IV, 12, 23. Mela II, 7, 8. et liber meus geogr. III. p. 1023. Ab ipso Dardano etiam *Dardaniam* eam fuisse nominatam, Plinius auctor est l. l. *Samon* autem cum Wagn. scripsimus bonorum Codd. auctoritatem secuti. (Med. exhibet *Samom.*) Vid. adnott. ad Ecl. VI, 13. (coll. adnott. ad Aen. II, 371. V, 265 etc.). Vulgo *Samum*, quod Bryce retinuit et Ribbeck. (quem Conington et Benoist. sequuntur) ex suis Codd. restituit. — 209. „*Hinc*, ex hac urbe ille oriundus pro deo nunc colitur.“ *Heyn.* De verbis *Hinc - - Corythi ab sede* vid. adnott. ad Ecl. I, 53. Peerlk. praeter necessitatem coni. *Hunc, olim Corythi* etc. — De *Corytho* s. Cortona, Etruriae oppido, vid. ad III, 170. — 210. Nunc in deorum numerum relatus est. Ne offendat nos, quod poëta Dardanum, quem supra VI, 650. Aeneas apud inferos vidit, hic inter deos refert, Serv. haec adnotat: „reddidit animam caelo, corpus terrae, umbram inferis.“ — *regia caeli*, ut Geo. I, 503. Sic etiam Lucan. I, 46. de Nerone: *praelati regia caeli* (te) *Excipiet.* — *solio*, nam diis in Olympo, ut in templis, sellae suae erant positae. Cf. Goer. ad Cic. Legg. I, 3, 10. Cum constructione *solio accipit* cf. I. 685. et VIII, 177. — *caelum stellans*, stellis distinctum, ornatum (i. q. ap. Ovid. Met. II, 17. et al. *caelum fulgens*, Hom. *ἀστεροεὶς οὐρανός*) legitur etiam Lucr. IV, 212., ut ap. Cic. Div. I, 12, 19. *stellans Olympus*, ap. Val. Fl. V, 623. *summi stellantia patris Tecta*, ap. Cic. Div. I, 11, 18. *stellans nox* et similia. Cf. etiam adnott. ad IV, 261. — 211. *accipit* Heyn. poëtice pro vulgari *accepit* ideoque pro *habet* positum censet. Rectius autem, ut iam vidimus, coniungimus verba *solio accipit* et cum Peerlk. explicamus: „quotidie accipit, si sedere libet Dardano. Nunc sedet in solio, in regia caeli, nunc est in caelo.“ Ceterum cf. adnott. ad III, 210. — „*addit*, eo recepto inter deos, *numerum altaribus deorum*, h. e. aram in eius honorem exstructam cumque ea templum; quo ipso novum sacrum adiicitur prioribus. Vulgare est: *augere numerum deorum;* pro hoc dictum: augere numerum altarium; et pro augere, *addere numerum altarium deorum.*“ *Heyn.* Videtur sane haec una ratio, qua locus explicari possit, quamquam non nego, haec paulo insolentius esse dicta: Aurea caeli regia eo, quod Aeneam recipit, altaribus deorum *addit numerum*, i. e. numeri incrementum. Plures Codd. (inter quos ipse Med., fragm. Vat., Pal. et Rom.) pro *addit* exhibent *auget*, quod ante Heinsium vulgo edebatur, et a Ribbeckio revocatum est, sed ex interpretamento ortum videtur. Ribb. memorat, tres lectiones fuisse *numerum auget, numerum addit* et *numero addit*, „quarum postrema nihil sano habeat, quod displiceat;“ atque etiam Iahn., receptam lectionem eiusque explicationem Heynianam duram iudicans, Heinsium ex uno Gud. recte edidisse censet *numero d. a. addit*, hoc sensu: „Dardanum divorum numero addit altaribus ipsi positis.“ Sed ut omittam, unum modo Codicem hanc scripturam exhibere, offendit me etiam hic Ablativus tam nude positus *altaribus*. (Ce-

Dixerat, et dicta Ilioneus sic voce secutus:
„Rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos
Atra subegit hiemps vestris succedere terris,
Nec sidus regione viae litüsve fefellit;
Consilio hanc omnes animisque volentibus urbem
Adferimur pulsi regnis, quae maxuma quondam
Extremo veniens Sol aspiciebat Olympo.
Ab Iove principium generis, Iove Dardana pubes
Gaudet avo, rex ipse Iovis de gente suprema,
Troius Aeneas, tua nos ad limina misit.

---

teri recentiores editores praeter Benoistum *auget* edentem nobiscum faciunt, et Conington quidem comparat Livii I, 7. verba *Te* (Herculem) *mihi mater - - aucturum caelestium numerum cecinit, tibique aram hic dicatum iri.*) Peerlk. totum versum, excepto primo vocabulo, spurium censet. — **212**. Ilioneus, tamquam *maximus*, etiam I, 521. ad Didonem verba facit. — *sic voce secutus.* Cf. I, 406. — **213**. *genus egregium Fauni.* Sic etiam infra v. 556. Aeneas vocatur *egregium Veneris genus*, sed ironice. Vid. ad IV, 12. Verba *Rex, genus egregium*, repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 67. — *fluctibus actos.* Cf. I, 333. — **214**. *hiemps* (vid. adnott. ad Geo. I, 299.) *subegit succedere terris.* Cf. adnott. ad III, 257. et Geo. IV, 85. De verbo *subigere* cum Infinitivo constructo (pro usitatiore *ut* cum Coniunct.) vid. Cort. ad Sall. Ing. 51, 18. Ante Heinsium legebatur *succedere tectis*, ut I, 627.; sed *tectis* ex Ribbeckii Codd. unus modo Minorang. exhibet. — V. **215**. respondet versui 199. — *nec sidus litusve*, i. e. neque ignoratio siderum et litorum terrarumque, *fefellit* nos in *regione viae*, in via et navigatione instituenda et regenda, alio nos abducens, quam quo tendebamus. Heyn., qui *sidus* falso pro tempestate accipit, praeterea adnotat, poëtam hic variasse verba v. 199., *regionem* autem *viae* iam ante eum frequentasse Lucretium I, 1040. et II, 249., quibus locis adde eiusd. I, 957. Vid. etiam supra Aen. II, 737. et infra IX, 385. — **216**. *urbem adferimur.* Sic VIII, 136. *advehitur Teucros*, ap. Ovid. Met. III, 598. *adducor litora*, ibid. v. 636. *Naxon cursus advertite*, V, 649. *advertitur oras*, et similia. Cf. Ruddim. II. p. 327. Heins. ad Ovid. Met. III, 598. et adnott. ad Aen. I, 307. — **217**. *regnis.* Pluralis latum regni ambitum indicat. Cf. infra v. 313. 578. 735. VIII, 157. 244. 320. 471. 507. al. cum adnott. ad v. 422. — **218**. *extremo veniens Olympo*, ab orientali caeli parte. Cf. adnott. ad Ecl. V, 56. X, 77. Conington, qui de regni Troiani magnitudine conferri iubet Aen. II, 556. et Hom. Il. XXIV, 543 sqq. atque cum hoc loco comparat Hor. Carm. saec. 9 sqq. *Alme Sol, - - possis nihil urbe Roma Visere maius* premit epitheton *extremo*, cum in extremo Oriente omnium maxima fuerint regna. — **219**. *Ab Iove principium.* Alio connexu haec verba iam legimus Ecl. III, 60. Conington putat poetam memorem fuisse Arati Phaen. 1. *Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα* et ibid. 5. *τοῦ γὰρ καὶ γένος ἔσμεν.* — *Dardana pubes*, populus Troianus, ut apud Tibull. I, 7, 5. *Romana pubes* etc. Cf. adnott. ad Aen. I, 399. — **220**. *Gaudet avo*, proavo; nam Iupiter Dardani pater fuit. Peerlk. igitur, de Iove Aeneae avo (per Venerem) cogitans, sine iusta causa coni. *Ab Iove pr. generi, ab Iove Dardana pubes. Gaudet avo rex ipse Iove.* Immo *avum* etiam Sing. numero de proavis dici, Ladew. comprobat loco Silii XIII, 863. *Troianus Iulo Caesar avo.* — *rex.* Vid. ad I, 38. — *ipse Iovis de gente*, scil. per Venerem matrem. — „*de gente suprema.* Ennianum laudatur ex Ann. V. [p. 57. Hessel. s. Ann. VI. fr. 5. p. 30. Vahl.] *nomine Purrhus [Burrus], uti memorant, a stirpe supremo*, de prima origine et stirpis exortu a Iove.“ *Heyn.* Rectius autem Ladew. et Conington *suprema* non per *ultima*, sed per *summa* (*erhaben*) explicant, ut etiam X, 350. *Boreae de gente suprema.* Supremus enim s. summus, *ὕψιστος*, notum est Iovis epitheton. Cf. v. c. Aen. VI, 123. *Et mi genus ab Iove summo.* — **221**. *limina.* Ribbeck. ex Med. a m. pr. edidit *limena*, ut Geo. III, 34.

Quanta per Idaeos saevis effusa Mycenis
Tempestas ierit campos, quibus actus uterque
Europae atque Asiae fatis concurrerit orbis,
Audiit, et si quem tellus extrema refuso
Submovet Oceano, et si quem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.
Diluvio ex illo tot vasta per aequora vecti

---

vimene et Aen. XI, 663. *agmena*. Sed in omnibus ceteris locis, ubi haec vocabula ap. Verg. inveniuntur, Codd. omnes in vulgari eorum flexione consentiunt. Vid. etiam Neue *Formenl.* II. p. 154. — **222** sqq. Magnifica belli Troiani cum tempestate comparatio. Videtur hunc locum respexisse Silius XVI, 214. *Quanta per Ausonios populos torrentibus armis Tempestas ruat* etc. — *quibus actus - - fatis* etc., quibus fatis Asiae et Europae populi compulsi fuerint, ut inter se bello concurrerent. — Cum v. **224**. cf. Catull. LXVIII, 89. *Troia (nefas!) commune sepulcrum Asiae Europaeque* cett. et Ovid. Am. II, 12, 17. *Nisi rapta fuisset Tyndaris, Europae pax Asiaeque foret.* — **225** sqq. Tam clarum est bellum Troianum, ut fama eius vel in remotissimas terras pervenerit. — *Audiit, et si quem* etc. Cf. similis locus I, 565 sqq. Respexit hunc locum Claud. R. Pros. II, 176. *Audiit et si quem glacies Alpina coërcet.* — *si quem* (quemcunque) *tellus extrema* cett. poëtica circumlocutio pro: omnes omnino, quae in terra vivunt, gentes. De vocc. *si quis* cum vi repetitis Thiel. conferri iubet Bach. *Geist d. röm. Eleg.* p. 75. — „*tellus extrema refuso Oceano* sunt fines terrarum, quos ambit Oceanus, qui etiam Homero Il. XVIII, 399. ἀψόῤῥοος Ὠκεανός, quatenus amnis instar terrarum orbem ita includit.“ *Heyn.* Rectius Wagn. de insula aliqua longe remota et disiuncta, velut Britannia vel Thule, cogitandum esse suspicatur, ut *Oceanus refusus* dicatur, quatenus ambiens insulam in semet ipsum refundi videatur, *Oceano* autem sit Abl. loci. Et septemtrionalem quidem regionem poëtam significare voluisse, sequentia videntur docere, ubi de extrema meridie sermo est. (Cf. Ecl. I, 64. et 66.) Cerda et Gossr. (qui comparat Silium XVII, 63.) *refusum Oceanum* accipiunt pro late diffuso et extenso; et *Peerlk.* locum paulo artificiosius sic interpretatur: „Audiit etiam ille, quem tellus extrema submovet, a nobis dividit, ab orbe habitabili removet. Vocabula *Oceano refuso* augent significationem longinqui, quod est in *extrema tellus submovet.* Oceanus terram habitabilem undique cingit. Ultra Oceanum fortasse est tellus. Ea tellus Oceanum arcet, *submovet*, inde Oceanus reiicitur, *refunditur*. Probat hanc explicationem Lucan. VIII, 797. *situs est, qua terra extrema refuso Pendet in Oceano;*“ qui tamen Lucani locus magis favet interpretationi supra propositae. — *submovet*, ab his regionibus remotum tenet. Sic statim post *si quem dirimit plaga solis* et Ecl. I, 67. *penitus toto divisos orbe Britannos.* De simplici Ablativo loci *Oceano* (quam vocem nemo a *Submovet* pendentem cogitabit) vid. supra ad v. 140., de hiatu autem *Oceano, et* ad III, 74. (supra ad v. 178.) et al. et de iteratis verbis *et si quem* supra ad v. 75. (ad Ecl. IV, 6. Aen. VIII, 396. et alibi). — *extenta*. Vid. ad Culicis v. 129. — **227**. „*plaga Solis iniqui*, zona torrida, nimis magno, infesto solis aestu, *extenta*, patens, propter camporum arenas, *in medio quatuor plagarum*, zonarum.“ *Heyn.* Libyae igitur deserta sunt intelligenda. Cf. Voss. ad Geo. I, 233. Quod attinet ad voc. *plaga* pro zona positum, Conington conferri iubet Ovid. Met. I, 48. et Vergilium hic memorem fuisse suspicatur Lucretii V, 481. *Maxuma qua nunc se ponti plaga caerula tendit.* Peerlk. verba *et si quem extenta - - Solis iniqui* Vergilio indigna et spuria censet sine iusta causa. — **228** sqq. „Magna suavitas in extenuatione eius, quod petunt (*pia et verecunda petitio* bene ait Servius), tum in sui commendatione modesta ac gravi.“ *Heyn.* — *Diluvium* commemorat pro excidio Troiae, quod comparat cum vastatione torrentis exundatione effecta, quia bellum cum tem-

Dis sedem exiguam patriis litusque rogamus
Innocuum et cunctis undamque auramque patentem.
Non erimus regno indecores nec vestra feretur
Fama levis tantique abolescet gratia facti
Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Aeneae iuro dextramque potentem,
Sive fide seu quis bello est expertus et armis;
Multi nos populi, multae — ne temne, quod ultro

---

pestate contulit. — *per aequora vecti,* ut I, 376. — **229**. *Dis patriis,* quos Aeneas secum portat (vid. ad I, 68. et III, 12.) quosque aptissime primo loco commemorat, ut Latinorum animos eo certius moveat. Cf. VIII, 11. — **230**. *litus innocuum.* Proximum videtur esse, ut intelligamus *nobis,* litus, cuius incolae nobis non nocent, in quo tuti et securi vivere possumus. Nescio tamen, an Forcell., Thiel., Wagn. et Ladew. rerum conditioni accommodatius interpretentur: quod sine aliorum damno, molestia et periculo possideamus. Ceterum hanc vocem (quam passivo sensu usurpatam videbimus infra X, 301.) usque ad Plinii maioris tempora apud solos poëtas inveniri, docet Doederlein. Syn. II. p. 155. Ceterum auctor Medeae in Anth. Lat. I, 178, 85 sq. hunc locum sic imitatur: *Submissi petimus terram litusque rogamus Innocuum.* — Verba *cunctis undamque auramque patentem* Wagnero adumbrata videntur ad notissimum illud: *aqua atque igni interdicere.* Pro *auram* secundum ea, quae ad I, 546. adnotata sunt, exspectaveris *auras;* Singulari autem utitur poëta propter adiectum voc. *undam;* in eiusmodi enim verborum iunctura pariter terminata quaeri docet Wagn. Qu. Verg. IX. p. 409. Vid. adnott. ad Ecl. III, 110. et Geo. I, 157. — **231**. *Non erimus regno indecores.* Adiect. *indecoris* legitur etiam infra XI, 423. 845. XII, 25. 679. in Accii fragm. ap. Nonium p. 488. 33. apud Val. Fl. I, 810. Claud. XXIII, 145. et Tac. Agr. 16., ubi Hertel. recte defendere videtur lectionem *indecoris* (nomin. Casu: vid. etiam Boetticheri Lex. Tac. p. 252.), quamquam Prisc. VI, 9, 47. p. 699. P. Nominativum *indecor* agnoscit. Ceterum cf. Neue *Formenl.* II. p. 71. — *nec vestra feretur* etc. Cf. similis locus I, 607 sqq. — **232**. *levis.* Cf. infra v. 581. — *tantique.* Sic Med., fragm. Vat. aliique Codd., quod cum omnibus recentioribus editt. praeter Brycenm recepimus pro voc. *tantive.* „*Tantique* si malis, subiectis verbis significabitur, Troianos potissimum consulturos esse famae Latinorum, quippe perpetuo istius facti memores futuros.“ Haec *Wagn.* Qu. Verg. XXXVI, 7. — *non - - abolescet gratia facti.* Cf. IV, 539. *Et bene apud memores veteris stat gratia facti.* — Subst. *factum,* apud Comicos non inusitatum, in cultiore poesi rarissimum esse vero memorat Lachm. ad Lucr. I, 942. p. 64., propterea l. l. *tali facto* mutans in *tali pacto.* Ceterum hic locus in Anth. Lat. I, 172, 150. sic repetitur: *neque enim ipsa feretur Fama levis tantive abolebit gratia facti.* — **233**. *Troiam* pro Troianis. Vid. ad Ecl. I, 62. Aen. II, 703. et al. Similiter Ovid. Fast. IV, 251. *Cum Troiam Aeneas Italos portaret in agros,* quem locum iam contulimus cum Aen. I, 68. *Ilium in Italiam portans victosque Penates.* — *excipere,* δέχεσθαι, vox propria de hac re; quare etiam *hospitio excipere* et similia. — *pigebit* i. q. poenitebit. Vid. ad V, 678. — **234** *Fata per Aeneae iuro.* Cf. Prop. V, (IV,) 7, 51., ubi pariter fati certitudo in testimonium adhibetur his verbis: *Iuro ego fatorum nulli revolubile carmen* (al. *stamen*) etc. Conington comparat Ciceronis (ad Att. V, 11, 1. etc.) iusiurandum *Per fortunas.* — *per dextram.* Vid. ad IV, 314. Sensum loci Dietsch. Theol. Verg. p. 31. recte sic exponit: „quam certa sunt Aeneae fata, quam potens eius est dextra quamque ea salva esse cupio, tam vera sunt, quae tibi dico.“ — **235**. „*Fides* ad foedera spectat, in quibus servandis et exsequendis constantia et strenuo fortique animo ac manu opus est. Simile saltem est, quod Cicero ad Div. VII, 5, [11.] *manum tuam istam et victoria et fide praestantem* dixit [quem

Praeferimus manibus vittas ac verba precantia —
Et petiere sibi et voluere adiungere gentes;
Sed nos fata deum vestras exquirere terras
Imperiis egere suis. Hinc Dardanus ortus;
Huc repetit iussisque ingentibus urget Apollo

---

locum hic poëtam imitatum esse putat Fabricius]." *Heyn.* Adde Cic. pr. Deiot. 3, 8., qui de eodem, ad quem epistolam illam scripsit, Iul. Caesare: *dextram, non tam in bellis, neque in proeliis, quam in promissis et fide firmiorem.* Vide etiam ad X, 71. et cf. Aen. I, 544. *Aeneas - - quo iustior alter Nec pietate fuit nec bello maior et armis.* — **237.** Comparaut omnes notissimum Homeri locum Il. I, 14. *Στέμματ' ἔχων ἐν χερσί,* ubi vid. Intpp. Wagn. conferri iubet infra X, 80. *pacem orare manu.* Ceterum vid. supra v. 154. ibique adnott. *Praeferre* autem verbum proprium esse de iis, qui aliquid sacri ante se ferant, docet Burm. coll. Suet. Tib. 44. et Ovid. A. A. II, 330., idemque significare *praetendere* infra VIII, 128. Commode autem *praeferendi* verbum etiam *verbis precantibus* adiungi potuisse, docet v. c. locus Val. Fl. V, 663., ubi legitur *praeferre preces.* Wagn. *ac verba* explicat „cum verbis" coll. infra v. 431. et VIII, 93. — *Verba precantia* (quae dictio legitur etiam ap. Ovid. Met. IX, 159., ut Fast. VI, 113. *amantia* et ap. Silium VIII, 263. *ovantia verba*) non efficere versum hypermetrum, sed tribus syllabis *precantja* pronuntiandum esse, in promptu est. Cf. adnott. ad I, 2. et VI, 33. (Wagn. hic comparat Ovid. Met. XV, 718. *Antjum.*) Quae synizesis ut evitaretur, plures librarii (etiam Cod. Rom.) scripserunt *precantum*, quam lectionem, olim vulgarem, iure mutavit Heinsius ex Med., fragm. Vat., Pal. aliisque bonis Codd., quamquam *verba precantum* legitur ap. Stat. Silv. I, 4, 46. — **238.** *petiere sibi*, haud dubie item per legatos; nam „in petendo vel maxime vertitur munus legatorum," ut Wagn. adnotat. — *adiungere gentes.* Cf. VIII, 13. — **239.** *fata deum.* Vid. adnott. ad Aen. II, 54. Quibus hic *imperia* eodem iure tribuuntur, quo VI, 463. *iussis deorum.* (Cf. Dietsch. l. l.) Praeter hunc locum nostro simillimum de *imperiis* Plur. numero usurpatis cf. infra VII, 654. VIII, 381. Plaut. Trin. II, 2, 21. *Tuis servivi imperiis et praeceptis, pater*, et Bach. III, 3, 55. *Obsequentem et obedientem esse imperiis patris* etc. — Ceterum cf. similis locus III, 4. *Desertas quaerere terras Auguriis agimur divom.* — **240.** Verba *Hinc Dardanus ortus* iam legimus III, 167. — **241.** „*Huc repetit* ad Dardanum referunt Intpp. post Turnebum: in hanc nos terram, unde orti sumus, revocat Dardanus et quasi vindicat, neque aliter Donatus [cuius explicationem probat Ruhk., ut Ilioneus dicat: „Tum hereditatis iure, quod Dardanus nobis reliquit, tum Apollinis iussis huc pervenimus"]. Sed hoc durum; multo deterior Servii ratio, ut Dardanus nunc Aeneas sit. Saltem Apollo is esse debet, qui *repetit* Troianos *huc*, in hanc terram retrahit, revocat [Wagn. confert Cic. pr. Dom. c. 57. *Vos, qui maxime me repetistis atque revocastis*, cui loco Conington addit Cic. Brut. 16, 63. *Timaeus cum - - repetit Syracusas*], Italiam repetere iubet et urget ad Tiberim, h. e. retrahit, adire iubet; ideoque interpungendum: *Hinc Dardanus ortus; Huc repetit, iussisque* cett." *Heyn.* Atque ita nos cum Wagn. (quem plerique recentiores editores secuti sunt) locum distinximus, memores locorum III, 94 sqq. et IV, 345 sqq. Süpfl. et Bryce post *repetit* Commate distinguunt. Iahn. verba *Huc repetit* minus probabiliter ad Aeneam refert et verbis *iussisque* cett., quae idem fere significent, ac si poëta scripsisset *iussis enim*, causam antecedentium indicari putat. Both. ex Rom. et Menag. I. edidit *Hunc repetit*, scil. Thybrim; et Peerlk. coni. *Rex Dardanus ortus Hinc repetit* etc. Gossrau, cui praeterea non placet Dardani post v. 206 sq., Apollinis post v. 239 sq., Tiberis et Numici post v. 150. commemoratio, vv. 241. et 42. ab alio exercitationis causa adiectos ad supplendum v. 240., aut ex variis poëtae tentaminibus, quae chartis illevisset, confectos suspicatur (?). — *Huc - - ad Thybrim.* Cf. adnott. ad Ecl. I, 53. — *ius-*

Tyrrhenum ad Thybrim et fontis vada sacra Numici.
Dat tibi praeterea Fortunae parva prioris
Munera, reliquias Troia ex ardente receptas.
Hoc pater Anchises auro libabat ad aras;
Hoc Priami gestamen erat, cum iura vocatis
More daret populis, sceptrumque sacerque tiaras
Iliadumque labor vestes."

---

sis ingentibus. Cf. III, 546. *praecepta maxima.* — **242.** *Tyrrhenum ad Thybrim*, quia in Etruria originem habet magnamque eius partem permeat. Cf. Geo. I, 499. *Tuscum Tiberim.* — „*Numici:* vid. ad v. 150. Ponit, ut poëta, fluvium ad designandam terram; sed in Numicii, tamquam sacri fluminis, notione religio aliqua inest." *Heyn.* Cf. etiam infra v. 797. *sacrumque Numici litus arant.* Si verum est, Vergilium hunc fluvium praeter ceteros *sacrum* significare voluisse, quamquam hoc est commune omnium fluviorum epitheton (cf. e. g. VIII, 72. de Tiberi), respexit fortasse per anachronismum posteriorum temporum famam illam, Aeneam in eius undis submersum divinitatem assecutum esse: unde Tibull. II, 5, 43. *Illic sanctus eris, cum te veneranda Numici Unda deum caelo miserit indigetem* (ubi vid. Dissen.). Cf. etiam Liv. I, 2. Dion. Hal. I, 64. Ovid. Met. XIV, 600. — **243.** *Dat*, scil. Aeneas, *rex ipse*, qui *tua nos ad limina misit.* Vid. supra v. 220 sq. Cum enim nemo dubitare possit, quis sit ille, qui haec munera mittat, Subiectum sententiae facile omitti poterat, quamquam in antecedentibus de Apolline agebatur. Cf. etiam adnott. ad VIII, 270. et VI, 734. Heyn. putat, Vergilium v 222—242. secundis curis elaborasse neque iis cetera satis accommodasse; atque etiam Ribbeck. censet, poetam ante hunc versum quaedam additurum fuisse. Peerlk. autem, etiam in voc. *praeterea* (i. e. ad id, quod legatos misit) sine iusta causa haerens, satis audacter coni. *Det pius Aeneas fortunae p. p. Munera.* — **244.** *receptas.* Cf. V, 80. et VI, 111. — **245.** „Dona commendat iterum a personis, quod alibi vidimus poëtam decere. Cf. I, 647 sqq. [et adnott. ad V, 260.]" *Heyn.* — *hoc auro*, hac patera aurea. Cf. Geo. II, 192. et vid. adnott. ad Ecl. X, 59. Geo. l. l. Aen. I, 739. V, 817. al. — **246.** „*Hoc Priami gestamen erat:* cum his verbis sceptrum tradere putandus est, quod proprie inter gestamina est; nam Servium diadema interpretantem quis audiat?" *Heyn.* Noli tamen *gestamen*, quam vocem supra III, 286. de clypeo usurpatam vidimus, hic de solo sceptro intelligere (quod significat e. g. ap. Val. Fl. III, 344.), sed de omni ornatu regio, qui seqq. verbis, *sceptro, tiara, vestibus*, accuratius describitur. Nam de omnibus rebus, quae geruntur, admodum lato sensu hoc vocabulum dicitur. Ladew. conferri iubet Liv. XXVII, 4. *Dono tulere togam et tunicam purpuream, sellam eburneam, pateram ex quinque pondo auri factam.* — *cum iura daret populis* (vid. ad I, 507. et cf. locum simillimum V, 758.) *vocatis*, scil. in concionem. „Ius dicere praecipuum munus veterum regum fuisse notum est; itaque ab hoc munere eorum dignitas declarari solet. Sedent autem ius dicturi cum sceptro; res ex Homero satis nota. Cf. etiam Apollon. IV, 1177. (et Pind. Pyth. IV, 270 sqq.)" *Heyn.* — **247.** *tiaras* improprie pro Phrygum pileo, quem poëta alibi *mitram* dixit. Vid. supra IV, 216. et cf. infra IX, 616. Sic etiam Iuven. VI, 516. *Phrygia tiara.* (Nam utrumque dicitur, *tiaras*, masculino, et *tiara* femin. genere.) Epitheton autem *sacer* Heynio (qui praeterea hanc profert coniecturam supervacaneam: - - *More daret populis sceptrum, Assaracique tiaras*) recte ad solam Priami venerationem videtur pertinere, ut regium et augustum ornatum significet. — **248.** *vestes* sunt *Phrygiae*, vulgo dictae, a Troianis mulieribus acu pictae, *ἔργα γυναικῶν*, quae mox *purpura picta.* Vid. adnott. ad III, 483. et Intpp. ad Ovid. Met. VI, 166. (Cf. etiam, quae de *phrygionibus* exposui in libro meo *Hellas u. Rom.* I, 1. p. 98.) — *labor* autem haud raro ponitur pro ipso opere, quod labore efficitur. Cf. Geo. II, 406. Aen. II, 306. VI, 27. Val.Fl. I, 143. II, 409. etc. Peerlk. verba *sceptrumque - - vestes* levibus de

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora soloque inmobilis haeret
Intentos volvens oculos. Nec purpura regem
Picta movet, nec sceptra moveut Priameia tantum,
Quantum in connubio natae thalamoque moratur
Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem:
Hunc illum fatis externa ab sede profectum
Portendi generum paribusque in regna vocari
Auspiciis, huic progeniem virtute futuram
Egregiam et totum quae viribus occupet orbem.

---

cansis spuria habet, et v. 251 sq. propterea coniectura vexat. Vid. infra. — **249** sqq. Comparant Hom. Il. III, 217. — *talibus dictis* non solum i. q. post haec dicta, sed etiam ob haec dicta (*auf solche Reden*, vel etiam *bei diesen Worten*: cf. adnott. ad I, 141. et vid. infra v. 284.). — *Ilionei.* De synizesi vid. ad Ecl. VI, 42. (ubi, nt plenum habeas eiusmodi locornm indicem, adde Ecl. IV, 57. Geo. IV, 545. 553. Aeu. VII, 532. VIII, 383. IX, 501. XI, 262., nbi vel Genitivus vel Dativus *ei* sic contrahitur). — *defixa tenet ora.* Cf. infra v. 291. VIII, 520. *defixi ora tenebant.* I, 226. *Libyae defixit lumina regnis.* Ovid. Met. XIII, 125. *oculos paulum tellure moratos Sustulit ad proceres* et similes locos, ubi cogitabundi alicuius species habitusque describitnr. Haud dnbie poeta memor fuit Homeri Il. III, 217. κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας. — *defixa obtutu*, in obtnendo. Vid. I, 495. et XII, 666. Wagn. et Ladew. comparant Silium XVII, 184. *torvo obtutu defixus.* — **250**. *solo haeret.* Cf. Ruddim. II. p. 140. et Ramsh. §. 124. VII, 5. — **251**. *volvens oculos.* Cf. XII, 539. Donatum errare, qni haec verba non quadrare putat cum *intentos*, recte docet Couingtou. Potest enim Latinus oculos solo defixos tenere et tamen volvere. Ceterum verba *Intentos volvens oculos* repetuntur in Anson. cent. nupt. 37. et in Anth. Lat. I, 146, 5. Peerlk., mirans Vergilium, qui posuerit duo munera, *auream pateram* Anchisae et *sceptrum* Priami, *sceptrum* rursus nominasse, *pateram* silentio praeteriisse, sine iusta causa coni. *Nec pocula regem Pulchra movent;* simul commemorans, huius versus formam ante oculos fuisse Valerio Flacco II, 325. *nec turba nocens scelerisque recentis Signa movent.* Cf. etiam similis locus Geo. II, 495. — **253** *in connubio natae*, quod *Fauni sors*, i. e. oraculum (cf. v. c. Hor. A. P. 403. *dictae per carmina sortes*), praedixerat. Vid. snpra v. 96 sqq. — **254**. *sub pectore.* Vid. infra v. 457. IV, 67. 101. 689. IX, 718. XII, 831. — **255**. *Hunc illum - - Portendi - - generum*, i. e. hunc, qui adsit, qni modo advenerit, esse illum generum, qnem oraculum Fauni portenderit. Sic etiam infra v. 272. *Hunc illum poscere fata reor.* Vid. adnott. ad III, 558. et IV, 675. *Fata* autem in ntroqne loco aut oracula sunt, ant potius ea ipsa, quae fatis constituta oraculis denuntiantur. Cf. Dietsch. Theol. Verg. p. 31. — Ad *portendi* supple intelligit, sibi persuadet, et cf. supra v. 151. ibique adnott. — **256**. „*paribus auspiciis*, communicato regno. Vid. infra XII, 190 sq. et cf. IV, 102.“ *Heyn.* Dicendi autem formula inde repetenda, quod magistratus eiusdem generis ideoque pari potestate praediti in iisdem comitiis itaqne iisdem auspiciis creabantur, et haec auspicia eorum eadem erant vi et auctoritate. — *in regna vocari*, ut IV, 214. *in regna accipere.* — **257**. Pro *huic* ante Heins. paucorum Codd. auctoritate edebatur *hinc*, qnod non displicet Coningtoui coll. Aen. I, 21.; sed omnes meliores libri exhibent Pronomen. — **258**. *et - - quae occupet*, i. e. et talem, qnae occupet. Sic optimi Codd., Med., fragm. Vat., alii. Haud pauci tamen Codd. (inter quos ex Ribbeckianis unus Bern. III.) omittunt Copulam, quam etiam Heyn. abesse malit, nescio qua de causa; quamquam sane nemo desideraret copulam, si ab omnibus Codd. abesset. — *totum orbem*, nam Roma fuit *orbis caput* secundum Ovid. Fast. V, 93. et alios.

Tandem laetus ait: „Di nostra incepta secundent
Auguriumque suum! Dabitur, Troiane, quod optas;
Munera nec sperno. Non vobis, rege Latino,
Divitis uber agri Troiaeve opulentia deerit.
Ipse modo Aeneas, nostri si tanta cupido est,
Si iungi hospitio properat sociusque vocari,
Adveniat, voltus neve exhorrescat amicos.
Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
Vos contra regi mea nunc mandata referte.
Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostrae
Non patrio ex adyto sortes, non plurima caelo

Ceterum cf. supra v. 100 sq. — „*viribus*, h. e. fortitudine et virtute bellica, ut sit βίηφιν Homericum; nisi pro imperio dictum accipias." *Heyn.* Sententia igitur eadem est, quae supra v. 99 sqq. Cf. etiam IV, 231. *Totum sub leges mitteret orbem.* Cum verbis *viribus occupet* Coniugton confert Geo. IV, 440. Aen. X, 699. et XII, 300. — **259** *Di - - secundent.* Vid. ad III, 36., ubi addi potest Stat. Achill. II, 62. *Annuerit fortuna, precor, dextrique secundent Ista dei* (hic a Ladew. laud.). — **260.** *Augurium suum*, Fauni oraculum. Sequentia verba repetuntur in Anth. Lat. I, 147, 13. *Praeterea sceptrum dabitur, Troiane, quod optas.* — **261.** *Munera nec sperno*, lubens accipio. Burm. conferri iubet Hor. Od. II, 15, 17. Ovid. Her. XVII, 71. et Auson. Mos. 30., ubi eadem λιτότητι usurpatum inveniatur *non spernere.* Peerlk. (cui Conington adsentitur) putat, Vergilium dixisse *non sperno*, quia Latinus vultu satis ostenderat, se omnibus donis istis nihil moveri, idque Troianos non latuerat. — *rege Latino*, quam diu ego regnabo. Cf. adnott. ad II, 79. et III, 380.; de Ablatt. abss. autem Ruddim. II. p. 296 sq. et adnott. ad Geo. IV, 219. — **262.** *uber agri*, ubertas agrorum s. uberes agri, abstracto pro concreto posito, Hom. οὖθαρ ἀρούρης. Vid. ad Geo II, 234. et Aen. I, 531. — *Troiae opulentia* respicere videtur supra v. 217 sq. Pal. a m. sec. et Gud. exhibent *Troiaeque.* — De voc. *deerit* δισσυλλάβως pronuntiando vid. ad Ecl VII, 7. et al Ribbeck. cum fragm. Vat. et Ver., Pal., Gud. et Prisciani p. 648. 674. 1122. Codd. aut omnibus, aut certe melioribus scripsit *derit.* — **264.** *iungi hospitio.* Cf. IX, 361. — *properat - vocari*, i. e. valde cupit. Vid. supra ad v. 57. — *sociusque* Heyn. cum Brunckio recte revocavit ex Med. aliisque bonis libris. Vulgo *sociusve*, quod sane etiam fragm. Vat. et Veron. cum Rom. aliisque Codd. praebent, sed facile ex v. 262. huc trahi poterat. Sed utrumque volebat Aeneas; ideoque haec non discernenda, sed simplici Copula coniungenda erant; quod etiam Wagn. censet Qu. Verg. XXXVI, 9. — **265.** *neve.* Vid. ad Geo. II, 37. — *voltus amicos.* Conington comparat Ovid. Met. VIII, 677. *superque omnia voltus Accessere boni* et Aesch. Cho. 671 δικαίων τ' ὀμμάτων παρουσία. — **266.** *Partem pacis* Heyn. recte explicat signum, pignus foederis. Wagn. comparat Ter. Heaut. I, 1, 5. *quod in propinqua parte amicitiae puto.* Poterat etiam ipse Vergilius conferri infra XI, 214. et Tac. Agr. 21. *Idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset* Thiel., qui *partem* per magnam partem explicat (*ein grosses Zeichen, ein bedeutender Anfang*), confert Ovid. Met. IX, 291. *pars est meminisse doloris* (i. e. vel meminisse mihi magnus est dolor) et Claud. laud. Stilich. II, 301. *pars sceleris dubitasse fuit.* — *tyranni*, regis, Graecorum dicendi ratione. Vide infra v. 342. IV, 320. X, 448. Ovid. Met. I, 276. multosque alios locos. — **267.** *contra* in responsione, ut I, 76. et alibi. — **268** sqq. „Heroicae vitae mores ita ferre, ut virorum fortium nuptias orent aut filiae aut patres, iam Serv. notavit. Exemplum illustre Alcinoi Od. VII, 311 sqq." *Heyn.* Hic autem praeterea accedit, quod Latinus iam oraculo monitus est. — **269.** „*plurima caelo* [vid. supra ad v. 140. et 226.] *monstra*,

Monstra sinunt; generos externis adfore ab oris,
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant. Hunc illum poscere fata
Et reor et, si quid veri mens augurat, opto."
Haec effatus equos numero pater eligit omni.
Stabant ter centum nitidi in praesepibus altis.
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes pictisque tapetis;
Aurea pectoribus demissa monilia pendent,
Tecti auro fulvum mandunt sub dentibus aurum;

---

ostenta divinitus missa. [Vid. ad II, 171. III, 59. al.] Sunt quae v. 58 sq. et 71 sq. exposita sunt. — **270.** *generos.* Vid. supra ad v. 98. Latinus enim ex parte repetit ipsa oraculi verba supra v. 97 sqq. editi. — **271.** *Hoc Latio restare*, Latinos manere hanc fortunam." *Heyn.* „*Such is the destiny of Latium*": Conington. Vid. ad II, 70. — *qui sanguine nostrum N. in a. ferant.* Vid. supra v. 98 sq. — **272.** *Hunc illum poscere fata.* Vid. supra ad v. 255. — *poscere* verbum proprium de oraculis et fato. Cf. II, 121. V, 707. — **273.** Et reor, et, si vere reor, alium generum non opto. Conington comparat Soph. Oed. T. 1086. *εἴπερ ἐγὼ μάντις εἰμὶ καὶ γνώμαν ἴδρις.* — *opto* enim h. l. nihil aliud est, quam: amplector, probo generum; quippe quem fato esse destinatum auguror. — *mens augurat*, praesagio futura colligit. Eadem signif. *augurare* usurpatum legitur in fragm. Cic. ap. Non. VII, 7. p. 469. Merc. *Praesentit animus et augurat quodammodo, quae futura sit suavitas*, in Pacuvii loco ibid. *Propemodum animus coniectura de errore eius augurat*, in Attii fragm. ibid. *Atque ea coniectura auguro*, et ap. Val. Fl. III, 356. *quis longos - - sibi non auguret annos?* Cf. etiam Neue *Formenl.* II. p. 201 sq. — **274.** *numero* pro ex numero, ut Stat. Theb. VI, 129. *numero dux legerat omni.* Cf. Burm. ad Val. Fl. V, 327. et adnott. ad Ecl. VI, 38. (IV, 60. X, 24. etc.) Supra I, 170. Praepositio adiicitur. — **275** sqq. „Quod Homerico heroum more (v. c. Il. XX, 221 sq. de Erichthonio, Dardani filio) rex Latinus CCC equos eximios aluisse narratur, a vetere Latii habitu forte nimium quantum abhorret. Verum reliqua omnia aucta in maius et amplificata sunt, ut narratio gravitatem et carmen dignitatem haberet." *Heyn.* Vid. tamen supra v. 189., ubi iam Picus equorum studiosus fuisse dicitur, omninoque de florente in Latio equorum cultu vid. Geo. III, 133. 210. Varr. R. R. II, 7. et Colum. VI, 27. coll. cum Aen. VII, 656. XII, 82 sqq. etc. — *nitidi*, ut VI, 654. *nitentes equi.* Conington epitheton verbis *in praesepibus* explicari memorat, comparans Geo. III, 214. *satura ad praesepia* et Hom. Il. VI, 506. Vid. ad Aen. III, 20. — *in praesepibus*, in stabulis (vid. supra v. 17.). — *altis*, ut IX, 388. *stabula alta.* — **276.** *Omnibus Teucris*, centum illis oratoribus. Vid. supra v. 152 sq. — *ordine*, omnibus deinceps. Cf. supra v. 153. *ordine ab omni.* Vid. ad V, 773. — **277.** *Instratos.* Vid. ad II, 722. — *alipedes* absolute pro equis alibi non videtur legi. Infra XII, 484. *alipedes equi*, ut a Lucr. VI, 765. *alipedes cervi* commemorantur. — *ostro pictisque tapetis*, ἓν διὰ δυοῖν, vestibus stragulis purpureis auroque pictis; quare statim post *tecti auro.* Vid. adnott. ad Aen. I, 639. et supra ad v. 203. Ceterum cf. supra v. 251. Heyn. memorat, ap. Hom. Il. XXIV, 230. *τάπητας πορφυρέους* esse inter munera. Conington conferri iubet Liv. XXXIV, 7. *Equus tuus speciosius instructus erit, quam uxor vestita?* — **278.** „*Monilia* non tam ex unionibus ac gemmis, quam omnino torques aurei vel phalerae [vid. ad V, 310.] intelligendae. Monilium autem et torquium inter Etruscos frequentissimum usum fuisse, docent Etrusca monumenta." *Heyn.* Cf. etiam Gellius V, 5 — **279** *tecti auro*, his ipsis monilibus et vestibus auro pictis. Peerlk. minus probabiliter coni. *Freni auro*, h. e. habenae aureae, coll. Aen. VII, 168. et Ovid. Met. VI, 223. — *mandunt sub dentibus aurum.* frena

Absenti Aeneae currum geminosque iugalis
Semine ab aetherio spirantis naribus ignem,
Illorum de gente, patri quos daedala Circe
Supposita de matre nothos furata creavit.
Talibus Aeneadae donis dictisque Latini
Sublimes in equis redeunt pacemque reportant.
Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis

---

auro ornata, vel potius oreas aureas. Cf. etiam IV, 135. — *fulvum*, sollemne auri epitheton. Cf. Gell. II, 26, 11. interpp. ad Tibull. I, 1, 1. et adnott. ad Aen. X, 562. Ceterum de repetito voc. *auri* vid. ad I, 448. et al. — **280** sqq. „Aeneae mittit equos, quorum genus adumbratum est ex Iliad. V, 265 sqq., ubi equis a Iove Troi donatis Anchises submiserat equas; nunc Circe, ingeniosa Solis filia, uni equorum patris [de quibus cf. Muncker. ad Hygin. f. 183. Spanh. ad Callim. h. in Delum 169. et Interpp. ad Ovid. Met. IV, 214.] submisit mortalem equam; hinc *nothos furata creavit*, h. e. furtim susceptam progeniem, pullum, nacta est. Nihil autem in poëtarum fabulis nobilius est Solis equis." *Heyn.* Peerlk., voc. *patri* (quod haud dubie a *furata* pendet) non intelligens, scribendum esse arbitratur: *Illorum de gente patrum, quos daedala Circe* etc., hac artificiosa explicatione adiecta: „Circe equam mortalem equo caelesti clam submiserat. Ex ea matre nati sunt equi. Hi equi novae illius stirpis nothae fuere auctores. Ex gente istorum auctorum, *patrum*, genus repetebant equi, quos Latinus nunc donabat Troianis. Ut *mater*, ita *pater* de equis dicitur. Cf. Hor. Od. IV, 4, 30." — **281**. *spirantis naribus ignem*, quod non mirum, cum genus ducant ab Solis equis, quos v. c. Ovid. Met. II, 84. vocat *quadrupedes animosos ignibus illis, Quos in pectore habent, quos ore et naribus efflant.* Sumpta autem haec verba ex Lucr. V, 29. *Diomedis equi spirantes naribus ignem.* Ceterum vid. adnott. ad Geo. II, 140. (ubi haec verba iam legimus) coll. cum Geo. III, 85. Fragm. Vat. exhibet *flagrantis*, quod fortasse praeferendum censet Ribbeck., cum vulg. lectio ex Geo. l. l. huc translata videri possit. — **282**. *Illorum de gente.* Vid. ad Geo. III, 73., ubi adde Burm. ad Phaedr. I, 2. — *daedala Circe* est sollers, ingeniosa, magnis mirisque rebus excogitandis et perficiendis apta. *Daedalam Minervam* Paulo p. 68, 6. M. teste commemoravit Ennius p. 328. Hessel. s. p. 177. Vahl. et eodem fere sensu Lucr. I, 228. de *daedala tellure* et IV, 551. de *daedala lingua* loquitur. Ceterum cf. adnott. ad Geo. IV, 179. — *patri*, Soli, *furata.* Vid. supra ad v. 11. — **283**. *Supposita.* Cf. VI, 24. Pasiphaë tauro *supposta furto* — **284**. *Talibus donis dictisque -- redeunt*, aut i. q. talibus donis acceptis etc., *nach solchen Geschenken u. Worten* (ut *donis* Participio *dictis* adiunctum Ablativi absoluti naturam adsciscat: cf. Wagn. in Iahnii Annal. XIII, 1. p. 83.), aut potius *mit solchen Geschenken* etc., cum alibi quoque simplex Ablativus comitatum aliquem vel rem, quam nobiscum habemus, significans ponatur omissa Praep. *cum.* Cf. infra VIII, 216. 685. XI, 478. cum adnott. ad Ecl. X, 24. et Aen. IV, 517. (ubi nostro loco simillima legimus verba *ipsa mola manibusque piis altaria iuxta* (stans) - - *testatur* etc.). Peerlk. tamen, de Latinitate huius Ablativi dubitans, verba *donis dictisque Latini* spuria et hemistichion a Vergilio mancum et imperfectum relictum esse parum probabiliter arbitratur; praeterea vero etiam, cum Cod. Dorvill. exhibeat *laeti donis dictisque*, hanc profert coniecturam: *His laeti Aeneadae donis dictisque Latini.* — **285**. *Sublimes in equis*, quemadmodum ap. Ovid. Met. VI, 650. *sedens solio Tereus sublimis avito*, et ap. Curt. IV, 1, 1. *Curru sublimis inierat proelium* cett. Idem est infra v. 624. *arduus equo* et Ovid. Trist. II, 178. *altus equis.* Conington *sublimes* minus recte explicat per „superbi." — *in equis*, ut V, 554. — *pacem reportant.* Cf. XI, 511. *fidem reportant.* — **286** sqq. „Nova περιπέτεια et rerum conversio inexspectata, cum iam, sedibus in Italia captis, ad eventum perducta viderentur Troianorum fata." Haec

Saeva Iovis coniunx aurasque invecta tenebat,
Et laetum Aenean classemque ex aethere longe
Dardaniam Siculo prospexit ab usque Pachyno.
Moliri iam tecta videt, iam fidere terrae,
Deseruisse rates: stetit acri fixa dolore.
Tum quassans caput haec effundit pectore dicta:

Heyn., qui comparat sequentem Iunonis orationem cum ea, quam I, 36 sqq. legimus, et in toto loco Neptunum Homericum Od. V, 282 sqq. poëtae ante oculos fuisse memorat. Ut enim Iuno, Aeneam ab Italia prohibitura, causa erat errorum eius, qui l. I—VI. enarrantur, sic etiam nunc, postquam ille vere appulit ad Italiae oram, causa est bellorum, quibus Troianos in ipsa Italia perdere studet, et quae argumentum l. VII—XII. efficiunt; quare etiam poëta hanc alteram totius carminis partem a simili Iunonis meditatione exorditur, atque priorem illam I, 36 sqq. Ceterum cf. etiam Ladew. ad h. l. — *ab Argis*, ubi Iuno imprimis colebatur (Hom. Il. IV, 8. 51. Strab. VIII. p. 368. Paus. II, 17, 1. 22, 1. 24, 1. Thuc. II, 2. Liv. XXXIV, 24. cett. et Verg. ipse Aen. I, 24.) et propterea libentissime commorabatur. *Inachii* autem Argi vocantur, quia Inachus, Ius pater, ex vulgari narratione conditor et primus rex Argorum fuit (cf. Hor. Od. III, 19, 1.); quamquam etiam flumen urbem alluens eodem nomine appellatum esse constat, quare in mythis antiquis rex et fluvius una eademque est persona. (Cf. Preller. *Griech. Mythologie* II. p. 35 sq.) Haud raro igitur apud poëtas *Inachius* i. q. Argolicus, Argivus. Cf. infra XI, 286. *Inachiae urbes*, Ovid. Fast. V, 586. *Inachium litus*, Stat. Theb. II, 145. *Inachius rex* cett. — *sese referebat*, scil. Carthaginem, quam non minus amabat Cf. I, 12 sqq. Dii autem loca imprimis amata quotannis ordine visebant. Cf. IV, 143. — 287. *auras invecta tenebat* cett. „A Pachyno usque Siciliae promontorio [de quo vid. ad III, 429.] prospicit Latium; scilicet supra illa loca in aëris regione invecta, non monti insistens. Iter autem facere putanda Argis versus Carthaginem [ubi non minus libenter commorabatur. Vid. adnott. ad Aen. I, 15.]. Permutant enim dii loca, quae amant.“ *Heyn.* — Quod attinet ad verbum *tenebat* cf. V, 8. *Pelagus tenuere rates.* — *invecta.* Cf. I, 155. *caelo invectus.* — 288. *Et* hic reddere possumus per *da.* Cf. adnott. ad II, 692. — *longe* cum Iahn. et Wagn. ex plurimis Codd. (inter quos fragm. Vat, Rom., Gud., Bern. II. III., non vero Med.) restituimus, in quo recentiores editores praeter Brycenum nos secuti sunt, quamquam Haupt. in Halieut. p. XXVII. Medicei lectioni *longo* patrocinatus erat, quam, cum minus grata sint auribus verba *longo - - Siculo - - Pachyno*, Wagn. a librario aliquo antecedenti voc. *aethere* accommodatam censet. Receptae lectioni favet etiam Ovid. Met. IV, 623., quem huius loci memorem scripsisse puto *ex alto seductas aethere longe Despectat terras.* Heinsius, cui vulgata debetur, comparat Val. Fl. III, 43. et Stat. Theb. XII, 659., ubi sane *longus aether* legitur, coll. adnot. sua ad Ovid. Met. I, 255. *Longe prospicere* legitur etiam XI, 909. et *prospicere ex* etiam XII, 138., ut alibi *prospicere ab.* Vid. adnott. ad VI, 357.. Conington receptam lectionem etiam defendit Homerico loco Od. V, 283. *τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδεν.* — De Partt. *ab usque* longam distantiam indicantibus cf. Donat. p. 1761. (II, 16, 3. p. 24. Lindem.) Serv. ad h. l. et ad XI, 262. Plaut. Amph. I, 1, 97. Avien. Arat. 169. Tac. Ann. XV, 37. Apulei. Apol. p. 311, 30. Iani p. 246. Ruddim. II. p. 286. et Hand. Turs. I. p. 72 sq. Contra *ad usque* legitur XI, 262. — 290. *moliri tecta.* Vid. supra ad v. 127., de ipsa re autem cf. v. 157 sqq. — *fidere terrae.* Conington comparat III, 387. *Quam tuta possis urbem componere terrae.* — 291. *stetit*, cogitabunda. — *fixa dolore*, transfixa, penitus percussa. Sic infra XII, 537. *fixo stetit hasta cerebro.* Heyn. comparat Homeri *ὀδύνῃσι πεπαρμένος* (Il. V, 399. al.). — 292 Conington confert Hom. Od. V, 285. *κινήσας δὲ κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν.* — *quassans caput*, quod faciunt tristes vel irati et succensentes. Cf.

„Heu stirpem invisam et fatis contraria nostris
Fata Phrygum! num Sigeis occumbere campis,
Num capti potuere capi? num incensa cremavit
Troia viros? medias acies mediosque per ignis
Invenere viam. At, credo, mea numina tandem
Fessa iacent, odiis aut exsaturata quievi —
Quin etiam patria excussos infesta per undas

---

infra XII, 894. Lucr. II, 1165. *Iamque caput quassans grandis suspirat arator.* Plaut. Merc. III, 4, 15. *Tristis incedit, pectus ardet, haeret, quassat caput.* id. Asin. II, 3, 23. *Quassanti capite incedit* cett. Conington comparat Hom. Od. V, 285. *κινήσας δὲ κάρη* etc. Ceterum iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 170, 154., ut sequens ibid. I, 178, 382. — **293.** „*fata contraria fatis nostris*, h. e. ei, quod fatale est, a me constitui et novari in Troianorum fortunis posse; est autem in fatis Iunonis, ut fata Troianorum intercipere haud possit. Cf. infra IX. 133. 136 sq.“ *Heyn.* Per sua fata Iuno simul intelligit Carthaginiensium fata, quod tamen negat Dietsch. Theol. Verg. p. 31., qui putat, Iunonem de suis modo fatis queri, quae ipsi non permittant, ut Troianos penitus perdat, ut sensus sit: „mihi, ut Troianos perdam, fatale est, at Troianis, ne perdi possint.“ Similiter Val. Fl. II, 597. *Te quoque - - fatisque simillima nostris Fata ferunt.* Aldenh. p. 17 sqq. et ipse de h. l. disputans comparat Ovid. Her. I, 28. *illi* (Argolici duces) *victa suis Troica fata canunt.* Alius generis est locus Aen. I, 239., ubi vid. adnott. Waddel. *factis* et Schrader. *votis* scribi voluerunt, quas coniecturas recte refutavit Peerlk — **294.** *num Sigeis occumbere campis* cett. Comparant Ennium p. 94. Hessel. s. Ann. XI. fr. 3. p. 54. Vahl. *Quae neque Dardaniis campis potuere perire, Nec, cum capta, capi, nec, cum combusta, cremari,* quem hic imitatum esse Maronem, iam Macrob. Sat. VI, 1. p. 161. Bip. s. p. 505. Ian. observavit. Ceterum cf. I, 97. *Iliacis occumbere campis.* Subiectum sententiae non esse *capti*, sed ex antecedente *Phrygum* repetendum, vix erat cur Conington adnotaret, qui cum toto loco de „*indestructibility of the Trojan race*“ conferri iubet Hor. Od. IV, 4, 49 sqq. De *Sigeo* vid. ad II, 312. — **295.** *Num capti potuere capi?* Praeter Ennii locum modo comm. cf. etiam Petron. c. 89. *Ibat iuventa capta, dum Troiam capit,* Hor. Ep. II, 1, 156. *Graecia capta ferum victorem cepit,* Manil. IV, 26. *Captus et a captis orbis foret,* Sen. Agam. 869. *Victi vicimus Phryges,* Plaut. Cas. II, 8, 72. *iam victi vicimus,* Ovid. Fast. I, 523. *victa tamen vinces* et locos similes. Iahn. conferri iubet Kreyssigii Comment. de Sallust. hist. l. III. fragmm. p. 199. Ceterum hic tragicorum, Euripidis maxime, acumen et rhetoricos spiritus in epos transtulisse poëtam, non inepte adnotat Heyn. — **296.** *Medias acies* etc. De Praepos. *per* alteri demum Accus. adiecta vid. ad V, 512. et I, 544. Cum ipsa sententia cf. II, 632 sqq. 664 sqq. et Hor. Carm. saec. 41 sqq. (a Conington laud.). — **297** sqq. „At fortasse taedio victa vel odiis expletis a persequendis Troianis post Troiam excisam destiteram: ut adeo mirum non sit, si illi excidium effugerant. Immo vero etiam a patria digressos omnibus modis vexavi (v. 299 - 301.). Cuncta tamen, quae tentavi, nihil profuerunt; Italiam nihilominus tenent (v. 202—204.).“ *Heyn.* — *credo*, ironice. Vid. ad VI, 848. — *mea numina.* Pluralis hic magnam deae potentiam significat, de quo Plurali maiestatico, quem vocant, diximus ad Geo. I, 30. Alibi etiam variis rebus patefactum et comprobatum unius dei numen respicit. Cf. adnott. ad Aen. I, 8. — **298.** *Fessa iacent.* Auctor Medeae in Anth. Lat. I, 178, 276. hunc locum sic imitatus est: *mea tristia fata Fessa iacent.* — *exsaturata.* Vid. ad V, 781. — **299.** *Quin etiam* etc. Immo adeo ausa sum etc. Cf. II, 768 sq. Peerlk., huic loco maiorem vim rhetoricam vindicaturus, coni. *Quaene etiam - - - ponto?* i. e. Egone quievi, quae etiam ausa sequi patria excussos? Sed recte Ribbeck. memorat, hoc ipsum esse *quin*, coll. infra VIII, 485. *Quin etiam* praeter omnes Codd. testantur Arusianus p. 228. L. et Claud. Sacerdos I,

Ausa sequi et profugis toto me opponere ponto.
Absumptae in Teucros vires caelique marisque.
Quid Syrtes aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
Profuit? optato conduntur Thybridis alveo,
Securi pelagi atque mei. Mars perdere gentem
Inmanem Lapithum valuit, concessit in iras
Ipso deum antiquam genitor Calydona Dianae;
Quod scelus aut Lapithas tantum, aut Calydona merentem?

---

74. — *patria excussos.* Cf. IX, 68. — **301.** „*Absumptae in Teucros vires.* Sic Sen. Agam. 697. *Fortuna vires ipsas consumpsit suas*, scil. in me. Cf. etiam Stat. Silv. V, 5, 49. *absumptae vires et copia fandi.* Catull. LXIV, (LXII,) 242. *Anxia in adsiduos absumens lumina fletus* et Haud. ad Gronov. Diatr. in Stat. T. I. p. 520. — **302.** *Syrtes:* vid. I, 146. *Scylla* et *Charybdis:* vid. III, 555 sqq. Conington adnotat, huuo versum fluxisse ex Catull. l. l. v. 156. *Quae Syrtis, quae Scylla rapax, quae vasta Charybdis* etc. — *profuit.* Cf. adnott. ad Ecl. I, 57. Iteratur hio versus in Auth. Lat. I, 178, 10. — **303.** *conduntur Thybridis alveo.* Cf. V, 243. *et portu se condidit alto.* De voc. *alveo* δισσυλλάβως efferendo vid. ad VI, 412. — **304.** *Securi pelagi atque mei.* Vid. ad I, 350. — *Mars perdere gentem* cett. Cf. similis Iunonis oratio I, 39 sqq. „Utroque loco ad maiores iras se instigat Iuno exemplis aliorum deorum, qui idem felicius ausi sint, propositis. De Lapitharum cum Centauris pugna in Pirithoi nuptiis cf. Ovid. Met. XII, 210 sqq. [ibique Gierig. Hes. Sc. Herc. 178 sqq. Verg. ipse Geo. II, 455. Hor. Od. I, 18, 8. Diod. IV, 70. Servius ad h. l. alii.] Vulgo tamen causa ab ebrietate ducitur; sic otiam Geo. II, 457. Cf. Hygin. fab. 33. At de Martis in Lapithas odiis obscurior est fabula, exposita h. l. a Servio. Cf. Luctat. ad Stat. Theb. II, 563. [et Mythogr. ed. Bodii I. o. 162.]. Mars in Pirithoi sacris inter ceteros deos solus praeteritus in Lapithas exarsit et furorem immisit, quo illi cum Centauris infestis armis concurrerunt. Magis nota est fabula do Dianae ira, cum Oeneus ea sola omissa ceteris diis omnibus primitias sacrificasset; hinc immissus aper Calydonius, ortaque super eius exuviis contentione Pleuronii Calydonem oppugnarunt. Vid. Hom. Il. IX, 529 sqq. et Schol. ad v. 525. Adde Apollod. I, 8, 2. [Callim. in Dian. 260. Diod. IV, 34. Ant. Lib. 2. Hygin. f. 171 sqq. Ovid. Met. VIII, 270 sqq.] Maronis vestigiis institit Stat. Theb. VII, 203 sqq. [*Aut Lapithas Marti, aut veterem Calydona Dianae Expugnare dedi.*]“ *Heyn.* — **305.** De Genitivo *Lapithum* pro *Lapitharum* vid. ad I, 565. II, 242. etc. — **306.** *deum genitor*, Iupiter, *Calydona concessit in iras Dianae*, permisit Dianae ad poenam et vindictam, assentiens, non resistens eius irae. De hoc usu verbi *concedendi* cf. Gronov. ad Liv. XXXIII, 19. 1. — *Calydon*, antiqua Aetoliae urbs, cui vicina magna silva, in qua aper ille saeviit. Cf. Strab. X. p. 310. Plin. IV, 2, 3. Mela II, 3, 10. alii. (De ipsa urbe, cuius reliquiae prope vicum *Kurtaga* inveniuntur, vid. librum meum geogr. III. p. 901.) *Antiqua* etiam Statio Theb. I, 401., ut ibid. VII, 203. *vetus* vocatur. Parrhas. minus recte *antiquas*, ad *iras* relatum. De hoc urbium epitheto vid. adnott. ad Aen. I, 12. (ubi addi potest Plin. Ep. VIII, 24. *Reverere gloriam veterem et hanc ipsam senectutem, quae in homine venerabilis, in urbibus sacra est*, hic a Wagn. laud.). — **307.** *Quod tantum scelus.* Cf. I, 231. V, 465. XI, 733. Cort. ad Lucan. VII, 847. et Burm. ad Lucan. I, 660. „Vulgari dicendi modo subiiciendum erat: Quod autem tantum scelus commiserant Lapithae vel Calydon, quo tantam poenam mererent? [*Merentem* enim non minus ad *Lapithas*, quam ad *Calydona* pertinere, in promptu est.] Hic primum exquisitiorem rationem adhibuit, a Graecis ductam: *scelus merere*, [quod simpliciter reddere possumus *einen Frevel verschulden*] pro: scelere vel sceleris merere poenam. Nec aliter supra II, 229. *scelus expendisse merentem.* Porro inversiones amans poëta

Ast ego, magna Iovis coniunx, nil linquere inausum
Quae potui infelix, quae memet in omnia verti,
Vincor ab Aenea. Quod si mea numina non sunt
Magna satis, dubitem haud equidem inplorare quod usquam est.
Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo.
Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis

---

usus est forma Atticis frequentissima, qua antecedenti structurae accommodatur illa, quae sequitur: concessit Iupiter Dianae in iram *Calydona: quod scelus aut Lapithas aut Calydona merentem*, scil. concessit?" Haec fere *Heyn.* verissime. Wagn. conferri iubet *culpam meritam* ap. Ter. [Phorm.] V, 8, 25. Non mirum tamen, hanc lectionem paulo difficiliorem (quam Heins. ex Cod. Med. a m. sec. restituit), multas turbas in Codd. provocasse, quorum scriptura mire fluctuat, ita ut vulgg. editt. exhibeant *aut Lapithis tantum aut Calydone merente*, quae lectio (a Servio probata atque etiam a Macrobio IV, 5. p. 50. Bip. s. p. 377. Ian. et Prisc. XVII. p. 1081. exhibita) et ipsa ferri posset, nisi interpretamenti speciem haberet. Heins. praeter necessitatem coni. *aut Lapithis tantum, aut Calydoni merenti?* Peerlk. autem, de veritate interpretationis Heynianae dubitans, *Quo scelere aut Lapithas aut Calydone merentem?* Wagn. omnem lectionis varietatem inde natam esse putat, quod in antiquissimo aliquo libro, unde maxima pars ceterorum Codd. fluxerit, scriptum fuerit *merente*, litera *m* vel temere omissa, vel lineola transversa indicata. Ribbeck. vero suspicatur, poetam ipsum has duas scripturas in schedas coniecisse, edit autem *Lapithis t. aut Calydone merente.* Ceteri recentiores editores praeter Benoistum Ribbeckio adsentientem nobiscum faciunt, et Conington fusius de h. l. disputat. — Cum v. **308**. cf. I, 46. Ovid. Fast. VI, 27. *Est aliquid nupsisse Iovi, Iovis esse sororem* etc. — *inausum.* Cf. VIII, 205. *ne quid inausum - - fuisset.* Val. Fl. I, 807. *vobis si quid inausum - - superest.* Sen. Troad. 669. Thyest. 20. Sen. Epist. 91, 14. Tac. Ann. I, 42. — **309**. *quae potui*, quae sustinui; recte enim Thiel. memorat, *posse* hic non esse „*das Können*," sed „*das Vermögen zum Können.*" Cf. adnott. ad Geo. III, 453. Sensus igitur hic est: quae vel persona et maiestate mea indigna suscipere non dedignata sum, ut nihil inausum relinquerem. Cf. v. 299 sq. Peerlk. tamen, in hoc loco haerens, Vergilio hoc potius dignum fuisse iudicat: *At ego, magna Iovis coniunx, Quid potui? Infelix, quae* etc. — *infelix*, active positum, Serv. interpretatur „nocens, irata." Cf. infra v. 376. et III, 246. — *memet*, ut iam IV, 606. Temere igitur Burm. ad Val. Fl. VII, 319. et Lucan. IX, 1081. has formas *memet, semet* etc. solis Comicis vindicat. — *me in omnia verti*, mutavi, omnes quasi personas suscepi ad eos perdendos. Vid. infra v. 328. XII, 891. Ovid. Fast. V, 616. etc. Repetitur hic versus in Anth. Lat. I, 178, 151., ut seqq. verba *Quod si mea numina non sunt* cum toto v. 312. ibid. v. 282 sq. — **310**. *Quod si.* Vid. ad Aen. II, 141. et Ecl. IX, 19. — *mea numina.* Vid. supra v. 297. — **311**. *dubitem.* Hoc Coniunctivo Iuno se ipsa quasi excitat ad non dubitandum; ut idem sit, ac si dicat: quid est, quod dubitem, non video, cur dubitem. — *dubitem inplorare* etc. Cf. X, 19. *Namque aliud quid sit, quod iam inplorare queamus?* — *quod usquam est*, vel inferna numina, ut v. 312. docet. Cf. Ovid. Met. IV, 445. *Sustinet ire illuc* (in Orcum), *caelesti sede relicta, - - Tantum odiis iraeque dabat - - Saturnia Iuno.* Ceterum *quod est usquam* legitur etiam ap. Ovid. Met. XII, 41. — Cum v. **312**., qui improbissimus totius Aeneidos habetur (ut contra VI, 620. probissimus), Heyn. comparat Aesch. Suppl. 160–168. Ex Romanis poëtis cf. Sen. Herc. fur. 95 sq. *Educam et imo Ditis e regno extraham, Quidquid relictum est.* Manil. I, 93. *imumque Acheronta movere.* Silius II, 536. *Quis Acheronta moves.* Val. Fl. III, 520. *mox et Furias Ditemque movebo*, id. IV, 13. *I Furias Veneremque move* cett. Conington suspicatur, poetam hic memorem fuisse Hom. Il. VIII, 478 sqq. — **313**. *Non dabitur - prohibere.* Vid. I, 66. 79. 319. ibique adnott. IX, 362. XII, 211. etc. — *esto.*

Atque inmota manet fatis Lavinia coniunx:
At trahere atque moras tantis licet addere rebus;
At licet amborum populos exscindere regum.
Hac gener atque socer coëant mercede suorum.
Sanguine Troiano et Rutulo dotabere, virgo,
Et Bellona manet te pronuba. Nec face tantum
Cisseis praegnans ignis enixa iugalis,

Vid. IV, 35. Hor. Ep. I, 1, 81. Sat. I, 6, 19. Lucr. II, 906. Cic. Div. in Caecil. 15. in. de Finn. II, 19, 61. cett. Cf. Obbar. ad Hor. l. l. Lambin. ad Hor. Ep. I, 16, 56. Heindorf. ad Hor. Sat. II, 3, 65. Voigt in Caesaris *Zeitschr. f. d. Alt.-Wiss.* XII. (1854.) p. 76. alii et de Graeco *ειεν* eadem ratione usurpato Heindorf. ad Plat. Phaed. §. 152. Herm. ad Eur. Suppl. 795. et Stallbaum. ad Plat. Apol. Socr. 2. p. 16. — **314.** „*inmota manet fatis coniunx* pro: manent inmota fata de Lavinia ab Aenea coniuge ducenda, ut I, 257. *manent inmota tuorum Fata tibi,* coniugium hoc interverti nequit.“ *Heyn.* Sed non opus est illa inversione. Hoc loco dicit poëta: fata volunt, ut Lavinia (immota) maneat Aeneae coniux, i. e. propter fata impediri non potest, quominus Aeneas Laviniam in matrimonium ducat; illo autem loco fata ipsa immota manere dicuntur. — **315.** Cf. quae de hac potestate fata morandi et moderandi diis concessa ad Aen. I, 39. disputavimus. Vid. etiam adnott. ad Aen. VIII, 398. — *trahere*, scil. res, quod ex seqq. *tantis rebus* supplendum. Alii minus recte *moras* ex seqq. intelligunt, cum *trahere moram* ap Ovid. Met. IX, 766. et alibi legatur. — *addere moram* idem Ovidius dixit Her. XIX, 8. — **317.** Verba *Hac gener atque socer* voce *hac* in *haec* mutata repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 151. — *merces* pro poena, malo, pernicie. Cf. Sil. VII, 545. *magna mercede piabunt Erroris rabiem.* Cic. Tusc. III, 6, 12. *Nam istud nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore.* Vid. etiam adnott. ad II, 537. et XI. 857. Ruhnk. ad Ter. Andr. III, 5, 4. et Mart. Lag. ad Lucan. I, 96. — *coëant*, coniungantur foedere et matrimonio Aeneae cum Lavinia. — *suorum*, civium. Peerlk., cum socer et gener, non populi, qui nihil commiserint, mercedem, i. e. poenam, accipere debeant, locum corruptum et sic emendandum esse censet: *Hac gener atque socer coëant mercede: tuorum* (i. e. Latinorum) *Sanguine, Troiano et Rutulo dotabere virgo,* ut iuxta Troianum et Rutulum etiam Latinus sanguis commemoretur, qui non recte deesse possit: quae coniectura, quamquam facilis, tamen supervacanea videtur. Ceterum respexit hunc locum Orosius II, 4. *Sabinas maritorum et parentum sanguine dotavit,* quocum cf. etiam locus simillimus Ovid. Met. XIII, 523. *At, puto, funeribus, dotabere, regia virgo.* Heyn. conferri iubet Aesch. Agam. 416 sq. et Eurip. Hippol. 550 sqq. — **319.** „*Bellona pronuba.* Graviter dictum, si ex Iunonis persona proferri memineris; nam proprie *Iuno pronuba* est, v. c. supra IV, 166.“ *Heyn.* Alibi, si de matrimoniis infelicibus agitur, etiam Furiis hoc negotium adscribitur. Cf. Ovid. Her. VI, 45. Senec. Med. 15 sqq. Octav. 24. et Interpp. ad Ovid. Her. II, 117. — „*Nec face tantum* cett. Docta et cum arte elaborata oratio secundum plures tragicorum Graecorum locos. Non tum modo Hecuba, Cisseï f. [certe secundum Eurip. Hec. 3., quem Verg. cum Ennio et Pacuvio sequitur (cf. etiam Aen. V, 537.), cum contra Hom. Il. XVI, 718. et Ovid. Met. XI, 762. eam Dymantis filiam faciant], *praegnans face*, cum facem utero gerere somniaret (cf. infra X, 704 sq. et versus ap. Cic. de Div. I, 21. [adde Ennium Alex. fr. 8. p. 99 sq. Vahl. Ovid. Her. XVI, 46. et Sen. Troad. v. 40.], *enixa est ignes iugales*, coniugales [vid. ad IV, 16.], peperit in matrimonio filium, qui Asiae incendium erat futurus; verum simili modo facem edidisse partu credenda erit Venus; similis [*idem*, ignis] erit Veneri filius (*partus*) suus, Aeneas, et ille erit *alter Paris* [qui cum diuturno bello multas calamitates atque, si fieri possit, perniciem afferat Italiae. Ceterum cf. adnott. ad Ecl. II, 73. Heindorf. ad Hor. Sat. I, 1, 40. et Zumpt. §. 141.], et erunt *iterum funestae taedae in*

Quin idem Veneri partus suus et Paris alter
Funestaeque iterum recidiva in Pergama taedae."
    Haec ubi dicta dedit, terras horrenda petivit;
Luctificam Allecto dirarum ab sede dearum
Infernisque ciet tenebris, cui tristia bella
Iraeque insidiaeque et crimina noxia cordi.
Odit et ipse pater Pluton, odere sorores

Pergama recidiva, h. e. nova haec Troia seu restituta Troianorum fortuna, iterum experietur tamquam alterum Iliacum excidium." *Heyn.* Etiam Iarbae IV, 215. Aeneas dicitur *Paris*, alia tamen de causa. Peerlk., cum Paris et Aeneas non matribus, sed regionibus bello vastatis ignis fuerint, verbaque *idem* et *suus* non recte iungantur, etiam hunc locum corruptum et *En Paris alter* legendum censet, cetera quomodo sananda sint, se nescire confitens. Gentius vero p. 39. pro *suus* coniicit *fuit*. — **322**. *recidiva Pergama.* Vid. ad IV, 344. — **323** sqq. „Sequitur locus de *Alecto*, Furiarum una, ex inferis [vid. VI, 280.] excitata a Iunone, et Amatae, Latini uxori, mox Latinis quoque matribusfamilias, tum Turno, Teucris quoque et Aboriginibus immissa, egregie quidem ille tractatus et ornatus, Iuvenalis quoque iudicio VII, 66 sq. commendatus." Haec *Heyn.*, qui praeterea comparat λύσσαν Herculi a Iunone immissam ap. Eurip. Herc. fur. 822 sqq. Hom. Il. IX, 565 sqq. et, qui Maronem imitati sunt, Ovid. Met. IV, 422 sqq. Stat. Theb. I, 88 sqq. (et II, 94 sqq.) Silium II, 526 sqq. et Claud. in Rufin. I, 25 sqq. Vid. etiam Boettiger *über d. Furienmaske* p. 104. — *horrenda*, saeva, irata. Conington minus recte explicat per *torva*, comparans XI, 507., ubi *horrenda* (Camilla) longe aliter est capienda. — **324**. *luctificus* legitur etiam in versu Cic. Tusc. II, 10, 25. Val. Fl. III, 292. Stat. Theb. X, 552. alibi. Cf. *terrificus* V, 524., *horrificus* III, 571. et similia. Conington comparat voc. *luctificabilis* ap. Pers. I, 78. — *Allecto.* Sic omnes fere et optimi Codd. Graecorum poëtarum exemplo, qui et ipsi ἄλληκτος, Ἀλληκτώ pro ἄληκτος, Ἀληκτώ dixerunt. Cf. e. g. Orph. Arg. 971. (966.) et hymn. 69 (68), 2., ubi idem versus ita iteratur, ut altero loco (certe sec. Hermanni edit.) Ἀληκτώ, altero Ἀλληκτώ scriptum inveniatur. Deducitur autem nomen ab ἀ privativo et λήγομαι et a Fulgentio Myth. I. 6. per *impausabilis* (quae non pausando furiam concipit) redditur. — *dearum* cum Wagn. (quem recentiores omnes sequuntur) edidimus, optimorum Codd. (Med. et Gud. certe a m. pr.) et Charisii p. 47. P. auctoritatem secuti, licet Heyn. hanc lectionem ob vicinum *dirarum* minus elegantem dicat. Potest enim poëta consulto has voces similes coniunxisse videri, ut rem horrendam etiam duriore et asperiore verborum sono exprimeret. Cf. Wagneri adnot. ad Geo. I, 157. Vulgo *sororum*, quod a librariis delicatioribus facile poterat ex v. 327. et 454. (ubi vid. adnott.) substitui. *Dirae* autem Furiae etiam supra IV, 473. et 610. infra v. 454. VIII, 701. XII, 845. alibi appellantur. Sunt, qui *Diras* quasi *deorum iras* esse dicant; cum potius apertum sit hoc nomen esse ab Adiectivo *dirus* repetendum, quod Doederlein. Syn. 1. p. 46. unum idemque esse cum *durus*, Luenemann. in Lexico a Graeco διερός (δίω, δείδω), i. e. terribilis, deducendum, recens autem Lexici Forcell. editor cum Servio e Sabinorum Umbrorumve dialecto in Rom. linguam transiisse putat. — **325**. *cui - - cordi.* Vid. Ecl. III, 61. Geo. IX, 776. X, 252 etc. Quod ad rem attinet, Furias in proeliis versari et pugnantes ad mutuas caedes excitare constat. Cf. Hom. Il. IV, 440. Hes. Sc. Herc. 249. Hor. Od. I, 28. 17. al. — *tristia bella*, ut Ecl. VI, 7. et ap. Hor. A. P. 73. — **326**. *Iraeque insidiaeque.* Sic Auson. Idyll. XV, 14. *Afflictat fortuna viros per irasque insidiasque.* — *crimina noxia.* Bene poëtam hoc epitheton adiecisse censet Wagn., ut cupiditatem nocendi huic Deae prae ceteris innatam indicaret, quare etiam v. 338. *tibi mille nocendi artes* et v. 511. *tempus dea nacta nocendi* legamus. — **327** sq. Heyn. confert similia verba Aesch. Eum. 69 sq. de Furiis: *Μισήματ' ἀνδρῶν καὶ θεῶν Ὀλυμπίων*, ibid. v.

Tartareae monstrum: tot sese vertit in ora,
Tam saevae facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit verbis ac talia fatur:
„Hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem,
Hanc operam, ne noster honos infractave cedat

---

190 sqq. et 414 sq. atque Homeri locum de Marte Il. V, 890 sq. [cui addere poterat XX, 65.], Ennii fragm. a Probo et Varrone servatum p. 120 sq. [Ann. fr. inc. 53. p. 75. Vahl.] et imitationem Lucani X, 645 sqq., et conset, nihil Furiae faciem horribilem et abominandam gravius declarare posse, quam hoc: ipsi patri ipsisque sororibus eam detestabilem haberi. — De *Plutone* Furiarum *patre* Conington conferri iubet Orph. hymn. 69. *ἁγναὶ θυγατέρες μεγάλοιο Διὸς χθονίοιο Φερσεφόνης τε.* De iterato verbo *odit - - odere* vid. adnott. ad Ecl. IV, 6., de Graeca autem forma *Pluton* adnott. ad Ecl. VI, 13. et Aen. VIII, 506. Quod ad hoc ipsum nomen attinet, invenitur etiam ap. Hor. Od. II, 14, 7. Iuven. XIII, 50. Claud. R. Pros. I, 276. et Hygin. fab. 146. Cf. etiam Cic. N. D. II, 26, 66. — *sorores Tartareae.* Sic XII, 846. *Tartarea Megaera.* Vid. etiam Claud. in Ruf. I, 27. *infernae sorores*, Ovid. Met. VI, 662. *vipereae sorores* etc. Ceterum cf. quae de sede Furiarum supra ad VI, 280. disputata sunt. — 328. Merula ad Ennium Ann. I. p. 154. Vergilium hic Enniana voce usum esse putat *Tartarinae.* (Cf. Ennii Ann. fr. inc. 53. p. 75. Vahl.) Sed acquiescendum est in omnium Codd. lectione. Verba *tot sese vertit in ora* non significare corpus in varias species et figuras mutatum (quamquam interdum utique novas et alienas formas assumant Furiae, ut ipsa Allecto infra v. 415. ap. Claud. in Ruf. I, 134. ap. Silium II, 553. al.), sed tantum horrendos vultus, terribiles ac minaces oris habitus varie mutatos, recte observavit Heyn., coll. infra v. 447. et epitheto *αἰολομόρφων*, quod Furiis tribuatur in Orphico hymno 68. v. 8., quamquam propterea non opus est, ut cum eo ad voc. *ora* ex seqq. verbis suppleamus *saeva.* Immo prorsus adsentior Wagnero, censenti „utrumque enuntiatum, *tot sese vertit in ora* et *tam saevae facies*, coire ad unam saevitiae variis modis vultu expressae notionem.“ Thiel. *saevas facies* reddit „*die sich im Gesicht ausdrückenden hässlichen Verzerrungen der Leidenschaften,*“ coll. Lessing. in Boettigeri *Furienmaske* p. 64. Ceterum haec verba causam continere antecedentium, in promptu est. Cf. infra v. 447. et adnott. ad Ecl. I, 12. Aen. IV, 404. et al. *Ora* et *facies* eadem ratione coniunguntur I, 658. In Anth. Lat. III, 81, 28. ex h. l. et Aen. III, 658. compositus legitur versus: *Monstrum horrendum, ingens, tot sese vertit in ora.* — 329. *pullulat colubris*, scatet colubris, quos pullorum instar e corpore emittit, qui e capite eius procrescunt. Prima et propria signif. *pullulandi* verbum legimus Geo. II, 17. Ceterum vid. infra ad v. 346. — Pro *atra* (quod epitheton Furiae bene convenit ut Orci incolae: cf. adnott. ad VI, 127.) Wakef. ad Lucr. IV, 140. coni. *apta.* — 330. *acuit*, instigat, irritat, magis etiam exasperat. Vid. Geo. IV, 435. Aen. XII, 850. Silius I, 113. Cic. Off. III, 1, 1. pr. Rosc. Am. 38, 110. cett. et Burm. ad Val. Fl. I, 761. — Pro *verbis* Rom., Gud. aliique Codd. exhibent *dictis.* — 331. „*Hunc mihi da proprium laborem* pro vulgari: singulare hoc mihi praesta, mea gratia suscipe.“ *Heyn.* Rectius etiam *Wagn.*: „*proprium*, cuius fructu ipsa sola gaudeam,“ et *laborem - - operam* „laborem positum in opera (gratia) mihi praestanda“ interpretatur. Cod. Rom. praebet *laborum.* Eadem lectionis varietas deprehenditur Ecl. X, 1. — *virgo sata Nocte.* Furiae enim Noctis filiae perhibebantur. Cf. Hesiod. Theog. 220. Aesch. Eum. 419. Apollod. I, 1, 3. ibique Heyn. p. 6. Vid. etiam supra VI, 250. et infra XII, 846. Hinc Tisiphone Silio II, 531. *noctis alumna*, Furiae Ovidio Met. IV, 451. *sorores Nocte genitae* et posterioribus poëtis, ut Val. Fl. III, 252., *Nocte satae κατ' ἐξοχήν* dicuntur. De voc. *satus* vid. ad Geo. I, 278. — 332. *infracta cedat loco. Infracta* (i. e. plane fracta: vid. ad V, 784.) etiam ad praecedens Subst. *honoris* referendum, de quo usu

Fama loco, nèu connubiis ambire Latinum
Aeneadae possint Italosve obsidere finis.
Tu potes unanimos armare in proelia fratres
Atque odiis versare domos, tu verbera tectis
Funereasque inferre faces, tibi nomina mille,
Mille nocendi artes. Fecundum concute pectus,
Dissice conpositam pacem, sere crimina belli;

---

loquendi cf. Schmid. et Obbar. ad Hor. Ep. I, 1, 41. De formula dicendi proprie militari *cedere loco* cf. adnott. ad IX, 220. Quod ad ipsam sententiam attinet, cf. I, 48. — **333.** *connubiis ambire Latinum*, filiam a patre petere in matrimonium dandam; paulo insolentius ad socerum translato, quod proprie puellae debebatur (*ambire puellam*). Paulo subtilius *Ruhk.*: „Fortasse *ambire* est h. l. adire, se applicare. Sic IV, 283. Hor. Od. I, 35, 5. Nec opus erat, ut Aeneas a Latino connubium illud peteret, quod ille ultro iam obtulerat v. 270 sq.“ Wagn. et Ladew. comparant Tac. Germ. 18. *Pauci, qui ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur.* — **334.** „*Aeneadae*, quod non soli Aeneae coniux petitur, sed ius connubii omnibus Troianis.“ *Wagn.* — **335.** *unanimos.* Ante Heins. cum aliquot Codd. et Schol. Stat. Theb. I, 74. vulgo legebatur *unanimes.* Vid. supra ad IV, 8. Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 178, 60. — **336.** *versare domos*, exagitare, vexare, turbare. (Cf. infra v. 348. *domum monstro permisceat.*) Aliter igitur dictum atque II, 62. *versare dolos.* Cf. e. g. Ovid. Am. II, 2, 29. *Ille* (servus conscius) *placet, versatque domum, nec verbera sentit.* Prop. IV, 10, (III, 9,) 1. *Quid mirare, meam si versat femina vitam?* cett. Inde vero etiam patet, quomodo seqq. intelligenda sint. *Verbera* enim et *faces* hic non esse instrumenta, quibus Furia in ipsis aedium penetralibus poenas a scelestis exigat, quod Heyn. et Conington putant, *verbera* hic pro flagris posita esse statuentes, sed illud ad rixas turbasque domesticas, hoc ad caedes inde ortas spectare, iam Donatus docet, cui iure adsentitur Wagn. Ceterum verba *Atque odiis versare domos* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 63., ut seqq. *Funereasque inferre faces* ibid. v. 61. et 283. et *tibi nomina mille, Mille nocendi artes* ibid. v. 63 sq. — **337.** „*tibi nomina mille*, πολυώνυμος. Deorum enim potestates, vires, proprietates, facta, per tot *nomina* declarantur.“ *Heyn.* (Wagn. praeterea adnotat, multa singulorum deorum nomina coacervata deprehendi in Hymnis Orphicis, ut in LXIX sq., qui scripti sint in ipsas Eumenidas.) Videntur autem haec arcte cohaerere cum *mille artibus nocendi* et ex illis verbis *tot sese vertit in ora* (v. 328.) explicanda esse: potes mille nominibus (nos: *unter tausend Namen und Gestalten*) nocere. Idem sibi velle videntur Peerlk. et Ladew., qui *nocendi* tam ad *nomina* quam ad *artes* referendum putant, ut sensus sit: „Mille tibi sunt *nomina nocendi*, mille poenarum nomina, quas hominibus infligere possis.“ — *artes nocendi* dixerunt etiam Claud. in Rufin. I, 97. et Sulpit. Sever. de vita Mart. p. 515. idemque Claud. in Eutrop. II, 175. *vias nocendi.* — *Mille* autem *artes nocendi* praeter locum modo laud. etiam in Anth. Lat. III, 81, 8. repetuntur. — **338.** *Fecundum* (malitia) *concute pectus* (quae verba repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 3. et 178, 393.), i. q. excute (ut Cic. loquitur Cic. Off. III, 20, 81. *Explica et excute intelligentiam tuam*), i. e. exprome quaecunque possis artium malarum, ut recte locum interpretatur Schirach. p. 363. Imitatur hunc locum Senec. Herc. fur. 105. *Hoc agite. Poenas petite violatae Stygis: Concutite pectus.* Heyn. confert Hor. Sat. I, 3, 34. *denique te ipsum concute* (ubi tamen *se concutere* potius significat se explorare, ut apud Iuven. X, 328. *et se Concussere ambae*: vid. Orell. ad Hor. l. l.), et Aristoph. Nub. 701. *Πάντα τρόπον τε σαυτὸν Στρόβει πυκνώσας.* *Fecundum pectus* legitur etiam ap. Stat. Achill. I, 543. Theb. VIII, 171. et Sil. II, 539., qui h. l. sic imitatus est: *Et quidquid scelerum, poenarum quidquid et irae Pectore fecundo coquitur tibi, congere praeceps in Rutulos* cett. — **339.** *Dissice* (sic enim cum Med. a m. sec., Rom., Gud., Bern. II. III. aliis,

Arma velit poscatque simul rapiatque iuventus."
Exin Gorgoneis Allecto infecta venenis
Principio Latium et Laurentis tecta tyranni
Celsa petit tacitumque obsedit limen Amatae,
Quam super adventu Teucrum Turnique hymenaeis
Femineae ardentem curaeque iraeque coquebant.

Ribbeckio, Hauptio, Wagn. et Benoisto scripsimus, dum Ladew. cum Med. a m. pr. scribit *Disice* et Coniugton servat vulg. *Disiice* coll. Silio II, 295. *disiectaque pax est*) *pacem* fortius, quam dirime, solve, rumpe. *Dissicere* enim antique dixerunt pro *dissecare*. Cf. infra XII, 308. Plaut. Curc. III, 53. *elephantum machaera dissicit*. Lactant. Inst. II, 7, 8. *cotem novacula dissice*. Apud Ciceronem vero pr. Cael. 16, 37. rectius legitur *dide et disiice*, ut etiam hic vulgo edebatur. — *compositam*. *Componere* verbum proprium de rebus, quae tranquillo et securo statui redduntur. Vid. Burm. ad Val. Fl. V, 296. Duker. ad Flor. III, 23, 4. Cort. ad Lucan. VII, 267. et adnot. nostra ad Aen. III, 388. Cf. infra XII, 822. *pacem component*. — *crimina belli*, crimina, quae sint causae belli. Totus hic versus iteratur in Anth. Lat. I, 178, 352., ut verba *Dissice compositam pacem* ibid. v. 71. — **340**. Ita exstimula iuventutis animos, ut uno eodemque temporis momento et cupiat arma et poscat et rapiat. Vid. ad I, 144. *Arma velle* legitur etiam infra XII, 242. — **341**. Allecto, quam Iuno ut praemio aliquo proposito instiget non opus est, cum nulla re magis delectari possit, quam ipsa illa, ad quam excitandam mittitur, discordia et bello, prae festinatione nullum sibi spatium relinquens ad respondendum illico exsequitur, quae Iuno iubet. De hac arte, qua Vergilius deum aliquem minorem, ut iussa festinet, maiori, qui insserit, nihil respondentem faciat, cf. quae Schol. Ver. ad h. l. p. 97, 24. K. et Servius ad Aen. I, 689. observarunt. Cf. etiam quae de Aem. Aspro Ribbeck. Proleg. p. 133. memorat et adnott. ad I, 76. — *Exin*. Vid. VI, 891. VIII, 306. XII, 92. et Hand. Turs. II. p. 666. — Verba *Gorgoneis infecta venenis*, quae Gossr. cum aliis ita intelligit, ut Furia ipsa veneno infecta sit, quod per angues modo effundat (quemadmodum ap. Ovidium in simili loco Met. IV, 500. *Attulerat secum liquidi quoque monstra veneni* cett.), Heyn., coll. infra v. 346. et 354., rectius ita capit, ut nihil aliud significent, quam, quae caput cinctum habet anguibus venenatis. *Venena* poëta posuit pro anguibus, et propterea etiam voc. *infecta* usus est, quod proprium esse constat de rebus venenatis. *Gorgonei* autem angues sunt, quales Medusae caput cingunt. Vid. ad VI, 289. Similis est locus Claud. in Rufin. I, 67. *tortos serpentum erexit hiatus, Noxiaque effudit* (Furia) *concusso crine venena*. Ladew. locum paulo artificiosius sic explicat: Innatus atque insitus furor Allectus a Iunone magis etiam inflammatae (v. 330.) in Gorgoneum intumuit furorem. Peerlk., cui et *exin* (ob sequens *principio*) et *infecta* (serpentibus venenatis) displicet, coni. *Excita, Gorgoneis Allecto infesta venenis*, ut, mutata constructione, pro *infestis venenis* ipsa Furia dicatur *infesta venenis*; quibus coniecturis certe non opus est. Ceterum hic totus versus iteratur in Anth. Lat. I, 178, 345., ut verba *infecta venenis* ibid. v. 191. — **342**. *tyranni*. Vid. supra ad v. 266. — **343**. „*tacitum limen*, aut pro: tacite obsedit, ut Servius; aut quatenus de matrisfamilias cubiculo agitur in secretiore domus parte. Cerda ad curas retulit, sc. ut *tacita* sit Amata." *Heyn.* Ruhk., qui conferri iubet Geo. II, 247. et Aen. IV, 364., Cerdae explicationem amplecti videtur; quae certe eatenus est verissima, quatenus Amata curis et sollicitudine affecta in secretum locum secesserat. — *obsedit*. Gud. et Mentel. II. a m. pr. *obsidit*. Sed vid. ad III, 565. Videtur hunc locum respexisse Ovid. Met. IV, 490. *aditumque obsedit Erinys*. De Furiis autem in *limine* sedentibus cf. IV, 473. — De *Amata*, Latini uxore, Laviniae matre et Veniliae (vid. supra ad v. 56.) sorore, vid. infra XII, 56 sqq. — **344**. *super*. Vid. infra v. 358. I, 750. etc. — **345**. *femineae curae* h. l. sunt impatientes et vehementissimae, ut do-

Huic dea caeruleis unum de crinibus anguem
Conicit inque sinum praecordia ad intima subdit,
Quo furibunda domum monstro permisceat omnem.
Ille inter vestes et levia pectora lapsus
Volvitur attactu nullo fallitque furentem
Vipeream inspirans animam; fit tortile collo

---

cent adiecta verba *ardentem coquebant.* Cf etiam Aen. XI, 782. „Proprie dicimur *coquere iram pectore*, ut πέπτειν, πέσσειν: sic Silius II, 327. *impatiens asperque coquebat Iam dudum immites iras*, ubi vid. Drak.; tum vero ipsa ira dicitur *coquere nos* vel *pectus nostrum*, h. e. agitare, vexare [potius incendere]. Sic iam Ennius [Ann. X. fr. 5. p. 51. Vahl.] in noto illo ap. Ciceronem [de Senect. 1. in.] versu: curam, *Quae* (cura) *nunc te coquit et versat sub pectore fixa.*“ *Heyn.* Cf. Silii locum hinc expressum XIV, 103. *quos ira metusque coquebat*, Anth. Lat. I, 168, 9., ubi verba *curaeque iraeque coquebant* iterantur, Heins. ad Ovid. Her. XV, 12. et Rem. Am. 83. — **346.** *Huic*, in hanc. Cf. infra v. 456. Ecl. II, 30. VIII, 101. Geo. II, 306. Aen. I, 6. II, 36. 688. IX, 785. XI, 107. Tibull. I, 8, 53. etc. — *caeruleis crinibus*, quia angues caeruleos crinibus immixtos habent; *caeruleus* autem sollemne anguium epitheton. Vid. Geo. IV, 482. Ovid. Met. III, 38. (ibique Gierig.). Silius II, 583. Claud. R. Pros. III, 54. (cum Gessneri adnot.) etc. — *anguem conicit.* Ovidii locus hinc expressus Met. IV, 495., ubi Tisiphone *duos mediis abrumpit crinibus angues Pestiferaque manu raptos immisit* in Athamanta et Iunonem. De Furiarum comis anguineis cf. omnino Geo. IV, 482. Aen. VI, 572. Hor. Od. II, 13, 36. Ovid. Met. VI, 662. Tib. I, 3, 69. Catull. LXIV, 193. Sen. Herc. fur. 101. multique alii loci. — *in sinum*, quare infra v. 349. *inter vestes et pectora.* — *praecordia ad intima*, quae secundum Servium sunt „loca cordi vicina, quibus percipitur sensus.“ Ovidio autem teste in loco nostro simillimo Met. IV, 498 sq. *mens est, quae diros sentiat ictus* anguium a Furiis in homines coniectorum. Cf. etiam ibid. v. 507. *furiale venenum - - praecordiaque intima movit.* — **348.** *quo monstro*, non solum ad anguem, sed ad omnem Furiae actionem referendum. Cf. adnott. ad Geo. III, 152. et IV, 554. — *domum permisceat.* Cf. supra v. 336. *odiis versare domos.* — **349.** *levia pectora.* „Epitheton egregie delectum, ut serpentis lubricum lapsum adiuvet: alibi est molle, tenerum.“ *Heyn.* — *labi* vox propria de serpentibus. Vid. ad V, 86. — **350.** *attactu nullo.* Utuntur hac voce etiam Varro R. R. II, 5, 8. et, ex mea certe coniectura, Lucr. IV, 17. [ubi Lachm. coni. *tali pacto*], non tamen nisi sexto Casu. De ipsa sententia cf. Ovid. l. l. v. 498 sq. — „*fallitque furentem*, latet eam, dum volvitur. Nisi malis iungere: *fallit inspirans*, ἔλαθεν εἰσπνέων.“ *Heyn.* Hoc iure praefert Wagn., coll. Eurip. Heracl. 339. μὴ λάθῃ με προσπεσών, Hor. Ep. I, 17, 10. *Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit*, Bentl. ad Hor. Od. III, 16, 32. et Qu. sua Verg. XXIX, 6., ubi de Participiis Graeco more usurpatis agitur. Cf. adnott. ad Geo. II, 510. Aen. II, 377. al. Sententia igitur haec est: Clam inspirat furenti vipeream animam. Non tamen opus est, ut cum Peerlk. scribamus *Fallitque* (absolute) *furenti Vipeream inspirans animam*, quod ille sic interpretatur: Iram ei inspirat et furentem facit; ut *furenti* per prolepsin illam dictum sit, de qua disseruimus ad Geo. I, 320. II, 353. Aen. II, 736. alibi. Sed vere iam furere Amatam docet v. 345. — **351.** *vipeream animam*, noxiam, perniciosam. Vid. Burm. ad Ovid. Met. IV, 497., ubi ex loco nostro fluxerunt verba (*angues*) *Inspirantque graves animas* (*nec vulnera membris Ulla ferunt*); unde etiam concludam, hic reiiciendam esse Med. et fragm. Ver. lectionem *spirans*, quamquam ei patrocinatur Ribbeck. in Proleg. p. 274., cum *inspirans*, quod ex I, 688. et VI, 12. factum videatur, praeripiat, quae paulo post v. 354 sqq. multo subtilius enarrentur. „Illa v. 351—353. *Fit tortile collo* cett., nescio an pro epica dignitate nimis ingeniosa sint. Ovidio fortasse ea condones. Is tamen, cum superiora ad verbum

Aurum ingens coluber, fit longae taenia vittae,
Innectitque comas et membris lubricus errat.
Ac dum prima lues udo sublapsa veneno
Pertemptat sensus atque ossibus inplicat ignem
Necdum animus toto percepit pectore flammam,
Mollius et solito matrum de more locuta est
Multa super natae lacrimans Phrygiisque hymenaeis:
„Exsulibusne datur ducenda Lavinia Teucris,
O genitor? nec te miseret gnataeque tuique?
Nec matris miseret, quam primo aquilone relinquet
Perfidus, alta petens abducta virgine praedo?
At non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor

---

fere expressisset (Met. IV, 485. 489—499.), haec intacta reliquit. Torques autem etiam in antiquis operibus videmus gestatos saepe serpentibus similes" *Heyn.* — *collo.* Vid. ad v. 226. Etiam Conington potius Ablat. loci (ut supra v. 140.), quam Dativum (ut I, 654.) esse recte censet. — **352.** *ingens coluber* legitur etiam in Anth. Lat. I, 178, 233. — *taenia vittae* tortilis et dependens, ideoque serpenti similis. Ceterum vid. ad V, 269. *Vittae crinales* etiam infra v. 403. commemorantur. — **353.** *lubricus errat,* ut ap. Grat. Cyneg. 115. et Avien. descr. 172. — **354** sqq. „Primo furoris accessu in lamenta fertur Amata. — *lues,* ut *labes, sanies,* pro veneno, h. l. est halitus ille venenatus et humidus, unde *lues udo veneno,* quo afflatum Amatae pectus [i. e. udo halitu venenatae viperae, ut recte Wagn.]. - - Insinuat illa se [furtim, *sublapsa*] in praecordia et animum: *Pertemptat sensus,* subit, et *ossibus inplicat ignem,* quatenus flamma circumvolvitur; eadem vulgari oratione ambire et involvere rem dicitur." *Heyn* Vid. ad I, 660. — **356.** *animus* in pectore, ut XI, 409. *anima in pectore.* — *toto percepit pectore flammam.* Sic v. c. Ovid. Met. XIV, 700. *totis perceperat ossibus aestum.* Cf. etiam Catull. LXIV (LXII), 92. *cuncto concepit pectore flammam.* Ceterum vid. adnott. ad XI, 409. et cf. Val. Fl. VI. 673. *quem pectore toto iam tenet.* — **357.** *de more.* Vid. Ruddim. II. p. 265. — *locuta est.* Med. et Gud. a m. pr. omittunt *est.* — **358.** *natae.* Sic Med. multique alii libri, quos cum Wagn. secutus sum, neque aliter ceteri recentiores editores praeter Bryceum et Conington em. Vulgo (ut Rom., Gud., alii) *nata,* quod antecedenti Praepositioni accommodatum videtur a librariis non intelligentibus etiam *natae* pendere a *hymenaeis.* Cf. infra v. 398. (unde etiam hic Codd. quidam *natae Turnique hym.*). Nihilominus Conington i, qui *natae* ex sequente *gnatae* v. 360. ortum suspicatur, concedo, *natae Phrygiisque hymenaeis* paulo durius esse dictum pro *natae Phrygisque hymenaeis.* — Cum v. **359** sqq. comparant Eur. Suppl. 219 sqq. — „*Exsulibus Teucris* gravius quam Teucro, ut supra p. 98. *Externi veniunt generi* et alia." *Heyn.* Cf. de hoc pluralis numeri usu adnott. ad Ecl. III, 7. et Aen. I, 4. — **360.** *gnatae* est Med., Rom. aliorumque bonorum librorum lectio, quam Wagn. iure videtur revocasse, quamque etiam ceteri recentiores editores praeter Süpfl. et Bryceum receperunt. Vid. adnott. ad Ecl. V, 22. — **361.** *Nec matris miseret.* Verbum *miseret* cum singulari vi iteratur. Schrader. temere coni. *Nec matris miserae.* — *primus* hic i. q. alibi *primus quisque*: quam primum ventus secundus flare coeperit; *aquilo* autem ex Italia meridiem versus navigantibus secundus. Vid. Hor. Ep. II, 2, 201 sq. et cf. Heind. ad Hor. Sat. I, 1, 6. Putat igitur Amata, Aeneam cum virgine rapta eo, unde venerit, mox rediturum esse. — V. **362.** repetitur in Anth. Lat. I, 14, 34. et prima eius verba *Perfidus, alta petens* in Ausonii cent. nupt. 105. — *alta petens,* ut Geo. I, 142. et alio sensu Aen. V, 508. — **363.** *At* h. l. sarcasmo et ironiae inservire docet Hand. Turs. I. p. 442. coll. e. g. Ovid. Her. I, 44. laudatoque Burm. ad Grat. Cyn. 68.; neque

Ledaeamque Helenam Troianas vexit ad urbes?
Quid tua sancta fides? quid cura antiqua tuorum,
Et consanguineo totiens data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinis
Idque sedet Faunique premunt te iussa parentis,
Omnem equidem sceptris terram, quae libera nostris
Dissidet, externam reor et sic dicere divos.
Et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus Acrisiusque patres mediaeque Mycenae.".

Ladewigio concesserim, talem animi ardorem („*Leidenschaftlichkeit*") ab hoc loco esse alienum. Ribbeck., Ladew., Wagn. in recent. edit. et Benoist. receperunt Med. et Diomedis p. 460. P. lectionem *An non*. Vulgarem vero scripturam tuentur Rom., Gud. aliique Codd., Donatus Art. III, 6, 2. Isidor. Or. II, 30, 7. et Schol. Hor. Od. III, 3, 25. IV, 9, 16. Servius utramque lectionem novit. Ribbeck. olim coni. *A! non*. — ***Phrygius pastor***. Sic *Dardanus pastor* ap. Stat. Achill. I, 20. et κατ' ἐξοχήν *pastor* pro Paride ap. Hor. Od. I, 15, 1., ad quem loc. cf. Schiller. p. 56. et Orell. Sic etiam Bion XV, 10. *Ἅρπασε τὰν Ἑλέναν ποθ' ὁ βουκόλος*. — ***penetrat***. Cf. de hoc usu Praesentis pro Praeterito adnott. ad I, 99. II, 275. al. Wakef. ad Lucr. VI, 586. etiam hic Vergilio obtrudere vult contractionem s. synaeresin illam Lucretio et antiquioribus usitatam *penetrât*, i. e. penetravit; sed vid. adnott. ad III, 3. et IX, 9. Verba *penetrat Lacedaemona pastor* cum toto, qui sequitur, versu iterantur in Anth. Lat. I, 147, 40. — **364**. ***Ledaeam Helenam***. Vid. ad I, 652. Sic III, 328. *Ledaeam Hermionen*. — **365**. ***Quid tua sancta fides?*** (quae verba iterantur in Anth. Lat. I, 178, 208.) pro: qualis tua fides, i. e. ubi est vel quo cessit fides tua, quae iam nulla est. (Cf. Ruhnk. ad Ter. Eun. II, 2, 42. Heind. ad Hor. Sat. I, 9, 55. Schmidt. et Obbar. ad ei. Ep. I, 11, 1.) Conington comparat Aen. X, 672. Geo. III, 258. et 264. *Sancta*, sollemne fidei epitheton. Cf. Silius II, 479. (ibique Drak.) XIII, 281. Auct. Octaviae 389. etc. — ***cura antiqua***, ut V, 688. *pietas antiqua*. — **366**. ***consanguineo***. Turnus enim est filius Veniliae, sororis Amatae. Vid. supra ad v. 56 sq. — **367** sqq. „Callide evelat id, quod tantam ad mariti animam vim habebat, Fauni oraculum, dum id non minus ad Turnum referri posse ait: esse enim externos habendos omnes, qui non Latino regno subsint. Tum vero Turnum originem quoque habere a gente peregrina et extra Italiam agente, ab Argivis." *Heyn*. — ***Latinis***, populo, ***petitur gener***, qui etiam consors imperii futurus est. Vid. supra v. 256. et cf. infra v. 424. et XI, 472. *Latinis* igitur i. q. in commodum Latinorum, ut Latinis una cum rege imperet (cf. VII, 255). Aliter Peerlk., qui interpretatur: si gener petitur a Latinis, si nos, Latini, externum petere generum debebimus, petamus Turnum. (Conington meam interpretationem Peerlkampianae praefert.) — **368** ***Idque sedet***. Vid. ad II, 660. Conington hic comparat Stat. Theb. I, 824. *Sedet - - ferre iter impavidum*. — ***premunt***, urgent. Sic igitur ex Amatae mente Turnus revera est Graecus et externus, Aeneas autem, a Dardano ortus, Latinus. Nam *premi*, Wagn. observante, dicitur is, cui non, quod ipse vult, licet facere, sed qui cogitur facere imperata. — **370**. ***sic dicere divos***, hanc esse mentem deorum, hunc oraculi sensum. Minus recte Heins., Burm. et Peerlk. *dicere* pro praedicere positum accipiunt, coll. Ovid. Met. XV, 435. 648. Tac. Ann. XI, 3. et Heinsii adnot. ad Ovid. Her. V, 33. Med. a m. pr. *poscere*, haud dubie ex interpretamento. — Cum v. **371**. sq. cf. supra v. 56. — **372**. ***Inachus***, primus Argivorum rex et Argorum urbis conditor (vid. supra ad v. 286.), Oceani et Tethyos fil. et Ius pater, a quo etiam sequentes reges Argivi genus ducebant. Cf. Apollod. II, 1, 1. Paus. II, 15. Dion. Hal. I, 25. infra v. 792. Hor. Od. II, 3, 21. III, 19, 1. Ovid. Met. I, 642. 651. cett. — ***Acrisius***, quartus Argorum rex, Abantis et Ocaleae fil., Danaes pater Perseique avus, de quo cf. Apollod. II, 2, 1.

His ubi nequiquam dictis experta Latinum
Contra stare videt penitusque in viscera lapsum
Serpentis furiale malum totamque pererrat,
Tum vero infelix ingentibus excita monstris
Inmensam sine more furit lymphata per urbem:
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,

Paus. l. l. Schol. Apollon. IV, 1091. 1515. Hygin. f. 63. et 273. Hor. Od. III, 16, 5. Ovid. Met. IV, 607. all. — „*mediae Mycenae* [cf. Hom. Od. l, 344. *καϑ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος*] accipiendum, ut in illo: Ex media Graecia eius stirps ducta est. [Pro *Mycenis* proprie *Argi* commemorandi erant, quae tamen eiusdem terrae, Argolidis, urbes haud raro a poëtis confunduntur.] Dedit autem hoc poëta seu famae seu ingenio, ut Turni originem a Danaë, Persei matre, peteret, quae, cum iram patris Acrisii metueret, navi in Italiam est delata ibique Ardeam condidit. Cf. infra v. 409 sq. Fabula inter Graecos vulgata Danaën in arcam cum puero inclusam mari ad insulam Scriphum enatasse narravit.“ *Heyn*. Causa autem huius fabulae de Danaes in Italiam adventu et de Dauno eius filio Turnique patre (vid. Aen. X, 619.) fortasse in sola similitudine nominum Danaes et Danniae, regionis Italicae, quaerenda. — **373.** Nunc demum furere incipit Amata, postquam venenum in intima praecordia penetravit. — *dictis experta*. Conington confert Ennium Ann. VI. fr. 13. [p. 33. Vahl.] *virtute experiamur*. — **374.** *contra stare*, resistere, ut *contra ire* VI, 95. — *in viscera lapsum*, scil. *est*, quod in commotiore oratione interdum omittitur, i. e. in ima Amatae praecordia penetravit, *furiale malum*, venenum. Sic Ovid. Met. IV, 506. *vertit furiale venenum Pectus in amborum*. Cf. etiam infra v. 415. — **376.** *infelix*. Vid. supra ad v. 309. — „*monstra* sunt terrores et phantasmata furentis animo [anguis efficacia] obiecta.“ *Heyn*. Vid. ad IV, 554. et supra v. 348. — **377.** *Inmensam per urbem*. Omnes res Latinorum a poëta in maius extolli, iam supra vidimus. Hic autem parvum haud dubie oppidum facit *immensam urbem*, quo latius huic furori Amatae totam urbem muliere indigno modo percursantis pateat spatium. Quare facile supersedemus Heynii coniectura *Inmensum - - furit* (quam tamen Ribbeck. in contextum recepit), et Burmanni *Incensam*. Peerlk., et ipse haerens in hoc epitheto urbis haud dubio non admodum magnae, neque intelligens, quomodo Amata per Laurentum furere possit, quae eadem (v. 384.) *agatur per medias urbes populosque feroces*, totum versum spurium censet, in quo Gossr. ei adsentitur. Sed quidni Amata praeter Laurentum etiam alias urbes et regiones furens peragrare potuit? Ceterum cf. quae de voc. *ingens* ad V, 487. adnotavimus et similis locus IV, 300., ubi Dido *totam incensa per urbem bacchatur*. — *sine more*. Vid. ad V, 694. — *lymphata*. Hoc voc. (Graec. *νυμφόληπτος*: cf. Varr. L. L. VII, 87. p. 153. M. (VI, 5. p. 97. Bip.) imprimis de iis dici constat, qui furibundi et attoniti huc illuc discurrunt. Cf. Sil. I, 459. VII, 356. Hor. Od. I, 37, 14. (ibique Lambin. et Orell.) Ovid. Met. XI, 3. Stat. Theb. X, 557. Lucan. I, 496. Liv. VII, 17. Ceterum hunc locum ante oculos habuit Statius Theb. IV, 378 sq. — **378** sqq. Comparatur Amata furore quodam per urbem acta cum rhombi s. turbinis a pueris versati discursu; „quae res ex puerorum lusibus ducta ne epici carminis dignitati detraheret, ipsa tractatione et dictionis gravitate poëtam effecisse,“ vere indicat Heyn. Thiel. docet, comparationem tribus potissimum rebus contineri, primum in ipsa discursatione (*inmensam per urbem* v. 377. *per medias urbes* cett. v. 384. et *magno in gyro* v. 379.), deinde in coacto motu, cum Amata veneno instillato *agatur* (v. 384.), turbo autem plagis puerorum *exerceatur* (v. 380.), denique in stupore spectantium (v. 381.). — *quondam*. Vid. ad Geo. IV, 261. et Aen. II, 367. — *torto verbere*. Cf. Geo. III, 38. et 106. itemque adnott. ad Aen. VI, 571. — „*Turbo*, lignum illud conoides, quo pueri ludunt, diversum a trocho, qui aeneus circulus est. At *turbo* est *ῥόμβος* vel *βέμβιξ* ex Callim. Epigr. I, 9 sq. notus; ubi et *ὑπὸ πληγῇσι ϑοὰς βέμβικας ἔχοντες Ἔστρεφον*, ut

Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent; ille actus habena
Curvatis fertur spatiis; stupet inscia supra
Inpubesque manus mirata volubile buxum;
Dant animos plagae. Non cursu segnior illo
Per medias urbes agitur populosque ferocis.
Quin etiam in silvas simulato numine Bacchi
Maius adorta nefas maioremque orsa furorem

---

h. l." *Heyn.* De turbine cf. Tibull. I, 5, 2 sq. Pers. III, 51. (Cic. de fato 18, 42.) deque discrimine eius et trochi liber meus *Hellas u Rom* I, 1. p. 300. sdn. 53. — *torto sub verbere*, flagello; ut Persius l. l. *buxum torquere flagello.* Wagn. addit Herod. VII, 56. *Ξέρξης ἐθηεῖτο τὸν στρατὸν ὑπὸ μαστίγων διαβαίνοντα.* Cf. Geo. III, 106. ibique adnott. Sic etiam sp. Ovid. in Ibin 161. *Verbera torta dabunt sonitum.* Ceterum praeter Tibulli l. l. (ubi eandem comparationem habemus sic expressam: *Namque agor, ut per plana citus sola verbere turben, Quem celer assueta versat ab arte puer*) cf. Ovid Am. II, 9, 27. *miserae turbine mentis agor.* — **379.** *in gyro.* Vid. ad Geo. III, 115. — „*vacua circum atria*, ante domum. Callim. l. l. *εὐρείῃ ἐνὶ τριόδῳ.*" *Heyn.* Wagn., dubito num recte, „per atria huc et illuc." — *Vacuus* autem hic i. q. amplus, spatiosus, ut II, 761. VI, 268. (Sed II, 528. *vacua atria* aliter capienda videntur.) — **380.** Verba *Intenti ludo exercent* iterantur in Anth. Lat. III, 81, 11. et 32. — *exercent.* Cf. Geo. I, 210. *Exercete tauros.* — *habena*, flagello. Sic etiam de scuticae loris ap. Hor. Ep. II, 2, 15. et Ovid. Met. IX, 81., de fundae funiculis infra IX, 587. ap. Lucan. III, 710. cett. — **381.** *inscia*, quid sit, quod ita in gyrum vertatur turbo. — *supra* admodum bene exprimit studium et ardorem puerorum turbini intentorum et quodammodo incumbentium vel inhiantium. — **382.** *buxum* pro turbine, ut in Persii loco supra laud. Ex buxo autem Romani eiusmodi crepundia aliasque res minutas, veluti pectines (Ovid. Fast. VI, 229. Iuven. XIV, 194.), imprimis vero tibias (Aen. IX, 619., ubi vid. adnott.), tornare solebant. — **383.** Turbini *dant animos*, concitatiorem motum, *plagae*, verbera ingeminata. (Sic ad equos translata verba *Dant animos plagae* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 121.) Nam etiam rebus inanimatis a poëtis animum omninoque varios affectus adscribi, res est satis nota. Sic v. c. infra X, 357. etiam ventis *animi* vindicantur. Cf. adnott. ad Ecl. I, 39. Geo. II, 344. Drak. ad Silium II, 417. et Markl. ad Stat. Silv. V, 3, 171. Alii, inter quos Peerlk., haec minus recte ad pueros referunt, ut sensus sit: animi puerorum ipso ludo incenduntur; et Peerlk. quidem, si de *turbine* poëta dixisset, haec verba post illa *curvatis fertur spatiis*, non post *mirata volubile buxum* positurum fuisse putat. — *cursu illo* pro cursu illius, turbinis. — **384.** *populos ferocis.* Cf. I, 263. — **385.** „Praeclarus locus est, qui sequitur; sed ut eius praestantiam sentias, sacrorum Bacchicorum ritus, a nostris sensibus tam alieni, notitia aliqua, ex Euripidis v. c. Bacchis, imbutum habere animum necesse est. Inter eos homines, qui orgia Bacchi frequentabant, facile hoc in animum veniebat feminae, ut irae furore acta, cum inviso genero subducere vellet filiam, Bacchico se teneri furore simularet, quo filiam iisdem sacris initiaret, ideoque in silvas abduceret." *Heyn.* De Bacchanalibus cf. liber meus *Hellas u. Rom.* I, 2. p. 150 sqq. Ceterum cum hoc loco cf. similis IV, 301 sqq. — *simulato numine Bacchi*, simulans se Bacchi vi ac potentia esse correptam. Servius coll. v. 405. minus recte: „talem patiebatur furorem, ut speraret (?), se Liberi sacra celebrare. Non enim ipsa simulabat, quod est sanorum;" cui etiam Conington adversatur comparans Ovid. Met. VI, 594. *furiisque agitata doloris, Bacche, tuas simulat.* Rom. aliique Codd. minus bene exhibent *nomine.* Peerlk. praeter simillimum Ovidii locum modo laud. confert Flor. III, 19. — **386.** „*Maius adorta nefas,* quod dei cultum simulans filiam

Evolat et natam frondosis montibus abdit,
Quo thalamum eripiat Teucris taedasque moretur,
Euoe Bacche fremens, solum te virgine dignum
Vociferans: etenim mollis tibi sumere thyrsos,
Te lustrare choro, sacrum tibi pascere crinem.
Fama volat furiisque accensas pectore matres
Idem omnis simul ardor agit nova quaerere tecta.

---

patriae potestati et fatis deorum eripere conatur." *Gossr.* — *orsa.* Schrader. praeter necessitatem coni. *ausa.* Ribbeckio Proleg. p. 82. hic versus otiosus videtur, quem abesse malit. — **387.** *Evolat.* Cf. infra IX, 477. *Evolat infelix.* Stat. Theb. V, 91. (hunc locum respiciens) *thalamisque insueta relictis Evolat.* Caes. B. G. III, 28. *Subito ex omnibus partibus silvae evolaverunt* (hostes). Sic etiam Cic. de Rep. VI, 14, 14. (s. Somn. Scip. 3.) *qui ex corporum vinculis tamquam e carcere evolaverunt* et Verr. V, 34, 88. *Evolarat iam e conspectu fere fugiens triremis.* — *frondosis montibus.* Cf. Geo. I, 282. et Aen. V, 252. — **388.** Verba *Quo thalamum eripiat* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 192. — *taedasque.* Schrader. malebat *taedasve*, ut hic esset sensus: quo aut nuptias disturbet, aut saltem moras addat. Sed vere Wagn. Qu. Verg. XXXVI, 7. docuit, *taedasque moretur* esse i. q. morans s. morando taedas (vid. adnott. ad V, 611.), cum Amata mora interposita sperare potuerit, totam rem ad nihilum redactum iri. *Taedae* pro nuptiis; de *taedis* autem nuptialibus vid. ad Ecl. VIII, 29. et Aen. IV, 18., ubi nunc addi potest liber meus *Hellas u. Rom* I, 1. p. 282. cum adnot. 234. — **389.** *Euoe* (εὐοῖ) scripsimus, Schneiderum Gr. Lat. I, 1. p. 365. et Wagnerum secuti, quia vocali in consonam mutata (*Evoë*) prima syllaba corripienda esset. Cf. etiam Passov. ad Pers. 325. Bach. ad Ochsneri adnott. ad Ovid. Met. VI, 597. (p. 537.) Mueller. Spicil. animadvv. ad Catull. p 16. Eadem de causa Wagn. scripsit *Euander* (VIII, 51. 102. al.), *Euadne* (VI, 447.), *Euanthes* (X, 702.) etc. Ribbeck. cum Charisio II. p. 214. P. (s. p. 144. Lind.) et Schol. Hor. Od. II, 11, 17. scripsit *Euhoe.* (De Ennii loco, ad quem provocat Charis., ubi *Tum pariter euhan euhoe euhoe euhium* legitur, cf. Welcker. de trag. Gr. p. 1374. Langius Quaest. metr. p. 16. et 30. et Vahlen. p. 107.) — *Fremere* (βρέμειν, unde *Διόνυσος Βρόμιος*) verbum proprium de bacchantibus. Vid. Gierig. ad Ovid. Met. III, 528. — **390** *tibi*, in tuum honorem. Cf. v. c. Senec. Oed. 439. *Tibi commotae pectora matres Fudere comam.* — „*thyrsos sumere* [*molles*, quia pampinis sunt vestiti, vid. infra v. 396. et Ecl. V, 31.], Bacchum *lustrare choro* [ut infra X, 224. et Prop. III, 1, (II, 10,) 1.] h. e. choreas ducere circa eum medium stantem, tamquam choragum; quem sequuntur ii, qui chorum celebrant, ut ideo Bacchae furore correptae deum tamquam praesentem ducere putent." *Heyn.* Pro *choro* Rom., Bern. II. III., Gud a m. sec. exhibent *choros*, haud dubie litera *s* e sequ. voc. adscita. — **391.** *pascere crinem*, ut Stat. Theb VIII, 493. et in Anth. Lat. IV, 13, 37., vel *pascere barbam* ap. Hor. Sat. II, 3, 35. „In sacris Bacchicis comam promissam et solutam haberi et iactari solitam, satis notum. Cf. infra v. 394. 403. Rarius traditur, comam quoque Baccho aluisse Bacchas; sed Eurip. Bacch. 493. *Ἱερὸς ὁ πλόκαμος, τῷ θεῷ τ' αὐτὸν τρέφω* iam alii laudarunt." *Heyn.* Ad omnes autem hos Infinitivos intelligendum esse *eam* (Laviniam) non est quod memorem. — **392.** Idem furor ceteras quoque matronas Latinas invadit. *Fama volat furiisque* etc. dictum videtur pro: vix fama volat, et statim etc. Cf. adnott. ad Aen. II, 781. 803. et III, 8. Pro *accensas pectore matres* auctor Medeae, centonis Vergiliani, in Anth. Lat. I, 178, 145. exhibet *incensas pectore matres*, ut, nisi locum nostrum confudit cum IV, 376. *Heu furiis incensa feror*, in suo Cod. vere *incensas* legisse videatur. cuius tamen lectionis nostri Codices nullum continent vestigium. — **393.** Cf. IV, 581., ubi idem hemistichium legitur, *agit* in *habet* mutato. Ut hic *ardor agit* - -

Deseruere domos, ventis dant colla comasque;
Ast aliae tremulis ululatibus aethera conplent
Pampineasque gerunt incinctae pellibus hastas.
Ipsa inter medias flagrantem fervida pinum
Sustinet ac natae Turnique canit hymenaeos
Sanguineam torquens aciem torvumque repente

---

quaerere, ita ap. Silium II, 39. *ardor agit - - exercere.* De constructione vid. adnott. ad Geo. I, 305. — *nova tecta*, feminis inusitata, silvarum recessus. — **394**. *Deseruere.* Perfectum inter Praesentia positum offendere non potest. Cf. adnott. ad Geo. I, 330. — *ventis dant colla comasque*, Maenadum more. Vid. infra v. 403. et cf. I, 319. *dederatque comam diffundere ventis.* — **395**. *Ast aliae.* Med. a m. sec. *illae*, quod Peerlk. recipiendum censet, versuum ordine sic mutato: 394. 396. 395. (in quo cum sequitur Ribbeck.). „Prius, inquit, vestitum aliarum mulierum descripsit, tum dixit, quid illae facerent, mox quid *ipsa*, princeps, regina, mater.“ — *tremulis ululatibus - - conplent*, tremula lingua editis; quia etiam hac in re bacchantes ad ebriorum similitudinem accedunt. Sic apud Hor. Od. IV, 13, 5. *cantu tremulo pota Cupidinem Lentum sollicitas.* Ceterum *ululatus* vox propria de bacchantibus. Cf. II, 488. IV, 667. Ovid. Met. III, 528. etc.; Pluralis autem magnum et saepius repetitum ululatum indicat, ut XI, 190. Sic *strepitus* Geo. III, 79. et Aen. IX, 394., *mugitus* XII, 103. etc. Cf. adnott. ad Ecl. X, 76. et add. ad Aen. I, 11. — **396**. *incinctae pellibus.* Vid. Geo. IV, 342. et Tac. Ann. XI, 31, 3. de bacchantibus: *Feminae pellibus accinctae assultabant. Pelles* autem sunt capreae vel cervinae (nebrides), quibus Bacchantes indui solebant. Cf. Plin. XXVIII, 9, 42. Stat. Theb. II, 664. Achill. I, 609. Claud. de IV. Cons. Hon. 606. alii. — *pampineae hastae*, pampinis tectae, thyrsi. Vid. Ecl. V, 31. Ovid. Met. III, 667. *Pampineis agitat velatam frondibus hastam* etc. *Pampineos thyrsos* etiam Claud. l. l. v. 603. aliique commemorarunt. — **397**. Conington conferri iubet Soph. Antig. 1126. — *Ipsa.* Vid. ad Geo. VI, 464. — *inter medias* pro: ipsa media inter matres. Cf. adnott. ad I, 348. II, 508. V, 618. XI, 237. Val. Fl. II, 174. *has inter medias flet;* id. IV, 531. *Ipse inter medios;* ibid. v. 740. *Mitis et in mediis effatur talia Graiis;* Stat. Silv. I, 2, 10. *medias fallit permista sorores* cett. Cf. Burm. ad Ovid Met. XIII, 780. et ad Val. Fl. l. l. Ceterum hic etiam Vergilius sequitur Euripidem Bacch. 645. *μήτηρ ὠλόλυξεν ἐν μέσαις Σταθεῖσα Βάκχαις.* — *pinum*, facem pineam, taedam. Cf. infra IX, 522. (ibique adnott.) Ciris v. 438. *Pronuba nec castos incendet pinus odores;* Senec. Med. 37 sqq. *pronubam thalamo feram Ut ipsa pinum;* et ibid. v. 111. *Multifidam iam tempus erat succendere pinum.* Cf. Burm. ad Val. Fl. II, 105. et ad Ovid. Fast. IV, 411. Sic etiam Helena ut *ὀργιάζουσα* Graecis face dat signum VI, 518 sq. Heyn. comparat Eurip. Bacch. 145 sqq — **398**. Bacchum canere debebat, cui filiam consecraverat; sed prae furore obliviscitur ad tempus simulationem orgiorum et quid vere velit cogitetque, prodit. Sic haec non contradicunt versui 389 sqq., neque opus est, ut cum Servio et Wagnero hic signa mentis alienatae et ficti furoris in verum conversi inveniamus, quamquam sequentia huic rationi aliquo modo favere videntur. — *canīt*, ultima syllaba arsis vi producta, ita tamen, ut non longa syllaba subiiciatur, sed, quod rarius est, brevis. Hoc autem Wagn. Qu. Verg. XII, 11. tum tantum factum esse docet, ubi versus, prorsus ad Graecam rationem conformati, aut ad choriambicum rhythmum accedant (ut h. l. et X, 720.), aut ad anapaesticum (velut Geo. I, 138. III, 189. Aen. I, 308. II, 411. V, 284.). Omnino cf. adnott. ad Ecl. I, 38. IV, 51. al., imprimis ad Aen. V, 524. Conington comparat Catulli versum eadem ratione conformatum LXII (LXIV), 20. *Tum Thetis humanos non despexit hymenaeos.* — **399**. *Sanguineam aciem*, qualis est furentium (cf. II, 210. et IV, 643.), *torquens.* Heyn. confert Eur. Bacch. 1120. *διαστρόφους κόρας ἑλίσσουσα.* — *torvum clamat*, i. e. torva voce. Cf. adnott. ad Ecl. III, 8. IV, 43. Geo. III, 149. al De voc. *torvus* ad vocem translato

Clamat: „Io matres, audite, ubi quaeque, Latinae:
Si qua piis animis manet infelicis Amatae
Gratia, si iuris materni cura remordet,
Solvite crinalis vittas, capite orgia mecum!"
Talem inter silvas, inter deserta ferarum
Reginam Allecto stimulis agit undique Bacchi.
  Postquam visa satis primos acuisse furores
Consiliumque omnemque domum vertisse Latini,
Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur urbem
Acrisioneis Danae fundasse colonis,

---

cf. Silius IX, 99. Apul. Flor. 17. p. 79. Oud. et Bach. ad Ovid. Met. II, 752. — Cum v. **400**. comparant Hom. Il. XVIII, 52 sqq. De Interiectione *Io* in locis usurpata, ubi aliquis instantius vocatur et ad aliquid agendum excitatur et stimulatur, cf. Ovid. Met. IV, 513. V, 625. id. Her. V, 117. Stat. Theb. IV, 677. aliosque locos ab Handio congestos Turs. III. p. 458 sq. — *ubi quaeque* (scil. *est*, ὅθι ἑκάστη, i. e. omnes) lectio est optimorum librorum et Prisc. XVII, 7, 49. p. 1060. P. ab Heinsio revocata, ante quem vulgo legebatur *ubicumque*. — **401**. *Amatae gratia*. Cf. VI, 653. *gratia curruum* ibique adnott. — **402**. *cura remordet*. Si ius maternum in filias tuendum vobis putatis. — Vid. ad I, 261. — De *iure materno* vid. Heins. ad Ovid. Met. VIII, 499. Verba *si iuris materni cura remordet* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 387. — **403**. *Solvite crinalis vittas*. Vid. supra ad v. 391. et cf. Ovid. Met. IV, 6 sq. *Pectora pelle tegi, crinales solvere vittas, Serta comis, manibus frondentes sumere thyrsos Iusserat. Crinales* autem *vittae* (quae etiam Ovid. Met. V, 617. commemorantur) erant *insigne pudoris* (Ovid. art. am. I, 31.) et solis matronis concessae, ut hic iis solutis apte indicetur liber et solutus Amatae animi impetus (cf. Schrader. in Muetzellii *Zeitschr.* VII. (1853.) p. 726.). — „*capite orgia*, ut suscipere sacra, h. e. celebrare, agere. At dicas: quo consilio? qua spe? scil. ut sibi adsint filiamque a nuptiis cum viro alieno vindicent." *Heyn.* Cf. Prop. III, 11, (IV, 10,) 49. *cape, Roma, triumphum.* Peerlk. haec adnotat: „Iam ceperant orgia. Adhortatio igitur supervacanea, sed furente digna: et qui monet, ut facias, quod iam facis, ille monendo laudat." Schrader. temere coni. *quatite* — **404**. *Talem* pro: sic, ita; ad Nomen relato Adiectivo, quod ad Verbum erat referendum. Vid. ad I, 644. IV, 303. V, 387. VIII, 559. al. — **405**. *stimulis.* Vid. VI. 101. et IX, 718. ibique adnott. — *undique* Wagn. recte videtur explicare „ab omni parte animi ab ea obsessi," ut sit i. q. stimulis ad omnem partem animi admotis. Cf. v. 375. *totamque pererrat.* Plenum igitur Baccharum furorem Allecto Amatae inspiraverat. Peerlk. sine ulla causa idonea verba *undique Bacchi* ab alia manu versus explendi causa adiecta censet. — **406** sqq. Latini consiliis turbatis bellique seminibus iactis Allecto hoc *principio* (cf. v. 342. *primos se acuisse furores*) contenta ad Turnum se confert. — *acuisse*, excitasse, accendisse. Vid supra v. 330. XII, 108. 590. al. Sic IX, 464. *acuunt iras*, quod etiam legitur ap. Liv XXII, 4, 1. Cf. Drak. aduot. ad eiusd. IX, 9, 18. — **408** „Vides Furiam alatam, ut et alibi, v. c. ap. Eurip. Orest. 317. Cf. Boettiger. *von der Furienmaske.*" *Heyn.* Vid. etiam infra XII, 848. et Claud. in Ruf. I, 122. de Megaera: *Pigraque veloces per Tartara concutit alas.* — *fuscis alis*. Vid. supra ad v. 329. Sic infra VIII, 369. etiam Nocti *fuscae alae* tribuuntur. — **409**. *Audacis Rutuli*. Turnus etiam IX, 3. et 126. *audax* vocatur. — *ad muros - - quam urbem*. Sic infra v. 477. *speculata locum, quo litore* et similia. Cf. etiam aduott. ad Geo. I, 329. — **410**. „Danaë igitur, Acrisii filia, cum Argivis fugae comitibus navi vecta ad Rutulorum litus appulisse et Ardeam exstruxisse dicitur. Vid. Exc. VII. ad h. l." *Heyn.* Ardeam a Pelasgis conditam esse probat haec fabula, ut videtur Niebuhrio *Röm.*

Praecipiti delata Noto. Locus Ardea quondam
Dictus avis; et nunc magnum tenet Ardea nomen,
Sed fortuna fuit. Tectis hic Turnus in altis

Gesch. Vol. I. p. 50. a Wagn. laudato. Do *Ardea* ex vulgari fabula a Danaë condita vid. librum meum geogr. III. p. 716. not. *). — *Acrisioneis*, quod prius cum Servio babui pro Nominativo Adiectivi patron. ad Danaën referendo. nunc propter locos Ovid. Met. V, 238. Colum. X, 205. et Sil. I, 661. Ablativum Plur. Adiectivi *Acrisioneus* cum colonis coniungendum habeo, quae etiam Coningtonis est sententia. Ceterum vide supra ad v. 372. — *colonis* idem Conington recte non tam Dativum, quam potius Ablativum instr. esse censet, ut sit i. q. colonis deductis. Ceterum Wagn. in mai. edit. pro Commate in fine versus Colon. posuit, ut quao sequuntur: *Praecipiti delata Noto*, ad Allecto, non ad Danaën referantur; in minore tamen edit. Comma restituit, in quo omnes recentiores editores iure eum secuti sunt; et sane baec verba, a voc. *Dea* paulo remotiora, recte cum Peerlk. et Gossr. ad Danaën referes, ut sermo sit de itinere maritimo, et Danaë trans mare eo venisse significetur; quod poetae addendum erat, quia de vulgari fabula discessit, quam supra ad v. 372. commemoravimus. Consentit mecum Conington. — **411** sqq. „Urbs olim dicta a maioribus, *avis*, Ardea; manet ea urbs etiamnum magnum nomen, h. e. loci nomen adhuo nobile est proptor veterem Turni et Rutulorum famam; sed opibus antiquis deletis, iam Maronis tempore Ardea cum vicinis locis solo aequata fuit. Vid. Strab. V. p. 232. [et 249.]" *Heyn.* Quare etiam Silius I, 293. scripsit *Magnanimis regnata viris, nunc Ardea nomen*, i. e. cuius nihil praeter nomen superest. Vid. ibi Drakenb. Cf. etiam Liv. I, 57. in. IV, 11, 5. et Mela II, 4, 9. Verba *locus Ardea - - - Ardea nomen* interpretibus quibusdam inepta visa sunt, nisi forte vox *Ardea* duplicem significationem habeat et v. 412. alio sensu dicatur, quam v. 411. Sed verba *et nunc m. t. Ardea nomen* non tam praecedentibus, quam potius seqq. verbis *sed fortuna fuit* opposita sunt, ut baec sit sententia: quamquam fortuna mutata, i. e. urbs ipsa deleta est (cf. III, 16.), magnum tamen etiamnum Ardea babet nomen. Nomen autem urbis in eadem sede versus iteratum non potest offendere. Cf. Aen. I, 552 sq. III, 31. et 33. 359 sq. IX, 531 sq. X, 708 sq. etc. Iahn. adnotat, illustrari bunc locum epigrammate Anthol. Lat. III, 1. Burm., ubi de Graecia canitur: - - *Fama manet, fortuna perit; cinis ipse iacentis Visitur et tumulo est nunc quoque sacra suo. Exigua ingentis retinet vestigia famae, Et magnum infelix nil nisi nomen habet*, simulque confert Ovid. Met. XV, 430. *Quid Pandioniae restant nisi nomen Athenae*, quem versum a Grammatico aliquo ex boc ipso Vergilii loco adiectum putat. Imprimis autem conferendus erat Silius I, 293. *nunc Ardea nomen.* Coterum *tenet*, quod cum Wagn. revocavimus et nobiscum Süpfl., Gossr., Haupt. et Coningt. receperunt, lectio est quinque Codd., inter quos Rom. et a sec. m. Med., Servii et Schol. Maii, quae facilius in vulg. *manet* mutari poterat, quam contra. Vid. infra ad v. 444. Verissime enim Wagn (qui etiam cf. in Philol. Suppl. I. p. 387.) censet, vulgatam, nisi errore orta sit ex praegressae vocis *magnum* priore syllaba, videri interpretamentum verae lectionis, quo librarius aliquis indicare voluerit, *tenere*, de urbe deleta usurpatum, hic non prima significatione accipiendum esse, sed perstandi et manendi vim sustinere; de qua verbi potestate vid. Rupert. ad Liv. I, 4, 9. et Spalding. ad Quinct. Inst. II, 1. in. et VIII, 5. in. Ribbeck. contra Proleg. p. 274. potius *tenet* ex glossemate ortum censet, quod Schol Ver. p. 97, 33. K. doceant. *Magnum* igitur *nomen* Nominativus est, non Accusativus. Iahn., Peerlk., Bryce, Ribbeck., Ladew. et Benoist. retinuerunt vulg. *manet* a fragm. Ver., Med. a m. pr., Gud., Bern. II. III., aliis exbibitum quod vituperat Hoffmann. in *Zeitschr. f. d. Oestr. G.* 1853. p. 880. — **413.** *fortuna*. Vid. adnott. ad Geo. IV, 209. — *fuit* cum singulari vi pro: abiit, aufugit; ut in notissimo illo *fuimus Troes, fuit Ilium* supra II, 325. Cf. etiam Ovid. Her. XVII, 191. Albinov. III, 157. Tibull. I, 2, 92. cett. Ardea enim ab antiquis scriptori-

Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Allecto torvam faciem et furialia membra
Exuit; in voltus sese transformat anilis
Et frontem obscenam rugis arat; induit albos
Cum vitta crinis; tum ramum innectit olivae;
Fit Calybe Iunonis anus templique sacerdos
Et iuveni ante oculos his se cum vocibus offert:
„Turne, tot incassum fusos patiere labores
Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis?
Rex tibi coniugium et quaesitas sanguine dotes

---

bus saepe commemorata Vergilii aetate fere evanuit. Cf. quae de ea disserui in libro meo geogr. III. p. 715 sq. et in Pauly *Realencycl.* I. p. 1490. ed. II. — **414.** *corpcbat nocte quietem.* Cf. Anth. Lat. I, 178, 122. *carpebant membra quietem.* — *Mediam* autem *quietem*, ut II, 268. *prima quies.* — **415.** *torvam faciem Exuit.* Cf. V, 619. *faciemque deae vestemque reponit.* Thiel. conferri iubet Silium II, 553. et Claud. in Ruf. I, 134., ubi de similibus Allectus mutationibus agitur. — **416.** Ribbeck. unum Arusianum p. 265. L. secutus *voltus* mutavit in *cultus*, quod tamen num recte fecerit, ipse iure dubitat Proleg. p. 208. — **417.** *frontem obscenam*, foedam, turpem, scil. anilem. Vid. ad Geo. I, 470. et Aen. IV, 455. Conington tamen coll. XII, 876. adnotat, epitheton etiam ad Furiae foeditatem referri posse. — *rugis arat*, quasi ut agrum sulcis. Sic etiam Ovid. Met. III, 275. *simulavit annm, posuitque ad tempora canos, Sulcavitque cutem rugis;* et Claud. in Ruf. I, 135. (Megaera) *Longaevum mentita senem rugisque severas Persulcat genas* cett. — **418.** *ramum innectit olivae*, scil. crinibus. Allecto sacerdotis speciem induens comas habet vitta et corona oleaginea vinctas more sacerdotum. Cf. VI, 808. et adnott. ad Geo. III, 21. Heyn. memorat, haec imitatum esse Statium Theb. II, 97 sqq. et VII, 88 sqq. — **419.** *Iunonis anus templique sacerdos*, i. e. vetula sacerdos templi Iunonis; *Iunonis* enim *templique* eadem ratione dictum, qua supra II, 319 *Panthus arcis Phoebique sacerdos*; *anus sacerdos* àutem, ut *cerva anus* ap. Ovid. A. A. I, 766. et *anus testa* ap. Martial. I, 106, 4., quos locos comparat Wagn. Addi poterant *charta anus* ap. Catull. LXVIII, 46., *terra anus* ap. Plin. H. N. XVII, 5, 3. §. 35. et *ficus anus* ap. eund. XV, 19, 21. §. 82. Quare non erat, cur Peerlk. (coll. Aen. VIII. 179. et Sil. Ital. I, 150. *Alcidae templi custos araeque sacerdos*) hanc proponeret coniecturam: *Fit Calybe, Iunonis arae templique sacerdos.* Heyn haec adnotat: „*Iunonem* merito posuit, quippe quae Turni rebus studet et cuius templum fuisse Ardeae ex locis Plinii constat, in quibus antiquissimas Ardeatis templi picturas miratur, XXXV, 3, 6. et 10, 38. [37.]" Ceterum totum h. l. imitatus est Prudentius in Psychom. 553 sqq. — V. **420.** iteratur in Anth. Lat. I, 172, 24., ut sequens ibid. v. 57. (voc. *Turne* in *Phoebe* mutato) et I, 178, 250. (eidem vocabulo *Heu* substituto). — **421.** *incassum* (vid. ad Geo. I, 387. et III, 100) *fusos*, sc. esse, i. e. perditos, ut Geo. IV, 492. *omnis effusus labor.* Conington comparat Lucr. II, 1165. *incassum magnum* (vel, ut Lachm. edidit, *manuum*) *cecidisse laborem.* — *tua sceptra*, i. e. tibi debita, regnum Latini tibi, utpote genero eius iam constituto, aliquando cessurum, *transcribi*, transferri ad alium cumque exterum generum. Ceterum cf. adnott. ad V, 750. et quod attinet ad Pluralem, quem barbare dicunt maiestaticum, I, 57. supra v. 173. IX, 9. ot XI, 238. *Sceptra* autem pro *regno*, imperio etiam I, 78. 253. III, 296. IX, 9. 267. X, 852. legimus. — **423.** *dotes*, regnum dotale. Vid. XI, 369. *dotalis regia.* — *quaesitas sanguine*, sc. tuo. Turnum enim, foedere eum Latino iunctum, iam saepe pro eo certamina subiisse, ex v. 425 sq. concludere possumus. Ceterum cf. II, 118. *Sanguine quaerendi reditus.* Ceterum verba *quaesitas sanguine dotes* repetuntur in Anth. Lat. I,

Abnegat externusque in regnum quaeritur heres.
I nunc, ingratis offer te, inrise, periclis;
Tyrrhenas, i, sterne acies; tege pace Latinos.
Haec adeo tibi me, placida cum nocte iaceres,
Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.
Quare age et armari pubem portisque moveri
Laetus in arma iube et Phrygios, qui flumine pulchro
Consedere, duces pictasque exure carinas.

170, 6. 178, 41. et 253. — **424**. *in regnum*, ut particeps heresque sit regni. Cf. Lucan. VII, 643. *quid meruere nepotes In regnum nasci?* id. IX, 258. *quid non in regna laboras* et similes locos. — *quaeritur*, quod supra v. 367. *petitur*. — **425**. *I nunc - - offer*. Notum irrisiouis geuus, nobis quoque Germauis frequeutatum, quo utentes Latini aut utrumque Imperativum Copula *et* coniungunt (cf. e. g. Hor. Ep. II, 2, 76. Ovid. Her. XVII, 57. A. A. II, 222. Iuven. VI, 306. X, 310. XII, 57.), aut Copulam omittunt (ut h. l. Hor. Ep. I, 6, 17. Ovid. Her. IV, 127. IX, 105. Am. I, 7, 35. A. A. II, 635. al.). Cf. etiam adnott. ad Aen. IV, 381. Heius. ad Ovid. Her. IV, 127. et Am. III, 3, 1. Weber. ad Iuven. I, 166. Huschk. ad Tib. III, 6, 62. Obbar. et Orell. ad Hor. Ep. I, 6, 17. — *ingratis periclis*, periclis, pro quibus uemo tibi gratiam habet. Ceterum cf. adnott. ad Geo. IV, 59. et al. Totus v. 425. repetitur in Anth. Lat. I, 170, 157. — **426** *tege pace Latinos*, hostes viuceudo et repelleudo. Burm. de verbo *tegendi* loco protegendi, defeudeudi usurpato conferri iubet Barth. ad Stat. Theb. V, 82. — Cum v. **427**. comparant Hom. Il. XVIII, 184. — *Haec adeo* fere idem esse videtur, quod *haec ipsa, diess eben, diess gerade*. Cf. adnott. ad Ecl. IX, 59. et Aeu. IV, 533. Serv. *adeo* male per *valde* explicat, et Wagn. Qu. Verg. XXVI, 3. hic ita positum esse censet, ut nou habeamus, quod in vernaculo sermoue ei respondeat, solaque vocis iuteutione a nobis exprimi possit. Videtur autem Allecto haec adiungere, ut Turnum, quem iis, quae hacteuus dixit, nondum satis commotum videt, eo certius inflammet et excitet. — *iaceres*. Cf. III, 150. Recte autem Coniugtou aduotat, hoc *iaceres* arcte cohaerere cum *fari*, ideoque non indicare tempus, quo Furia mandatum a Iunone acceperit, sed quo id exsequendum esset. Eidem viro docto dubium videtur, utrum *palam* cum *fari*, an cum *iussit* coniungendum sit. Equidem iam propter collocationem verborum priorem rationem praefero. — **428**. *Saturnia*. Vid. ad IV, 92. — **429**. *Quare age et - - iube*. Vid. adnott. ad I, 627. (III, 169.) XI, 587. al. — *portis moveri in arma*, ex portis proficisci in bellum, ad pugnam. Sic nuuc coll. VI, 813. cum Ladew., Coningt. aliisque explico. Wagn. vero (quem prius cum Gossr. secutus sum) iuugit *Laetus in arma*, i. e. alacer ad arma capienda. Peerlk. tamen, qui tum potius *laetus ad arma* scribendum fuisse putat (coll. Burm. ad Prop. II, 8, 7.), coni. *laetus in arva*, quam coniecturam satis lauguidam Ribbeck. adeo in contextum recepit et defendere studet in Proleg. p. 365. Magis autem, quam Peerlk. dubitatio, ad mutandam sententiam me movit Coningtouis observatio, Adi. *laetus* Vergilium solere uti, si quis prompto animo alicuius imperio defungi iubeatur. Cf. supra v. 130. et locum simillimum III, 169. *Surge age, et haec laetus - - refer*. Ceterum cf. imitatio huius loci in Epid. Iliad. 225. *totamque in proelia pubem Festinare iubet portisque agit agmen apertis*. — *iube* nuuc cum Hauptio, Ribbeckio, Ladew., Wagn. (in recentiss. ed.) et Benoisto ex Med. et Servii Codd. ad Aen. I, 35. recepimus pro vulg. *para* (a fragm. Vat., Rom., Gud., Bern. II. III., aliis exhibito), quod ex v. 468. ortum videtur, nihilominus autem a Bryceo et Coningt. retinetur. — *flumine pulchro*, καλιῤῥόῳ, *consedere*. Vid. supra v. 30 sqq. et de forma Perfecti *consedi* adnott. ad III, 565. — **431**. *duces pictasque exure carinas*, i. e. exure naves cum ducibus. Couingtou comparat simile zeugma in loco huic contrario IV, 375. De zeugmate cf. omnino aduott. ad Geo. I, 93. Aen. II, 258. IV, 100. et al. —

Caelestum vis magna iubet. Rex ipse Latinus,
Ni dare coniugium et dicto parere fatetur,
Sentiat et tandem Turnum experiatur in armis."
Hic iuvenis vatem inridens sic orsa vicissim
Ore refert: „Classis invectas Thybridis undam
Non, ut rere, meas effugit nuntius auris;
Ne tantos mihi finge metus. Nec regia Iuno
Inmemor est nostri;

---

pictas carinas, ut VIII, 93. et *pictas puppes* V, 663., ubi vid. adnott. Cf. etiam infra VIII, 93. Geo. IV, 289. Ovid. Met. I, 511. Fast. IV, 275. cett. — **432**. *Caelestum vis magna*, magnum aliquod numen, Iuno. (Prius *magna* minus recte Accus. habui a *iubet* pendentem et pro memorabili facinore positum, in quo perperam me secutus est Bryce.) Gen. *caelestum* legimus etiam Lucr. VI, 1274. Catull. LXIV, 191. 214 Ovid. Met I, 150. Fast. IV, 276. 423. al. Sic *agrestum* Geo. I, 10 Cul. 21. et ap. Ovid. Met. XIV, 635. Cf. Neue *Formenl.* II. p. 22. — **433**. *dicto parere* (ut III, 189.), i. e. promissis (cf. v. 366.) stare. Ceterum cf. similis locus XII, 568. Conington adnotat, *fatetur* continere notionem consensus (ὁμολογεῖ) et comparat Prop. V, 6, 79. *sero confessum foedere Parthum.* De Infinitivis autem Praesentis *dare, parere,* vid. ad V, 18. — **434** Wagn iure delevit Comma vulgo post *Sentiat* positum, ut cohaereant *Sentiat Turnum,* coll. Val. Fl. IV, 745. *Nos quoque, nos Amycum - - Sensimus,* ibique Burm. Cf etiam Hom. Il. XVIII, 268 sqq. (Secuti sunt ceteri recentiores editores praeter Coningtonem.) *Sentire* autem (Gr. αἰσθάνεσθαι, nostrum *fühlen*) i. q. magno suo malo experiri. Cf. Val. Fl. l. l. Wyttenb. Bibl. crit. III, 4. p. 53. et Ruhnk. Ter. Eun. I, 1, 21. (*sentiet, qui vir siem*), quos Thiel. laudat. Vid. etiam cento Vergil. in Anth. Lat. VI, 84, 60. Sic etiam *experiri aliquem* haud raro legitur, velut ap. Plaut. Merc. IV, 4, 29. Ter. Heaut. V, 2, 12. Hor. Od. IV, 4, 3. Claud. B. Gild. 305. etc. — *in armis*, armatum. Vid. ad V, 440. — **435**. Turnus, nunc primum in scenam prodiens, statim ab initio tamquam homo superbus et arrogans a poëta depingitur, quo magis eluceat Aeneae pietas et verecundia. — *vatem* Heyn. explicat per sacerdotem. Sed vide infra ad v. 442. — *sic orsa ore refert*, pro simplici: sic, tali oratione respondet. Cf. I, 325. II, 2. VI, 125. 562. al. *Orsa* autem (passive) pro dictis legitur etiam X, 632. et ap. Val. Fl. V, 472. *Talia miranti propius tulit orsa tyranno.* Verba *sic orsa vicissim* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 349. — **436**. *Thybridis undam* lectio est Med., fragm. Vat. aliorumque Codd. (quibuscum conspirant Moret. I. aliique, *undas* exhibentes) a Brunckio iure, puto, revocata; cum altera *alveo,* quae ex v. 303. facile repeti potuerit, exigua Codd. (inter quos Rom.) auctoritate niti videatur. Fortasse etiam insolentior verbi *invehi* constructio cum quarto Casu, quae tamen redit infra VIII, 714., ansam mutationis dedit. Iahn. *undam* potius librariorum commentum esse putat, qui *alveo* in fine versus ferre noluerint; sed vere memorat Wagn., idem eos alibi tulisse et, si quid mutandum iis visum esset, potius *alvo* scripturos fuisse. Quare praeter Wakef. et Wagn. etiam Peerlk., Süpfl., Gossr. et omnes recentiores editores praeter unum Bryceum *undam* ediderunt. — **437**. Non me fugit, Troianorum classem advenisse, neque nescio, Iunonem mei esse memorem; sed video te nimis esse anxiam. — *nuntius*, ut VI, 456 Hic totus versus repetitur in Anth. Lat. I, 172, 79. et 178, 58. — **438**. *Ne tantos mihi finge metus*, ut Troianorum adventum me audivisse dissimulem, in qua loci explicatione Bryce me sequitur. Nescio tamen, an Ladew. rectius interpretetur „*mache sie mir nicht zu einem Gegenstande so grosser Furcht*," vel Wagn.: „non est res tam terribilis, quam tu fingis." Hoffmann. denique in *Zeitschr. f. d. Oestr. G.* 1853. p. 565. non male hanc novam proponit loci distinctionem: - - *Thybridis undam* — *Non, ut rere, meas eff. n. aures* — *Ne tantos mihi finge metus; nec regia Iuno* etc., ut verba *Non, ut rere - -*

Sed te victa situ verique effeta senectus,
O mater, curis nequiquam exercet et arma
Regum inter falsa vatem formidine ludit.
Cura tibi, divom effigies et templa tueri;
Bella viri pacemque gerant, quis bella gerenda."

---

aures parenthesin habeamus et coniungamus verba *classes invectas Th. undam ne mihi finge* etc., *„die in die Tiber eingelaufene Flotte mache mir nicht zu etwas so Schrecklichem."* — *regia Iuno*, ut IV, 114. et X, 62. — **440** *senectus victa situ*, desidia et inertia. Cf. Ovid. Trist. III, 14, 36. V, 12, 1. ex Pont I, 5, 7. Liv. XXXIII, 45, 7. al. Quid proprie significet vox *situs*, hic ad animum ex inertia torpentem translata, vidimus ad VI, 462. — *veri effeta* (quod hinc sumpsit Ambros. Epist. I, 18, 2. a Peerlk. laud.) paulo audacius dictum pro: quae senectutis vitio vim veri videndi amisit (ideoque proclivior est ad amplectendos rumores falsos, quam ad vera exploranda), ut *ager effetus*, qui longo usu parum idoneus est factus ad fruges amplius ferendas, *mulier effeta*, quae pariendo vires amisit neque parit amplius etc. Sic X, 630. *veri vana*. Conington comparat Pers. V, 75. *sterilis veri*. Cf. adnott. ad V, 396. Ruddim. II. p. 71 sqq. Zumpt. §. 437. Not. 1. Ramsh. §. 108, 4. Not. etc. Haud dubie hunc locum ante oculos habuit Ovid. Met. VI, 37. Ceterum quod attinet ad hanc sententiam, senectutem homines facere anxios nimiumque de rebus futuris sollicitos, cf v. c. Cic. ad Div. II, 16. Claud. B. Gild. 53. *Fide Deis humilemque metum depone senectae* etc. — **441**. *mater* cum irrisione aliqua, ut nos *Mütterchen, gute Alte*. — *curis nequiquam exercet*, vanis curis vexat, angit. Cf. V, 779. *exercita curis*. — *inter arma Regum*, ergo in rebus, quae regibus curandae sunt, non tibi. Cf. v. 444. Conington hanc meam interpretationem reprehendens ipse explicat: *„among visions of warring kings."* De Praepos. postposita vid. adnott. ad Ecl. IX, 40. Geo. I, 161. Aen. I, 32. etc. — **442**. Heyn. *vatem* interpretatur aedituam, *νεωκόρον*; rectius Wagn. illam proprio, sed cum irrisione, *vatem*, *κακόμαντιν*, vocari censet. — **443**. „Forma increpandi Homero iam frequentata est Iliad. V, 428 sqq. VI, 490 sqq. XX, 137." *Heyn.* — *divom effigies*, ut III 148. — **444**. Cf. Hom. Il. VI, 492. XX, 137. et Od. XXI, 352. De duplici lectione *gerant* et *gerent* difficile est iudicium. Wagn., quem secutus sum, restituit Med. aliorumque Codd. (quibus adde Schol. Ver. p. 81. 11. K.) lectionem *gerant*, quo Coniunctivo securitas Turni, tamquam minimo de rebus a sacerdote nuntiatis solliciti, melius et nervosius exprimeretur, quam vulg. *gerent*, simulque altera pars versus, quae Heumanno, Burm., Brunckio, Heynio (quibuscum etiam faciunt Peerlk., Bryce et Ribbeck. Proleg. p. 82.) tamquam aliena et languida temere rescindenda videbatur (vid. Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 76.), satis comprobaretur. Accedit, quod verbis sic sibi oppositis: Tibi (sit) cura templi, (sed) bella pacemque gerant (permittas, quaeso) viri, (quippe) quibus (neque vero feminis) bella gerenda (sunt), multo gravior inest vatis irrisio, quam si dicitur: Tibi cura (est) etc., bella gerent viri etc. Sic etiam Ovid. Her. XIII, 84. *Bella gerant alii; Protesilaus amet.* Met. XII, 476. *colum I cape cum calathis; bella relinque viris.* Claud. in Eutrop. I, 273 sqq. *Tu potes alterius studiis haerere Minervae, Tu telas, non tela, pati - - - Arma relinque viris* etc. Iahn., Haupt., Bryce, Ribbeck. (qui etiam cf. in Proleg. p. 198.), Ladew., Conington et Benoist. praeferunt vulg. *gerent*, a plurimis sane Codd. (fragm. Vat., Rom., Gud., Bern. II. III., aliis) exhibitum, quod gravius sit et Turnum inducat confidenter affirmantem, haec viris curae fore. Wagn. tamen (qui etiam cf. in Phil. Suppl. I. p. 348 sq., ubi addit: „si quis [ut fecit Ribbeck.] propter Homericum illud Il. VI, 492. *πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει gerent* probabit, is velim reputet diversam condicionem Allectus et Andromachae, Hectoris et Turni") illud ortum censet e sono vicini voc. *gerenda*, ut supra v. 412. *magnum manet* pro *magnum tenet*, VI, 807. *virtutem extendere vires* pro *virt. ext. factis* cett. Cf.

Talibus Allecto dictis exarsit in iras.
At iuveni oranti subitus tremor occupat artus,
Deriguere oculi: tot Erinys sibilat hydris
Tantaque se facies aperit; tum flammea torquens
Lumina cunctantem et quaerentem dicere plura
Reppulit et geminos erexit crinibus anguis
Verberaque insonuit rabidoque haec addidit ore:

---

adnott. ad I, 104. Praeter editores supra non nominatos etiam Hoffmann. in *Zeitschr. f. d. Oest. G.* 1853. p. 880. cum Wagn. consentit. Cum zeugmate autem *bella pacemque gerant* cf. Sall. Iug. 46. *pacem an bellum gerens,* id. Fragm. hist. inc. 160. *ut res magis quam verba gererentur* et similia, omnino autem adnott. ad Geo. I, 93. Aen. I, 100. 132. 426. V, 508. VII, 188. etc. — **445** sqq. „Exuit iam Erinys anum, ut solent interdum dii, et vera forma adstat.“ *Heyn.* — *exarsit in iras.* Cf. Ovid. Met. V, 41. *ardescit vulgus in iras* (ubi vid Bach.). Lucan. III, 134. *in iram accensus* (ubi vid. Cort.). Hegesipp. III, 9. *irruptiones, quas in iram accendebat pudor* et similia Vid. Haud. Turs. III. p. 322. et C. F. Hermanni Vindiciae Latinitatis Epist. Cic. ad Brutum. (Gotting. 1844. 4.) p. 27. Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 178, 354. Plur. *iras* in Sing. *iram* mutato; sed ibid. v. 284. legimus *Dictis exarsit in iras.* — **446**. *oranti*, loquenti. Vid. infra X, 96. Plaut. Most. III, 1, 152. al. et cf. Varr L. L. VI, 76. p. 103. M. — *tremor occupat artus* legitur etiam infra XI, 424. et ap. Ovid. Met. III, 40. Verba *subitus tremor occupat artus* repetuntur in Anth. Lat. III, 81, 18. (Heins. ex uno Ment. I. a m. sec. male recepit *subitos;* ante eum vulgo legebatur *subito.*) — **447**. *Deriguere oculi.* Vid. ad III, 260. — „*tot Erinys sibilat hydris:* nam horrendi angues ex capite sibilant et dira deae facies vera apparet.“ *Heyn.* Sic Tibull. I, 3, 71. (ubi vid. Dissen.) *serpentum Cerberus ore Stridet.* Vid. etiam Prop. III, 5, (IV, 4,) 40. *Tisiphones - - furit angue caput* et similes locos. Ceterum cf. adnott. ad Aen. V, 277., de omissa autem Part. causali adnott. ad Ecl. I, 12. Aen. V, 404. et supra v. 328. et de orthographia voc. *Erinys,* quae redit infra v. 570., adnott. ad Aen. II, 337. — **448**. *tanta se facies aperit.* „Intellige faciem in maius auctam, quae anui assimilata, ut consentaneum est, parva modo fuerat.“ *Wagn.* Cf. adnott. ad II, 773. et Voss. ad Geo. III, 551. p. 671. Peerlk. temere coni. *Tantaque se rabies aperit.* — Cum v. **449**. cf. IV, 390. — **450**. *Reppulit.* Vid. ad Aen. IV, 214. — *geminos anguis.* Cf. II, 203. VIII, 289. 697. et adnott. ad I, 162. Burm. temere coni. *gelidos;* quem iam Boetticher. refutavit *von der Furienmaske* p. 87. et in *kl. Schr.* I. p. 242. Heyn. conferri iubet Ovid. Met. IV, 494., qui Maronem imitatus scripserit *Inde duos mediis abrumpit crinibus angues,* et Stat. Theb. XI, 65., ubi unus modo anguis exsurgat. Nihilominus etiam Peerlk. in voce *geminos* haesit et satis audacter coni. *nigros,* Gentius autem p. 40. *atque omnes.* — *erexit crinibus,* in fronte, ut ap. Lucan. IX, 634. *Surgunt adversa subrectae fronte colubrae.* De hoc Ablativo loci vid. supra adnott. ad v. 140. et 226. Furiae autem habent in fronte pro vitta angues in nodum collectos, ex quo nodo ut taeniae (cf. supra v. 352.) dependent duo vel plures angues, talesque sunt, quos hic erigit Allecto. Sic etiam Claud. in Ruf. I, 66. de Allecto: *et tortos serpentum erexit hiatus.* Val. Fl. VIII, 20. *torto Furiarum erecta flagello.* Stat. Theb. VIII, 764. *rectique ante ora cerastae Velavere deam* cett. — **451**. „*verbera insonuit,* concussit, flagello increpuit. [Cf. V, 579. *insonuitque flagello.*] Proprium hoc Furiis, ut expositum supra ad v. 366. et VI, 557.“ *Heyn.* Cf. Boetticher. l. l. p. 56. et 85 sqq. Sic etiam Val. Fl. IV, 412. *faces, verbera et abruptis excussos crinibus hydros Tisiphones* coniungit. Utebantur autem Furiae flagello anguibus contexto, quod Nonnus X, 38. *ἐχιδνήεσσαν ἱμάσθλην* et Val. Fl. VIII, 20. *tortum flagellum* appellat. *Insonuit* pro fecit insonare positum. Cf. adnott. ad VII, 12. Verba ultima huius ver-

„En ego victa situ, quam veri effeta senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit!
Respice ad haec: adsum dirarum ab sede sororum,
Bella manu letumque gero.“
Sic effata facem iuveni coniecit et atro
Lumine fumantis fixit sub pectore taedas.
Olli somnum ingens rumpit pavor ossaque et artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Arma amens fremit, arma toro tectisque requirit;

---

sus repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 355. *rabidoque* in *paridoque* corrupto. — **452.** Cf. similis Claudiani locus in Rufin. I, 357. — **454.** *Respice ad haec*, ad haec insignia, quae propria sunt Furiarum, ut cognoscas, quae sim. Ceterum vid. ad III, 593. et VI, 548. Servius etiam commemorat perversam loci distinctionem *Respice: ad haec adsum* etc. Sic in Claud. loco modo laud. *Huc lumina flecte.* — *adsum.* Peerlk. comparat verba antiqui poëtae apud Cic. Tusc. I, 16. *Adsum atque advenio Acheronte.* — *dirarum sororum.* Vid. supra v. 324. Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 178, 347. et ibid. v. 390. sic mutatus redit *Adspice nos, adsum* etc. — Cum v. **456** sqq. cf. similis locus Ovid. Met. IV, 508 sq. — *facem.* Vid. VI, 607. Altera igitur manu flagellum, altera facem tenet. Cf. Val. Fl. ad v. 451. laud. Aliter Ladew., qui observat, poëtam narrare somnium, in quo phantasia, quae dicitur, imagines celeriter mutatas nobis repraesentare soleat; quod mihi paulo altius quaesitum videtur. — *iuveni coniecit* pro: in iuvenem iniecit. Vid. supra ad v. 346. — *atro lumine*, propter fumum taedae. Sic etiam *atri ignes* taedae vel rogi supra IV, 384. et infra VIII, 198. IX, 186. Hor. Epod. V, 82. Ovid. Fast. II, 560. Val. Fl. II, 196. Lucan. II, 297. 301. alibi. Eodem sensu IX. 75. *piceum lumen.* Cf etiam Aen. VI, 593. *fumea taedis lumina* (ibique adnott.), IX, 522. *fumiferi ignes* et Geo. II, 309. *picea caligo.* — *fixit sub pectore*, in pectus infixit. — **458.** *Olli.* Vid. ad I, 254. et al. et cf. Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 349. — *somnum rumpit pavor*, interrumpit, turbat, et ita etiam somnium (cf. v. 417.) fugat. Cf. autem infra VIII, 110. *sacra*, Hor. Od. III, 27, 5. *iter inceptum*, Tib. II, 3, 19. *carmina*, Sen Troad. 785. *fletus rumpere* cett. — *ossaque et artus.* Peerlk. cum Heynio censet, rationem postulare *ora et artus.* Sed vid. adnott. ad Geo. III, 272. et Aen. II, 120. — **459.** *Perfudit* Wagn. ex Med. et tribus Pariss. recepit pro vulg. *Perfundit* (quod a fragm. Vat., Rom., Rottend. I., aliis exhibitum retinuerunt Bryce, Ribbeck. et Benoist.); cum, qui tali somno excitetur, is non tum demum incipiat sudare, sed soleat sudore iam perfusus esse, quare etiam *proruptus*, non *prorumpens sudor* scriptum sit, Praesens autem antecedenti *rumpit* accommodatum videatur. Nos, quamquam vulgaris lectio per se non absona censenda est, cum sudor, qui iam proruperat sub finem somnii, nunc excitati, recte dicatur artus *perfundere*, per membra defluere, atque etiam in Anth. Lat. I, 178, 314, ubi hic versus cum altero prioris hemistichio iteratur, *Perfundit* legitur, tamen ob Cod. Med. auctoritatem cum Peerlk., Süpfl., Gossr., Ladew. et Coningt. Wagnerum secuti sumus. — *proruptus.* Vid. ad I, 246. Ceterum de hoc corporis statu post grave somnium cf. Aen. III, 175 et Silius VIII, 187. — **460.** *Arma fremit*, cum furore quodam deposcit, clamat. Vid. ad V, 555. et XI, 453. Hinc in Argum. huius libri, quae leguntur in Anth. Lat. II, 190. et 194., sumpta verba *fremit arma iuventus* (v. 70. et 42.). Coningtou comparat Ennii Ann. VI. fr. 10. [p. 31. Vahl.] *omnes arma requirunt.* — *amens.* Vid. II, 314. — *arma requirit.* De hac iterata rei desideratae, et armorum quidem, commemoratione cf. infra XI, 453. (ubi etiam redit *fremere arma*) Hor. Od. I, 35, 15. Ovid. Met. XI, 377. XII, 241. — *toro;* nam ensem certe veteres heroes etiam dormituri secum in lecto videntur posuisse. Cf. VI, 524. *fidum capiti* (dormientis) *subduxerat ensem.* Sic

Saevit amor ferri et scelerata insania belli,
Ira super: magno veluti cum flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aëni
Exsultantque aestu latices, furit intus aquai
Fumidus atque alte spumis exuberat amnis,

---

etiam hastas milites somnnm capturi prope se terrae infigebant. Cf. Drak. ad Silium VII, 294. Peerlk., arma in lecto neminem *requirere* posse ratus, nisi somniantem (qnemadmodum apud Silium in loco hinc expresso VII, 325. *in somno - - Arma toro et notum quaerebat fervidus ensem*), loco mutata distinctione succurrendum censnit: *Arma amens fremit arma toro, tectisque requirit*, ut seusus sit: in lecto iacens fremit: arma! arma! et statim, toro relicto, arma in tectis reqnirit; quod nemo facile probabit et diserte improbavit Hoffmann. in *Zeitschr. f. d. Oestr. G.* 1853. p. 881. Neque absonum est, ut cnm Ladew. sumamus, Turnum modo expergefactum somnum nondum prorsus excnssisse („*noch im halben Traume handle*“). — **461.** „*scelerata insania* [i. c. iusanum studinm] *belli*, quoniam ad caedes, rapinas et scelera rapit, quae proprie de bello dicnntur.“ *Heyn.* Cf. infra v. 550. *Mars insanus* et Ecl. X, 44. *insanus amor Martis.* — **462.** *Ira super*, i. e. insnper. Recte enim *Wagn.*: „Ad iusanum belli amorem, a Furia Turno iniectum, accedebat ctiam maius animi irritamentum, summa ira, ex amissione sperati coniugii nata.“ Cf. adnott. ad Aen. II, 71. et vide infra XI, 226. Cognatus est usus ille Praepositionis *super*, quo idem fere, quod *praeter*, i. e. accessionem aliquam significat (ut infra v. 803. VIII, 303. IX, 283. 803. al.). Vid. ad Geo. II, 373. Aliter tamen hunc locum explicant Heyn. et Thiel., quibus *super* est i. q. super omnia (*πέρι* pro *περίεστι*), ut sensus sit: amor quidem ferri saevit, ira vero saevit super i. e. multo vehementius; quod minus probabile videtur. Peerlk., cui neutra harum explicationum satisfacit, cum *ira super* nihil aliud significaro possit, quam ira superest, remanct, coni. *Ira subest*, coll. Acn. II, 575. Stat. Theb. III, 385. et IX, 861. — **462** sq. Ante oculos fuit poëtae in hac comparatione Hom. Il. XXI, 362 sqq. Cf. Macrob. Sat. V, 11, 23. (p. 97. Bip. s. p. 421. Ian.) — *Sonor* ap. Verg. ctiam Geo. III, 199. et Aen. IX, 651. legitur, VI, 557. vero, ubi Pierii aliquot Codd. *saeva sonore Verbera* exhibent, vera lectio est *saeva sonare verbera.* — **463.** Irae furor comparatur cum aqua in olla aestnante et ebulliente. Videntur hunc locum respexisse Val. Fl. IV, 686. ct Silius V, 605. — „*Flammam virgeam* pro virgis, et costas *ollae* (sed gravius uominavit *ahenum*) dixit, ut *γάστρην τρίποδος* Hom. Od. VIII, 437. et ex utroque loco Quiutus Cal. V, 381 sqq. de Aiacis ira.“ *Heyn. Virgea flamma* pro: *flammantes virgae*, eadem ratione dictum est, qna VIII, 694. *stuppea flamma* et similia. Vid. adnott. ad Geo. III, 145. — *costis aëni undantis.* Cf. Geo. I, 296. et Heins. ad Ovid. Met. XII, 279. — **464.** *exsultare, ἀναβλύειν*, verbum proprinm do aqua coquendo effusa et redundante. Cf. Ovid. Met. VII, 262 sq. *validum posito medicamen aëno Fervet et exsultat*, et Seren. Sammon. v. 453. *Igne lapis candens datur exsultantibus undis.* (Conington conferri iubet Aen. III, 557. *Exsultant vada.*) — *aquai Fumidus - - amnis*, eadem ratione dictum, qua Ecl. VIII, 87. *aquae rivus*, ubi vid. adnott. Ceterum animadverte usum voc. *amnis* de aqua in lebote bulliente et cf. XII, 417. *fusum labris amnem*; quod autem attinet ad epitheton (*fumidus*) a Substantivo suo Copnla divulsum, Wagn. apte comparat II, 552. *dextraque coruscam Extulit ac lateri capulo tenus abdidit ensem* (cui loco adde II, 419 et XI, 626.). De archaismo *aquai* satis hic mnnito optimi Cod. Med. (cum quo conspirant Mentel. II. aliique) et Probi Gramm. p. 1438. P. s. 99. L. auctoritate, cf. adnott. ad III, 354. (Incerti auctoris artium gramm. fragm. in Annal. Vindob. p. 84. verba *intus aquai* falso Ennio adscribit. Cf. Becker. in Philol. II. p. 55. et Vahlen. ad Ennium p. 71.) Tres autem fnerunt antiquae lectiones, *aquai*, *aquae vis* (in fragm. Vat., Rom., Gud. a m. sec., aliis) et *aquae amnis* (vid. infra), quarum tamen prima verissima,

Nec iam se capit unda; volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem polluta pace Latinum
Indicit primis iuvenum et iubet arma parari,
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem;
Se satis ambobus Teucrisque venire Latinisque.
   Haec ubi dicta dedit divosque in vota vocavit,
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formae movet atque iuventae,
Hunc atavi reges, hunc claris dextera factis.
   Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet,

---

reliquae autem archaismi removendi causa substitutae videntur. Vix enim credas Servio, hanc diaeresin demum a Tucca et Vario esse factam, Vergilium autem reliquisse *furit intus aquae amnis* (ex alia lectione certe *aquae vis*, quod etiam Macrobii Codd. Sat. V, 11. p. 421. Ian. praebent), quocum ex parte consentit glossator Moretani I.: „*Aquae vis* apposuit Tucca, quia nimis aspero sonuit *aquae amnis*, quod Vergilius prius ibi posuit," ergo et ipse Maronem suspectum habens de vitiosa iambici vocabuli elisione. Cf. etiam Lachm. ad Lucr. III, 954. p. 196. et Ribbeck. in Proleg. p. 94. Ceterum hunc locum ante oculos habuerunt Val. Fl. IV, 686. et Silius V, 605. — **466.** *Nec iam se capit unda*, se continet in aëno, sed excedit eius marginem. Cf. Sen. Agam. 487. *non capit sese mare*. Ovid. Met. VI, 466. *nec capiunt inclusas pectora flammas*, ibid. XI, 118. *Vix spes ipse suas animo capit*, et ad utrumque locum Bach., qui laudat Ramsh. Synon. I. p. 187. — *volat vapor ater ad auras*. Vid. Geo. II, 217. *fumi volucres*. Repetuntur haec verba in Anth. Lat. I, 171, 8. — **467.** „*polluta pace*, violata iam, scil. consilio, conatu et voluntate Turni. Videtur hoc verius esse, quam alterum: ut a Latino pax sublata sit, erepta Turno coniuge." *Heyn*. Vid. adnott. ad III, 61. et V, 6. — **468.** *primis iuvenum*. Cf. VIII, 105. IX, 785. — *parari - - tutari - - detrudere*. Vid. adnott. ad III, 61. — **470.** *Se satis venire ambobus*, se parem venire ambobus, se sufficere ad certamen cum utroque hoste ineundum. Cf. adnott. ad Geo. I, 106. Wagn. confert Sil. VII. 63. *Quod* (i. e. quantum) *tibi sit Libyaeque satis, certaverit unus*, et Ladew. Liv. XXI, 17. *si ad arcendum Italia Poenum consul alter satis esset*, Conington autem Lucil. I. fr. 10. Gerl. *Cui, si coniuret populus, vix totu' satis erit* et Soph. Aj. 1123. *κἂν ψιλὸς ἀρκέσαιμι σοί γ' ὡπλισμένῳ*. *Venire* autem hostilem animum indicare, docet Burm. coll. adnot. sua ad Phaedr. I, 21. et Aen. I, 22. (non 26.) Ceterum Copulam *que* in fine versus agnoscunt meliores Codd. et Nonius p. 419, 32. Cf. adnott. ad Geo. I, 295. — **471.** *divos in vota vocavit*. Vid. ad V, 234. — **472** sqq. „Rutuli se acuunt ad bellum, alii pulchritudine, alii nobilitate Turni, alii virtutis fama erecti." *Heyn*. Idem miratur, cum Graeci scribant *Ῥουτοῦλοι*, Latinos utramque syllabam corripuisse; Peerlk. autem putat, poëtas Romanos pronuntiasse *Rūtli* (*Routli*), ideoque etiam Vergilium, qui hoc nomine in versibus LXV utatur, id nusquam in quinta sede, ubi dactylus requiratur, admisisse. — *sese exhortantur in arma*. Cf. XI, 520. *Messapum - - in proelia hortatur*. — **473.** *Hunc — hunc — hunc*. Vid. ad Ecl. IV, 56. (ubi addo Aen. I, 106.) — *formam atque iuventam* (de qua vid. ad V, 398.) s. *aetatem* haud raro sic coniungi, notum est. Vid. Aen. V, 295. Ovid. Met. III, 455. X, 614. Stat. Silv. II, 1, 139. Senec. Troad. 1142. Ter. Andr. I, 5, 51. Liv. XXXI, 18. Tac. Germ. 19. etc. — **474.** *atavi reges*. Cf. notissimus locus Hor. Od. I, 1, 1. *Maecenas atavis edite regibus*. — *claris dextera factis* per transpositionem pro *clara factis dextera*. Vid. infra ad v. 483. — **475** sqq. „Principium belli inter Latinos et Troianos cervus venatione interemptus. Reprehensum hoc iam apud Macrob. V, 17. [in.] et hinc a multis tamquam tenue et vi epica destitutum. Enimvero haudquaquam cerva belli est causa; sed occasio tantum et initium. Haec ipsa caedes cervae et con-

Allecto in Teucros Stygiis se concitat alis.
Arte nova speculata locum, quo litore pulcher
Insidiis cursuque feras agitabat Iulus,
Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Obicit et noto naris contingit odore,
Ut cervum ardentes agerent; quae prima laborum
Causa fuit belloque animos accendit agrestis.
Cervus erat forma praestanti et cornibus ingens,

---

cursus propter eam factus pro illis temporibus narrationem hanc facit probabilem, cum semel non consilio, sed animorum impetu committendi essent Latini cum Troianis et res ad manus deducenda. Tum poëta aemulatus putatur belli Iliaci initia et retentae in Aulide classis Achivorum causas, interempta ab Agamemnone cerva Dianae sacra." Haec *Heyn.*, qui addit h. l. imitatos esse Statium Theb. VII, 564 sqq. et Val. Flaccum III, 15 sqq. — *animis audacibus inplet*, Homericum (Il. XVII, 573.) *θάρσους πλῆσεν φρένας*. „Facit nunc Alecto, quod Eris Homerica Il. IV, 444. *νεῖκος ὁμοίιον ἔμβαλε* etc. — **477.** *arte nova*, alia fraude, novo dolo. Vid. supra I, 657." *Heyn.* Post haec verba Heyn. Semicolo distinxit, Wagn. Commate. Ego cum Rubk. et Iahnio, qui verissime docet, vv. *arte nova* ad totam sententiam *speculata est locum et rabiem obiicit* pertinere (ut sensus sit: Nova fraude speculata locum, ubi fraudem manifestavit rabie canibus iniecta), omnem distinctionem sustuli, eademque de causa post *Iulus* non Punctum posui, quod apud Ruhk. et Iahn. apparet, neque Semicolon, quod Heyn. adpinxit, sed cum Wagn. Commate interpunxi, qui docet, hunc esse sensum: Utitur illa alia fraude, speculatur enim locum et canibus rabiem obiicit. Nos secuti sunt ceteri recentiores editores praeter Coningtonem, qui post *alis* Comma, post *Iulus* vero Punctum posuit. Peerlk. vero parum probabiliter hanc suadet distinctionem: *se concitat alis Arte nova. Speculata* etc. Recte potius etiam auctor Medeae ex verbis Verg. compositae in Anth. Lat. I, 178, 431. coniungit verba *Arte nova speculata locum.* — *locum, quo litore*, ut supra v. 409. *ad muros, quam urbem.* — **478.** *Insidiis*, retibus, formidine etc. Cf. Geo. III, 371 sq. — *feras agitabat.* Cf. XI, 686. — **479.** *Hic* Adverbium loci esse, quod eum locum, ubi nunc Allecto turbas machinetur, opponat illi, quem modo reliquerit, Ardeae, Wagn. observavit. — *rabies* (hic quidem venandi furiosa cupido) verbum proprium est de canibus. Cf. infra v. 493. *rabidae canes*, Drak. ad Silium X, 127. et Interpp. ad Hor. Ep. II, 2, 75. — *Cocytia virgo*, quae alias *Stygia*, quod ad Cocytum Orci sedem habet. Cf. infra v. 562. Adiect. *Cocytius* legitur etiam apud Claud. in Rufin. II, 471. (*Cocytia aequora*). — **480** Obiicit naribus notum cervi odorem. *Nares contingit*, perfundit, implet, *odore noto.* Vid. Geo. III, 251. et cf. Schmid. et Obbar. ad Hor. Ep. I, 2, 65 sqq. atque Orell. ad Hor. Sat. II, 5, 83. Turpiter abusus est his verbis Auson. in cent. nupt. 114. — **481.** *prima laborum*, malorum, aerumnarum (cf. II, 11. 284. IV, 78. XI, 416. etc.), quae secutae sunt, *causa fuit.* Aliquot Codd. (inter quos Med. a m. sec.) et antiquae editt. ante Heinsium *malorum*, quod interpretamentum videtur ex IV, 169. repetitum, ideoque etiam a Ladew., qui prius receperat (propterea vituperatus a Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 349. et Hoffmanno l. l. p. 881.), in recent. edit., ut a ceteris recentioribus editoribus omnibus, reiectum. Cf. etiam XI, 361. Comparant Hom. Il, V, 63. et XXII, 116. — **482.** *bello* (ad bellum) Dativus est, non Ablat., ut etiam infra v. 642. — *animos accendit.* Cf. infra v. 550. *Accendam animos.* — *agrestis.* Vid. infra v. 504. — **483** sqq. „Molles et bucolicis propiores versus sunt, qui sequuntur. Similes deliciae Cyparissi cervus ap. Ovid. Met. X, 109 sqq. occurrunt. Cf. etiam Calpurnii imitatio Ecl. VI, 33 sqq. et Statii locus de tigribus Bacchi mansuefactis Theb. VII, 564 sqq. De id genus animantibus cf. Intpp. ad Lucian. pro merc. cond. c. 1." Haec fere

Tyrrhidae pueri quem matris ab ubere raptum
Nutribant Tyrrhusque pater, cui regia parent
Armenta et late custodia credita campi.
Adsuetum imperiis soror omni Silvia cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis
Pectebatque ferum puroque in fonte lavabat.
Ille manum patiens mensaeque adsuetus herili
Errabat silvis rursusque ad limina nota
Ipse domum sera quamvis se nocte ferebat.

Heyn. Wagn. praeterea conferri iubet Wernsdorf. ad Poët. Lat. Min. Tom. I. p. 348. — *cornibus ingens* pro pedestri *ingentibus cornibus* recte dici poterat, cum cornua sint causa, cur ingens dici possit cervus. Cf. similes locos I, 86. IX, 163. X, 722. etc. — **484.** *Tyrrhidae pueri, Tyrrhi* filii, qui pastor fuit regii armenti in agro Laurentino, apud quem Lavinia Silvium enixa est. Cf. Aur. Victor. de O. G. R. c. 16. et Dionys. Hal. I, 70. De productione *Tyrrhīdae* vid. ad II, 82. — **485.** Pro vulg. *Tyrrheus* Med., Bern. II. III. alii hic et v. 508. *Tyrrus*, fragm. Vat., Rom., Gud., aliique Codd. Diomed. p. 342. P., Asper in Schol. Ver. p. 98, 11. K. et Servius *Tyrrhus*, quod Peerlk. praestare censet, coll. Aur. Vict., l. l. ubi pastor ille *Tyrrhus* vocatur (ut etiam ap. Dion. l. l. Sylb. Θυῤῥῷ edidit); quodque propterea nunc cum Hauptio, Ribbeckio, Ladew., Wagn. (in recent. edit.) et Benoisto recepimus. Bryce et Coningtou retinuere formam *Tyrrheus*. — *ab ubere raptum*. Vid. VI, 428. — *cui regia parent Armenta*, pastori armentorum regiorum. De usu Praesentis in eiusmodi locis vid. ad II, 275. 482. et IV, 228. — **486.** *late* (*weithin*). Sic plurimi Codd. interque eos Med. a m. sec., Gud. a m. pr., Bern. II. III., Menag. I., item Servius; Med. tamen a m. pr., Gud. a m. sec., fragm. Vat. et Ver., Rom. duoque Pariss. *lati*, quod Iahn. cum Heinsio recepit, ceteri vero recentiores iure repudiarunt. Nam aptior est altera lectio, cuius hunc sensum esse docet *Wagn.*: „quocumque et quam late patebat campus, custodia eius illi credita est;“ comparans etiam infra v. 737. (Vid. etiam Hoffmann. l. l.) Alia ratio est loci VIII, 8., ubi vid. adnott. — *credita*. Verbum substantivum, quod hic desideramus (cf. supra adnott. ad v. 51.), soni causa omissum videtur, cum auribus non admodum gratum esset: *late est custodia*. Cf. Wagn. Qu. Verg. XV, 4. et 10. — **487** *adsuetum imperiis*. Cf. Plin. VIII, 1, 1. *Elephanti inest imperiorum obedientia* et supra ad v. 240. adnott. — *soror*, scil. puerorum, Tyrrhi filia. — *Silvia*. Servius adnotat: „bonum puellae rusticae nomen formavit;“ sed Conington, comparans Ream Silviam et Silvium Aeneam, nomen omnino cum antiqua Italiae historia coniunctum fuisse recte memorat. — **488.** *intexens cornua sertis*. Vid. ad Ecl. II, 49. Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 14, 18. — **489.** *Pectebatque* etc. Sic ap. Silium XIII, 122. hunc locum imitatum legimus *Aurato matres assuetae pectine mitem* (cervam) *Comere et humenti fluvio revocare colorem*. — *ferum*. Vid. ad II, 51. — **490.** *manûm* i. e. *manuum*, ut VI, 653. *currûm* pro *curruum*. Sic nunc Servium et fragm. Bob. de nom. et pron. 39. p. 137. secutus cum Thielio, Ladew. et Wagnero statuo. Prius, coll. Lactant. Argum. Met. Ovid. VII, 13. *volucres indomitas ac leonem manum pati coëgit* (ubi vid. Burm.), Lucan. IV, 239. (ferae mansuetae) *hominem didicere pati* (ubi vid. Oudend.), et Oros. V, 18. *Animalia, quae manus hominum blande perpeti solita erant*, *manum* etiam pro Accus. et *patiens* pro Participio haberi posse censui, quod etiamnum Neue *Formenl.* I. p. 371. indicat. In Anth. Lat. I, 14, 31. I, 171, 1. et I, 178, 235. legitur *manu patiens*. — *mensae adsuetus herili*. Respexerunt hunc locum Val. Fl. VII, 124. *Sic assueta toris et mensae dulcis herili Canis*, et Ambros. Hexaem. V, 14. *Aliae aves ad manum se subiiciunt et mensae herili assescunt tactuque mollescunt*, ut sequentium versuum fortasse memor fuit Calpurn. Ecl. IX, 65. scribens *scit rursus remeare domum*. — **492.** *ipse*, sua sponte, ut apud Graecos

Hunc procul errantem rabidae venantis Iuli
Commovere canes, fluvio cum forte secundo
Deflueret ripaque aestus viridante levaret.
Ipse etiam eximiae laudis succensus amore
Ascanius curvo direxit spicula cornu,
Nec dextrae erranti deus afuit actaque multo

αὐτός pro *αὐτομάτως*. Vid. ad Ecl. IV, 21. — ***sera se nocte ferebat.*** Cf. Geo. IV, 180. *multa referunt se nocte.* — **493.** ***rabidae canes.*** Si de canibus venaticis sermo est, Romani voc. *canis* fere semper femin. genere utuntur. Vid. Lucr. I, 400. Hor. Epod. II, 31. etc. et cf. adnott. ad Geo. I, 470. (ubi addo Cort. ad Lucan. VII, 928.). Ceterum vide supra ad v. 479. — **494.** *Commovere*, excitavere et persecutae sunt. (Sed vide infra.) — ***fluvio secundo.*** Vid. ad Geo. III, 447. — **495.** ***Deflueret***, natans deferretur. Cf. Geo. III, 447. *aries - - secundo defluit amni.* Minus recte autem Heyn. *deflueret* pro *defluxisset* positum censet; immo canes iam eo tempore cervum persequebantur, quo ille defluebat. Negari tamen nequit, aliquam difficultatem loco inesse. Nam si canes cervum iam natantem in flumine persequebantur, isque hoc sentiebat (*commovere*), non poterat postea otiosus in ripa decumbere; quominus autem hysteron proteron statuentes sumamus, eum prius in ripa decubuisse et, cum se petitum sentiret, in fluvium confugisse, hoc totius loci connexus imprimisque verbum *forte* impediunt. Quare nihil superest, nisi ut *commovere* paulo latiore sensu dictum et cervum, cuius summam securitatem poëta significet, non statim sensisse impetum statuamus, neque pe cervo in ripa decumbente cogitemus, sed cum Wagn. explicemus: „Cervus dum defluit, aestum levabat ut ipsius aquae frigore, ita umbra, qua ripa viridans fluvium obumbrabat.“ — ***aestus levare*** legitur etiam ap. Stat. Silv. III, 1, 63., neque aliter Ovidius intelligendus Am. I, 5, 2. Hoffmann. l. l. p. 516. pro *aestus* coniicit *artus*, quod a Vergilio scriptum fuisse concludit ex varia [Cod. Rom., fortasse etiam fragm. Ver.] lectione *lavaret* (quae tamen facile oriri poterat ex v. 489.) et satis artificiosa ratione studet defendere. — **496.** ***Ipse etiam*** etc. Non solum canes cervum excitarunt, sed ipse etiam Ascanius sagitta petiit. — ***laudis amore*** (ut V, 394. et Geo. III, 112.), i. e. desiderio. Vid. ad Ecl. IX, 56. Aen. I, 171. VI, 314. al. Verba *Ipse etiam eximiae laudis* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 149. — **497.** ***direxit.*** Vid. ad X, 140. Ribbeck. ex fragm. Vat. a m. pr., Rom. et Gud. a m. pr. recepit *derexit.* Vid. etiam infra v. 523. Sed recte adversatur Conington. De Part. *dis* et *de* in Codd. saepissime confusis vid. adnott. ad Geo. II, 8. — ***cornu.*** Vid. ad Ecl. X, 59., — **498.** „***dextrae deus adesse*** dicitur ad eam regendam. Nunc negatio additur: ***Nec abfuit deus***, h. e. adfuit fortuna, ***dextrae***, quo minus ea aberraret; mutatum hoc in epitheton, ***dextrae erranti.***“ *Heyn.*, cui adsentitur Conington. Sic huius loci ratio eadem esset, quae Geo. II, 56. *urunt ferentem*, i. e. urunt, ut fructus ferre non possit, et similium locorum (vid. ad I, 659. IV, 22. al.); quamquam nihil videtur impedire, quominus hic Participio Praes. proprie intellecto interpretemur: dextra Ascanii minus exercitati errasset (iam in eo erat ut erraret), nisi dei auxilium advenisset; deus iam aberrantem sagittam aliter direxit, ut scopum tamen attingeret. Ladew. Part. Praes. de conatu intelligendum censet, coll. IX, 286. et 525. Non opus est igitur audaci Peerlkampii coniectura *Nec dextrae* ***Fors an*** *deus afuit.* Paulo subtilior etiam, quam Wagn. adiungit, explicatio: „aut accipiemus *errantem dextram* de Ascanio fugientem et huc illuc erratico cursu se ferentem cervum oculis et arcu, sive *dextra*, sequente.“ Per ***deum*** autem Süpflius (coll. II, 632., ubi etiam Venus *deus* appelletur) et Benoist. minus probabiliter intelligunt deam Allecto. Immo, si de certo aliquo deo cogitandum esset, potius Apollo intelligendus videretur, sine cuius numine scopum tangi non potuisse, patet ex Aen. IX, 654 sq. (Vid. etiam Dietsch. Theol. Verg. p. 2.) Sed praestat per *deum* omnino vim quandam divinam s. divinum auxilium

Perque uterum sonitu perque ilia venit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit
Successitque gemens stabulis questuque cruentus
Atque imploranti similis tectum omne replebat.
Silvia prima soror palmis percussa lacertos
Auxilium vocat et duros conclamat agrestis.
Olli — pestis enim tacitis latet aspera silvis —
Inprovisi adsunt, hic torre armatus obusto,
Stipitis hic gravidi nodis; quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit. Vocat agmina Tyrrhus,

---

intelligere, in quo mecum consentiunt Wagn., Ladew. et Conington. — *afuit* antiquissimorum Codd. scriptura est, ut infra VIII, 147. *afore*. Omnino Romani vitabant concursum literarum *abf.*, quare etiam pro *abfero* et *abfugio* dicebant *aufero* et *aufugio;* de qua re Burm. conferri iubet Drak. ad Liv. IV, 12, 6. et Lambin. ad Cic. pr. Arch. c. 12., Wagn. autem Cort. ad Cic. Epist. ad Div. XVI, 8, 1. Oudend. ad Caes. B. G. I, 36. et Arntzen. ad Paneg. vet. p. 177. Adde Lambin. ad Cic. Acad. II, 1, 3., et quae ibi contra eum disputat Goerenz., ex recentioribus autem Zumpt. ad Cic. Verr. V, 51, 135. Bernh. ad Cic. Brut. 71, 248. imprimisque Fleckeisen. in Philol. IV. p. 322. et in L tit. p. 7. atque Neue *Formenl.* II. p. 536. — **499**. *acta venit*, adacta est, penetravit. Vid. ad IX, 632. — *arundo* pro telo iam adfuit IV, 73. — **500** sqq. „In miseratione cervae, placidae ac mansuetae ferae, notabilem artis sagacitatem adhibuit poëta.“ *Heyn.* — Verba *Saucius at quadrupes* repetuntur in Anth. Lat. I, 14, 6. — **501** sq. Verba sic construe: *et cruentus atque imploranti similis omne tectum questu replebat.* Ceterum cf. V, 254. *Anhelanti similis.* — *tectum omne replebat.* Cf. II, 679. *Gemitu tectum omne replebat.* — **503**. *prima.* Vid. ad V, 375. et supra ad v. 118. — *palmis percussa lacertos.* Cf. Claud. de R. Pros. II, 248. *planctuque lacertos Verberat.* De constructione vid. adnott. ad Geo. I, 206. Aen. I, 481. IV, 590. al. — **504**. *conclamat*, clamore convocat. Vide Gesner. ad Claud. R. Pros. III, 4. Conington praeterea comparat Ovid. Met. XIII, 73. *Conclamat socios.* — *duros agrestes*, sollemni epitheto. Vid. Geo. IV, 512. *durus arator* etc. — **505**. *Olli* hic exhibent Med. a m. pr. et Rom. Vid. ad I, 254. — „*pestis*, Furia. Cf. supra v. 476 sq. Latet enim illa in silva ad speculandam nocendi rationem et viam; neque inde nisi v. 511. discedit.“ *Heyn.* *Pestes* Furiae etiam XII, 845. appellantur. Videtur autem haec parenthesis causam continere, cur statim adsint agrestes, scil. a Furia in silvis latente excitati. Peerlk. sine iusta causa totum versum spurium censet. — **506**. *Inprovisi*, scil. Silviae; opinione eius celerius adsunt. Consentiunt mecum Ladew., Bryce, Conington et Benoist.; Wagn. vero supplet *Troianis.* Ceterum cf. II, 182. *Improvisi aderunt.* — *torre obusto*, sudibus praeustis. Vid. infra v. 524. Conington comparat Hom. Il. XIII, 564. *ὥστε σκῶλος πυρίκαυστος* et Aen. XI, 894. *Stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis.* Plures Codd. addunt verbum substantivum, quod Med., fragm. Vat. ceterique melioris notae libri omittunt. — **507**. *Stipitis gravidi nodis*, i. e. pleni. Eodem sensu hoc Adiect. item cum Ablat. constructum legitur v. c. apud Hor. Od. I, 22, 3. *pharetra venenatis gravida sagittis.* Ceterum cf. adnott. ad Geo. III, 317. — **508**. *Rimanti.* Hoc verbum quid proprie significet, docuimus ad Geo. I, 384. De hominibus aliquid diligenter quaerentibus legitur etiam infra IX, 748. Cic. Div. I, 57, 130. *Id quoque rimatur, quantum potest, Posidonius.* Stat. Theb. XI, 526. *Oculis caeli rimari plagas* al. — *telum ira facit.* Cf. I, 150. Totum autem locum *quod cuique repertum Rimanti, telum ira facit* iterat Paulin. vit. Mart. IV, 216. (a Wold. Ribbeckio laud.), eiusque paraphrasin vid. ap. Claudian. Epigr. 28. (s. Carm. 78.) — *Tyrrhus.* Vid. supra ad v. 485. —

Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
Scindebat, rapta spirans inmane securi.
At saeva e speculis tempus dea nacta nocendi
Ardua tecta petit stabuli et de culmine summo
Pastorale canit signum cornuque recurvo
Tartaream incendit vocem, qua protinus omne
Contremuit nemus et silvae insonuere profundae;
Audiit et Triviae longe lacus, audiit amnis

---

509. *Quadrifidam*, „quae in quatuor partes posset findi.“ *Serv.* Legitur hoc Adiect. etiam Geo. II, 25. Val. Fl. I, 662. Colum. IV, 33. — *cuneis coactis*, pluribus cuneis adactis. Cf. Geo. I, 144. et Aen. VI, 181. *Cuneis coactis* prorsus diverso sensu legimus etiam XII, 457. — „*ut forte* referendum ad securim, quae ut modo ad manum erat, ita se ea instruit, ut esset pro telo. Vid. ad v. 72.“ *Wagn.* — **510**. *inmane spirans*, μέγα πνέων. De Neutro Adiectivi adverbialiter usurpato cf. adnott. ad Ecl. III, 8. et 63. al. Weidner. ad Aen. I, 110. *immane* hic potius explicat per terribilem vel horribilem in modum, cum Vergilius hac voce non nisi de rebus terrorem et horrorem incutientibus utatur. (?) — **511**. *e speculis* (cf. v. 477.) cum *petit* coniungendum esse patet. — *tempus nocendi* legimus etiam ap. Val. Fl. III, 488. *tempus rata Diva nocendi.* — *nacta*, i. e. se nactam esse intelligens. — **512**. *ardua tecta stabuli*, tugurium pastoris ex more in altum apicem fastigatum. Cf. Iustin. I, 4, 11. Eiusmodi stabulum describi a Bonstettenio in libro supra ad v. 81. laud. p. 102 sqq., Wagn. memorat. Cf. etiam adnott. ad VI, 179. Verba *Ardua tecta petit* iterantur in Anth. Lat. III, 81, 111. — *de culmine summo*, ut Geo. I, 402. — **513**. *Pastorale canit signum.* Cf. Colum. VI, 23. *cum pastorali signo quasi receptus canitur.* „Fuit scilicet idem, qui nunc in agris est, mos buccina convocandi ruricolas, repentino aliquo metu, periculo vel incursu. Idem mos in priscis civitatibus. Itaque Romae primis aetatibus Comitia non aliter convocari solebant. Cf. Gell. XV, 27. Subnata autem Maroni Furiae buccina videri potest ex Eridis horrendo clamore Iliad. XI, 5—11.“ *Heyn.* — *cornu recurvo*, buccina. Vid. infra v. 519. — V. **514—518**. poëtam expressisse duos Apollonii locos III, 1217. et IV, 127 sqq., Vergiliique verba imitatum esse Statium Theb. I, 118 sq., idem Heyn. adnotat. — **514**. Pro vulg. *intendit vocem* Med. a m. pr., Rom., Menag. I., Bigot., alii exhibent *incendit*, quod iam prius fortasse rectius esse censui et nunc suadentibus Wakef. ad Lucr. VI, 346. et Peerlk. cum Hauptio, Ladew. et Wagn. (in recent. edit.) recepi. Cf. V, 455. *incendere vires* (ibique adnott.) et infra IX, 500. *incendere luctum.* Paulo alius generis sunt loci X, 895. et XI, 147. Süpfl., Bryce, Ribbeck., Conington et Benoist. retinuerunt lectionem *intendit.* — *Tartaream.* Vide supra v. 328. — **515**. *Contremuit.* Arusianus Mess. p. 264. Lindem., Nonius v. *protinus* p. 377. Merc. et Schol. Stat. Theb. I, 116. *Intremuit.* — *silvae insonuere profundae*, in intimis magnae silvae recessibus audiebatur vox. *Insonuere* autem lectio est Med., Rom. aliorumque bonorum Codd., a Wagn. (quem omnes recentiores editores praeter Bryceum iure secuti sunt) revocata, cum vulg. *intonuere* (quod Peerlk. tamquam antecedenti *contremuit* magis conveniens praefert) eiusmodi sono minus conveniat. Adnotat enim Vir doct., *cornua* (Val. Fl. VII, 611.), *tubas* (Lucan. I, 578.), *classica* (Aen. VII, 637.) non *tonare* vel *intonare*, sed *sonare* vel *insonare*, cum inter haec verba cognata id discrimen intercedat, ut litera *t* abruptum, litera *s* tractum sonum exprimat. Equidem, si omnino tale discrimen statuendum est, *insonare* potius de claro et acuto, *intonare* de rauco et presso sono usurpatum fuisse dixerim; hic autem meliorum tantum Codd. auctoritati obediendum esse duxi. — *silvae profundae.* Vid. ad Geo. II, 390. — **516**. *Audiit - - audiit.* Vid. adnott. ad Ecl. IV, 6. Fortasse huius loci memor Stat. Theb. I, 118. scripsit *Audiit et medius*

Sulfurea Nar albus aqua fontesque Velini,
Et trepidae matres pressere ad pectora natos.
Tum vero ad vocem celeres, qua bucina signum
Dira dedit, raptis concurrunt undique telis
Indomiti agricolae, nec non et Troia pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
Direxere acies. Non iam certamine agresti,

---

caeli Parnassus et asper Eurotas. — *Triviae lacus* est Lacns Nemorensis (s. Speculnm Dianae) prope Ariciam situs cnm nemore et templo Dianae nobilissimo (qnae cur *Trivia* vocetur, vidimns ad IV, 609. et III, 681.). Cf. infra v. 761. Nunc *Lago di Nemi* dicitur. Cf. etiam Strab. V. p. 239. Prop. IV, 22, (III, 21,) 25. Snet. Cal. 35. Flor. I, 11. Stat. Silv. III, 56. et liber meus geogr. III. p. 523. et 714. — „Paulo remotior ab his locis versus septemtrionem est *Nar*, qui inter Sabinos et Umbros ad Tiberim descendit, *sulfureis* [vel, ut Ribbeck. scribit, *sulpureis:* vid. ad Geo. III, 449.] *aquis* satis notus, de quo iam Ennii versus VI. Annal. [potius Ann. VII. fr. 19. p. 40. Vahl.] *Sulfureas* [*Solporeas*] *posuit spiramina Naris ad undas*, qnarum natura candorem facit. Vid. Cluver. p. 705.“ *Heyn.* Cf. Claud. I, 256. *Nar vitiatus odoro Sulfure.* Strab. V. p. 348. Plin. III, 5, 9. 12, 17. Ovid. Met. XIV, 330. Tac. Ann. III, 9. alios et librum meum modo comm. III. p. 512. Nnnc *Nera* vocatur. — *albus*, quippe sulfure infectus. — „In proximo *Lacus Velinus*, amne Velino inter montium inga snper Reate stagnante: in Narem ille quoque aliqnando a M. Curio exciso monte emissus. Cic. ad Att. IV, 15. Plin. III, 12, 17.“ *Heyn.* Adde Plin. II, 103, 106. et Tac. Ann. I, 79. Recens eins nomen est *Lago di Pie di Luco*, flnmen antom etiamnum vocatur *Velino.* Vid. librum meum geogr. III. p. 512. et 522. — **518.** Conington conferri iubet Apoll. Rh. IV, 136 sqq. Hand dnbie etiam Epit. Iliad. 565. ex hoc loco petiit verba *parvumque ad pectora natum Astyanacta tenet.* — *ad pectora.* Cod. Oudart. *ad ubera;* quare Peerlk. suspicatur, Vergilium scripsisse *sub ubera*, coll. Val. Fl. II, 202 sq. *pariterque toris exhorruit omnis Mater, et adstricto riguerunt ubere nati*, qnem locum etiam Wagn. ex nostro fluxisse censet. Dorvillins poëtae Theocr. Id. XXIV, 58. ante oculos fuisse putat. Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 178, 344. voc. *trepidae* in *pavidae* mntato, quae lectio in nostris Vergilii Codd. non invenitur. Contra ibid. I, 170, 107. leguntur verba *Et trepidae matres.* — **519.** *Tum vero.* Vid. ad Ecl. VI, 27. et Aen. II, 105. — *ad vocem*, simnlatque vox andita est. Cf. III, 669. et Hand. Turs. p. 101. *Vox* antem de bucinarum, cornnnm et tibiarum sono legitur etiam ap. Ovid. Met. I, 338. 678. 709. Fast. VI, 699. al. Verba *Tum vero ad vocem celeres* iterantur in Anth. Lat. III, 81, 40. — **520.** Cf. Ennii Ann. III. fr. 7. (p. 56. Hessel. s. p. 25. Vahl.) ap. Macrob. Sat. VI, 1. p. 154. Bip. s. p. 499. Ian. *Postquam defessi sunt stantes* (*stant et*, *stare et*) *spargere sese Hastis, ansatis concurrunt undique telis.* — *bucina.* Sic nunc scripsimns hic et XI, 475. Med. et Rom. anctoritate cum Hauptio, Ribbeckio, Wagn. (in recent. edit.) et Coningt., dum Bryce, Ladew. et Benoist. *buccina* servarunt. Cf. Drak. ad Liv. VII, 35, 1. Wass. et Oudend. ad Frontin. I, 5, 17. Wagn. Orth. Verg. p. 419. Fleckeisen L tit. p. 8 sq. et Corssen. de pron. I. p. 38. ed. II. De ipsius bucinae forma et usu cf. liber meus *Hellas u. Rom* I, 1. p. 172. locique ibi collati. — **521.** *Indomiti agricolae*, i. e. duri, asperi. Cf. snpra v. 504. Sic Caes. B. C. I, 57. *pastores indomiti.* — *nec non et Troïa pubes* cett. Castrorum portis reseratis mittnnt auxilium Troiani. — *nec non et:* poëtica coniungendi ratio, de qna cf. Drak. ad Silinm XIV, 203. et Gossr. ad Aen. V, 100. — **522.** *auxilium effundit*, dum ipsa, qnae fert auxilium, effunditnr. — Peerlk minus recte locum sic distinctnm malit: *Troïa pubes, Ascanio auxilium, castris* etc., ut *auxilium* per appositionem adiectum sit *Troïae pubi* et *effundit* pro se effnndit s. effunditur positum. Vid. ad Aen. I, 234. — **523.** *Direxere*

Stipitibus duris agitur sudibusve praeustis,
Sed ferro ancipiti decernunt atraque late
Horrescit strictis seges ensibus aeraque fulgent
Sole lacessita et lucem sub nubila iactant:
Fluctus uti primo coepit cum albescere vento,
Paulatim sese tollit mare et altius undas
Erigit, inde imo consurgit ad aethera fundo.
Hic iuvenis primam ante aciem stridente sagitta,
Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almo

---

acies (ut Geo. II, 281.), iusta acie instructa pugnant. Cf. sequentia verba. Ribbeck. etiam hic *Derexere*, quod sane Med. exhibet. *Direxere* ex Ribbeckii Codd. praebent Rom., Gud., Bern. II. III. — **524.** *sudibus praeustis* in agresti certamine utuntur etiam ap. Prop. V, (IV,) 1, 28. (*Miscebant usta proelia nuda sude.*) Cf. etiam Dissen. ad Tibull. I, 10, 65. et Bach. ad Ovid. Met. XII, 299. Idem sibi vult *torris obustus* supra v. 506. et ap. Silium VIII, 551. *Gestabant tela, ambustas sine cuspide cornos.* — **525.** *ferro ancipiti*, bipennibus, ut Serv. interpretatur. Eodem sensu *anceps ferrum* legitur ap. Lucr. VI, 168 atque *anceps securis* ap. Ovid. Met. VIII, 397. Aliter et paulo subtilius *Wagn.*, qui haec adnotat: „Ego sic acceperim: aequatis iam armis decernunt, quo fit, ut certamen existat anceps;" quam explicationem Thiel. probat, Conington vero recte, puto, repudiat. Peerlk. praeter necessitatem coni *Et Marte ancipiti decernunt.* — **526.** „Locum similem vid. infra XI, 601 sq. Primae autem lineae sunt Iliad. XIII, 338., ubi horret pugna hastis, *ἔφριξε μάχη ἐγχείῃσι μακρῇς*, ut ap. Apoll. III, 1355. horret armis ager *φρῖξεν δὲ πέρι στιβαροῖς σακέεσσι - - Ἄρηος τέμενος.* Itaque h. l. proprie diceres *enses strictos horrere* eductos et elatos ad ictum inferendum; quandoquidem horrent omnia aspera et acuminata et erecta [vid. ad Geo. I, 151.]." *Heyn.* *Seges* hic vocatur acies in campo instructa, quia erecti enses hastaeque cum aristis horrentibus comparantur. Cf. etiam III, 46. XII, 663. et XI, 602. cum adnott. ad Geo. I, 151. Epitheton autem *atra* „refertur ad oculorum sensum, in campo longam hominum seriem prospicientem;" ut rectissime *Heyn.* Vid. infra IX, 36. Memor huius loci Ambros. Epist. II, 68, 4. (a Wold. Ribbeckio laud.) scripsit *vere terra est ferrea telorum segetibus inhorrens.* — **527.** *Sole lacessita*, i. e. solis radiis percussa, ad Lucretii exemplum dictum, qui IV, 218. haec scripsit: *Corpora, quae feriunt oculos visumque lacessunt.* Vid. etiam infra ad X, 10. — *lucem iactant.* Cf. idem Lucr. V, 576. *iactat lucem.* — **528** sqq. „Saepius ornata a poëtis comparatio; primum quidem ab Homero Il. IV, 422 sqq. Eandem elaboratius extulerat Maro Geo. III, 237 sqq. — *primo vento:* cum primum aura mare impellit, fluctusque ciet spumeos." *Heyn.* Quod signum est instantis tempestatis. Cf. Ovid. Met. XI, 480. Aliquot Codd. (inter quos Med. et Rom.) et Macrob. V, 13. p. 430. Ian. *ponto*, quod probavit Heins. (*primo*, scil. a litore, *ponto*), et revocavit Iahn., Commate tamen post *primo* posito, ut sit Adverbium, voc. *inde* oppositum. Sed cum statim sequatur vox *mare*, haud dubie praestat vulgaris lectio, quam omnes recentiores editores (etiam Ladew., qui prius *ponto* ediderat, in recentiss. edit.) iure servarunt (cf. etiam Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 387.) et apodosis iam incipit a verbo *Paullatim*, cui nova sententia per gradationem adiungitur verbis *inde imo* etc. Alia res est, si revera sibi respondent *primo* — *inde*, *deinde*, *mox*, ut I, 613. et IV, 176., ubi de Adiectivo cogitare minus aptum est. Vid. ad Aen. I, 613. 723. III, 69. IV, 176. V, 857. al. Heyn. et Wagn. lectionem *ponto* ex Geo. III, 237. huc translatam putant. Peerlk. malit: *Ut fluctus primo - - vento, Paullatim* etc. — **529.** *altius undas Erigit.* Cf. III, 423. *fluctus erigit.* — **530** *imo fundo*, ut II. 419. — **531.** *primam ante aciem*, *ἐν προμάχοις*, redit infra v. 673. et IX, 595., *stridente sagitta* autem IX, 632. — **532.** *Natorum maximus.* Vid. ad Ecl. V. 4. — *qui fuerat*, scil.

Sternitur; haesit enim sub gutture volnus et udae
Vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam.
Corpora multa virum circa seniorque Galaesus,
Dum paci medium se offert, iustissimus unus
Qui fuit Ausoniisque olim ditissimus arvis;

---

in vivis, antequam occisus est; occisus enim desiit esse maximus; quamquam poëtae omnino Plusquamperf. verbi *esse* interdnm pro Perfecto et Imperfecto utuntur. Vid. Aen. IV, 603. V, 397. VIII, 358. XII, 519. Ovid. Her. V, 69. Trist. III, 11, 25. ibiqne Iahn. Praeterea cf. etiam Heusing. ad Cic. Off. III, 21. Ramsh. §. 164, 6. b. p. 601 sq. et Madvig. §. 338. G. Conington meam comprobans explicationem conferri iubet XII. 519. — *Tyrrhi.* Heyn. edidit *TyrrhI*, Bryce et Conington *Tyrrhei.* De ipso *Tyrrho* vid. supra ad v. 485. — Pro *Almo* aliquot Codd. praebent *Almon*, quod praeferre videtur Iahn. ad Ecl. VII, 30. Sed in nominibus Latinis hac Graeca forma non nsus est Vergilius. Cf. adnott. ad VIII, 506. Ceterum Gossr. vere observat, Vergilium haud raro fluviorum Italiae nomina ad homines transferre, ut hic *Almonis*, mox v. 535. *Galaesi*, v. 745. *Ufentis*, v. 752. *Umbronis*, XI, 670. *Liris* etc. — 533. *haesit volnus*, i. e. sagitta, quae fecit vulnus (vid. ad II, 529.); *haerere* enim verbum proprium de telis corpori infixis (cf. XI, 804. 864. Ovid. Met. III, 71. VI, 236. al. et imprimis Silius IV, 171. *Haesit barbaricum sub anhelo gutture telum*) omninoque de rebus, qnae in statu quodam fixae manent. Vid. Markl. ad Stat. Silv. II, 6, 6. — 534. *iter vocis* (ut ap. Ovid. Met. VI, 355. *via vocis*) *udae*, tradncto epitheto a gutture, per quod vox emittitur, ad ipsam vocem, pro *itinere udo*. Vid. supra ad v 354. Wagn. adnotat: „quia per ndum iter emissa vox exit sonantior [?], propterea ipsa vocatur uda, quasi udum quid sonans.“ Peerlk. tamen, cui *udae* ineptum videtur epitheton, coni. *et una Vocis iter*, ut sensus sit: „Haesit sagitta sub gutture, et vocem simul et vitam homini eripuit, una vocem et vitam interclusit, via spiritus ac vocis sanguine obsepta.“ Sed quomodo tam facilis lectio in omnibus Codd. mutari potuit? — *inclusit* pro vulgari interclusit, praeclusit. Sic Plin. XI, 37, 84. *includere spiritum.* Cic. Rab. Post. 17. extr. *Me dolor debilitat includitque vocem.* Stat. Theb. XII, 318. *Inclusitque dolor lacrimas.* Cf. etiam Gronov. et Duker. ad Liv. XXVI, 5, 11. — *tenuem vitam*, spiritum vitalem, animam. Cf. Geo. IV, 224. *tenues vitas.* — 535. *corpora virûm circa*, scil. sternuntur (vid. v. 533.) *Corpora multa virum* legimus etiam ap. Silium III, 475. — *seniorque Galaesus*, i. e. inter hos imprimis G.; de qno Copulae usn vid. adnott. ad Geo. I, 498. (IV, 14.) Aen. I, 30. al. „Homerica arte *Galaesi* memoriam nobis commendat et miserationem facit. Cf. Iliad. V, 612 sqq. Quod *ditissimum* eundem et *iustissimum* exhibet, ad primae vitae mores comparatum est. Illud vero ad miserationem praeclare: *Dum paci medium se offert*, nt iam Macrob. IV, 4. [p. 371. Ian.] sensit.“ *Heyn.* Cf. Aen. II, 426. *Rhipeus, iustissimus unus Qui fuit in Teucris*, ubi etiam de voce *unus* Superlativo adiecta diximus. Iustitia autem, imprimis si cum pietate est coniuncta, omnia complectitur officia, quae homini sunt praestanda. Cf. Valcken. ad Eur. Hippol. 1306. et Thiel. ad Aen. I, 344. Ceterum Ribbeck. Proleg. p. 82. post *Galaesus* Verbum desiderat Vergiliumque omnem locum v. 535—539. expleturum fuisse censet. — 536. *medium*, intercessorem, quem Eccles. *mediatorem*, ut etiamnum Francogalli *mediateur*, vocant. Cf. Ovid. Met. V, 564. *medius fratrisque sui maestaeque sororis.* Hor. Od. II, 19, 28. *idem Paris eras mediusque belli.* Silius XVI, 221. *Pacator mediusque Syphax* etc. Cf. Bach. ad Ovid. l. l. Orelli ad Hor. l. l. Gesner. ad Claud. Cons. Mall. 249. Burm. ad Val. Fl. V, 500., alii et de eodem Graecorum usu (*μέσος* pro *μεσίτης*) Viger. p. 111. — 537. *ditissimus arvis*, ut I, 343. et X, 563. *ditissimus agri*, quia antiquissimis temporibus ante nummorum usum divitiae agrorum et gregum copia metiebantur. Cf. Silius I, 393. Ovid. Met. V, 129. XV, 12. Hor. Sat. I, 2,

Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta et terram centum vertebat aratris.
Atque ea per campos aequo dum Marte geruntur,
Promissi dea facta potens, ubi sanguine bellum
Imbuit et primae commisit funera pugnae,
Deserit Hesperiam et caeli conversa per auras

---

13. et A. P. 421. imprimisque Cicero Rep. II, 9. — **538.** *balantum.* Vid. ad Geo. I, 272., ubi addi potest Pervig. Ven. 83. *balantum greges.* — *redibant Armenta.* Ladew. comparat Liv. XXIV, 3, 5. *separatim greges sui cuiusque generis nocte remeabant ad stabula.* — **539.** *terram vertebat aratris.* Vid. ad Geo. I, 2., ubi praeter h. l. adde infra v. 725. *rastris vertere.* — **540** sqq. „Allecto Iunoni mandata peracta nuntians in sedem suam in inferis relegatur, quam illa petit per lacum Amsanctum. *Atque ea* etc. Comparant transitus formam Il. V, 84. Ὣς οἱ μὲν cett. — *aequo Marte*, pari utrimque belli fortuna, pugna in neutram partem inclinata.“ *Heyn.* Allecto enim (id quod vere statuit Wagn.) sub ipso pugnae ab utraque parte acerrime consertae initio, nondum victoria in alterutram partem inclinante, discedit; enm poëta hic nihil aliud narrare velit, quam quomodo prima belli inter Troianos et Latinos gesti semina sparsa fuerint. Quare hoc nullius momenti est neque Codd. lectioni adversatur, quod adhuc soli Itali occisi sunt, et supervacanea censenda Marklandi (ad Stat. Silv. V, 2, 21.) coniectura *saevo Marte.* — **541.** „*Promissi potens*, promissis expletis, *ἐγκρατὴς γενομένη ὧν ὑπέσχετο.* Cf. ad v. 341.“ *Heyn.* Cf. Val. Fl. VI, 680. *incepti*, Ovid. Met. IV, 509. *iussi*, Liv. VIII, 13. *consilii*, Stat. Theb. XI, 57. *scelerum potens* et, quod saepe legitur, *voti potens* (Ovid. Met. VIII, 80. Fast. V, 258. cett.). Ceterum Allecto non verbis promiserat operam suam, sed re, Iunonis voluntati extemplo satisfaciens. Cf. supra v. 341 sqq. — „*sanguine bellum imbuit.* Servius: initiavit. Scil. proprie *Latini imbuebantur sanguine* (ut v. 554. *sanguis novus imbuit arma*), inducebantur, trahebantur, prima caede facta, ad bellum. Cf. infra v. 547. Doctius ipsum *bellum imbuitur*, instituitur, sanguine. Cf. Prop. IV, 11, [V, 10,] 5. *Imbuis exemplum primae tu, Romule, palmae*, h. e. infers exemplum, quo imbuantur, moveantur ad similem conatum alii.“ *Heyn.* — **542.** *commisit funera pugnae.* Markl. ad Stat. Silv. V, 2, 21. coni. *munera pugnae*, quod de gladiatorio certamine recte dici, non item de vero iustoque bello, verissime adnotat Wagn.; qui simul docet, proprie dicendum fuisse *primam commisit pugnam;* sed cum hoc imprimis ageret dea, ut prima caede facta Latinis iusta esset irae bellique causa, poëtam hac nova ratione maluisse uti. — **543.** *caeli conversa per auras* (breviter dictum pro: a terra Hesperia conversa et evecta per auras caeli: vid. adnott. ad II, 471.) lectio est Med. a m. pr., quam cum Brunckio, Wakef. et Wagn. restituendam censui, quamque etiam editores posteriores omnes, praeter Peerlk, Bryceum et Ribbeck. (qui post hunc versum aliquid omissum esse suspicatur, velut *adpetit*: cf. etiam Proleg. p. 141.), amplexi sunt. Ceteri Codd. omnes et Grammatici consentiunt in lectione *convexa*, quae, cum ex IV, 451. facile huc inferri potuerit, ellipsis autem verbi motus non minus dura sit, quam cumulatio verborum *per auras*, (per) *caeli convexa* languida et ieiuna, admodum suspecta est. Sed cum nemo intelligat, qui factum sit, ut lectio *conversa* in ceteris omnibus Codd. corrumperetur, vitium aliquod nondum sanatum residere videtur. Quare Canter. coni. *caeli convexa peragrans* vel *pererrans*, Heyn. *caelique evecta per auras*, Both. *caeli connixa per a.*, quod probat Censor edit. Iahn. in Ephem. lit. Ienens. 1827. Suppl. 94. p. 378., Peerlk. *caeloque invecta per a.;* Turnebus denique, Cerda, Haupt. Halieut. praef. p. XVIII. alii ipsam Furiam *convexam* dici posse putant, ut *amnis devexus* Geo. IV, 293., quod nemo probaverit. Titius in Bibl. Acad. Leid. I, 23., nulla emendatione opus esse censens, verba *per auras* non cum *caeli convexa*, sed cum *affatur* vult coniungi. Sed quomodo sic difficultas tollitur, et quem tum sensum praebent verba *caeli conversa* aut *convexa*? Deni-

Iunonem victrix adfatur voce superba:
„En, perfecta tibi bello discordia tristi;
Dic, in amicitiam coeant et foedera iungant,
Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros.
Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas:
Finitimas in bella feram rumoribus urbes
Accendamque animos insani Martis amore,
Undique ut auxilio veniant; spargam arma per agros."
Tum contra Iuno: „Terrorum et fraudis abunde est:
Stant belli causae, pugnatur comminus armis;
Quae fors prima dedit, sanguis novus imbuit arma.

---

que nolo tacere Servii adnotationem: „Probus, Asper, Donatus dicunt, hoc loco *per* bis accipiendum; alloquitur Iunonem *per caeli convexa* et *per auras*. Potest tamen esse epexegesis: *per auras*, i. e. *caeli convexa;* nec enim aliud sunt aurae. Dicit etiam quidam Commentarius *convecta* legendum, ut sit ipsa *convecta*, quod difficile in exemplaribus invenitur." — **544** *victrix* latiore sensu i. q. voti compos, quippe *promissi potens* facta, quia effecit, quod voluerat. Plane eadem ratione Ovid. Met. IV, 510. de Tisiphone: *Sic victrix iussique potens ad inania magni Regna redit Ditis*. Conington comparat Hor. Ep. I, 1, 13. [immo I, 13, 11.] *victor propositi*. Cf. etiam adnott. ad Aen. II, 329. et III, 439. — **545**. Verba *En, perfecta tibi* incipiunt etiam versum Medeae in Anth. Lat. I, 178, 411. — **546**. Cf. v. 316 sq. *Dic* cum aliqua ironia de re nunc nequaquam efficienda. Sententiae enim sic cohaerent: Adeo perfecta tibi sunt bella, ut nihil proficias, si vel ipsa nunc dicas: in amicitiam etc. — V. **546**. et sq. cum Hauptio, Ladew. et Benoisto distinctionem mutavi. Vulgo post *iungant* Puncto, post *Teucros* Commate distinguitur, sed apertum est verba *Quandoquidem* etc. aptius cum antecedentibus coniungi, quam cum sequentibus. Ceteri recentiores editores retinuerunt vulgarem interpunctionem. — Versum **548**. Peerlk. damnat, cum mera prosa sit et Furia post illa Iunonis v. 339. sq. de huius voluntate minimo possit dubitare. Sane verba *tua si mihi certa voluntas* iam legimus IV, 125. — **549**. *in bella feram*, rapiam, ad bellum stimulem. — *rumoribus*, ut IX, 464. et XII, 228. Cf. etiam locus celeberrimus de Fama IV, 173 sqq. — **550**. *Accendam animos*. Cf. supra v. 482. *belloque animos accendit* atque etiam VI, 889. *Incenditque animum famae venientis amore*. — *insani Martis amore*. Cf. Ecl. X, 44. *insanus amor duri — Martis*. Verba *insani Martis amore* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 285. Ceterum vid. supra ad v. 462. — **551**. *spargam arma per agros*. Iam Servius comparat supra v. 339. *sere crimina belli*. — **552**. De Part. *abunde* cum Genitivo constructa vid. Heinsii Adverss. p. 317 sq. Bremi ad Suet. Caes. 86. Ramsh. §. 115. I. et Hand. Turs. I. p. 71. (qui tamen huc trahere non debebat Sallust. Cat. 58, 9. *commeatus abunde*, ad quem locum vid. Kritz., et Quinct. X, 1, 94., ubi ex melioribus libris editur *abundantia salis*.) — **553**. „*Stant belli causae*, facta sunt belli auspicia, manibus semel consertis. - - - *Stare* enim dicitur illud, quod constitutum, paratum, effectum est. Sic *stat sententia;* sic stat h. l. causa belli gerendi, pugna semel facta." *Heyn.* Significari his verbis, belli diuturni, non facile componendi fundamenta esse iacta, facile apparet. Cf. Hor. Od. I, 16, 18. *et altis urbibus ultimae Stetere causae, cur perirent Funditus* et adnott. ad II, 750. Ceterum Servius haec adnotat: „Urbanus tamen totum hunc locum per interrogationem vult accipi: *terrorum et fraudis abunde est? stant belli causae?* ut quasi per gratulationem non credat;" quod Ribbeck. Proleg. p. 168. iure parum probabile censet. — *pugnatur comminus armis* Cf. XII, 890. — **554**. *sanguis novus imbuit arma*, incipit imbuere, et cum semel imbuerit, etiam porro imbuet. Vid. ad Ecl. VIII, 29. et Aen. VIII, 695. (ubi legimus *arva nova Neptunia caede rubescunt*). Ce-

Talia coniugia et talis celebrent hymenaeos
Egregium Veneris genus et rex ipse Latinus.
Te super aetherias errare licentius auras
Haud Pater ille velit, summi regnator Olympi.
Cede locis. Ego, si qua super fortuna laborum est,
Ipsa regam.“ Talis dederat Saturnia voces;
Illa autem attollit stridentis anguibus alas
Cocytique petit sedem supera ardua linquens.
Est locus Italiae medio sub montibus altis,

---

terum cf. supra v. 542. — **555** sq. Cf. supra v. 317 sq. Inno hic utitur irrisione ei simili, qua Furia v. 546. usa erat. — *coniugia*, ab omnibus fere Codd. exhibitnm, Iahnio suasore cnm Brunck. et Wagn. revocavimus. (Secuti sunt omues recentiores editores praeter Bryceum.) Cf. adnott. ad I, 73. Vulgo *connubia*. — *hymenaeos*, nuptias. Vid. IV, 127. Ceterum hic totus versus iteratur iu Anth. Lat. I, 178, 375. — **556**. *egregium Veneris genus*, cum acerba irouia, nt VI, 523. *Egregia coniunx* et IV, 94. *puerque tuus, magnum et memorabile numen*. Supra v. 213. *egregium genus* sine ironia legimus. Ceterum de *genere* pro filio vel nepote posito vid. etiam XII, 198. Hor. Od. I, 3, 27. Catull LXI, 2. Prop. II, 2, 9. Ovid. Met. II, 743. (ubi vid. Burm. et Bach.) IV, 609. etc. — *et rex ipse Latinus*, adeoque nna cum eo Latinus, qui hoc nou meruit. Cf. snpra v. 432. — **557**. *licentius*, plus ausa, qnam tibi, quae in Orco sedem tuam habeas, licet. — *super* (vid. ad I, 680.) *aetherias auras*. Vid. adnott ad Aen. I, 546. Lachm. ad Lucr. III, 405. p. 167. hic (ut etiam Geo. II, 291. et Aen. IV, 445.) *oras* vult substitui. Etiam hic versus totus iteratur in Anth. Lat. I, 178, 443. — **558**. *Pater ille*. Vid. supra ad v. 110. Hic quoque aliquot Codd *ipse*. — *regnator Olympi*, ut II, 779. Sic ap. Statium Theb. V, 688. Iupiter vocatur *deûm regnator*. — **559**. „Comparant Iliad. I, 522 sq. Reliquos belli casus ipsa moderabor; et sane infra v. 572. *extremam bello imponit manum*.“ *Heyn*. — Verba *Cede locis* leguntur etiam iu Anth. Lat. I, 178, 66. et III, 81, 100. — *si qua super fortuna laborum est*, si quid forte agendum superest. De tmesi *super - - est* vid. ad Ecl. VI, 6. Aen. II, 567. Geo. III, 381. et alibi. — *fortuna laborum*, ut Geo. III, 452. — **560**. *regam*, pro dirigam, ut IX, 409. *rege tela per auras*. — *tales dederat voces*, ediderat, reddiderat. Vid. infra v. 567. et XI, 534. Sic etiam *dicta dare* ap. Ovid. Fast. I, 356. V, 572. Liv. VII, 33, 11. al.; quod nou confundendnm cum notissimo illo *verba dare*, i. e. circumvenire, fallere. Cf. etiam infra v. 567. et adnott. ad (Ecl. I, 19.) Aen. I, 485. et IX, 323. — **561** sqq. „Nova Furiae species, quod non modo alata est (ut supra v. 476.), verum quod serpentes alis implicitos habet.“ *Heyn*. — *stridentibus alis*, ut I, 397. Hnuc versum auctor Medeae in Anth. Lat. I, 178, 361. sic mutavit: *Dixerat attollens stridentes anguibus alas*, adiectis versus sequ. verbis *supera ardua linquens*. — **562**. *Cocyti sedem*. Vid. ad Geo. III, 38. — *supera ardua*, ut VI. 788. (ubi vid. adnott.) *supera alta*, ibid. v. 242. et 750. *supera convexa* etc. Ribbeck. ex Med., Rom. et Bern. II. a m. pr. recepit *super*. — **563**. „Locum descensus eius ad inferos non dicam an primus protnlerit poëta; est tamen ille rei admodnm accommodatus. Est enim in Hirpinis, nou longe ab Aeculano (nunc *Fricenti*) lacus tetro colore et odore, et inter spiracula referri solitus, quae Plntonia vel Charonea (*Moffete*) appellant (vid. Plin. II, 93. Cic. de Div. I, 36, 79.); hinc v. 569. *spiracula Ditis*. Dictus locus *Amsanctus* [i. e. *am*, circum, *sanctus*, quasi ab omni parte sanctus]; quod nomen etiam Pliu. II, 93, 95. et Cic. de Div. I, 36. in Hirpinis commemorant. [Vid. etiam Tac. Hist. III, 33. Claud. R. Pros. II, 350. et Sidon. Apoll. III, 13. et liber meus geogr. III. p. 525. et *Ausland* 1843. n. 332. Lacus etiamnum dicitur *Lago d'Ansante* s. *Mufiti*. Conington conferri iubet Hamilt. in *London Geogr. Journal* II. p. 62. Ceterum nunc cum Hauptio et Rib-

Nobilis et fama multis memoratus in oris,
Ampsancti valles; densis hunc frondibus atrum
Urguet utrimque latus nemoris medioque fragosus
Dat sonitum saxis et torto vertice torrens.
Hic specus horrendum et saevi spiracula Ditis
Monstrantur ruptoque ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces, quis condita Erinys,

---

beckio scripsi *Ampsancti*, Med. auctoritatem secutus. Sic dudum editur ap. Cic. de Div. I, 36. Cf. Wagn. Orth. Verg. p. 462. et quae de hac scribendi ratione ad Ecl. I, 49. et alibi adnotata sunt.] Nec urgendum *Italiae* (in) *medio;* aliter enim geographus, aliter poëta loquitur. [Vid. infra ad v. 566.] Faciem loci nunc paulo diversam reperit Cluver. Ital. p. 1201.; silvae saltem deerant.“ *Heyn.* Ceterum ex hoc loco fluxit versus in Wernsd. P. Lat. min. IV, 527, 55. *Duximus Italiae medio montesque per altos.* — **564**. Verba *multis memoratus in oris* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 102. et 172, 4. — **565**. *valles* est Nomin. Singul. ut XI, 522., ubi vid. adnott. — **566**. *latus nemoris*, collis nemorosus, qui latus est vallis, in qua lacus. Conington comparat Hor. Sat. II, 6, 91. *Praerupti nemoris dorso.* — *medioque*, nemore. Neque hic *medius* stricte accipiendum; immo hoc Adiectivum apud poëtas haud raro pro simplici Praepos. *in, inter, sub* ponitur. Cf. Geo. III, 466. Aen. I, 314. 505. 638. II, 240. III, 73. 104. 270. 354. IV, 382. 620. V, 1. cett. et Wagn. Qu. Verg. XIV. p. 435 sq. Alia res est, si additur Praepos. *in;* tum enim vere medius locus indicatur, a parietibus vel terminis undique pariter distans. Cf. adnott. ad Geo. III, 237. et Aen. III, 354. — *fragosus* docte explicat Wakef. ad Lucr. II, 859. Wagnero poëta videtur respexisse ad verba veteris poëtae [ap. Cic. de Or. III, 42, 167.], quem Ennium fuisse suspicatur anonymus huius editor (Spangenb.) p. 181. *mare saxifragis undis.* Cf. etiam Planck. ad Ennii Med. p. 129. et Vahlen. ad Ann. fr. inc. sedis 100. p. 82. — **567**. *Dat sonitum.* Vid. ad V, 276. et supra ad v. 560. — *saxis et vertice*, h. e. vertice aquarum inter saxa. De orthographia voc. *vertex* vid. ad Geo. I, 481. — **568**. *Specus* vox neutr. generis legitur etiam ap. Silium XIII, 425. (*invisum caelo sp.*) et Quinct. Decl. X, 19. (*profundum sp.*), quamquam etiam in his locis singuli Codd. *horrendus* et *profundus* exhibent. Cf. Serv. ad h. l. et ad Geo. IV, 418. Prisc. V, 8, 45. p. 659. VI, 14, 75. p. 712 sq. aliique Gramm. Schneideri Gramm. Lat. II, 1. p. 323 sq. et Neue Formenl. I. p. 590. — *horrendum et.* Sic optimi Codd. (et omnes Ribbeckii), quos cum Wagn. secutus sum, in Qu. Verg. XXXIII, 8. non temere statuente, ipsam elisionem facere ad rem horridam fortius enarrandam, ut in illo (Aen. III, 658.) *Monstrum horrendum, informe, ingens.* Vulgo Copula omittitur, quam etiam in Brycei edit. frustra quaeres, in ceteris vero recentioribus editionibus invenies. — Ceterum verbis *Hic specus horrendum* turpiter abutitur Auson. in cent. nupt. 113. — *saevi spiracula Ditis* i. q. Geo. IV, 467. *ostia Ditis.* Ceterum cf. adnott. ad Geo. I, 90. et Plin. II, 93, 95. *Spiracula vocant alii Charoneas scrobes mortiferum spiritum exhalantes.* Legitur haec vox etiam ap. Solin. 7. Val. Fl. III, 553. et al. Wakef. ad Lucr. VI, 492. (ubi *spiracula mundi* legimus) coni. *saeva spiracula.* Wagn. autem *saevum* vocari putat *Ditem* ob tetrum odorem, quem specus exhalat, comparans supra v. 84. *saevam mephitim.* — **569**. *Monstrantur* pro vulg. *monstratur* praebent Med. aliique boni Codd., v. 568. Copulam retinentes. (*Monstratur* inter Ribbeckii Codd. unus Rom. exhibet.) Sic etiam VI, 440. *partem fusi monstrantur in omnem Lugentes campi.* — *Acheronte rupto*, i. e. prorumpente et per fauces illas exaestuante. (Cf. adnott. ad I, 246. et II, 416.) — *ingens vorago.* Cf. Claud. R. Pros. II, 349. *flatumque repressit Amsanctus, tacuit fixo torrente vorago.* — **570**. *condita Erinys.* Vulgo *Erinnys.* Vid. ad II, 337. *Wagn.* haec adnotat: „*Condit* cum in libris aliquot praeclaris [Med., Gud., Bern. III. etc.] legatur,

Invisum numen, terras caelumque levabat.
Nec minus interea extremam Saturnia bello
Inponit regina manum. Ruit omnis in urbem
Pastorum ex acie numerus caesosque reportant
Almonem puerum foedatique ora Galaesi
Inplorantque deos obtestanturque Latinum.
Turnus adest medioque in crimine caedis et igni

---

possis suspicari a Verg. scriptum fuisse: *quis condit Erinys Invisum numen,* ceteris, *t. cael. lev.*, quippe quae Copulam requirerent, recisis, [quod iam Heinsius censuerat et Ribbeck. nescit an poetae maxime dignum sit.] Sed ita aegre desideres gravem aptamque sententiae conclusionem. Quare non est dubitandum, quin elisio literam *a* interceperit.“ Wakef. sustulit Commata post *Erinys* et *numen* vulgo posita, ut *invisum numen* Accus. sit ad *condita* referendus et „eâ formâ constructionis locus, qua Aen. XII, 606. *Et roseas laniata genas;*“ quod Iahnium probasse miror. Peerlk. vero, cum praeter illud *condit* pauci quidam Codd. pro *levabat* exhibeant *levavit,* transpositis vocabulis „versus longe sonoriores effici posse“ censet, hos nimirum: *numen Erinys Condidit invisum et terras caelumque levavit.* — **571.** *levabat*: praesentia sua, quae presserat quasi et gravaverat terram, liberabat. „Imperf. spectat ad durantem effectum; ex eo enim tempore lubens sentiebat terra caelumque se levatum eo monstro.“ *Wagn.* Ladewigio hoc Imperf. nihil aliud videtur indicare, quam Furiam per has fauces in Orcum redire solitam fuisse, quod probarem, si alio, minus significante verbo poëta usus esset. — **572** sqq, „Narrat poëta, quae alia accesserint ad exacerbandos Latinorum animos, ut arma moverent.“ *Heyn.* — *Nec minus interea.* Cf. VI, 212. — *extremam bello Inponit manum,* effecit, ut plenum et commune bellum exardesceret, ut omnes, tam pastores in agris, quam cives in urbe, arma contra advenas Troianos caperent. *Manum extremam, summam, ultimam inponere* pro perficere legitur etiam Ovid. Her. XVI, 115. Quinct. Prooem. I, 4. Senec. Ep. 12. alibi. Inde etiam *ultimam manum recipere* apud Petron. 118., *summa manus abest* ap. Ovid. Trist. I, 7, 28. et similia. Verba *Inponit regina manum* repetuntur in Anth. Lat. I, 14, 17., ut sequentia *Ruit omnis in urbem* ibid. I, 170, 18. — **573.** *Ruit - - reportant - - inplorant.* Vid. adnott. ad Aen. II, 31. — **575.** *foedati ora Galaesi* (pro: *foedata ora Galaesi,* ut VI, 480. *Adrasti pallentis imago* et similia), i. e. Galaesum ipsum ore foedatum. Sic XII, 335. *Formidinis ora* pro ipsa Formidine, ex Lucr. VI, 253. *Impendent atrae Formidinis ora superne.* Silius IX, 130. *Ad vos et carae properabam coniugis ora,* id. XIV, 29. *vatum Ora excellentum.* Lucan. X, 144. Senec. Herc. Oet. 518. etc. Cf. Markl. ad Stat. Silv. II, 1, 214. et Ruddim. II. p. 31. *Foedatus* autem pro vulneratus haud raro legitur. Cf. adnott. ad II, 55. Num Vergilius indicare voluerit, imprimis vultum Galaesi vulneribus foedatum fuisse, quod Ladewigio videtur, in dubio relinquam. Peerlk. totum versum suspectum et ex v. 531 sq. fictum censet, cum non appareat, cur Almo, qui esset *natorum maximus* Tyrrhi (v. 532.), *puer* appelletur, cur *ora* Galaesi *reportentur,* et cur omnino hi tantum reportentur, cum praeter eos etiam alii caesi essent; quas causas omnes satis leves esse, quisque videt. Nihilominus etiam Ribbeck. Proleg. p. 82. hunc versum otiosum censet. — **576.** *obtestanturque Latinum,* ipsum iubent testem esse rupti a Teucris foederis. Conington comparat notum illud *deorum atque hominum fidem implorare* et Cic. Verr. II, 5. sub fin. *Ceteros item deos deasque omnes imploro atque obtestor.* — **577.** „Turnus medias inter criminationes [*medioque in crimine* legimus etiam ap. Val. Fl. I, 696.], quas in Troianos iacit, metum iniicit fore, ut caede et igni omnia misceantur; ideoque terrorem caedis et ignis (sic enim legendum est, non *igni*) facit.“ *Heyn.* *Igni* tamen est optimorum Codd., Servii et Pomponii lectio, quam etiam iuvat ceterorum scriptura *igne* et Punctum in Med. post *igni* positum; *ignis* praeter Palat.

Terrorem ingeminat: Teucros in regna vocari,
Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.
Tum, quorum attonitae Baccho nemora avia matres
Insultant thiasis, — neque enim leve nomen Amatae —
Undique collecti coeunt Martemque fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omina bellum,
Contra fata deum perverso numine poscunt.
Certatim regis circumstant tecta Latini;

(quem tamen Ribbeck. non affert) et Gud. non nisi recentiores quidam Codd. exhibent. Quare difficiliorem lectionem, etiam a Servio hic inventam et sic explicatam: „in ipso seditionis incendio ac fervore," cum Bothio et Wagn. revocavi, quod etiam ceteri recentiores editores praeter Bryceum fecerunt. Coniunge igitur *in medio caedis crimine et* (in medio) *igni*, et *ignem* de animorum ardore accipe. Wagn. confert Geo. III, 85. Aen. II, 575., *ignes irarum* ap. Val. Fl. I, 748., et *ignescere* de simili animi commotione usurpatum, v. c. a Vergilio ipso Aen. IX, 66. *ignescunt irae*. Thiel. *ignem* ad belli ardorem refert, *caedemque* et *ignem* eadem ratione coniuncta putat, qua saepissime *ferrum ignisque*, *ferrum flammaque* dicitur (nostrum *Feuer u. Schwert*); atque etiam Voss. in *Anm. u. Randgl.* p. 222. locum sic interpretatur: „Turnus mediis criminibus, quae v. 578 sq. commemorantur, admiscet minas caedis ignisque eoque terrorem ingeminat." Burmann. pro *caedis et igni* coni. *caedis iniquae*, Peerlk. vero *caedis et ipse*. — 578. *terrorem* (scil. regis) *ingeminat*, auget (cf. adnott. ad I, 747.) querelis suis et opprobriis, quae sequuntur. Ceterum de coniunctione verborum *Turnus adest medioque* cett. cf. Ovid. Met. III, 102. ibid. v. 528. Fast. II, 837. III, 577. IV, 663. cett. et Bach. ad Met. VII, 492. — *in regna vocari*. Cf. supra v. 313. De Infinitivis *vocari* seqq. a Verbo aliquo intelligendo pendentibus vid. supra ad v. 151. 256. — 579. *Stirpem Phrygiam*, mollem et effeminatam, *admisceri* forti Latinorum populo. Cf. adnott. ad IV, 215. Conington conferri iubet VI, 762. et VIII, 510. — *se limine pelli*, scil. domus regiae ideoque etiam regno ipso. Gossr. comparat *limine prohiberi* ap. Cic. pro Caec. 12, 35. et *limine summoveor* ap. Iuven. III, 124. — 580. 581. „Auctoritate reginae commoti filii seu propinqui familiarum, quae Baccharum more *thiasis*, choreis Bacchicis [vid. ad Ecl. V, 30.] *insultant nemora*, thiasos in silvis agunt (vid. supra v. 395 sq.), coëunt et Latinum bellum poscunt." *Heyn.* — *insultare* cum Accus. constructum alibi vix invenies. Vid. tamen adnott. ad III, 191. V, 235. et similes locos. Conington conferri iubet Soph. Aj. 30. πηδῶντα πεδία, Aen. I, 67. *navigare aequor* et Geo. III, 260. *natare freta*. — *attonitae*, verbum proprium de iis, qui deorum numine afflati sunt. Vid. ad IV, 282., ubi adde Hor. Od. III, 19, 14. et Ovid. Trist V, 3, 38. — *matres*, matronae, uxores Latinorum, ut v. 392. — *nemora avia*. Cf. Auson. Mos. 5. *nemorosa per avia*. — 581. *nomen Amatae*, auctoritas, dignitas. Vid. Hand. ad Stat. T. I. p. 44. et Bach. ad Tibull. III, 4, 61. — 582. *coëunt*, Amatae gratificaturi. *Martem* (i. e. bellum, vid. ad Ecl. IV, 32. et al.) *fatigant* paulo insolentius dictum. *Heyn.* haec adnotat: „Proprie *fatigant* Latinum clamoribus ac precibus super Marte s. bello faciendo. Hinc *fatigant*, exposcunt, *ipsum bellum*. Solet enim poëtae *fatigare* de iis actionibus dici, in quibus quis fatigatur: est igitur precibus flagitare. Cf. ad VIII, 94. et ad I, 280." Conington comparat Silii II, 675. verba *patres curas fatigant*. — 583. *contra omina*, prodigia, quae supra v. 64. sqq. enarrata sunt; *contra fata deûm*, contra Fauni oraculum supra v. 96 sqq. — 584. *perverso numine* Servius (cui adsentitur Gossr., coll. Plaut. Men. V, 5, 1. et Cic. ad Div. XI, 10.) pro adverso, irato, numine, Heyn. vero pro perversa, conturbata et infirmata deorum voluntate positum censet; quae tamen post verba *contra omina*, *contra fata deum* tautologia quaedam esset. Quare potius Iahn. ad Aen.

Ille velut pelagi rupes inmota resistit,
Ut pelagi rupes magno veniente fragore,
Quae sese multis circum latrantibus undis
Mole tenet; scopuli nequiquam et spumea circum
Saxa fremunt laterique inlisa refunditur alga.

I, 8. p. 435. cogitat de poscentinm volnntate, qui perverso studio effatis deorum repugnaverint, eademque (rectissima fortasse) ratione Dietsch. Theol. Verg. p. 5. coll. Cic. de Div. II, 56, 115. *Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim*, quod sit Gr. *μεγάλην ἀρχὴν διαλύσει*, locum explicat his verbis: „Quid magis nefarinm est, qnam deorum imperium pervertere [non solum contemnere, sed funditus evertere], qnod nonne is facit, qui contraria iis, qnae illi iusserunt, poscat?“ — **586.** De anaphora verborum *pelagi rupes* vid. ad Ecl. VI, 20. (ubi adde Aen. II, 318. ibique adnott., VI, 86. X, 821. XII, 546.), Conington conferri inbet infra XII, 546. Hom. Il. XX, 371. et XXII, 127. atque Lncr. V, 950. Cf. etiam Orell. ad Hor. Epod. XVI, 41 sqq. — Vss. **587–590.** non esse satis elaboratos et perpolitos, ita ut statuendnm sit, eos ant olim sibi emendandos a poëta esse rolictos, aut nescio undo adscitos, voro adnotat Wagn., qui haec potissimum notanda premit: V. 587. post v. 586. plane otiosns est (ideoqne iam ab Heinsio, Valcken. ad Fragmm. Callim. p. 275., Heynio et Peerlk. damnatus, refragantibus tamen Schirachio p. 474., Iahnio ad Ecl. I, 30. imprimisqno Weicherto de Verss. iniuria suspp. p. 93. et Coningtono); porro verba *magno veniente fragore*, i. e. fluctibus cum magno fragoro venientibns, parnm differunt ab iis, qnae v. 588. leguntur: *multis circum latrantibus undis;* tum v. 589. vox *nequiquam* prorsns supervacanca est, cum ncutiquam ad summam comparationem attincat, qnod scopuli et saxa nequiqnam circnm frcmant; neque minus languidum et iners est additamentum istnd: *laterique inlisa refunditur alga* [qnod tamen negat Coningtou], denique ctiam offendit vox *circum* v. 588 sq. bis posita. Addo, mihi etiam parum Vergilianum vidori nndnm illud *sese - - Mole tenet*, pro quo certe *sese - - Mole sua tenet* vel tale quid exspectaverim, qnemadmodum infra X, 771. *mole sua stat*, II, 639. *suo stant robore vires* et ap Ovid. Met. IX, 42. *manet illa* (moles) *suoque est pondere tuta.* Qnare hos versns si non totos snbditicios, certe valde interpolatos esse censeo. Thiel. tamen hunc locnm defendit, quo ad turbas et seditiones civiles alludi putat (coll. Aon. I, 148. Cic. Rep. I. p. 1. ct 4. Heinr. pr. Sext. 9, 20. pr. Mil. 2, 5. extr.), ut per *latrantes undas* oratores populares significentur, de quibus Cic. Brut. 15, 58. dicat: *Latrant enim iam quidam oratores, non loquuntur.* Ceternm v. 586., qui optimus est nec ullo modo addnbitandns, laudatur a Macrob. VI, 3. p. 515. Ian., in ipsa autem comparatione poëta ante oculos habuit Hom. Il. XV, 618 sqq. Cf. etiam infra X, 693 sqq. Ovid. Met. IX, 40 sq. Stat. Theb. IX, 91 sqq. et plures loci similes, velnt supra IV, 441 sqq. — **588.** *latrantibus undis.* Sic etiam Sil. III, 470. et V, 396. Cf. praeterea Claud. R. Pros. I, 148. *Hinc latrat Gaetula Thetis*, id. Epithal. Pall. 61. *rubris quae fluctibus insula latrat* et similes loci. Inde etiam Scyllae canes explicandae. Cf. III, 432. — **589.** „Olim post scopuli incidebatur et post *nequiquam* Copula ex nonnullornm Codd. (Med. a m. sec., fragm. Ver. etc.) fide omittebatnr. Idem amplexus est Wakef., ut iungatur *mole scopuli* (vid. einsd. Obss. ad Eurip. Ion. 284. et 726.) et seqq. sio explicentur: undae fremunt circa saxa. Hoc ferri posset, dummodo intelligeres, undo *undae*, quarum nulla mentio facta est, h. l. voniant.“ *Iahn. Scopuli* et *saxa* autem etiam Geo. III, 276. coniunguntur et Serv. diserte adnotat, post *tenet* distinguendum esse, nt *scopuli* sit Nom. Plur. *Scopuli* autem sunt prominentes *rupium* partes. Peerlk. etiam verba *scopuli nequiquam et sp. c. Saxa fremunt* spuria censet; qui praeterea vere haec adnotat: „Si *alga* rupi *illiditur*, indicium est snmmae tempestatis, quae mare ex imo fundo commovet.“ Cf. Hor. Od. III, 17, 9. — **590.** *inlisa refunditur*, ex imo maris excitata refunditur ot lateri rupis illiditur. Cf. Aen. I, 126. *Stagna refusa*

Verum ubi nulla datur caecum exsuperare potestas
Consilium et saevae nutu Iunonis eunt res,
Multa deos aurasque pater testatus inanis,
„Frangimur heu fatis, inquit, ferimurque procella!
Ipsi has sacrilego pendetis sanguine poenas,

---

vadis et adnott. ad Geo. II, 29. — **591**. „Latinus rex, cum diu restitisset, tandem victus rebus gerendis se abdicat easque Turno partes concedit." *Heyn.* Cf. autem locus simillimus III, 670. *Verum ubi nulla datur dextra adfectare potestas.* — *exsuperare*, vincere, ut X, 658. *Exsuperatque moras*, i. e. difficultates; hic igitur *consilium exsuperare* i. q. a consilio capto revocare, reprimere consilium et impedire, quominus illud exsequantur; et *caecum* (cupiditate) *consilium* est temerarium, ut ap. Cic. Finn. IV, 23. extr. *caecus animo*, Phaedr. IV, 19, 17. *caeca mens* et multa similia. Cf. adnott. ad Aen. II, 244. et 357. De constructione autem *potestas datur exsuperare* vid. ad Geo. I, 305. Aen. I, 704. III, 670. et al. Ceterum iteratur hic versus in Anth. Lat. III, 81, 94. voc. *caecum* in *dextra* mutato. — **592**. *eunt res*, procedunt. Cf. Cic. Lael. 12. *ut res coepit ire;* id. ad Att. IV, 15. *Incipit res melius ire, quam putaveram;* Curt. VIII, 19, 19. *eodem cursu, quo fluxere adhuc res, ire patiantur;* Ovid. Fast. III, 477. *O utinam mea sors, qua primum coeperat, isset* etc. — **593**. *Multa*, multis verbis, multa proferens (ut IX, 24. *multa deos orans* etc.) *auras inanes*, caelum, *testatus*, obtestatus, manibus sublatis. (Cf. III, 600. et IX, 24.) Ceterum Med., Rom., Gud., tres Goth. aliique Codd. exhibent *testatur*, quod etiam legitur ap. Arusian. p. 246. Lind.; sed recte censet Wagn., praeferendum esse Participium, cum nulla sequatur eiusmodi obtestatio. Eadem lectionis varietas invenitur XII, 496., ubi etiam *testatus* praestat. *Inanis* autem, quamquam omnino notissimum est aëris epitheton (cf. VI, 740. et X, 82., ubi *venti inanes* et Geo. IV, 196., ubi *nubila inania*), hic tamen, cum de precibus nihil profecturis agatur, recte Peerlkampio singulari significatione positum videtur, ut *aurae inanes* sint non auditurae (ut IV, 449. *lacrimae inanes*, i. e. Didoni nil profuturae, Ecl. II, 4. *studium inane* etc.), de qua re Conington conferri iubet Catull. LXII, (LXIV,) 164 sqq. *Sed quid ego ignaris nequiquam conqueror auris* etc.; et *caelum testari* eodem modo dictum esse memorat Iahn., quo IX, 24. *onerare aethera votis*. Pauci quidem Codd. exhibent *aras*, quam lectionem non solum Burmanno, sed etiam Marklando in Praef. ad Stat. Silv. p. XII. (qui comparat Aen. XII, 496.) probari, satis mirum videtur; cum, etiamsi de aris foederis vel hospitii cogitare velimus, nemo tamen intelligat, quid *inanes* arae sibi velint. (Conington tamen, comparanti XII, 949., Marklandi coniectura videtur ingeniosa.) — **594**. „Fato se vinci ait, quatenus non suum, sed caecum turbae consilium, h. e. temerarium impetum et furorem, sequi cogitur." *Heyn.* — *Frangimur*, vincimur, deficiente resistendi potestate. Ladew. adnotat, sic loqui Latinum, cum nesciat solam Iunonem huius totius mali esse auctorem. Conington confert II, 13. *fracti bello fatisque repulsi.* — *fatis*, „quae perditum eunt salutaria, quae cepi, consilia." *Wagn.* — *ferimur*, inviti, fere i. q. abripimur. Vid. ad II, 337. et quae Bentl. ad Ter. Phorm. IV, 418. de formula dicendi *fluctibus, undis ferri* adnotavit. — **595**. „*sacrilego sanguine*, quatenus ipsi Aborigines sacrilegi, impii habendi sunt, qui contra deorum voluntatem bellum suscipiunt foedusque ictum violant." *Heyn.* Cf. supra v. 583 sq. *Sacrilego sanguine* etiam ap. Nemes. Cyneg. 21. legitur. Praeterea cf. infra XII, 949. *sceleratus sanguis.* — *has poenas*, i. e. huius sceleris poenas, ut alibi, *is numerus, id genus* pro: *numerus, genus eorum, haec fama* pro *huius rei fama* et similia. Haud raro enim Pronomen demonstrativum, proprie ad notionem aliquam, quae antecedentibus continetur, pertinens, si Substantivum sequitur ad eandem notionem relatum, per attractionem quandam cum hoc nomine sequente coniungitur eiusque genus, numerum et casum sequitur. Vid. Otto ad Cic. Finn. III, 21, 70. Kritz. ad Sall. Iug. 35, 6. et 54, 6. Beneck. ad Iustin. XX, 3,

O miseri. Te, Turne, nefas, te triste manebit
Supplicium votisque deos venerabere seris.
Nam mihi parta quies omnisque in limine portus;
Funere felici spolior." Nec plura locutus
Saepsit se tectis rerumque reliquit habenas.

---

9. et XXIII, 1, 14. alios et cf. quae ad (Geo. I, 329. et) Aen. II, 171. adnotavimus. — **596.** De Pronomine *te* per epizeuxin cum singulari vi et affectu iterato cf. Ecl. IV, 11. et Markland. ad Stat. Silv. III, 2, 81., qui idem dicendi genus etiam invitis Codd. obtrudere vult nostro poëtae Aen. X, 83., ubi vid. adnott. — *nefas*, pro poena sceleris. Vid. ad II, 229. Conington comparat VII, 307. *Quod scelus merentem.* — **598.** Consolatur se Latinus mortis propinquitate. *Nam mihi parta quies*, iam in eo est, ut pariatur; cogitat eam ut iam partam, quippe quam proxime futuram certissime exspectat. Cf. autem Ecl. III, 68. Aen. II, 783. III, 495. Sall. Iug. 82. *Quies* autem de sopore aeterno accipienda. (Etiam Serv. adnotat: „vicinae mortis beneficio.") Ladew. tamen hoc negans recepit coniecturam suam *Non mihi p. q.*, quam in Append. p. 258. defendere studet contra Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 407. Codicum lectioni (etiam Ribbeckio indice) recte patrocinantem; Hoffmann. denique in *Zeitschr. f. d. Oestr. G.* 1853. p. 516. coniicit *Iam.* Verba *Nam mihi parta quies* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 248. — Verba difficillima *omnisque in limine portus* Ruhk. primus verissime sic interpretatur: „omnisque portus est in limine, i. e. omne auxilium mihi ante pedes et paratum est seni: limen enim vitae ut de initio ita de fine ponitur. Cf. Burm. ad Val. Fl. I, 823. Neque aliter iam Servius: „Securitas omnis in promptu est" (ita enim Serv. Dresd. pro vulg. „in portu est"). Sensus igitur loci hic est: In morte vicina certissimum mihi refugium video paratum, et similem hic sententiam habemus ei, quam II, 638 sqq. Anchisen proferre vidimus. Priores editores *portus* pro Genitivo habent et supplent *sum*, iisque denuo assensi sunt Gossr., qui explicat: „iam sum ad limen portus, quem introeam," et Conington, atque etiam Ladew. *omnis* ad Latinum refert comparans Lucan. VIII, 266. *non omnis cecidi* et Hor. Ep. I, 1, 11. *omnis in hoc sum* (quibus locis miror eum non addidisse notissimum illud Horatii Od. III, 30, 6. *Non omnis moriar*) et deleta distinctione post vocem *portus* locum sic explicat, ac si Latinus quereretur, so in ipso limine portus felici funere spoliari; cui rationi a Ribbeckio et Benoisto probatae recte adversatur Dietsch. Theol. Verg. p. 32., ipse potius hanc coni. proferens: *navisque in limine portus.* Markl. ad Stat. Silv. II, 2, 7. et Heyn. totum hemistichium in suspicionem adducere malunt, Peerlk. autem corruptum et pro *omnisque* verbum temporis, quale est *versor, navigo, veni ad limen portus* vel simile requiri censet et Gentius p. 41. coniicit *sumque ipse in limine mortis.* Ceterum hunc locum transcripsit Paullinus Carm. XII, 31. *Inque tuo placidus nobis sit limine portus*, et ante oculos habuisse videtur Claud. Cons. Mallii 61. *Postquam parta quies, et summa nacta cacumen Iam secura petit privatum gloria portum. Portus* autem metaphorice de morte homini requiem afferente usurpatus legitur etiam Cic. Tusc. I, 44, 107. Stat. Silv. II, 2, 140. Senec. Agam. 591. Herc. fur. 1072. et alibi. Conington comparat Ennii Thyest. fr. 16. [p. 144. Vahl.], ubi sepulcrum dicitur *portus corporis.* — **599.** Unum modo dolet Latinus, *felici* se spoliari funere, sibi non contingere in felicitate mori. *Funere*, i. e. morte (cf. adnott. ad Geo. III, 263.); non enim de exsequiis cogitandum esse, vere adnotat Heyn. Dietsch. tamen l. l. de ipso funere cogitat, neque aliter Wagn., qui explicat: „tali, quale ducitur ei, qui in felicitate moritur." — **600.** „Ne quis temere factum arbitretur, Latinum regni munia deserere (cf. ad VIII, 1.), tenendum est, ad Turni nomen illustrandum ita res attemperatas esse, ut is summam imperii teneret. Nam cum semel Turnus ad Aeneae virtutem illustrandam insigniore laude celebrandus esset, fieri hoc non recte potuisse, si secundas is partes ageret et alterius auspiciis res gereret." *Heyn.* Recte tamen Ladew. videtur

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes
Albanae coluere sacrum, nunc maxuma rerum
Roma colit, cum prima movent in proelia Martem,
Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum

---

adnotare, Latinum non omnino se removisse a regenda civitate, quod sequentibus contradicat, sed tantum belli administrationem aliis concessisse. Quamquam enim IX, 369. pro *Turno regis responsa ferebant* rectius editur *Turno regi r. f.*, tamen etiam XI, 231. legimus *Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus.* — *rerum reliquit habenas.* Cf. Ovid. Met. XV, 481. *ferunt - - accepisse Numam populi Latini habenas.* Silius I, 144. *rerum Hasdrubali traduntur habenae.* Stat. Silv. IV, 3, 130. *hunc iubet beatis Pro se Iupiter imperare terris, Quo non dignior has subit habenas.* Cic. de Or. I, 52. extr. *Cui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem quasi quasdam habenas tradidit*, ibid. III, 41, 166. *validae legum habenae.* Proprio sensu *linquere habenas* legimus XI, 827. Eademque ratione hoc voc. ab equitatione ad navis gubernationem translatum vidimus VI, 1. et alibi. — **601** sq. Bellum indicitur ideoque ex antiquissimo more Romano antea Iani templum reseratur; quem morem quamvis Livius I, 19. a Numa demum inductum esse narret, licuit tamen poëtae per anachronismum etiam ad priora tempora referre, quo maiorem ei gravitatem et sanctitatem tribueret, ita ut ne opus quidem sit statuere, Vergilium ex aliis fontibus hausisse et Iani, tamquam pacis bellique indicis, religionem Numa longe antiquiorem postea, cum semel invaluisset opinio, hunc regem religionis publicae auctorem fuisse, ab Annalium demum Rom. scriptoribus una cum ceteris sacris ad eum relatam fuisse. Ceterum causam huius moris Ianus ipse affert apud Ovidium Fast. I, 279. — *protinus* (vid. ad Ecl. I, 13.) h. l. iugiter (ut bene Serv.), perpetuo ab eo inde tempore, quo semel hic mos est constitutus. Eodem sensu usurpatum redit infra IX, 337. Vid. Hand. Turs. IV. p. 622. Conington comparat *porro* V, 600. — „*urbes Albanae*, coloniae. Nam Alba XXX oppidorum Latinorum mater. Cf. Dionys. III, 31." *Heyn.* — *maxima rerum*, non publicarum, quod Ruhk. supplet, sed πάντων τῶν ὄντων s. μέγιστόν τι πρᾶγμα, ut Heyn. interpretatur: Roma, qua nihil maius. *Rerum* enim ad solam Superlativi vim augendam adiici solet, ut ap. Ovid. Epist. IV, 125. *O utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum, In medio nisu viscera rupta forent!* Cf. etiam adnott. ad Geo. II, 534. Conington conferri iubet Hor. Carm. Saec. 11. *possis nihil urbe Roma Visere maius* et Aen. V, 600. *maxuma Roma.* — **603.** „*movent in proelia Martem* nove dictum. Vulgo *movetur bellum, Mars*; tum etiam *moventur arma*, pro quibus *Martem* dixit; et adiecit *in proelia.* Quod indicto bello ancilia commovebantur, alienum ab h. l. est." *Heyn.* — *cum prima - - movent* autem i. q. simulatque movent, cum in eo est, ut proficiscantur in bellum. Cf. adnott. ad Geo. III, 130. Wagn. Qu. Verg. XXVIII, 3, d. (qui etiam confert XII, 103.) *cum primus* non multum differre censet a priusquam, ut sensus sit: priusquam proficiscuntur ad bellum. — **604** sqq. „Splendida est oratio. Bellis enim cum extremis orbis terrarum populis gerendis imperii Rom. maiestas praeclare declaratur. Quod *Getas* narrat, non est urgendum; voluit tantum fines imperii ad Danubium declarare." *Heyn.* Poëtam his versibus Augusto blandiri eiusque gloriam bellicam celebrare voluisse, in promptu est. *Getas* igitur omnino posuit pro barbaris Occidentis nationibus ab Augusto devictis, pro quibus etiam Aquitanos a Messala, vel Cantabros et Astures anno U. C. 729. ab ipso Augusto superatos commemorare poterat. Cum nationibus autem ad Danubium degentibus et saepe incurrentibus in Romanorum fines, Dacis maxime (quibus Getae vicini) et Bastarnis, M. Crassus ab Augusto missus a. U. C. 727. bellum gesserat. Maiore etiam iure Horatius in loco huic simillimo, Od. IV, 15, 21., sed duobus fere lustris post conscripto, quo tempore iam Tiberius inde ab anno 742. feliciter cum Dacis aliisque populis viciuis conflixerat, *Getas* ab Augusto domitos commemorare potuit. — — *inferre manu.* Cf. Geo. III, 32. *tropaea rapta manu* ibique adnott.

Hyrcanisve Arabisve parant, seu tendere ad Indos
Auroramque sequi Parthosque reposcere signa:
Sunt geminae Belli portae, sic nomine dicunt,
Religione sacrae at saevi formidine Martis;
Centum aerei claudunt vectes aeternaque ferri
Robora nec custos absistit limine Ianus;
Has, ubi certa sedet patribus sententia pugnae,

Praeterea vid. etiam ad Aen. II, 645. — *lacrimabile bellum.* Cf. Hor. Od. I, 21, 13. *bellum lacrimosum.* Hom. Il. V, 737. *ἐς πόλεμον δακρυόεντα.* Anacr. fragm. 28. Bergk. *δακρυόεσσάν τ' ἐφίλησεν αἰχμάν.* — **605.** De *Hyrcanis* vid. ad IV, 367. Fragm. Vat. pro *Hyrcanisve* minus recte exhibet *Hyrcanisque.* — *Arabisve.* Haec fortasse spectant ad Acilii Galli expeditionem, qui a. U. C. 730. exercitum ex Aegypto in Arabiam felicem traduxit. Cf. Dio Cass. LIII, 29. et Strab. XVI. p. 1126 sqq. De forma *Arabi* cf. Prisc. VI, 5, 25 sqq. p. 688 sq. Charis. p. 99. et Neue *Formenl.* II. p. 329 sq. Infra VIII, 706. legimus *Arabs* et Geo. II, 115. *Arabum.* De Particulis autem *sive — ve — seu* sibi respondentibus vid. ad I, 370. — Verba *seu tendere ad Indos* sqq. nemo non videt ad expeditionem Parthicam anni p. U. C. 734. referenda esse, quam etiam *Indos,* ut Augusto legatos mitterent, movisse constat. (Cf. adnott. ad Aen. VI, 795.) — **606.** *Auroram sequi,* usque ad extremum Orientem progredi. Conington confert X, 193. *sidera secutum* et XII, 592. *Astra sequi.* — *Parthos reposcere signa,* res notissima, quam saepe commemorant aevi Augustei poëtae. Parthorum rex Phraates, ut bello cum Augusto gerendo occurreret, signa devicti exercitus Crassiani a. p. U. C. 734. sua sponte Romanis restituit. Vid. imprimis Ovid. Fast. VI, 456. V, 579. Prop. V, (IV,) 7, 79. IV, 3, (III, 4,) 9. IV, 4, (III, 5,) 48. Hor. Od. III, 5, 5 sqq. IV, 15, 6 sq. etc. et cf. adnott. ad VI, 795. et Geo. III, 30 sq. De verbo autem *reposcere* cum duplici Accus. constructo cf. Plaut. Aul. IV, 10, 33. *aulam te reposco,* Cic. Verr. IV, 51, 113. *ut eum simulacrum reposcerent,* fortasse etiam Aen. II, 139., ubi vid. adnott. Ceterum, cum Parthi haec signa a. U. C. 734. reddiderint, aut hic locus postea a Vergilio est adiectus, aut, quod magis probabile est, poëta omnino in hoc libro scribendo ultimis demum vitae annis occupatus fuit. Cf. etiam Ribbeckii Proleg. p. 81 sq. — **607** sqq. „Romae Iani templum, a Romulo conditum, ex Numae, ut aiunt, instituto clausum vel apertum belli pacisque habebat indicia [cf. Plut. Numa 19.]. Hoc vero ornavit poëta remque ita expressit, quasi in eo templo Bellum et Mars vincti tenerentur, custode in foribus Iano. Fecerat hoc idem I, 294—296.“ *Heyn.* — *geminae Belli portae.* Vid. adnott. ad Aen. l. modo l. et infra v. 622. Eadem ratione VI, 893. legimus *Sunt geminae Somni portae.* — **608.** *formido Martis* a *religione* antea commemorata non multum differt et respondet Graeco *δεισιδαιμονίᾳ.* Cf. etiam Heins. ad Sil. III, 215. et Drakenb. ad eiusd. I, 82. Conington, cui vox significat „*the terrible influence or presence,*“ comparat Geo. IV, 468. *caligantem nigra formidine lucum.* — **609.** *aerei,* *δισσυλλάβως.* Vid. ad I, 698. — *ferri robora,* i. e. repagula ferrea. Süpflius interpretatur „*eisenbeschlagene Thorflügel.*“ *Robur* de quavis re imprimis dura et firma dicitur. Poëta imitatus est Lucretium, qui II, 449. *duri robora ferri* pro ferro simpl. commemorat, ut I, 881. de *robore saxi* loquitur. Cf. etiam Wakef. ad eius V, 1285 — **610.** *nec custos absistit* cett. „Poëta nobis templum Iani exhibet hac specie: esse aedem Belli gemino aditu, ab antica et postica parte (*ναὸν ἀμφιπρόστυλον*) clausis foribus, posito ad fores Iani signo: quoties bellum a Senatu decretum fuerit, Consules reserare fores, bellum indicere; tum cani classicum.“ *Heyn.* Vid. supra adnott. ad v. 601. Conington conferri iubet Hor. Ep. II, 1, 255. *Claustraque custodem pacis cohibentia Ianum.* — **611.** „*Has* portas, *stridentia limina,* reserat Consul trabeatus.“ *Heyn.* Non tamen hanc appositionem esse, sed anacoluthon, Vergiliumque primum ita scribere in-

Ipse Quirinali trabea cinctuque Gabino
Insignis reserat stridentia limina Consul,
Ipse vocat pugnas; sequitur tum cetera pubes
Aereaque adsensu conspirant cornua rauco.
Hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus
More iubebatur tristisque recludere portas.
Abstinuit tactu pater aversusque refugit
Foeda ministeria et caecis se condidit umbris.
Tum regina deum caelo delapsa morantis

stituisse: *Has - - stridentes reserat*, adnotat Wagn. Cf. adnott. ad V, 51. Quare non opus est, ut aut cum Burmanno *Has - - stridenti limine*, aut cum Peerlkampio *Huic* (Iano, qui stat custos in limine) - - *stridentia limina* legamus. Conington comparat locum II, 438 sqq. simili quadam ratione formatum. — *limina* pro foribus, ut II, 479., ubi vid. adnott. — *stridentia* autem, quia *foribus cardo stridebat aënis*, ut legimus I, 449. — *sedet sententia*, ut etiam XI, 551. Vid. ad II, 660. — *pugnae* pro *belli*, ut etiam infra VIII, 16. — **612.** „*Trabea Quirinalis* dicta, puto, quod uti regibus [cf. Liv. I, 41. Isidor. XIX, 24, 8. Lydus de mens. I, 19. de mag. I, 7.], ita ipsi Romulo trabeae fuerat usus. Plin. VIII, 48, 74. *Trabea usos accipio reges*, et IX, 39, 63. *Purpurae usum semper Romae fuisse video, sed Romulo in trabea*. Cf. etiam supra v. 187. 188." *Heyn.* Adde Ovid. Fast. I, 37. II, 504. VI, 375. Met. XIV, 828., quibus omnibus locis Romulus vel *trabeatus* vel *trabea pulcher*, *decorus* vocatur, et Iuven. VIII, 259. *Ancilla natus trabeam et diadema Quirini - - meruit*. Praeterea etiam augurum (Serv. ad h. l.) et posterioribus temporibus equitum (Tac. Ann. III, 2. Val. Max. II, 2, 9.) erat vestimentum. De Consule autem trabeato, si Iani templum reserabat, cf. etiam Claud. in Rufin. I, 243. in Eutr. II. prol. 10. in Stilich. II, 3. et Symmach. Ep. IX, 112. Ceterum dicitur fuisse toga albi coloris, multis fasciis purpureis trabium instar transversis ac discurrentibus ornata iisque vel intextis vel assutis. Vid. etiam Isidor. l. l. Lucan. I, 596. Liv. VIII, 9, 9. V, 46, 2. alii. Wagn. conferri iubet Otfr. Muelleri librum *Die Etrusker*. Vol. I. p. 265 sqq. Adde Manut. ad Cic. Ep. ad Div. IX, 21. Rosini Ant. Rom. V, 34. et librum meum *Hellas u. Rom* I, 1. p. 372. adn. 40. — *cinctu Gabino*, a Gabiis translato. „Toga sic in tergum reiecta, ut ima eius lacinia a tergo revocata hominem cingat, simul caput tegat et ambiat." Haec *Serv.*, qui simul narrat, Gabinos, cum trabeis induti aliquando sacrum diis facerent, accepto nuntio de hostium adventu, statim his ipsis vestibus cinctos iis obviam ivisse, et cum vicissent, hoc vestimenti genus pro bono omine esse habitum. Vid. etiam Liv. V, 46. VIII, 9. X, 7. Paulus p. 225, 5. Festus p. 189, 13. M. Pfund. *Altital. Rechtsalterth. in d. röm. Sage* p. 162 sqq. (cf. Muetzellii *Zeitschr.* VII. p. 725.) et liber meus modo comm. p. 153. adn. 127. — **613.** *stridentia*, nam magnae sunt portae et raro moventur. — **614.** *vocat pugnas*, advocat quasi pugnas bellum indicendo. Simili ratione III, 253. *venti vocantur*, ubi vid. adnott. — *sequitur*. Consul solet dicere: „Qui rempublicam salvam esse vult, me *sequatur*." *Wagn.* Conington conferri iubet IX, 54 et 636. — **615.** Classicum canitur. Cf. VIII, 1 sq. — **618.** *refugit*, recusat. Cf. II, 12. et IX, 200. — *foeda ministeria*, quia ex Latini opinione iniustum bellum movetur. Cf. *triste ministerium* VI, 223. — **619.** *caecis se condidit umbris*, scil. regiae. Vid. supra v. 600. *Saepsit se tectis*. Conington comparat similes locos Stat. Theb. I, 49. et III, 571. Ceterum cf. adnott. ad II, 19. Both. corr. *ut caecis*, h. e. postquam se in interiora domus regiae recepit; quam coniecturam iure refutavit Iahn. ad Geo. IV, 434. — **620.** „Succedit in regis locum infesta Iuno, et Ianum s. Belli templum reserat." *Heyn.* — *Delabi* vox propria de diis e caelo descendentibus. Vid. Voss. *Mythol. Briefe* I, 22. et Bach. ad Ovid. Met. I, 212. Cf. etiam supra V, 722. — *mo-*

Inpulit ipsa manu portas et cardine verso
Belli ferratos rumpit Saturnia postis.
Ardet inexcita Ausonia atque inmobilis ante; 623
Signaque ferre iuvat sonitusque audire tubarum. 628
Quinque adeo magnae positis incudibus urbes
Tela novant, Atina potens Tiburque superbum, 630

---

rantis, „bella differentis.“ *Serv.* — **621.** *Inpulit* (vid. ad I, 82.) - - *et - - rumpit.* Vid. ad II, 482. III, 3. al. *Rumpit* autem ex optimis libris (etiam Med.) cum Wagn. recepimus, quem etiam ceteri recentiores editores praeter Peerlk. et Bryceum secuti sunt. Quod vulgo editur Perf. *rupit*, a librariis antecedenti *Inpulit* accommodatum videtur. — *ipsa manu.* Vid. ad Geo. III, 395. — *cardine verso*, ut III, 448. — V. **622.** ad Ennii (Ann. VIII. fr. 2. p. 40. Vahl. s. p. 128. Hessel.) exemplum conformatus, cuius hoc fragm. nobis servavit Servius: *postquam Discordia tetra Belli ferratos postes portasque refregit.* Cf. etiam Stat. Theb. V, 146. *ubi arma Indulget pater et saevi movet ostia Belli.* — **623.** *inexcita atque inmobilis ante.* Latium enim Latino regnante longa pace gavisum erat. Cf. supra v. 45 sq. *Inexcitus*, i. e. non excitatus, non evocatus, legitur etiam Stat. Achill. II, 353. *Undique inexciti sibi quisque et sponte coimus*, ut contrarium *excitus* infra v. 642. X, 38. et saepius. Cf. etiam *inexcitabilis* ap. Sen. Epist. 83, 13. De crebris huius versus elisionibus vid. ad Aen. II, 84. . . . . . . — Qui vulgo hic sequuntur quatuor versus, cum Ribbeckio, Ladew. et Benoisto transposuimus post v. 637., ubi longe aptiores esse, quisque videt. Docet autem Ribbeck. (qui etiam cf. in Proleg. p. 82.) Lect. Verg. p. 7 sq., eos librariorum errore huc translatos esse, qui a voc. *signum* in fine v. 637. aberraverint ad voc. *signa* in v. 628. principio. Conington tamen vulgarem versuum ordinem defendit Vergiliumque rem primum generatim et summatim, tum vero singillatim exponere voluisse, sed in altera recensione haud dubie v. 624—27., fortasse etiam v. 628. deleturum fuisse existimat. — **628.** *signa - - tubarum.* Cf. infra v. 637. Conington suspicatur, poetam hic memorem fuisse Hor. Od, I, 1, 23. — *ferre*, ut VIII, 498. *Signaque ferre iubent*, unde Med. etiam huc invexit *iubet* pro *iuvat*, quod Heins. in *lubet* mutari voluit. (Ceterum cf. etiam dictiones *signa inferre* et *conferre.*) — **629.** Praeter agrestes, qui iam antea ex agro Laurentino confluxerant (vid. v. 573 sqq.), etiam urbes Latii Laurentibus armorum societate iunctae belli studio exardescunt et arma capiunt. — *Quinque adeo.* Vid. ad IV, 533. Particulam *adeo*, quam etiam hic Germanico sermone reddi non posse censet Wagn. Qu. Verg. XXVI, 3. (vid. supra ad v. 427.), Hand. Turs. I. p. 145. recte cepisse videtur, haec sic convertens: *ganze fünf grosse Städte.* Poterat tamen addere *ja* (*ganze* etc.), nam gradatio inest: non solum singuli arma sua ad bellum parant (v. 627 sqq.), sed adeo totae urbes condunt armorum officinas (*positis incudibus*) et nova arma conficiunt. Cf. etiam adnott. ad Geo. I, 287. et Aen. III, 203. — *positis incudibus.* Cf. Ovid. Fast. IV, 473. *Antraque Cyclopum positis exusta caminis* et Val. Fl. IV, 286. *pulsis strepitant incudibus urbes.* — **630.** *Tela novant*, ut V, 752. *transtra novant.* Conington conferri iubet Hor. Od. I, 35, 38. Cf. etiam VIII, 385. *moenia Ferrum acuunt.* — *Atina*, Volscorum oppidum in orientali Latii parte ad Melpis fontes situm, quod etiamnum antiquum nomen servat. Cf. Liv. IX, 28, 6. Cic. pr. Planc. 8, 19. Silius VIII, 397. et liber meus geogr. III. p. 726. — *Tibur* (nunc *Tivoli*), magnum et opulentum Latii oppidum in utraque Anienis ripa situm; quare *superbum* appellatur. Servius satis artificiosam profert explicationem: Tiburtes cum aliquando auxilium a Romanis petentes sua in illos beneficia iactarent, hoc responsum a senatu accepisse: *Superbi estis.* Cf. potius Strab. V. p. 364. Dion. Hal. V, 37. p. 305. Plin. XVI, 44, 87. Liv. VII, 12, 1. cett. et liber meus modo comm. III. p. 712. De amoenitate regionis circumiacentis multi egerunt, quos collectos vide ab Obbario in Excursu ad Hor. Ep. I, 8, 12. Fasc. V. p. 21 sqq. —

Ardea Crustumerique et turrigerae Antemnae.
Tegmina tuta cavant capitum flectuntque salignas
Umbonum cratis; alii thoracas aënos
Aut levis ocreas lento ducunt argento;
Vomeris huc et falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor; recoquunt patrios fornacibus enses.
Classica iamque sonant; it bello tessera signum.

---

631. *Ardea.* Vid. supra v. 411. — *Crustumeri.* Ne metrum violaret, poëta (ut VI, 776. *Pometios*) incolarum nomen posuit pro ipsius urbis nomine, quae *Crustumium* (Varr. R. R. I, 14. Sil. Ital. VIII, 367.), *Crustumerium* (Plin. III, 5, 9. Liv. I, 38, 4.) et *Crustumeria* (Liv. III, 42, 3.) vocabatur, in Sabinis haud procul a Tiberi et Fidenis loco non satis certo sita. Vid. librum meum geogr. III. p. 724. Lachmann. tamen ad Lucr. IV, 680. p. 252. nondum constare putat, quomodo *Crustumeri* dicere potuerit Vergilius et Ribbeck. adnotat, etiam *Crustumii* scribi potuisse, ut Geo. II, 88. — *Antemnae* (Varro L. L. V, 28. p. 12. M. p. 45. Sp. Strab. V. p. 230. Liv. I, 9 sqq. Plin. III, 5, 9.) s. *Antemna* (Dion. Hal. II, 32. Sil. Ital. VIII, 366.), eorumdem Sabinorum oppidum, ad Anienis et Tiberis confluentes conditum, quod mature interiit. Cf. liber meus modo comm. in addendis III. p. 1136. *Turrigerae urbes* etiam X, 253. commemorantur. De hiatu vid. ad Ecl. II, 24. VII, 53. et Aen. III, 74. — **632.** Alii galeas s. *tegmina capitum* (ut infra v. 689. et 742.) *tuta,* ab effectu dicta, quia tutos praestant, alii scuta viminea conficiunt, s. *flectunt crates salignas* (ex salice) *umbonum,* ad formandos umbones. Cf. quae de hoc genere appositionis ad Aen. VI, 659. adnotavimus. *Umbo* autem pro toto clipeo legitur etiam IX, 810. X, 884. Sil. IV, 354. Lucan. VI, 192. Stat. Theb. I, 377. Liv. IV, 19, 5. Iustin. XXXIII, 2, 4. multisque aliis in locis. De scutis vimineis cf. Xen. Cyr. I, 2, 9. Caes. B. G. II, 33. Lips. de mil. Rom. III, 2. p. 167. — Cum verbis *cavant tegmina capitum* cf. Prop. IV, 13, 12. (III, 14, 12.) *Virgineumque cavo protegit aere caput.* — **634.** *levis ocreas,* ut VIII, 624. De ocreis militum cf. Varr. L. L. IV, 24. p. 121. Speng. Veget. I, 20. Lips. de mil. Rom. III, 7. p. 213. Lersch. Ant. Verg. p. 75. Heindorf. ad Hor. Sat. II, 3, 234. et liber meus *Hellas u. Rom* I, 1. p. 112. — *ducunt,* procudunt, malleo tundunt, Graec. ἐλαύνουσι. Cf. adnott. ad VI, 848. Quare etiam *aes ductile* ap. Plin. XXXIV, 8, 20. De spondaico huius versus metro, quod bene convenit lento argento ducendo, vid. ad Geo. III, 276. et Aen. II, 68. Plures eiusmodi versus ex meris spondeis compositos collegit Santon. ad Terent. Maur. p. 144 sqq. (Quare prius etiam *ocreas* διςσυλλάβως pronuntiandum esse statui, quod nunc Coningtone suasore retracto.) Ceterum hunc totum versum, voc. *ocreas* tantum in *lamnas* mutato (quod et ipsum me movit ad priorem sententiam meam proferendam), sine auctoris nomine profert Diomedes Gramm. l. III. p. 495. **635.** Omnis honos et amor, quem rustici hactenus posuerant in fabricando et exercendo vomere, aratro et falce, nunc ponebatur in fabricandis armis, et illa instrumenta rustica igne soluta et liquefacta rursus transformabantur in enses, quibus patres s. maiores usi fuerant ante agriculturam florentem. *Recoquere* (i. e. coquendo transformare) eadem significatione legitur etiam infra VIII, 624. et ap. Lucan. VII, 148. *Spicula extenso Paean Pythone recoxit.* Cf. etiam Cort. ad Lucani l. l. Drak. ad Silium IV, 15. (ubi vulgo *revocantque nova fornace bipennes*) et Bentl. ad Hor. Od. I, 35, 38. *Coquere* autem verbum proprium de operibus aeneis ignis ope factis. Cf. Iuven. XV, 166. Flor. III, 20, 6. Claud. R. Pros. I, 243. etc. Ceterum iam Macrob. VI, 1, 63. p. 506. Ian. (s. p. 161. Bip.) comparat Lucr. V, 1292 sq. *Inde minutatim processit ferreus ensis, Versaque in obscoenum species est falcis aënae.* Cf. etiam Geo. I, 508. — **637.** *Classica sonant.* Supra v. 627. *sonitus tubarum* et v. 615. *cornua conspirant.* Ceterum de classico cf. Veget. II, 22. et Lersch. Antiqq. Verg. p. 45. Vid. etiam Geo. II, 539. — *iam-*

Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis 624
Pulverulentus equis furit; omnes arma requirunt.
Pars levis clipeos et spicula lucida tergent

---

que secundo sententiae loco positum, ut iam III, 588. et V, 225., qnos locos affert Couingtou. — *it tessera*, i. e. distribnitur tabella illa s. symbolum sociis ab hostibus discerneudis iuserviens, quod sub Augustis demum vocale esse signum incepit, quale etiamnnm usu venire constat (*die Parole*, Graec. *σύνθημα*, o. g. *Felicitas* (Hirt. B. Afr. 83.), *Libertas*, *Pietas*, *Triumphus*, *Hercules* etc.. Cf. Lips. de milit. Rom. V, 9. Stat. VII, 236. *longo fugit ordine velox Tessera*, Claud. de laud. Stilich. I, 330. *ut - - felix legionibus iret Tessera*, Silium VII, 347. *discurrit tessera castris* (ubi vid. Interpp.), eund. X, 17. *dat tessera signum Excubiis*, XV, 478. *tacitum dat tessera signum*, Liv. XXVII, 46. in. *Tessera per castra ab Livio consule data erat* et similes locos. — *signum bello*, quo signo milites in bello cognoscerent se inter se et ab hostibus distinguerent. Wagnero hic alterum tesserae genus significari videtur, qno mandata ducum ad milites refcrebantur. — **624**. Sequnutur nuno quatuor illi versus vulgo iam snpra positi, de quorum et sequentinm ratioue vid. adnott. ad v. 640. — *pedes ire*, nt VI, 880. et X, 453. Coniunetio verborum paulo durior et inusitatior *pars arduus* ita excusanda videtur, ut sumamus, poëtam post *pedes* addere voluisse *eques*, postea vero consilium mutasse et nihilominus illud *arduus* retinuisse, quae Gossravii quoque est sententia; qnamquam etiam provocare possumus ad V, 108. *pars et certare parati*. Peerlk. tamen, qui hoc *pars arduus* non Latinum, et loco Manilii I, 409., qui conferri possit: *Dupliei Centaurus imagine fulget, Pars hominis tergo pectus commissus equino*, recte, puto, mutata interpuuctione (Commate scil. post *hominis* posito) succurrendum censet, duplicem propouit coniecturam supervacaneam: *Hic pedes ire parat; campis ille arduus* etc. aut *Pars pedes ire parat; campis pars altus apertis Pulv. eques furit.* Gentius vero Aunot. crit. in Verg. p. 43. et ipso praeter necessitatem hanc proponit loci mutatiouem: *Pars pedes ire parat; campis pars ardua latis Pulverulentus eques furit.* — *arduus altis equis.* Epitheton *altis* otiosum videri potest post *arduus;* sed quo maiorem vim orationi concilient poëtae, voces eiusdem vel certe affinis significationis coniungere solent. Vid. adnott. ad II, 458. Ceterum cf. supra v. 285. *Sublimes in equis redeunt.* — **625**. „*pulverulentus*. Nihil frequentius hac imagine motae pugnae vel cursus concitatioris vel industriae et studii: *κόνις, ἐγκονεῖσθαι, κονίσαλος*.“ *Heyn.* Cf. infra VIII, 592 sq. et notissimus Horatii locus Od. I, 1, 3. *Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse iuvat.* Noli autem haerere in dnplici epitheto *arduus pulverulentus* sine Copula coniunctis. Nam alterum tantum, *arduus altis equis*, opponitur antecedenti *pedes*, alterum autem, *pulverulentus*, cum verbo *furit* in hanc unam coit notionem: furendo pulverem excitat. Cf. adnott. ad Aen. V, 2. (Adsentitur mihi Conington.) — *Furere* de cursu concitato legitur etiam infra IX, 552. — Verba *omnes arma requirunt* Enniana esse memorat Macrob. VI, 1, 54. p. 504. Ian. (s. p. 160. Bip.), qui hunc versum Ennii profert: *Balantum pecudes quatit, omneis arma requirunt* (Ann. VI. fr. 10. p. 31. Vahl. s. p. 66. Hessel.). — **626** sqq. Peerlk., Colo post *requirunt* posito, sine iusta causa totum, qui sequitur, locum sic transponendum censet: 628. 626. 627. 632—636. 629—631. 637. etc. — *lēves clipeos* prius explicui: non asperos et caelatos, in quorum superficie nulla signa exstabant; quod falsum esse, ex v. 789 sqq. intellexi, quare nunc cum Wagn. et Ladew. *leves* per eandem prolepsin dictum puto, qua *lucida spicula*. eum levitas nitorem efficiat. Verte igitur eum Ladew. *blank geputzt* et cf. infra VIII, 624. et *galeas leves* ap. Hor. Od. I, 2, 38. — *spicula lucida tergent*, ut lucida fiant, de quo proleptico Adiectivi nsu vid. ad IV, 298. al. — *tergent* lectio est Med. et meliorum Codd. fere omnium, quam, cum etiam hoc Servii scholio satis defendatur: „*Tergent* ab eo, quod est *tergeo*, *terges*, venit; et *tergunt* a *tergo*, *tergis*,

Arvina pingui subiguntque in cote secures;
Hic galeam tectis trepidus rapit, ille frementis
Ad iuga cogit equos clipeumque auroque trilicem
Loricam induitur fidoque accingitur ense.
Pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete,

---

quod de usu ponitus recessit," cum Wagn. recipere non dubitavimus, quem etiam omnes posteriores editores praeter Bryceum secuti sunt. Vulgo *tergunt,* quae forma sane ab aurea aetate non est aliena (cf. Varr. L. L. VI, 85. p. 108. M. p. 262. Sp. Prisc. X, 5, 31. p. 893. P. Probus p. 1486. P. Ruddim. I. p. 240. Ramsh. §. 74. §. 290. et Neue *Formenl.* II. p. 325 sq.), hic autem librariis deberi videtur, quos Wagn. ad extremum superioris versus verbum aberrasse putat. Probus igitur Inst. II, 3, 10. incaute contendit, „in Vergilio utramque declinationem (*tergĕre* et *tergēre*) indifferenter inveniri;" praeter hunc enim locum in Vergilii carminibus non legitur. *Tergēre* (Graec. ἐκτρίβειν) etiam ap. Livium XXVI, 51, 4. de poliendis armis usurpatum invenitur. Cf. Iuven. XIV, 62. *Hic leve argentum, vasa aspera tergeat alter* ibique Weber. — **627.** *Arvina* secundum Sueton. de vitiis corpor. ap. Servium ad h. l. est pingue illud, quod est inter cutem et viscus s. carnem animalium; alii vero de solo adipe suillo dictum fuisse putant. Legitur autem apud nullum alium scriptorem antiquum, praeter Sidon. Epist. VIII, 14. et Prudent. Cath. VII, 9., ubi de hominis pinguedine usurpatur. Ceterum *Heyn.* haec adnotat: „Ad nostros decori sensus exigendus non est laevor et splendor ex axungia et suillo adipo (ἀργέτι δημῷ ap. Homerum) quaesitus. Nec tamen per se tenuior aut vilior rei est species, quam acumen ex cote." — *securis.* Vid. supra ad v. 510. — **639.** *frementis Ad iuga cogit equos.* Statius Theb. VII, 136. Maronem imitatus cecinit: *alienaque cogunt Ad iuga cornipedes.* Cf. etiam Silius IV, 18 sq. *domitat pars verbere anhelum Cornipedem in gyros saxoque exasperat ensem.* Accuratius esset *sub iuga cogit,* ut in Moreto 122. — *trilicem loricam.* Vid. ad III, 467. et V, 259. — **640.** *fido ense,* cui confidi potest in periculis. Sic iam supra VI, 524. similiterque infra IX, 707. *fidelis lorica.* Cf. Lucan. VII, 139. *nec gladiis habuere fidem* et Burm. ad Gratii Cyneg. 52. Ceterum cum hi tres versus eandem, quam quatuor priores, contineant sententiam, Ribbeck. suspicatur, eos a poëta postea esse adiectos, ut alteri carminis recensioni reservaretur de alterutro loco retinendo iudicium. (Cf. eius Proleg. p. 82.) — V. **641** sqq. Homericum navium catalogum imitatum esse poetam, cum quo post Macrob. Sat. V, 15. multi hunc locum compararunt, nemo non videt. *Heyn.* inter alia haec adnotat: „Cum Graecarum urbium et populorum enumeratio - - ad singulorum oppidorum laudem et gloriam avitam pertinere videretur, multa Homerus simpliciter nomine designare potuit. At Latii urbes pleraeque aut solo erant aequatae aut antiquo splendore exciderant. Necesse igitur fuit poëtae commendare eas a vetere fama et antiquis fabulis, imprimis de iis, qui eas condiderant. - - - Quod Troianam aciem non adiecit ad Homericum exemplum, nemo facile miretur; quam enim varietatem et delectationem ea enumeratio promittere poterat? Etruscorum auxilia enarrare non oblitus est X, 163 sqq." Idem Heyn. observat, cum ordinem in recensendis singulis urbibus secutum esse poëtam, ut ab occidente Latii ad orientalis usque fines progrederetur. — V. **641.** iteratur X, 163. Etiam in hac Musarum invocatione sub initio longioris et difficilioris narrationis Homeri exemplum Il. II, 484. poëta secutus est. Cf. autem ad VI, 264. et IX, 525 — *Pandite Helicona et cantus movete,* i. e. Pandite Helicona, ut, apertis quasi huius sacrarii portis, proveniant inde carmina de rebus reconditis et obscura tantum fama propagatis. Sic enim Wagn. locum rectissime capere videtur, qui confert Bacchylidis verba a Clem. Alex. servata Strom. V. p. 423. D. Sylb. *οὐδὲ γὰρ ῥᾷστον ἀῤῥήτων ἐπέων πύλας ἐξευρεῖν,* de verbo autem *pandendi* ad res obscuras et minus notas translato ipsius Aen. VI, 267.,

Qui bello acciti reges, quae quemque secutae
Conplerint campos acies, quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis;
Et meministis enim, divae, et memorare potestis;
Ad nos vix tenuis famae perlabitur aura.
Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris

---

et super eodem de oraculis usurpato Aen. III, 252. 479., ut de carminibus res obscuras illustrantibus Lucr. IV, 8. *obscura de re tam lucida pando Carmina* ibique a me adnott. (Nescio tamen, num Vir doct. etiamnum ita iudicet, cum Lachm. *carmina pandere* Latinum esse negans *pango Carmina* ediderit.) Cf. etiam Ovid. Met. XV, 622. (locus nostro simillimus), id. Fast. IV, 193. Stat. Theb. IV, 33. Claud. in Ruf. I, 21. Silius III, 222 sq. etc. videque Bach. ad Ovid. Met. X, 149. XIV, 21. et supra ad Aen. III, 179. — *Deae*, Musae. Verba *Pandite nunc Helicona, deae* iterantur in Anth. Lat. I, 170, 1. — *cantus movete*, i. e. incipite canere, nil amplius. Cf. X, 163., ubi hic versus iteratur, et adnott. ad I, 262., ubi adde Ovid. Met. X, 147. et 149. Bach. ad Tibull. IV, 1, 26. et in Epist. crit. p. 35 sqq. Ladew. explicat: *„fördert mein Lied."* Pro *movete* autem non erat cur Wakef. paucorum quorundam Codd. (inter quos sane fragm. Vat. et Gud., sed demum a m. sec.) lectionem *monete* reciperet, etiam Heynio et Peerlkampio (qui tamen insuper, coll. Aen. VII, 41., hanc profert coniecturam: *vatemque monete*) itemque Boettigero in *Kl. Schr.* I. p. 327. probatam: cum plurimorum optimorumque Codd. lectio et difficilior sit et verbis *Pandite Helicona* melius conveniat. Cf. etiam Ovid. Met. XIV, 20. *carmen Ore move;* ibid. X, 149. *Ab Iove, Musa parens, - - Carmina nostra move*, id. A. A. III, 651. *Quid iuvat ambages praeceptaque parva movere?* (ubi etiam vulgo *monere*). Val. Fl. V, 100. *Carmina - - Odrysius dum rite movet*, ibique Burm., Bentl. et Orell. ad Hor. Od. III, 7, 20. (*historias movet*). Heins. coni. *cantuque monete*. — **642.** *acciti* ex Med. et aliis Codd. nunc cum Hauptio, Wagn. et Ladew. recepimus. Bryce, Ribbeck., Conington et Benoist., ut ceteri editores, vulg. *exciti*, quod sane plurimi Codd. videntur exhibere, servarunt, et Coningt. quidem *excitus* longa penultima etiam III, 676. et X, 38., itemque *inexcīta* supra v. 623. legi memorat. — *bello* Dativus videtur, non Ablativus, ut etiam supra v. 482. Sequentia verba respexit Val. Fl. V, 606. *Quae quemque manus, quae signa sequantur.* — **643.** *quibus Itala iam tum* etc. Similes Italiae laudes vide Geo. II, 167 sqq. — „*iam tum* praeclare dixit ad laudem sui aevi, tacita quidem comparatione." Haec *Heyn.* verissime; non enim adsentior Handio in Turs. III. p. 113. hunc locum iis adnumeranti, ubi *iam tum* non per *schon damals*, sed per *eben damals* convertendum sit, multo minus vero probare possum, quod ibidem legitur, poetas *iam tum* interdum pro simplici *tum* usurpasse. Ceterum cf. Geo. II, 174., ubi Italia *parens magna virûm* vocatur, et Aen. VI, 784. (Roma) *Felix prole virûm.* — **644.** *quibus arserit armis* quos viros ardentes in armis, i. e. bellicosos, habuerit. Burm. minus probabiliter explicat: quibus bellis turbata, concussa fuerit, coll. adnott. sui ad Suet. Caes. 70. et Lucan. II, 534. — „Vss. **645. 646.** ex Hom. Il. II, 485 sq. conversi. Secuti sunt alii, ut Stat. Theb. IV, 32 sq. Ovid. Met. XV, 622, sqq." *Heyn.* V. 645. infra IX, 529. iteratur, sed haud dubie invito Vergilio. Quod attinet ad tmesin *Et - - enim*, vid. adnott. ad Ecl. VI, 6. Geo. III, 381. Aen. II, 567. V, 603. etc. — **646** *famae aura.* Tenuitas famae comparatur cum aurae allabentis tenuitate. Peerlk. confert Stat. Theb. IV, 651. *Phoebe doce. Nos rara manent exordia famae.* — **647.** *Primus init bellum.* Cf. V, 114. *Prima - ineunt certamina.* — „Quod *Mezentium* Agyllae, mox Caere dictae, Lucumonem inter socios Latinorum memorat, ab antiqua fama mutuatus est. Vid. VIII, 478 sq." *Heyn.* Cf. etiam Plin. XIV, 12, 14. *Varro auctor est, Mezentium, Etruscorum regem, auxilium Rutulis contra Latinos tulisse vini mercede, quod tum in Latio agro fuisset*, et Ovid. Fast. IV, 877 sqq. Ceterum nomen eius in Cod.

Contemptor divom Mezentius agminaque armat.
Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter
Non fuit excepto Laurentis corpore Turni;
Lausus, equum domitor debellatorque ferarum,
Ducit Agyllina nequiquam ex urbe secutos
Mille viros, dignus, patriis qui laetior esset
Imperiis et cui pater haud Mezentius esset.

Med. modo *Mezentius* (ut hic, VIII, 7. 501. IX, 522.) modo *Mezzentius* (IX, 586. X, 204. 714. 729. 742. alibi, sed interdum transfossa priore *z*, ut VIII, 482. X, 150. 689. etc.) scribitur; ita ut Heins. ad h. l. adnotans, in Med. ubique *Mezzentium* legi, in errore versetur. Sed hanc scripturam diserte vituperat Scaurus p. 2257. atque etiam in Fastis Praenestinis p. 326. Suet. Wolf. *Mezentius* scribitur. Cf. Wagn. in Varr. lectt. ad Aen. II, 763. ibique etiam nostra adnot. et Schneid. Gr. Lat. I, 1. p. 375. Ceterum vid. etiam infra ad v. 654. — *asper*, saevus, crudelis. — *Tyrrhenis ab oris*, oriundus ex Etruria (cf. adnott. ad Geo. III, 2. et 33.), non inde veniens; pulsus enim Agylla apud Rutulos tunc vivebat. Vid. VIII, 492 sq. — *contemptor divom* ex fama antiqua. Cato enim apud Macrob. Sat. III, 5, 10. p. 280. Ian. s. p. 16. Bip. narrat, *Mezentium Rutulis imperasse, ut sibi afferrent, quas diis primitias afferebant.* Quare etiam apud Ovid. l. l. non *deos*, sed *vulnera* sua *testatur*. — **649.** *iuxta* adverbialiter positum. Med. tamen a m. pr. exhibet *hunc iuxta* atque etiam in Rom. literae *ic iu* sunt erasa. — *quo pulchrior alter* cett. Comparant Hom. Il. II, 673 sq. Od. VIII, 116 sq. et XI, 309. Vid. etiam ad VI, 164. — **650.** *corpore Turni*, ipso Turno; quamquam huius loci, ubi de corporis pulchritudine agitur, non prorsus eadem est ratio atque eorum, de quibus supra diximus: I, 193. II, 18. V, 318. VI, 22. — **651.** *equum domitor*, ἱππόδαμος. Vide supra v. 189. — „*debellator ferarum* [ut IX, 771. *ferarum vastator*], quod Homerico exemplo in laude viri fortis posuit. Vid. Iliad. 49—51.“ *Heyn.* De venatione a Romanis inter honestissimas et utilissimas virorum occupationes relata cf. Schmid. ad Hor. Ep. I, 18, 49. Beier. ad Cic. Off. I, 29, 104. et Heind. ad Hor. Sat. II, 2, 9. a Thielio laudatos. De Tyrrhenis venandi studiosis Conington conferri iubet XI, 686. — **652.** *Agyllina urbs* pro Agylla redit VIII, 478. Sic etiam infra v. 678. *Praenestina urbs* pro Praeneste. Erat autem *Agylla* (quod nomen antiquum, a Pelasgis conditoribus oppido datum, invenitur etiam ap. Strab. V. p. 220. Cas. Dionys. Hal. I, 14. III, 144. Herod. I, 167. Plin. III, 5. 8. et Rutil. Itin. v. 226.) eadem urbs Etruriae, quae postea a Tyrrhenis *Caere* appellabatur (unde *caerimoniae* nomen habere dicuntur, nunc *Cervetere* s. *Cervetro*), de qua praeter ll. ll. vide Liv. I, 2, 3. IX, 36, 3. alios et librum meum geogr. III. p. 606 sq., de historia autem urbis cf. etiam Itasius Lemniacus ad Rutil. I. l. (Berol. 1872.) p. 118. Vid. tamen Intpp. ad Liv. XXI, 62, 5. — *nequiquam secutos*, quia impedire non potuerunt, quominus ille in bello caderet. — **653** „*dignus patriis qui laetior esset imperiis*, dignus, qui meliore patre gauderet [accuratius *Wagn.*: „qui non amisisset spem regni propter tyrannidem patris“]; ad patrem autem declarandum *imperia* non minus valent, quam in filio *obsequium*. Comparant Hom. Il. XV, 641.“ *Heyn.* Cf. etiam Ovid. Met. VIII, 849. *Filia restabat non illo digna parente.* Silius XII, 346. *Proles pulchra viri, nec tali digna parente* et similes loci. — **654.** Hand. Turs. III. p. 19. negationem *haud* non cum verbo, sed cum nomine coniungendam censet, quasi nos dicamus: *ein Nicht-Mezentius.* Ribbeck. hic ex uno Pal. et X, 762. ex uno Nonio p. 272, 22. (ubi tamen Merc. edidit *Mezentius*) recepit formam nominis *Medientius* (cf. Mus. Rhen. XII. p. 419 sqq., et Corssen. de pron. I. p. 78. et 123.), quem tamen ex posterioribus editoribus nemo secutus est, quod probo. Ceterum Peerlk., offensus verbo *esset* in fine utriusque versus repetito, satis audacter coni. *dignus, patriis cui*

Post hos insignem palma per gramina currum
Victoresque ostentat equos satus Hercule pulchro
Pulcher Aventinus clipeoque insigne paternum
Centum anguis cinctamque gerit serpentibus Hydram;
Collis Aventini silva quem Rhea sacerdos
Furtivum partu sub luminis edidit oras,

---

laetior aetas Imperiis, et cui etc. Sed apertum est, verbum cum singulari vi esse repetitum, ut VIII, 396 sq. *fuisset*, ubi vid. adnott. Wagn. praeterea comparat Ovid. Trist. I, 3, 61 sq. *est - - est* et Cic. pr. Mil. 10, 27., ubi quinque cola in idem verbum *est* exeant. — **655**. „*Aventinus* heros Vergilii ingenio deberi videtur. Herculis autem accessus ad haec loca (vid. VIII, 200 sq.) facile poëtae animum impellere potuit, ut in Aventinum incideret; cuius nomen Romanis lectoribus placere potuit, cum mons Aventinus urbis Romae pars facta esset.“ *Heyn.* Alius est *Aventinus*, quem inter Albae Longae reges commemorat Ovid. Fast. IV, 51. et XIV, 620. — *palma*, victoria. (Vid. ad V, 70.) Intellige igitur bigas vel quadrigas praemio cursus ornatas. — *per gramina*, per campos gramine vestitos. Cf. XII, 664. — **656**. *victores equos*. Vid. ad Geo. III, 499. — *ostentat* cum delectu positum, nam currus equique victores revera ostentui modo sunt, cum Aventinus v. 666. pedes regiam subeat. — *satus Hercule*. Vid. ad Geo. I, 278. et al. — *pulchro*. „Cogitandum est de pulchritudine, qualis esse potest herois, qui robore corporis omnes mortales superabat.“ *Heyn.* Burm. cum Servio *pulcher* per *fortis* explicat coll. Claud. IV. Cons. Hon. 532. *pulcher Alcides*, Flor. IV, 4. *tunc etiam pulcher manu apparuit*, et infra v. 761. *proles pulcherrima bello*. Adde Ennii Ann. I. fr. 57. p. 15. Vahl. (s. p. 19. Hessel.) *Romulus pulcher* et Hor. Od. IV, 4, 65. *Merses profundo: pulchrior evenit*. Et sane pulchritudo viri, quae constat robusto et nervoso corpore, latis humeris, valido pectore etc., in pugnae ardore maxime enitet, quare Servii explicatio non omnino absona indicanda, cum *pulcher* et *fortis* vir sint cognatae notiones. — **657** sq. „Tragicorum more clipeum dat Aventino insigne gerentem hydram.“ Haec *Heyn.*, qui etiam conferri iubet Silium II, 158 sq. (ad quem locum vid. Drakenb.) Eurip. Phoen. 1142 sq. et Quintum Cal. VIII, 349 sq., simulque adnotat, ut hic *centum*, ita VI, 576. *quinquaginta* capitibus instructam exhiberi hydram. Ceterum *centum angues cinctamque serpentibus Hydram* dictum esse pro: Hydram centum anguibus cinctam, quisque videt. Simillima ratione infra v. 753. *Vipereo generi et graviter spirantibus hydris*. Cf. etiam supra ad v. 94. 419. multosque similes locos adnott. Peerlk., cum Hydra serpentibus *cincta* sit plane integra et intacta (?), cuius insigne non possit Herculis virtutem ostendere, coni. *sectamque*, ut *sectam serpentibus* pro *sectis serpentibus* positum sit, hac sententia: gerit in clipeo Hydram, ex cuius capitibus multi serpentes erant recisi; quam coniecturam fulcire studet collatis locis Hor. Od. IV, 4, 61. Lucan. IV, 634. Senecae Med. 701. et imprimis Silii II, 158. *Centum angues idem Lernaeaque monstra gerebat In clipeo, et sectis geminam serpentibus Hydram.* — **659**. Niebuhr. *Röm. Gesch.* Vol. I. p. 234. huius sacerdotis nomen ex Adiectivo *reus* factum et propterea *Rea*, non *Rhea*, scribendum esse arbitratur; cui opinioni, nec Codd. auctoritate (nam *Rea* non nisi in Gud. et in Rom. a m. sec. legitur) nec metro sublevatae, iure adversatur Wagn.; et Peerlk. huius Nymphae nomen non male deducit a Graeco *ῥέω* (unde etiam *Romuli* et *Remi* nomina orta esse censet, quod tamen minus probabile dixerim). Rheam autem Sylviam a Marte compressam poetae obversatam esse hanc fabulam fingenti de sacerdote aliqua eiusdem nominis ab Hercule vitiata, non est quod memorem. — **660**. *Furtivum partu edidit* pro vulg. furtivo partu (quod sane Codd. quidam deterioris notae exhibent) Coningtone indice fortasse ortum ex Pal. scriptura *furtivom*, quam Ribbeck. recepit. Ceterum cf. supra IV, 171. VI, 24. infra IX, 546. Tibull. I, 2,

Mixta deo mulier, postquam Laurentia victor
Geryone exstincto Tirynthius attigit arva
Tyrrhenoque boves in flumine lavit Hiberas.
Pila manu saevosque gerunt in bella dolones
Et tereti pugnant mucrone veruque Sabello.

---

34. *celari vult sua furta Venus* et similes loci. Videtur poeta memor fuisse Hom. Il. VI, 24. *σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ.* — *partu edidit*, ut I, 272. *partu dabit.* — *sub luminis oras.* Vid. ad Geo. II, 47. — **661.** *Mixta deo*, *μιγεῖσα θεῷ* (Hom. Il. XXI, 143. Od. I, 73. etc.), congressa. Conington etiam comparat Hom. Il. XVI, 176. *γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα.* De constructione diximus ad VI, 727. — „*Laurentia arva*, ut poëta, latius dixit; nam apud Evandrum, qui tum loca circa Palatinum et Aventinum tenebat, deverterat Hercules: qua de re vid. VIII, 200 sq.“ *Heyn.* Non inepte tamen Servius memorat, tantam fuisse illis temporibus Laurenti potentiam, ut omnia vicina loca eius imperio subiecta essent, ideoque etiam illas regiones, quas Tiberis permeet, iure Laurentia arva dici potuisse. — **662.** *Geryone exstincto.* Vid ad VI, 289. — — *Tirynthius* vocatur Hercules a Tyrinthe, Argolidis oppido, ubi educatus fuisse traditur. Cf. VIII, 228. Ovid. Met. VII, 410. IX, 66. Fast. I, 547. II, 305. cett. — „V. **663.** poëticum ornatum habet commode ab eo petitum, quod in armentorum cura proprium est lavare gregem, pro: et armenta [Geryonis] ex Hispania abduxit.“ *Heyn.* — *Tyrrheno in flumine.* Vid. supra v. 242. Ribbeck. post hunc versum lacunam suspicatur; desiderat enim militum, quos Aventinus ducat, mentionem aliquam. (Cf. eius Proleg. p. 82.) — **664.** *Pilum*, iaculorum genus Romanis proprium, de quo cf. Polyb. VI, 21. Veget. de re mil. II, 15. Liv. IX, 19. et Rein. in Pauly *Realencycl.* I. ed. 2. p. 1729 sq. Plura eius erant genera. Antiquissimum, quod Polybius l. l. describit, habebat hastile ligneum trium cubitorum, cui ferrum eiusdem longitudinis (*uncus*) ita erat praefixum, ut eius dimidium in hastile esset immissum. — *gerunt*, scil. comites Aventini, quibus v. 666. *Ipse* opponitur. Non opus igitur, ut cum Peerlkampio, ne Subiectum sententiae desit, neve inter Italiae nationes hic commemoratas Sabelli omnino taceantur, scribamus: - - *manus* - - *Sabellae* pro *manu* - - *Sabello*. Non tamen reticendum, Heynium (cui adsentitur Conington) hic adnotare: „Nec monitum, unde ii fuerint, quos adduxit. Loca circa Aventinum montem eos inhabitare dicere poterat. Sed totus locus a poeta inchoatus, non absolutus esse videtur;“ quibus verbis Wagn. recte addit: „Equidem nihil hic desideraverim.“ — *in bella*, ad usum belli. Vid. ad VII, 13. Gronov. ad Senec. Herc. fur. 779. minus recte iungit *saevos in bella*. — „*Dolo* est flagellum, intra cuius virgam latet pugio, aut, secundum Varronem, ingens contus cum ferro brevissimo [quae explicatio huic loco convenientior videtur]; dolones autem a fallendo dicti sunt, quod decipiant ferro, cum speciem praeferant ligni.“ Haec *Serv.* Quod teli genus illis temporibus accommodatum esse, adnotat Heyn. coll. Silio III, 250. (*tereti dextras in pugnam armata dolone* - - *Barce*). Cf. etiam Plutarch. Tib. Gracch. c. 10. Suet. Claud. 13. et Isidor. Origg. XVIII, 9. — **665.** *tereti mucrone*, parvo gladio. Wagn. tamen (et cum eo Conington), coll. Geo. I, 173. per *ἓν διὰ δυοῖν* explicat: veru teretem habens mucronem. „*veru Sabellum* nullum aliud esse videtur, quam verutum. Samnitium quidem proprium hoc telorum genus, *σαύνιον* dictum, a quo adeo nomen Sannitarum s. Samnitum ductum esse volunt. Vid. Festum v. *Samnitibus* et Strab. V. p. 383. B. Iam cum Samnites Sabinae gentis propago sint, etiam Sabinis idem hastae genus tribui potuit, unde *veru Sabellum.* Nisi omnino commune fuit populorum Latii et reliquae Italiae [ut etiam Conington censet]. Sic Geo. II, 167. *Volscos verutos* vidimus.“ *Heyn.* Aventini igitur milites ipsi videntur esse Sabelli. Cum tamen non diserte dictum sit, qui his telis pugnent, Peerlk. protulit coniecturam supra commemoratam. De *veru* autem s. *veruto*, leviore hastae genere, cf. Tibull. I, 6, 49. 7, 55. Sid.

Ipse pedes tegumen torquens inmane leonis
Terribili inpexum seta, cum dentibus albis
Indutus capiti, sic regia tecta subibat
Horridus Herculeoque humeros innexus amictu.
Tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt,

Apoll. V, 413. Liv. VIII, 24. Caes. B. G. V, 43. Silius III, 363. Veget. II, 15. Festus p. 375. M. alii. — 666. *Ipse pedes*, scil. tecta *subibat* (v. 668.), non *pugnat*, quod Heyn. intelligit. Antea v. 655. curru vectus prodiit; hic autem, ut toto habitu suo patrem imitaretur (v. 669.), qui semper pedes fuit, curru relicto pedes tecta regis subit. Alii loci, quo equites vel curru vecti postea pedites facti memorantur, sunt Ovid. Met. XIV, 363. Liv. VII, 8 etc. Cf. Orellii Exc. ad Hor. Od. I, 2, 39. — *tegumen leonis*, pellem leonis, qua patrem secutus utitur pro tegmine; ut infra XI, 577. Camillae *Tigridis exuviae per dorsum a vertice pendent*, ad Homericorum heroum exemplum. Cf. etiam Aen. V, 351. et VIII, 552. De voc. *tegumen* vid. ad III, 594. — Hanc pellem *torquet*, retorquet et adstringit, ut laciniae eius sint pro cingulo et rictus eius pro galea; quare postea *innexus humeros amictu* vocatur. Cf. infra VIII, 460. et XI, 680 sq. Thiel. Part. *torquens* minus recte cum Servio explicat per sustinens et librans, nostrum *balancirend*. — 667. *impexum seta*, hirsutum. Vid. ad VI, 245. et Huschk. ad Tibull. I, 3, 69. — *cum dentibus* etc. Eandem pellem ita accommodat capiti, ut rictus pellis cum dentibus pro galea sit, ut XI, 680 sq. Cf. etiam infra v. 688 sq. Silium III, 388. *ore ferarum Et rictu horrificant galeas*, Stat. Theb. IV, 304. *Ille Lycaoniae rictu caput asperat ursae* aliosque locos similes. — *dentibus albis*. Cf. Burm. ad Quinct. VIII, 2, 6. et ad Nemes. Cyneg. 176. De Part. *cum* vid. ad XI, 680. — 668. *indutus*, scil. illud, *capiti*, i. e. caput eo indutum habens. Temere autem in h. l. haeserunt interpretes, ita ut Heyn. totum v. 668., qui ipsam rem primariam continet, tamquam „importunum, a sensu et loco alienum, iuncturamque verborum enecantem" eiectum mallet, Both. pro *indutus* coniiceret *indutis*, Waardenburg. Opusc. p. 172 sq. *induitur* legendum esse censeret, Puncto post *capiti* posito, Peerlk. denique, quae est Viri doct. audacia, totum hunc locum sic mutandum suspicaretur: *Ipse, pedes, tegumen rictus imm. leonis Terribili* etc. - - *Indutus capiti, atque humeros innexus amictu Horridus Herculeo, sic regia tecta subibat*. Recte potius Wagn. docuit haec esse coniungenda: *Ipse pedes subibat* cui verbo Particula *sic* post praegressa Participia Graeco more adiecta sit (vid. infra); Copulam autem, qua Participia *torquens* - - *indutus* proprie iungenda fuissent, consulto a poeta omissam esse, qui in re horrida horridiore etiam dicendi genere utendum putaverit. Iahn. autem Copulam omissam putat, ut gradatio aliqua et haec sententia efficiatur: torquens pellem leonis adeoque eam capiti indutus Ladew. tamen, haerens in omissa Copula, *indutus* pro Substantivo habet, *tegumine* per appositionem adiecto, quod etiam ap. Varr. [L. L. V, 131. p. 134. Sp. p. 51. M.] Tac. Ann. XVI, 4. et apud posteriores [Ammian. XXX, 7. Apul. Apol. 10 p. 310. Elm. p. 61. Oud. etc.] aliquoties legatur, ut ap. Cic. de or. III, 6, 23. *instructus*; et Ribbeck. versum 669. ante v. 667. collocavit ideoque coactus est sumere, post *inpexum* excidisse vocem *os*. Cf. eius Emend. Verg. p. 7. et Proleg. p. 82. — *Sic* verba *tegumen torquens* et *indutus capiti* quasi in unum comprehendit et recolligit: ita horrido habitu. Cf. adnott. ad Aen. I, 225. — 669. *Horridus*, cf. supra v. 667. et vid. ad V, 37. — *humeros innexus amictu*, ut VI, 281. *crinem vittis innexa*. Pal. et Rom. exhibent *innixus*, de qua vocabulorum confusione diximus ad IV, 217. — 670. „In condenda urbe Tiburte tres fratres consociasse operas suas narrantur, Amphiarai, qui ad Thebas ab terra haustus interiit, Argivi, filii [vel potius nepotes, Catilli maioris filii. Cf. Heynii Exc. VIII. ad h. l. et Interpp. ad Hor. Od. I, 7, 13. I, 18, 2. et II, 6, 5.]. Quod ii isto adhuc tempore inter vivos habentur, non urgendum est, nec temporum

Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillusque acerque Coras, Argiva iuventus,
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
Ceu duo nubigenae cum vertice montis ab alto
Descendunt Centauri Homolen Othrymque nivalem
Linquentes cursu rapido; dat euntibus ingens
Silva locum et magno cedunt virgulta fragore.
Nec Praenestinae fundator defuit urbis,
Volcano genitum pecora inter agrestia regem

---

ratio subtilius exigenda." *Heyn.* — **671.** *Tiburti.* Cod. Rom. (in quo tamen Ribbeck. potius *Tiburthi* invenit) et Serv. Dresd. *Tiburni*, quod hic et infra XI, 519. (ubi eadem lectionis varietas) cum Brunckio recepit Iahn., suadente etiam Handio ad Stat. Silv. I, 3, 74.; sed vere videtur Wagn. opponere, a *Tiburno* non *Tiburtia*, sed *Tiburna* moenia appellanda fuisse. Quare ceteri editores recentiores recte *Tiburti* retinuerunt. Ceterum cf. etiam Hor. Od. I, 7, 13., ubi tamen ex melioribus Codd. editur *Tiburni lucus.* (Cf. Orell.) — *dictam cognomine.* Cf. I, 530. *Cognomine dicunt*, III, 334. 702. VIII, 331. XII, 845. Pal. praebet *de cognomine*, ut I, 533. *Italiam dixisse de nomine gentem* et alibi. — *gentem*, poëtice pro *urbe.* Cf. IV, 40. — **672.** *Cātillus:* sic etiam infra XI, 640. Apud Stat. Silv. I, 3, 100. prima syllaba nominis corripitur (qua de re ibi vid. Hand.) et Hor. Od. I, 18, 2. scribit *Cātilus.* — **673.** *primam ante aciem*, ut supra v. 531. et alibi. — **674.** Eadem comparatione uti Statium Theb. IV, 139 sqq. et IX, 220 sqq., iam Heyn. adnotat. Servius recte inde concludit, fratres venire equis vectos, comparans XI, 465. — „*nubigenas* (cf. infra VIII, 293.) *Centauros* cum prisca loquendi ratio appellasset, quod altissimos Thessaliae montes intra nubes conditos, ex quibus *Othrys* et *Homole* sunt, inhabitabat gens fera et silvestris, - - genus eorum fabula [quam etiam Servius sequitur] a nube repetiit, quam Ixion pro Iunone erat amplexus." *Heyn.* Iahn. ad Geo. II, 8, p. 404. ed. II. male defendit unius Cod. Med. lectionem *Discendunt*, quamquam in contextu retinuit ceterorum librorum scripturam *Descendunt.* Ceterum de *Homole* cf. Eur. Herc. fur. 368. Theocr. VII, 103. Strab. IX. p. 443. Paus. IX, 8, 3. et Steph. Byz. p. 516, de *Othrye* autem (qui nunc *Goura* et *Ierako* dicitur) Hes. Th. 632. Herod. VII, 129. Strab. VIII. p. 356. IX. p. 432 sq. Plin. IV, 8, 15. alii et liber meus geogr. III. p. 857. Cum Accus. *Othrym* cf. infra IX, 765. *Halym* ibique adnott. — **677.** *Silva* et *virgulta* eadem ratione coniunguntur XII, 522. — *cedunt virgulta*, sc. perrumpentibus, *magno fragore*, ut apro Calydonio apud Ovid. Met. VIII, 340. *Sternitur impulsu nemus et propulsa fragorem Dat silva.* Heyn. minus recte voc. *virgulta* pro silva positum censet coll. Geo. II, 328. et Lucr. V, 933. 1365. Verissime enim quaerit *Wagn.:* „Num igitur putabimus arbores ab illis currentibus fractas aut prostratas?" Accedit, quod tum unum idemque bis dictum statuimus. Quare potius cum Viro docto in Miscell. Obss. Vol I. p. 17. et Wagnero *silvam* de ipsis arboribus intelligo, quarum ramuli prominentes capitibus et brachiis currentium franguntur, *virgulta* autem de fruticetis, quae pedibus eorum proteruntur. Ceterum Conington putat, Vergilium hic memorem fuisse Hom. XIII, 140. *Ὕψι δ' ἀναθρώσκων πέτεται, κτυπέει δ' ὑπ' αὐτοῦ Ὕλη.* — **678** sqq. De hac fabula praeter Servium Heyn. conferri iubet Solinum c. 2. ad eumque Salmas. p. 46. Wagn. addit Scholiastam Maii. — *Praenestina urbs*, ut supra v. 652. *Agyllina urbs.* Heyn. cum Bryanto vv. 679. et 680., quorum paulo abruptior sit oratio, temere suspectos habens, non supervacaneum esse putavit adnotare, vv. *genitum inter pecora* coniungenda esse, non *regem inter pecora*, — *Volcano* autem sextum Casum esse, non tertium, ut Schmiedero videtur, verba autem sic esse construenda: *quem regem Volcano genitum inter pecora agrestia focisque inventum*, vix est quod memorem. Sic supra v. 47. *Fauno et*

Inventumque focis omnis quem credidit aetas,
Caeculus. Hunc legio late comitatur agrestis;
Quique altum Praeneste viri, quique arva Gabinae
Iunonis gelidumque Anienem et roscida rivis
Hernica saxa colunt; quos dives Anagnia pascit,

---

nympha genitum Laurente Marica. — Pro *regem* Peerlk. temere coni. *regis.* — **680.** *focis inventum.* Schol. Maii haec adnotat: „Cato in Origg. ait, Caeculum virgines aquam petentes in foco inveuisse, ideoque Vulcaui filium existimasse: et quod oculos exiguos haberet, Caeculum appellatum etc.“ — *omnis quem credidit aetas*, scil. post dubitationem aequalium suorum. Servius enim uarrat, Caeculum se iactasse Vulcani filium; quod cum vicini populi uon crederent, Vulcauum eorum coetum flamma circumdedisse, et uunc illum ab omuibus Vulcani filium esse creditum. Peerlk. tamen, in hoc loco haerens, Vergilio potius *quem pristina credidit aetas*, *olim quem credidit aetas*, vel tale quid scribendum fuisse suspicatur. — **681**. Ribbeck. ordiuem verborum *legio late* convertit Med. auctoritatem secutus. Ceteri recentiores editores uou sunt secuti. — **682**. *Quique - - quique.* Vid. IV, 525. et al. — *Praeneste* (uunc *Palestrina*) iuter antiquissima erat oppida in Latio a Pelasgis condita. Cf. Strab. V. p. 238. Steph. Byz. p. 561. Pliu. III, 5, 9. Liv. II, 19, 2. VI, 29, 5. Vib. Sequ. p. 28. Oberl., Heynii Exc. VIII. ad h. l. et liber meus geogr. III. p. 712. — *altum* autem dicitur ob situm in regione montaua. Vid. Strab. l. l. Quare multas continebat villas, in quas Romani frigoris captandi causa aestate secedere solebant. Cf. Flor. I, 11. Wesseliug. ad Aut. Itiu. p. 302. Interpp. ad Hor. Od. III, 4, 22. (*frigidum Praeneste*) Obbar. ad Hor. Ep. 1, 2, 2. et Bonstetten *Reise in die klass. Gegenden Rom's* II. p. 151. — „*Gabinae Iunonis.* Pelasgorum religio iu Latium illata, unde *Iuno Lanuvina* et hic *Gabina*. Repetit eam hinc Silius XII, 537. *Iunonis tecta Gabinae.*“ *Heyn.* *Gabina* tamen per anticipationem vocatur, cum *Gabii*, Latii oppidum a Praeueste occidentem versus situm, Albae Lougae esset colonia. Servius haec adnotat: „Gabiui diu iu agris morati tandem Gabios condiderunt; unde perite *arva* dixit, uon *moenia*. Illic Iuno religiosissime colitur.“ Vid. supra ad VI, 773. — *qui Anienem - - colunt*, i. e. regioneu Anieni adiacentem. Cf. infra v. 714. Geo. I, 509. II, 30. 225. 497. Liv. XXII, 20. *populi, qui Iberum incolunt*, etc. cum adnott. ad Ecl. VII, 66. *Anio* autem s. *Anien.* notissimus Italiae fluvius (uunc *Teverone* appellatus), qui Latinos et Sabinos disterminans haud procul ab Antemuis in Tiberim infunditur. Cf. Strab. V. p. 235. 238. Hor. Od. I, 7, 13. Ovid. Met. XIV, 329. prop. IV, 7, 86. Stat. Silv. I, 5, 25. alii et liber meus modo comm. III. p. 512. De epitheto *gelidi* cf. Silius XII, 539 sq. *Sulfureis gelidus qua serpit leniter undis - - Anio;* id. X, 364. *Ac gelidis Anio trepidabat caerulus undis*, et Stat. Silv. IV, 4, 17. *Anienaque frigora captant.* — *roscida rivis.* „Rivi esse possunt uulli praeterquam Trerus et Cosa, Cluverio quoque monente.“ *Heyn.* Ille uunc *Sacco* s. *Fiume di Campagna*, hic etiamuum *Cosa* vocatur. — **684.** „*qui Hernica saxa colunt.* Si verum est, quod a Festo et Servio traditur, Sabinorum seu (quod Festus habet, quodque eodem redit) Marsorum lingua *herna* [vel secuudum Serv. et Schol. Maii *hernas* femin. geuere] vocata *saxa* fuisse: docte poëta *Hernica saxa* dixit; erat autem Hernicorum ager saxosus circa *Anagniam*, quam *divitem* cur dixerit, ex Silii imitatione intelligitur XII, 532 sq. *surgit suspensa tumenti Dorso frugiferis Cerealis Anagnia glebis* (cf. idem VIII, 392 sq. *Hernicaque impresso raduntur vomere saxa, Queis patri pinguis sulcaris Anagnia glebis*): ergo fertilis est. [Cf. supra v. 262. De ipso autem oppido, nunc *Anagni* dicto, vid. Strab. V. p. 238. Liv. IX, 42, 11. Cic. Phil. II, 41. Macrob. V, 18, 13. p. 458. Iau. et liber meus modo comm. III. p. 714.] — *pascit* plurimorum Codd., Servii et Macrobii l. l. auctoritate uititur, quam cum Wakef., Iahn. et Wagn. secuti sumus. Vulgo *pascis*, quod ex recentioribus solus Peerlk.

Quos, Amasene pater. Non illis omnibus arma
Nec clipei currusve sonant; pars maxuma glandes
Liventis plumbi spargit, pars spicula gestat
Bina manu, fulvosque lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti, vestigia nuda sinistri
Instituere pedis, crudus tegit altera pero. ·
At Messapus, equum domitor, Neptunia proles,

---

praefert. Cf. Wagneri adnot. ad II, 56. — „*Amasenus* supra Setiam in Volscis ortus Privernum praetergressus per Volscum agrum [cum Ufente coniunctus] in mare apud Circeios [inter Circeios et Terracinam] exit.“ *Heyn.* Praeter Vergilium h. l. et XI, 547. atque Vibium Sequestrem nemo huius fluvii mentionem facit, qui etiamnum *Amaseno* vocatur. Cf. liber meus geogr. III. p. 519. De praedicato *pater* vid. adnott. ad Geo. IV, 355. — 687. *glandes plumbi spargit.* De ipsa re vid. infra ad IX, 588. et quod ad Verbum attinet, cf. Prop. V, (IV,) 3, 65. *Plumbea cum tortae sparguntur pondera fundae* et Aen. XII, 51. *Glandem* autem *plumbeam* etiam a Lucr. VI, 178. et 306. commemorari, Conington observat. — *spicula gestat Bina manu.* Sic Silius VIII, 495. *Spicula bina gerunt.* — 688. „Ut lupi exuviae caput tegunt supra v. 666., sic istis e lupina pelle factus *galerus*, pilei genus, pro capitis tegmine est.“ *Heyn.* Cerda autem cum Lipsio non male suspicatur, Vergilium non minus quam Propertium IV, [V,] 10, 20. (non IV, 2.) verbis *Et galea hirsuta compta lupina iuba* allusisse ad morem Romanorum in lupae, Romuli nutricis, memoriam e lupina pelle galeas sibi adaptandi. Cf. etiam Aen. I, 275 sq. *Galerus* s. *galerum* proprie erat sacerdotum, sed etiam ab aliis gerebatur. Cf. Moret. 121. Suet. Ner. 26. Iuven. VIII, 207. Grat. Cyneg. 339. Calpurn. Ecl. I, 6. al. et Serv. ad Aen. II, 683. et vide librum meum *Hellas u. Rom* I, 1. p. 336. cum adn. 37. (de gladiatorum galero ibid. p. 116.). — 689. Pal. et a m. sec. Gud. exhibent *Tegmina* et Med. a m. sec. *capitis*, ut infra v. 742. legimus *tegmina capitum.* — „Laevum pedem nudum, dextrum *perone*, h. e. corio crudo, καρβατίνῃ, tectum habet. Facit hoc mirationem; nam laevum pedem seu ocreatum seu alio modo tectum et munitum cum alibi legimus, v. c. ap. Liv. IX, 40. [Silium VIII, 420. Iuven. VI, 256. etc.], tum vero ipse status pugnantis postulat, quandoquidem pedi laevo insistit eumque anteriore in vestigio ponit is, qui aut funda glandem, aut qui iaculum emittit aut sagittam. Dixeris pedi laevo pro munimento fuisse clipeum sinistra manu gestatum; atqui v. 686. dixerat eos sine clipeis esse. Status igitur eorum talis fuisse videtur, qualis in progressu esse solet, ut dexter pes antecederet.“ Haec *Heyn.*, qui etiam cf. in Exc. VIII. ad h. l. — Macrob. V, 18, 13 sqq. p. 458. Ian. (s. p. 132. Bip.) Vergilium Graecos secutum esse suspicatur; Aetolis enim eum morem fuisse, ut ex Euripidis et Aristotelis locis quibusdam appareat; quod recte respuit Lersch. l. l., qui potius conferri iubet Veget. I, 20., ubi etiam de peditibus Romanis haec legamus: „ut - - etiam ferreas ocreas in dextris cruribus cogerentur accipere.“ Ceterum cf. etiam quae Gossr. et Coningt. de h. l. disputant. — *vestigia nuda pedis* pro: vestigia pedis nudi. Vid. infra ad VIII, 526. Cf. etiam Silius III, 235. *at vestigia nuda.* — *insistere vestigia* pro ponere (i. e. incedere) etiam Lucr. I, 407. (ubi vid. adnot. mea) dixit. Cf. etiam adnott. ad Geo. III, 164. De Perfecto *Instituere* ἀοριστικῶς posito pro insistere solent vid. ad Geo. I, 49. — *peronem*, rusticum calceamentum, commemorant e. g. Iuven. XIV, 155. Pers. V, 102. Sidon. Apoll. IV, 20. Isidor. Origg. XIX, 34, 13. (vulgo etiam Apul. Met. VII. p. 155. Bip., ubi tamen vide Oudend. p. 481. et Hidebr. p. 593.) et liber meus modo comm. p. 159. adn. 203. — *crudus* autem *pero*, ut V, 69. *crudus cestus.* — 691. *At* in enumeratione, si ad aliud quid transitur. Vid. ad Geo. II, 447. — *Messapus* hic commemoratus alius esse videtur atque Messapiorum, in Messapia s. Iapygia incolentium, conditor ille, Strabone auctore IX. p. 621. ex Boeotia advectus (cf. etiam Plin. III, 11, 16. et Solin. c. 2.), a

Quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro,
Iam pridem resides populos desuetaque bello
Agmina in arma vocat subito ferrumque retractat.
Hi Fescenninas acies Aequosque Faliscos,
Hi Soractis habent arces Flaviniaque arva

---

quo secundum Servium ad h. l. Ennius poeta se originem ducere memoriae prodidit, quare Silius XII, 390. *Ennius antiqua Messapi ab origine regis.* Quamquam sane poetae licuit locos et tempora confundere, ut de duobus huius nominis heroibus cogitare fortasse non opus sit. Vid. etiam Heyn. Exc. VIII. ad h. l. et Klopferi Lex. myth. II. p. 243 sq. — *equûm domitor*, ut supra v. 189. Picus et v. 651. Lausus. — **692**. Quod Messapum igni indomitum poeta fingit, spectare videtur ad Hirporum artes (vid. ad XI, 785.), qui fortasse eius imperio cum aliis subiecti erant. — *fas*, *δυνατόν*. Sic Ovid. A. A. III, 151. *Nec mihi tot positus numero comprendere fas est;* id. Trist. III, 12, 41. *Fas quoque - - Huc aliquem certo vela dedisse Noto* et saepe apud poetas. — *igni;* nam ignibus missilibus etiam in acie utebantur. Cf. I, 150. X, 131. Silius IX, 335. 577. Liv. XXI, 8. alii. — **693**. *resides populos desuetaque bello Agmina*, i. e. diuturna pacis desidia bello desuetos. Vid. I, 721 sq. et VI, 814 sq. ibique adnott. — **694**. *ferrum retractant*, i. e. post longam pacem rursus capiunt, ut etiam infra X, 396. ap. Liv. II, 30, 9. *Tutius visum est defendi inermes Latinos, quam pati retractare arma* et Petron. in Wernsd. P. Lat. min. IV, 764, 61. *gladios retractant.* Cerda minus recte explicat: saepe versant, gaudent frequenti illorum tractatione, vel adeo: acuunt, renovant et splendidius reddunt. — **695**. Oppida hic commemorata in meridionali Etruriae parte prope Tiberim sunt quaerenda. Minus autem apte hic inter regiones et urbes commemorantur *Fescenninae acies*. *Wagn.* haec adnotat: „*Hi Fesc. acies - - habent*, in his sunt Fescennini; sed belli ratione habita dixit *acies F.;* ceterum aliter habentur acies, aliter arces; est igitur hoc quoddam genus zeugmatis. Vid. I, 426.“ Negari tamen nequit, in hoc loco, ut in aliis huius libri, desiderari ultimam poetae manum, quare Ladew. (qui cf. in Philol. VII. p. 482.) versum 695. transponit post v. 692. Pronomine *Hi* ex coni. in *Is* mutato; Ribbeck. vero post v. 695. versum aliquem excidisse putat, qui verbum *ducunt* ad *acies* necessarium continuerit. Sed vide, quae contra eum verissime disputat Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 408 sq. Peerlk. autem putat, Vergilium melius scripturum fuisse *Hi Fescenninos colles aequorque Faliscum* etc. et Hoffmann. in *Zeitschr. f. d. Oestr. G.* 1853. p. 881. coni. *Fescenninos agros aequosque Faliscos.* (Quod autem attinet ad rationem hoc nomen minore litera initiali scribendi, quam etiam Haupt., Ladew., Ribbeck. et Benoist. sequuntur, ac si esset Lat. Adiectivum *aequus*, vid. infra adnott.) *Fescennia* s. *Fescennium* (unde versus Fescennini nomen habent) oppidum erat a Pelasgis ad Tiberim conditum. Vid. Plin. III, 5, 8. Dionys. Hal. I, 21. et liber meus geogr. III. p. 611. — *Falisci*, quorum caput Falerii s. Falisci, oppidum a Fescennio meridiem versus situm, ad mare usque ad Soracten montem habitabant. Cf. Strab. V. p. 346. Liv. IV, 23, 4. V, 27, 1. Sil. IV, 223. all. „Quod *Aequos Faliscos* appellat, ad antiquum Faliscorum nomen spectat, *Aequum Faliscum;* ab Aequis enim traxerant illi nescio quid; vid. Cluver. Ital. ant. p. 538. ex Strab. V. p. 346. A. *Aequos Faliscos* etiam Silius dixit VIII, 490.“ *Heyn.* Niebuhr. *Röm. Gesch.* Vol. I. p. 81. Faliscos ex parte Aequos fuisse suspicatur; sed Otfr. Mueller. in libro *Die Etrusker* Vol. I. p. 110. (coll. cum p 222 sq.) hoc nomine (quod comparat cum Aequimelio) significari putat Faliscum in aequo s. plano conditum; contra quem disputat Grotefeud. *Alt. Ital.* IV. p. 52. Bergk. autem in diss. praemissa indici Lect. Marburg. a. 1844. docet Aequos Faliscos esse i. q. montanos F. et nomen factum ex Osco vocabulo *Aípo*, cum Osci, quibus literarum *qu* usus non fuerit, pro iis literam *p* posuerint. Ceterum cf. etiam liber meus modo comm. III. p. 611 sq. et infra ad v. 724. — **696**. De *Soracte* monte vid. ad

Et Cimini cum monte lacum lucosque Capenos.
Ibant aequati numero regemque canebant:
Ceu quondam nivei liquida inter nubila cycni
Cum sese e pastu referunt et longa canoros
Dant per colla modos, sonat amnis et Asia longe
Pulsa palus.

XI, 785. *Arces* de montibus usurpatas vidimus iam Geo. I, 240. II, 172. 525. Aen. VI, 783. al. — *Flavinia arva.* Silius VIII, 492. (aperte h. l. imitatus) commemorat *Flavinam,* Etruriae oppidum, quod *Flavinium* appellatum fuisse Servius ad h. l. auctor est, quodque mature videtur interiisse. Cf. Cluveri Ital. ant. II, 3. p. 551. Holsten. ad Cluver. p. 63. ibi situm fuisse suspicatur, ubi nunc *Tiano.* — **697.** „*Lacus Ciminius* cum monte et saltu Ciminio, e Liv. IX, 36, 8. noto, nunc *Lago de Vico* et *Lago di Ronciglione* [cf. etiam Flor. I, 17. Sil. VIII, 493. Colum. VIII, 16, 2. all. et liber meus geogr. III. p. 522.]; tandemque *Capena* Faliscis contermina cum luco Feroniae in agro Capenate sito. Vid. Liv. XXVI, 11. I, 30. Dionys. III, 32. Silium XIII, 84 sqq.; qui idem locum nostrum expressit VIII, 491 sqq." *Heyn.* De *Capena* (quae nunc *Civitucola*) et Feroniae luco cf. liber meus modo comm. III. p. 609 sq. — Ribbeck. (qui cf. in Emend. Verg. p. 9 sq.) post hunc versum posuit v. 703—705. („*without reason,*" ut Conington censet). Mihi aut hi versus, aut v. 699—702., ut iam duplex comparatio et versus imperfectus indicant, loco nondum prorsus elimato a poeta in schedis suis post adiecti videntur, ut in altera recensione alterutri modo servarentur. — **698.** *Ibant aequati numero,* i. e. gressus aequabant ad numerum carminis, ut de numeroso incessu ad rhythmum facto cogitandum sit. Cf. Santen. ad Terent. Maur. 176. Alteri enim explicationi, ut sensus sit: aequatis s. aequalibus numero ordinibus incedebant (quam iuvaret locus XI, 599. *Compositi numero in turmas* quamque etiam Wagn. et Ladew. amplectuntur), adversantur v. 703—705., nam exercitus aequatis ordinibus incedens vix comparari potest cum nube avium volantium. Mecum consentiunt Bryce, Henry in Philol. XII. p. 627. et Conington, qui provocat etiam ad Silium III, 345 sqq. iam ab Heynio allatum. — *regemque canebant.* Erat mos militaris in itinere carmina in heroes canere. Cf. Silius VIII, 423. de Sabinis: *Ibant et laeti pars Sancum voce canebant Auctorem gentis* cett. (qui, Heynio indice, aptius ipsum auctorem gentis, quam Vergilius regem, quem canant, commemorat) cum eiusd. III, 345. et Tac. Germ. 3. *Primumque omnium virorum fortium ituri in proelia canunt* (scil. Herculem) etc. — **699.** Comparationem ex Hom. Il. II, 459 sqq. et Apollon. IV, 1298 sqq. sumptam esse, adnotant Heyn. aliique Intpp. — *quondam.* Vid. ad Aen. II, 367. — *liquida inter nubila.* Vid. ad Geo. I, 404. et Aen. V, 525. Ribbeck. (qui etiam cf. in Proleg. p. 310.) ex Pal. et Gud. a m. pr. recepit *flumina,* coll. Hom. Il. II, 461. et Apoll. Rh. IV, 1300. Sed dubito, num Vergilius scripserit *inter flumina,* et *nubila* praeter Codd. Med., Rom., Bern. II. III., alios etiam tuentur Macrob. V, 8, 3. p. 408. Ian. (p. 83. Bip.) et Servius. Cf. etiam V, 525. *liquidis in nubibus* (unde sane Ribbeck. l. l. vulgarem lectionem, quam absurdam dicit, ortam suspicatur). Quare ceteros recentiores editores *nubila* recte retinuisse censeo, quod etiam tuetur Hoffmann. in *Zeitschr. f. d. Oestr. G.* 1865. p. 506. — *e pastu,* ut Geo. I, 381. et IV, 186. Apud Macrob. l. l. aliquot Codd. *a pastu.* (? Ian. p. 408. tantum affert lectiones *e pastu* atque *et pastu.*) — **700.** Memorabilis hic locus de cantu cycnorum laete volantium, cum alii scriptores non nisi de cantu moribundorum olorum loqui soleant. Cf. adnott. ad Ecl. VIII, 55. et IX, 29. — **701.** *Dant modos.* Vid. ad V, 276. et IX, 323. De cygnorum cantu praeter Eclog. ll. ll. cf. etiam Aen. I, 398. — *amnis,* Cayster, *et Asia palus.* Vid. ad Geo. I, 383. — „*pulsa,* scil. modis, sono resonans [ut Ecl. VI, 84.]; non remis, ut alii accipiunt. [Sic Prop. III, 22, 28. (prius II, 26, 48.) *Lernae pulsa tridente palus* et Tibull. II, 5, 34. *ire solebat Exiguus pulsa per vada linter aqua.*] Burm. ait: a cygnis natantibus vel plaudentibus aquas alis

Nec quisquam aeratas acies ex agmine tanto
Misceri putet, aëriam sed gurgite ab alto
Urgueri volucrum raucarum ad litora nubem.
Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum
Agmen agens Clausus magnique ipse agminis instar,
Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens
Per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.
Una ingens Amiterna cohors priscique Quirites,

---

suis. Etiam hoc longius petitum. [Heynii explicationem etiam Coningtou iure sequitur.] — **703** sqq. Ut agmen incedebat cum cantu et tripudio, nemo putaret illud ad pugnam faciendam incedere. Petitum ex Apollon. IV, 238 sqq." *Heyn.* Recte autem Wagn., qui praeter Apollonium etiam Hom. Il. III, 2—7. conferri iubet (cui loco Coniugtou addit Il. IV, 429 sq.), vv. 703—705. non ad cantum referendos esse docet, ut vv. 699—702., sed ad numerum, ut copiarum numerus cum avium gregatim migrantium multitudine comparetur: unde etiam patet, *tanto* non esse positum pro *tali*, quod Heyn. censet, multo minus vero, nescio quo Viro docto suadente, in *tali* mutandum. Quae autem *volucres* intelligantur, perindo est. Cf. etiam supra VI, 310 sqq. — *aeratas acies*, ut IX, 463. — *gurgite ab alto*, ut VI, 310. — **704**. *Misceri.* Acies *miscentur*, dum congrediuntur et pugnant. Cf. v. c. Lucan. I, 578. *Insonuere tubae et quanto clamore cohortes Miscentur* etc. et vid. Geo. IV, 75., ubi *misceri* i. q. congregari. Peerlk. tamen, de hoc usu simplicis verbi *miscendi* dubitans, coni. *Nec quisquam aeratas acies haec agmina tanta Misceri putet,* quae satis mire explicat: nec diceres haec agmina tanta esse aeratas acies. — *aëriam gregem.* Cf. Geo. I. 375. *aëriae grues* ibique adnott. — **705**. *Urgueri.* Cf. v. c. Ovid. Met. XV, 182. *et unda impellitur unda Urgeturque prior veniente urgetque priorem,* et Hor. Ep. I, 17, 25. *urget diem nox et dies noctem.* — *volucrum nubes*, ingens volucrum numerus, quae multitudine sua atrae nubis instar quasi diem obscurant. Thiel. comparat Hom. Il. IV, 274. *νέφος πεζῶν*, Eur. Phoen. 257. *νέφος ἀσπίδων*, Iacobs. delect. Epigramm. Gr. p. 299. *γέων νέφος*, Lucan. II, 262. *nubes telorum* et similia, coll. Drak. ad Silium XVI, 566. et Burm. ad Val. Fl. II, 551. Primum Vergilii ipsius locus erat comparandus, Geo IV, 60., ubi *nubes apum* commemoratur. — **706** sqq. „Commode gentis Claudiae originem [nomen potius dixeris: vid. Niebuhr. *Röm. Gesch.* Vol. I. p. 466. ed. 3. *Wagn.*] ab Atta vel Atto s. Attio Clauso adhibuit, etsi vulgo auctor stirpis habebatur illo Clausus, qui quinto a regibus eiectis anno cum clientibus Romam [ubi Appius Claudius vocabatur] Regillo in Sabinis venerat. Cf. Liv. II, 16. Suet. Tib 1. - - Vergilii locum expressit Silius VIII, 414 sqq." *Heyn* Idem Vir doct. verba sic coniungenda putat: *Clausus, prisco de sanguine, agens agmen magnum Sabinorum, magnique* cett.; cum tamen longe simplicius et haud dubie rectius sit coniungere verba *de prisco sanguine Sabinorum.* Ceterum de *Clauso* vid. etiam Heins. ad Ovid. Fast. IV, 305. omninoque de historica huius loci ratione Petersen de originibus historiae Rom. Diss. (Hamb. 1835. 4.) p. 28. — *prisco de sanguine.* Cf. Strab. V. p. 228. *παλαιότατον γένος οἱ Σαβῖνοι καὶ αὐτοχθόνες.* — *magnum agmen - - magnique agminis.* Cf. Aen. III, 329. (ibique adnott.) V, 447. et similes locos. — **707**. *ipse* cum singulari vi *agmini* opponitur. Cf. ad Ecl. VIII, 96. et alibi adnott. — **709**. *postquam - - data.* De Copulae *est* defectu vid. Wagn. Qu. Verg. XV, 13. Aen. IV, 151. VIII, 362. et adnott. ad Geo. II, 180. etc. Ceterum de foedere cum T. Tatio constituto cogitandum, quo Sabini in urbem recepti sunt. — *in partem data.* Cf. III, 223. *Vocamus in partem.* — **710** sqq. „Situs locorum, qui nunc commemorantur, docet, agri Sabini fines a poeta antiquiora quippe tempora respiciente paulo latius constitui, quam apud Strabonem et Plinium produntur. Vid. Exc. VIII." *Heyn.* — *Amiternum*, Sabinorum oppidum, in finibus Vestinorum, haud procul ab Aterni fontibus

Ereti manus omnis oliviferaeque Mutuscae;
Qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini,
Qui Tetricae horrentis rupes montemque Severum
Casperiamque colunt Forulosque et flumen Himellae;
Qui Tiberim Fabarimque bibunt, quos frigida misit

---

situm, Sallustii patria, de quo cf. Strab. V. p. 228. Plin. III, 12, 17. Liv. XXVI, 11, 10. XXVIII, 45, 19. alii. Reliquiae oppidi dicuntur *Torre d'Amiterno* s. *Castello di S. Vittorino*. Cf. liber meus geogr. III. p. 638. — *prisci Quirites*; i. e. Curites, Cureuses, *Curium* incolae, de quo oppido vid. ad VI, 811. Constat, ex vulgari opinione Romanos ipsos, cum Sabinis coniunctos, ab hoc illorum capite *Quiritum* nomen assumpsisse (cf. Becker. *Röm. Alterth.* II. p. 21 sqq.); quamquam etiam aliae buius nominis etymologiae prolatae sunt. (Cf. Niebuhr. *Röm. Gesch.* I. p. 322 sqq. Goettling. *Röm. Staatsverf.* p. 60 sq. et Ruperti *Handb. d. Röm. Alterth.* II. p. 8.) Epitheton *prisci* additum videtur, ut a posteriorum temporum Quiritibus, i. e. Romanis, distinguantur. — 711. *Eretum*, ad Alliam, haud procul a Tiberi situm; nunc *Monte Rotondo* appellatum. Cf. Strab. V. p. 228. Dion. Hal. III. p. 173. XI. p. 687. Liv. III, 29, 7. alii et liber meus modo comm. III. p. 610. — *Trebula Mutusca* inter Sabinorum oppida commemoratur a Dionys. I, 11. Plinio III, 12, 17. et Iulio Obsequ. c. 102. et 103. Cf. etiam Strab. V. p. 228. et Martial. V, 72, 1. Eius reliquiae videntur superesse in *Monte Leone*. Cf. liber meus geogr. ibid. — 712. *Nomentum*. Vid. supra ad VI, 773., ubi iam significavi, Vergilium hic oblitum esse, quae ibi de condendo demum hoc oppido scripserit. — *Rosea rura* s. Campi Roseae, in agro Reatino (unde *Reatina Tempe* ap. Cic. ad Att. IV, 15.) ad Velinum lacum s. Reatinam paludem (Plin. II, 103, 106.) siti et summa fertilitate nobilissimi. Cf. Varr. R. R. I, 7. II, 7. III, 1. 2. Plin. III, 12, 17. XVII, 4, 3. et XIX, 9, 56. Cic. ad Att. IV, 15. Cluver. Ital. ant. p. 679. et liber meus geogr. III. p. 638 sq. *Reate* ipsum, oppidum satis notum, nunc *Rieti* appellari constat. — *Velini*. Vid. supra ad v. 517. — 713. *Tetricus*, s. *Tetrica*, mons arduus Sabinae, de quo vid. Varro R. R. II, 1. Silius VIII, 419. et Cluver. p. 415. — *horrentis* mihi Accusativus, Coniugtoni Genitivus videtur. -- *Severus* mons alibi non commemoratur. Uterque pertinebat ad Fiscellum montem, qui nunc dicitur *Monti della Sibilla*. Cf. liber meus modo comm. III. p. 493. Aliter Heury in Philol. XI. p. 633. iudicat, qui locum sic construit: *horrentes rupes montemque severum Tetricae* et comparat Geo. III, 37. *amnem severum Cocyti*. Sed vide, quae Ladew. in Append. p. 359. contra eum disputat, provocans ad Servium, qui adnotat: „Severus proprium nomen montis est.“ Pal. et Gud. exhibent *amnemque severum*, fortasse ex VI, 374. huc translatum. — 714. *Casperia*, quam Silius VIII, 416. *Casperulam* vocat, ad Himellae fontes a Curibus septemtrionem versus sita erat (vid. Vib. Sequ. p. 11.), idemque oppidulum videtur, quod nunc *Aspra* appellatur. Cf. liber meus geogr. III. p. 640. — *Foruli*, vicus in monte haud procul ab Himellae effluvio in Tiberim conditus, fortasse *Civita Tomassa* nostrorum temporum. Cf. Strab. V. p. 228. Liv. XXVI, 11, 11. Silius l. l. et liber meus modo comm. III. p. 639. — *qui colunt - - flumen Himellae*. Cf. supra ad v. 683. — *Himella* ipsa, cuius etiam Vibius Sequ. p. 11. mentionem facit, nunc vocatur *Aja*; nisi potius *Aja* est *Avens* veterum, in quem *Himella* rivus effunditur. Cf. Mannert. *Geogr. d. Gr. u. R.* IX, 1. p. 527 sq. — 715. *Tiberim* cum Wagn. scripsimus, Med. aliorumque Codd., de quorum lectione certo constat (omnium certe Ribbeck.), auctoritate moti; quibus enim Codd. h. l. iuvetur vulg. scriptura *Thybrim*, non liquet. Vergilium autem non minus quam alios poetas in scribendo hoc nomine variare, notum est; et quamquam noster saepius forma *Thybris* utitur, *Tiberim* tamen etiam Geo. I, 499. legimus. De variis huius nominis formis cf. omnino Isid. Orig. XIII, 21. Tzchuck. ad Melam Vol. III. P. II. p. 436 sq. et librum meum geogr. III. p. 510. (Posteriores editores praeter Bryceum omnes nos secuti sunt.)

Nursia, et Hortinae classes populique Latini;
Quosque secans infaustum interluit Allia nomen:
Quam multi Libyco volvuntur marmore fluctus,
Saevus ubi Orion hibernis conditur undis,
Vel cum sole novo densae torrentur aristae

— *Fabaris* s. *Farfarus* (Ovid. Met. XIV, 330.), qui supra Cures in Tiberim effluit, nunc *Farfa* vocatur. Vid. librum menm modo comm. III. p. 512. — *bibunt.* Cf. Hom. Il. II, 825. *πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο* et Nemes. Cyn. 67. *quae Rhenum Tigrimque bibunt.* — **716.** *Nursia* (nunc *Norcia* appellata), Sertorii patria, quam etiam Sil. VIII, 419. et Suet. Vesp. 2. commemorant, in septemtrionalibus Sabinae montibus ad Narem fluvium sita; quare hic *frigida* vocatur. Cf. liber meus saepius comm. III. p. 639. — „*Hortinae classes* simpl. pro copiis; a classibus, quae populi partes sunt: contra quam Fontan. de Antiqq. Hortae I. p. 8. statuebat [qui *classes* de navibus capiebat]". *Heyn.* Sic etiam in fragm. Fabii Pict. ap. Gellium X, 15, 4. *procincta classis* pro exercitu armato. (Cf. ibid. I, 11, 3.) Unde einsmodi quoque loci explicandi, ubi *navium classis* sine pleonasmo legitur, velut Liv. XXII, 37, 13. Cf. adnott. ad Aen. III, 602. Servius adnotat: „Hortini equites, qui *classes* dicuntur; unde et eorum tubas *classica* dicimus et partes populi *classes* vocamus." *Horta* autem s. *Hortanum* (ap. Plin. III, 5, 8.). Etruriae fuit oppidum ad Naris et Tiberis confluentem situm, nunc *Orta* appellatum. Vid. Paul. Diac. IV, 8. et librum meum geogr. III. p. 614. — *populi Latini,* oppida Latinorum in agro Sabino. „Ut Horta Etruriae est, ita etiam aliqna pars Latii videtur Clausi imperio fuisse subiecta." *Wagn.* Ribbeck. tamen dubitat, num verba *populique Latini* recte se habeant, quamquam lecta sint a Servio. — **717.** „Pro *interluit* Ascon. Pedianus [p. 118. Orell.] citat *intervenit*, quod ab Heinsio probatum recte reiecit Schirach. p. 465." *Iahn.* — *Allia*, Sabinae parvus fluvius, vel potius rivus, qui Ficuleae agros permeat et in Tiberim effunditur, clade Romanorum in bello Gallico a. d. XV. Kal. Sext. a. U. C. 364. celeberrimus (cf. Liv. V, 37 sqq.); quare a poetis Romanis non facile sine epitheto ad illam calamitatem spectante commemoratur. Sic Ovidio A. A. I, 413. *flebilis*, Lucano VII, 409. *fastis damnata*, Silio VIII, 649. *horrifica* vocatur cett. Videtur autem is fluvius esse, qui nunc *Fiume di Conca* appellatur. Cf. Gell. *Topogr. of Rome* I. p. 77 sqq. De nominis scribendi ratione per geminatum *l* cf. Osann. ad Apulei. de orthogr. p. 28. In Codd. enim et veteribus monumentis modo *Alia*, modo *Allia* scriptum apparet. Cf. Arntzen ad Aur. Vict. de vir. ill. c. 23. Duker. ad Flor. I, 13. Zumpt. ad Cic. Div. in Caec. 15, 48. Wagn. Orth. Verg. p. 415 sq. et Peerlk. ad h. l. Ribbeck. provocans ad Servii scholion „additur unum *l* propter metrum" et Schol. Lucani VII, 633. scripsit *Alia*, ut legitur in Rom., Gud. et Bern. II. a m. pr. et in Prisciani p. 680. P. Cod. Halb. — Ceterum satis notum est, populos vel regiones a poetis significari fluviorum primariorum, qui eas permeant, nomine posito. Cf. Iani p. 406. et adnott. ad Geo. I, 509. Quod attinet ad voc. *nomen* cum epitheto aliquo nominibus propriis per appositionem adiectum, Thiel. confert Lucan. I, 313. *nomina vana Catones;* ibid. VI, 795. *popularia nomina Drusos;* Sil. II, 177. *nobile nomen Eurydamas* etc. — **718. 719.** „Ex Apoll. I, 1201 sq. adumbratum. Mare tempestatibus vexatur sub Orionis occasum, qui fit ineunte hieme. Cf. Petav. ad auctar. Op. de doctr. temp. p. 90. Est enim occasus Orionis matutinus apparens circa Decembris initia." *Heyn.* Cf. etiam adnott. ad I, 535. III, 517. et IV, 52. Ceterum ante *Quam multi* supplendam esse talem fere sententiam: hi omnes tam multi (tanto numero) conveniunt vel incedunt, in promptu est. Cf. similis locus II, 303. — *Libyco marmore.* Vid. ad Geo. I, 254. et Aen. VI, 729. (Conington minus apte confert *Libycum aequor* Geo. II, 105., ubi non de mari, sed de vastitate Libyae sermonem esse puto.) — **719.** Cf. Apoll. Rhod. I, 1202. *χειμερίη ὀλοοῖο δύσις πέλει Ὠρίωνος. Saevus Orion.* Vid. ad I, 535. et IV, 52. — **720.** Iahn. h. l. sic intelligit: *Vel* quam multi volvuntur fluctus, *cum* sole novo cett., ut fluctus de segetibus motis dicatur. Sed vere opponit

Aut Hermi campo aut Lyciae flaventibus arvis.
Scuta sonant pulsuque pedum conterrita tellus.
Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,

Wagn., parum eleganter *fluctus* ita primum proprie, tum improprie dici: immo poetam orationem, quae proprie sic procedere deberet: *Vel quam multae aristae novo solo torrentur*, ita invertisse, ut eam accommodaret ad similitudinem praegressi enuntiati *ubi conditur*, multitudinis autem notionem exprimeret epitheto *densae*. Comparat etiam similem locum X, 641 sq. Sic si locum capimus, non opus est, ut cum Menag. legamus *Vel quot*, aut facilem sane Fabri coniecturam (Heynio quoque et Thielio probatam) *Vel quam* (scil. *densae*) amplectamur, cui Peerlkampiana *Vel sub sole* haud dubie postponenda. — *sole novo*, primo aestu solis, i. e. prima aestate. Cf. Geo. II, 332. *Inque novos soles audent se germina tuto Credere.* Ovid. Fast. I, 163. *Bruma novi prima est veterisque novissima solis.* Val. Fl. II, 441. *Illi sole novo laeti.* Wagn. laudat Gronov. Diatr. c. 36. in. Alibi sane (ut Geo. I, 288.) *novus sol* est matutinus. Conington, qui putat, Vergilium aestatis calorem potius per *maturos soles* expressurum fuisse, ut Geo. I, 66., *novum solem* explicat per: „*an Eastern sun*," comparans *solem recentem* ap. Pers. V, 54. Sed probe tenendum, in illo Geo. loco de media, hic de prima aestate sermonem esse. — *torrentur*, torreri incipiunt. — 721. De *Hermo* vid. ad Geo. II, 136 sq. — „*Lycia*, aspera et saxosa regio, nescio an alibi fertilitatis laude celebretur. Fidem tamen poetae facit Phrygiae et Lydiae, quam *Hermus* alluit, vicinia." *Heyn.* Neque Lycia ipsa prorsus infecunda erat. Cf. Strab. XIV. p. 671. Ovid. Met. VI, 317. Plin. XII, 1, 5. XXI, 6, 17. et quae exposuimus in libro nostro geogr. II. p. 251. et in Pauly *Realencycl.* IV. p. 1256. Peerlk. tamen, cum poetae, „duo exempla ita separatim per *aut* — *aut* ponentes, sumant potius regiones longis intervallis remotas, quam propinquas," praefert Schraderi coniecturam *Libyae*. — 722. *conterrita* (scil. est) *tellus*, quamquam etiam sic possumus construere: *Scuta sonant pulsuque pedum conterrita* (sonat) *tellus*. Sic autem exhibent optimi Codd., Med., Rom., alii, quos Brunck., Heyn., Wagn. (in mai. edit.). Iahn. et omnes posteriores editores secuti sunt. Vulgo *tremit excita tellus*, quod praebent Palat. (certe secundum Wagn., Ribbeck. enim eum tacet) aliique Codd., haud dubie ex XII, 445. huc translatum. (Quod prius miratus sum, Wagnerum in min. edit. restituisse vulgarem lectionem, id. mero errore factum esse, Vir doct. ipse professus est in Philol. Suppl. I. p. 349., quare in recentiss. edit. recte ad alteram scripturam rediit.) Peerlk. coni. *p. p. gemit excita tellus*, coll. Homerico [Il. II, 784.] *ὑπὸ ποσσὶ μέγα στοναχίζετο γαῖα*. — 723 sqq. *Hinc*, de tempore usurpatum, ut I, 194. II, 148. 671. et alibi. (Prius de loco cogitavi, Particulam per „ex hac (alia) parte" explicans, quod Conington recte videtur improbare.) „*Halesus* adducit populos e priscis Auruncorum et Oscorum sedibus. Novat hoc poeta, quod Campanorum ducem facit; nam alibi eius memoria ad Faliscos spectat. Cf. Ovid. Fast. IV, 73 sq. — *Agamemnonius* s. Agamemnonis olim comes et miles, s. originem ab Agamemnone ducens; ab eo natus esse non potuit, nam pater X, 417. *vates*." *Heyn.* Illud verius videtur; quamquam etiam Ovidius Fast. IV, 73. Halesum *Atriden* vocat. Auriga enim fuit Agamemnonis, quo interfecto Argos patriam fugit et in Italiam delatus Falerios condidit. Cf. etiam infra X, 352 sqq. Ovid. Am. III, 13, 31. Silius VIII, 476. Solin. c. 8. et Dorn Seiffen Lexicon. nomm. propp. p. 172. Non perspicio, quo iure Dietsch. Th. Verg. p. 36. contendat, apertum esse, Vergilium ab hac narratione dissensisse et Halesum ab eo filium viri, qui cum Agamemnone fuisset, habitum esse. Quidni Halesus ipse admodum iuvenis Agamemnonis comes et auriga esse potuit? Editores nomen viri modo *Halaesus*, modo *Halesus* scribunt pro arbitrio; Wagn. tamen, Cod. Med. auctoritatem secutus, qui uno tantum loco X, 352. diphthongum non habet, ubique *Halaesus* exarandum curavit, quamquam ipse putat, hoc fortasse vituperaturos esse Otfr. Muellerum aliosque,

Curru iungit Halaesus equos Turnoque ferocis
Mille rapit populos, vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris, et quos de collibus altis
Aurunci misere patres Sidicinaque iuxta
Aequora, quique Cales linquunt amnisque vadosi
Accola Volturni pariterque Saticulus asper

---

qui nomina *Halesus* et *Falerii* inter so cognata statnant (ut ille in libro *Die Etrusker* Vol. II. p. 272 sq.). Inter hos antem est etiam Servius, qni docet, *Faliscos* dictos esse pro *Haliscis*, ut *febrem* pro *hebri*, *formicas*, quae *Hormiae* fuerint, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, et similia. Cf. etiam Heins. ad libri X. l. l. — *Curru iungit equos*, voniebat currn vectus. *Curru* vulgo pro Dativo babent (vid. adnott. ad Ecl. V, 29.); sed Iahuio teste Hnschkius iu Comment. ad legem XII tab. de tigno iuncto (Vratisl. 1837. 4.) p. 4. docet, verbnm *iungere* etiam cnm Ablativo copulari. — 725. *Turno* (Dat. commodi) *rapit populos*, raptim adducit. Cf. Aen. X, 178., Liv. II, 20, 7. *manipulos aliquos secum rapit.* Tac. Ann. I, 56. *rapere exercitum in Cattos.* IV, 25. *cito agmine rapere cohortes.* Plin. Pan. 14. *cum legiones duceres seu potius — tanta velocitas erat — raperes* cett. Videtur antem Turnus Anrunois a se subactis (cf. infra v. 795. et XII, 94.) hunc peregrinum ducem sibi deditum praefecisse. — *feroces populos*, ut supra v. 384. et I, 263. — *Massica.* Vid. Heind. ad Hor. Sat. II, 4, 51. et adnott. ad Geo. II, 143., de forma antem nominis Ruddim. I. p. 107. — *felicia Baccho*, i. e. vino suo (vid. ad Ecl. V, 69.). De hac constructione Adiectivi *felix* pro *dives* positi vid. v. c. Aen. VI, 785. *felix prole virûm.* Saepius cnm Genitivo construitur. Vid. adnot. ad Geo. I, 277. coll. cum iis, quae ad Ecl. V, 37. adscripsimus. Nescio tameu, an Coningtou *Baccho* rectius pro Dativo habeat, comparans Ecl. V, 65., quod saue magis poeticum videtur. — *rastris vertere*, ut alibi *aratro.* Vid. supra ad v. 539. De rastris vid. ad Ecl. IV, 40. et Geo. II, 421. — 727. *de collibus altis Sidicinaque iuxta Aequora*, i. e. in moutibus altis iuxta Sidicinum, campestre oppidum, habitantes, qnos miserunt Aurunci. *Aurunci* ultra Lirim in Latii et Campaniae confinibus babitantes ad Ausoues pertinebant. Vid. Pliu. III, 5, 9. Liv. II, 16, 8. VIII, 15, 1 sq. al. et librum meum geogr. III. p. 533. De *Sidicinis*, populo Ausonio Campanis subiecto, qui ad Massicum montem et Samnii fines incolebat, vid. Cic. Phil. II, 41, 107. Liv. VII, 29, 5. VIII, 2, 3. 16, 3. al. et liber meus modo comm. III. p. 730. De *aequore* pro campo, planitie posito vid. ad Geo. I, 50. et II, 105. — 728. *Cales*, Campaniae oppidum notissimum, uunc *Calvi* appellatnm, de quo vid. Strab. V. p. 249. Liv. VIII, 16, 1. Tac. Ann. VI, 15. Cic. ad Att. VIII, 15. multiqne alii. Incolae, Caleui, ad Ansones pertineutes, cum Sidicinis foedere erant iuncti. Cf. liber meus modo comm. III. p. 741. — 729. „*Accola Volturni -- Saticulus* cum referenda sint ad illa *Mille rapit populos*, quartum Casum exspectabis; sed repete ex illis tale quid, quale *cum eo veniunt.* Similiter Aesch. Pers. ἄλλους δ' ὁ μέγας καὶ πολυθρέμμων Νεῖλος ἔπεμψεν Σουσισκάνης — Ἀρσάμης — Ἀριόμαρδος.“ *Wagn.* Ad Nominativum autem eo facilius deflectere potuit poeta, cum praecedant relativae illae euuntiationes *qui vertunt Massica, qui Cales linquunt* etc. et satis constet, apud Romanos non minus, quam apud Graecos, Pronomine relativo haud raro attractionem adeo sequeutis Substantivi effici, qna de re Thiel. couferri iubet Heiud. ad Plat. Hipp. mai. §. 2. Stallb. ad Plat. Apol. c. 32. et Interpp. ad Cic. de Legg. III, 5, 12. Conington confert infra v. 741. et X, 497. — *Volturnus*, qui ex Apennino prorumpeus omnem Campaniam permeat et apud oppidum eiusdem nominis in mare se effundit, etiamuum *Volturno* appellatur. Cf. Plin. III, 5, 9. Liv. VIII, 11, 13. Mela II, 4, 9. XXII, 14, 1. al. et liber mens modo comm. III. p. 509. Quod hic *vadosus* dicitur, non repugnat aliis locis, nbi *rapidus*, *rapax*, *celer*, *sonorus* vocatur; uam idem fluvius snperiori cursu vadosus, versus

Oscorumque manus. Teretes sunt aclydes illis
Tela, sed haec lento mos est aptare flagello.
Laevas cetra tegit; falcati comminus enses.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis,
Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympha

---

ostia autem ingens et rapidus esse potest. Cf. Burm. ad h. l. et ad Val. Fl. V, 180. Conington conferri iubet Ovid. Met. XV, 714. *multamque trahens sub gurgite arenam Volturnus.* — *Saticulus* pro *Saticulanus*, ut apud Liv. IX, 21, 3. XXVII, 10, 7. vocantur *Saticulae* cives, oppidi montani in Campaniae et Samnii confinibus siti et ad priscos Ausones relati. Cf. Steph. Byz. p. 589. Liv. VII, 32, 2. IX, 22, 1. XXIII, 14, 13. Vellei. I, 14. et liber meus geogr. III. p. 648. — *asper*, quia in montibus habitant. Serv. tamen explicat „asper moribus.“ — **730.** *Osci* s. Opici, magna et potens veteris Italiae natio, in Campania habitans, de qua praeter librum meum geogr. III. p. 534. vide quae exposui in Pauly *Realencycl.* V. p. 1009 sq. Cf. etiam Strab. V. p. 233. Plin. III, 5, 9. et Festus v. *Oscum* p. 191. Lind. — „*aclidas* s. *aclydas* ipse Verg. satis declarat iacula fuisse *flagello*, amento, h. e. loro [vid. ad VII, 380.], aptata, illigata, quae emitti et retrahi possent.“ *Heyn.* Erant autem iacula cubitum semis longa et utrimque acuminata. (Cf. Lersch. Ant. Verg. §. 40. p. 89.) Salmas. ad Trebell. Claud. 14., Drakenb. ad Sil. III, 362. et Turnebus Advv. XXX, 22. *aclidas* eadem fuisse tela suspicantur cum Caesaris (B. G. V, 46.) *tragulis.* Vid. etiam Val. Fl. VI, 99. Sil. VIII, 552. et Sid. Apoll. Paneg. Maior. 416. Ceterum *aclydes* (ortum ex Gr. ἀγκύλιν, ἀγκυλίδες) scribitur in Med., ap. Pomp. Sab. et in optimo Silii Cod. III, 363. et VIII, 552., nec minus huic orthographiae favent Rom. et a m. pr. Gud. *acludes* scribentes. (Cf. etiam Wagn. Orth. Verg. p. 405.) Aliter tamen iudicat Doederl. *Lat. Syn. u. Etym.* VI. p. 6. — Pro *lento* Menag. II., Zulich. et Priscian. VII, 12, 65. p. 764. P. praebent *tereti*, quod antecedenti *teretes* originem debere videtur. — **731.** *aptare.* Vid. ad IV, 482. — **732.** *caetra* s. *cetra* genus scuti brevioris ex corio vel loris confecti, quo Servio teste Afri et Hispani utuntur et de quo vid. Lips. de mil. Rom. III, 1. Lersch. I. l. §. 31. p. 71. Plin. XI, 39, 93. et Isidor. XVIII, 12, 5. Cf. etiam Caes. B. C. I, 39. 48. Suet. Cal. 19. Liv. XXI, 21, 12. (ibique Drak.) XXVIII, 5, 11. Tac. Agr. 36. Curt. III, 2, 5. Silius III, 278. (ibique idem Drak.) 348. X, 231. al. — *falcati enses*, scil. iis sunt. Cf. adnott. ad IV, 202. Heyn. intelligendum putat *armant*, ex antecedente *tegit* repetendum; quo non opus est. De ipsis *ensibus falcatis* cf. Stat. Achill. II, 419. Silius III, 278. VIII, 585. ibique Drak. — *comminus*, quibus utuntur ad comminus pugnandum. — **733.** *indictus* pro non dictus legitur etiam Ter. Phorm. V, 7, 58. Hor. Od. III, 25, 7. Liv. V, 15 10. al. (unde illud *indicta causa*); cum quibus locis cf. Ter. Adelph. III, 4, 62. *Non me indicente haec fiunt*, et Liv. XXII, 39, 2. *etiam me indicente.* — *abibis.* Cf. V, 305. 314. X, 366. Sall. Iug. 110. *repulsus abibis.* Hor. Sat. II. 1, 86. *missus abibis* etc. — **734.** *Sebethis nympha*, Sebethi fluvii filia, alibi non commemoratur. De fluvio ipso iuxta Neapolim in Sinum Puteolanum se effundente et nunc *Fiume della Maddalena* dicto cf. Stat. Silv. I, 9, 263. Colum. X, 134. Vib. Sequ. p. 18. et liber meus geogr. III. p. 519. — **735.** *Teleboûm*, pro Teleboarum. Vid. adnott. ad Aen. I, 565. et III, 21. *Teleboae* relictis Taphiis insulis maris Ionici (vid. librum meum geogr. III. p. 1013.) *Capreas*, insulam illam ad Campaniae litus e regione Surrenti sitam et postea Tiberii libidinibus infamem, quae nunc *Capri* vocatur (cf. Strab. II. p. 123. V. p. 247. VI. p. 258. Plin. III, 6, 12. Mela II, 7, 18 Suet. Tib. 40. al.) occupasse dicuntur. Cf. etiam Tac. Ann. IV, 67. *Capreas Telebois habitatos fama refert.* Stat. Silv. III, 5, 10. et Silius VIII, 541. Hic *Telon*, primus rex eorum, cum Nympha illa progenuit *Oebalum*, qui ex insula in continentem transgressus loca quaedam in Hirpinis et in extrema Campania occupavit. Eandem fabulam, quam unde Vergilius ac-

Fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret,
Iam senior; patriis sed non et filius arvis
Contentus late iam tum dicione premebat
Sarrastis populos et quae rigat aequora Sarnus
Quique Rufras Batulumque tenent atque arva Celemnae
Et quos maliferae despectant moenia Abellae,
Teutonico ritu soliti torquere cateias;

---

ceperit nescimus, sequitur etiam Silius VII, 418. et VIII, 543. — Post *teneret* cum Wagn. Comma addidi, cum apertum sit, haec cohaerere: *quem Telon iam senior gnerasse fertur.* (Secuti sunt posteriores editores praeter Süpflium et Bryceum.) — **736.** *patriis sed* cett. Cf. adnott. ad Ecl. IV, 63. Pater quidem contentus fuerat parvo regno, sed filius non item. Ladew. adnotat, *non et* esse fere i. q. *ne — quidem* comparatque Ovid. Met. IX, 729. *perdere debuerant: si non et perdere vellent, Naturale malum saltem - - dedissent* et Liv. VI, 20, 2. *ut in tanto discrimine non et proxime vestem mutarent.* — **737.** *dicione* (vid. ad I, 236.) *premebat*, coercebat, invitos regebat. Cf. X, 53. *dicione premat Ausoniam*, I, 54. *Imperio premit* et supra v. 368. *premunt te iussa parentis.* Wagn. hic etiam Lindem. Gramm. Lat. Vol. I. p. 14. not. 8. conferri iubet. Haupt. et Ladew. receperunt lectionem *tenebat*, quae exhibetur a Med., Pal. aliisque Codd., sed facilo ex I, 236. et 622. huc transferri poterat eoque minus probanda est, cum v. 735. praecesserint verba *cum regna teneret.* Ceteri recentiores editores *premebat* servarunt. (Cf. etiam Hoffmann. in *Zeitschr. f. d. Oestr. G.* 1853. p. 882.) — **738.** „*Sarrastes*, Sarni fl. (quem olim Sarrum pronuntiatum esse apparet) accolae, memorantur etiam Silio VIII, 538.“ *Heyn.* Adde eiusd. X, 335. — De *Sarno* ipso, Campaniae fluvio, qui etiamnum *Sarno* appellatur, cf. Strab. V. p. 247. Plin. III, 5, 9. al. et liber meus geogr. III. p. 519. — *aequora*, campos, ut supra v. 728. Ceterum alterum huius versus hemistichium citat Oros. IV, 15. — **739.** *Rufrae*, quod Campaniae oppidum nunc *Lacosta Rufaria* vocatur, et *Batulum* Silio quoque VIII, 566 sq. commemorantur. De *Rufris* cf. etiam Drakenb. ad Liv. VIII, 25, 4. — *Celemnae* inter Campaniae oppida alibi usquam mentio fieri videtur. — **740.** „*quos despectant moenia Abellae.* Videtur altum in monte situm habuisse hoc oppidum, unde erat prospectus in agros et camporum planitiem. Alias *Avellana nux* huic urbi nobilitatem facit.“ *Heyn.* Situm erat hoc oppidum, quod nunc *Avella vecchia* nominatur, haud procul a Nola et Clanis fonte. Cf. de eo Strab. V. p. 249. Plin. III, 5, 9. Iustin. XX, 1. Silius VIII, 544. et liber meus modo comm. III. p. 742. Ribbeck. (qui etiam cf. in Proleg. p. 24.) recepit omnium „quotquot innotuerunt“ Codd. lectionem *moenia Bellae* adiecto Servii Scholio: „*Bellae:* multi *Nolam* volunt intelligi et dicunt iratum Vergilium nomen eius mutasse propter sibi negatum hospitium et ideo aperte noluisse dicere sed ostendere per periphrasin - -; alii ita volunt accipi *moenia Bellae*, ut sit synaloepha et legatur *moenia Abellae.*“ Illud cum parum probabile sit, quamvis quodammodo congruat cum narratione Gellii VI, (VII,) 20. (de qua tamen iure dubitat Haupt. Ind. lectt. aest. Berol. a. 1857. p. 4.), hoc unice verum videtur. (Quid de Pal. statuendum sit nescio, in quo Wagn. *moenia Abellae* legi refert, Ribbeck. vero Proleg. p. 23. not. *moenia Bellae* se vidisse asseverat; in Cod. tamen Vindob. s. Hoffmanno teste in *Zeitschr.* etc. 1865. p. 477. revera legitur *moenia Abellae.*) Quod attinet ad verbum *despiciendi* de rebus altis et excelsis usurpatum, vid. Heins. et Drak. ad Silium VI, 156. — **741.** „*Cateiam* vocem Celticam esse, quae omnino longius hastae genus designet, docuit nuper Bullet. *Diction. Celtic.* T. II. p. 286. et Macpherson in *Critical Dissert. on the Caledonians* p. 153.“ *Heyn.* „Pandum fuisse, quod in hasta mireris, hoc telum, discitur ex Silio III, 277.“ *Wagn.* Fortasse sub cuspide habebat parvum uncum, quo percussus adversarii clipeus attraheretur. Servius praeterea missile telum fuisse

Tegmina quis capitum raptus de subere cortex,
Aerataeque micant peltae, micat aereus ensis.
  Et te montosae misere in proelia Nersae,
Ufens, insignem fama et felicibus armis;
Horrida praecipue cui gens adsuetaque multo
Venatu nemorum, duris Aequicula glaebis.
Armati terram exercent semperque recentis
Convectare iuvat praedas et vivere rapto.
  Quin et Marruvia venit de gente sacerdos,

---

tradit, quod, ut aclys, a iaculantibus retrahi posset. Cf. etiam Val. Fl. VI, 83. Gell. X, 25, 2. Isidor. Or. XVIII, 7, 7. et Lersch. Ant. Verg. §. 40. p. 87 — Adiect. *Teutonicus* legitur etiam ap. Prop. IV, (III,) 2, 44. Iuven. X, 282. Lucau. I, 256. II, 69. Vellei. II, 120. al. — *soliti.* Notandus Nominativus appositi, praegresso Accusativo. Causa autem, cur poeta non scripserit *populos dicione premebat solitos torquere cateias* Waguero auctore haec est, quod *populos dicione premere* ad civile imperium, *cateias torquere* ad bellum spectat; quare, quod antea Obiectum fuerit, id recte nunc per Casum Subiecti efferri; illic eos patientes aliquid apparere, imperium scilicet, hic agentes. Eiusdem generis esse locum X, 496 sqq., ubi nemo ferat poetam sic scribentem: rapiens - - caesam manum et thalamos cruentos. — **742.** „Bene *raptus*, i. e. raptim sublatus, quia recens suberis cortex in quamvis formam facile [et celeriter] flectitur.“ *Serv.* — Coningtou conferri iubet *alvearia corticibus suta* Geo. IV, 33. — **743.** De iterato verbo *micant* cf. adnott. ad Ecl. II, 20. IV, 6. X, 54. Vid. etiam supra v. 327. et infra IX, 704. XI, 171. XII, 758. etc. — **744.** „Sequuntur *Aequi* vel *Aequiculi*, qui ad utramque Anienis ripam habitarunt. Oppidum eorum obscurum *Nersa.*“ *Heyn.* — *Nersae* cum alibi non commemorentur, Both. et Iahn. receperunt paucorum quorundam Codd. lectionem *Nursae.* Sed *Nursini*, a Plinio III, 12, 17. inter Sabinorum populos commemorati, quos Both. et Iahn. hic respici censent, incolae sunt *Nursiae* oppidi iam supra v. 716. nominati, et *Nersae* revera apparent in Osca Inscriptione edita a G. Colucci in *Bull. arch. Neap.* 1858. n. 162. Cf. Philol. XV. p. 572. et Ribbeck. ad h. l. — *Ufens* commemoratur etiam infra VIII, 6. XII, 460. et 641. De fluvio huius nominis vid. ad X, 518. Ceterum cf. quae supra ad v. 532. adnotavimus. — *felicibus armis.* Contra *non felicia tela* infra XI, 196. — **746.** *horrida gens;* horridus enim habitus venatoribus et pastoribus proprius. Cf. Tibull. II, 3, 76. Ovid. Met. I, 514. cett. — *multo Venatu* Baebio ad Ovid. Met. XIII, 554. sextus videtur Casus, de qua verbi *adsuescendi* constructione cf. Burm. ad eundem locum, Gronov. ad Liv. XXXI, 35, 3. Freinshem. ad Flor. I, 1. et Kritz. ad Sall. Cat. 2, 9.; potest vero etiam tertius esse Casus, ut supra v. 490. IX, 607. et alibi apud Verg. De Dativo autem 4. Declin. litera *u* terminato vid. ad Ecl. V, 29. — *venatu nemorum* (pro: in nemoribus) paulo audacius dictum, unde Ladew. concludit, etiam dici posse *venari nemora.* — „*Aequicula* (sc. gens; nam haec iungenda); sic *Aequicula rura* Silius dixit [VIII, 371.] adiectiva forma; *duris glebis* [oppos. *putris gleba* Geo. I, 44.], cui est ager asper et aratu difficilis, unde *gens horrida et venatui dedita.* Hinc etiam rapto vivebant, cum, unde viverent, partum et conditum non haberent. Cf. IX, 609 sq. 613.“ *Heyn.* Quare etiam Silius l. l. *rastris domant Aequicula rura.* De ipsis *Aequiculis* s. Aequis inter Latinos et Marsos ad utramque ripam Anienis et circa Algidum degentibus vid. librum meum geogr. III. p. 536. — **748.** *armati terram exercent.* De ipsa re cf. infra IX, 609 sq. et de dictione *terram exercere* Geo. I, 99. ibique adnott. et infra v. 798. — V. **749.** primo tantum voc. mutato redit infra IX, 613. — *vivere rapto* legitur etiam ap. Manil. IV, 182. Verbo frequent. *convectandi* praeter Verg. nemo usus videtur, nisi Tac. Hist. III, 27. — **750.** *Marruvia* cum Wagn. edidimus, optimorum Codd. (Med. aliorum-

Fronde super galeam et felici comptus oliva,
Archippi regis missu, fortissimus Umbro,
Vipereo generi et graviter spirantibus hydris
Spargere qui somnos cantuque manuque solebat
Mulcebatque iras et morsus arte levabat.
Sed non Dardaniae medicari cuspidis ictum
Evaluit neque eum iuvere in volnere cantus

---

que), Inscriptionum (ap. Orell. n. 3149.) atque Strabonis (V. p. 241.) et Dionysii Hal. (I, 14.), qui scribunt *Μαρούϊον*, auctoritate moti; neque aliter optimi Codd. Silii VIII, 507. Vulgo *Marrubia*. Mueller. de re metr. p. 252. scribi vult *Marruia*, quam scribendi rationem iuvare videtur Cod. Rom. corrupta lectione *Marrula*. Marruvia autem gens vocantur Marsi a capite suo *Marruvio*, ad Lacum Fucinum sito, de quo cf. ll. ll. Nunc vocatur *S. Benedetto*. Vid. librum meum geogr. III. p. 642. — **751**. *fronde et felici oliva*, i. e. felici olivae fronde. Cf. adnott. ad Ecl. II, 8. Geo. I, 173. II, 192. Aen. VI, 230. et al. De epitheto *felix* vid. ad Ecl. V, 37. Haec autem corona oleaginea insigne est sacerdotis: vid. VI, 230. — *super galeam*. Vid. V, 556. Ceterum cf. Apulei. X, 30. p. 738. Oud. (p. 249. Bip.) de Minerva: *caput contecta fulgenti galea et oleaginea corona tegebatur ipsa galea;* Stat. Theb. IV, 216. *frondenti crinitur cassis oliva.* VII, 351. *Omnibus immistas cono super adspice lauros;* et Prudent. in Symm. II, 662. *Cum galeam sub fronde oleae - - Concutio* et similes locos. — **753** sq. „Nobiles Marsi serpentum incantationibus. Cf. Cluver. p. 759. (Plin. VII, 2, 2. XXV, 2, 5. Silius VIII, 497 sqq. Gell. XVI, 11.) *Umbronem* sacerdotem, quam regem, adducere in proelia maluit poeta, quoniam incantationem ei fama prisca tribuerat, qua illa notior erat.“ *Heyn.* — *Archippum* fingit poeta, quem haud dubie sumit oppidum Archippen post lacu Fucino haustum condidisse. (Cf. Plin. III, 12, 17.) — *vipereo genere et gr. sp. hydris.* Vid. supra ad v. 659. — *graviter spirantibus*, i. e. vel solo afflatu nocentibus. Cf. Lucan. IX, 724. *Sibilaque effundens cunctas terrentia pestes, Ante venena nocens.* Ceterum cf. Geo. III, 415. — **754**. *Spargere somnos*, sparso papavere (*herbis*, v. 758., vel *medicatis frugibus*, VI, 420.) sopire. Conington comparat *quietem irrigare* I, 692. — *cantu*, incantationibus. Vid. ad Aen. IV, 487. — „*manu.* De offis soporiferis vel herois manu admotis Burm. accipit. Sed res ipsa fert, ut de tactu accipiatur. Est hoc genus domandi et sopiendi angues satis notum, quod manuum contactu fit. Cf. Plin. VII, 2. (§. 13.) Etiam Silius in loco ex nostro expresso VIII, 501. *tactuque domare venena*, h. e. serpentes venenosos. Idem I, 411 sq. *nec non serpentes diro exarmare veneno Doctus Atyr, tactuque graves sopire chelydros.*“ *Heyn.* Utrumque etiam coniunxit Silius III, 300 sq. *Marmaridae, medicum vulgus, strepuere catervis, Ad quorum cantus serpens oblita veneni, Ad quorum tactum mites iacuere cerastae.* — **755**. *Mulcebatque iras.* Vid. ad I, 153. — Cum v. **756** sqq. cf. Hom. Il. II, 859 sqq. (V, 53.) similesque loci supra II, 429. et infra IX, 328. et X, 319. Animadverte autem suavem rei posterius gestae anticipationem. Cf. infra X, 544 sqq. — *cuspidis ictum.* Cf. XI, 41. *Volnus cuspidis Ausoniae.* — **757**. *Evaluit*, fortius dictum, quam simplex *valuit*, i. e. potuit. Cf. adnott. ad Geo. IV, 145. Aen. IV, 474. XII, 866. al. Legitur haec vox etiam Hor. Ep. II, 1, 200. Stat. Silv. II, 1, 77. Lucan. IV, 48. Quinctil. X, 2. — *in volnere.* Sic nunc cum Peerlk., Gossr., Hauptio, Ladew. et Wagn. (in recentiss. edit.) ex Med. a m. pr. (in quo lectioni *in volnere* superscriptum est *ad volnera*), Rom., Bern. III. a m. pr. aliisque Codd. pluribus nunc edidimus. Vulgo *in volnera* (a Pal., Gud., Bern. II. aliis exhibitum et a Süpflio, Bryceo, Ribbeckio, Coningt. et Benoisto servatum), quod explicant: ad vulnera sananda. Sed cum alibi (ap. Manil. IV, 83. Ovid. Met. IV, 150. Stat. Theb. III, 583. Silium XIV, 548.) *in vulnera* ubique valeat ad vulnera infligenda (cf. Ruddim. II. p. 325. Hand. Turs.

Somniferi et Marsis quaesitae montibus herbae.
Te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus unda,
Te liquidi flevere lacus.
Ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello,

III. p. 314 sqq. et supra ad v. 13. et 664.) et incantatioues uon dicantur Umbronem contra vulnera accipienda munire non potuisse, sed, cum iam vulneratus esset, ad vulnus sanandum nihil valuisse, praestat haud dubie altera lectio. — *Marsis montibus. Peerlk.* recte haec adnotat: „Alia MSS. [etiam Med. a m. sec. et Bern. II.] *in montibus.* Pluralia ista, sine Praepositione, maius spatium significare videntur, quam si Praep. esset adiecta; hic igitur: per omnes, quam late patent, Marsos montes.“ Cf. Ramsh. Gr. Lat. §. 147. *C, b,* *) p. 449. — *quaesitae herbae.* Conington confert IV, 513. *quaeruntur - - Pubentes herbae.* — **759** sq. Cf. similes loci Ecl. X, 13 sqq. Geo. IV, 461. Ovid. Met. XI, 44 sqq. XV, 485. Statii Theb. V, 333 sq. 579 sqq. VII, 684 sqq. X, 503 sqq. Claud. R. Pros. II, 244 sq. Val. Fl. IV, 374 sq. Auson. Mos. 141 sq. — *Te - te - te,* ut Ecl. I, 38 sq. Cf. adnott. ad Ecl. IV, 6. et al. — *Angitiae nemus* s. *lucus* ad meridionalem lacus Fucini finem situs, et ab Angitia, Medeae sorore, appellatus, quae hic ob magicarum rerum scientiam divino cultu afficiebatur. Cf. Silius VIII, 499 sqq. et Solinus c. 2. Scribendi autem ratio *Angitiae,* quam nunc (suadente etiam Klausenio *Aeneas* II. p. 1039 sq.) cum Hauptio, Ribbeckio, Ladew. et Benoisto secutus sum, nititur Codd. Pal., Gud., Bern. II. III., aliorum, Diomedis p. 440. P. Macrobii Sat. IV, 6, 23. p. 382. Ian. (p. 56. Bip.) et inscriptionum ap. Orell. 115. 116. 1846. 5826. et Mommsenium Inscr. I. R. N. 5592. et 7255. auctoritate. Vulgo (ut in Med., Mentel. 1. aliis itemque in Quinct. Inst. IX, 3, 34. et Isidori Orig. I, 35, 9. aliquot exemplaribus) editur *Anguitiae,* quam formam Wagn. servavit et in Philol. Suppl. I. p. 349 sq. ibidemque XV. p. 351. defendere studuit, reiiciens Servii etymologiam (ab *angendo* serpentes) et potius nomen ab *anguibus* deducens, cum *die Schlangengöttin* longe praeferenda sit *der Würgerin.* (Bryce et Conington eum secuti sunt.) — *Fucinus* ipse inter Apennini iuga situs, de quo cf. Strab. V. p. 240. Plin. XXXI, 3, 24. Dio Cass. LX, 11. Liv. IV, 57, 7. aliique plures, nunc vocatur *Lago di Celano.* Vid. librum meum geogr. III. p. 522. De Adi. *vitreus* (*ὑάλινος, krystallen*), sollemni aquae, deorum marinorum et Nympharum epitheto, cf. Geo. IV, 350. ibique adnott. Hor. Od. I, 17, 200. III, 13, 1. IV, 2, 3. Stat. Silv. I, 3, 85. Claud. R. Pros. I, 267. et Gierig. ad Ovid. Met. V, 48. — Versum **760**. tres Codd. sic supplent: *nemorosaque Tempe.* Ceterum cf. Ecl. X, 13. *Illum etiam lauri, etiam flevere myricae* (ibique adnott.) et Aen. VIII, 296. *Te Stygii tremuere lacus.* — **761** sqq. „In nemore Aricino Diana peregrino more culta, quem Scythicum esse ediderunt veteres. In eodem templo *Virbius,* heros indigena, divino cultu habitus. Arcebantur antiqua religione ab hoc luco equi; inde factum, ut cum Hippolytum, Thesei f., interpretarentur ab equis iugalibus dilaniatum, a Diana [Aesculapii opera, cf. Apollod. III, 10, 3. ibique Heyn. p. 278. Ovid. Met. XV, 497. ibique Interpp. et Hor. Od. IV, 7, 25.] ex inferis reductum et in hoc luco collocatum. Dianae amor repetendus est a venationis studio. Vid. Ovid. Met. XV, 532 sqq. At Maro Hippolyti filium facit Virbium, ex Aricia Nympha [?] susceptum.“ *Heyn.* Neminem autem hac in narratione habet consentientem, quam etiam propterea miram censet Wagn., quod pater et filius contra morem antiquissimae aetatis sint cognomines. Quare Peerlk. omnem difficultatem coniectura per se haud infelici tollere studet; coll. enim loco IX, 583. *Insignis facie* putat Vergilium scripsisse: - - *bello, Viribus insignem, quem* etc., quod probat Gossr. Non tamen opus est coniectura et Conington Wagnero vere opponit, morem illum certe a Graecis non alienum fuisse. Ceterum de vulgari Virbii fabula praeter Ovid. l. l. cf. eiusd. Fast. VI, 733 sqq. Hygin. f. 47. Mezir. ad Ovid. Fast. I, 383. Iahn. et Bach. ad Ovid. Met. XV, 497 sqq. Klopfer. Lex. myth. I. p. 313. et 873. Spangenb. l. iam aliquoties l. p. 62 sq. Creuzer. *Symb.*

Virbius, insignem quem mater Aricia misit
Eductum Egeriae lucis humentia circum
Litora, pinguis ubi et placabilis ara Dianae.

IV. p. 146 sq. Hartung. *Rel. d. Röm.* II. p. 214 sqq. Preller. *Röm. Myth.* p. 278. et Scheiffele in Pauly *Realencycl.* VI. p. 2641 sqq. Statua huius Virbii Gabiis inventa nunc asservatur Lutetiae Paris. (cf. Mueller. *Denkm.* I. Fasc. II. N. 181.) et egregiam Graeci Hippolyti picturam Pompeianam exhibet Museum Burbon. XI. tab. 2. De clivo Virbii iuxta Ariciam vid. Strab. V. p. 239. et Casaub. ad Pers. VI, 55. *Aricia mater* eadem ratione dictum, qua X, 172. *Populonia mater*, ut ipsa civitas *Aricia* intelligenda sit, de quo Latii oppido, nunc *Riccia* s. *Ariccia* appellato, cf. liber meus geogr. III. p. 714. Sic autem (non de Nympha aliqua huius nominis, ut Heyn. et Conington putant) locum intelligunt Servius (qui adnotat: „Aricia, civitas iuxta Albam") et Silius IV, 367., sic eum imitatus: *quos miserat altis Egeriae genitos immitis Ariciae lucis.* — *proles pulcherrima bello* aut significat fortissimam bello (vid. supra ad v. 656.), quae locum intelligendi ratio poeta dignissima videtur, aut *bello*, pro *in bellum* positum, cum *ibat* coniungendum, quod Thielio placet. Vid. ad Ecl. II, 30. VIII, 101. Geo. II, 306. et al. adnott. Heyn. coniungit *bello insignem*, quam rationem iam collocatio verborum respuit; immo *insignem* absolute est positum, et vel ad ipsam pulchritudinem (ut equidem censeo), vel (quod Wagn. putat) ad armorum speciem referendum. Cf. Hor. Od. I, 34, 13. et III, 20, 5., ubi pariter *insignis* absolute dicitur re non indicata, qua quis conspicuus sit et excellat. — 763. *eductum*, i. q. educatum. Vid. adnott. ad VI, 765. — „*Egeriae fons* et *lucus*, in quo educatus fuit Virbius, ad Ariciam est; alius vulgo narratur prope Romam ad portam Capenam, ubi Egeriae domus, antrum sub Aventino, in quo congressa ea esse ferebatur cum Numa." *Heyn.* Alii rectius unum modo Egeriae lucum et fontem haud procul ab Aricia et iuxta lacum Aricinum statuunt. Cf. liber meus geogr. l. l. — *humentia litora* lacus illius Aricini. Haec autem est optimorum Codd. (Med., Rom., aliorum) scriptura ab Heyn. revocata, ex qua, in ceteris libris (etiam Pal. et Gud.) a librariis, qui fortasse memores erant loci IX, 584., varie corrupta, prodiit vulg. lectio *Hymettia*, ab Heins. et Burm. servata. — Peerlk. pro *circum* sine causa coni. *circa* (i. e. circa lucos Egeriae sunt lacus Triviae). Immo Iahn. vere adnotat, grammaticam verborum rationem illustrari loco Liviano I, 14, 7. *partem militum locis circa densa obsita virgulta obscuris subsidere in insidiis iussit*, i. e. locis, quae circa densa obsita virgulta erant et iisdem virgultis obscura fiebant. — 764. „*ubi ara pinguis et placabilis Dianae* est: ieiuna haec, nec epitheta bene conveniunt: *ara* si *pinguis* bene dicta est propter victimas, non eadem bene est *placabilis*, sed Diana est *placabilis*. Praestat ergo Copulam eiicere." Haec *Heyn.* Sed verissime opponit Wagn., Particulam *ubi* unsquam a Vergilio produci, Diana vero si ipsa sit placabilis, nihil impedire, quominus etiam eius ara placabilis dicatur. *Placabilis* autem Dianae (Aricinae) aram propterea etiam *pinguem* (i. e. victimis bestiarum abundantem: cf. IV, 62.) dici, ut ita opponi immani arae Tauricae Dianae, in qua rarissima facta esse sacrificia consentaneum sit, cum omnes a litore tam inhumano, ubi advenae mactari solerent, abhorruisse nemo mirari possit. Cf. etiam infra IX, 585. *pinguis ubi et placabilis ara Palici* et Ovid. Met. XV, 574. *placat odoratis herbosas ignibus aras.* Coniungtoni vero (si recte cum intelligo) *pinguis* hic est i. q. dives („*wealthy*"), sacrificiorum, quibus dii placentur, nulla ratione habita. Peerlk. tamen, in hoc epitheto tam nude posito haerens et placabilem deam esse posse tam victimis humanis, quam immolatis animalibus demonstrans, coni. *lucus ubi et plac. ara D.*; Cluver. autem in Ital. ant. p. 934. hanc profert coniecturam: *pinguis ubi implacabilis*, provocans ad Silium, qui Dianam *immitem* dixerit IV, 369. et VIII, 364. Quod si Vergilius scripsisset, qui tandem in omnibus Codd. mutari potuis-

Namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte novercae
Occiderit patriasque explerit sanguine poenas
Turbatis distractus equis, ad sidera rursus
Aetheria et superas caeli venisse sub auras
Paeoniis revocatum herbis et amore Dianae.
Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitae,
Ipse repertorem medicinae talis et artis
Fulmine Phoebigenam Stygias detrusit ad undas.

---

set in *ubi et placabilis?* — **765.** *arte* (cf. I, 657. II, 152. 795. etc.) *novercae*, Phaedrae dolo, quae privignum, nefarium amorem suum respuentem, huius contumeliae ulciscendae causa apud Theseum patrem accusavit, tamquam si ille in se stupri iniuriam inferre esset conatus. Vid. ad VI, 445. — **766.** *explerit sanguine poenas*, paulo insolentius dictum pro: explevit sanguine suo iram patris poenas filio irrogantis; *explere* autem haud raro i. q. satisfacere. — **767.** *turbatis equis* (ut IX, 124.), i. e. consternatis (per *monstra marina* v. 780.) et caeco impetu abreptis. — *ad sidera rursus - - auras*, i. q. revixisse. Cf. v. 771. et VI, 719. 761 sq. 790. — **769.** De Hippolyto ab Aesculapio vitae reddito cf. Ovid. Met. XV, 533 sqq. Eratosth. Catast. 6. Pausan. II, 27, 4. atque Servius ad h. l. et ad Aen. VI, 398. — „*Paeoniis herbis* simpl. pro medicantibus, a Paeone, deorum medico, Apolline. Il. V, 401. *Παιών*, *Παιώνιος*. — **770.** De Aesculapio, Phoebi f., a Iove fulmine percusso obvia est fabula. Vid. Apollod. III, 10, 3. et not. p. 701. Pindar. Pyth. III, 96 sq.“ *Heyn.* Adde Ovid. Fast. VI, 759 sq. Plin. XXIX, 1, 1. Lactant. I, 10. et 19. alios. Ceterum cf. simillimi loci Ovid. Met. XV, 534. *Quam postquam fortibus herbis Atque ope Paeonia, Dite indignante, recepi* et Epit. Iliad. 351. *Paeoniis curat iuvenis Podalirius herbis.* Sic etiam ap. Sil. XIV, 27. Claud. B. Get. 121. et alibi *Paeonius* i. q. salutaris, saluber, vim medicam habens. Ceterum *Paeonjis* pronuntiandum videtur (Heyn. scripsit *PaeonIs*, ut in Med. a m. pr. legitur), ut etiam XII, 401. (ubi vid. adnott.) *Paeonjum*, cum Graecum sit *Παιώνιος*, de quo Adiectivo cf. Blomfield. Gloss. ad Aesch. Agam. 821. et Pers. 611. (Vid. ad Geo. I, 397. Aen. V, 269. et al. adnott.) Adiect. *Paeŏnĭus* (*Παιόνιος*) derivandum esset a *Παίονες*, populi Macedonici nomine. Cf. etiam Weichert. in Poett. Latt. rell. p. 425. et adnott. ad Aen. XII. 401. Lachmann. tamen ad Lucr. V, 85. p. 280. Vergilium tribus syllabis *Paeoniis* dixisse negat et Ribbeck. poetam fortasse Genitivum *Paeonis* intelligi voluisse suspicatur. — *amore Dianae*, quae quasi patrona est pudicitiae et castitatis. — **771.** *ad lumina vitae.* Cf. VI, 828. ibique adnott. — **772.** *repertorem medicinae.* Conington comparat infra XII, 829. et Lucr. III, 1036. *Repertores doctrinarum atque leporum.* — **773.** *Phoebigena* Aesculapius vocatur etiam Sereno Samm. XII, 186. et XX, 364.; alibi autem hoc nomen non videtur inveniri. Hunc autem, quod arte sua multos homines in vitam reduxerat, Iupiter fulmine percussit. Cf. Apollod. III, 10, 4. et Diod. Sic. IV, 71. Med., Rom., Gud. a m. sec., Bern. II. alii et Serv. miram exhibent lectionem *Poenigenam*, quam Serv. satis artificiose explicat „matris poena genitum.“ — *ad undas.* Sic Med., Gud., Pal. a m. sec. aliique, quos cum Wakef., Both., Iahn. et Wagn. secutus sum; nam *in undas* (quod ex recentioribus editoribus unus Bryce servavit) hic ineptum est, cum damnati non immergantur undis; *ad Stygias undas* autem valet i. q. in orcum. (Cf. IV, 25. *adigat me fulmine ad umbras.*) Cf. etiam Wakef. ad Lucr. III, 363. et Silius XV, 43. *Haec Decios Stygias Erebi detrusit ad undas.* Quod attinet ad verbum *detrudere* cf. etiam Lucr. VI, 440. (*ad aequora ponti detrudere*), Ovid. Met. XI, 72. (*in terram detrudere*) etc. Omnino autem cf. similis locus Aen. IV, 25. Ceterum respexit hunc locum Lactantius Inst. I, 19., haec scribens: *Clamat summus poeta, eos omnes, qui inventas vitam excoluere per artes,*

At Trivia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus et nymphae Egeriae nemorique relegat,
Solus ubi in silvis Italis ignobilis aevum
Exigeret versoque ubi nomine Virbius esset.
Unde etiam templo Triviae lucisque sacratis
Cornipedes arceantur equi, quod litore currum
Et iuvenem monstris pavidi effudere marinis.
Filius ardentis haud setius aequore campi
Exercebat equos curruque in bella ruebat.
Ipse inter primos praestanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens et toto vertice supra est.

---

apud inferos esse, ipsumque illum medicinae artis repertorem ad Stygias undas fulmine esse detrusum. — **774**. „Diana Hippolytum vitae restitutum, ut irae Iovis subtraheret, abscondit in silva Aricina." *Heyn.* — *Trivia.* Vid. supra ad v. 516. — *secretis recondit Sedibus.* Cf. I, 681. *sacrata sede recondam.* — **775**. *Egeriae nemorique relegat*, i. e. in nemus Egeriae nymphae relegat; in nemore abscondit iuvenem ab hominum coetu segregatum. Cf. etiam Ovid. Fast. VI, 755. *Lucus enim nemorisque sui Dictynna recessu Celat: Aricino Virbius ille lacu.* Ceterum vid. supra v. 763. Conington comparat Geo. III, 212. *in sola relegant pascua* et quod ad constructionem attinet, Cic. Tusc. II, 8, 20. *Non saeva terris gens relegata ultimis.* — Cum v. **776**. cf. Geo. II, 486. *Flumina amem silvasque inglorius.* — „*ignobilis* in bonam partem, utpote in secessu et solitudine, placide ideo et tranquille: alibi *ignobile aevum* effertur." *Heyn.* — *aevum exigere*, ut X, 53. et alibi. — **778**. „Religiosus igitur erat mos, ut ad lucum curru vehi nefas esset. Causa ab Hippolyti, ab equis consternatis discerpti, pristina fortuna arcessitur." *Heyn.* — *etiam* pro etiamnum, adhuc. Cf. adnott. ad Geo. III, 189. et Aen. VI, 485. — *templo lucisque arceantur.* Vid. adnott. ad Aen. I, 31., ubi addi potest V, 742. — **779**. *cornipedes equi.* Vid. supra ad VI, 591. — **780**. *monstris marinis pavidi.* Neptunus enim, a Theseo filio invocatus, monstri subito e fluctibus marinis emergentis ope equos Hippolyti iuxta mare vecti consternasse traditur. Cf. Hygin. f. 46. Marklandus, qui (ad Stat. Silv. I, 2, 45. et III, 3, 25.) negat recte iungi *currum et iuvenem effundere*, coni. *litora circum Heu iuvenem;* sed verissime docet Wagn., ex verbo *effundere* evertendi notionem esse repetendam, ut sensus sit hic: everterunt currum et iuvenem effuderunt. Cf. adnott. ad I, 426. Nihilominus etiam Peerlk. in hoc loco haesit, et coni. - - *per litora curru Quod iuvenem monstris pavidi effudere marinis*, simul censens, poetam versum longe meliorem facere potuisse in hunc modum: *quod litora circum Attoniti monstris iuvenem traxere* (vel *rapuere*) *marinis.* — **781**. *haud setius*, nihilo minus; scil. etsi propter calamitatem paternam equos numquam tangere debebat, ut Peerlk. locum recte videtur capere; Heyn. minus recte: „etsi equi a luco parentis arcebantur;" non enim in luco parentis s. Dianae, sed in aequore campi, i. e. in bello, equos exercebat. Ceterum vid. Geo. II, 277. III, 367. Aen. IX, 441. Ovid. Met. II, 809. al. Saepius sane *nihilo setius* legitur. Ceterum de orthographia vocis vid. ad Geo. II, 277. Codd. quidam deterioris notae exhibent *haud segnius*, quod haud dubie fluxit ex Servii scholio „non segnius patre." — **782**. *Exercebat equos.* Cf. Geo. I, 210. — *in bella ruebat.* Cf. IX, 182. Plur. autem *bella* etiam hic pro singulis pugnis et certaminibus positum videtur, ut I, 439. II, 409. VIII, 547. 675. XII, 390. 633. et alibi. — **783**. *Ipse inter primos*, ἐν προμάχοισι. Cf. II, 479. VIII, 586. XII, 579. etc. — *praestanti corpore.* Cf. Geo. IV, 538. — **784**. *Vertitur*, se vertit, agit, movet, i. e. animose et alacriter incedit. — *arma tenens.* Schol. Stat. Theb. I, 201. *arma gerens.* — *supra est*, eminet inter ceteros, ὑπερέχει. Excelsa enim corpo-

Cui triplici crinita iuba galea alta Chimaeram
Sustinet Aetnaeos efflantem faucibus ignis;
Tam magis illa fremens et tristibus effera flammis,
Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.
At levem clipeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat iam saetis obsita, iam bos,

---

ris statura in heroe requiritur. Comparant Intpp. Hom. Il. III, 226. Cf. etiam Aen. VI, 668. *Musaeus humeris exstans altis*, infra VIII, 162. *cunctis altior ibat* et similes loci. Totus autem hic versus contra meliorum Codd. auctoritatem iteratur IX, 29., ubi vid. adnott. et hinc in Anth. Lat. III, 81, 95. repetuntur verba *sed toto vertice supra.* — **785.** Galea Turni solis radiis percussa inter rapidos eius et multiplices motus ita coruscat, ut Chimaera, qua ornata est (vid. ad VI, 288.), flammas spirare videatur. Haud dubie poetae ante oculos fuerunt duo Homeri loci Il. V, 4 sqq. et XVIII. 270 sqq. Heyn. infra X, 270 sqq. et Macrob. V, 13. extr. conferri iubet Vid. etiam similes loci Ausonii in Periocha V. Iliad. 2. *vomit aurea flammas Cassis et undantem clipeus defulgurat ignem;* Silii IX, 445. *summaque in casside largus Undantes volvit flammas ad sidera vertex*, all. — „*triplici crinita iuba*, ἔχουσα τρεῖς λόφους, quam τρυφάλειαν dictam volunt pro τριφαλεία.“ *Heyn.* Vid. Polyb. VI, 23, 12. Val. Fl. III, 62. *triplici pulsans fastigia crista*, Silius V, 134. *Triplex crista iubas effundit crine Suëvo*, all. et Lersch. Ant. Verg. §. 31. p. 73. Cf. etiam adnott. ad III, 468. et VI, 780., ubi Romulo certe *geminae cristae* adscribuntur. — **786.** Cf. Hom. Il. VI, 182. *Aetnaeos*, quantos Aetna evomit, ideoque omnino magnos. Ceterum cf. Hom. Il. V, 4. *δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ.* Ladew. comparat Stat. Theb. VII, 327., ubi Asopus fluvius dicitur *Aetnaeos in caelum efflare vapores*, Conington vero Lucr. III, 1012. *horriferos eructans faucibus aestus.* Wakef. ad Eurip. Ionem p. 27. coni. *aeternos*, ut sit *ἀκάματον πῦρ* Homeri, quod commentum recte respuit Süpflius. — **787.** *Tam magis - - quam magis.* Vid. ad Geo. III, 309., ubi adde Hand. Turs. III. p. 566. — *fremens*, scil. erat, Participio pro Verbo finito posito, ut saepe in rerum descriptione. Cf. Geo. II, 133. III, 504 sq. et Wagn. Qu. Verg. XXIX, 5. Dissentit tamen Conington, qui putat, hanc rationem adversari usui Vergiliano, ubi Pron. *ille* per appositionem adiiciatur. Apud Quinct. Inst. IX, 3, 15., ubi hic locus laudatur propter illud ipsum *quam — tam magis*, quod inter archaismos refertur, legitur *tremens*, quod Wakefieldo arrisit ad Lucr. V, 299. — **788.** *crudescunt sanguine pugnae.* Cf. XI, 833. *crudescit pugna.* Stat. Theb. VII, 624. *crudescit sanguine Mavors.* Val. Fl. II, 509. *furiis crudescere pugnae.* Sic etiam Geo. III, 504. *coepit crudescere morbus.* — **789** sq. „In clipeo expressa Io cum Inacho: unam ab hoc ducebat genus Turnus. Vid. supra v. 371 sq. Locum perquam similem laudant Intpp. ex Moschi Idyll. II, 43 sq. Reddita res, ut argumentum anaglyphi: Io [de qua vid. ad Geo. III, 153.] iam in bovem mutata, adstante custode Argo, et fluvius Inachus recubans in urna, e qua aqua se effundit.“ *Heyn.* Cf. etiam Eurip. Phoen. 1121.; neque alienus est Ovidii locus Met. V, 187 sqq. Respexit totum hunc locum Statius Theb. V, 273 sqq. — *levem clipeum.* Vid. supra ad v. 626. — *sublatis cornibus*, erectis, exstantibus; neutiquam vero demptis, ablatis, ut Cerda aliique interpretantur. Io cornuta significatur, nihil amplius. Peerlk. hanc profert coniecturam minus probabilem (quam Duebnero placere miror): *sub latis cornibus*, ut *sub cornibus* sit i. q. in cornibus, cornibus instructa, cornuta. — **790.** Iam Cerda adnotavit, hunc locum petitum esse ex Moscho II, 41 sq. — *saetis.* Vid. ad VI, 245. Memor huius loci Lactant. Inst. I, 11. scripsit *Io, Inachi filiam, quae ut iram Iunonis effugeret, iam setis obsita, iam bos, tranasse dicitur mare.* — *iam bos.* Transfiguratio iam erat perfecta. Conington comparat XII, 179. —

Argumentum ingens, et custos virginis Argus
Caelataque amnem fundens pater Inachus urna.
Insequitur nimbus peditum clipeataque totis
Agmina densentur campis Argivaque pubes
Auruncaeque manus, Rutuli veteresque Sicani
Et Sacranae acies et picti scuta Labici;

---

791. *argumentum ingens*, magnifica materia (*Stoff, Sujet*). Nam secundum Quinctil. V, 19, 9. *Omnis ad scribendum destinata materia appellatur argumentum; nec mirum, cum id inter opifices quoque* [etiam pictores, sculptores et caelatores] *vulgatum sit.* Sic Ovid. Met. XIII, 683. de cratere: *fabricaverat Alcon Myleus, et longo caelaverat argumento*, ibid. VI, 69. *Et vetus in tela deducitur argumentum.* Cic. Verr. II, 4, 56. *ex ebore diligentissime perfecta argumenta erant in valvis.* Prop. IV, 8, 13. (III, 7, (9,) 13.) *Argumenta magis sunt Mentoris addita formae.* Ipsa autem verba *Argumentum ingens* repetiit auctor Hippodamiae in Anth. Lat. I, 170, 87. — **792.** Peerlk., cum in clipeo etiam alia caelata fuerint, et Io quidem ex auro, coni. *Aerataque amnem* etc., qua coniectura facile supersedemus. — *Inachus*, Ius pater, ut deus fluvialis depingitur humi sedens et nisus urna, ex qua profluit aqua. Ceterum vid. supra v. 371 sq. — **793.** *Insequitur* (*folgt auf dem Fusse*). Vid. III, 32. V, 321. etc. — *nimbus peditum*, νέφος πεζῶν, Iliad. IV, 274. XXIII, 133. et al. Cf. supra v. 705. — *clipeata agmina*. Part. *clipeatus* haud raro (Liv. XXIII, 15. XLIV, 41. Curt. V, 9, 2. Ovid. Met. III, 110. etc.), Verbum autem *clipeo* ap. Pacuv. Herm. fr. 21. (a Nonio p. 87, 25. servato) legitur (*clipeat bracchium*). — **794.** „*Argiva pubes* pertinet ad originem Turni et colonos Argivos, qui cum Danaë in Italiam venerant.“ *Heyn.* Vid. supra v. 409 sq. Conington Ardeae incolas significari putat. — *densentur.* Sic optimi Codd. et Vergilii et Macrobii Sat. V, 15, 19. p. 444. Ian. hunc locum proferentis; ceteri *densantur*. Cf. adnott. ad Geo. I, 248. et Iahn. ad h. l. Fortasse poeta hic ante oculos habuit Ennium Ann. VIII. fr. 13. p. 43. Vahl. s. p. 82. Hessel. *Densantur campis horrentia tela virorum.* — **795.** *Auruncae manus.* Intelligendi sunt Aurunci cis Lirin habitantes, quos Turnus ipse ducit, ut supra v. 722. Aurunci trans Lirin degentes, quos Haleso tradiderat. Heyn., haerens in *Rutulis* hic commemoratis. cum v. 798. *Rutuli colles* sequantur, amplectitur Servii errorem, qui ad Aen. I, 2. exitum huius versus sic profert: *Siculi veteresque Sicani;* sed vere adnotat Wagn., minus offendere eam rem, si v. 797 sqq. non novos aliquos populos significari, sed, ipsis populorum nominibus memoratis, loca deinde, quae illi incolant, designari statuamus. Nihilominus Conington a Vergilio v. 797 sqq. alios atque antea commemoratos populos significari putat. — „*Sicanos*, int. reliquias Sicanorum, quae ad Tiberim in Rutulorum finibus consedisse videntur. Cf. VIII, 328. XI, 317. Excurs. VIII. ad h. l. et Exc. II. ad l. VIII.“ *Heyn.* Vid. infra ad VIII, 328. adnott. Servius scribit: „Bene *veteres;* nam ubi nunc Roma est, ibi fuerunt Sicani, quos postea pepulerunt Aborigines,“ alia tamen profert ad XI, 317., ubi vide adnott. — **796.** „*Sacranas acies* confidenter satis definire non licet. Ardeatium fuisse dicuntur, dicti seu a vere sacro, cum gravi peste laborantes Ardeates ver sacrum diis vovissent, a quo illi orti [cf. Becker *Handb. d. Röm. Alterth.* II, 1. p. 5.]; seu quod genus hominum fuit Matri Deum sacratum. Prius Festi [p. 145. ed. Lindem.] auctoritas, posterius Silii versus VIII, 417. firmare videtur.“ *Heyn.* *Sacrani* certe *sacerdotes* (Matris magnae) *Ardeates* commemorantur in Inscript. ap. Gudium p. XX, 8. a Burm. laudata. — *Labici*, etiam Silio VIII, 367. commemorati, quos Livius IV, 45, 3. et VI, 21, 9. *Labicanos* vocat, sunt *Labici* (Strab. V. p. 23[illegible].) vel *Labicorum* (Diod. XIII, 6. Cic. Agr. II, 35, 96. Liv. II, 39, 4. IV, 4[illegible], 4 sqq.), Latii oppidi, incolae, quod nunc *la Colonna* appellatur. Cf. Liber meus geogr. III. p. 722 sq. Niebuhr *Röm. Gesch.* Vol. I. p. 94. cum not. 260. etiam Vergilium hic *Lavici* scripsisse suspicatur, cui tamen scripturae (de qua Wagn. conferri iubet Garaton. et

Qui saltus, Tiberine, tuos, sacrumque Numici
Litus arant Rutulosque exercent vomere collis
Circaeumque iugum, quis Iuppiter Anxurus arvis
Praesidet et viridi gaudens Feronia luco;
Qua Saturae iacet atra palus gelidusque per imas
Quaerit iter vallis atque in mare conditur Ufens.
  Hos super advenit Volsca de gente Camilla
Agmen agens equitum et florentis aere catervas,

Wunder. ad Cic. pr. Planc. c. 9.) nullus Codex opitulari videtur. Cf. etiam Drak. ad Liv. II, 39, 4. et Neue *Formenl.* I. p. 497. — ***picti scuta***, picta, non caelata, scuta gerentes. De constructione vid. ad Ecl. 1, 54. (et III, 106.), de pictis autem armis Aen. VIII, 588. (ubi vide adnott.) XI, 660. XII, 281. — **797**. ***sacrum Numici litus***, quia Numicius, qui ei praesidet, ipse sacer. Cf. supra v. 242. Litus enim deo sacratum intelligi non potest, quia agros diis sacros arare non licebat. — **798**. ***exercent vomere colles***. Vid. ad Geo. I, 99. et supra v. 748. Ceterum Peerlk., eadem de causa, quam supra ad v. 795. vidimus, coni. *durosque exercent v. colles*, ut haec verba referantur ad eosdem, qui circa Numicium habitent; atque etiam Gossravio vox *Rutulos* simile aliquod vocabulum videtur expulisse. Sed in collibus Rutulis post ipsos Rutulos commemoratis eo minus haerendum, cum ii latius patentes et alias quoque nationes attingentes cogitari possint. — **799**. ***Circaeum iugum***. Vid. supra ad v. 10. — ***quis - - arvis Praesidet***, ergo ubi colitur. *Praesidere* autem dii dicuntur locis, quae sunt in eorum tutela (*praesidio*). Cf. III, 35. — ***Anxur*** s. Axur, quo nomine Volsci Iovem appellasse perhibentur, pueri imberbis forma in numis apparet (cf. Morelli Thes. Num. T. II. tab. 2. Millin *Gall. Myth. pl.* 9—11. Rasche Lex. num. s. v. Anxur, Hartung *Rel. d. Röm.* II. p. 194. et Preller *Röm. Myth.* p. 238.) et cum Veiove comparari solet, de quo cf. Ovid. Fast. III, 437 sq. Idem urbi Anxuri, mox Tarracinae, nomen dedisse videtur (cf. Niebuhr *Röm. Gesch.* Vol. II. p. 524. not. 1026.), cuius ager h. l. per arva, *quis Iupiter Anxurus praesidet*, indicatur. De *Anxure*, Volscorum oppido satis nobili, nunc *Terracina* appellato, cf. Plin. III, 5, 9. Mela II, 4, 9. Liv. IV, 59, 3. V, 8, 2. VII, 39, 7. aliique plures et liber meus geogr. III. p. 709. — **800**. „Ad tertium inde lapidem ***Feroniae lucus***, fons et templum. Fuit ea ex diis Latii Indigetibus, mox modo inter Nymphas relata, modo cum Iunone comparata et pro Iovis Anxuris coniuge habita.“ *Heyn.* Praeter Dionysii Hal. II, 49. et III, 32. commenta cf. Serv. ad Aen. VIII, 563 sq. et Spangenberg. liber saepius laud. p. 47 sq., qui eam Sabinorum deam domesticam fuisse docet, et Preller *Röm. Myth.* p. 238. Luci et fontis Feroniae haud procul a Capena et Soracte monte quaerendi mentionem faciunt Strab. V. p. 226. Hor. Sat. I, 5, 24. Liv. XXVI, 11, 8. XXVII, 4, 15. Plin. II, 56. Silius XIII, 84. alii. Cf. liber meus geogr. III. p. 610. — **801**. ***Saturae palus***, etiam Silio VIII, 382. commemorata (in loco ex nostro orto, ubi pariter *Saturae palus* et *Ufens* coniunguntur), ad paludes Pomptinas pertinuisse videtur; nihil tamen certius de eius situ notum, quamquam vulgo pro *Lago di Paola* habetur. Cf. etiam Cluver. p. 1003 sq. et liber meus modo comm. III. p. 524. — ***Ufens*** (de quo vid. ad X, 518.) ***per imas valles*** (per paludes Pomptinas) ***quaerit iter***, quod vix potest per paludes invenire, a quibus absorbetur. Vid. Strab. V. p. 233. Ceterum cf. v. 807. *Nec reperire viam atque evolvere posset In mare se Xanthus.* — **803**. De ***Camilla***, quam Heynius ad Penthesileae exemplum a poeta fictam putat, vid. XI, 535. Wagn. ad XI, 168. hunc totum locum libro XI. reservatum malit. — ***super hos***, praeter hos. Vid. supra ad v. 462. — V. **804**. iteratur infra XI, 433. — ***agmen equitum et florentis aere catervas***, i. e. turmas equitum aere florentes, fulgentes, splendentes, de qua ratione *ἑνὸς διὰ δυοῖν* exprimendi vid. supra ad v. 753., infra ad VIII, 289. IX, 659. et al. — ***florentes***.

Bellatrix, non illa colo calathisve Minervae
Femineas adsueta manus, sed proelia virgo
Dura pati cursuque pedum praevertere ventos.
Illa vel intactae segetis per summa volaret

„Ennius et Lucretius *florens* dicunt omne, quod nitidum est. Hos est secutus Vergilius.“ Haec *Serv.* Cf. Lucr. IV, 452. *Bina lucernarum florentia lumina flammis* et eiusd. VI, 1441., ubi *mare navibus florere* dicitur. Quod autem ad Ennium attinet, Vahlen. p. 178. huic Servii scholio addit: „Hoc nescio an ad *semper florentem Homerum* (Ann. I. fr. 9.) pertineat,“ quod mihi minus probabile videtur. Heyn. confert Pind. Ol. II, 132. *ἄνθεμα χρυσοῦ φλέγει.* (Cf. etiam Scaliger. ad Manil. p. 471. et Colvius ad Appul. Met. VIII. p. 550. a Peerlk. laud.) Vergilium, qui hunc totum versum iteravit XI, 433., imitati sunt Val. Fl. V, 565. *variis floret via discolor armis*, et Claud. de III. Cons. Hon. 133. *Floret cristatus exercitus undique turmis.* Otiosae igitur sunt coniecturae Waddelii, qui Animadvv. critt. p. 25. *florente aetate*, et Bothii, qui *fulgentes* vel *flaventes* scribi maluit. — **805.** *Bellatrix* magna cum vi in principio versus positum. Vid. ad Ecl. V, 21. VII, 30. et al. imprimis autem cf. I, 493. — Cum verbis sequentibus Cerda conferri iubet Apoll. Rhod. I, 627 sqq., Conington vero Hor. Od. III, 12, 4 sqq. — *colo.* Vid. infra VIII, 409. — *calathisve.* Exspectaveris simplicem Copulam *que;* sed vid. adnott. ad Geo. IV, 199. Aen. II, 127. al. De *calathis* ipsis, in quibus lanificae pensa sua inter opus reponebant, vid. Catull. LXIV, (LXVI,) 318 sq. Spanh. ad Callim. in Cer. I. p. 625. Voss. ad Ecl. II, 45. p. 76. alii. Cf. etiam Ovidius Her. IX, 76. Met. IV, 10. et Iuven. II, 54 etc. Ruhk. poetae animo obversatum putat locum Eurip. Iph. Taur. 221 sq. *οὐδ' ἱστοῖς ἐν καλλιφθόγγοις κερκίδι Παλλάδος Ἀτθίδος εἰκὼ καὶ Τιτάνων ποικίλλουσα;* Maronem autem imitatus est Silius II, 70. *Non calathis mollita manus operataque fuso, Dictynnam et saltus - - - amabat*, ubi Heins. comparat similem Pindari locum Pyth. IX, 33 sqq. — *Minervae*, utpote inventricis harum artium muliebrium. Cf. Lambin. ad Hor. Od. III, 12, 4. Voss. ad Ecl. II, 61. p. 84. et supra ad V, 284. adnott. — **806.** *proelia dura pati. Pati* cum Accus. haud raro dicitur de malis, quibus ferendis aliquis exponitur. Vid. supra v. 21. Ovid. Met. 552. *Arreptamque coma, flexis post terga lacertis, Vincla pati cogit.* Claud. B. Gild. 433. *an Mauri fremitum raucosque repulsus Umbonum et vestros passuri cominus enses?* etc. Verba autem *proelia pati* legimus etiam XII, 570. De constructione *adsueta pati* vid. ad IV, 564. al. — *virgo*, licet virgo, *καίπερ παρθένος οὖσα*, quod magna cum vi opponitur seqq. verbis *proelia dura pati.* „Velocitatis denotationem v. 807 sqq. temere reprehendunt viri docti. Nec illa utique convenit nostris sensibus; sed a vetustate quasi per manus erat tradita. Expressit enim poëta Hom Il. XX, 226 sqq. Cf. etiam Apollon I, 179 sqq.“ Haec fere *Heyn.* — **807.** *cursu pedum praevertere ventos.* Sic iam Hom. Il. X, 437. *θέειν ἀνέμοισι ὁμοῖοι*, Callim. in Delum 112. *ἀνέμοισιν ἐρίζειν.* Theocr. Idyll. VIII, 54. *πρόσθε θέειν ἀνέμων.* Cf. etiam supra V, 319. et infra VIII, 223. XII, 334. Manil. V, 79. *vincere pedibus ventos* cett. Supra autem I, 317. lectionem *fuga praevertitur Hebrum* alteri *praev. Eurum* praetulimus. Verba *cursu pedum* iam legimus V, 67. — **808** sq. Cf. Hom. Il. XX, 226 sqq. — *intactae*, quae vix videatur tangi. Wakef. in Silv. Crit. P. III. p. 146. male coni. *infractae*, quod potius significaret valde fractae, Peerlk. autem hanc satis audacem proposuit coniecturam: *Illa et lactentis* etc. Recte potius iam Heyn. confert similes locos Apollon. I, 183. Verg. Geo. III, 194 sq. Ovid. Met. X, 653 sqq. (*Posse putes illos sicco freta radere passu Et segetis canae stantes percurrere aristas*, ubi vid. Bach), Calpurn. Ecl. VI, 57. (*Tangeret ut faciles, sed non curvaret aristas*) et Claud. de III. Cons. Hon. 199. (*segetemque levi percurrere motu - - nec proterat ungula culmos*). Adde etiam Sil. XIV, 508. *aligeras ferret ceu pulvere plantas Vix tacto*, et Manil. V, 78. *Virque rotis*

Gramina nec teneras cursu laesisset aristas,
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter celeris nec tingueret aequore plantas.
Illam omnis tectis agrisque effusa iuventus
Turbaque miratur matrum et prospectat euntem
Attonitis inhians animis, ut regius ostro
Velet honos levis humeros, ut fibula crinem
Auro internectat, Lyciam ut gerat ipsa pharetram
Et pastoralem praefixa cuspide myrtum.

---

levibus summum contingere campum. Claudianus etiam de IV. Cons. Hon. 547. hunc locum videtur ante oculos habuisse. Aliam tamen explicationem proferunt Wagn., Ladew. et Benoist.: „*intactae* a falce, qua solae aristae demetebantur;" quae et ipsa ferri potest, sed mihi poeta minus digna videtur. — *volaret - - laesisset*, i. e. laesura esset; vid. ad II, 136. De usu autem Imperfecti Coni. in eiusmodi locis, ubi Plusquamperf. Coni. exspectaveris, cf. adnott. ad Aen. III, 187. — **810**. *suspensa.* Conington confert *suspensa aratra* Ecl. II, 66. et Cic. Tusc. II, 27, 67. *Equi Pelopis - - qui per undas cursus suspensos rapuisse dicuntur.* — **811**. *ferre iter* pro vulg. *ferre pedem.* Similiter Silius IX, 243. *vagos ferre cursus,* et Ovid. Fast. III. 174. *gressus in nova castra fero.* — **812** sqq. Cf. Hom. Od. II, 13. XVII, 64. et Nemes. Cyn. 277. *omnis autem Nereidum mirata - - turba.* V. 812. cum sequente hemistichio repetitur ab Ausonio in cent. nupt. 38 sq. et a verbis *Illam omnis tectis* incipit etiam versus Anth. Lat. 1, 172, 6. — **813**. *prospectat* in longinquum, *blickt ihr weithin nach.* Cf. Ovid. Met. XIV, 179. *cum vos petere alta relictus Aequora prospexi.* Plonius *longe* et *procul prospicere* infra XI, 909. et XII, 353. — **814**. *inhians.* Vid. ad IV, 64. — „*ut regius* cett., scil. apud se reputans et cum miratione memorans. — Indutam illam puta chlamyde purpurea; is est *regius honos* [ornamentum: cf. Hor. Od. II, 19, 14. Avien. Arat. 197. etc.], qui *velat humeros ostro* [vid. ad I, 700.], dum ipse ex ostro est." *Heyn.* Cf. Geo. II, 496. *Illum non populi fasces, non purpura regum Flexit.* — **815**. *leves* i. q. molles, carnosos et strictos, ut in iuvenili corpore, ideoque etiam nitentes omninoque pulchros. Vid. supra v. 349. infra XI, 40. *levi pectore,* ap. Stat. Theb. VIII, 565. *levia pectora,* Tibull. I, 8, (9,) 31. *levia ora,* Iuven. VIII, 115. *levia crura* etc. et cf. adnott. ad III, 20. — *fibula* pro acu posita; quod non intelligentes librarii quidam *crinem* mutarunt in *vestem.* Cum enim in quavis fibula sit acus, quae laciniam mordeat, fibulam pro acu poni, non potest offendere. De his acibus crinalibus feminarum (*Nestnadeln*) cf. liber meus *Hellas u. Rom* I, 1. p. 325. adn. 282. — **816**. *ipsa,* reliquum corpus, truncus corporis, opponitur *humeris* et *crinibus.* Cf. Wagn. Qu. Verg. XVIII. n. et adnott. ad Geo. II, 297. Thiel. et Gossr. paulo aliter explicant, ut sit *ipsa* per se, suis viribus, non utens alieno auxilio. — „*Lyciam* dixit *pharetram,* ut solent poëtae praestantius genus designare: sic *arcus Cretici.*" *Heyn.* Lycios autem, ut omnes fero populos orientales, sagittandi arte excelluisse, docent etiam Stat. Theb. VI, 645. *Cetera plebs Lyciis gaudet contenta pharetris,* et Silius VIII, 496. *Lycios damnant hastilibus arcus.* Cf. etiam Aen. VIII, 166. et IX, 773. — — **817**. *pastoralem myrtum praefixa cuspide* (vid. ad V, 557.), iaculum, hastile ex myrto (vid. ad Geo. II, 447.), quali pastores utuntur. Cf. etiam Stat. Theb. IV, 300. *hi Paphias myrtos a stirpe recurvant Et pastorali meditantur proelia trunco* et adnott. ad Aen. III, 23. — *praefixa cuspide.* Cf. V, 557. X, 479. XII, 489.

P. VERGILI MARONIS

AENEIS.

LIBER OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

Turnus belli signo ex Laurenti arce proposito undique contrahit auxilia et Venulum Arkos ad Diomedem regem mittit, ut eum periculi minantis metu ad belli societatem pelliciat (v. 1—17.). Aeneae de bello instante sollicito copiarumque suarum paucitati diffidenti Tiberinus in somno apparet eumque solatur et Evandri regis, qui ex Arcadia profugus in Palatino monte oppidum nomine Pallanteum condiderat, auxilium implorare iubet, postquam suem albam cum porcellis albis in eo loco invenerit, ubi post Ascanius Albam Longam conditurus sit (18—100.). Aeneas igitur sue illa inventa et Iunoni mactata Tiberi subvectus in ea loca devenit, ubi postea Roma condita est, ibique ab Evandro, qui forte in luco ante urbem Herculi anniversarium sacrum instituit, adventus sui causa cognita benigne hospitio exceptus foedus cum eo facit (101—183.). Evander causam illorum sacrorum a Caci nece repetitam et ritus sacrificii Aeneae sacris adhibito exponit (184—305.), tum vero eum domum secum abductum edocet, qui fuerint antiquissimi eius regionis incolae et nobiliora loca obiter recenset (306—368.). Nocte insecuta Venus de periculis filio imminentibus sollicita blandientibus Vulcanum adit precibus, ut arma Aeneae fabricetur, quod ille haud cunctatus promittit statimque ad opus promissum adgreditur (369—453.). Postridie Evander ad Aenean se confert eumque validius auxilium, quam ipse praebere possit, a Caeretanis Etruscis sperare iubet, tamen quadringentos certe equites lectos Pallante, filio suo, duce ei se missurum promittit (454—519.). Aeneas a Venere prodigio confirmatus partem copiarum cum navibus secundo flumine ad castra Troiana remittit et equites promissos ab Evandro accipit (520—553.). Evander Pallantem ad bellum euntem graviter commotus dimittit, Aeneas vero una cum Pallante et reliquis copiis suis ad castra Etrusca proficiscitur (554—607.). Venus arma a Vulcano facta defert ad filium, qui ea, imprimis clipeum, in quo res Romanae a Romulo et Remo usque ad Augustum effictae conspiciuntur, non satis potest mirari (608—731.).

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit et rauco strepuerunt cornua cantu
Utque acris concussit equos, utque inpulit arma,
Extemplo turbati animi, simul omne tumultu

---

1. Causa belli in superiore libro enarrata et copiis Italorum, quas Turnus contra Aeneam collegit, recensitis, pergit poeta in hoc libro de apparatibus bellicis exponere. „Mira res videri debet, petuisse Turnum in aliena regia bellum instruere et copias parare. - - Sed bellum adversus Troianos plebis studiis susceptum erat, renitente frustra Latino; tum ille, quod senectutis infirmitas et solitudo suadebant, rerum summam prorsus [?] derelinquit (vid. VII, 600. [ubi tamen vid. adnott.]), et, cum Ianus esset reserendus, *foeda refugit ministeria et caecis se condidit umbris* (v. 619.). Itaque Turnus [gener Latini et successor regni iam antea constitutus] succedere in partes Latini debuit: que assumpto in carminis argumentum nactus est heroëm, quem ornaret poeta et quem Aeneae opponeret. Cf. dicta ad VII, 599 sq.“ Haec *Heyn.*, qui temero huius libri principium vituperat, ac si ea tantum hic repetantur, quae iam ex libro superiore satis constent. Sed vere adnotat Wagn., in recensu copiarum supra instituto ipsorum Latinorum mentionem nondum esse factam. Hos igitur, Latino rege a belli consilio abhorrente, Turnum, ducem sese iis offerentem, nunc signo dato convocare. Adde, etiam ceteros duces, supra cum suis copiis commemoratos, nunc cogere auxilia ex Latio. — Verba *signum ab arce extulit* de voxillo sublato intelligenda esse patet, quod proprie *efferri* dicitur. Cf. Serv. ad h. l. et Interpp. ad Liv. X, 19, 12. Caes. B. G. II, 20. B. Alex. 45. aliosque locos. (Apud Romanos enim ante pugnam in praetorii fastigio tunica russa extenta proponebatur.) Heyn. etiam haec de classice accipit, ut *signum* per *cornua* versu sq. explicetur, coll. VII, 513.; sed iam Ruhk. verissime memorat, tale signum non *efferri*, sed *cani*. Iteratur hic versus (*Ut* in *Dat* mutato) in Anth. Lat. II, 192, 71. atque etiam respicitur ibid. 193, 37. et 194, 43. *Ut belli signum cecinit sociosque vocavit Turnus*. — 2. *rauco cantu*. Cf. supra VII, 615. Lucr. II, 620. *raucisonoque minantur cornua cantu* et Sil. XII, 181 sq. *Insonuere tubae - - raucoque tumultu Cornua*. Wakef. ad Lucr. V, 1083. coni. *raucos crepuerunt cornua cantus*. — 3. „Simplicissimum est de apparatu bellico accipere: ubi Turnus equos et arma excitavit et in medium produxit, extemple totum bellum est inflammatum. — *concussit*, concitavit adhuc otiosos. Aliud est *concutere habenas equorum*. [V, 147. VI, 101.] — *inpulit*, movit [eum seno], ideoque manu tractavit et protulit.“ *Heyn.* Sententia igitur haec est: ubi primum arma incedentium inter se collisa sonuerunt. Sic *arma impellere* etiam ap. Lucan. VII, 68., *aera impellere* ap. Pers. II, 59., *chordas impellere pollice* ap. Tibull. II, 5, 3. etc. — *acris equos*. Vid. I, 444. IV, 156. etc. *Equos* autem et *arma* saepissime coniungi, ubi de bello agatur, docet Burm. coll. Ovid. Am. II, 3, 7. Met. VIII, 21. Val. Max. IV, 6. ext. 2. Suet. Caes. 57. Tit. 3. Martial. 1, 50. Stat. Theb. X, 6. Cic. ad Div. IX, 7. aliis. Thiel. minus recte *equos* pro equitibus et *arma* pro peditibus positum censet, Ribbeck. vero Preleg. p. 83. totum versum ut spurium uncis includendum censet, qui non solum abundet, sed etiam perversus sit, cum animos civium prius turbari et saevire iuventutem, tum demum equos et arma excitari sit consentaneum. Sed non video, quid perversi insit sententiae, cum semel Turnus bellum apparare coepisset, ad primum armorum sonitum, ad primum equorum hinnitum extemplo omne Latium summa bellandi cupiditate inflammatum est. — 4. *turbati animi* (scil. Latinorum), pugnandi cupiditas excitata; quam sententiam poeta verbis proxime sequentibus latius prosequitur. — *simul* Heyn. et Iahn. ad totam sententiam pertinere et (ut Graec. ἅμα δὲ) Copulae vices sustinere putant (licet voc. *extemplo* praecedat) ut Aen. II, 755. IV, 499. V, 317. VI, 412. VIII, 80. Wagn. vere, Ladew., Coningt. et Benoist. coll. IV, 581. VII, 393. et XI, 834. fortasse rectius voc. *omnis* vim eo augeri censent, ut *simul omne La-*

Coniurat trepido Latium saevitque iuventus
Effera. Ductores primi Messapus et Ufens
Contemptorque deum Mezentius undique cogunt
Auxilia et latos vastant cultoribus agros.
Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium et Latio consistere Teucros,

---

tium sit *ganz Latium zusammen*, quod Iahn. nescio quo iure vix Latinum esse dicat. Wagneri explicationem mecum etiam Conington praefert. — **5.** *Coniurat*, bono sensu, pro: conspirat, coniunctim agit; ut ap. Hor. A. P. 411. *alterius sic altera poscit opem et coniurat amice.* — *tumultu trepido*, non anxio, pavido, sed sedulo et morae impatiente. Vid. adnott. ad IV, 632. Drak. ad Silium XIII, 146. et Ruhnk. ad Ter. Hec. III, 1, 15. *Tumultus* autem erat bellum subito ortum et ipsa periculi propinquitate gravius, quare veteres non nisi de tumultu Italico et Gallico loquebantur. Vid. Serv. ad h. l. Garat. ad Cic. Phil. VIII, 1. Herzog. ad Caes. B. G. I, 40. alii. Cf. etiam locus nostro simillimus Lucan. I, 297. *Utque satis trepidum, turba coëunte, tumultum composuit vultu.* — **6.** *Effera*, prae cupiditate bellandi. Cf. IV, 642. et de ipsa re VII, 340. Duces exercitus, copiis undique iam confluentibus nondum contenti, alia etiam auxilia sibi adiungere student; quare iterata *Messapi* (vid. VII, 691.), *Ufentis* (ibid. v. 745.) et *Mezentii* (ibid. v. 647.) commemoratio neutiquam supervacanea; *primi* enim hi erant *ductores*, i. e. principes dignitate, auctoritate, potentia. Cf. infra v. 105. IX, 453. XI, 331. et Wagn. Qu. Virg. XXVIII, 2. b. (Conington tamen *primi* non cum *ductores*, sed cum *cogunt* coniungendum et ad tempus referendum esse putat.) Ceterum Messapus et Mezentius ex Etruria, Ufens ex Aequorum terra copias adduxerunt. Utrum vero his omnibus moliminibus et apparatibus contra Aeneam paucosque eius comites vere opus fuerit, haec sane alia est quaestio, ad quam ex totius modo carminis oeconomia, quam vocant, responderi potest. Ut enim non dicam, quantum haec omnia valeant ad ipsius Aeneae virtutem et gloriam celebrandam atque amplificandam, aliter etiam nec belli gravissimi canendi, nec orationis egregiae l. XI. inserendae occasionem habuisset poeta. **8.** *vastant cultoribus agros.* Vid. ad I, 471., ubi praeter hunc locum addi potest Stat. Theb. III, 576. *agrosque viris annosaque vastant Oppida* (hic a Coningt. allatus). Ceterum cf. Geo. I, 506. et similes loci. — **9.** sqq. Latini praeter eos, qui iam ultro se obtulerant, etiam alios socios sibi parare student, imprimis Diomedem. „Ad Diomedem qui auxilia petant mittuntur propter communem originem Graecam, quae Turno tribuitur. (Vid. ad VII, 367 sqq.) Quae huius legationis fortuna fuerit, videbimus XI, 226. Diomedis autem in Troianos, qui capta urbe profugerant eiusque irae se subduxerant, inflammatus esse debebat animus.“ *Heyn.* Diomedes enim, qui Troia redux factus Argos expulsus mox reliquerat, post multos errores in Italiam delatus a Dauno, Apuliae rege, exceptus est, eiusque filia Enippe in matrimonium ducta et regni parte potitus Argos Hippium, Beneventum et Brundisium condidit. Cf. Tzetzes ad Lycophr. 603. Anton. Liber. 37. Mythogr. I, 141. Creuzer. *Symbol.* III. p. 45 sq. et Klopferi Lex. myth. I. p. 635 sq. — *Venulus* Tiburtinus rursus infra XI, 742. 757. commemoratur. *Diomedis ad urbem*, Argos Hippium s. Argyrippam, de qua vid. infra ad X, 28. (XI, 246.) Cf. Ovid. Met. XIV, 457. *At Venulus frustra profugi Diomedis ad arces Venerat.* Quid Venulus hac legatione effecerit, narratur infra XI, 225 sqq. (ubi legimus *magna Diomedis ab urbe*) et ab Ovidio l. l. Ceterum hic totus versus cum priore sequentis hemistichio iteratur in Anth. Lat II, 192, 72. — **10.** *consistere*, quod etiam infra v. 381. I, 541. VI, 807. et X, 75. legitur, fortius est, quam *considere*, quod in similibus locis (Geo. IV, 65. Aen. III, 162. IV, 39. VI, 67. XI, 323.) atque etiam hic in Pal. a. m. sec. et in Gud. invenitur; significat enim non solum ipsam sedes collocandi actionem, sed etiam quietum statum ex certarum sedum occupatione post vagos errores prodeuntem (*festen, sichern Fuss*

Advectum Aenean classi victosque Penatis
Inferre et fatis regem se dicere posci
Edoceat multasque viro se adiungere gentis
Dardanio et late Latio increbrescere nomen.
Quid struat his coeptis, quem, si fortuna sequatur,
Eventum pugnae cupiat, manifestius ipsi,
Quam Turno regi aut regi adparere Latino.
Talia per Latium. Quae Laomedontius heros
Cuncta videns magno curarum fluctuat aestu

---

fassen). Cf. Ovid. Met. XI, 407. *Nec tamen hac profugum consistere Pelea terra fata sinunt.* — **11.** *victosque Penates.* Vid. I, 68. — **12.** *Inferre.* Cf. I, 6. *inferre deos Latio.* — (Aeneam) *dicere, se posci regem fatis*, i. e. destinari, sibi fatum esse obtinere regnum. Cf. supra VI, 67. VII, 120. Omnino *poscere* verbum proprium est de fato. Vid. (II, 121.) V, 707. VII, 272. VIII, 477. Petron. c. 111. cett. et cf. adnott. ad Geo. II, 324. — **13.** *multasque viro se adiungere gentes.* Quasnam? nihildum de foedere cum alia quadam Italiae natione ab Aenea inito poeta memoriae prodidit. Quare Wagn. Qu. Vergil. XL, 2. non temere videtur vituperare poetam, quod iam hoc loco legationis ad Diomedem missae mentionem iniecerit, omnemque hanc rem propterea ab eo inventam suspicatur, ut materies inde splendidae orationis l. XI. suppeditaretur. Possumus vero etiam cum Thielio sumere, poetam hic consulto fingere hostes eiusmodi mendacia proferentes, et quae timent futura, tamquam iam facta enarrantes, ut periculis in maius auctis eo certius Diomedem ad arma capienda commoveant; eamque rationem Conington Wagnerianae praefert. Et sane etiam Donatus de h. l. ita statuit: „Haec non fuerunt facta, sed idcirco veris admixta sunt, ut pro certis acciperentur.“ Peerlk., ut Vergilium ab omni culpa liberet, vv. 13. et 14. (praeter unum voc. *Edoceat*) spurios censet, in quo ei adsentitur Ribbeck. (cf. eius Proleg. p. 83.) Sed vide, quae Ladew. in Append. p. 259. contra eos disputat. Ceterum quod ad verba attinet, cf. supra VII, 238. — „*viro Dardanio* bene dixit, non *Aeneae*, ut non sit mirum, si sequebantur hominem sibi cognatione sociatum“. *Servius.* Cf. VII, 240. — **14.** *increbrescere.* Vid. ad Geo. I, 359. — **15.** *Quid struat?* nempe hoc, ut victis praesentibus hostibus ipsum bello petat, de antiquo gentis suae hoste poenas sumpturus. Ceterum vid. ad Aen. II, 60. — *quem, si fortuna sequatur* etc. Peerlk., cum in sua quisque causa felicem pugnae eventum cupiat, ideoque dubium esse nequeat, quem eventum pugnae Aeneas desideret, neque sit, cur cupiat felicem, si Fortuna sequatur, coni. *quid, si F. sequatur Eventum pugnae, cupiat.* Sed *cupiat* hic fere i. q. exspectet, scil. quo putet procedere posse in cupiendo, et *eventus pugnae* non solum est exitus, sed etiam fructus pugnae, commoda illa, quae felicem pugnam sequuntur Ribbeck. adnotat, paulo probabilius *quae* scribi potuisse, sed *quem* testari Servium. Ceterum cf. IV, 109. *factum fortuna sequatur.* — **16.** *pugnae* pro *belli*, ut VII, 611. — **17.** *Turno regi aut regi Latino.* Conington comparat XI, 294. et IX, 369. **18** sqq. „Adspectu tanti per Latium motus apparatusque bellici Aeneas aliquantum commovetur animoque variis curis versato obdormiscit; a Tiberi deo per somnum monitus accipit.“ *Heyn.* — *Talia per Latium*, scil. gerebantur, ut ap. Val. Fl. I, 767. *talia per lacrimas* et similia. Significantur ea omnia, quae VII, 540 sqq. narrata sunt. Peerlk. tamen non vult post voc. *Latium* distingui, ut *Talia quae videns* eadem ratione dictum sit, qua X, 288. *quae talia postquam effatus*, VII, 21. *Quae ne monstra paterentur talia* et similia; quod recte reprobat Conington. — *Laomedontius heros.* Cf. VII, 105. *Laomedontia pubes.* — **19.** *curarum fluctuat aestu.* Cf. IV, 532. ibique adnott. Lucr. VI, 34. *Volvere curarum tristes in pectore fluctus.* Catull. LXIV, 97. Ovid. Trist. II, 2, 87. Drak. ad Silium IX,

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc
In partisque rapit varias perque omnia versat:
Sicut aquae tremulum labris ubi lumen aënis
Sole repercussum aut radiantis imagine Lunae
Omnia pervolitat late loca iamque sub auras
Erigitur summique ferit laquearia tecti.
Nox erat et terras animalia fessa per omnis
Alituum pecudumque genus sopor altus habebat,
Cum pater in ripa gelidique sub aetheris axe
Aeneas tristi turbatus pectora bello
Procubuit seramque dedit per membra quietem.

---

527. et Wagn. ad Eleg. in Messal. v. 9. — V. **20.** et **21.** legimus iam supra IV, 285 sq., ubi vid. adnott. Pauci Codd. quidam deterioris notae et Schol. Hor. Od. II, 16, 11. verba sic transponunt: *celerem nunc huc.* Verba *In partesque rapit varias* repetuntur in Auth. Lat. I, 170, 73. et *omnia versat* legimus etiam ap. Silium VII, 141. — **22** sqq. Hanc comparationem Apollonio III, 754 sqq. sublatam esse, post alios adnotat Heyn., qui simul conferri iubet Hom. Il. XIV, 16 sqq. et Lucr. IV, 212 sqq. Adde Silium VII, 143 sqq. — *aquae lumen.* Conington comparat Lucr. l. l. *splendor aquai.* — *tremulum.* Vid. ad VII, 9. — *labris.* Cf. Geo. II, 6. (ibique adnott.) et Aen. XII, 417. — **23.** Hoffmann. Spicil. crit. Vindob. p. 15. pro *repercussum* coniicit *repercusso* atque etiam Ribbeck. Proleg. p. 110. „Vergilium *repercusso* paulo negligentiore stilo exaravisse censet, ut posset *repercussū* videri:“ quod fortasse verum, nam sane *repercussum* minus accurate esset dictum, quamquam poeta fortasse ita excusari potest, ut sumamus eum de mutuo repercussu aquae et solis cogitasse, quod etiam Conington statuere videtur. — *imago Lunae* non simpliciter est ipsa Luna, sed vere de imagine Lunae cogitandum, quae in aquae superficie conspicitur. Cf. Lucan. V, 446. *pontus - - non horrore tremit, non solis imagine vibrat* et loci statim laudandi. — *radiantis Lunae.* Sic Lucr. IV. v. 214. *Sidera respondent in aqua radiantia mundi*, et Ovid. Her. XVIII, 77. *Unda repercussae radiabat imagine lunae.* Cf. etiam infra v, 616. — **24.** *sub auras Erigitur*, ut III, 422. Cf. etiam IX, 240.; *sub auras* autem i. e. sursum, in altum (vid. ad VI, 554.), non adversatur *laquearibus tecti*, de quibus vid. adnott. ad I, 726. (ubi nunc adde librum meum *Hellas u. Rom* I, 1. p. 125. cum adn. 407., in quo etiam p. 151. adn. 112. ex Cod. Theod. XIII, 4, 2. probavi, Romae fuisse peculiares opifices *laquearios*). Heyn. conferri iubet Silium VII, 142. sqq. Ceterum Ribbeck., aliquot Codd., quorum lectionem etiam Servius commemorat (in cuius tamen exempl. scriptura fluctuat inter *lacunaria* et *lacuaria*) et Schol. Veron. secutus, cum alii, inter quos fragm. Ver. et a m. sec. Med., Rom., Pal., Gud. et Bern. II. litera *E* inducta *laquaria* exhibeant, scripsit *lacuaria.* — **26** sqq. Cf. similes loci III, 147. IV, 522 sqq. Ovid. Met. VII, 185. Trist. I, 2, 27. Varro ap. Senec. Contr. III, 16. Stat. Theb. III, 415. et Epit. Iliad. 110 sq. — *animalia - - Alituum pecudumque genus.* Generis nomini per appositionem species quaedam adiiciuntur. Cf. Wagn. Qu. Verg. XXXIII, 3, b. Verbis *alituum genus*, quae leguntur etiam apud Lucr. V, 799. 1038. 1077. VI, 1215., Maronem exprimere voluisse Ennii (Ann. I. fr. 57. p. 15. Vahl. s. p. 20. Hessel.) *genus altivolantum*, Wagn. suspicatur. Ceterum Genit. *alituum* pro *alitum* praeter Il. ll. invenitur etiam ap. Lucr. II, 928. Manil. V, 369. Stat. Silv. I, 2, 184. Avien. orb. terr. 1359. Claudian. Phoen. 77. al. Cf. Ramsh. Gr. Lat. §. 28. p. 53. Schneider. Gr. Lat. II, 1. p. 262. et Neue *Formenl.* II. p. 289. Verba *Alituum pecudumque genus* repetit Auson. in cent. nupt. 18. — **28.** Aeneas sub dio obdormit. — *sub aetheris axe.* Vid. ad Geo. II, 271. et Aen. II, 512. — **30.** *dedit per membra quietem.* Ut alibi somnus diditur, spargitur per corpus, per membra, sic hic Aeneas ipse quietem dare per membra dicitur, i. e. in-

Huic deus ipse loci fluvio Tiberinus amoeno
Populeas inter senior se attollere frondes
Visus, eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus et crinis umbrosa tegebat arundo;
Tum sic adfari et curas his demere dictis:
„O sate gente deum, Troianam ex hostibus urbem
Qui revehis nobis aeternaque Pergama servas,
Exspectate solo Laurenti arvisque Latinis,

dulgere somno, ita ut quies membra sensim occupet. Peerlk. tamen de bonitate formulae dicendi *somnus datur per corpus* dubitat, nescio utrum ipsum Vergilium, an librarios minus recte scripsisse incusans. *Quietem dare* legimus etiam IV, 5. — **31.** ***deus loci***, ἐπιχώριος θεός, ut *genius loci* V, 95. — ***ipse*** Wagn. Qu. Verg. XVIII, 3, b. sic interpretatur: „deus, ut erat glauco velatus amictu et arundine redimitus, se attollebat,“ coll. inf. v. 352. II, 174. et III, 535. Mihi autem Pronomini potius dignitatis et maiestatis notio inesse videtur (qua de re vid. ad Ecl. VIII, 96.), quatenus nunc deus Tiberinus ipse (*in eigner Person*) Aeneae apparet, vaticinium iteraturus, quod antea Helenus modo vates ediderat. Vid. inf. ad v. 42. (Adsentitur mihi Conington.) — Verba ***fluvio Tiberinus amoeno*** iam legimus VII, 30. In promptu autem est, Ablativum *fluvio* coniungendum esse cum verbo *attollere*, ut ap. Ovid. Met. II, 448. *attollere oculos humo;* ***fluvio*** igitur pro ex fluvio, ut Ecl. VI, 38. *cadere nubibus* et similia. Ceterum de Tiberino deo cf. Claud. Cons. Prob. et Ol. 211 sqq. — **32.** „Ripa Tiberis populis erat praetexta, quod nunc aliter se habere audimus; sed cf. inf. v. 95. 96. et VII, 29 sqq.“ *Heyn.* — ***senior***, ut vulgo dii maris et fluviorum. Vid. V, 823. — **33.** ***Visus.*** Vid. ad II, 271. et III, 150. — „***tenuis carbasus glauco amictu***, glauca palla carbasina humeris vel femori fluviorum iniecta, etiam in signis veterum. Imitatorem verborum vide Claud. I, 214 sqq. Addo XXVIII, 163 sqq.“ *Heyn.* ***glauco amictu***, quia glaucus et caeruleus color, ut aquae ipsi, sic etiam diis maris et fluviorum est proprius. Sic etiam X, 205. *Mincius velatus arundine glauca* et XII, 885. Iuturna *caput glauco contexit amictu.* Praeter Claudian. l. l. cf. etiam Ovid. Fast. V, 637. Met. IX, 33. Vell. Pat. II, 83. etc. cum adnott. ad Geo. IV, 388. 451. et Aen. V, 819. — De ***carbaso*** autem, ampla veste e carbaso aliove tenui panno facta, cf. etiam Nonius p. 541, 13. Plin. XIX, 1, 2. §. 10. Curt. VIII, 9. Lucan. III, 239. Val. Max. I, 2, 7. Servius haec adnotat: „Carbasus genus lini est: linum vero, ut ait Plinius, melius irrigatione fluminum quam pluvia nascitur: ideo et vestis linea Fluminibus tamquam propria datur.“ De alia vocabuli significatione diximus ad III, 357. — **34.** ***crinem tegebat arundo.*** Cf. Ovid. Met. IX, 3. de Calydonio amne: *inornatos redimitus arundine crines*; Val. Fl. I, 218. *subita cur pulcher arundine crines Velut Hylas.* Vell. Pat. II, 83. Glaucus - - *caputque redimitus arundine* et Sidonius Paneg. Anthem. 333. de ipso Tiberi: *et arundinis altae Concolor in viridi fluitabat silva capillo.* — V. **35.** legitur etiam II, 775. et III, 153., ubi vid. adnott. Servius ad *adfari:* „subaudi *visus;*“ male. Cf. potius de hoc Infin. absoluto Wagn. Qu. Verg. XXX, 1. p. 642., qui in hoc sermone „nescio quid molle et ad deleniendos animos compositum inesse,“ hunc autem versum „tranquillitatis plenum aptum subiectae orationi quasi προοίμιον“ censet. — **36.** ***sate gente deum*** i. q. VI, 125. *sate sanguine divom.* Alibi (ut X, 228. et XI, 305.) *gens deum* est proles vel filius deorum, quod adnotat Conington. — ***Troianam urbem***, reliquias Troianorum novam urbem hic condituras. Heyn. conferri iubet Aen. I, 68. *Ilium in Italiam portans,* Conington praeterea etiam II, 703. et III, 86. — **37.** ***revehis***, ob Dardani originem ex Italia repetitam. Vid. III, 167 sqq. et VII, 205 sqq. — ***aeterna Pergama servas***, ut sint aeterna, scil. in Italia quasi restituta. Vid. ad Geo. I, 320. Aen. IV, 298. VII, 626. al. — **38.** „***Exspectate*** propter deorum vaticinia. Vide v. 12.

Hic tibi certa domus, certi, ne absiste, Penates;
Neu belli terrere minis, tumor omnis et irae
Concessere deum.
Iamque tibi, ne vana putes haec fingere somnum,
Litoreis ingens inventa sub ilicibus sus
Triginta capitum fetus enixa iacebit,
Alba, solo recubans, albi circum ubera nati.
Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum,

---

et VI, 687. Nempe *exspectata* dicuntur, quae sunt praedicta; eadem dicuntur *debita*.“ *Heyn.* Locis ab Heynio laud. adde imprimis Fauni oraculum VII, 96 sqq. (coll. cum v. 254. et 368.) — *solo Laurenti.* Cf. XII, 547. — **39.** *Domus* vel *sedes* cum *Penatibus* saepe coniungi, res satis nota. Cf. Ovid. Met. V, 496 sq. (ubi vid. Bach.) Lucan. VIII, 132. Tac. Germ. 15. all. — *certa domus*, ut VI, 673. (ubi vid. adnott.) Eodem fere sensu III, 89. *propria domus.* — *certi Penates*, ut Geo. IV, 155. Itaque iam non est timendum, ne hinc expellaris. — *ne absiste*, per interpositionem, ut IV, 338. *ne finge*, VII, 236. *ne temne* et similia. — **40.** *tumor et irae.* Cf. VI, 407. *tumida ex ira corda residunt* et, qui locum nostrum respexit, Stat. Theb. V, 425. *postquam tumor iraque cessit Vultibus.* Simili pleonasmo Hor. A. P. 197. *Et regat iratos et amet pacare tumentes.* De *ira* deorum, quam testabantur procella ab Aeolo missa, pugna cum Harpyiis subeunda aliaeque calamitates, quibus Troiani vexabantur, cf. longam et doctam Thielii disputationem ad h. l. — **41.** „*Concessere*, h. e. resederunt. Tument animi ira, et ex ea iterum resident, si placantur.“ *Heyn.* Cf. Gronov. ad Macrob. Somn. Scip. II, 16. Vid. etiam Statii l. modo comm. Cic. Tusc. III, 12, 26. *cum tumor animi resedisset;* Lactant. de Ira D. 18. *Residente per intervallum temporis animi tumore;* Sen. de Ira III, 2. extr. *nec datur tempus, quo resideret tumor*, aliosque locos, ubi *tumor* de irato animo dicitur. Cf. Burm. ad Val. Fl. VI, 2. Bentl. ad Hor. A. P. 197. et supra VI, 407. Ceterum hunc versum 41. Codd. quidam sic supplent: *profugis nova moenia Teucris.* Iahn. autem post *deum* Semicolo, non Puncto distinxit, cum etiam verba seqq. *Iamque tibi* causam indicent, cur Tiberinus Aeneam absistere nolit: „Hic tibi certa domus est, itaque ne absiste neve terrere belli minis: etenim tumidae irae deûm resederunt, *atque* sus feta, quam novae urbis locum tibi monstraturam esse vates cecinit, iam inventa est et mox abs te conspicietur. Hic igitur locus urbis erit etc.“; in qua verborum sententia vaticinii repetitionem paene necessariam fuisse, recte censet Vir doctiss. — Heyn., Peerlk. et Ribbeck (qui etiam cf. in Proleg. p. 83.) totum, qui sequitur, locum inde a v. 42. usque ad verba *Haud incerta cano* v. 49. spurium (et Ribbeck. quidem fortasse ab ipsis poetae amicis interpolatum) censent, ut verba *Concessere deum. Nunc qua ratione quod instat* unum versum efficiant; et sane verum est, idem ostentum iam supra ab Heleno praedictum esse III, 388 sqq., ubi etiam v. 43—46. iam legimus; sed iure hos versus defendunt Weichert. de versibus Verg. et Val. Fl. iniuria susp. p. 66., Wagn. in mai. ed., Gossr., Conrads. Quaest. Virg. p. VIII. et Ladew. in Append. p. 259., qui imprimis premunt v. 81 sqq., quos poeta scribere non potuisset, nisi Heleni vaticinium lectoribus antea in memoriam revocasset. In vaticinio autem minime reprehendendam esse eorundem versuum iterationem, verissime adnotat Wagn., eaque adeo necessaria est, ut Aeneas intelligat, revera deum Tiberinum esse, qui loquatur, non vano somnio se deludi (cf. v. 42.), quae etiam Ladewigii est sententia. Versum certe 42. hic legit Silius VII, 179. sic canens: *Ne falsa* (pro *vana*) *putes haec fingere somnum*, et v. 47 et 48. iam propterea abesse non possunt, quia continent explicationem XXX foetuum, quorum Heleni vaticinium mentionem fecerat. — **42.** *Iamque* de re proxime certo eventura. Cf. adnott. ad Aen. (I, 272. et) IV, 566. — **46—48.** „Sententia haec est: Hic, ubi sus invenietur, aliquando urbs, Alba, con-

Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano. Nunc qua ratione, quod instat,
Expedias victor, paucis, adverte, docebo.
Arcades his oris, genus a Pallante profectum,

---

detur ab Ascanio XXX annis abhinc elapsis. Est ergo *ex quo* tempore, quando abhinc, cum aliquando, ut ἐξ οὗ scil. χρόνου, pro ὅτε. Durius esset, si *ex quo* acciperes: secundum quod portentum [ut Ribbeck. interpretatur coll. Varr. L. L. V, 144., cui adsentitur Conington]." Haec *Heyn.;* neque aliter (prius certe) Wagn. et Thiel., qui haec verba sic explicant: *et* triginta annis *ex eo tempore* elapsis; sed rectius, nisi fallor, cum Guenthero in Athenaeo Vol. I. p. 270., Iahn et Handio in Turs. II. p. 629 sq. *ex quo* de loco accipimus, unde surget urbs ab Ascanio condenda; in quo mecum consentiunt Bryce, Ladew., Benoist. et nunc etiam Wagn. Totum igitur locum nunc sic explico: hic, ubi suem inveneris, urbs Lavinium condetur, unde progressus Ascanius post XXX annos novam urbem condet Albam Longam, cuius nomen a Vergilio connecti cum alba illa sue, in promptu est (cf. v. 48.). *Hic* autem latiore sensu dictum esse pro: in ista regione, recte adnotat Wagn.; sus enim inventa est ad litus maris (v. 43. et 83.), Lavinium vero aliquantum aberat a mari. Idem Vir doctiss. Qu. Verg. XVII. p. 454. verissimo docet, III, 393., cum Helenus loquatur de loco aliquo tamquam incerto et sibi ignoto, recte scriptum esse *Is locus*, hic autem, ubi Tiberis de loco tamquam certo sibique noto verba faciat, non minus recte *Hic locus;* sequentium vero verborum *requies ea c. l.* in utroque loco eandem esse rationem, quippe quae referantur ad voc. *locus* hoc modo: isque (locus) certam tibi laborum requiem afferet. Ceterum Brunck. et Schrader. Emendd. c. X. p. 203. totum v. 46. (qui sane desideratur in Med. a m. pr. et Gud. atque etiam a Conington uncis includitur) abesse malint; quo tamen deleto omnis sententiarum compages solvitur. — **47.** *ter denis.* Vid. adnott. ad Aen. I, 71. et Ecl. VIII, 73. — *redeuntibus annis.* Sic Lucr. I, 312. *multis solis redeuntibus annis.* Cf. etiam Hom. (Od. I, 16. etc.) περιπλομένων ἐνιαυτῶν et adnott. ad Geo. II, 402. Conington etiam comparat *volventibus annis* Aen. I, 234. et *lustris labentibus* I, 283. — **48.** „*clari cognominis* ab alba suo nominatam, cuius signum Lavinii ostendebatur (Varro R. R. II, 4, 18.), unde Albae Longae conditores profecti sunt, sacello ibi, ubi sus inventa, condito (Dionys I, 57.)" *Heyn.* Cf. etiam idem Varro L. L. V, 144. et Prop. V, (IV,) 1, 35. *Et stetit Alba potens, albae suis omine nota.* Vere tamen a candore rupium, ubi stabat, urbs nomen accepit, ut Camirus ἀργινόεις ap. Hom. Il. II, 656., quam apte confert Ruhk. Vid. librum meum geogr. III. p. 717. (Conington comparat Hor. Od. I, 7, 1., ubi *clara Rhodus* sit i. q. aprica, de qua explicatione valde dubito.) — Cum vv. **49.** et **50.** cf. supra IV, 115 sq., ubi *adverte* eadem ratione inseritur. Vid. etiam II, 615. *respice* et similes locos. — *Haud incerta cano.* Cf. Ecl. VI, 9. *Non iniussa cano.* — *Expedias.* Gud. a m. pr., Med. et Pal. a m. sec. exhibent *Expediam*, quod ex VI, 759. et XI, 315. facile oriri potuisse observat Conington. — **51.** sqq. „Rem per se incredibilem narrare ingreditur poeta, Troianis Graecos in armorum societatem esse allegandos; quod iam Sibylla praedixerat VI, 97. Evander cum matre ex Arcadia profectus Pelasgos suos in loca circa Tiberim adduxit, et in monte, qui inde Palatinus dictus, oppidum Pallanteum, mox Palantium et Palatium appellatum [cf. Corssen. de pron. I. p. 428. et adnott. ad Geo. I, 499.] condidit. Fuerat iam in Arcadia Pallantium pagus; et inter proavos Pallas [Lycaonis fil.: vid. Paus. VIII, 44. et Apollod. III, 8, 1.], a quo h. l. hi Arcades orti dicuntur *genus a Pallante profectum*, h. e. Pallantis progenies. Idem nomen filio Evandri impertitum. Cf. Dionys. I, 31 sqq. Ovid. Fast. I, 469 sqq. Prop. IV, [V,]. 1." *Heyn.* — *profectum.* Conington comparat Cic. de Div. I, 3, 5. *Zenoque et ii, qui ab eo essent profecti*, cui addi poterat id. de

Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,
Delegere locum et posuere in montibus urbem
Pallantis proavi de nomine Pallanteum.
Hi bellum adsidue ducunt cum gente Latina;
Hos castris adhibe socios et foedera iunge.
Ipse ego te ripis et recto flumine ducam,
Adversum remis superes subvectus ut amnem.
Surge age, nate dea, primisque cadentibus astris

Inv. I, 35, 61. *omnes ab Aristotele et Theophrasto profecti*, in quibus tamen locis *proficisci* non codem sensu positum esse apparet. Couferas potins Ovid. Met. III, 35. *Tyria de gente profecti*. De Evandro, aut ipsius Mercurii et Carmentae Nymphae, aut Echemi, Arcadiae regis, ex Nicostrata filio, (cf. Preller *Röm. Myth.* p. 357.) praeter Paus. VIII, 43. Aur. Vict. de Or. G. R. c. 5. Livium I, 5 sqq. Tibull. II, 5. alios veterum cf. Heynii Exc. I. ad h. l. et Spangenberg. l. aliquoties l. p. 71. — Prius putabam verba sic cohaerere: *Arcades his oris - - bellum ducunt assidue*, nt verba *genus - - Pallanteum* parenthetice inserantur, v. 55. autem Subiectum sententiae post longiorem parenthesin iteretur Pronomine *Hi* (qua de re diximus ad V, 706); nunc vero cum Wagn., Süpflio et Gossravio omni parenthesi sublata et loci distinctione mutata simplicius ad *secuti* supplco *sunt*, ut cohaereant verba *Arcades delegere locum* etc., quod probant Bryce et Conington. Heyn. autem ad *Arcades* minus apte supplet *habitant*. — 52. *Euandrum*. Vid. sup. ad VII, 389. — *signa*, scil. eius, Evandri. Vid. v. 60. — 53. Proprie scribendum erat: Delegere locum urbi eamque posuere in montibus. — *in montibus*, in monte Palatino. Cf. Liv. I, 5. Montes autem opponuntur campo, in quo arva Latinorum erant. Conington Pluralem refert „*to the cluster of hills of which the Palatine was one.*“ — 55. *bellum ducunt* non est gerunt, sed continuant et in longum trahunt. Cf. Caes. B. C. I, 61. Liv. XXII, 25, 4. Nep. Alcib. 8. Dat. 8. Silium V, 97. al. Hoc tamen assiduum bellum cum contradicat loco VII, 46., Conington *gentem Latinam* hic de Rutulis intelligit, quae ratio iuvari videtur infra v. 146. Aliter de oblivione Vergilii cogitandum esset. — 56. *foedera iunge*, ut VII, 546. Plures Codd. (Pal., Gud , alii) *foedere iunge*, quod Heinsio placet, neque displicere videtur Burmanno, qui confert infra v. 169. 641. IV, 112. [adde X, 105. et XI, 356.] Grat. Cyneg. v. 163. Sil. XI, 149. Liv. XXIV, 43. alios. Vid. eundem sup. ad III, 83. Conington illi lectioni recte opponit IV, 112. VII, 546. VIII, 641. et XII, 822. atque cum toto hoc versu comparat V, 712. — 57. *ripis*, intra ripas, *recto flumine*, recto fluminis cursu. Vid. VI, 900. ibique adnott. Wagn. confert Liv. XXI, 31. *Postero die profectus adversa ripa Rhodani mediterranea Galliae petit.* Ladew. vero *recto* etiam ad *ripis* pertinere censet locumque sic interpretatur: „*den geraden Weg am Ufer des Flusses hinauf*“, quod mihi aut ambigue dictum, aut falsum videtur; et Peerlk., qui putat, *ripis* nihil aliud significare posse, quam *in ripis*, neque posse aliquem recto flumine et simul (in) ripis duci, aut *certo flumine* scribendum, aut *ripis* corruptum censet, cui tamen quid substituendum sit se nescire confitetur, quamquam melius sic scribi potuisse censet: *Ipse ego labentem recto te flumine ducam;* Gentius vero p. 45. hanc proponit audacem coniecturam: *Ipse ego te rivis, retracto flumine, ducam.* — 58. *superes* cf. I, 244. *fontem superare Timavi* ibique adnott., infra v. 95. etc. Servius ibi comparat fragm. Lucilii *Promontorium remis superamus Minervae.* — *subvectus*. *Subvehi* verbum proprium de iis, qui adverso flumine navigant. Cf. Liv. XXIV, 40. Plin. XXI, 12, 43. Tac. Ann. II, 8. et 60. ibid. XV, 8. extr. Rutil. Itin. I, 153. Sidon. Apoll. I, 5. Ceterum quod hic promittit Tiberinus, id re vera praestat infra v. 86 sqq. — 59. Sensus totius, qui sequitur, loci hic est: De bellis ne sis sollicitus, modo Iunonem votis et precibus rite places. Quorum votorum cum compos factus fueris (*victor*), ho-

Iunoni fer rite preces iramque minasque
Supplicibus supera votis. Mihi victor honorem
Persolves. Ego sum, pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas et pinguia culta secantem,
Caeruleus Thybris, caelo gratissimus amnis.
Hic mihi magna domus, celsis caput urbibus exit."

---

norem mihi persolves, mihi, qui ipse Thybris sum, hic habitans. — *Surge age.* Vid. ad Aen. I, 627. et XI, 587. — *primisque cadentibus astris*, i. e. ubi primum cadent astra, sub primum diluculum; nam poetis sidera cursu noctis exacto occidere dicuntur. Cf. II, 8 sq. Vid. ad Geo. III, 130. et 187. adnott. — **60.** *Iunoni fer rite preces*, quod praeceptum iam Helenus dederat III, 435 sqq. Iuno enim unum est numen, quod ceteris diis iam placatis (v. 41 sq.) Troianis irasci nondum desiit. *Preces ferre* legitur etiam ap. Val. Fl. IV, 547. (ubi vid. Burm.) VIII, 442. et Sil XII, 327. Sic alibi *dicta ferre* (Val. Fl. IV, 330. 735. VII, 544.) et similia. — *iramque minasque*, scil. eius, Iunonis. Vid. supra v. 52. Plures Codd., etiam tres ap. Cort. ad Lucan. IV, 364. et Anth. Lat. I, 170, 10. *irasque.* Sed vide ad VI, 724. — **61.** *supera votis.* Vid. supra III, 439. — *victor*, votorum potens, compos, ut XI, 565. Cf. etiam II, 329. — **62.** *mihi honorem persolves*, non i. q. persolve vel persolvas; sed, quae vere futura sunt, Thybris praedicit. Vid. infra ad v. 76. et Silii locus (IV, 739.) infra ad v. 65. laudatus. — *Ego sum.* Noli *ego* pro Subiecto, *Caeruleus Thybris* autem pro Praedicato habere (*ich bin der Thybris*), quod satis languidum esset; sed potius verba *Caeruleus Thybris* Pronomini *ego*, magna cum emphasi posito, per appositionem adiunguntur: *ich bin's* (qui haec tibi tamquam verax vates praedico), *der Thybris.* His enim extremis verbis fidem addit promissis suis, quis sit demonstrans. Vid. etiam Wagn. Qu. Verg. XVII, 1. et Ter. Andr. V, 6, 1. *Ego sum, Pamphilus.* Adversatur tamen nobis Conington provocans ad X, 230., qui locus non prorsus eiusdem est generis. Ceterum cf. Silius IV, 738., Maronem sic imitatus: *Nobis persolves merito securus honores. Namque ego sum* cett., et adnott. ad I, 49. IV, 207. al. — *pleno flumine. Plenus*, ut alibi *altus*, sollemne fluviorum, qui cum laude commemorantur, epitheton. Cf. Geo. IV, 333. 359. Aen. IX, 30. etc. — **63.** *Stringentem ripas* arcte cohaeret cum *pleno flumine*, significat enim fluvium summas ripas aqua attingentem et quasi lambentem. Quare etiam Ausonius, qui Mosellam v. 431. *divitem aquis* vocat, hunc totum Vergilii versum ad eandem transtulit v. 460. *teque inter medios hominum boumque labores Stringentem ripas et pinguia culta secantem.* Cf. etiam Stat. Theb. I, 39., qui Ismenum dicit *assuetum stringere ripas*, et Lucr. V, 257., qui eodem sensu *ripas radentia flumina* commemorat. — *pinguia culta secantem.* De voc. *culta* substantive usurpato vid. Geo. I, 153. Aen. X, 141. (ubi, ut hic, adiungitur epitheton *pinguia*) etc., et de verbo *secandi* cf. supra VII, 717. Ovid. Met. I, 370. *adeunt Cephisidas undas - - vada nota secantes.* Plin. H. N. V, 27, 22. *Amnis urbem secans.* Plin. Epist. V, 6. *Nilus medios Aethiopas secat* al. — **64.** *Caeruleus Thybris*, communi fluviorum epitheto (vid. adnott. ad Geo. III, 388. et Aen. V, 819.), cum alibi (vid. e. g. IX, 816. Hor. Od. II, 3, 18. cett.) Tiberis *flavus* vel *luteus* dici soleat. — **65.** „Circa has easdem oras surget aliquando magna urbs Roma. Quod in vaticiniis facere mos est, res futura effertur ut praesens, *exit* pro exibit. [Vid. ad VII, 98. et cf. Ovid. Met. XI, 140. *fonti, qua plurimus exit.*] — *celsis caput urbibus*, poetice pro *caput urbium.* Tum ea urbs dicta *domus* dei Tiberini, quatenus ille in ea consecrabitur et ut deus coletur." Sic *Heyn.* Longe aliam tamen explicationem (quam etiam Wagn., Ladew. et Benoist. iure amplectuntur) Gossr. protulit, Servium secutus, ut sensus sit: „hic ego habito [in antro prope ostium fluminis aut in palatio sub aqua sito: cf. Geo. IV, 363.), caput vero meum, i. e. fons, de celsis (Etruriae) urbibus descendit, quam v.

Dixit, deinde lacu Fluvius se condidit alto
Ima petens; nox Aenean somnusque reliquit.
Surgit et aetherii spectans orientia Solis
Lumina rite cavis undam de flumine palmis
Sustinet ac talis effundit ad aethera voces:
„Nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde est,

---

74 sq. et Silii imitatione IV, 740. *Namque ego sum, celsis quem cinctum montibus ambit Tmolo missa manus, stagnis Thrasimenus opacis* iuvari censet. Unum, quod huic interpretationi fortasse opponi possit, est epitheton *magna*. Conington, servans Comma vulgo post *urbibus* positum, mira ratione *domum* quidem de palatio fluvii sub aqua intelligit, quod e fundo *exire* dicatur, ut aedificium in aërem assurgens, sed eandem per allusionem, quam vocant, confundi putat cum Roma urbe in ripa fluminis condenda. Peerlk. autem, longa disputatione docens, Romam Tiberis domum dici non potuisse (quod sane nemo negabit), praeter necessitatem coni. *Hic tibi magna domus, celsum hic caput u. e.*, ut hic eandem constructionem habeamus, quam I, 17. et X, 203., ubi vid. adnott. — **66.** *lacu alto*, profundo flumine; ad altum fluminis fundum se recipit. *Lacus* autem Servio teste est „latentis adhuc aquae receptaculum et quasi *lacuna* (cf. etiam Varr. L. L. V, 26.), ex qua erumpens aqua efficit *fontem*, qui, cum fluere coeperit, *alveum* facit," et Wagn. ad v. 74. haec adnotat: „*lacus*, quia putabant fontes ex lacubus subterraneis provenire. Cf. Geo. IV, 319. et 359--372." Vid adnott. ad Geo. l. l. Peerlk. etiam hunc locum coniectura vexat: *Dixit, deinde lacus flavo se condidit alveo.* — **67.** *Ima petens.* Cf. Geo. IV, 321. — *Aenean somnus relinquit.* Heyn. confert Hom. [Il. II, 71. al.] ἐμὲ δὲ γλυκὺς ὕπνος ἀνῆκεν, Conington autem Apoll. Rh. III, 632. τὴν δ' ὕπνος ἅμα κλαγγῇ μεθέηκεν — **68.** Sequuntur preces post somnia factae. Vid. ad III, 178. — *aetherii Solis.* Cf. Lucr. III, 1057. (1044. Lachm.) V, 216. (215.) etc. — *spectans orientia Solis lumina* ex notissimo more precantium. Vid. infra XII, 172. Ovid. Fast. IV, 777. Val. Fl. III, 437. (ubi cf. Burm.) Isid. Orig. XV, 4, 7. Clem. Alex. Strom. VII, 7. p. 856. Brisson. de form. I. p. 39. et Gossr. ad h. l. — **69** sq. *rite undam de flumine*, scil. haustam (vid. ad III, 288.), *sustinet.* Sic Med., Pal., Rom., Gud. a m. pr. aliique boni Codd., quos (ut me posteriores editores omnes praeter Bryceum) cum Iahnio et Wagn. secutus sum. Vulgo *sustulit*, quod explicant: aquas hausit ad manus lavandas, ut precaturus (de quo usu cf. infra IX, 22. Casaub ad Pers. II, 16. Gierig. ad Ovid. Met. I, 371. et IX. 702 alii). Difficilior autem lectio videtur morem respicere nobis ex alio scriptore antiquo non cognitum, ex quo, qui deum fluminis alicuius invocaret, haustam ex eo flumine aquam, dum preces faceret, manu tenuerit; idque haud ita improbabile videri posse, si antiquissimis temporibus, qui Neptunum precarentur, in ipsum mare vel flumen aliquod processisse meminerimus, Wagn. verissime memorat (qui, postquam prius in edit. min. mutata sententia de mera lavatione cogitavit, in recentiss. edit. recte ad alteram rationem rediit). — **70.** *effundit voces.* Cf. V, 482. 780. 842. VI, 55. VII, 292. cett. — *ad aethera.* Cum Nymphae et Tiberis non in caelo, sed sub aquis sint, et *aether* post *aetherii Solis lumina* iam per se minus bene se habeat, Peerlk. (coll. Aen. V. 482., cui loco etiam V, 780. et VII, 292. addere poterat) coni. *effundit pectore voces;* quod neminem probaturum puto. Immo Ladew. verissime adnotat, Nymphas et deos fluviorum non solum in fundo fluminum, sed etiam in Olympo domicilium suum habere (coll. Hom. Il. XX, 7.), ideoque Aeneam Nymphas invocantem etiam ad caelum suspicere posse. Cf. etiam Wilms. in Progr. Duisb. a. 1865. p. 8. — **71.** *Nymphae, Laurentes Nymphae*, ut Geo. IV, 321. *Mater, Cyrene mater* et similia. Vid. ad Ecl. VI, 20 — *unde*, a quibus. Vid. ad Geo. III, 490. Aen. I, 21. et III, 663. et cf. Nemes. Cyn. 95. *Nymphaeque, unde amnibus humor.* Hic igitur Nymphae fontium, ex quibus fluvii oriuntur, eorum matres dicuntur; alibi

Tuque, o Thybri tuo genitor cum flumine sancto,
Accipite Aenean et tandem arcete periclis.
Quo te cumque lacus miserantem incommoda nostra
Fonte tenet, quocumque solo pulcherrimus exis,
Semper honore meo, semper celebrabere donis,
Corniger Hesperidum Fluvius regnator aquarum.
Adsis o tantum et propius tua numina firmes."

---

sunt fluviorum filiae. — V. **72.** Macrobio teste Sat. VI, 1, 12. p. 499. Ian. (s. p. 154. Bip.) ex Ennio translatus est, qui Ann. I. fr. 37. p. 11. Vahl. (s. p. 43. Hessel.) cecinit: *Teque, pater Thyberine, tuo cum flumine sancto.* Noli autem putare, deum fluminis ab ipso flumine hic distingui; immo utrumque, ut v. 74. et 75. docent, in unam sancti fluminis notionem coit. Thiel., qui confert Ter. Andr. IV, 5, 38. *Dignus es cum tua religione odio,* Phorm. III, 1, 3. *multimodis cum isthoc animo es vituperandus,* Heaut. I, 6, 7. *Ut te di deaeque cum isto invento perduint* et similes locos (ubi *cum* idem fere est, quod *propter*), explicat: *„du auch, o Thybris, ob deines Flusses Heiligkeit, d. i. bei deiner hohen Heiligkeit."* Cf. etiam adnott. ad Aen. IX, 816., de *sancto* autem *flumine* Geo. II, 147. et de forma *Thybris* ad VII, 715. — *genitor.* Vid. ad Geo. II, 4. et IV, 355. — **73.** *„arcete periclis,* h. e. liberate; finem laborum, imprimis in hac mea navigatione, facite; pro vulg. *arcere pericula ab aliquo."* *Heyn.* Vid. adnott. ad Geo. III, 155. cum addendis. — **74.** Quocunque loco fontem habes. In antris autem, unde scatent fontes, sedes et regia fluviorum esse putabatur. Vid. adnott. ad Geo. IV, 319. — *lacus.* Vid. supra ad v. 66. Heyn. confert locum Statii Theb. IV, 832. hinc expressum: *quacunque domo gelida ora resolvit* cett. — **75.** *tenet.* Fragm. Vat., Rom., Erf., alii *tenent,* quod Iahn. in contextum recepit. Sed vere Wagn. opponit, Pluralem de uno lacu et fonte dictum displicere. — *quocunque solo pulch. exis,* prius explicui: ubicunque ostium habes, ut initio et fine cursus commemorato totus fluvii cursus indicetur; nunc vero propter v. 65. nescio, an Wagn. rectius de solo fonte cogitet. Comparant Hom. Od. XI, 239. ὃς πολὺ κάλλιστος ποταμῶν ἐπὶ γαῖαν ἵησι. Cf. etiam supra VII, 430., ubi Tiberis pariter *flumen pulchrum* dicitur, ut ibid. v. 30. *amoenus.* — **76.** *honore meo,* i. e. quem tribuam, s. sacrificiis a me institutis. Vid. ad I, 49. 632. III, 118. 264. IV, 207. al. Verba *semper celebrabere donis* iterantur in Anth. Lat. I, 172, 147. Codd. quidam minoris pretii hic exhibent *venerabere,* quod Heinsio non licuisse defendere ex III, 460., recte memorat Wagn., cum Participiorum Depon. alia sit causa. — **77.** *fluvius.* De forma Nominativi in allocutionibus usurpata vid. ad XI, 464. — *corniger:* vid. adnott. ad Geo. IV, 371. cum addendis. — *Hesperidum regnator aquarum,* princeps Italorum fluminum. Fronto p. 249. ed. Rom. s. p. 129. Nieb. haec servavit M. Aurelii verba: *Tiber amnis dominus et fluentium circa regnator aquarum,* itemque Ennii fragm. (Ann. I. fr. 48. p. 13. Vahl.) *Postquam consistit fluvius, qui est omnibu' princeps.* Cf. etiam Dionys. Per. 351 sqq. Θύμβρις ἐϋῤῥείτης, ποταμῶν βασιλεύτατος, ἄλλων etc. et Geo. I, 482. *Fluviorum rex Eridanus* cum Burmanni adnot. ad Val. Fl. II, 621. — **78.** *Adsis.* Vid. ad I, 734. — *tantum* est optantis, ut supra VI, 74., ubi vid. adnott. — *tua numina,* oracula tua et promissa, imprimis monitum tuum per somnum (v. 57 sq.), *propius firmes,* novo aliquo omine et certiore signo (quod statim fit v. 81). Cf. II, 691. ibique adnott. Conington, comparans I, 526., *propius* explicat per „praesentius." — *numina* autem *firmes* dictum, ut *omina firma* II, 691. Respexit autem hunc locum Silius IV, 127. *Adsis o firmesque tuae, pater, alitis omen.* Oppugnat hanc explicationem Dietsch. Theol. Verg. p. 6. et *numen* pro oraculo vel vaticinio poni posse negans, locum sic interpretatur: „Quo fidentiore animo periclis obviam eat, precatur, ut deus sese ad promissa perficienda satis potentem esse ostendat;" *propius* autem pro

Sic memorat geminasque legit de classe biremis
Remigioque aptat, socios simul instruit armis.
Ecce autem subitum atque oculis mirabile monstrum,
Candida per silvam cum fetu concolor albo
Procubuit viridique in litore conspicitur sus:
Quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxima Iuno,
Mactat sacra ferens et cum grege sistit ad aram.
Thybris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem
Leniit et tacita refluens ita substitit unda,
Mitis ut in morem stagni placidaeque paludis

propiore, i. e. magis perspicua re positum censet. Wagn. vero, provocans ad Servium, cui hic et III, 363. *numen* est i. q. oraculum, utramque explicationem sic inter se conciliare studet: „Nempe vis divinae naturae cernitur etiam in vaticinando et declaranda vaticiniis sua voluntate. Vid. II, 691.“ Gentius denique p. 46. pro *tua numina* legi vult *tua iam omina*. — **79.** *geminas biremes.* Vid. ad I, 162. et 182. — **80.** *Remigio aptat*, cf. III, 472. *classem velis aptare iubebat* ibique et ad IV, 482. adnott. Ceterum hunc versum, uno modo verbo mutato, iam legimus III, 471. — *armis.* Vid. infra v. 93. — **81** sq. Sequitur omen illud ab Heleno III, 389 sqq. et supra v. 43. a Tiberino praedictum. De crebris huius versus elisionibus vid adnott. ad Aen. II, 84. Cf. etiam locus simillimus II, 680. — **82.** *Candida - - concolor*, i. e. candida adeoque concolor cum fetu suo. Haud raro enim eiusmodi locis, ubi duo epitheta sine Copula uni Substantivo adiunguntur, gradatio aliqua inest. Cf. Aen. III, 619. 658. VI, 283. VII, 170. Kritz. ad Sall. Iug. 28, 4. Fabri ad Liv. XXI, 35. 3. et Iahn. ad Geo. I, 320. p. 397. ed. II. — *per silvam* non pugnare cum vv. *in litore*, cum silvosum litus (quod hic pro *ripa* fluminis positum) cogitari possit, non est quod memorem. Cf. etiam supra v. 43. et III, 390. Cum verbis autem *per silvam* cf. Ovid. Met. X, 567. *vivit per silvas* et adnott. ad V, 102. Ceterum verba *Candida per silvam* repetuntur in Anth. Lat. I, 146, 1. — **83.** *conspicitur sus.* Vid. Geo. I, 181. ibique adnott. Peerlk. malit: *Conspicitur, viridique in litore procubuit sus.* — **84.** „*enim* asservative, ut *vero*, pro *utique*, σοί γε δή; nec vacat, quod putant grammatici.“ *Heyn.* Non solum asseverandi, sed simul restringendi vim habet Particula Pronomini addita, ut respondeat nostro *gerade, eben;* tibi quidem, tibi nempe (cui hoc debetur ex praecepto Heleni III, 437 sqq.), non alii numini. Cf. Hand. Turs. II. p. 393 sq. cum locis Geo. II, 509. Aen. VI, 317. X, 614. Paulo aliter Wagn (et cum eo Ladew.) reddit per Gr. δηλαδή, nostrum *freilich, natürlich*, in summa tamen re nobiscum consentiens et apte comparans Sil. XIII, 136. *Mactat, Diva, tibi, tibi enim, haec gratissima sacra*, ubi vulgo minus bene sic distinguunt: *tibi, tibi enim haec gr. sacra.* — *maxima Iuno;* Iuno regina. Cf. Ovid. Met. III, 263. Tib. IV, 13, 15 sq. et Cort. ad Lucan. V, 166. — **85.** *cum grege*, cum triginta porculis (cf. III, 391.). — **86.** *quam longa est.* Cf. supra IV, 193. Praesente tempore rei tenor et perpetuitas bene exprimitur. Vid. adnott. ad IX, 9. — *tumentem. Tumere, tumescere, tumidus* verba propria de mari et fluminibus per ventos excitatis. Cf. Geo. I, 357. II, 429. Aen. III, 157. V, 820. VII, 810. VIII, 674. etc. — **87.** „Iunge vel *ita substitit, ut*, vel, quod forte magis poeticum: *ita substitit*: eo modo, sicut erat, cum id factum esset.“ *Heyn.* Priorem rationem iure praefert Wagn., ne *ut* bis eadem potestate positum sit. Ceterum cf. similis Tibulli locus IV, 1, 126. *Quin rapidum placidis etiam mare constitit undis.* — *refluens* non simpliciter i. q. *fluens*, ut Thiel. explicat, sed repressus, non prolabens, ut recte Conington interpretatur. — **88.** *Mitis* et *placidus* haud raro dicitur de fluviis. Cf. Oudend. ad Lucan. I, 403. Ceterum hunc locum ante oculos habuerunt Apul. Met. I, 19. p. 62. Oud. *lenis fluvius in speciem placidae paludis ignavus ibat*, et Hegesipp. de excid. Hieros. III, 26. *Frigidiora placidae*

Sterneret aequor aquis, remo ut luctamen abesset.
Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.
Labitur uncta vadis abies, mirantur et undae,
Miratur nemus insuetum fulgentia longe
Scuta virum fluvio pictasque innare carinas.
Olli remigio noctemque diemque fatigant

---

paludis aequora eo ipso, quod non in stagni morem sternitur aqua. **89.** *Sterneret aequor aquis*, sternendo efficeret aequor aquis. Cf. V, 821. et vid. adnott. ad Ecl. IX, 57. *Aequor* de flumine usurpatum redit infra v. 96. Cf. etiam Hor. Od. III, 29, 34. ibique Orell. — *remo ut luctamen abesset.* Heyn. et Peerlk. malint *remo et l. a.* Ceterum cf. adnott. ad VII, 28. et infra v. 108. — **90.** *celerant.* Rom., Gud., Macrob. Sat. VI, 1, 37. p. 502. Ian. et Nonius p. 385, 7. exhibent *peragunt*, quod ex VI, 384. huc translatum. — *rumore secundo.* Wagn. (cui adsentiuntur Ladew., Conington et Benoist., comparans Hor. Ep. I, 10, 9. et Tac. Ann. III, 29.) prius coll. Brant. ad Apulei. Met. IX, 24. p. 639. Oudend. et Schmid. ad Hor. Ep. I, 10, 9. (quibus nunc addi possunt Obbar. et Orell. ad eund. l.) idem esse dixit, quod X, 266. *clamore secundo*, i. e. laeto (cf. V, 338.), ut celeusma significetur. Sed cum parum probabile sit, nautas in terra sibi incognita et in summa rerum exspectatione clamorem sustulisse, *rumor* autem de suppresso tantum, non de claro sono dici videatur, equidem nunc cum Gossravio adsentior Heynio et Thielio, qui cum Donato et Gronovio Obss. II, 17. interpretantur per: cursu secundo, ut *rumor* de leni strepitu et murmure placidi fluminis remis percussi intelligatur; quemadmodum etiam Nonius l. l. explicat: „prospero favore et auxilio fluminis," eademque ratione etiam Bryce et in recentiss. edit. Wagn. interpretantur. Cf. Cic. Div. I, 16, 29. *Solvere imperat secundo rumore* et Auson. Mos. 22. *interlabentis tacito rumore Mosellae.* Praeterea *secundo rumore* legitur ap. Ennium Ann. VII. fr. 14. p. 39. Vahl. — **91.** *Labitur uncta* (pice) *abies.* Cf. Ennius (Ann. XIV. fr. 2. et inc. sedis fr. 27. p. 57. et 70. Vahl. s. p. 132. et 105. Hessel.) *Labitur uncta carina* (et Macrob. VI, 1, 51. p. 504. Ian. (s. p. 159. Bip.). De *abiete* autem pro navi posita vid. ad V, 663. et Geo. II, 68. — *mirantur undae* etc. Cf. adnott. ad Ecl. I, 38. similesque loci, ut Stat. Theb. IX, 228 *stupet hospita belli Unda viros, claraque armorum incenditur umbra.* Avien. descr. 253. *Huc mirante salo quondam sese intulit Argo.* Val. Fl. I, 382. IV, 712. et Burm. ad Ovid. Am. II, 11, 1. — **92.** *Miratur.* Iteratur Verbum loco Copulae. Vid. ad Ecl. IV, 6. — *nemus insuetum.* Conington comparat *ignaros montes* Ecl. VI, 40. — **93.** *Scuta virum.* Arma in puppi suspendebantur, quod etiam ex X, 80. apparet. Cf. adnott. ad I, 183. *Scuta virum pictaeque carinae* igitur i. q. carinae cum scutis. Cf. VII, 237. et 431. — *fulgentia fluvio*, ut ap. Lucan. II, 576. *signa tulit toto fulgentia ponto.* — **93.** *pictas carinas.* Vid. ad V, 663. et VII, 431. Ceterum neque cum vulgg. editt. post *virûm*, neque cum Wakef., Peerlk. et Wagn., qui memorat, apud Vergilium Copulam *que* non alteri demum sententiae verbo adhaerere (vid. ad Geo. IV, 22.), post *fluvio* incidi, sed omnem potius distinctionem sustuli, quia verissima sunt, quae Wagn. porro adnotat: *fluvio* minime ad alteram solum versus partem spectare, neque arma dumtaxat mirari nemus insuetum, quae in assiduis Arcadum et Latinorum bellis (v. 55.) haud dubie iam saepius viderit; sed id mirari, quod armati subvehantur fluvio. Süpfl., Gossr., Ladew., Ribbeck., Coningt., Benoist. et nunc Wagn. ipse me secuti sunt; Haupt. et Bryce Comma post *fluvio* positum retinuerunt. — **94.** „*remigio noctemque diemque fatigant*, non [ut etiam Schirach. p. 410. interpretatur] se remigando, quod prosaicum esset; sed est poetica audacia. *Caelum clamore, silvas venatu* (IX, 605.), *navem cursu, amnem remis fatigare* passim in poetis legitur. Est scilicet proprie *fatim agere* [*ad fatim agere*, vid. Doederl. Syn. I. p. 102.], valde, crebro movere,

Et longos superant flexus variisque teguntur
Arboribus viridisque secant placido aequore silvas.
Sol medium caeli conscenderat igneus orbem,
Cum muros arcemque procul ac rara domorum
Tecta vident, quae nunc Romana potentia caelo
Aequavit; tum res inopes Euandrus habebat.

---

tractare, agitare, hinc omnino in re aliqua strenue versari vel eam frequentare, ea multum vel nimium uti. Cf. Aen. I, 280. et VII, 582. Sic etiam X, 807. *diem exercere.* Prop. IV, [V.] 11, 81. *Sat tibi sint noctes, quas de me, Paulle, fatiges.* Redit ita utique res tandem eo, ut *fatigare* sit *consumere, exigere.*" Haec fere *Heyn.* Cf. imprimis Aen. IX, 605. *silvas fatigant*, i. e. silvis peragrandis studiose dant operam, et Val. Fl. V, 602. *Marte diem noctemque fatigat*, cum adnott. ad Aen. I, 280. et locis ab Ungero de Valg. Rufo p. 232. collectis. Sententia igitur haec est: cursum numquam intermittunt, sed per diem noctemque strenue continuant. — **95.** Initium huius versus auctor Hippodamiae, centonis Verg. in Anth. Lat. I, 170, 124., sic imitatur *Et longum superant flexu.* Ceterum vid. supra ad v. 58. Verba *variisque teguntur arboribus* satis otiosa esse, censet Wagn. coll. adnot. ad I, 678. Peerlk. autem existimat, otiosum illud fortasse minui, si verba sequentia cum Servio interpretemur. Is enim verba *secant silvas* (i. e. vulgari ratione: navigant inter ripas silvis consitas) potius sic capit: naves secabant imagines nemorum in placido aequore apparentes, coll. Terent. Maur. (cf. Santen. p. VII.) loco: *Natura sic est fluminis, Ut obvias imagines Nemorum receptet in suam Lucem;* eamque explicationem sane iuvare videntur verba *placido aequore*, imprimis si comparamus Ecl. III, 25. et Maecenatis verba apud Senec. Ep. 114. *Quid turpius amne silvisque ripa* (fortasse *silvis ripaque*) *comantibus? Vide ut alveum lintribus arant, versosque vado remittunt hortos* (cf. Scalig. in Burm. Anth. T. I. p. 257.); unde tamen non sequitur, ut etiam hic, Peerlk. suasore, legamus *versasque secant pl. ae. silvas.* Sic igitur haec esset sententia: Superant longos flexus riparum silvis tectarum, quarum imago in speculo aquae redditur. (Consentiunt cum hac interpretatione Ladew., Conington et Benoist.) Ceterum de *aequore* fluminis vid. ad Geo. I, 469. — **97.** „Ἦμος δ' Ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει, Hom. Il VIII, 68. et al." *Heyn.* Cf. etiam Drak. ad Silium III, 671. Conington comparat Geo. IV, 426. *Medium sol igneus orbem Hauserat.* Wakef. ad Lucr. V, 651. temere coni. *orbe.* — **98.** *procŭl.* Vid. ad III, 464. multosque alios locos. — *rara domorum tecta*, nondum ad magnam urbem coniuncta (*vereinzelt stehende*). Cf. Ovid. Fast. V, 93. *Hic, ubi nunc Roma est, orbis caput, arbor et herbae Et paucae pecudes et casa rara fuit.* Cf. Geo. III, 340. *raris habitata mapalia tectis.* Sic etiam supra I, 118. *rari nantes.* Praeterea hunc locum respexit Silius VI, 630. Peerlk. sine iusta causa coni. *parva d. tecta.* — *domorum tecta* non per circumlocutionem dictum, sed ut XII, 132. proprie accipiendum videtur; ex longinquo enim non nisi tecta aedificiorum conspiciunt. — **99.** *Romana potentia*, cum vi quadam pro Romae potentia. — **100.** *Aequavit*, i. e. aequavit et aequat. Cf. adnott. ad Aen. I, 365. et de Part. *nunc* cum vero Perfecto (i. e. cuius effectus praesenti tempore manet) coniuncta cf. IV, 345. 356. VIII, 381. etc. Ad ipsam rem cf. Ovid. Fast. V, 91 sq. — *tum.* Rom. *tunc*, quod recepit Iahn. Sed vid. ad Ecl. III, 10. — *res inopes.* Conington conferri iubet contraria verba *maxuma rerum Roma* VII, 602. — *Euandrus.* Sic optimi Codd. (Med., Rom. alii), quos editores recentiores post Heins. secuti sunt. Vulgo *Evander*, quam formam in uno tantum Vergilii loco, X, 515., omnes Codd. meliores praebent. Alteram, quae redit v. 185. 313. 545. 558. XI, 55. et alibi, hic etiam agnoscunt Charis. I. p. 11. P. et Nonius p. 30. ult., infra autem v. 185. Macrob. Sat. V, 8, 5. p. 409. Ian. Sic etiam supra II, 261. *Thessandrus*, X, 391. *Thymbrus* (sed antea v. 391. *Thymber*), ap. Martial.

Ocius advertunt proras urbique propinquant.
  Forte die sollemnem illo rex Arcas honorem
Amphitryoniadae magno divisque ferebat
Ante urbem in luco. Pallas huic filius una,
Una omnes iuvenum primi pauperque senatus
Tura dabant tepidusque cruor fumabat ad aras.
Ut celsas videre rates atque inter opacum
Adlabi nemus et tacitos incumbere remis,

---

de Spect. 25, 3. *Leandrus*, ap. Ovid. Am. I, 15, 18. *Menandrus* legitur cett. Vid. etiam Prisc. VI, 6, 33. p. 692. Charis. I, 10. p. 11. Neue *Formenl.* II. p. 76. et adnott. ad III, 108. — **101**. *Ocius advertunt proras;* vid. Geo. IV, 117. VII, 35. cett. et infra ad v. 115. — **102** sqq. „Egregia carminis oeconomia, qua belli cum Latinis gesti argumento per se tenui et pauperi copiam rerum et narrationum conciliat poeta. Offendit Aeneas Evandrum sua sacra facientem Herculi; rerum species obiicitur augusta religionibus et hominum saeculique simplicitate placens. Eadem v. 185 sqq. adducit episodium de caeso ab Hercule Caco, tamquam sacri instituti causa et origine.“ *Heyn.* Poetae animo obversabatur Hom. Od. III, 4 sqq. — *honorem.* Vid. supra ad v. 76. — **103**. *Amphitryonides* etiam Catullo 67, 112. et Ovidio Met. XV, 48. Hercules vocatur, cuius cultus tam antiquus inter Romanos, ut ab ipso Romulo institutus esse diceretur. Cf Liv. I, 7. et V, 13. — *divisque.* Nam, Servio teste, cuicunque deo sacrificabatur, necesse erat post ipsum etiam reliquos invocari, quod iam ad III, 19. vidimus. Tamen ipsius in Herculis sacris id fieri diserte negat Varro Plutarcho teste Quaest. Rom. 90., quod Wagn. et Ladew. adnotant; quare hic locus sane memorabilis. — **104**. *in luco,* secundum Serv. ad Aventinum sito, quem collem ad Evandri urbem, solum Palatinum complectentem, non pertinuisse constat. Cf. autem supra III, 302. — *huic una* poetice pro una cum hoc; cuius constructionis praeter Iul. Val de reb. gest. Alex. M. (ed. ab A. Maio) I, 55. *una servitiis pecuisque,* ib. III, 40. *una Theodecto* et Itin. Alex. M. p. 90. ed. Maii: *Qui epulo accubabat una blanditoribus regis* nullum in promptu habeo exemplum. Consentiunt mecum Bryce, Wagn. et Conington; Ladew. vero *una* ne a poetis quidem cum Dativo construi contendens *huic* ad Herculem refert et ad *una* supplet: cum Evandro patre. Benoist. denique, cum Ladew. dubitans de voce *una* cum Dat. constructa. *filius huic* Graeca ratione pro *huius filius* positum censet (coll. Kühneri Gramm. Gr. II. p. 249.). — **105**. *iuvenum. Iuvenes* et *iuventutem* saepe esse i. q. viros militaris aetatis, Wagn. adnotat. *Iuvenum primi* etiam IX, 782. commemorantur. — *pauper senatus.* De beata priscorum illorum temporum paupertate cf. imprimis Silius I, 809. *castaque beatos Paupertate Patres* (ibique Drak.) id. VI, 631 sqq. etc. — **106**. *Tura dabant*, ut ap. Hor. Od. IV, 2, 51. *dabimusque divis Tura benignis.* Servius haec adnotat: „Verbo sacrorum usus est. Nam dici solebat in sacris: *Da, quod debes, de manu dextera aris.*“ — *tepidus cruor* ut VI, 248. — **108**. *Adlabi*, scil. rates et qui in iis sunt; nam sequuntur verba: *et t. incumbere remis*, sc. remiges. Ceterum cf. III, 131. — „*tacitis remis*, nullum [fero] aquarum strepitum in amni placido facientibus.“ *Heyn.* Cf. supra v. 88 sq. Servius minus bene: „*tacitis* pro: ipsi taciti, i. e. sine celeusmate;“ et Thiel. *tacitis* pro quietis, non amplius motis accipit, cum naves iam appulerint; cui tamen explicationi et antecedens *allabi* et sequens *procul* adversari videntur; immo remigantes allabuntur. Cum tamen *tacitis* non nisi in Codd. deterioris notae inveniri videatur, Med. contra, Pal., Rom., Gud. a m. pr. et Bern. II. et III. a m. pr. exhibeant *tacitos*, nunc cum Wagn. (qui *tacitis* errore modo in contextu servatum esse in Praef. ed. 3. p. VIII. prodit) et Ladew. hanc lectionem recepi et Ribbeckium, Conningtonem et Benoistum vulgarem retinuisse miror, quam etiam Hoffmann. in *Zeitschr. f. d. Oestr. G.* 1853. p. 882. defendit. Recte enim Wagn. l. l.

Terrentur visu subito cunctique relictis
Consurgunt mensis. Audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat raptoque volat telo obvius ipse
Et procul e tumulo: „Iuvenes, quae causa subegit
Ignotas temptare vias? quo tenditis? inquit.
Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis, an arma?“
Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta
Paciferaeque manu ramum praetendit olivae:
„Troiugenas ac tela vides inimica Latinis,
Quos illi bello profugos egere superbo.
Euandrum petimus. Ferte haec et dicite lectos
Dardaniae venisse duces socia arma rogantis.“

---

adnotat: „Hoc ipsum tacere insidiosum videri poterat.“ — **109**. Verba *cunctique relictis Consurgunt mensis* repetuntur ab Ausonio in cent. nupt. 28. Cogitandum autem est de epulis sacrificialibus. Cf VII, 176. — **110**. Sacra si rumpuntur, i. e. turbantur, piaculum est et instaurari debent, qua de re Gossr. conferri iubet Liv. II, 36. Cic. de har. resp. 10. 11. et Plut. Coriol. 25. Epitheton tamen *audax* non eo referendum, sed propterea adiectum videtur, quod solus Troianis obvius volare audet, nesciens, cur veniant. — *quos*, eos, qui aderant his epulis. — **111**. „*Sacra* sunt h. l. eadem, quae modo *mensae*: scil. epulae sacrae, quas, peracto iam sacrificio, celebrabant, quasque mox instaurant v. 172. 175. — *vetat*, quia nefas eas turbari, interrumpi et omitti; ut iterum infra v. 173.“ *Heyn.* — *ipse* fere i. q. solus. Cf. XI. 218. et Wagn. Qu. Verg. XVIII, 2, 2. — **113**. *Ignotas vias;* propius enim accedens videt eos esse peregrinos. — **114**. „*Qui genus?* τίνες τὸ γένος; Comparant Hom. Od. I, 170. XV, 267. al. Sic V, 285. *Cressa genus Pholoe*, XII, 25. *Nec genus indecores* et Ovid. Fast. IV, 65. *Graius uterque genus* cett.; non tamen huc trahendum censeo Aen. VI, 500. Cf. etiam notissimus ille usus verborum *omne, id, quod genus*, de quo praeter multos alios vid. Ramsh. §. 132, 5. Ceterum cf. supra I, 369. et similes locos. — *unde domo?* i. e. unde venitis (estis) domo, πόθεν οἴκοθεν; nos similiter: *woher des Landes?* Sic Hor. Ep. I, 7, 52. *quaere et refer, unde domo, quis, cuius fortunae, quo sit patre* et Sen. Cons. ad Helviam 6. *Iube omnes istos ad nomen citare et unde domo quisque quaere.* Cf. Iani 222. et adnott. ad Ecl. I, 53. *Domus* autem pro patria legitur etiam infra X, 141. et 183. Sil. I, 572. II, 76. X, 95. Suet. Vitell. 2. alibi. Vid. Schmid. et Obbar. ad Hor. Ep. I, 7, 53. Nos eadem ratione: *er ist in N. zu Hause.* — Verba *pacemne huc fertis, an arma?* iterantur in Anth. Lat. I, 147, 5. — **115**. *puppi ab alta* (ut V, 12.), quae, ubi appellant, terrae proxima est. Vid. ad VI, 3. — **116**. *Paciferaeque - - praetendit*, i. q. praetendens. — *Paciferae olivae*, vid. Geo. II, 425. Aen. VII, 116. XI, 101. et cf. adnott. ad Aen. VII, 154. Ut hic *pacifera oliva*, sic apud Plin. XV, 30, 40. *pacifera laurus.* Adiect. *pacifer* praeterea invenitur ap. Ovid. Met. XIV, 291. Lucan. III, 304. Val. Fl. IV, 139. et haud raro in inscriptionibus (ut ap. Grut. p. 38, 7. 49, 1. etc.) — **117**. *Troiugenas* (vid. ad III, 359.) *ac tela*, i. e. Troiugenas tela gerentes; quare etiam sequitur *quos.* — „*tela inimica Latinis* memorat propter v. 55. *Ili bellum assidue ducunt cum gente Latina.* Hinc quoque metus conspectis viris armatis maior esse debuit (v. 109.). Graviter et illud: *Quos illi profugos egere* [exagitavere], cum Latini tantum nollent sedem Troianis in suo agro concedere; gravius invidiae causa additur *superbo* bello, quia ipsi sunt superbi.“ *Heyn.* Scil. quod bellum parant contra profugos et ἱκέτας. Cf. autem *vires superbas* XI, 539. Thiel. *profugos* minus recte explicat: ut profugi simus. — **119**. *Ferte haec*, hunc nuntium (vid. ad Aen. I, 645.). — **120**. *Dardaniae duces* hic non minus, quam

Obstipuit tanto percussus nomine Pallas:
„Egredere o quicumque es, ait, coramque parentem
Adloquere ac nostris succede penatibus hospes."
Excepitque manu dextramque amplexus inhaesit.
Progressi subeunt luco fluviumque relinquunt.
Tum regem Aeneas dictis adfatur amicis:
„Optime Graiugenum, cui me Fortuna precari
Et vitta comptos voluit praetendere ramos,
Non equidem extimui, Danaum quod ductor et Arcas
Quodque ab stirpe fores geminis coniunctus Atridis;

---

infra v. 161. II, 261. et alibi, *duces Teucri.* significat proceres, *ἡγεμόνες, ἡγήτορες.* Wagn apte confert Ovid. Met. X, 315., ubi *lecti proceres* commemorantur; idemque alteram viliorum Codd. lectionem multo languidiorem *Dardaniae viros* ex VII, 168. huc translatam censet. — **120.** *socia arma*, ut XI, 161., quae verba repetuntur in Anth. Lat. II, 192, 76. et 193, 39. Sic etiam II, 371. *socia agmina.* — **121.** *tanto nomine*, Dardaniae s. Troianorum. Cf. I, 565 sq. De voc. *percussus*, cui etiam hic aliquot Codd. (inter quos Rom., Bern. II. et III.) substituunt *perculsus*, vid. ad I, 513. Lectionem *perculsus* ex recentioribus editoribus unus Conington recepit. — **122.** *Egredere.* Cum Med. *etgredere*, Pal. vero et Rom. *etgradere* exhibeant, Ribbeck. edidit *ecgredere.* Comma vulgo post *o* positum cum Wagn. omisimus, qui haec *o quicunque es* esse docet pro Vocativo. — **123.** *succede penatibus.* Vid. ad I, 627. *Succedere*, quod alii etiam cum Accus. construunt, Vergilius semper Dativo iungit (ut II, 478. III, 541. VII, 501.). Vid. ad VII, 161. — **124.** *excepitque manu.* Vid. adnott. ad Geo. II, 80. Aen. II, 692. V, 504. et VI, 547. Conington comparat Hom. Od. III, 35. *χερσίν τ' ἠσπάζοντο.* — *dextram amplexus inhaesit*, scil. ei; Homericum *ἐν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί* Il. VI, 406., manum eius prehendit et prehensam tenet. Repetuntur haec verba in Ausonii cent. nupt. 56. Vid. etiam inf. v. 558 sq. et Val. Fl. II, 639. *dextramque amplexus et haerens.* Praeterea de verbo haerendi cf. Aen. VI, 350. X, 780. Hor. Od. I, 32, 10. Catull. 21, 6. Ovid. Met. VII, 568. etc. — **125.** *subeunt luco* supra v. 104. commemorato (vid. ad VII, 161.) *fluviumque relinquunt.* De hac hypallage vid. ad III, 662. *Loco* in Ribbeckii edit. solo typographi peccato ortum videtur. — **126.** *dictis adfatur amicis.* Cf. II, 147. — **127.** *cui precari*, supplicare, *ἱκετεύειν.* Alibi *precari alicui* aut significat imprecari alicui aliquid, aut est i. q. precari pro aliquo, v. c. Plaut. Asin. II, 5, 11. *pergin, precari pessimo?* (Burm. conferri iubet Barth. ad Claud. in Rufin. I, 35.); hic autem *cui* etiam pertinet ad sequens *praetendere*, et breviter poëta scripsit pro *quem precari* et *cui praetendere;* sensus est enim: cui ramos supplices me praetendere Fortuna voluit; qui enim ramos praetendunt vitta comptos, hi speciem precantium praebent, ut vere docet Peerlk., quo suasore etiam Comma vulgo post *precari* positum delevimus, in quo nos secuti sunt posteriores editores omnes (praeter Bryceum), etiam Wagn. in edit. min. Non opus igitur videtur, ut cum Servio, Graecum *εὔχεσθαί τινι* (Hom. Il. IV, 275. *εὔχεο Ἀπόλλωνι*) comparantes, *precari alicui* pro antiqua et obsoleta verborum coniunctione habeamus. — **128.** *praetendere ramos, ἱκετηρίαν προβαλέσθαι.* — *vitta comptos*, infulis laneis ornatos. De hoc ramo supplicum eodemque foederis, pacis et legationis signo, *Ruhk.* haec adnotat: „Simplicissima via ad hunc ritum rudiores homines pervenisse videntur, cum ramo quocunque arrepto inermes se esse, nec quidquam hostile meditari, quid quod auxilio indigere prae se ferrent. Sic Iac. Cooqius, R. Forsterus aliique itinerum ad gentes rudiores Americae etc. descriptores rem se habere adhuc tradiderunt. Religio apud Graecos accessit." Vid. etiam ad VII, 154. Quod attinet ad voc. *comptus* cf. VII, 751. et Culicis v. 218. (a Coningt. laud.). — **130.** „*ab*

Sed mea me virtus et sancta oracula divom
Cognatique patres, tua terris didita fama,
Coniunxere tibi et fatis egere volentem.
Dardanus, Iliacae primus pater urbis et auctor,
Electra, ut Graii perhibent, Atlantide cretus,

stirpe geminis coniunctus Atridis. Utrumque genus a Iove ducebatur; tum ab Atlante; nam a sororibus, Atlantis filiabus, et Evander et Atridae oriundi erant. Ab iisdem Atlantis filiabus, Pleïades vocant [vid. ad Geo. I, 225.], cognatio altera v. 134 sqq. inter Evandrum et Aeneam deducta: nam Dardanus Electra et Iove natus, Evander autem Mercurii, cui Maia mater, filius perhibebatur. Vid. Dionys. I, 31. Praeclare autem poeta hac generis coniunctione utitur ad causas amicitiae inter Evandrum et Troianos serendas.“ *Heyn.* Ceterum Ribbeck. et Conington Pal., Rom., Gud., Bern. II. et Arusiani p. 221. L. Cod. Ambr. secuti ediderunt *a stirpe.* Sed vide Wagn. Qu. Virg. I, 1. p. 485. — *geminis Atridis*, ut II, 500. — **131.** *mea virtus*, animi fiducia ex meae virtutis conscientia. Conington observat, Vergilium hic memorem fuisse loci Lucr. I, 140. *Sed tua me virtus* etc. *Wagn.* haec adnotat: „Omnino tenendum, veteres maiorem virtutis suae fiduciam prae se tulisse; quodque apud nostros homines saepe arrogantiae crimen subeat, apud illos, qua erant animi magnitudine, rectae conscientiae tribui.“ Quod innumera Homeri maxime exempla (Il. IV, 505. Od. IX, 19. etc.) comprobant. Quare etiam Cicero N. D. II, 36, 87. *Propter virtutem enim iure laudamur et in virtute recte gloriamur.* Ceterum cf. etiam supra I, 378 sq. et Stat. Theb. I, 644. *Advenio: mea me pietas et conscia virtus Has egere vias.* — *oracula divom*, a Sibylla accepta. Vid. VI, 96 sq. — **132.** *terris didita fama*, i. e. per terras divulgata. Cf. supra VII, 144., ubi vid. adnott. Similiter Lucr. V, 20. *per magnas didita genteis Dulcia permulcent animos solatia vitae.* Wagn. confert Diod. Sic. IV, 47. διαδοθείσης τῆς φήμης εἰς ἅπαντα τόπον. Rom., Gud., Bern. II. et aliquot Servii Codd. exhibent *dedita;* sed *didita* etiam Velius Longus p. 2226 sq. testatur. Ut asyndeton paulo durius tollatur, Vir doct. in Obss. Miscell. Vol. I. p. 19. hanc suadet transpositionem: *Sed mea* (vel potius *tua*, ut ille vult scribi), *me virtus et terris didita fama, Cognatique patres et sancta oracula divom;* quod nemo, puto, probabit. — **133.** *coniunxere*, h. e. adduxere me, ut me tibi adiungere studeam. — *et fatis egere*, scil. ad te, *volentem*, ἑκόντα (vid. ad X, 677.); fata, quae me agebant, volens secutus sum; non solum fatis parens ad te venio, sed etiam mea voluntate ductus. Cf. etiam Sen. Ep. 107. extr. *Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.* Dietsch. Theol. Verg. p. 32. paulo subtilius *fatis* pro Dativo habet, ab *egere volentem* suspensum, quod in eo insit obedientiae atque obsequii notio; quod vix probabitur. — **134.** De *Dardano* vid. III, 167 sq. et VII, 206 sqq. — *primus pater urbis et auctor.* Vid. ad V, 596. *Pater urbis* pro conditore. Sic Cic. de Div. I, 2, 3. *Huius urbis parens Romulus.* Ovid. Met. XV, 861. *genitorque Quirine urbis.* Prop. V, (IV,) 10, 17. *Urbis virtutisque parens.* Silius IX, 654. *parens murorum* cett. — **135.** *ut Graii perhibent.* Cf. IV, 179. *Wagn.* haec adnotat: „Insigniter lapsus est poeta, qui Aeneam hoc dicentem faciat: *ut Graii perhibent,*“ nescio quo iure. Aeneam enim Graecorum fabulas novisse, per se mirum videri non potest; hic autem, ubi cum Graeco homine loquitur eiusque benevolentiam captat communis originis commemoratione, cur absonum censeamus illud: *ut Graii perhibent*, i. e. ut vos ipsi Graii perhibetis? Quod intelligens Wagn. mutata sententia in recentiss. edit. haec adnotavit: „Si igitur Graii ita tradunt, ne tu quidem, qui es homo Graecus, negabis Dardani matrem fuisse Electram, filiam Atlantis.“ Peerlk. tamen, et ipse in hoc loco haerens, cum Rufinian. de Schematibus [p. 254. R.] hunc versum sic afferat: *Electram Graii perhibent Atlantide cretum*, inde coni. *Electra matre, ut perhibent, Atlantide, cretus.* — *cretus.* Vid.

Advehitur Teucros; Electram maxumus Atlas
Edidit, aetherios humero qui sustinet orbis.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenae gelido conceptum vertice fudit;
At Maiam, auditis si quidquam credimus, Atlas,
Idem Atlas generat, caeli qui sidera tollit.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
His fretus non legatos neque prima per artem
Temptamenta tui pepigi; me, me ipse meumque

---

ad II, 74. — **136.** *Advehitur Teucros,* pro: ad Teucros, i. e. in Troadem. Vid. ad I, 307. VII, 216. et al. „Dardanus adit Troiam, quam Teucer tum tenebat, ibique Dardanum urbem condidit, Ilus autem filius Ilium; hactenus igitur poeta dicere potuit: *Iliacae primus pater urbis et auctor.*“ *Heyn.* — **136.** *maxumus Atlas,* ut I, 741 — **137.** *aetherios h. qui sust. orbis.* Vid. IV, 247. ibique adnott. — **138.** *Vobis,* tibi et per te generi tuo. Ladew. Pronomen ad omnes Arcades refert, cuius gentis auctor Mercurius eodem iure dicatur, quo Dardanus et Teucer Troianorum patres. — *quem candida Maia* cett. Cf. I, 297. *Maia genitus* et adnott. ad Geo. I, 337. Hes. Theog. 938. Hom. hymn. in Merc. in. Apollod. III, 10, 1. 2. Paus. VIII, 17. *Candida* est pulchra (vid. ad Ecl. II, 46. et Aen. V, 571.); vix enim de splendore sideris cogitandum, etsi Maia ceteris Pleiadibus est splendidior. — *fundere* pro parere, eniti, ita tamen ut celeritatis notionem complectatur, ideoque proprie facilem et felicem partum significet. Vid. Serv. ad h. l. coll. adnot. ad Geo. I, 13. et Iacobs. *Blumenlese* II. p. 376. Videntur hunc locum respexisse Arnobius l. I. *Mercurius utero fusus Maiae,* l. III. *Caduceator ille Cyllenius in Algido fusus monte,* Lactantius III, 17. *Locus, in quo quisque est fusus ex utero* et poeta Anth. Lat. I, 89, 62. *Non ita me - - fudit Thetis alma sub auras* scribentes. — **139.** De *Cyllene,* Arcadiae septentrionalis monte, Mercurio sacrato, qui nunc dicitur *Zyria,* vid. librum meum geogr. III. p. 864. De Genitivo autem *Cyllenae,* cui unus Palat. et editt. ante Pierium in lucem emissae substituunt alteram formam *Cyllenes* (quae etiam invenitur ap. Silium III, 203. hunc locum sic imitatum *gelidis almae Cyllenes editus antris*) cf. adnott. ad III, 111. Cum *gelido vertice* cf. infra v. 159. — **140** *At Maiam* pro vulg. *Maiam autem.* Vid. ad Geo. II, 246. — **141.** *Maiam Atlas generat.* Praesente tempore paulo insolentius dictum pro: Maiae genitor est Atlas, quemadmodum apud Prop. V, (IV,) 1, 77. *Me creat Babylonius Heros* pro: creator meus est, et ap. Eurip. Heracl. 209. *Αἴθρα πατὴρ ἐκ τῆσδε γεννᾶται σέθεν.* Cf. adnott. ad Ecl. VIII, 45. et Aen. IX, 266. — Peerlk. verba *caeli qui sidera tollit* propter ineptam, quam in hoc loco sibi videtur reperire, tautologiam spuria censet, in quo ei adsentitur Duebner. — V. **142.** idem Peerlk. recte sic interpretatur: „genus se quidem scindit, sed, ut duo fluvii brachia, ex uno fonte oritur,“ coll. Stat. Theb. I, 224. *quis sanguinis auctor Ipse ego descendo. Perseos alter in Argos Scinditur, Aonias fluit hic ab origine Thebas. Scindi* de fluvio usurpatum legitur etiam ap. Ovid. Met. XV, 739. *Scinditur in geminas partis circumfluus amnis,* quem locum Conington affert. — **143.** „Iunge: *non pepigi temptamenta tui prima per legatos neque per artem:* 'non prius te tentavi per legatos et callida consilia.“ *Heyn.* Praepositio igitur ex verbis *per artem* etiam supplenda est ad *legatos,* qua de re vid. ad I, 544. V, 512. et VI, 692.; eaque ratio iuvatur etiam comparatione Ennodii Epigr. I, 2 (p. 54. Schott.) a Peerlk. laud., qui locum nostrum sic imitatur: *His fretus non legatos nec verba precantum Callida fucatis artibus elicui.* Dura enim et insolita esset eiusmodi ellipsis: *non legatos* nisi, *neque* cett., quam Gossr. statuit et Conington probavit. *Per artem* autem pro: arte, i. e. callide cauteque, legitur etiam ap. Silium IV, 713. et al. Cf. Hand. Turs. IV. p. 443. — **144.** *Temptamenta tui pepigi,* i. e. constitui, feci; tentavi te

Obieci caput et supplex ad limina veni.
Gens eadem, quae te, crudeli Daunia bello
Insequitur; nos si pellant, nihil afore credunt,
Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant
Et mare, quod supra, teneant, quodque adluit infra.
Accipe daque fidem. Sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi et rebus spectata iuventus."
Dixerat Aeneas. Ille os oculosque loquentis
Iamdudnm et totum lustrabat lumine corpus.
Tum sic pauca refert: „Ut te, fortissime Teucrum,

---

s. animum tuum. Peerlk. coni. *petii*, coll. Ovid. Met. III, 341. *tentamina sumpsi.* — *me, me ipse* cett. cum singulari vi dictum, ut infra IX, 427. *Me, me - - in me convertite ferram*, et XII, 210. *me, me duce ferrum Corripite.* Cf. etiam Statius Theb. I, 621. hunc locum sic imitatus: *me, me, divûm optime, solum Obiecisse caput fatis praestabit.* De verbis *me ipse*, quae fere i. q. *ego me ipsum* significant, ita ut utrumque Pronomen magnam vim habeat, Wagn. conferri iubet Hoffmann. in Iahnii Annall. Vol. VII. fasc. I. p. 54 sq. et Cic. ad Fam. IV, 8. *Non ita abundo ingenio, ut te consoler, cum ipse me non possim.* — *meum Obieci caput.* Heyn. confert Hom. Od. II, 237. III, 74. *παρθέμενοι τὴν κεφαλήν* s. *τὴν ψυχήν* et Quint. Cal. XII, 63. *κάρτιστοι - - ἄνδρες - - θυμὸν παρθέμενοι*, quibus locis Conington addit Soph. Oed. C. 750. *ἀεί σε κηδεύουσα καὶ τὸ σὸν κάρα.* Vid. etiam Cic. pr. dom. 57, 145. *Obieci meum caput perditissimorum civium furori atque ferro;* Liv. XXII, 40, 3. *hostium se telis potius, quam suffragiis iratorum civium caput obiecturum*; Anth. Lat. I, 178, 221. *proque omnibus unum Obieci caput* (qui locus ex nostro et Aen. V, 815. compositus est). *Caput obiectare periclis* legimus II, 751. cett. — **146.** „*gens Daunia*, Rutuli, sive a patre Turni, Dauno (X, 616. 688. XII, 22.), sive a vetere illo Dauno, Apuliae conditore, a quo ea Daunia dicta. Ad sententiam cf. supra v. 35." *Heyn.* Cum tamen de bellis Rutulorum cum Arcadibus Evandri nihil memoriae proditum sit, contra vero Latinos cum Evandro bellum gessisse constet, Ladew. *gente Daunia* non solum Turnum, sed etiam Latinum, futurum eius socerum significari putat. (Cf. etiam supra ad v. 55. adnott.) — *crudeli bello*, ut XI, 535. — **147.** *afore.* Vid. ad VII, 498. — **148.** *sub iuga mittant.* Cf. IV, 231. *sub leges mitteret orbem.* — V. **149.**, qui tantum prioris versus sententiam latius persequitur, paucis mutatis ex Geo. II, 158. iteratus. Peerlk. eum spurium et glossam geographicam sapere censet, atque etiam Ribbeck. uncis inclusit. — **150.** Macrob. VI, 1. p. 499. Ian. (s. p. 154. Bip.) cum h. l. confert versum Ennii Ann. I. fr. 30. p. 9. Vahl. (p. 32. Hessel.) *Accipe daque fidem foedusque feri bene firmum.* Verba *Accipe daque fidem* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 89. — *fortia pectora.* Vid. II, 348. IV, 11. et Hor. Sat. II, 2, 136. De coniunctis vocibus *pectora* et *animi* vid. ad VI, 261. — *bello* Ablat., non Dat., videtur, ut etiam X, 185. *fortissime bello.* — **151.** *rebus*, scil. gestis; fortia facinora intellige, quae, ut saepe (cf. v. c. Cic. part. I, 1. pro Cluent. 19, 54. Sall. Iug. 48, 1. Ovid. Met. XIII, 383. XIV, 384. Liv. XXXV, 46, 4. XXXVII, 53, 4. XVIII, 40, 11. etc.), meris verbis opposita cogitantur. Cf. Heind. ad Hor. Sat. I, 4, 47. Ruhnk. ad Vellei. II, 30. Ochsner ad Oliveti Ecl. Cic. p. 64. Bremi ad Nep. Phoc. 3, 3. Kritz. ad Sall. Cat. 52, 35. et de Graecis eadem ratione *ἔργον* et *λόγον* sibi opponentibus Porson. ad Eur. Phoen. 512. Reisig. ad Soph. Oed. Col. 63. alii. — V. **152** sqq. Silius XVI, 189. sic imitatur: *Tum laetus volvens oculos adversa per ora Sic Latium affatur iuvenem ac prior incipit ultro: Quam te, Dardanida pulcherrime, mente serena Accipio intueorque libens.* — **153.** *lustrabat lumine corpus.* Cf. II, 754. — **154.** Verbis *pauca refert* Servius haec adscribit: „non pauca, sed paucis, i. e. breviter. Hoc vult dicere, multa eum dixisse, sed paucis." Ceterum verba *Tum sic pauca*

Accipio adgnoscoque libens! ut verba parentis
Et vocem Anchisae magni voltumque recordor!
Nam memini Hesionae visentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum Salamina petentem
Protinus Arcadiae gelidos invisere finis.
Tum mihi prima genas vestibat flore iuventas;
Mirabarque duces Teucros, mirabar et ipsum
Laomedontiaden; sed cunctis altior ibat
Anchises. Mihi mens iuvenali ardebat amore
Conpellare virum et dextrae coniungere dextram;
Accessi et cupidus Phenei sub moenia duxi.

---

refert repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 56. et 87., ut sequentia *Accipio agnoscoque libens* ibid. v. 40. — **155.** *Ut te - - Accipio* etc. Cf. Plaut. Stich. 465. *ut ego nunc te conspicio lubens* et Aen. II, 284. *ut te - - aspicimus.* Non tamen concedo, quemadmodum hic *ut* cum *libens*, sic etiam illo loco *ut* cum *defessi* coniungendum esse. Conington comparat XII, 260. *Accipio adgnoscoque deos.* — *Accipio.* Cf. VI, 693. — *adgnosco.* Vid. ad II, 423. — *verba parentis*, idem libere et nervose dicendi genus, quo pater tuus excellebat. — **156.** Conington poetam hic memorem fuisse putat loci Hom. Od. IV, 140 sqq. — **157** sqq. „Ingeniosum poetae commentum, quo (Homeri exemplum secutus, qui et ipse recordationem priscorum hominum et rerum ex prisco hospitio repetit, v. c. Il. III, 205 sqq.) Priamum fingit Salaminem Hesiones sororis, Telamoni Herculis sodali nuptae [cf. Apollod. II, 6, 4. III, 12. 7. Hyg. f. 89. Ovid. Met. VIII, 157. XI, 217. all.], visendae causa, hincque Arcadiam adiisse, ut Evander eius notitiam habere posset.“ *Heyn.* Cf. etiam locus simili ratione conformatus I, 619 sqq. — *visentem*, invisere volentem s. invisurum. Vid. ad II, 111. et VI, 392. Catull. 11, 9 sqq. *Sive trans altas gradietur Alpes Caesaris visens monumenta magni, Gallicum Rhenum horribilesque Britannos. Visere* autem Thiel. recte interpretatur per venire, ut videas, ut *revisere* et *provisere* per redire et procedere, ut videas; unde etiam formulas dicendi *visere ad aliquem* et *aliquo* (cf. Heins. ad Ovid. Am. II, 2, 21.) explicandas esse docet. Ceterum Peerlk. sine iusta causa coni. - - *Salamina profectum, Pr. Arc. gelidos quoque visere fines.* — **159.** *gelidos fines;* Arcadia enim ob altos montes gelida. Cf. supra v. 139. — **160.** *genas vestibat flore*, prima lanugine, ex Hom. Od. XI, 318 sq. et Lucr. V, 886. *Tum demum, puerili aevo florente, iuventas Officit, et molli vestit lanugine malas.* Cf. etiam Aen. X, 324. et Pacuvii fragm. *Nunc primum opacat flore lanugo genas* Maronem imitati sunt alii, velut Claud. I, 69. *Ante genas dulces quam flos iuvenilis inumbret, Oraque ridenti lanugine vestiat aetas.* — Cum forma *vestibat* cf. IV, 528. (ubi prius de ea disserui) VI, 468. VII, 485. 790. VIII, 436. X, 538. XI, 572. Ruddim. 1. p. 281. Ramsh. §. 62, 5. Schneid. Gramm. Lat. 1, 1. p. 124. Struve *Ueber d. Lat. Decl. u. Conj.* p.-137. not. 4. Ochsner ad Ovid. Met. VIII, 199. p. 543. ed. Bach. Neue *Formenl.* II. p. 347. alii. — *iuventas.* Sic nunc cum omnibus recentioribus editoribus praeter Bryceum ex Med., Rom., Pal., Gud., Bern. II„ et Servii ad Aen. VIII, 659. Codd. pro vulg. *iuventa* edidimus. Vid. adnott. ad V, 398. — **161.** *duces Teucros.* Vid. supra ad v. 120. — **162.** *cunctis altior ibat.* Cf. supra VII, 784. *toto vertice supra est.* Conington conferri iubet Hom. Il. III, 210 sqq. — **163.** *iuvenali* iam Heins. pro vulg. *iuvenili* ex melioribus Codd. restituit. Vid. adnott. ad II, 518. — *amore Compellare virum.* Vid. ad III, 298. et II, 280. — *dextram coniungere dextrae.* Vid. I, 408. — **165.** „*Pheneum* (ὁ et ἡ Φενεός est) posuit priscam Arcadiae urbem (Hom. Il. II, 605.) passimque in fabulis, Herculis maxime, memoratam, ut sedem maiorum.“ *Heyn.* Phenei enim incolis Troianos admixtos esse testatur Dion. Hal. I, 34. 42. 60. Ceterum de ea

Ille mihi insignem pharetram Lyciasque sagittas
Discedens chlamydemque auro dedit intertextam
Frenaque bina, meus quae nunc habet aurea Pallas.
Ergo et, quam petitis, iuncta est mihi foedere dextra
Et, lux cum primum terris se crastina reddet,
Auxilio laetos dimittam opibusque iuvabo.
Interea sacra haec, quando huc venistis amici,
Annua, quae differre nefas, celebrate faventes
Nobiscum et iam nunc sociorum adsuescite mensis."
  Haec ubi dicta, dapes iubet et sublata reponi
Pocula gramineoque viros locat ipse sedili
Praecipuumque toro et villosi pelle leonis

---

cf. etiam Hom. Il II, 605. Herod. V, 63. VI, 74. Strab. VIII. p. 388. Diod. Sic. IV, 33. Paus. VIII, 14. 15. Steph. Byz. 694. Etiamnum vicus ibi situs appellatur *Fonia*. Vid. librum meum geogr. III. p. 1010. — **166**. „Ex noto ritu *τῶν ξενίων*, munerum hospitalium, Hom. Il. VI, 219. et al., ex quorum pretio et arte tanto maior honos accrescebat ei, qui ea acceperat." *Heyn.* · *Lycias sagittas*. Vid. supra ad VII, 816. et infra XI, 773. Ceterum hoc epitheton etiam ad *pharetram* pertinere, in promptu est. Cf. VII, 816. — **167**. *chlamydem intertextam auro*, i. e., Servio interprete, intertextum aurum habentem Cf. III, 483. Plures Codd. *auro intertexto*, quam lectionem, Servio quoque notam, Wakef. in contextum recepit coll. Ovid. Met. VI, 166. *Intertextus* legitur etiam ap. Ovid. Met. VI, 128. et Quinct. Inst. VIII, 5, 28. — **168**. De collocatione verborum *Frena bina, - - - aurea* vid. ad Ecl. I, 53. Quod attinet ad epitheton maiore cum vi sententiae relativae inserto, Ladew. apte comparat Cic. ad Fam. X, 23. *veniat Caesar cum copiis quae habet firmissimas*. Gossr., cui *frena bina aurea* non satis Latinum videtur (?), omisit quidem Commata vulgo ante et post *aurea* posita; ipse tamen quo modo locum intelligat, non accuratius indicat. — **169**. *iuncta est mihi foedere dextra*. Cum Aeneas petierit Evandri dextram, non Evandrus Aeneae, qui potius haec loquens Aeneae dextram det eiusque dextrae iungat, Peerlk. coni. *tibi* pro *mihi*. Servius vero, quem nunc cum Wagn. et Ladew. sequor, locum rectius sic explicat: „Iuncta est mihi dextera antiquis amicitiis per Anchisae hospitium." Cf. III, 83. Ladew. praeterea adnotat, voc. *foedus* etiam complecti notionem *hospitii*, quare Livio I, 9, 13. de *hospitii foedere* loqui licuerit. — **170**. *se reddet*, i. q. redibit. Conington confert Liv. XXIII, 9. *se ipse convivio reddidit*. — **171**. „*auxilium* et *opes* sunt ea, quibus ad bellum gerendum Troiani instrui et ornari poterant." *Heyn.* De voc. *opes* vid. Obbar. ad Hor. Ep. I, 10, 36. Fasc. V. p. 76 sq. Ceterum eundem versum paulo alio sensu iam legimus I, 571. — **172**. sqq. Color similis narrationis Odyss. III, 34 sqq. et iterum IV, 48 sqq. — **173**. *faventes*, „animo ad rite concelebrandam rem sacram composito": Wagn. Verba *celebrate faventes* iam legimus I, 735. — **174** *iam nunc - - adsuescite mensis*. De epulis sacrificialibus est cogitandum. Cf. Hom. l. l. v. 44. Conington comparat Geo. I, 42. *Votis iam nunc adsuesce vocari*. — **175**. *reponi*. Cf. adnott. ad Geo. IV, 378. et VII, 134. — **176**. „Bene *sedili*: nam in templo Herculis lectisternium esse non licebat." Haec *Servius*. Cf. Macrob. Sat. III, 6, 16. p. 285. Ian. et supra VII, 176. — **177**. „Epulis sacris hospites adhibet Evander, iisque finitis causam sacri memorat. Nolim iungere *praecipuum toro*, sed *accipit praecipuum*; reliquos Aeneae socios in gramine collocat, Aeneam autem, praecipuum et principem inter eos, collocat in solio ex acere, cui torus est impositus pelle leonis instratus. Cf. infra v. 367 sq." *Heyn.* Wagn. tamen rectius iungenda censet *praecipuum toro*, coll. loco Silii, Vergilii vestigia secuti, XI, 275 sq. *Praecipuis multoque procul splendentibus ostro Accipitur sublime toris*. Apertum est enim, *praecipuum* hic nihil aliud esse,

Accipit Aenean solioque invitat acerno.
Tum lecti iuvenes certatim araeque sacerdos
Viscera tosta ferunt taurorum onerantque canistris
Dona laboratae Cereris Bacchumque ministrant.
Vescitur Aeneas simul et Troiana iuventus
Perpetui tergo bovis et lustralibus extis.
Postquam exempta fames et amor conpressus edendi,
Rex Euandrus ait: „Non haec sollemnia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
Vana superstitio veterumque ignara deorum

---

quam praecipuo s. singulari (tori) honore ornatum, dum ceteri in gramine assident. *Toro* autem *accipit* eadem ratione dictum, qua VII, 210. *solia accipit*, I, 685. *gremio accipiet*, et fortasse etiam VI, 393. *accepisse lacu*, quamquam ibi alia constructio nobis videtur praeferenda. — *et v. pelle leonis*, i. e. toto pelle leonina instrato. — **178.** *solio invitat* pro in solium, ad solium, ut IX, 676. *invitant moenibus hostem*. Cf. adnott. ad Ecl. II, 30. VIII, 101. Aen. I, 289. al. Coningtoni tamen, qui comparat Cic. Verr. IV, 11, 25. *tecto ac domo invitare*, Plaut. Rud. II, 3, 32. *magnis poculis invitare* et Sall. fr. apud Nonium p. 321. *cibo vinoque invitare* (qui loci non omnes eiusdem sunt generis), *solio* hic Ablat. videtur esse. De *solio acerno* cf. Ovid. Fast. III, 359. (Numa) *Prodit et in solio medius consedit acerno*. Ceterum Plin. XVI, 15, 26. lignum acernum inter nobiliora ligni genera refert. — **179.** Lecti iuvenes, qui sacrum pararent. „*arae sacerdos*: non enim templum erat Herculis, sed ara maxima dicta. Cf. inf. v. 269–272.“ *Heyn.* — **180.** *Viscera*, carnes. Vid. ad I, 211. Verba *Viscera tosta ferunt* repetuntur in Ausonii cent. nupt. 17., ut sequentia *onerantque canistris Dona laboratae Cereris* ibid. v. 15 sq. et *onerantque canistris* etiam in Anth. Lat. I, 171, 10. — **181.** „Onerant canistra donis *laboratae Cereris*, frumenti *πεπονημένου* pro *ἐκπονηθέντος*, elaborati, labore confecti panis.“ *Heyn.* De constructione *onerant canistris dona* vid. ad I, 195. et III, 465., de *Cerere* autem pro frumento et pane posita ad Ecl. V, 69.; cum *laborata* vero *Cerere* Conington conferri iubet dictionem *frumenta laborare* ap. Tac. Germ. 45. — *Bacchumque ministrant.* Cf. I, 213. *flammasque ministrant.* Vid. ad I, 150. Etiam haec verba repetiit Auson. l. l. v. 23. — **182.** Comma post *Aeneas* vulgo positum Wagnero suasore ad I, 144. cum ceteris editoribus recentioribus delevimus. — **183.** *Perpetui tergo bovis*, i. e. longe porrecto tergo. Heyn. comparat Homericum *νῶτα διηνεκῆ* Il. VII, 321. Od. XIV, 437. Cf. etiam supra VII, 176. *perpetuas mensas*, adnott. ad I, 635. et Ecl. IX, 46. — „*lustralibus extis:* nam heroicis temporibus exta in epulis sacris apponebantur; sequentibus tamen aetatibus inspecta sunt et in aris cremata. A Romanis autem exta immolari solita esse etiam in sacris expiatoriis, satis constat. Vid. Ovid. Fast. IV, 637 sq. 670 sq. *Lustralem facem* et similia comparat Barth. ad Stat. Theb. I, 507.“ *Heyn.* In sacris tamen Herculi ad aram maximam factis antiquum usum etiam posterioribus temporibus servatum esse, testatur Livius I, 7 *Lustralia* autem *exta* sunt, quorum in lustrationibus praecipuus usus est, ad quas etiam hoc sacrificium referendum. — **184.** Prius hemistichium, quod repetit idem Auson. l. l. v. 22., iam legimus I, 216., ubi vid. adnott. — *amor edendi.* „Quis non videt Homericum *ἔρον ἐδητύος*?“ *Heyn.* Cf. Hom. Od. III, 67. etc. Conington comparat Lucr. IV, 869 *amorem obturet edendi*, cuius Vergilius hic memor fuerit. — **186.** *tanti numinis aram.* Cf. infra v 271 sq. Peerlk. praeter necessitatem coni. *hanc, quanti numinis, aram*, Cerda autem *tanti nominis*, i. e. maximam. — **187.** „*veterum ignara* [oblita: vid. I, 198.] *deorum superstitio*, religio, deserens priscorum deorum cultum, et *vana*, temere innovata, nullo certo animi iudicio. Bene exposuit locum Lactant. Inst. IV, 28. [qui homines mortuos ut in caelum receptos deorum instar hono-

Inposuit: saevis, hospes Troiane, periclis
Servati facimus meritosque novamus honores.
Iam primum saxis suspensam hanc aspice rupem,
Disiectae procul ut moles desertaque montis
Stat domus et scopuli ingentem traxere ruinam.
Hic spelunca fuit vasto submota recessu,

---

raverint, *superstitiosos*, qui vero publicos et antiquos deos coluerint, *religiosos* vocatos esse referens.]“ *Heyn.* Peerlk. huius loci imitationem sibi videtur invenisse ap. Stat. Theb. 1, 560. *non inscia suasit Religio*: *magnis exercita cladibus olim Plebs Argiva litant*, simulque interpretationem eius contineri docet his verbis veteris Mythographi ab Ang. Maio editi T. III. Class. Auct. p. 184.: *Neque enim vel ideo Herculem colimus, quia omnem religionem veram putemus, vel quia deos ignoremus antiquos.* — **189**. *facimus*, scil. sacra. Cf. adnott. ad Ecl. III, 77. Etiam Conington *facere* hic absolute positum neque cum voc. *honores* coniungendum esse censet. — *meritos honores*, debitos, τιμὰς νομίμους. Vid. III, 118. 264. Thiel confert Cic. pro Planc. 33, 79. *Qui sancti, qui religionum colentes, nisi qui meritam diis immortalibus gratiam iustis honoribus et memori mente persolvunt?* — *novamus* Heyn. (cui adsentitur Peerlk.) de sacro anniversario accipit. Sed rectius Wagn., bene perspiciens, Evandro non opus esse excusatione, si non nova et insolita esset haec superstitio, hoc voc. proprie intelligendum putat, hac adiecta loci explicatione: „non ita comparata est nova haec religio, ut veteres deos despicatui habeamus; non facimus nova haec et insolita sacra, quasi contemnamus veteres deos prae Hercule. Et respici videtur praecipue ad aram illam maximam, quanta nulli praeterea deo exstrui solebat.“ Conington Wagnero iure adsentiens comparat IV, 260. — **190**. *Iam primum* adspice hanc rupem, deinde historiam eius percipe. Haud raro autem voc. *primum*, πρῶτον, non sequi *deinde*, ἔπειτα, iam ad Geo. I, 162. et Aen. V, 66. vidimus. Peerlk. tamen praeferendam censet Rom., Palat. aliorumque Codd. lectionem *Iam pridem*, tamquam „ardorem et studium laudandi Herculis in Evandro magis ostendentem.“ Serv. legit *Hanc primum*. — *aspice - - ut moles disiectae* (scil. *sunt*) *desertaque montis Stat domus* etc. Vid. ad Ecl. IV, 52. (et Aen. VI, 780.) — *rupem saxis suspensam*, cacumen rupis singulis modo saxis cum ipso monte cohaerens et ita speluncam efficiens, mole ipsius montis dirupta et scopulis deiectis. *Suspendi* enim dicuntur, quae in vertice montis sunt posita. Cf. Sil. III, 556. *Castraque praeruptis suspendunt ardua saxis*, id. XIII, 531. *surgit suspensa tumenti Dorso - - Anagnia* cett. Conington cum Ablat. materiae *saxis* confert *pendentia pumice tecta* Geo. IV, 374. — **191**. *disiectae moles*, divulsae et dissipatae. Rom. et Palat. *deiectae*, i. e. deturbatae, quod minus aptum. Vid. Geo. I, 283. — *montis domus*, mons, cuius antrum quondam fuit Caci domicilium. Cf. Ovidii locus infra laud. Cum *domo* pro antro posita Conington conferri iubet Hor. Od. I, 7, 12. *domus Albuneae resonantis.* — *deserta*, vulgo supplent: a Caco. Equidem magis in universum dictum puto: vide, quam vastata et diruta stet haec rupis, quondam hominis domicilium; quamquam non cum Thielio explicuerim: tectis destituta, detecta. — **192**. *traxere ruinam.* Vid. ad II, 465. et 631. — **193**. sqq. „De *Caco* fabula Italorum domestica fuit, ornata a poetis Romanis variis modis. Cf. Ovid. Fast. I, 543 sqq. Prop. V, (IV,) 9. Liv. I, 7. Dionys. I, 39. Traxere ex Virgilio suas descriptiones Amyci Val. Flaccus IV, 177 sqq. et serpentis ad Bagradam a Regulo occisi Silius VI, 146 sqq. - - A Caco interempto sacri Herculi ad Aram Maximam fieri soliti origo repetita. Cf. inf. v. 269 sq. et Liv. l. l.“ *Heyn.* Cf. de toto, quod sequitur, episodio doctissimam Boettigeri prolusionem Gubenae editam a. 1789. (Opusce. a Silligio editorum p. 31 sqq.) *Hic spelunca fuit* etc. Cf. Ovid. Fast. I, 555. *Proque domo* (erat Caco) *longis spelunca recessibus*

Semihominis Caci facies quam dira tenebat,
Solis inaccessam radiis; semperque recenti
Caede tepebat humus foribusque adfixa superbis
Ora virum tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Volcanus erat pater: illius atros
Ore vomens ignis magna se mole ferebat.
Attulit et nobis aliquando optantibus aetas

---

ingens, Abdita. — ***vasto submota*** (scil. ex hominum oculis, abscondita, occulta) ***recessu***, longe ab aditu reducta. Cf. etiam infra v. 298. et VI, 575. ***Caci facies dira*** pro Caco ipso, monstro dirae faciei. Ovid. l. l. v. 553. *Dira viro facies.* Cf. II, 601. *Tyndaridis facies.* Vulgo Semicolo post *Caci* distinguitur, ut sensus sit hic.: cuius speluncae facies erat dira; quam rationem hoc incommodi habere docet Wagn., quod sic vv. *Solis inaccessam radiis* antecedentibus explicationis loco subiiciantur, cum tamen in promptu sit, non propterea praecipue diram vocari posse speluncam, quod non collustretur solis lumine Cf. potius II, 601. *Tyndaridis facies invisa Lacaenae.* — *Semihomo* (i. q. infra v. 276. *semiferus*), quod hic eadem ratione pronuntiandum, qua IV, 686. *semianimis* et similia (vid. ad Geo. I, 397. Aen. I, 73. VII, 96. al.), legitur etiam ap. Ovid. Met. XII, 536. Silium XI, 180. Colum. X, 19. al. (cf. adnott. ad III, 578.), *inaccessus* autem supra VII, 11. Sil. III, 516. Sen. Herc. fur. 606. Plin. VI, 28, 32. al. Schol. Stat. Theb. I, 362. h. l. sic laudat: *Solis inadspectum radiis*, quod Adiectivum, alibi nusquam apparens, Burmanno valde placet. — ***tenebat.*** Med. a m. pr., Pal., Rom., Gud. et „aliquot pervetusti" Pierii Codd. *tegebat*, quod se recipere debuisse censet Ribbeck Proleg. p. 285., quamquam p. 307. rursus dubitat, utra verior sit scriptura. Sed vulgarem lectionem aptiorem esse patet et *tegebat* a librariis facile substitui poterat propter v. 204. — **196.** ***superbis*** Heyn. interpretatur: saevis, atrocibus. Rectius, nisi fallor, cogitaveris de foribus superbientibus interfectorum capitibus et membris quasi spoliis affixis, ut II, 504. et infra v. 721. (Consentiunt mecum Wagn. et Ladw.; Bryce vero in medio relinquit, utra explicatio praestet.) Cf. etiam adnott. ad VII, 183. — **197.** ***ora pallida tabo.*** „Med. a m. pr. *squallida*, quomodo correxit Bentl. ad Lucan. II, 165., quoniam *tabum* Aen. IX, 472. *atrum* dicatur, et sic *pallida* non quadret. Sed *pallidus* in his non est *albus*, sed opponitur colori vivo, qui proprius rebus inest. Hinc *pallor* saepe de colore fusco et nigricante dicitur." Haec *Iahn.* rectissime. Vid. adnott. ad Ecl. III, 39. Cod. autem Med. lectio, quae aYgginio prorsus silentio praeteritur, nihil omnino probat, cum *pallidus* et *squalidus*, *pallere* et *squalere* in Codd. saepe confundantur. Cf. Both. ad Sen. Hipp. 1201. et Bach. ad Ovid. Met. I, 374. Praeterea vulgarem lectionem etiam testatur Anth. Lat. I, 170, 27., ubi hic totus versus iteratur. Nihilominus etiam Peerlk. *squalida* praefert, cum alioquin Vergilius scripturus fuisset *tristi* ***stillabant*** *pallida tabo.* (?) — **198.** ***atros ignes*** propter fumum una cum igne efflatum. Cf. infra v. 252. IV, 384. X, 77. XI, 186. Geo. II, 309. Hor. Epod. V, 82. Ovid. Fast. II, 560. Val. Fl. II, 196. Sil. IX, 441. (ubi vid. Drak.) al. et supra adnott. ad II, 384. Quod autem attinet ad voc. ***illius*** cf. Ovid. Fast. I, 571 (Cacus) *patrias male fortis ad artes Confugit, et flammas ore sonante vomit*, id. Met. VII, 104. *Vulcanum naribus efflant Aeripedes tauri.* Val. Fl. VI, 435. *Cuius* (Vulcani) *flammiferos videt inter regia tauros Pascua Tartaream proflantes pectore noctem.* — **199.** „***magna se mole ferebat*** simpl. ad habitum corporis vastamque speciem refero, pro *incedebat*; sed assumpsit notionem vasti corporis." *Heyn.* In Anth. Lat. I, 172, 30. legimus *vasta se mole ferebat*, fortasse hoc loco confuso cum III, 656. *vasta se mole moventem.* — **200.** ***et nobis***, ut multis aliis antea. — ***aliquando***, tandem aliquando, scil. quod diu optavimus s. precati sumus. Coniugton comparat IX, 6. *quod optanti divom promittere nemo Auderet.* Adverbium *aliquando* pro *tandem* posi-

Auxilium adventumque dei. Nam maxumus ultor,
Tergemini nece Geryonae spoliisque superbus,
Alcides aderat taurosque hac victor agebat
Ingentis vallemque boves amnemque tenebant.
At furiis Caci mens effera, ne quid inausum
Aut intractatum scelerisve dolive fuisset,
Quattuor a stabulis praestanti corpore tauros

tum legitur etiam ap. Cic. pr. Cluent. 19. in. pro Quint. 13, 43. Or. 48, 160. ad Att. 1, 4. Sall. Cat. 52. alibi, ut *tandem aliquando* ap. Cic. in Cat. II, 1. in. et pro Quint. 30, 94. — **201.** *Auxilium adventumque dei*, i. e. auxilium per adventum dei: tandem aliquando deus aliquis nobis auxilio venit. — *maxumus*, potentissimus: vid. supra v. 84. *maxuma Iuno*. — *ultor*. Thiel. verissime observat, Herculem a veteribus vulgo cogitari beneficum numen, ἀλεξίκακον, quod mala arceat et depellat, innocentes defendat, iniurias ulciscatur, coll. Senec. Herc. Oet. 1611. Val. Fl. I, 119. III, 713. Ovid. Her. IX, 13. etc. Imprimis cf. Lucan. IV, 610. *terras monstris aequorque levantem magnanimum Alciden*. — **202.** Vid. supra VII, 662. et adnott. ad VI, 289. — *Tergemini*. Vid. ibid. et ad VI, 287. — *Geryonae* hic, ap. Silium III, 422. Prop. IV, 22, (III, 21,) 9. Symmachum Epist. I, 1. et alibi ex optimorum Codd. auctoritate editur; eamque formam satis tuetur Lucr. V, 28. *Quidve tripectora tergemini vis Geryonai*, et Nomin. *Geryones* Aen. VI, 289. apud Ovid. Her. IX, 91. et Silium XIII, 200. (Cf. Neue *Formenl*. I. p. 595.) Vulgo *Geryonis*, quod paucissimi modo Codd. (inter quos Med. a m. sec.) videntur exhibere. Qui enim non diserte *Geryonae* scribunt, praebent vel *Geryone*, i. e. Geryonae, vel, adscita prima sequ. vocis litera, *Geryones*, vel *Geryoni* (ut Rom.). Sed *Geryonae* etiam Servius testatur ad Aen. VII, 662. — *spoliis superbus*. Vid. II, 504. — **204.** *amnem*, ripas Tiberis. — **205.** *furiis*. Sic Med., Rom., Pal. et meliores libri omnes; recentiores *furis*, satis languide; quamvis hanc lectionem defendant Stephanus de Criticis p. 71. Broukh. ad Prop. IV, 9, 13. Markl. ad Stat. Silv. IV, 6, 91. et Peerlk. Vid. inf. v. 219. Nobbius in Syntagm. locc. parall. p. 84. *furis* pro contracta habet forma et antiqua scribendi ratione. Peerlk. autem praeterea etiam coniectura locum vexat; cum enim ridiculum sit *mens Caci boves cauda trahit*, legendum putat: *At furis Caci manus effera* etc. Sed non cogitavit Vir doct., haec verba pertinere tantum ad proxime sequentia, et v. 209. novam incipere sententiam, in qua ex antecedentibus simplicem Nominativum *Cacus* supplere nobis liceat. (Vid. infra ad v. 208.) Praeterea plane aliud quid est: *Cacus* (vel etiam *mens Caci*) *boves cauda tractos - - occultabat*, quam *mens boves cauda trahit*, quod Peerlk. Vergilio imputat. Etiam Markl. ad Stat. Silv. IV, 6, 91. lectionem *mens* iure tuetur. — *ne quid inausum - - fuisset*. Vid. supra ad VII, 308. **206.** *scelerisve dolive*. Ita etiam IX, 211. *casusve deusve*. — *intractatum*. Sic Med. a m. pr. aliique boni Codd. Ante Heins. vulgo edebatur *intentatum*, quod post vocem graviorem *inausum* admodum friget; cum contra *intractatum*, quod rem non solum tentatam, sed revera factam indicat, multo melius quadret ad Plusquamperf. *fuisset*; quare non erat, cur a Wakef. ex Martial. II, 14, 1. et Probae Falconiae Cent. Virg. 181. defenderetur. *Inausum* autem ita differre ab *intractato*, ut consilium ab effectu, iam Wagn. docuit. — *fuisset* Heyn. pro *esset* positum censet. Sed rectius *Wagn.*: „*fuisset* convenit narrantis Euandri, *esset* tale consilium animo volventis Caci personae: id quod etiam Iahn. ad VI, 754. videtur significare voluisse.“ Ita scilicet locum intellige: *ne - - fuisset*, si id non fecisset; tum enim fuisset aliquid adhuc inausum et intractatum. *Fuisset* igitur ad eventum spectat, et rem quasi iam factam proponit (*damit nichts unversucht gewesen oder geblieben wäre*). Wakef. ex coni audacissima edidit *relinquat*. — Vss. **207.** et **208.** paucis mutatis repetuntur ex Geo. IV, 550. et 551. — *Quattuor tauros*. Ovidius

Avertit, totidem forma superante iuvencas.
Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis,
Cauda in speluncam tractos versisque viarum
Indiciis raptos saxo occultabat opaco.
Quaerenti nulla ad speluncam signa ferebant.
Interea, cum iam stabulis saturata moveret
Amphitryoniades armenta abitumque pararet,
Discessu mugire boves atque omne querelis

Fast. I, 548. *duos* modo commemorat. Ceteri numerum non addunt. — „*a stabulis*, a pascuis, in quibus procubuerant: [cf. v. 204.] ut *αὐλή*. Iterum sic v. 213“ *Heyn.* Wagn. adnotat, Livium I, 7. *locum herbidum* appellare. — **208.** *Avertit*, abigit. Vid. ad I, 472. et X, 78. Conington affert Catull. LXII (LXIV), 5. *Auratam optantes Colchis avertere pellem.* Apud Ovid. l. l. v. 550. *Traxerat aversos*, et sic etiam ap. Propert. l. l. v. 12. *Aversos cauda traxit in antra boves.* Ceterum per se patet, Subiectum huius sententiae non esse Caci mentem, sed Cacum ipsum, quem mens effera impellit, ut avertat; in quam rem Ladew. apte comparat Liv. I, 15, 1. *irritati Veientium animi - - in fines Romanos excucurrerunt.* — *forma superante* Wagn. in min. edit. recte explicat: „tali, ut nihil supra esse possit“, ideoque omnino pulcherrima Peerlk. tamen, cum praecedant verba *praestanti corpore tauros*, comparativam notionem inesse putat: quae tauros, quamquam praestanti corpore erant, forma superabant. Sed constat feminas, imprimis nondum adultas, a masculis animalibus forma superari. — **209** sq. a Mercurii furtis adumbratos esse, memorat Heyn., coll. Hom. h. in Merc. v. 69 sqq. et 75 sq. — *pedibus rectis*, Ablat. absol., pro: si pedes recti essent impressi, ideoque i. q. vestigia pedibus rectis facta. Sic etiam Conington contra Serv. disputans, qui *pedibus rectis* pro Dativo habet. — **210.** *viarum indicia* sunt pedum vestigia, *versa* autem, quia erant venientium ex spelunca boum, non in speluncam tendentium. — **211.** In *tractos* et *raptos* *ταυτολογίαν* deprehendens Wakef. coni. *raptor*, quod iure vehementer languere censet Iahn, quare hanc coniecturam a Ribbeckio in contextum receptam esse miror, quamquam ap. Propert. V, (IV,) 9, 9. legimus *Incola Cacus erat, metuendo raptor ab antro.* Si enim vera essent, quae Vir doctiss. Proleg. p. 365 sq. profert: „quasi raptos esse nondum satis inculcavisset poeta et verbo *avertit* v. 208. et narrato vestigia vertendi artificio“, nonne etiam supervacaneum, ut *raptor* adderetur? Peerlk. Commate post *Indiciis* posito loco succurrendum esse censet, cum sensus sit: Cacus boves cauda et versis viarum indiciis in speluncam tractos rapuit, furatus est, et occultavit in saxo, Sed etiam Commate illo non addito nemo locum aliter potest intelligere. Participio *raptos* adiecto diserte indicatur furti causa boves a Caco abactos esse, quos ipse possideret. Ceterum cf. locos Ovidii et Prop. modo laudatos. — **212.** *Quaerenti nulla signa ad spel. ferebant*, i. e. quaerenti nulla signa ad speluncam ferentia apparebant; *quaerenti* autem est Dativus commodi positus pro: si quis quaerit; qui, cum *vestigia ferunt aliquo* haud raro sine Obiecto dicatur (cf. Liv. I, 27. Caes. B. C. I, 27. etc.), a poeta apte poterat adiungi; et *signa ferebant*, quod Heyn. minus recte per: se ferebant, *ἐφέροντο*, interpretatur, Wagn. recte eadem ratione capiendum esse docet, qua dicatur *via ferre* vel *ducere* aliquo. Non mirum tamen, Codd. quosdam exhibere *Quaerentem* (ut Pal., certe secundum Wagn., nam Ribbeck. de eo tacet) vel *Quaerentes* (ut Rom. et a m. sec. Gud.). Wakef. (cui recte adversatur Poerlk.) de huius versus *αὐθεντίᾳ* dubitat atque etiam Süpflius rectam loci explicationem orditur his verbis: „*Wenn der Vers ächt ist.*“ Ceterum cf. Ovid. Fast. I, 549., qui haec ad ipsum Herculem referens canit: *Nulla videt taciti quaerens vestigia furti.* Vergilius vero omittit Herculis nomen, quia etiam cuivis alii quaerenti nulla signa apparuissent. — **213.** *stabulis moveret.* Vid. supra ad v. 207. et cf. VII, 429. *portis moveri.* Cum ipsa re cf. Ecl. VII, 44. — **215.** *Discessu*, i. e. cum discederent. Sic X, 445. *abscessu*,

Inpleri nemus et colles clamore relinqui.
Reddidit una boum vocem vastoque sub antro
Mugiit et Caci spem custodita fefellit.
Hic vero Alcidae furiis exarserat atro
Felle dolor; rapit arma manu nodisque gravatum
Robur et aerii cursu petit ardua montis.
Tum primum nostri Cacum videre timentem

---

pro: cum abscessissent, ap. Silium IX, 487. pariter *abscessu*, ap. Cic. pro leg. Man. 8, 20. *adventu* etc. — *mugire*. Cf. adnott. ad VI, 491. — *querelis.* Conington praeter Geo. I, 378. conferri iubet Lucr. II, 258. *conpletque querelis Frondiferum nemus.* — **216**. *colles*, in quos boves ex valle processerant, iam ab iis discedentibus *relinqui clamore*, cum clamore s. mugitu; ut I, 519. *templum clamore petebant*, II, 323. *gemitu talia reddit* et similia. (Cf. etiam adnott. ad Ecl. X, 24. Aen. IV, 517. VII, 284. etc.) Haec unice vera est loci explicatio. Burm. *colles clamore relinqui* explicat: praeteriri, snperari boum mugitu, ita ut ultra colles procederet mugitus et usque ad Caci speluncam in altera montis parte perveniret. Schrader. coni. *colles relicti*, scil. impleri clamore; Peerlk. autem paulo audacius *colles clamare propinqui.* — **217**. Cf. Claud B. Gild. 411. *armenta boum - - Invicem se voce rogant gaudentque fideles Reddere mugitus.* Verba *vastoque sub antro* repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 29. — **218**. *custodita*; quamquam bene custodita erat et Caco satis abscondita videbatur. — **219**. sq. *furiis* (i. e. prae iracundia: vid. infra v. 494.) *exarserat dolor*. Cf. Ovid. Met. VI, 595. *Procne furiis agitata doloris.* Vid. etiam Aen. V, 172. Ceterum animadverte, quam docte poeta eandem notionem variet (v. 228. *furens animis*, v. 230. *fervidus ira*, v. 256. *non tulit animis* etc.). Plusquamperfectum pro Perfecto ponitur respectu eventus, qui causam illico sequitur, et egregie depingit Herculis animum ira promptum et praesentem; sensus est enim: vix haec audiverat Hercules, cum iam exarserat, eaque vis loci augetur etiam sequente Praesenti *rapit, petit*, ut audire mugitum, ira exardescere, rapere arma et cursu petere montem fere in unum idemque temporis momentum incidant. Simillimus huic locus legitur XII, 430 sq. Non autem haerendum est in duplici Ablativo *furiis - - felle;* nam (id quod etiam Iahn. verissime docet) *furiis* est Ablat. causalis (instrumenti), *felle* autem Ablat. loci (ubi dolor exarsit; nam „Felle, inquit Servius, irascimur secundum physicos, ut splene ridemus: Pers. I, 16.“). Quibus expositis apparet, non opus esse, ut aut cum Dorvillio legamus: *Hic vero Alcidae furiis exarsit et atro Felle dolor*, aut cum Peerlkampio: *Hic vero Alcides furiis exarsit; et atro Felle dolens rapit* etc. Conington comparat Hom. Il. I, 103. *μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι Πίμπλαντ'*. — *dolor*, ut infra v. 501. — **220**. *arma nodisque gravatum robur* non videntur res diversae; immo locum sic intellige: *arma*, i. e. *nodis grav. robur*, sive clavam (cf. adnott. ad Geo. I, 498. Aen. I, 30. II, 722. al.). *Robur* pro clava legitur etiam Mart. IX, 44, 4. Val. Fl. I, 634. (ubi vid. Burm.) Stat. Theb. IV, 163. eiusd. Silv. III, 1, 35. Senec. Herc. fur. 800., uti pro hasta infra X, 479., ap. Silium II, 244. 267. al. Quod autem attinet ad *robur nodis gravatum*, vid. Ovid. Met. XII, 349. et Val. Fl. II, 534., qui et ipsi *nodosum robur* (i. e. clavam) commemorant. Cf. etiam Aen. VII, 507. *Stipitis gravidi nodis.* Senec. l. l. v. 1120. et Voss. ad Val. Fl. VI, 378. (*gravem nodis securim*), qui affert hunc versum antiqui carminis de laudibus Herc.: *Nodosumque rapis gravidato pondere robur.* — **221**. *aërii.* Sic plurimi et optimi Codd., quos Huschkio suasore (ad Tib. I, 7, 15. et in Progr. III. p. 58.), ut posteriores editores omnes praeter Bryceum, cum Iahnio et Wagn. secuti sumus. Vulgo *aetherii* (quod sane etiam Med. a pr. m., Gud. et Bern. III. exhibent). Sed Wagn. docet, ex omnibus montibus unum Olympum Maroni *aetherium* dici (Aen. VI, 579. VIII, 319. X, 621. XI, 867.), ceteros omnes *aërios* (Ecl. VIII, 59. Geo. III, 474.

Turbatumque oculi; fugit ilicet ocior Euro
Speluncamque petit; pedibus timor addidit alas.
Ut sese inclusit ruptisque inmane catenis
Deiecit saxum, ferro quod et arte paterna
Pendebat, fultosque emuniit obice postis,
Ecce furens animis aderat Tirynthius omnemque
Accessum lustrans huc ora ferebat et illuc

Aen. III, 291. VI, 234.), simulque conferri iubet Weichert. Comm. III. de L. Vario poeta p. 27. Vid. etiam Huschk. l. l. — *ardua montis*. Vid. ad Geo. I, 393. II, 284. Aen. I, 310. 422. al. — **223** *oculi*. Hanc trium recentiorum sane Codd. lectionem, sed etiam Servio cognitam, iam Burm. et Wakef. praetulerunt, eosque cum Peerlk., Gossr., Hauptio, Dübnero, Ladew. et Benoisto nunc secutus sum, cum *nostri* nimis unde dictum sit, *oculi* autem *nostri* pro *nos* etiam ap. Ovid. Met. VII, 679. et al. legatur neque appareat, cur *oculis* modo *turbatus* Cacus dicatur, quibus causis Hoffmann. *in Zeitschr. f. d. Oestr. G.* 1853. p. 883. hanc novam adiungit, *nostri* tum tantum probari posse, si singularem haberet vim et Evander suos (*seine Leute*) sibimet ipsi opponeret, quod ab hoc loco alienum. Wagn. tamen, Süpflius, Bryce, Ribbeck. et Conington *oculis* retinuerunt, quod Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 350. propterea defendit, quia *turbatum* sic nudum positum parum differat a praegresso *timentem;* sed talem verborum copiam apud Vergilium haud raro deprehendimus. Conington, ut *turbatum oculis* tueatur, conferri iubet Eur. Iph. A. 1127. Soph. Aj. 139. et Aesch. Pers. 168. Unus Gud. praebet *oculos*, quod arrisit Heinsio, Heynio et Ribbeckio (qui „eleganter" adscripsit). Cf. etiam Iahn. ad Aen. I, 441. — *fugit ocior Euro* legitur etiam infra XII, 733. Sic Hor. Od. II. 16, 23. *Ocior cervis et agente nimbos Ocior Euro*, Sil. II, 173., (ubi vid. Drak.) *ea se ex oculis aufert - - ocior Euro*, Calpurn. Ecl. XI, 14. *rapidisque fugacior Euris*. Cf. etiam supra V, 242. — *ilicet*. Vid. ad II, 424. — **224**. *pedibus timor addidit alas*. Cf. Eurip. Suppl. 89. Matth. *φόβος μ' ἀναπτεροῖ* et Silius XII, 455. *pennas addente pudore Atque ira simul*. — **226**. *ferro et arte paterna*, ferreis catenis patris arte fabricatis (vid. ad VII, 94. et al.), quibus suspensum erat saxum, nunc a Caco ad obstruendum aditum demissum. Eiusmodi autem catenas ferreas, ab usu istius saeculi alienas, Heyn. docet bene temperasse poetam artis Vulcani commemoratione. — **227**. „*postes fultos emuniit* [h. e., Servio iudice, hysteron proteron pro: fulsit, ut muniti essent: vid. adnott. ad Geo. I, 320.], muniit fores, *obice*, saxo illo obiecto pro obice: quod idem v. 231. *saxea limina*." *Heyn*. Wagn. confert Ovid. A. A. II, 244. *apposita ianua fulta sera* et eiusd. Fast. I, 563. *Ille aditum fracti praestruxerat obice montis*, laudatis Heyn. et Wunderl. ad Tibull. I, 2, 6. (*Clauditur et dura ianua fulta sera*). Imprimis propter Ovidii Fast. l. l. Heynio adsentior, dum Ladew. *obicem* proprie intelligit de pessulo. — **228**. *furens animis*. Ut hic Ablat. adiectus II, 386. (ubi vid. adnott.) fortitudinem et audaciam, sic hic iram et furorem indicat. Etiam Conington adnotat *furens animis* non esse i. q. *furens animi* (V, 202.), sed significare „*with wrath*." Cf. etiam infra v. 256. — *Tirynthius*, ut VII, 662., ubi vid. adnott. — *omnemque*. Copulam, quae abest ab aliquot Codd., omissam vult Nobbius in Syntagm. p. 85., sed recte eam tuetur Weichert. in Comm. de versu hyperm. p. 22. (de quo vid. ad Geo. I, 295. II, 344. al.). Peerlk. una cum Copula etiam totos, qui sequuntur, duo versus, tamquam hoc loco indignos, vult deletos, ut locus sic se habeat: - - *Tirynthius; omnem Lustrat Aventini montem* etc. Haeret autem Vir doct. primum in iterata notione *omnem accessum lustrans* et *lustrat Aventinum montem*, tum in tautologia *furens animis* et *fervidus ira*, denique in voc. *ter* tribus versibus repetito, cum alibi (Geo. I, 281. IV, 384. Aen. II, 792. III, 566. IV, 690. VI, 700. X, 685. 885.) semper semel modo iteretur; quae omnes causae non tanti sunt, ut invitis omnibus Codd. hos versus spurios censeamus. — Cum v. **229** sqq. cf. similis locus V, 441 sq. —

Dentibus infrendens. Ter totum fervidus ira
Lustrat Aventini montem, ter saxea temptat
Limina nequiquam, ter fessus valle resedit.
Stabat acuta silex, praecisis undique saxis
Speluncae dorso insurgens, altissima visu,
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
Hanc, ut prona iugo laevum incumbebat ad amnem,
Dexter in adversum nitens concussit et imis
Avolsam solvit radicibus; inde repente
Inpulit; inpulsu quo maxumus intonat aether,
Dissultant ripae refluitque exterritus amnis.
At specus et Caci detecta adparuit ingens
Regia et umbrosae penitus patuere cavernae,

---

ora ferebat. Cf. infra v. 310. et II, 570. — **230.** *Dentibus infrendens*, ut III, 664. — *fervidus ira*, ut IX, 736. — *Ter - - ter - - ter.* Cf. adnott. ad II, 792. In iterato autem verbo *lustrat* post Particip. *lustrans* non haerendum; immo etiam eo bene exprimitur frustrata Herculis aditum inveniendi cupiditas. — *saxea limina*, saxum v. 226. commemoratum. — **231.** *Aventini moutem.* Vid. ad I, 270. — *fessus resedit.* Cf. II, 739. *lassa resedit.* — **233.** *acuta silex.* Vid. ad Ecl. I, 15. et Aen. VI, 471. — *praecisis saxis.* Sic *praecisae rupes* ap. Quinct. XII, 9., *praecisae silicis cautes* in Wernsd. P. Lat. min. III, 417, 1. etc. Comma vulgo in fine versus additum cum Wagn. delevimus, qui verba coniungenda esse docet: *insurgens dorso saxis praecisis.* Cf. autem IX, 34. *insurgere campis.* — **235.** *dirarum volucrum*, quae cadaveribus vescuntur. Ceterum cf. III, 262. et adnott. ad II, 519. — *domus.* Cf. Geo. II, 209. *domos avium.* — **236** sq. „Stabat saxum, sed prominens, προηλὴς, ἐπιῤῥεπές, in tergo antri versus Tiberim et in ripa ita situm, ut ad laevam ei amnis esset; huic ex adverso, ita ut ripa dextra ei esset, stetit Hercules et saxum labefactavit, ut in amnem prolapsum rueret.“ Haec *Heyn.*; rectius vero *Wagn.*: „At Tiberis Aventino est a dextra. Ergo *laevum* Herculi puta, cui ex valle ad speluncam Caci redeunti Tiberis ad laevam fuit.“ *Dexter* igitur *nitens* videtur esse i. q. dextro humero nitens. Cf. Ovid. in loco parallelo Fast. I, 565. *Nititur hic humeris* (*caelum quoque sederat illis*) *Et vastum motu collabefactat onus.* — *in adversum nitens.* Coniugton comparat Lucr. I, 1053. *in medium niti.* — Pro *ad amnem*, quod omnes Codd. nostri exhibent, Iul. Rufinianus p. 255. R. scribit *in amnem*, sono commodiore, ut Ribbeckio videtur, qui ei parendum esse censet Proleg. p. 207. — **238.** *Avulsam solvit*, avulsit et solvit. Vid. ad I, 69. Wakef. ad Lucr. VI, 140. temere coni. *Avolsam evolvit.* — **239.** *intonat* praebent Med., Pal., Gud. aliique Codd., quod cum Cuningh., Wakef. (ad Lucr. V, 474.) et Wagn. vulgari *insonat* (in Rom. Bern. II. III. et Minor.), a Cortio ad Lucan. V, 633. defenso, praetuli. Cf. adnott. ad VII, 515. (Secuti sunt omnes recentiores editores praeter Bryceum.) — Vorba *refluit exterritus amnis* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 343. Terrori autem adscribitur, quod in rei natura erat positum; tanta enim mole in flumen praecipitata fieri non poterat, quin undae ad tempus recederent. Ceterum cf. locus similis infra IX, 124. — **241.** *specus et regia*, i. e. specus, in quo, tamquam in regia sua, habitabat Cacus. Vide modo v. 226. Heyn. confert I, 140., ubi Aeoli antrum *aula* dicitur, et Ennii versum [Ann. XVII. fr. 2. p. 63. Vahl. s. p. 109. Hessel.] a poeta ornatum: *Tum cava sub montei late specus intu' patebat.* Peerlk. tamen, hanc speluncam, unius furis domicilium, a Vergilio *regiam* appellari potuisse negans, verba *et Caci detecta - - Regia et* eiicienda et ex vv. 241. et 242. hunc unum faciendum esse censet: *At specus umbrosaeque intus patuere cavernae*, nam etiam in repetito voc. *penitus* temere haeret. (Vid. infra.) Wagnero vero Caci domus propter *ingentem*

Non secus ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes et regna recludat
Pallida, dis invisa, superque inmane barathrum
Cernatur, trepidentque inmisso lumine Manes.
Ergo insperata deprensum in luce repente
Inclusumque cavo saxo atque insueta rudentem

---

amplitudinem *regia* dici hand improbabiliter videtur, quam causam certe praeferendam pnto Donati et Ladewigii explicationibus, quorum illo haec aduotat: „qnia ibi tyrannidem agitaret," hic vero Caco ut Vulcaui filio regiam adscribi censet et minus apte comparat Evandri angustam regiam v. 363.; uam Evandro *regi* etiam regia iure adscribi poterat. — **243** sqq. ex Hom. Il. XX, 56 sqq. adumbratos esse, iam Macrob. V, 16. 13 sq. p. 448. Ian. (p. 122. Bip.) docuit. Marouem imitatus est Stat. Theb. VII, 815., de Amphiarao a terra hausto haec canens: *ecce alte praeceps humus ore profundo Dissilit, inque vicem tremuerunt sidera et umbrae.* Ceterum *Wagn.* haec aduotat: „Confert pocta miraculo miraculum, ut non sine vi repetita hic videatur vox *penitus;* vid. praeterea ad VI, 901. et Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 98. Not." Cf. etiam adnott. ad I, 429. et al. Schrader. prins *penitus* ex Enuii loco snpra laud. in *late* vult mutatum. — *si qua* posse quidem pro *si quando* positum accipi, (coll. Ecl. I, 54. et Aen. I, 181.), sed rectius snmi, „*the mysterious nature of the agency*" expressam esse, vere observat Conington. — **244**. Pars Codd. (etiam Med. a m. sec., Pal., Rom., Gud.) et Nonins p. 41, 14. *reserat - - recludit*, quod temere in poeta praeferendum censet Heyn.; cnm Couiunctivum et ipsa loci natnra et alter Coniunctivus *cernatur* v. 246. flagitent. — **245**. *dis invisa* Burm. minus recte interpretatur *non visa*, ut II, 574.; cui explicationi Heyn. aptissime opponit parallelum illnm Homeri locum v. 65. *οἰκία - - τά τε στυγέουσι θεοί περ.* Omniuo enim omuia, quae ad mortem et ad Orcnm pertinent, diis hominibusque sunt *invisa*. Cf. Hor. Od. I, 34, 10. *Styx et invisi horrida Taenari sedes.* (In Taenari enim promontorio Neptuni templum erat snper antrum, per quod descendi in Orcnm posse veteres putabant.) Seuec. Herc. fnr. 664. *Hic* (in Taenaro) *ora solvit Ditis invisa domus.* Hor. Od. II, 14, 23. *invisae cupressus* etc. Vid. etiam adnott. ad Aen. II, 601. — *super*, i. e. desuper, superne, *ἄνωθεν.* Vid. ad Geo. II, 351. — *inmane barathrum* ab *infernis sedibus* diversum et snb Orco quaerendum esse docet Thiel coll. Hom. Il. VIII, 16. Senec. Herc. fur. 93. 1223. et Gronov. ad Sen. Thyest. 1202. — *trepident inmisso lumine Manes*, sententia veteribus admodum frequentata. Cf. Ovid. Met. V, 357 sq. (*Ne - - Inmissusque dies trepidantes terreat umbras.*) Silius X, 617. Stat. Theb. VIII, 31. et similes loci. Servius (qui etiam couferendus ad V, 739.) iam comparat Lncan. VI, 743. *tibi, pessime mundi Arbiter* (Pluto), *immittam ruptis Titana cavernis, Et subita ferire die.* Cf. etiam Bnrm. ad Petron. c. 120. et Drak. ad Sil. II, 129. — *trepidentque.* Vulgo *trepidantque*, quod, modo Copnla absit, Heyn. praeferendum censet; Copnlam autem Wakef., Ribbeck., Ladew. et Benoist. cum Med., Pal., Gud., Bern. II., Nonio p. 408, 8. et melioribus Macrobii Codd. V, 16, 14. p. 448. Ian. (p. 123. Bip.) omittunt. Sed vere Wagn. Qu. Verg. XXXIV, 11. (cui etiam Conington adsentitur) docet, Copulam abesse non posse, cum oratio paulum modo inflexa sit pro vulgari: barathrum cernatur et immissum per illud in Orcum lumen, sive barathrum, per quod lumen immittatur in Orcum. Lectio vero *trepidant* magnam efficeret ambiguitatem, quasi haec esset comparatio: *non secus ac si terra dehiscat* etc., *trepidant Manes.* — **247**. *in luce.* Ribbeck. et Coningt. Praepositionem omittunt, quae sane in Pal. et a pr. m, in Med. et Gud. desideratur. — **248**. „*insueta* [vid. ad Ecl. III, 8. Geo. III, 149. al. adnott.] *rudentem*, insolito et horrendo more vociferantem. Frequens apud poetas est usus vocum talium a clamore animalium traductarum. Cf. Ernesti ad Callim. h. in Del. 56." *Heyn.* Hic autem verbum *rudere* eo aptius est, cum de *semihomine* (v. 194.) agatur, quod etiam Conington adnotat. —

Desuper Alcides telis premit omniaque arma
Advocat et ramis vastisque molaribus instat.
Ille autem, neque enim fuga iam super ulla pericli,
Faucibus ingentem fumum, mirabile dictu,
Evomit involvitque domum caligine caeca
Prospectum eripiens oculis glomeratque sub antro
Fumiferam noctem commixtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis seque ipse per ignem
Praecipiti iecit saltu, qua plurimus undam
Fumus agit nebulaque ingens specus aestuat atra.
Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem
Corripit in nodum conplexus et angit inhaerens

---

249. *telis premit.* Vid. IX, 793. et adnott. ad Aen. I, 324. — **250**. *molaribus,* scil. lapidibus, idque simpl. pro grandibus saxis; ut *μύλακες* ap. Hom. Il. XII, 161. (cf. Iani p. 184.); et *rami* pro stipitibus et truncis. Cf. Ovid. Fast. I, 570. de eadem re: *Remque ferox saxis stipitibusque gerit.* Cum verbis *ramis et molaribus instat* Conington confert Geo. III, 106. *instant verbere.* — **251**. *fuga pericli.* Cf. IX, 538. *fuga malorum.* Pal., Gud., Bern. II. III. alii *pericli est,* ut ante Heinsium vulgo legebatur atque etiam in Anth. Lat. VI, 84, 61., ubi totus hic versus iteratur, apparet. Sed praeter ceteros Codd. etiam Diomedes de orthogr. p. 2798. P. et Servius ad Aen. III, 489. Verbum subst. omittunt. — **253**. *caligine caeca,* per quam nihil licet dispicere; ut IX, 34. *caligo atra.* Vid. ad II, 19. XII, 444. al. Verba *involvitque* etc. usque ad *oculis* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 366 sq. — **254**. *Prospectum eripiens oculis.* Cf. I, 88. — **255**. *Fumiferam noctem.* Peerlk. temere praefert unius edit. Venetae lectionem *Flammiferam,* quae etiam Gossravio magis placet, quamquam invitis Codd. nihil mutandum censet. *Nox* autem pro caligine et tenebris legitur etiam Geo. I, 328. Aen. III, 195. Culicis v. 273. Lucr. IV, 173. Val. Fl. VII, 598. Sen. Epist. 82, 15. et alibi. — **256**. Hercules *non tulit* hanc ludificationem *animis,* prae ira; ut supra v. 228. *furens animis.* Cf. adnott. ad v. 219. Ceterum verba *Non tulit Alcides* repetuntur in Anth. Lat. I, 45, 8. — *seque ipse.* Vid. supra ad v. 144. — **257**. *se - - iecit.* Cf. X, 683. Hanc autem lectionem a Med., Rom. aliisque bonis Codd. exhibitam cum Wakef. ad Lucr. V, 1317. et Wagn. (quem etiam ceteri recentiores editores Bryceo excepto secuti sunt) vulgari *iniecit* praetuli. Ceterum cf. IX, 815. *saltu sese - - In fluvium dedit.* — *undam agit,* i. e. undat, ut Geo. III, 203. et ap. Ennium Ann. fr. inc. sedis 51. p. 74. Vahl. *spumas agere* pro spumare. Cf. Geo. I, 472. *undantem ruptis fornacibus Aetnam,* infra XII, 673. et adnott. ad II, 609.; omnino autem de verbo *agendi* cum Accus. Substantivi alicuius ita coniuncto, ut notionem cognati verbi temporis circumscribat, cf. Markland. ad Stat. Silv. V, 1, 201. — **258**. „*nebula specus aestuat:* fumus in specu aestuat, instar aquae ebullientis assurgens et in auras se evolvens; est igitur: qua specus parte densissimus est fumus.“ *Heyn.* — **259**. *incendia vana,* quod ipsi ad salutem nihil proficiunt. – *vomentem.* Heyn. et Peerlk. immerito praeferunt paucorum quorundam Codd. deterioris notae lectionem *moventem,* quae ab hoc loco aliena. — **260** sq. „Elidit fauces Caci arto brachiorum nodo constricti, more Herculis, quo leo et Antaeus fuit occisus: aliter Prop. IV, 9, 25. cum Ovid. Fast. I, 576., ubi clava interimitur Cacus.“ *Heyn.* Sic igitur *in nodum* (h. e. in formam, in similitudinem nodi: vid. adnott. ad III, 533. et VI, 42.), quod cum *complexus,* non cum *Corripit* iungendum (ut iunxerunt poetae Anth. Lat. I, 45, 10. et I, 147, 22.), active intellectum fere idem est, quod *per nodum,* scil. ac si manus et brachia essent nodus; et sic *nodus* de brachiis inter se nexis et constrictis legitur etiam ap. Lucan. VI, 632. *Herculeosque novo laxavit corpore no-*

Elisos oculos et siccum sanguine guttur.
Panditur extemplo foribus domus atra revolsis
Abstractaeque boves abiurataeque rapinae
Caelo ostenduntur pedibusque informe cadaver
Protrahitur. Nequeunt expleri corda tuendo
Terribilis oculos, voltum villosaque saetis
Pectora semiferi atque exstinctos faucibus ignis.
Ex illo celebratus honos laetique minores
Servavere diem primusque Potitius auctor

---

dos et al. Idem apnd Ovidinm snnt *nexus* Met. IX, 58.: *vix solvi duros a pectore nexus.* Thielius tamen *in nodum* passive dictum capit: nt Cacus nodi instar esset, nodo similis fieret, scil. ingenti Herculis amplexn compressns; quae explicatio paulo artificiosior videtnr. Ceterum vid. infra ad v. 289. — „*conplexus corripit*, arreptnm complectitur; tum angit fancibus compressis sic, nt elidantnr ora deficiatqne sanguis in venis gnttnris coarctati.“ *Heyn.* — *angere* de iis, quorum guttura comprimnntur, nt spiritum dncere non possint, legitur in eodem Ovidii loco v. 78. *Angebar, ceu guttura forcipe pressus* et ap. Silium XIII, 584. *angens utraque manu sua guttura.* Cf. etiam Geo. III, 497. — **261.** *Elidi* verbnm proprium de iis, qui snffocatione intcrimnntnr. Cf. Ovid. Met. IX, 197. Senec. de provid. 6. Silius III, 33. ibiqne Drak. et Bentl. ad Hor. Od. III, 27, 60. — *siccum sanguine guttur.* Vid. infra IX, 64. *siccae sanguine fauces.* Cf. etiam Silius VIII, 19. *siccasque cruore hebescere dextras*, et Panlin. vit. Mart. I, 378. (a Wold. Ribbeckio land.), qni hnnc locnm sic imitatnr: *Elisos oculos et siccas sanguine fauces.* — **262.** *domus atra.* Pal. a m. pr. *alta;* sed ceterorum librorum lectionem iure tuetur Ribbeck. Proleg. p. 317. — **263.** „*abiuratae rapinae*; respicit epitheton rem supra non commemoratam, sed intellectu facilem: Cacnm periurio negasse se boves apnd se habere.“ *Heyn.* Cf. etiam Schirach. p. 313. Legitur hoc Participium etiam ap. Claud. VI. Cons. Hon. 110. *Abiurata palam Libyae possederat arva.* Quod ad ipsam rem attinet, Conington putat, Vergilium hic memorem fuisse Hom. hymn. in Merc. 274 sqq. — **265.** Comparsnt interpretes Hom. Il. XXII, 369 sqq. Cf. etiam supra I, 713. — **266.** *villosa saetis Pectora.* Cf. Silius V, 441. *Villosa feris horrebant pectora saetis.* — **267.** *semiferi.* Cf. snpra v. 194. *semihominis* et Lncr. II, 702. *semiferas hominum species.* — *exstinctos faucibus ignes* (pro pedestri: fauces exstinctis ignibus), i. e. fauces ignem evomere solitos (quod caput rei est), in qnibns ignes iam exstincti erant. — **268.** „Hinc [*Ex illo*, sc. tempore, nt II, 169.] sacrum in honorem Herculis celebrari coepit, qnod posteri traditnm servarunt, ita ut adhnc anniversarium sollemne agamns.“ *Heyn.* Cf. snpra V, 596 sqq. — *minores*, posteri. Vid. I, 532. 733. VI, 823. Ovid. Fast. III, 327. id. Trist. IV, 10, 55. Iuven. I, 147. II, 146. VIII, 234. al. Ladew. minns recte explicat *die Jüngeren*, comparans I, 733. (ubi *minores* item sunt *posteri*) et Silinm II, 491. *te moesta virorum Ora vocant, primaque sonant te voce minores.* Peerlk. totum, qui seqnitur, locnm inde a verbis *laetique minores* usqne ad finem v. 272. tamqnam glossam grammaticam Vergilio abiudicat, recte adversante Gossravio. — **269** sq. „Cf. snpra ad v. 193 sq. Narrata res est a Livio I, 7. et IX, 29. Dionys. I, 39 sq. Prop. IV, [V,] 9, 67 sq. Tac. Ann. XI, 41.“ *Heyn.* Adde Val. Max. I, 1, 17. Aur. Vict. de orig. g. R. 8. et de vir. ill. 34. Festnm s. v. Potitii p. 207. ed. Lindem. s. p. 217. Müll. Macrob. III, 6, 12 sqq. p. 284 sqq. Ian. (p. 18 sqq. Bip.) Buttm. *Mythol.* II. p. 294. Dirksen *Civilist. Abhandl.* II. 1. p. 10. Göttling. *Gesch. der röm. Staatsverf.* p. 178. Preller *Röm. Mythol.* p. 650 sq. Haakh. in Pauly *Realencycl.* V. p. 1622. et 1950. alios. Scilicet Herculis sacra ab antiquissimis temporibus Romae cnranda erant gentibus Potitiorum et Pinariorum, postea vero ad solos Potitios transierunt, quorum gente vel vere iam exstincta, vel certe ad interitum ver-

Et domus Herculei custos Pinaria sacri.
Hanc aram luco statuit, quae Maxuma semper
Dicetur nobis et erit quae maxuma semper.
Quare agite, o iuvenes, tantarum in munere laudum

---

gente, haec sacra privata a U. C. 461. per App. Claudium Censorem publica sunt facta et servis publicis tradita. — *primus* scil. *servat hunc diem*, ideoque i. q. ante omnes. — *auctor*, scil. huius sacri. — **270.** *custos*, quae servaret et curaret hoc sacrum a Potitio institutum. Cf. Silius II, 237. *Id postquam Herculeae custos videt impiger arae.* — *domus Pinaria* pro Pinario s. Pinariis. Punctum in fine v. 270. positum, quod etiam Wagn. ob Cod. Med. auctoritatem servavit, ita ut Subiectum seqq. (Hercules) ex v. 256. repetendum sit, Iahnius delevit, qui putat, cum Evander sacra instituerit iisque Potitios et Pinarios praefecerit, hic etiam poetae licuisse, ut Pinarios aram constituisse diceret; quod equidem probare non possum. Immo cum Herculem hanc aram sibi ipsum posuisse certis verbis narrent Ovid. Fast. I, 581. *Constituitque sibi, quae Maxima dicitur, aram* cett., et Propert. V, (IV,) 9, 67 sq., ubi Hercules ipse *Maxima quae gregibus devota est ara repertis. Ara per has, inquit, maxima facta manus* (a quibus alii sane dissentiunt: vide infra), rectius videtur ellipsin Subiecti (*Hercules*) ex v. 256 revocandi statuere, licet Iahn. eam „durissimam ac paene ineptam absurdamque“ iudicet. Similes loci, in quibus Subiectum paulo altius repetendum, sunt VI, 734. (ubi Subi. e v. 720. revocandum), VII, 243. (e v. 221.) VIII, 558. (e v. 525.) IX, 580. (e v. 578.) 733. (e v. 728.) 749. (e v. 740.) cett. (Ceteri recentiores editores nobiscum consentiunt.) Non tamen reticendum, a Dion. Hal. I, 39 sq., Livio I, 7. et Tacito Ann. XV, 41. Evandrum dici huius arae Herculi exstructae conditorem. — Vss. **271.** et **272.**, quos Heyn. et Nobbius in Syntagm. p. 87. languere et non Vergilianos esse censent, iure defendunt Iahn. et Wagn.; leguntur enim in omnibus libris (nisi quod v. 272. abest a tribus Codd. (Mentel. I., Rottend. II. et Bern. II., in quo imo margini adscriptus apparet); quare Markl. ad Stat. Silv. III, 1, 9. certe vv. *et erit quae max. semper* resecari voluit); sed hoc unum, quod primo adspectu offendere possit: *quae maxima semper dicetur et quae erit semper maxima*, Wagn. ita expedit, ut poetam tritum illud *dici haberique* exprimere voluisse, sententiam autem hanc esse statuat: „ara illa et nomen et honorem Maximae apud nos semper tuebitur“ (simplicius etiam in edit. min.: „dicetur, ut vere est, maxima; nullus enim deus habuit maiorem“); verissime simul memorans, Vergilium, quamvis occasionem rerum Rom. origines celebrandi cupide arripientem, vix commissurum fuisse, quin loco tam opportuno originem tam nobilis arae traderet. *Iahn.* haec adnotat: „Describit poeta originem sacrorum eorumque auctorem et primum sacerdotem, iisque addit arae nomen et honorem. Quae descriptio a carmine epico non magis abhorret, quam in aliis locis etymologia et explicatio nominis proprii. Vid. ad I, 109. De *ὁμοιοτελεύτῳ* vid. ad v. 397.“ Vid. etiam ad IV, 256. et ad locum huic simillimum VII, 411. adnott. — *statuit*, scil. Hercules. (Vide supra.) — *Statuere* verbum proprium de aris. Vid. Ovid. Met. VII, 240. Sil. IV, 703. XII, 751. XV, 252. XVI, 430. Val. Fl. I, 188. cett. Cf. etiam adnott. ad II, 295. Verba *quae maxima semper Dicetur* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 161. Futuro in Praesens mutato. — **272.** *et erit*, scil. nobis. Ceterum de hac ara maxima Herculis ad forum boarium exstructa (Dion. Hal. I, 40. Ovid. Fast. I, 582.), quam sub Nerone una cum magna parte urbis incendio absumptam esse refert Tac. Ann. XV, 41., cf. etiam Prop. V, (IV,) 9, 67. Silius VII, 50. et Salmas. ad Solin. p. 7. — **273.** *agite - - cingite.* Vid. ad I, 627. — *tantarum in munere laudum.* Burm. aliique huc vocant V, 652., ubi *munus* pro sacro positum est. *Laudes* dicuntur poetis pro virtutibus et strenue factis: ergo *in munere laudum* est cum Servio accipiendum: in honorem tanti facinoris, quo de nobis meruit Hercules.

Cingite frondo comas et pocula porgite dextris
Communemque vocate deum et date vina volentes."
Dixerat: Herculea bicolor cum populus umbra
Velavitque comas foliisque innexa pependit
Et sacer inplevit dextram scyphus. Ocius omnes
In mensam laeti libant divosque precantur.
Devexo interea propior fit Vesper Olympo:
Iamque sacerdotes primusque Potitius ibant
Pellibus in morem cincti flammasque ferebant.

Cf. supra v. 185—189." *Heyn.* Sed hoc potius esset *in munera*, quare Wagn. (cui adsentiuntur Peerlk., Ladew., Coniugt. et Benoist.) haec verba rectius interpretatur: in sacrificio Herculi ob egregium illud facinus instituto. Cf. etiam V, 537. ibiquo adnott. — **274.** Sequitur libatio. — *Cingite fronde comas.* Cf. V, 71. VII, 135. etc. — *porgite* per syncopen pro porrigite, qua forma secundum Serv. ad Aen. I, 26. etiam Ennius usus est, in cuius tamen fragm. nobis servatis non invenitur. Sic *porxit* ap. Stat. Silv. II, 1, 204., *porgebat* ap. Sil. IX, 458., *porgens* ap. Val. Fl. VIII, 755., *porgi* ap. Stat. Theb VIII, 755. cett. Cf. Markl. ad Stat. Silv. V, 1, 222. Ruddim. I. p. 238. Corssen. de pron. II. p. 21 sq. et adnott. ad I, 201. IV, 606. al. „*Porgite*, non ut alter alteri ex ordino poculum praebeat, aut omnibus famuli; sed quod libatio fit manu exporrecta et prolato poculo: proferte, in altum tollite. — *vocate*, [invocate] *communem deum* Troianis et Arcadibus, communi foedero iunctis, hospitibus et amicis. Vid. v. 176 sqq. et infra XII, 118." *Heyn.* Cf. etiam Burm. ad Val. Fl. IV, 761. — *date vina*, effundite. i. e. libate Herculi. Cf. VI, 883. — *volentes.* Vid. VII, 216. X, 677. etc. Sic alibi etiam *libens.* Cf. III, 438. ibique adnott. — **276** sq. „Cum Romani sacrum facientes capite essent velato (vid. III. 403 sq.), Herculi sacrum fiebat Graeco ritu, teste Livio I, 7., qui ab Evandro ita institutum esse ait. [Cf. etiam Strab. V. p. 230. et Servius ad h. l.] Itaque nunc caput cinxit *populea* corona: quod *populus Alcidae gratissima* et quidem *alba* [vid. ad Ecl. VII, 61. et Geo. II, 66. et Interpp. ad Hor. Od. I, 7, 23.]; *bicolor* tamen, variante scil. candore in foliorum frontibus et tergis. [Vid. ad Ecl. IX, 41.] Populo successit usus lauri in sacro Herculis. Vid. Serv. Macrob. Sat. III, 12. [1 sqq. p. 302 sq. Ian. s. p. 33. Bip.] et Cerdam [qui confert inter alia Stat. Silv. II, 3, 51. *discolor umbra populus*]. — **277.** *innexa.* Probus ad Geo. II, 66. hic legit *inmissa*, quod praefert Keil. in *Philol.* II. p. 167. Sed vido, quae Ribbeck. Proleg. p. 192. opponit, *inmissa* „ineptum" censens, „quasi vi iniecta capiti corona diceretur." — **278.** „*scyphus* dictus proprie h. l. in re Herculi sacra; notante Macrobio V, 21, [2. p. 480. s. p. 146. Bip.]." *Heyn.* Cf. de hoc maiore et plerumque aurato poculorum genere loci a me congesti in libro meo *Hellas u. Rom* I, 1. p. 230. adn. 186. Inde autem apparet, quid sibi velit locutio *σκύφον Ἡρακλέους ἐκπιεῖν* ap. Plut. Alex. 75. (a Coniugt. laud.), i. e. largis haustibus bibere. — **279.** Cf. Macrob. Sat. III, 11, 3. p. 299. Ian. (s. p. 31. Bip.), qui notat Vergilium, quod *in mensam* scripserit pro: *in aram.* Sed vide adnott. ad I, 736. et II, 764. — *divosque precantur.* Vid. supra ad v. 103. — **280.** Epulis sacrificialibus medio fere die rite finitis (v. 273 sqq.), iam brevi temporis spatio interiecto sub vesperam alter quasi sacrificii actus incipit, atque sacra ita instaurantur, ut sacerdotes primum nova sacrificia in aris incendant alterasque epulas apponant, tum cantantes chorum ducant Herculisque laudes canant. Cf. Servius et Iahn. ad h. l., imprimis autem Boettigeri *explicatio loci Verg. Aen.* VIII, 208—303. in eius Opusec. a Silligio editis p. 31 sqq. — *devexo Olympo*, caelo, quod quotidie circumagitur, se incliuante. Cf. II, 250. (et XI, 202.). — **281.** *ibant* etc. Verba enim sic intellige: *sacerdotes ibant, primusque* (inter eos) *Potitius*, cui tamen in iis, quae a cunctis sacerdotibus aguntur, non singulares aliquae partes tribuuntur. Cf. II, 263. — **282.** „*Pellibus*

Instaurant epulas et mensae grata secundae
Dona ferunt cumulantque oneratis lancibus aras.
Tum Salii ad cantus incensa altaria circum

---

cincti. Mos antiqnus mansit in Lupercis ex vita antiqua, qna pellibus incincti incedebant homines.“ *Heyn.* Erant antem Lnperci s. Panos sacerdotes, ceterum nndi (cf. infra v. 663.), snbligaculis e pelle factis circa pudenda cincti. Cf. liber mens modo comm. I. 2. p. 94 sq. — *in morem.* Vid. III, 369. — *flammas*, faces (vid. ad VI, 518.). — *ferebant*, admovebant aris, sacrificia in aris incendebant. — Vss. **283.** et **284.**, et ipsos ab Heynio (cui a poeta ad v. 279. in margine adscripti videntur), Boettigero l. l. p. 37. et Ribbeckio asteriscis notatos tamquam spnrios atqne etiam a Peerlk. damnatos, recte tuiti suut Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 98 sqq., Iahn., Wagn. et Couington. Nou euim est, cur iu meusis secnndis, a temporibus heroicis alienis haereamus; cum alia quoque poetam a suis temporibus ad heroicam aetatem transtulisse coustet (cf. aduott. ad I, 427. IV, 215. VII, 186. al.), mensae secundae autem etiam in Didonis coena I, 723 sq. et 736. meutio iniici videatur, ubi tamen ea pariter atque h. l. ad solam libationem spectat post coenam diis fieri solitam, uon ad oblectamenta convivalia; nam ritus religiosi causa epnlas hic instaurari et mensas secundas (in qnibus, Acrone teste ad Hor. Sat. II, 2, 112., uon edebatur, sed opera dabatur pocnlis) apponi iu promptu est; quae una res iam satis excusaret poetam, si omnino tali excusatione opus esset. Cf. etiam adnott. ad Geo. III, 527. et Aeu. VII, 134. Qnare uulla est causa, cur cum censore Weicherti in Diar. lit. Halens. 1819. ch. 101. p. 811. coll. Plutarch. Symp. VII, 4. *mensas secundas* per epulas expositicias, *Schaugerichte*, interpretemur. Duplex antem libatio, altera meridionali tempore (vid. v. 97.), altera vespere instituta, nihil coutinet, quod tantopere possit offeudere. — **283.** De verbis *instaurant epulas* vid. ad Geo. l. l. Aen. IV, 63. ct VII, 146. — *mensae grata secundae Dona.* Cf. Geo. II, 101. — **284.** Temere haerere Heyn. in voc. *ferunt* praecedeute v. 282. *ferebant*, docet Weichert. l. l. p. 104. Vid. etiam ad Ecl. VI, 16. Aeu. I, 315. II, 207. 633. al. — Verba *cumulantque oneratis lancibus aras* redeunt XII, 215., ubi vid. adnott. Cf. etiam Geo. II, 194. — **285.** *Tum*, quod falso intellectum Heynio negotium facessit, ut oratiouem male interruptam haberet, hic non esse temporis Adverbinm, sed vim habere ennmerandi et varia iungeudi (vid. ad II, 697. et V, 455.), acute perspexit Wagn. — „*Salii* apud Romanos Martis erant sacerdotes ex Numae institnto, ut creditum fuit. At h. l. poeta Herculi Salios assignat, qnandoqnidem in vetere Latio Saliorum nomen commune sacerdotum fnisse videtnr a saliendo; quoniam olim omuis res sacra cum tripudio et cantu coniuncta erat. [Qnod otiamsi adhne probandum est, hoc certe coustat, Salios, qui non sunt Latinae, sed Graecae originis, Herculi consecratos fuisse Tusculi, Tibure, Albae Longae, Veiis, Faleriis, alibi inque haec omnia oppida a Pelasgis invectos. Praeter Servium ad h. l. cf. Inscr. ap. Orellinm 2247—2249. 2761. Gntberleth. de Saliis VIII. p. 33. Grauert. in Analect. hist. et phil. p. 57. C. Fr. Hermann. in Ephem. lit. Hal. 1835. ch. 188. Schwenck. *Mythol. d. Röm.* p. 85 sqq. Preller *Röm. Myth.* p. 307. Corssen. Orig. poës. Rom. p. 17—20. Scheiffele in Panly *Realencycl.* VI, 1. p. 689. alii.] Haeserant in hoc iam veteres. Vid. Macrob. Sat. III, 12, [5. p. 30. Ian. s. p. 32. Bip.].“ *Heyn.* Haesit etiam Weichertus l. l, qui, hoc idem esse contendens, ac si poeta dixisset: *Iamque sacerdotes ibant; Tum sacerdotes adsunt*, pro *Tum Salii* legendnm esse suspicatnr *Tunc alii;* sed vere respondet Censor supra laud., Salios dici videri *saltantes* sacerdotes, qui opponantur sacerdotibus [sine saltatione] *sacrificantibus*; quare Viri egregii coniectnra non necessaria videtnr. Ceterum de Saliis eornmqne saltatione et cantu exposui etiam in libro meo modo comm. I, 2. p. 88 sqq. — *incensa altaria*, in quibus ignis ardet. Cf. III, 279., ubi adde Bach. ad

Populeis adsunt evincti tempora ramis,
Hic iuvenum chorus, ille senum; qui carmine laudes
Herculeas et facta ferunt; ut prima novercae
Monstra manu geminosque premens eliserit anguis;
Ut bello egregias idem disiecerit urbes,

Ovid. Met. III, 691. (nhi tamen pro *Accensis aris Baccheia sacra frequento* nnnc editnr *Accessi sacris Baccheaque sacra fr.*) eundemqne ad Ovid. Fast. IV, 473. et Rnpert. ad Iuven. XI, 155. — **286.** *adsunt ad cantus*, i. e. adveuerunt, nt canerent, et cannut. (Vid. ad Ecl. II, 45.) Schrader. temere coni. *saltant.* — *evincti.* Rom., Gud. et alii *et vincti.* Eandem lectionis varietatem deprehendimns ap. Silium II, 48. et alibi; sed vid. Ecl. VII, 32. (ibiqne adnott.) Aen. V, 269. 364. 494. 774. Tib. I, 7, 6. Stat. Theb. I, 554. Ovid. ex P. III, 2, 72. cett. In Anth. Lat. I, 178, 128. legitur *velati tempora ramis* (nt Aen. XI, 101. *Velati ramis oleae*). — **287.** In dnos choros invennm et seuum, i. e. virorum provectioris aetatis, dispertiti Herculem carminibus celebrant. De hoc more antiquitatis epulis sacrificalibus et libationihus peractis in dei, cni sacra fiebant, honorem hymnos canendi et de poetarum consnetudine argumenta einsmodi hymnorum directa, quam vocant, oratione referendi Thiel. conferri inhet supra I, 741 sqq. Lncan. I, 631 sqq. Tibnll. II, 5, 39 sqq. Val. Fl. I, 211. II, 322. et Ovid. Met. VII, 434 sqq. Imprimis autem cf. ipse Hom. Il. I, 467 sqq. — „*chorus* est turha saltantium et caneutinm circa aram, chorus *περιβώμιος* et *ἐγκύκλιος*, et carmen dixeris esse *ὑπορχηματικόν*." *Heyn.* Carmen aliqnod antiqnum versibus Satnrniis compositum hic exprimi a Vergilio suspicatur Santen. ad Terentian. p. 176. Cf. etiam Boettiger. l. l. Coningtou vero Apoll. Rh. II, 704. hymnnm in Apollinem a poeta exscriptnm pntat. Ceterum hunc Maronis locnm ante oculos habuisse videtur Claud. R. Pros. II, 29 sqq. — **288.** *laudes Herculeas.* Vid. ad II, 584. — *ferunt*, cannnt, celebrant. Heins. e paucis Codd. intnlerat Couiunctivum *ferant*, quem recte reiecerunt seqnentes editores praeter Bothinm. Consilinm enim, cur venerint Salii, iam v. 285 sq. indicatum; hic aperte iam, quid faciant, exponitur. Cf. etiam Iahn. ad V, 347. (qui falso refert, a Wagnero defcudi Couinnctivum). Cum v. 288 sqq., hymnorum veterum in Herculem argumenta continentibus Heyn. conferri iubet Apollod. II, 5. Theocr. XXIV, 11 sqq. Diod. IV, 11 sqq. Ovid. Met. IX, 67 sqq. et Ausonii Idyll. XIX. imprimis de duodecim illis laboribus Herculi ab Eurystheo impositis agentes. — *novercae monstra*, a Iunone missa. *Noverca* autem consulto vocatur Iuno, ut causa acerbi odii, quo Herculem iam a pnero perseqnebatur, graviter indicetur (cf. adnott. ad Geo. II, 128.); quare etiam Ovid. Fast. VI, 809. *cui dedit invitas victa noverca manus.* Cf. carminis de landibns Herculis, qnod Claudiano vulgo tribnitnr, v. 26 sqq. — *prima* dicuntnr ntpote primus labor iam puerulo exantlandus. De coninnctione verbornm *monstra geminosque angues* vid. snpra ad v. 220. Peerlk. tamen ea non minus, quam omissa Herculis aetate offensns, quae a nullo poeta, qui hoc argumentnm tractaverit, omittatur, coni. *Monstra manu geminos infans eliserit anguis*, coll. imprimis Martial. XIV, 177. *Elidit geminos infans, nec respicit, angues* cett. et Stat. Silv. III, 1, 47. *Parvus adhuc, - - cum prima novercae Monstra manu premeres* cett., qni loci ex hoc Vergiliano ducti videantnr. Sed illnd *infans*, cum de re omnibus nota agatur et iam verbo *prima* (*monstra*) aetas Herculis satis significetur, facile omitti poterat; contra Participium *premens*, in qno praecipue constabat vis Herculea, aegre desiderarem. Cf. supra v. 260. Senec. Herc. fur. 225. *Gemuit lacertis pressus Herculeis leo*, id. Agam. 829. *Te sensit Nemeaeus arto Pressus lacerto*, et Drak. ad Silinm III, 33. Cnm *elidendi* voc. (de quo vide supra ad v. 261.) coninnctnm legitur ap. Seneo. Herc. Oet. 1235. *colla elisa pressi* et ap. Silinm VI, 235. *nunc vasto pondere gaudet Elisisse premens.* De ipsa fahula cf. Pind. Nem. I, 53 sqq. Theocr. Id. XXIV. in. et Apollod. II, 4, 8. — **290.** *bello egregias urbes.* Cf. I, 444. *bello egregiam*

Troiamque Oechaliamque; ut duros mille labores
Rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquae
Pertulerit. Tu nubigenas, invicte, bimembris,
Hylaeumque Pholumque, manu, tu Cresia mactas

---

gentem. — ***disiecerit urbes.*** Cf. infra v. 355. XII, 655. Auct. ad Herenn. IV, 27. *Populus Romanus Corinthum disiecit.* Hor. Od. II, 19, 14. *tectaque Penthei Disiecta non levi ruina* etc. Codd. quidam deterioris notae exhibent *deiecerit.* — **291.** ***Troiam*** Hercules expugnavit Laomedontis perfidiam vindicaturus, qui equos illos e divino semine creatos, quos monstri marini, quod Neptunus similem Laomedontis fraudem ulturus Troadi immiserat, interfecti et sic Hesiones filiae caede liberatae praemium heroi pollicitus erat, postea vero ei denegaverat; quare Hercules Laomedontem interfecit regnumque Priamo tradidit. Vid. Hom. Il. XX, 145. Apollod. 2, 5, 9. Diod. IV, 42. Hygin. f. 89. al. (Cf. etiam supra ad II, 642.) — ***Oechalia,*** Euboeae insulae oppidum, haud procul ab Eretria in interiore insula situm, quod Hercules, denegata sibi Iöle, Euryti regis filia, vi captum delevit. Cf. Heyn. ad Apollod. p. 439. et 480. idemque ad Hom. Il. II, 596. et 730. Ovid. Met. IX, 136. id. Her. IX, 1. 130. et ex Pont. IV, 8, 62. et librum meum geogr. III. p. 1021. — ***sub Eurystheo,*** i. e. dura Eurysthei dominatione coactus. Etiam Thiel. explicat per: iussus ab Eurystheo, coll. Ovid. Met. XIII, 34. *nullo sub indice veni,* i. e. „a nemine indicatus," vel potius nullius iudicio coactus; Manil. IV, 24. *Troia sub uno non eversa viro* etc. et Matth. Gr. Gr. §. 592. de Graec. *ὑπό.* — „***fata Iunonis iniquae*** [ut I, 668.] infestae aiunt esse voluntatem. Accipio de fatis, quae Iunonis odium fecerat [i. e. „de fatali necessitate: cf. Hom. Il. XIX, 95–133." *Wagn.*] Sic IX, 135. *Sat fatis Venerique datum.* Fatale enim erat, ut Hercules Iunonis ira tot labores perferret, ita ut ne Iupiter quidem iis exsolvere eum et liberare valeret." Haec *Heyn.* verissime. Aldenh. l. l. p. 35 sq. *fatis* explicat *iussis,* quod iure reprehendit Dietsch. Theol. Verg. p. 32., recte quaerens: „Cum Iuno callide effecerit, ut, quod Iupiter Herculi constituisset, Eurystheo contingeret, nonne fata Herculi per illam imposita recte dicuntur?" ut hic locus documento sit, „id quod dii constituant, ut mutari nequeat, aut quod ita dirigant, ut alicui ineluctabile imponatur, pro *fato* a Vergilio habitum esse." Ceterum Maronem etiam hic Homerum sequi Il. XIX, 91–133., dubitare non possumus. — **293.** ***Pertulerit.*** Sic etiam Stat. Silv. VII, 3, 57. hunc locum imitatus: *Pertulit et saevi Tirynthius horrida regis Pacta.* — ***Tu, invicte*** cett. Ab argumento hymni relato transit poeta in ipsam hymni formam. Eiusmodi conversio orationis a tertia persona ad secundam omninoque subitus ab indirecta oratione ad directam transitus apud poetas haud rarus. Cf. Ovid. Her. XIX, 41. Met. IV, 14. VII, 434. Tibull. II, 5, 39 sqq. Prop. IV, 5, (III, 6,) 19 sqq. V, (IV,) 1, 71. Stat. Theb. I, 709. Claud. Pract. R. Pros. II, 29. etc. Mitscherl. ad Hor. Od. II, 19, 17. Huschk. et Dissen. ad Tibull. I, 5, 21. all. — ***nubigenas,*** Centauros (vid. ad VII, 674.), qui ob duplicem hominis et equi formam etiam Ovidio Met. XII, 240. dicuntur *bimembres.* Vid. etiam Macrob. VI, 5, 13. p. 529. Ian. (p. 182. Bip.), qui affert hoc Cornificii fragm. e Glauco: *Centauros foedare bimembres.* Ceterum cf. VI, 286. De Centauris a Lapithis imprimis Herculis virtute victis cf. Hom. Od. XXI, 295 sqq. et Ovid. Met. XII, 536 sqq. — **294.** ***Hylaeum Pholumque.*** Vid. Geo. II, 456 sq. — ***Cresia prodigia*** (i. e. monstra, πελώρια, ut alibi etiam *portenta,* τέρατα), taurum Gnossium, quem Hercules vivum ad Eurystheum adduxisse traditur (vid. Apollod. II, 5, 7. Diod. IV, 13. Tzetz. Chil. II, 293 sq.); quare Vergilius, cum ***mactas*** scriberet, alios auctores secutus est nobis incognitos. Cf. adnott. ad VI, 803. Praesens autem tempus haud raro conditionem aliquam durantem, quae ipsam actionem secuta sit, indicare, Wagn. observat ad IX, 266. (ubi vid. adnott.), ut hic quidem *mactas* idem sit quod: victor es tauri, et in min. edit. comparat Ovid. Met. IV, 23 sq. *Penthea tu venerande bipenniferumque Lycurgum Sacrilegos*

Prodigia et vastum Nemeae sub rupe leonem.
Te Stygii tremuere lacus, te ianitor Orci
Ossa super recubans antro semesa cruento;
Nec te ullae facies, non terruit ipse Typhoeus
Arduus arma tenens; non te rationis egentem
Lernaeus turba capitum circumstetit anguis.
Salve, vera Iovis proles, decus addite divis,
Et nos et tua dexter adi pede sacra secundo."

---

mactas. Similis ratio est Aen. II, 663. *patrem qui obtruncat ad aras*, i. e. quem, cum viderim natum patremque obtruncasse, non alium mihi animo repraesentare possum quam *obtruncantem.* (Cf. etiam adnott. ad II, 275.) — **295.** *Nemeae sub rupe.* Sic uno Cod. Pal. a m. pr. et Servium secuti cum Hauptio, Ribbeckio, Ladew., Wagn. (in min. edit.) et Benoisto scripsimus pro vulg. *Nemea.* Quamquam enim duplex est Adiectivi forma *Νεμεός* et *Νεμεαῖος*, illa tamen apud posteriores modo scriptores Romanos (ut ap. Prudent. adv. Symm. I, 118. et Hygin. f. 273.) invenitur. Bryce et Conington retinent vulgarem lectionem. — **296.** De Herculis, Cerberum adducturi, descensu in Orcum vid. Hom. Il. VIII, 368. et Od. XI, 622. ipsumque Vergilium supra VI, 392. — **297.** „Cerberum canem non nisi ossibus vesci probabilis erat opinio, et deduxere nomen a *κρεοβόρος.*" *Gossr.* — *Te Stygii tremuere lacus.* Cf. VII, 760. *Te liquidi flevere lacus* ibique adnott. — *ianitor Orci.* Cf. VI, 400. cum adnot. — *semesa.* Vid. adnott. ad III, 244. 578. Süpfl., Wagn., Ladew. et Conington *semiesa*, Haupt., Bryce et Benoist. *semesa,* Ribbeck. *semessa.* — **298.** „*facies*, monstra, quae in inferis Herculi occurrebant. Aen. VI, 285 sqq." *Heyn.* De voc. *facies* cf. Aen. II, 622. V, 822. VI, 575. VII, 329. cett. — *Typhoeus*, Iovis fulmine in Tartarum detrusus (Hes. Theog. 853 sq. et 867.), ita ut Herculem facile ibi terrere posset; quare egregie fallitur Servius, qui *terruit* pro *terreret* vel *terruisset* positum censet. Alia tamen fabula Typhoeum sub Aetna monte iacere et flammas evomere fingebat. Cf. adnott. ad Geo. I, 279., ubi etiam de variis nominis formis disputavimus. — **299.** Verba *Arduus arma tenens* coniungenda esse (*hoch über ihm die Waffen schwingend*), verissime docet Wagn., cum ex vulgari distinguendi ratione *Typhoeus arduus, arma tenens* segnis prodeat oratio. Non enim sufficere ad virum fortem terrendum, ut aliquis *arma teneat;* immo hic aliquid commemorandum fuisse, quod aptum esset ad terrorem vel audacissimo incutiendum. Quare Virum doct. secuti Comma vulgo post *arduus* positum omisimus, in quo posteriores omnes nos secuti sunt. Cf. V, 480. X, 196. XII, 789. Sil. Ital. VIII, 559 sq. et de Adiect. *arduus* Adverbii loco Participio iuncto V, 277. *sibila colla Arduus attollens*, XI, 755. *Arduus insurgens* et adnott. ad III, 632. et VIII, 559. — „*rationis egentem*, consilii inopem ex pavore, h. e. terrore, perculsum." *Heyn.* Lernaea hydra capitum turba te circumstans efficere non potuit, ut prae metu mentem et consilium amitteres. Cf. etiam Val. Fl. IV, 303. *Sensit etiam Pollux rationis egentem.* Sulpit. Sat. 15. *tacitos et iam rationis egenos.* Ovid. Trist. II, 395. *egentem mentis Orestem.* Alia significatione *rationis egens* dicitur Lucr. IV, 503., qui etiam *rationis egestatem* commemorat V, 1210. — **300.** *Lernaeus anguis.* Vid. ad VI, 287. — **301.** *Salve* hic eodem sensu dictum esse, quo alibi *sis felix* (de qua formula vid. ad I, 330.), iam Serv. observavit. Cf. Geo. II, 173. Aen. V, 80. Hor. Od. I, 32, 15. Ovid. Met. II, 428. Plin. VII, 30, 31. cett. — *vera Iovis proles*, manifesta, non dubia. Cf. Ovid. Met. II, 38. *Pignora da, genitor, per quae tua vera propago Credar.* Imitatur hunc locum Val. Fl. IV, 327. *Salve, vera Iovis, vera o Iovis, undique, proles, Ingeminant.* Ceterum cf. supra VI, 22. *deum certissima proles.* — *decus.* Vid. VI, 546. Hor. Od. III, 16, 20. *Maecenas equitum decus* etc. — **302.** *dexter*, propitius, favens. Vid. ad II, 388. (ubi addi possunt Ovid. Fast. I, 69. et Trist. V,

Talia carminibus celebrant; super omnia Caci
Speluncam adiciunt spirantemque ignibus ipsum.
Consonat omne nemus strepitu collesque resultant.
  Exin se cuncti divinis rebus ad urbem
Perfectis referunt. Ibat rex obsitus aevo
Et comitem Aenean iuxta natumque tenebat
Ingrediens varioque viam sermone levabat.
Miratur facilisque oculos fert omnia circum
Aeneas capiturque locis et singula laetus
Exquiritque auditque virum monumenta priorum.
Tum rex Euandrus, Romanae conditor arcis:
„Haec nemora indigenae Fauni Nymphaeque tenebant

3, 57.). — *adi pede secundo*, i. e. ipse secundus. Cf. X, 255. — **303**. *super omnia*, praeter cetera, imprimis, maxime. Vid. ad VII, 462. — **304**. *ipsum*, speluncae antea commemoratae ratione habita. Cf. adnott. ad I, 40. — **305**. *collesque resultant.* Vid. ad V, 150. — **307** sqq. „Evander Aeneam domum suam deducit. Ingeniose poeta opportunitate utitur ad memorabilium locorum antiquam famam memorandam.“ *Heyn* — *Exin.* Vid. ad VI, 891. — *rex obsitus aevo*, propr. senectutis immunditia, squalore obrutus, i. e. omnino senectute oppressus. Cf. Westerhov. et Ruhnk. ad Ter. Eun. II, 2, 5. (*annis pannisque obsitus*) Taubmannn. ad Plaut. Menaechm. V, 2, 4. (*consitus sum senectute*) et Val. Max. II, 9, 5. *horridae vetustatis rubigine obsitum imperium.* Praeterea conferri potest usus verbi *situs* VI, 462. VII, 440. alibi. — **309**. *Ingrediens.* Vid ad VI, 157. — *vario sermone*, de variis rebus, sine certo ordine. Cf. Burm. ad Petron. c. 55. Catull. X, 5. Stat. Theb. VIII, 609. al. — *viam levabat.* Sic etiam Ovid. Met. IV, 39. *Utile opus manuum vario sermone levemus*, Sedul. Carm. Pasch. I, 318. *Interea dum rite viam sermone levamus* (ubi vid. Arntzen.) et Stat. Theb. VIII, 216. *Corda levabat Exhaustus sermone dies.* Eodem sensu alibi *iter*, *tempus fallere* (ut Ovid. Tr. III, 3, 11.) et *decipere* (ut Sen. de brev. vitae 9.). Cf. Ruhnk. ad Ovid. Her. I, 9. Vid. etiam similis locus Ecl. IX, 64. Ceterum Schol. Stat. Theb. II, 511. et VIII, 215. exhibet *levabant*, quod arridet Heinsio et Peerlkampio. — **310**. *faciles oculos*, mobiles, volubiles. Sic Manil. I, 647. *Circumfer faciles oculos vultumque per orbem.* Cf. etiam Cic. N. D. II, 57, 142. — *fert omnia circum.* Cf. Aen. II, 570. VIII, 229. et Ovid. Met. VI, 169. *utque oculos circumtulit alta superbos.* — **311**. *capiturque locis.* Conington comparat Lucr. II, 651. *Nec bene promeritis capitur.* Particip. *captus* ap. Verg. aliquoties hoc sensu usurpatum invenimus. (Cf. Ecl. VI, 10. 59. Aen. IV, 194. XII, 392. etc.) — **312**. *virûm monumenta priorum* (ut III, 102. et infra v. 356. *veterum monumenta virorum*) *audit*, i. e. cognoscit, quid sibi velint. — **313**. *Romanae conditor arcis*, non Capitolii, sed Pallantei in monte Palatino, ubi Vergilii aetate erat Palatium. Vid. supra v. 54. infra v. 341. IX, 9. et cf. adnott. ad Geo. I, 499. Peerlk. haec verba sine iusta causa censet spuria. — **314**. Cum sequente narratione de prisco habitu locorum, ubi postea Roma est condita, cf. Iustin. XLIII, 1. Aur. Vict. de O. G. R. c. 5. Dionys. I, 3. Prop. V, (IV,) 1. Tibull. II, 5. Ovid. Fast. I, 509 sqq. alii. Vid. etiam infra ad v. 348. — *Haec nemora - - - tenebant.* Vergilius fortasse memor fuit Lucretii IV, 582. *Haec loca capripedes Satyros Nymphasque tenere Finitumi fingunt et Faunos esse loquuntur.* — „*indigenae Fauni Nymphaeque* [qui opponuntur Saturno advenae v. 319. commemorato], non modo ἐγχώριοι, sed etiam αὐτόχθονες, αὐθιγενεῖς, scilicet designantur Genii locorum [vid. ad V, 95.]. Suaviter autem poeta extulit hoc: Loca circa Tiberim olim vastities obtinebat silvarum, per quas feri homines palabantur.“ *Heyn.* Cf. v. o. Sall. Cat. 6. *Aborigines genus hominum agreste sine legibus, sine imperio* etc. Stat.

Gensque virum truncis et duro robore nata,
Quis neque mos neque cultus erat nec iungere tauros
Aut conponere opes norant aut parcere parto,
Sed rami atque asper victu venatus alebat.
Primus ab aetherio venit Saturnus Olympo
Arma Iovis fugiens et regnis exsul ademptis.
Is genus indocile ac dispersum montibus altis

Theb. IV, 287 sqq. Ovid. Fast. II, 291. et similes loci. — **315.** „*truncis et duro robore nata* pro truncis arborum; ex more agrestium hominum truncos arborum inhabitandi. Vid. Serv. Cf. Stat. Theb. IV, 276 sqq. Nisi eodem modo, quo e saxis nati dicti sunt homines, durum genus, etiam robore et quercu nati, facti dicti sunt: cf. Hom. Od. XIX, 163.“ *Heyn.* Praeter Stat. l. l. cf. etiam Hesiod. O. et D. 127 sqq. Iuven. VI, 11 sqq. al. Inde etiam eiusmodi loci explicandi, qualis est Aen. IV, 366. *duris genuit te cautibus horrens Caucasus*, Ovid. Trist. III, 11, 8. *Natus es e scopulis, nutritus lacte ferino Et dicam silices pectus habere tuum*, Aesch. Prom. 242. *σιδηρόφρων κἀκ πέτρας εἰργασμένος* et similes; qua de re cf. Iahn. ad Ovid. Met. VII, 33. et Ruhnk. ad Ovid. Her. VII, 37. 613. Ceterum Serv. Dresd. pro *nata* exhibet *nati* per synesin. — **316.** *mos*, certum vitae institutum, lex quaedam vivendi e sensu recti bonique prodiens. (Vid. Barth. ad Stat. Theb. V, 117.) — *cultus* ad vitae externae conditionem, ad domicilia, vestitum, victum pertinet. — *iungere tauros*, ad arandum. Cf. Ovid. Fast. II, 295. de conditione primorum hominum haec canens: *Nullus anhelabat sub adunco vomere taurus.* Lucr. V, 931. *Nec robustus erat curvi moderator aratri Quisquam.* Tibull. I, 3, 41. *Illo non validus subiit iuga tempore taurus* cett. — **317.** „Praeclaro mitior vitae cultus declaratur his: *conponere opes* [horreis condere opes ruris, frumentum] *et parcere parto*, *τὸ συγκομίζεσθαι καὶ ταμιεύεσθαι:* quibus feros homines nullius rei providos aut in usum perendinum quidquam conditum servantes assuefacere difficillimum est. Cf. Lucr. V, 951 sqq. imprimisque v. 956.“ *Heyn.* *Componere* eadem signif. usurpatum legitur ap. Hor. Epist. I, 1, 12. *Condo et compono, quae mox depromere possim*, et Tib. I, 1, 77. *composito securus acervo Despiciam dites.* Cf. Burm. ad Ovid. A. A. II, 460. idemque ad Petron. 99. — *parcere parto.* Cf. Geo. I, 300. *Frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur.* — **318.** *rami*, arbores, fructus arborum, imprimis glandes, primorum hominum victus. (Vid. Geo. I, 8.) Imprimis cf. Geo. II, 500. *Quos rami fructus* etc. — *asper victu*, i. e. qui praebet victum asperum, multo laboro et molestia parandum; ut contra *facilis victu* I, 445. Vid. Silius III, 280. *asper mensis populus victuque maligno.* Praeterea cf. Aen. I, 14. VI, 19. 60. 481. IX, 62. etc. Pro *victu venatus* Montalb. praebet *victus venatus* per appositionem, quod temere praefert Wakef. ad Lucr. IV, 634. — **319.** „Antiquus mythus de Saturni fuga in has terras, ductus, ut videtur, ex etymologia voc. *Latii* a *latendo.* Saturnus tamen numen Latinorum patrium, fortasse a *satu* s. satione rerum, imprimis frugum; sed comparatus ille cum Crono fabulas Graecorum in se derivandi opportunitatem dedit.“ *Heyn.* Cf. Varronis fragm. p. 224 sq. Bip. Ovid. Fast. I, 627. Spangenberg. de veteris Latii religg. domestt. p. 56. et Klopferi Lex. myth. II. p. 525. — *Primus* etc. hic de auctore melioris rerum conditionis intelligendum ot ad vv. *Is genus indocile* cett. referendum esso patet. Cf. adnott. ad V, 596. et Wagn. Qu. Verg. XXVIII, 3, g. Coningtoni *Primus venit* nihil amplius est, quam primus advena fuit, aut *primus* pro *tandem* positum videtur ut Ecl. I, 44. Sed imprimis vorba *ab aetherio Olympo* consideranda sunt. Ladew. praeter illum locum conferri iubet Ecl. VIII, 24. et Aen. IV, 548. — *aetherius Olympus* etiam VI, 579. dicitur. — Ad v. **320.** iam Cerda adfert Lactantii Div. Inst. I, 14. testimonium (quod adnotat Coningtou). — **321.** *in-*

Conposuit legesque dedit Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
Aurea, quae perhibent, illo sub rege fuere
Saecula; sic placida populos in pace regebat,
Deterior donec paulatim ac decolor aetas
Et belli rabies et amor successit habendi.
Tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae,

---

docile, ferum et agreste, ideoque difficile ad mores excolendos. — 322. *conposuit*, collegit, congregavit, certis sedibus locavit; quam explicationem flagitare videtur antecedens *dispersum montibus*. (Cf. etiam *urbem conponere* supra III, 387. ibique adnott.) Schirach. p. 362. hoc voc. latiore sensu dictum accipit pro: instituit, a feritate ad mansuetiorem vitam traduxit. — *leges dedit*, mores et instituta. Cf. VII, 203. Verba *Conposuit legesque dedit* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 17. — *Latium vocari Maluit*, quam Saturniam. Conington tamen hanc explicationem duram vocat, *maluit* pro *potissimum voluit* positum ratus. — 323. *quoniam latuisset*, Iovem filium metuens, fratrum a Saturno devoratorum sortem vindicaturum. Cf. v. 320. et Ovid. Fast. I, 238. (Varro ap. Serv. ad h. l. et ipse Latii nomen deducit a *latendi* voc., sed alia de causa, *quod latet Italia inter praecipitia Alpium et Apennini;* cui etymologiae parum probabili Abeken (*Mittelitalien* p. 42.) nuper aliam substituit, ut Latium (a voc. *latus*, *πλατύς*, dictum) significet terram latam et planam, *das Plattland*. Coniunctivo autem utitur poeta, quia causam affert ex ipsius Saturni mente et persona. Cf. Bremi ad Nep. Milt. 7, 5. Goerenz. ad Cic. Finn. III, 20, 65. Ruddim. II. p. 353. Zumpt. §. 549. multique alii. — 324. *aurea saecula*. Vid. ad Ecl. IV, 18 sqq. et Geo. II, 538. et cf. Aen. VI, 793. Ceterum *aurea*, *quae* pro vulg. *aureaque, ut perhibent*, ex optimis Codd. restituit Heins.; *fuere* autem, Med., Rom. et plurimorum Codd. auctoritatem secutus, pro vulg. *fuerunt* Wagn. revocavit, quem omnes posteriores editores praeter Bryceum secuti sunt. Cf. adnott. ad Ecl. X, 13. De *perhibendi* verbo vid. ad Geo. I, 247. et Thiel. ad h. l. — 325. *placida populos in pace regebat*. Cf. VII, 43. *Rex arva Latinus et urbes - - longa placidas in pace regebat.* Adiect. *placidus* sollemne est pacis epitheton. Vid. Aen. I, 249. Ovid. Am. II, 6, 26. Cic. Tusc. V, 16, 48. etc. — 326. *decolor aetas*, aerea vel ferrea, quae, colore vitiato, *aureae* successit. Vergilius enim hic duas modo aetates discernit, ut Tibull. I, 3, 35 sqq. — 327. *belli rabies* legitur etiam ap. Silium V, 394., ut *Martis rabies* ap. Claud. III. Cons. Hon. 73. Cf. etiam supra VII, 461. *insania belli*. Ut autem aurea aetas a pace, ita ferrea a bello seiuncta cogitari nequit. Cf. Tibull. I, 3, 47 sqq. Ovid. Met. I, 99 sq. 125 sq. 142 sq. etc. — *amor habendi*. Cf. Geo. IV, 177. Hor. Epist. I, 7, 85. Ovid. Met. I, 131. Fast. I, 105. Boëth. II, 5. Burm. ad Phaedr. praef. l. III. v. 21. Ruhnk. ad Rutil. Lup. II, 2. Drak. ad Sil. V, 264. et Obbar. ad Hor. Ep. I, 1, 33. Vol. I. p. 52. Idem est supra III, 57. *auri sacra fames*, et ap. Ovid. Fast. I, 211. *opum furiosa cupido*. — 328. *manus Ausonia*, Ausones, vulgo Aborigines vocati. Cf. Heynii Exc. IV. ad l. VII. Ex Servii scholio apparet, alios non post *Sicanae*, sed post *saepius* interpunxisse (ut sane etiam Med.), nostrae autem distinctioni haec addit: „semel enim Sicani ex Hispania in Italiam venisse dicuntur, at Italia plura nomina habuit.“ — *Sicanos* autem, qui a Liguribus ex Hispania pulsi in Siciliam traiecisse feruntur, poeta hic pro *Siculis* ponit, quos antiquitus regionem inter Tiberim et Lirim incoluisse, inde autem ab Ausonibus et Pelasgis exturbatos in eandem Siciliam migrasse constat (cf. Dion. Hal. Ant. I, 9. Festus p. 321. ed. Mueller. Serv. ad Aen. XI, 317. Heynii Exc. II. ad h. l.); quod non est cur miremur, cum Siculi et Sicani nisi prorsus iidem, certe eiusdem gentis fuisse videantur. Cf. liber meus geogr. III. p. 540. et 789. et supra VII, 796.

Saepius et nomen posuit Saturnia tellus;
Tum reges asperque inmani corpore Thybris,
A quo post Itali fluvium cognomine Thybrim
Diximus; amisit verum vetus Albula nomen.
Me pulsum patria pelagique extrema sequentem
Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum
His posuere locis matrisque egere tremenda
Carmentis Nymphae monita et deus auctor Apollo."
Vix ea dicta: dehinc progressus monstrat et aram
Et Carmentalem Romani nomine portam

— **329.** *posuit* pro deposuit (cf. I, 298. XI, 309. etc.) i. e. mutavit; nam Hesperia, Ansonia, Oenotria, Tyrsenia s. Tyrrhenia, Vitellium, Italia vocabatur. Cf. etiam I, 530 sqq. — „*Saturnia tellus* proprie fuit in clivo Capitolino ad Tiberim, qui Saturnius olim dictus. Dionys. I, 34. Poetis idem nomen pro Latio et pro Italia frequentari coepit: ut quibus hoc licuit, quia antiquissima aetate Italiae nomen commune non fuisse constat." *Heyn.* — **330.** *Tum reges* exorti et inter hos potissimum *Thybris*, de quo epexegesis genere per simplicem Copulam factae vid. ad Geo. I, 498. Aen. (I, 30.) V, 240. (VII, 535.) al. De forma nominis *Thybris* diximus ad II, 782. — *asper inmani corpore* legimus etiam Lucr. V, 34., ubi vid. adnot. mea. — **331.** De more Vergilii ex communi poetarum epicorum usu nominum propriorum etymologias et explicationes carmini suo inserendi vid. adnott. ad Aen. I, 109. Cf. autem cum h. l. Ovid. Met. XIV, 614 sq. *Regnum Tiberinus ab illis Cepit, et in Tusci demersus fluminis undis Nomina fecit aquae,* idemque Fast. II, 389. *Albula, quem Tibrim mersus Tiberinus in unda Reddidit*, et IV, 47. *Cumque patris regnum post hunc Tiberinus haberet, Dicitur in Tuscae gurgite mersus aquae,* Liv. I, 3, 8. *Tiberinus in traiectu Albulae amnis submersus celebre ad posteros nomen flumini dedit.* Verba *a quo - - cognomine - - Diximus* triplici modo intelligi posse memorat Conington, ut aut pro *a cuius cognomine* posita, aut *cognomine* pro Adiectivo habeamus (ut VI, 383.), aut *quo* a *cognomine* seiungamus. Ultima ratio mihi ceteris praeferenda videtur. Cf. quae de simili loco III, 702. indicavimus. *Albulae* nomen praeterea legitur in Varronis fragm. ap. Nonium p. 192, 8., ap. Ovid. Met. XIV, 328. Fast. IV, 68. al. — **333.** „*pelagi extrema,* mare ultimum, imprimis ex sensu et notione priscae Graeciae, cui occidens inter terras ignotas et invisas erat." *Heyn.* Cf. adnott. ad Geo. I, 393. II, 248. Aen. I, 310. III, 232. al. — *sequentem.* Vid. ad IV, 361. et V, 590. — **334.** *Fortuna omnipotens*, quae, quod in fatis est, ad finem perducit. Vid. Dietsch. Theol. Verg. p. 33. Cf. Anthol. Lat. Burm. III, 104. *O fortuna potens* etc. — *ineluctabile fatum* hinc repetitur in Anth. Lat. I, 45, 3. Sic etiam Vellei. II, 57. *ineluctabilis fatorum vis.* Idem est *insuperabile fatum* ap. Ovid. Met. XV, 807., *inevitabile fatum* ap. Manil. II, 112., *inexsuperabilis vis fati* ap. Livium VIII, 7, 8. et ap. Vergilium ipsum Geo. II, 491. *inexorabile fatum.* (Cf. etiam *ineluctabile tempus* supra II, 324.) Quod ad rem attinet, cf. Ovid. Fast. I, 499—516. — **337.** „*aram Carmentis*, alibi *Carmentae*, quam se vidisse testatur *sub portam Carmentalem* Dionys. I, 32. ad radices Capitolii." *Heyn. Carmentis* Evandri mater fatidica, cuius proprium nomen erat Nicostrate, etiam Ovidio dicitur Fast. II, 201., Livio autem I, 7, 8., Festo v. *Scelerata* p. 148. ed. Lindem. et Hygino f. 277. *Carmenta.* Cf. etiam Ovid. Fast. I, 467. *Ipsa mone, quae nomen habes a carmine ductum* (i. e. a vaticinandi facultate). Varr. L. L. VI, 12. p. 77. M. (p. 195. Sp.) Aur. Vict. de O. G. R. c. 6. Serv. ad h. l. Erat autem antiqua Italiae dea, postea demum eadem habita cum Graeca illa Νικοστράτη, Romaeque habebat templum a matronis Romanis positum, a quibus etiam mense Ianuario Carmentalia sollemniter celebrabantur. Cf. Spangenb. l. l. p. 71. Klopfer. l. l. Vol. I. p. 466 sq. et Hartung. *Rel.*

Quam memorant, Nymphae priscum Carmentis honorem,
Vatis fatidicae, cecinit quae prima futuros
Aeneadas magnos et nobile Pallanteum.
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Rettulit, et gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycaei.

---

d. R. II. p. 198 sq. — *monita*, vaticinia, oracula. Vid. ad VII, 110. — *auctor*, quia Apollo, deus artis vaticinandi, vatibus divinum illum inflat spiritum, quo futura praenuntiant. Vid. VI, 46. et 77. — Verba *auctor Apollo* redeunt XII, 405., ubi de auctore artis medicae sermo est. — **338** sq. Recte Heyn. vulgarem interpunctionem mutavit, ex qua locus sic distinguitur: - - *nomine portam: Quam memorant Nymphae pr. C. honorem Vatis fat.* Patet enim, verbis *Carmentalem portam* per appositionem adiungi haec: *honorem Nymphae Carmentis, vatis fatidicae*, i. e. in honorem. — *Romani* autem pro vulg. *Romano* (quod exhibent Rom., Bern. II. III., alii) cum Wagn. edidimus, optimorum Codd. (Med., Pal., Gud. etc.) auctoritate moti. *Wagn.* haec adnotat: „Ad sensum perinde est, *Romani* an *Romano* legas. Sed apparet, *Romani* propterea scripsisse Vergilium, ne haec *Et Carmentalem - - portam* e verbo *monstrat* suspensa faciant legentes, sed proximo demum versu absolvi orationem sentiant,“ idemque vulgatum *Romano* e prima syllaba sequentis voc. ortum censet, ut *animi miseratus* VI, 332. et X, 686. Vid. ad I, 104. Ex omnibus editoribus Wagnero posterioribus unus Thiel. (et cum eo Bryce) praefert vulgatam lectionem, qua putat significari etymologiam nominis a vocabulo Romano *carmen* deducendi, coll. loco Ovid. Fast. I, 467. supra laud. Ceterum *porta Carmentalis* eadem, quae postea *scelerata* appellabatur. Cf. Ovid. Fast. II, 201 sqq. — *nomine*. Vid. supra ad VI, 441. — **340**. „Ingeniose haec a poeta intexta sunt ex instituto praecipitandi Aeneidis argumentum per vaticinia et fata. Sententiam hanc Maronis ornavit Ovid. Fast. I, 475. 515 sqq. Prop. IV, (V,) 1. etiam Tibull. II, 5, 19.“ *Heyn.* — *prima*, quia postea etiam Sibylla cecinit. Cf. Liv. I, 7. (a Coningt. laud.) *Carmenta, quam fatiloquam ante Sibyllae in Italiam adventum miratae eae gentes fuerant.* — **341**. *Pallanteum.* Vid. supra v. 54. — **342**. *quem R. acer Asylum Rettulit*, quem lucum Romulus nobis tradidit Asyli nomine a Graecis repetito. (Donatus, cui Conington adsentitur: „qui postea a Romulo Asyli nomen accepit.“ Servius: „Fecit ad imitationem Atheniensis asyli.“) Gossr. *rettulit* coll. V, 598. explicat per *restituit*, cum iam Aeneae tempore lucus fuerit asylum, eademque videtur Ladewigii esse sententia. De hoc *Asylo* Romano cf. Liv. I, 8, 5 sq. (secundum quem locus est saeptus inter duos lucos in valle Capitolini collis). Dion. Hal. II, 15. Dio Cass. XLVII, 19. Plut. Rom. 9. Tac. Hist. III, 71. Flor. I, 1. — *acer*, animosus, fortis; sollemne virorum fortium epitheton. Cf. infra v. 441. 614. X, 308. Hor. Od. IV, 4, 1. Liv. XXXVII, 7, 11. Flor. IV, 4. Ovid. Fast. III, 93. Met. III, 540. Drak. ad Sil. IX, 362. Bremi ad Nep. Alcib. 5. Kritz. ad Sall. Iug. 20, 2. alii. — **343**. *Lupercal*, antrum sub monte Palatino, Pani sacrum. Vid. Liv. I, 5. in. Dionys. I, 32. 79. et Ovid. Fast. II, 381 sqq. De etymologia nominis (a vocc. *lupus* et *arcere*) praeter Serv. ad h. l. cf. Schwenck. *Myth d. Röm.* p. 140. idemque in Mus. Rhen. VI. (1838.) p. 481. (et liber meus *Hellas u. Rom.* P. 1. Vol. 2. p. 94., ubi p. 142 sq. etiam de Lupercalibus agitur). — **344**. Serv. male haec adnotat: „Ordo est: Monstrat Lupercal Panos Lycaei dictum (i. e. dedicatum, consecratum) ex more Arcadico: nam Parrhasia in Arcadia est;“ immo ordo verborum hic est: Lupercal dictum (i. e. appellatum) de more Parrhasio Panos Lycaei, i. e. ex eo more, quo Arcades Panem Lycaei nomine appellant. Recte igitur *Heyn.*: „*dictum Panos Lycaei*, nomen gerens Panis Lycaei, quasi is a *Λύκος*, *lupus*, dictus sit, prava nonnullorum etymologia; cum verius ductum sit nomen a monte Arcadio Lycaeo;“ quam etymologiam etiam Ovid. Fast. II, 423 sq. sequitur. De hoc autem monte vid. ad Ecl.

Nec non et sacri monstrat nemus Argileti
Testaturque locum et letum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem et Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim silvestribus horrida dumis.
Iam tum religio pavidos terrebat agrestis

X, 15. Ceterum *Panos* omninm Codd. videtur lectio, Servii quoque auctoritate confirmata. Cf. Prisc. VI, 5, 25. p. 688. Phoc. p. 1704. extr. Schneid. Gr. Lat. II, 1. p. 284 sq. et Neue *Formenl.* II. p. 305. Vid. etiam ad Ecl. III, 12. Cnm antem Vergilius praeterea Graeca Geuitivorum 3. Declin. forma ubivis abstinucrit, Wagn. uon temere concludere videtur, Romanos sola Graeca hnius nominis terminatione usos esse [uimirum nc *Pan* cum *pane* confunderetur]; quamquam Schneider. l. l. hac de re dubitat. Cf. etiam aduott. ad Aeu. II, 226. — *de more Parrhasio*, i. e. Arcadico. *Parrhasia* enim nrbs antiquissima (Xeu. Hell. VII, 1, 28. Plin. IV, 6, 10. Steph. Byz. p. 533.) vel potius regio (Hom. Il. II, 608. Thuc. V, 33. Strab. VIII. p. 336. 338. al.) Arcadiae fuit. Cf. liber meus geogr. III. p. 1007. Quare etiam Ovid. Fast. I, 478. Evander *Deserit Arcadium Parrhasiumque larem.* Nou igitur opus est, ut cum Peerlk. *Parrhasio* iu *Arcadio* mutemus, qui etiam lectioni *more* temere praefert Codd. quoruudam deterioris uotae scripturam *monte*, in quam etiam Schrader. conieetura incidcrat, cum saue ap. Ovid. Fast. l. l. legamus *Arcadio dictos de monte Lupercos.* — 345. *nemus Argileti*, sub Capitolio. Cf. Serv. ad h. l. et Varro L. L. V, 157. p. 61. M. (p. 157. Speng.) et vid. ad v. sequ. Loco mansit hoc nomeu etiam posterioribus temporibus, ubi erat undecimae regionis iuter circum Max. et Aventinum, bibliopolarum, sutorum aliorumquo opificum tabernis frequentatus. Cf. Cic. Att. XII, 32. Mart. I, 118, 9. II, 17, 3. I, 4, 1. Becker. *Handb. d. R. Alterth.* I. p. 253 sqq. Cauina Forum Rom. p. 175 sqq. et liber meus *Hellas u. Rom.* P. I. Vol. I. p. 74. adn. 228. — 346. *Testaturque locum* Wagn. recte cum Servio interpretatur: „moustrat locum, qno tamquam ad testimonium vocati crimeu laesi iuris hospitalis a sua domo removeat.“ Peerlk. sine iusta causa totum versum, qui glossam sapiat, abesse malit. — *docet.* Cf. VI, 891. *Laurentesque docet populos.* — „*hospitis Argi;* adoptavit poeta veterem fabulam de Argo qnodam, hospitio ab Evandro excepto et eo iuscio ab Arcadibus caeso.“ *Heyn.* Cni Evander sepulcrum fecit et locum sacravit, propterea *Argiletum* vocatum. Quare etiam ap. Martialem ll. ll. *Argi letum* per tmesin scriptum videmus. Alii *Argileti* nomen ab *argilla* deducunt. Cf. Varro l. l. — 347. *Tarpeia sedes.* Capitoliuus enim mons ante Servii Tullii tempora, quibus hoc nomeu accepit, vocabatur *Tarpeius*, cx quorundam uarratioue a *Tarpeia*, Romana virgine, Sp. Tarpeii, arcis Romanae sub Romulo praefecti, filia, quae T. Tatio, Sabinorum regi, anro corrupta arcem prodidit. Cf. Varr. L. L. V, 41. p. 16. M. (p. 48. Sp.) Liv. I, 11, 6 sq. Flor. I, 1. Val. Max. IX, 6, 1. Ovid. Fast. I, 261 sq. ibique Gierig. et Bach. ad Ovid. Met. XIV, 776. Propterca etiam Iupiter Capitolinus poetis interdum vocatur *Tarpeius*, ut Ovid. Fast. VI, 34. et Inven. XII, 6. Cf. etiam Silius X, 433. et XII, 517. — 348. *aurea*, auro ornata (cf. Plut. Popl. 15. et Pliu. XXXIII, 3, 19., qui tectùm eius inauratum fuisse testatur) ut etiam ap. Ovid. Fast. VI, 73. *aurea Capitolia*, ap. Prop. V, (IV,) 1, 5. *aurea templa*, ap. Auson. Carm. I. *aurea Roma*, et alibi similia. Heyn. couferri iubet similes comparatioues temporum et conditioues locorum Romauorum, imprimis Capitolii, ap. Propert. IV, (V,) 1. et Tib. II, 3, 23 sq. Adde Manil. V, 499 sqq. Ovid. Fast. I, 197 sqq. VI, 73. A. A. III, 113 sqq. Plin. XXXIII, 3, 18. Lucan. I, 160 sqq. Silium I, 609 sqq. alios. Huc etiam spectat uotissimus ille Suctouii locus Octav. 28., quo Augustus iure gloriatus esse dicitur, *marmoream se relinquere Romam, quam latericiam accepisset.* — 349 sq. De rupe Tarpeia uoxios deiectos esse satis notum. Cf. Diou. Hal. VII, 35. IX, 39. XI, 6. Plnt. Rom. 18. Coriol. 18. Liv. Epit. LIX. Tac. Ann. IV, 29. Hor. Sat. I, 6. al. et Rein. in Pauly *Realencycl.* VI, 1. p. 1605. — *religio dira loci*, sanctitas loci horrorem

Dira loci, iam tum silvam saxumque tremebant.
„Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem,
Quis deus incertum est, habitat deus; Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iovem, cum saepe nigrantem
Aegida concuteret dextra nimbosque cieret.
Haec duo praeterea disiectis oppida muris,

---

incutiens. — *pavidos terrebat agrestes.* Sic etiam Lucan. I, 153. *populosque paventes terruit.* — **350**. De constructione vv. *silvam saxumque tremebant* vid. ad III, 648. — **352**. *Quis deus* etc. Nomen dei afferre non possum; sed deus aliquis certe est. Cf. omnino adnott. ad Ecl. I, 19. Citat autem hunc locum Senec. Ep. 41. *In unoquoque bonorum virorum „Quis deus, incertum est, habitat deus.“* Similis est Ovidii locus Met. III, 611. (a Wold. Ribbeckio comparatus) *quod numen in isto Corpore sit dubito, sed corpore numen in isto est.* — *ipsum*, ἐναργῆ, *den Iupiter leibhaftig.* Sic recte Wagn. Qu. Verg. XVIII, 3, b. Aurea enim aetate dii inter homines nondum corruptos libenter versabantur et ab his ipsi conspiciebantur. Cf. Catull. LXIV, 385. Prop. IV, 12, (III, 13,) 38. Voss. ad Verg. Ecl. IV, 15. Omnino autem sibi placebant veteres in illa opinione, antiquissimis temporibus homines, utpote innocentes et probos posteriorumque saeculorum labe nondum infectos, diis multo propiores fuisse, quam postea. Cf. Plat. Phileb. p. 16. B. Cic. Tusc. I, 12, 26. de Legg. II, 11, 27. (ubi vid. Intpp. p. 237 sq. Or.) — *cum saepe* cett. Hoc *saepe* non cum solo verbo *concuteret* coniungendum esse (*wie er die Aegis öfters schüttelte*), sed ad totam sententiam pertinere (*wie er oft die Aegis schüttelte*), in promptu est. Quare Wagn. ad X, 723. traiectionem adeo Particulae statuit pro: *Credunt se saepe vidisse Iovem, cum* cett.; quod mihi non necessarium videtur. Eadem ratio est loci Aen. I, 148., Lucr. III, 925. (s. 912. Lachm.) *Hoc etiam faciunt, ubi discubuere tenentque Pocula saepe homines* et similium. — **354**. „*Aegis* h. l. clipeus sine controversia, cum alibi ambiguum sit, de thorace an clipeo Iovis et Palladis accipienda sit. Sic infra v. 435. Ceterum haec Iovis aegida incutientis species manifeste ex Hom. Il. IV, 164 sqq. et XVII, 593 sqq. adumbrata.“ Haec fere *Heyn.*, qui etiam, Servium secutus, Comma vulgo post *dextra* positum post *concuteret* collocavit, cum nemo scutum dextra vibret, Iupiter autem sinistra aegidem teneat, et dextra fulmina iaculetur. Sed cum Iupiter hic aegide non utatur ad corpus protegendum seque ab hostibus defendendum (ut v. c. in pugna cum Titanibus commissa), sed ad terrorem incutiendum, eaque ipsa *nimbos* s. nubes fulmineas *cieat* (νεφεληγερέτα Ζεύς: cf. etiam Silius XII, 719. *adspice, quantus Aegida commoveat nimbos flammasque vomentem*), quare etiam *nigrans* dicitur (cf. Drakenb. ad Silium XII, 517.), prorsus perinde est, utra manu eam teneat; immo aptior adeo est dextrae commemoratio, in qua maior vis insit; quare, quamquam nunc Comma prorsus omisi, tamen *dextra* cum antecedentibus etiam propterea coniungendum censeo, quod Vergilius Copulam *que* non alteri demum enuntiationis verbo adiungere solet. Vid. ad Geo. IV, 22. Wakef. cum h. l. conferri iubet Hom. Il. VIII, 387. Ovid. Met. II, 754. Claud. IV. Cons. Hon. 164. et sua ad Eurip. Ion. 1015. — *nigrantem* Wagn. recte explicat „nigris nubibus, quae motu aegidis efficiuntur, involutam.“ Ceterum *nigrans*, quod alibi (ut Aen. IV, 120. V, 97. IX, 87.) prima syllaba produci solet, corripitur etiam ap. Stat. Silv. V, 2, 54., ubi vid. Markl. Cf. etiam Burm. ad Ovid. Her. II, 72. — *nimbosque cieret*, ut Ζεὺς νεφεληγερέτα. De verbo *ciere* vid. ad III, 344. et VI, 468. — **355**. „Habet nescio quid religionis veneranda haec antiquitas ruinae duorum antiquissimorum oppidorum, quam hospiti suo monstrat Evander. Fuit enim fama vetus de Ianiculo et arce Saturnia, duobus antiquissimis oppidis in montibus Ianiculo et Capitolino, olim Saturnio dicto. Vid. Varr. L. L. IV, 7. [V, 42. p. 16. M. p. 48. Sp.]“ *Heyn.* Addo Macrob. Sat. I, 7, 23. p. 53. Ian., qui allato loci nostri v. 358. docet, Ianum et Saturnum „una concordesque regnasse vicinaque oppida communi opera condidisse.“

Reliquias veterumque vides monumenta virorum.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem;
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen."
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Euandri passimque armenta videbant
Romanoque foro et lautis mugire Carinis.
Ut ventum ad sedes: „Haec, inquit, limina victor
Alcides subiit, haec illum regia cepit.

— *disiectis.* Vid. supra v. 191. et Gronov. ad Sen. Phoen. 343. — **356**. Ribbeck. etiam hic scripsit *monimenta.* Vid. Addenda ad Aen. III, 102. — **357**. *Hanc - - hanc.* Vid. ad Ecl. IV, 56. et infra ad X, 9. Pro *arcem*, quae est meliorum Codd. fere omnium lectio, Hanpt. et (prius certe) Ladew. ediderunt *urbem*, quod legitnr in Pal. Sed recto Ladew. post rediit ad lectionem *arcem*, qnam etiam defendunt Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 350. et Hoffmann. in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 883. Quae enim modo *oppida* dicebantur, parum apte nunc appellarentur *urbes*, loca antem muris cincta (v. 355.) commode arces dici poterant. — De *Iano* vid. ad VII, 180. — *Pater* etiam Horatio Sat. II, 6, 20. et Epist. I, 16, 59. dicitnr, qnos locos Conington affert. Cf. omnino adnott. ad Geo. II, 4. — **358**. *huic, illi.* Exspectaveris inverso ordine scriptnm *illi, huic;* sed Ianiculum, propterea etiam prins commemoratum, narrantis animo tamqnam propior, arx Saturnia tamqnam remotior res obversatnr. Cf. de hac re satis nota praeter Viros doctos iam ab Iahnio ad Hor. Sat. II, 2, 29. laudatos Cort. ad Cic. Fam. VII, 2, 5. Gernhard. ad Cic. Cat. mai. 19, 68. Rupert. ad Liv. III, 72, 3. Iahn. ad Ovid. Trist. I, 2, 24. Kuehner. ad Cic. Tusc. I, 49, 117. Beneck. ad Iustin. II, 1, 20. et XXII, 3, 3. Madvig. Gramm. §. 485. a. alii. — *fuerat.* Vid. ad VII, 532. — Ceterum *Saturnia arx* in Capitolino quaerenda, qui ipse olim *Saturnius* dicebatur. (Cf. Varro l. l. Iustin. XLIII, 1. Festus p. 322, 25. Muell.) Urbs Saturnia antiquitus hic sita commemoratur a Varrone l. l. Plinio III, 5, 9. §. 68. et Minucio Fel. 22. — **360**. *Pauperis Euandri.* Cf. Silius VI, 631. *Tunc Arcadius (sic fama) locabat Inter desertos fundata palatia dumos Paupere sub populo ductor* et supra adnott. ad VIII, 105. — Cum verbis sqq. *passimque armenta videbant* cf. simillimus locus III, 220. — *videbant mugire.* Vid. ad Ecl. IX, 58. et Aen. IV, 490. — **361**. Ubi nunc forum Romanum et splendidae (*lautae*) illae magnificisque domibus ornatae Carinae sunt, tnnc boves mugiebant. Non igitur erat, cur Grammatici vel librarii *lautis* in *latis* (quod apparet in Med. et Parrhas. a m. sec.) vel *laetis* (quod Schol. Crucq. Hor. Ep. 1, 7, 48. exhibet) mutarent, et Servius multa de hoc loco ineptiret, cuius errorem Ondend. ad Apul. Met. III. p. 223. attigit. Carinarnm nomen hic vicus quartae regionis inter Caelinm, Esqnilinum et Viminalem situs accepit, aut quia aedificia eius circa aedem Telluris in carinarnm modum exstrncta, aut qnia totus locus carinae instar depressus erat. Cf. etiam Varr. L. L. V, 47. p. 18. M. (p. 53. Sp.) Cic. har. resp. 23, 49. ad Q. Fr. II, 3. extr. Liv. XXVI, 10, 1. Hor. Ep. I, 7, 48. Suet. Tib. 15. et Beckeri *Handb. d. röm. Alterth.* I. p. 522 sqq. — **362**. *ad sedes*, i. e. ad Euandri domnm in Palatino monte, in quo Pallanteum conditnm. Vid. v. 54. Weidn. ad II, 437. coll. Spittae Quaest. Verg. p. 27. Plnralem hnins vocis hic, nt II, 232. 465. 760. al., amplum et spatiosum palatium significare censet. Cf. quae ad VII, 217. de Plur. *regna* adnotavimus. Ceterum verba *Ut ventum ad sedes* iterantur in Anth. Lat. I, 172, 36. — **363**. *Alcides subiit.* Vid. adnott. ad Geo. II, 211. „Pulchre *subiit*, demisso capite, quia hnmilis domus: quare mox loqnitnr: *angusti subter fastigia tecti Ingentem Aeneam duxit.* Cf. Ovid. Met. V, 283. *subiere minores Saepe casas Superi;* id. Fast. IV, 531. *Ceres - - parvos subitura penates.*" *Peerlk.* (Sed in hoc Fast. loco rectins legitnr *initura.* Cf. potius Fast. IV, 516. *Tecta suae subeat quantulacumque casae* et V, 505. *Tecta senis subeunt*

Aude, hospes, contemnere opes et te quoque dignum
Finge deo rebusque veni non asper egenis."
Dixit et angusti subter fastigia tecti
Ingentem Aenean duxit stratisque locavit
Effultum foliis et pelle Libystidis ursae.
Nox ruit et fuscis tellurem amplectitur alis.

---

nigro deformia fumo, quos locos Conington comparat.) — „*cepit*, bene delectum verbum, i. e. tantus cum esset, tamen non est dedignatus hanc parvulam domum subire.“ *Wagn.* Cf. Cic. in Pis. 11. *non capient angustiae pectoris tuae tantam personam*, Curt. VII, 8. *orbis terrarum te non caperet* et similes loci, quos infra ad IX, 644. collectos videbis, ubi legimus *Nec te Troia capit.* — **364.** „*aude contemnere*, generoso sis animo ad contemnendas opes: tamquam de re ardua et difficili, ut virtute opus sit ad expellendam mirationem divitiarum.“ *Heyn.* *Aude* i. q. sustine, abs te impetra. Cf. Hor. Ep. I, 2, 40. *sapere aude* (ibique Schmid. et Obbar.), ibid. II, 2, 111. Ovid. Met. II, 718. al. et Duker. ad Flor. I, 17. Ita etiam Graeci τολμᾶν: cf. Plat. Menex. c. 17. s. p. 245. C. ibique Stallb. p. 59. Pind. Pyth. IV, 276. (cum Dissenii adnot.) Aesch. Prom. 999. (1007.) et idem Stallb. ad Plat. Symp. p. 36. — „*et te quoque dignum finge deo:* compone te mentemque informa ad similitudinem numinis; h. e. fac, redde te similem Herculis in contemptu inanis fastus.“ *Heyn.* Cf. Aen. II, 80. VI, 80. ibique adnott. Silius VI, 536. *dignum te sanguine tanto fingere ne cessa* et Burm. ad Petron. c. 117. — **365.** *non asper*, non alienus, infestus, offensus. Ladew. comparat Hor. A. P. 163. *monitoribus asper* et Sil. Ital. XII, 348. *asper paci.* — *rebus egenis* non pendet a *veni*, sed ab *asper*, et sensus est: Noli spernere exilem domum Evandri. Alludit ad hunc locum Iuven. XI, 60. *Nam cum sis conviva mihi promissus, habebis Evandrum, venies Tyrinthius, aut minor illo, Hospes, et ipse tamen contingens sanguine caelum.* — **366** sqq. Non erat, cur Schirach. p. 395. haec scriberet: „Ceterum mihi illa oppositio *angustum tectum* et *ingens Aeneas* non placet; quaesita nimis videtur et de *ingenti* Aenea hucusque nihil audivimus, sed de *pio*. Forsitan retractaturus opus suum etiam hunc locum emendasset poeta.“ Similis est locus Sidonii Apoll. III, 2. *Parva tuguria magnus hospes implesti.* — *fastigia tecti*, ut II, 302. — *ingentem Aenean*, ut VI, 413., ubi vid. adnott. — *stratis locavit* cett. Vid. supra v. 177. — **368.** *Effultum.* Vid. supra VII, 94. Appulei. Met. II. p. 123. *Effultus in cubitum.* Stat. Silv. III, 1, 5. *effulta metallis culmina* et Ecl. VI, 53. *latus niveum molli fultus hyacintho.* — *foliis.* Schrader. praeter necessitatem coni. *spoliis*, quamquam hoc etiam in Goth. III. legitur. Cogita lectum foliis stratum, quibus ursae pellis superiniecta est. — *pelle Libystidis ursae.* Vid. ad V, 37. et cf. supra v. 177. Ceterum Heyn. cum h. l. conferri iubet Odyss. XIV, 48. et Orph. Arg. 1009. — Heyn. demum a v. 370. novam ῥῆσιν incipit; nos vulgarem rationem secuti sumus, etiam a Wagn. iure defensam: „cum ea ipsa, quae iam narrentur, sub noctem geri, ex v. 407. intelligatur, noctis autem commemorationem vel maxime ad hanc carminis partem spectare, *thalami* mentio v. 372. facta manifesto indicet,“ sententia igitur haec sit: „Oborta iam nocte ceteri quieti se dant: at Venus, curis exterrita, coniugem adloquitur.“ Simillimus omnino hic locus est ei, quem IV, 522 sqq. legimus. Non iniuria autem Heyn. omnem hunc locum cum Homericis locis, quos imitatur, Il. XVIII, 369 sqq. (imprimis 428 sqq.) et XIV, 294 sqq. comparatum frigere, ieiuna copia laborare et artis magis quam ingenii laudem habere censet, imprimis quod et causa, qua ibi Vulcanum Thetis adeat, multo simplicior magisque idonea, et consilium, quo Iuno Iovem circumveniat, multo gravius sit. Vergilium imitatus est Statius Theb. III, 262 sqq. Quos scrupulos hic locus iniecerit Catonibus quibusdam, discimus ex Macrob. I, 24. p. 210. Ian. (p. 324. Bip.) et Donato. (Cf. Ribbeck. Proleg. p. 181.) — **369.** *Nox ruit*, ut VI, 539. Cum descriptione Noctis Conington conferri iubet Eur. Or. 177. et Aristoph. Av. 695. — *fuscis alis.* Sic Tib.

At Venus haud animo nequiquam exterrita mater
Laurentumque minis et duro mota tumultu
Volcanum adloquitur thalamoque haec coniugis aureo
Incipit et dictis divinum adspirat amorem:
„Dum bello Argolici vastabant Pergama reges
Debita casurasque inimicis ignibus arces,
Non ullum auxilium miseris, non arma rogavi
Artis opisque tuae; nec te, carissime coniunx,
Incassumve tuos volui exercere labores,
Quamvis et Priami deberem plurima natis
Et durum Aeneae flevissem saepe laborem.
Nunc Iovis imperiis Rutulorum constitit oris:

II, 1, 89. *Postque venit tacitus fuscis circumdatus alis Somnus.* De Nocte alata vid. adnott. ad II, 360. et VI, 866. et de Furiarum *fuscis alis* supra ad VII, 408. — **370**. *haud nequiquam.* Vid. Hand. Turs. IV. p. 171. — *mater* singulari cum vi ultimum versus locnm occupat, ut iufra v. 464. *heros.* — **371**. *duro tumultu*, pleno pericnli. Cf. I, 563. Schrader. sine iusta causa coniicit *diro*, cui Conington opponit locos VII, 806. et X, 146. atque hoc usitatum belli epitheton apte cum Veneris natura confligere memorat. — **372**. *aureo.* Vid. quae ad I, 698. disputavimns. — **373**. *Incipit.* Vid. ad II, 348. Cum Pron. *haec* etiam XI, 705. couiungitur. — Cum seqnentibns Veneris verbis Conington conferri iubet Hom. Il. XIV, 159 sqq. et XVIII, 369 sqq. — „*dictis divinum adspirat amorem:* addit *τὴν χάριν, τὸ θελκτήριον*, ut delinireut verba [plena amoris] Vulcannm. Cf. Lucr. I, 40. *tu suaves ex ore loquelas funde.*“ *Heyn.* Quod attinet ad coustructionem, cf. V, 607. *ventos adspirat eunti* (et IX, 525. *adspirate canenti*). Ladew. comparat Theocr. XVII, 51. *μαλακοὺς ἔρωτας προσπνείει* et Tibull. II, 4, 57. *indomitis gregibus Venus adflat amores.* — *divinum*, qualem dea adspirare potest. — **374**. *vastabant.* Schrader. *quassabant* et Peerlk. *quatiebant* temere coniecerunt. — **375**. *debita* Serv. recte interpretatur: fataliter ad exitium destinata; ex *vastabant* enim ad *debita* snpplendum esse *vastari*, vere docet Wagn., qui comparat Geo. I, 223. *debita sulcis committas semina*, i. e. committi debita, et infra IX, 107. *tempora Parcae Debita complerant*, i. e. compleri debita. Explicantur igitur haec verba *Pergama debita* sequentibus *casurasque inim. ign. arces.* Peerlk. paulo aliter explicat: quae bello debebantur, coll. Val. Fl. II, 571. *deberi Pergama telis Herculeis* et Livio XXIV, 25. *debitos destinatosque morti.* Ceternm cf. adnott. ad III, 184., ubi adde Burm. ad Val. Fl. II, 21. et 181. Latere antem in hoc cansam, cur Venus Vulcanum precibus tum non fatigaverit, Heyn. iam adnotavit. — **377**. „*arma Artis opisque tuae*, pnta et pulchra et egregia; *opis tuae*, qualia tu facere potes; supra I, 601. *grates persolvere dignas Non opis est nostrae;* nou possumus, non sumus ii, qui cett.“ *Wagn.* Verbis *Artis opisque tuae* incipit carmen de alea in Anth. Lat. III, 81, 1. — **378**. *Incassum.* Vid. ad Geo. I, 387. et III, 100. — *exercere labores*, exagitare, fatigare. Vid. ad I, 431. — **379**. *natis*, pro uno Priami filio, Paride. Sic haud raro apnd poetas Pluralis pro Singulari. Vid. ad Ecl. I, 51. (III, 7.) VI, 42. al. Conington tamen nou de uno Paride cum Servio vult cogitari, sed simpliciter Homeri *Πριάμοιο παῖδες* Verg. reddere voluisse putat. — **380**. *durum laborem*, aerumnas, miseriam. Sic Lucr. III, 461. coniungit *immanes morbos durumque laborem.* Quod attinet ad repetitum voc. *labores - - laborem*, vid. adnott. ad I, 427 sqq. et al. Quare non opus est auctoris Cod. Minoraug. coniectura *dolorem* pro *laborem* scribentis. — **381**. *Iovis imperiis.* Cf. Aen. I, 254 sqq. Cod. Minoraug. aliique exhibent *imperio*, ut V, 726. *Imperio Iovis huc venio*, quod etiam Servius hic legit. — „*Rutulorum oris*: variat orationem, pro Latinis, a populo finitimo.“ *Heyn.* Cf. autem VI,

Ergo eadem supplex venio et sanctum mihi numen
Arma rogo, genetrix nato. Te filia Nerei,
Te potuit lacrimis Tithonia flectere coniunx.
Aspice, qui coeant populi, quae moenia clausis
Ferrum acuant portis in me excidiumque meorum."
Dixerat et niveis hinc atque hinc diva lacertis
Cunctantem amplexu molli fovet. Ille repente
Accepit solitam flammam notusque medullas
Intravit calor et labefacta per ossa cucurrit:
Non secus atque olim, tonitru cum rupta corusco

---

807. — **382**. Cf. Iliad. XVIII, 457. — *eadem*, quae antea silui nihilque pro Aenea meo rogavi, nunc *supplex venio*. Cf. Burm. ad Val. Fl. II, 104. et III, 640. Conington Cic. Off. I, 24, 84. et Madvig. §. 488. conferri iubet. — *supplex venio*, ut XI, 365. — *rogo numen (tuum) mihi sanctum arma*, h. e. rogo te, qui mihi es sanctum, venerandum numen; quae Venerem, ut marito blandiatur, adiungere, quisque videt. Ceterum cf. adnott. ad Aen. I, 8. Ribbeck. ex Gud. et Leid. recepit *nomen* et verbis *sanctum mihi nomen* parenthes. signis inclusis hanc adscripsit adnot.: „Sanctum sibi id nomen dicere videtur, quod genetrix nato arma roget." Sed recte adversatur Conington, cui tum dura videtur omissio Pron. *tuum*, quique putat poetam respexisse Hom. Il. XVIII, 394. *ἦ ῥά νύ μοι δεινή τε καὶ αἰδοίη θεὸς ἔνδον*. Languida etiam est Schraderi coniectura *sanctum tibi nomen*. Ceterum cf. etiam I, 666. *supplex tua numina posco*. — **383** sqq. Ut *Thetis* (*Nerei filia*: vid. ad V, 825.) Achilli, sic Aurora (*Tithoni coniunx*: vid. ad Geo. I, 446.) Memnoni (de quo vid. ad I, 489.) arma a Vulcano petierat apud poetas Cyclicos; qua de re Heyn. conferri iubet Quincti Paralip. II, 454. Vid. eiusd. Exc. XIX. ad l. I. Aen. Conington suspicatur, Vergilium hic memorem fuisse Hom. Il. XIV, 315 sqq. et XVIII, 428. et cum *Tithonia coniuge* conferri iubet *Aeneiam nutricem* VII, 1. — **385**. *Aspice, qui coeant populi*. Vid. adnott. ad Ecl. IV, 52. — *moenia* (urbes: vid. ad II, 234.) *Ferrum acuunt*. Serv. comparat VII, 629. *urbes Tela novant*. — **386**. Verba *in me excidiumque meorum* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 87. *excidio* in *exitium* mutato. — **387**. *niveis lacertis* (λευκώλενος) *Cunctantem amplexu fovet*, ἀγκὰς ἔμαρπτε, Hom. Il. XIV, 346. Cf. etiam Sil. IX, 43. *nati fovet amplexibus artus*, id. VIII, 128. *complexa sinu vestigia fovit* cett. et adnott. I, 692. Verba autem *amplexu fovet* in unam notionem amplectendi coëunt, quare commode alter Ablativus *lacertis* adiungi potuit. Cf. Cort. ad Lucan. III, 410. et Matth. ad Cic. pr. Mur. 40, 87. a Thielio laud. Conington comparat Geo. III, 439. *linguis micat ore trisulcis*. Ceterum verba *amplexu* (in *complexu* mut.) *molli fovet* usque ad *flammam* repetit Auson. in cent. nupt. 85 sq., et *Luctantem ampl. molli fovet* hinc petiit auctor Hippodamiae in Anth. Lat. I, 170, 90. — Cum v. **388—392**. cf. Hom. l. l. v. 294—296. — **389**. Substantivo et epitheto ita iuxta se positis, ut utriusque pariter cadentis ultima syllaba sub ictum veniat (*solitam flammam*), Wagn. Qu. Verg. XXXIII, 8. vehementiam affectus indicari docet. Cf. etiam adnott. ad I, 569. II, 251. IV, 345. VI. 179. cett. — **390**. „*labefacta per ossa*, in quibus medulla liquefacta [calore], soluta est. Lucretiana dictio. Proprie *mens* amore perculsa, victa, *labefieri* dicitur: supra IV, 395. Iam cum labefacta solvantur, ruant, cadant (cf. Lucr. III, 599 sqq. I, 529 sqq.), synonymum habitum pro solutus, diffluens; itaque etiam, igni quae dissolvuntur et liquescunt, labefactari dicuntur Lucretio IV, 701. I, 493." *Heyn. Labefacta* autem est optimorum Codd. scriptura, etiam a Wakef. ad Lucr. IV, 1107. iure defensa. Alii Codd. (inter quos Rom.) *calefacta*. Ceterum cf. Geo. III, 271 sq. — *per ossa cucurrit*. Cf. Geo. III, 272. *calor redit ossibus*. — **391**. *Non secus*, quemadmodum Geo. I, 201. IV, 176. Aen. IV, 669. et X, 410. Med. tamen (quem

Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Sensit laeta dolis et formae conscia coniunx.
Tum pater aeterno fatur devinctus amore:
„Quid causas petis ex alto? fiducia cessit
Quo tibi, diva, mei? Similis si cura fuisset,
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset;
Nec pater omnipotens Troiam nec fata vetabant

---

prius secutus erat Ladew., post recte reversus ad lectionem *Non secus*) *Haud secus*, ut etiam Aen. XII, 723. aliquot Codd. praebent *Haud aliter*, ubi tamen optimi et plurimi libri consentiunt in lectione *Non aliter*. De discrimine utriusque Particulae (*non secus* simpliciter *nicht anders*, *haud secus*, *um gar nichts anders*, i. e. *gerade so*) cf. Iahn. ad h. l. et Beier. ad Cic. Lael. Exc. II. §. 12. p. 208. — *olim - - cum*. Vid. ad Geo. II, 403. et Aen. V, 125. Cum sequente fulminis descriptione cf. Lucr. VI, 96 sqq. imprimis v. 282 sqq. — *tonitru*, pro: cum tonitru. Vid. ad II, 323. — **392.** *ignea rima rupta* (quae apparet ruptis nubibus, ipsas scil. rumpens: vid. ad Geo. I, 446. et Aen. III, 199.) *percurrit nimbos*, fulgur igneo sulco densas et atras nubes pererrat, *lumine corusco micans*. Vid. Aen. I, 90. *micat ignibus aether* et adnott. ad II, 694. Quod attinet ad *rupta* Ladew. comparat Petron. in B. Civ. [v. 122. c. 122.] *Vixdum finierat, cum fulgure rupta corusco Intremuit nubes elisosque abscidit ignes.* De duplici autem Participio uni Substantivo sine Copula addito cf. adnott. ad Geo. I, 319. Aen. III, 70. V, 764. infra ad v. 559. al. Ceterum verbis *Ignea rima micans* turpiter abusus est Auson. in cent. nupt. 111. — **393.** *Sensit* omisso Accusativo Obiecti, qui ex antecedentibus supplendus est, ut saepe. Cf. III, 669. Ovid. Met. XIII, 916. Fast. III, 611. IV, 17. 143. etc. Sic etiam *praesentire* ap. Tibull. II, 5, 13. Ceterum cf. etiam adnott. ad Aen. II, 377. — „*laeta dolis*, laeta successu doli et fraudis suae, δολοφρονέουσα, Iliad. XIV, 300. 329. Sic IV, 128. *risitque dolis Cytherea repertis.* Sic et *formae conscia*, sentiens illa, quam vim venustas sua ad mariti animum nunc habeat.“ *Heyn.* — **394.** *aeterno* (i. e. antiquo, pristino) *devinctus amore*, ad Lucretii exemplum, qui I, 35. ex omnium Codd. auctoritate scripsit *aeterno devictus volnere amoris* (vid. ibi a me adnott.); unde tamen non sequitur, etiam h. l. cum pluribus Codd. (inter quos Gud. a m. pr. Pal. a m. sec. Bern. III. et quinque Pariss.) legendum esse *devictus*, cum Lucretiani loci ob *vulneris* voc. adiectum paulo alia sit ratio. Burm. confert Ter. Andr. III, 3, 29. *coniugio liberali devinctus* et eiusd. Hec. I, 1, 92. *animus uxoris misericordia devinctus.* — **395.** „Quid tam longe repetis argumenta, quibus me moveas? [cum id, quod petis, sola gratia obtinere debeas]. Aiunt Attium in Amorum indicio [fr. 14.] ante oculos fuisse: *Cur cetera tam ex alto appetissis dissidia, Agamemno?*“ *Heyn.* Cf. etiam Cic. ad Div. III, 5. *ex alto repetere* et Geo. IV, 285. — Verba *Quid causas petis* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 87. et 269. — *fiducia cessit Quo tibi?* Cf. II, 595. IX, 126. X, 276. — **396.** „*Similis si cura fuisset*, si tale quid curasses, voluisses; si tibi cordi fuisset, etiam tum fieri potuisset, ut Teucris, h. e. Aeneae vel Paridi, arma pararem.“ *Heyn.* Heins., homoeoteleuto temere offensus, vel v. 397. prorsus deleri, vel v. 396. pro *fuisset* potius *subisset* scribi maluit. Sed poeta, Iahnio iudice ad Aen. I, 552., repetito voc. *fuisset* concinnitatem membrorum captavit eique praecipuam vim inesse voluit. Cf. etiam VII, 653 sq. *esset - - esset.* Omnino eiusmodi iteratio eiusdem vocabuli in enuntiatis conditionalibus haud rara. Vid. Aen. IV, 312 sq. II, 80. X, 629. Ecl. III, 23. IV, 1. et 3. 58. V, 8 sq. VI, 9. et 11. 19. et 23. Geo. IV, 489. et cf. quae de eodem usu in sententiis conclusivis adnotavimus ad VI, 901. et huius libri v. 271 sq. Iure igitur Heyn., Iahn. ad Aen. IV, 256. p. 477. ed. II. et Peerlk. hunc versum tuentur. Cf. etiam similis locus Aen. II, 291. — **398** sq. Fata immutari quidem non possunt, sed ea differre non est prohibitum. In fatis quidem erat, ut Troia deleretur, non vero ut statim, ideoque Iupiter, a

Stare decemque alios Priamum superesse per annos.
Et nunc, si bellare paras atque haec tibi mens est,
Quidquid in arte mea possum promittere curae,
Quod fieri ferro liquidove potest electro,
Quantum ignes animaeque valent; absiste precando
Viribus indubitare tuis." Ea verba locutus
Optatos dedit amplexus placidumque petivit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.
Inde ubi prima quies medio iam noctis abactae

---

quo pendebat, quo tempore ea evenirent, non obstitit, quominus ea per decem annos Graecis resisteret. Cf. Dietsch. Theol. Verg. p. 33. cum iis, quae ad similem locum Aen. VII, 315. adnotavimus, et infra X, 622 sqq. — **400** Hinc sumpsit auctor Medeae in Anth. Lat. I, 178, 357. verba *nunc si bella paras* et v. 359. sequentia *Quidquid in arte mea possum.* — *mens*, consilium, voluntas, ut X, 182. XII, 554. al. — **401** sqq. „*Quidquid curae*, operae, per artem meam possum promittere — *quantum ignes animaeque valent*, scil. promitto. Hoc latet in verbis: *absiste precando viribus indubitare tuis*, pro simplici *absiste precari*." *Heyn.* Simile ἀνακόλουθον invenitur Geo. III, 464. — **402**. *potest electro.* Sic Med. aliique boni libri. Male septem Codd. et editt. quaedam Vergilio obtrudunt archaismum *potestur* (de quo vid. adnot. meam ad Lucr. III, 1023.), cum *electrum* (ἤλεκτρον) primam iure producat syllabam, quare etiam in Ciri v. 433. vulg. lectionem *et lacrimoso movit electro* dudum emendarunt editores. Cf. autem de hoc metallo adnott. ad Geo. III, 522. — **403**. „*ignes animaeque*, ventus flatu suo flammam alens augensque. Servius: spiritus, quo fabriles inflari folles solent. Spiramentum explicat Macrob. Somn. Scip. I, 14 [14. p. 82. Ian.]." *Heyn.* De voc. *animae* pro aëre et vento posito vid. ad Ecl. VI, 32. et Lucr. I, 716. a me adnott. — Verba *Quidquid possum promittere curae* proprie sequi debebat: id promitto, absiste igitur precari; pro eo vero per ἀνακόλουθον pergit Vulcanus: *absiste precando indubitare* etc., i. e. desine me rogando ostendere, te diffidere tuae apud me auctoritati; noli dubitare, quin haec omnia libens, tua gratia facturus sim; omitte igitur preces, nam non videris intelligere, quantum apud me valeas. Ceterum cf. VI, 399. *absiste moveri* ibique adnott. *Indubitare*, quo verbo ante Vergilium neminem usum fuisse Serv. docet, legitur etiam ap. Stat. Silv. III, 5, 110. (*tuis moribus indubito*). Ceterum totus v. 403. iteratur in Anth. Lat. I, 178, 360. — **405**. *dedit amplexus.* Cf. I, 687. ibique adnott. — **406**. „*Fundi* dicuntur, qui procubuere, iacent, recubant; ita nunc et *infusus*, ut incubans, procubans, recubans." *Heyn.* Immo *gremio infusus* i. q. in gremium fusus; *fundi* autem non est iacere, recubare, sed procumbere, se abiicere. Neque aliter hunc locum intellexit Ambros. (a Peerlk. laud.), qui Hexaem. V, 7. sic scripsit: *quae se in gremium viri infundit.* — „*petivit soporem per membra*, qui per membra diditur. Sic etiam supra v. 30. *seram dedit per membra quietem.* Honestas orationis notabilis et multis iam notata. (Vid. Gell. IX, 10.) Cf. etiam castissimi et elegantissimi Homeri versus Il. XIV, 346 sqq." *Heyn.* Burm. male coni. *placidusque* (i. e. placatus) *petivit Coniugis infusum g. p. m. soporem*, coll. Obss. Miscell. Vol. I. p. 98.; neque magis probanda Peerlkampii coniectura: *placidumque petivit Coniugis in gremio fusum per membra soporem*, cui et *coniugis gremio infusus* et *soporem per membra petere* ambigue et parum honeste, hoc autem ne latine quidem dictum videtur. Sane non reticendum, Pal. et Rom. a pr. m. exhibere *infusum*, cui scripturae etiam Probum et Carminium „propter sensum κακέμφατον" patrocinari refert Servius, ut hic sit sensus: „Dormiit cum coniuge dormiente, i. e. petiit soporem infusum etiam coniugis gremio." (Cf. de hoc Probi scrupulo Ribbeck. Proleg. p. 140.) — **407** sqq. Intpp. conferunt Hom. Il.

Curriculo expulerat somnum, cum femina primum,
Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva
Inpositum, cinerem et sopitos suscitat ignis
Noctem addens operi famulasque ad lumina longo
Exercet penso, castum ut servare cubile
Coniugis et possit parvos educere natos:

XII, 433 sqq. et Apollon. III, 291 sqq. et IV, 1062 sqq. Sententia haec est: Vulcanus ad opus surgit nocte nondum exacta, quo tempore lanifica mulier ad lucubrandum surgit, ut proli egenae diligentia sua prospiciat. Vis suavissimae comparationis, quam Peerlk. recte defendit contra Heynium, cui per se quidem pulchra, hic tamen non opportune intexta videbatur, imprimis sita est in cogitatione illa: ne tempus somno perdatur. Eodem Peerlk. teste hunc locum bis imitatus est Ambrosius Hexaem. V, 24. et de Viduis 5. Alios locos parallelos collegit Heinsius ad Val. Fl. IV, 233. — *Inde ubi prima quies* etc. Cf. III, 69. *Inde ubi prima fides*. Heyn. adnotat, ut alibi cibi satietas expellat famem, ita hic usu quietis expelli somnolentiam. *Ubi prima quies* autem pro: ubi primum quies. Vid. ad Geo. III, 130. Aen. I, 442. 613. VI, 811. al. — *noctis abactae* scil. „ab ascensu et conversae ad descensum," ut Wagn. explicat. Describitur enim tempus inter mediam noctem et mane. Peerlk., qui *abactae* temere otiosum censet epitheton, coni. *opacae*. Sed nisi *abactae* adiectum esset, hic haberemus ipsam mediam noctem ideoque tempus praematurum. Accedit, quod etiam Statius Theb. I, 231. (*Vix lucis spatio, vix noctis abactae* etc.) hoc epitheton ex loco nostro videtur sumpsisse. — 408. *cum femina primum*. Negari nequit, hoc *primum* post illa *ubi prima quies* minus aptum videri, quare Burm. locum sic distinctum voluit: *cum femina, primum Cui tolerare* etc., i. e. cuius prima, praecipua cura est lanificio victum quaerere, quod vix Latinum est; Peerlk. autem coni. *cum femina, duram Cui t. c. vitam* etc., coll. Ter. Andr. I, 1, 47., quem Vergilius ante oculos habuerit. — 409. *cui inpositum*, quae coacta est. — *colo*. Cf. de hoc vocabulo non minus ad quartae quam ad secundae Declin. formas flexo Ruddim. I. p. 166. et Schneider. Gr. Lat. II, 1. p. 447 sq. — *colo calathisve Minervae* iam legimus VII, 805. — *tenui Minerva*, lanificio (vid. adnott. ad Geo. I, 295. et Aen. V, 284.) tenuem victum praebente. Sic etiam *intempestiva Minerva* ap. Ovid. Met. IV, 33., *assidua Minerva* ap. Tibull. II, 1, 65. (ubi vid. Dissen.), neque aliter *Bacchus* pro vino, *Ceres* pro pane, *Vulcanus* pro igne cett. Cf. adnott. ad Ecl. IV, 32. V, 69. et al. — 410. Verba *cinerem et sopitos suscitat ignis* iam legimus V, 743. Cf. etiam infra v. 542. et Ovid. Fast. V, 507. *flammas exsuscitat aura*. — 411. *Noctem addens operi*, ut ap. Silium III, 638. legimus *Noctem operi iungunt*. Coniungtou comparat *partem solido demere de die* ap. Hor. Od. I, 1, 20. — *ad lumina*. Vid. ad IV, 513. Cf. etiam Geo. I, 291. — 412. *Exercet penso*. Vid. ad Geo. I, 390., ubi addi possunt Iuven. X, 21. et Val. Fl. II, 140. Med. exhibet ,*Exercens*, quod antecedenti *addens* temere accommodatum esse patet. — ,*castum ut - - natos*: h. e. ut habeat, unde vivat honeste ipsa et nati, servata maritalis tori pudicitia, ut bene Cerda." Haec *Heyn.*, qui confert Hom. Iliad. XII, 435. ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἄρηται. Cf. etiam Val. Fl. II, 137. *Et primum Eurynomen - - Occupat exesam curis castumque cubile servantem*. Verba *castum servare cubile* repetuntur etiam in Anth. Lat. I, 172, 125. — *educere* pro educare. Vid. ad VI, 765. Verba *et possit parvos educere natos* repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 42. Ceterum videtur hunc locum respexisse Ambros. Hex. V, 31. (a Wold. Ribbeckio laud.) *ut intemeratum defuncti coniugis cubile custodiat, alere dulces liberos possit*. — Vulgo post *natos* Puncto distinguunt, quod cum Heynio, quem etiam Wagn. et me posteriores editores omnes secuti sunt, in Colon mutavi; recte enim Wagn. memorat, Vergilium primo nihil aliud voluisse, quam tempus, quo surrexerit Vulcanus, definire, ut v. 414 pro-

Haud secus Ignipotens nec tempore segnior illo
Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.
Insula Sicanium iuxta latus Aeoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis,
Quam subter specus et Cyclopum exesa caminis
Antra Aetnaea tonant validique incudibus ictus
Auditi referunt gemitus striduntque cavernis

---

pric ita pergero deberet: *Tum Vulcanus surgit*; sed interposita mulieris illius laboriosae imagine ita eum pergere, ac si statim ab initio comparationem instituere in animo habnisset. Ceterum verba sic coniungenda esse: *Haud secus nec segnior tempore illo surgit Ign.*, vix est quod commemorem. Conington nescit, utrum explicandum sit: nec segnior illa muliere Vulcanus illo tempore surgit, an: nec segnior illo tempore Vulc. surgit, ut ap. Aesch. Ag. 894. *πλείω τοῦ ξυνεύδοντος χρόνου* legamus pro *πλείω ἢ κατὰ τὸν ξυνεύδοντα χρόνον*. Mihi prior ratio simplicior et verior videtur. Sane si Vergilius *illa* scripsisset, quod Conington se exspectasse profitetur, *tempore* nihil aliud significare posset, nisi: temporis ratione habita. Cf. autem Aen. VII, 383. *Non cursu segnior illo.* — *Ignipotens* Vulcanus non nisi a Vergilio (vid. etiam infra v. 423. 628. 710. X, 243. et XII, 90.) vocari videtur, quem sequitur auctor Epit. Iliad. 105. et 867. — **416** sqq. „Cum poetae veteres assignarent Vulcano loca et insulas, quae subterraneis ignibus notabiles erant (exemplum in ipsa Lemno apud Hom. est), licuit poetae unam ex Aeoliis vel Vulcaniis ponere, Hieram, quam Vulcaniam, *Ἡφαιστιάδα*, appellat communi nomine, tamquam singulari, Liparae, proximam, monte mirabilem, qui nocturnas flammas evomit. Vid. Auct. Aetnae 436 sq. Iuven. I, 8. et Scymn. Chius 256 sq. Egere de ea post Cluverium [Sicil. ant. II, 14, 3.] multi. Cf. Dorvill. Sicula p. 20 sq. et iam ante ad Chariton. p. 688. (p. 621. Lips.) Liparam, quae et ipsa olim arsit, Callim. in Dian. 46 sqq. (ubi vid. Spanh.) Vulcani officinam ediderat et alterutram sub *νήσου πλαγκτῆς* nomine Apollon. III, 42., ubi vid. Schol. Vulcanum *Lipareum* Theocr. II, 133 sqq. dixit." *Heyn.* Cf. etiam Claud. R. Pros. II, 173 sq. et librum meum geogr. III. p. 816. — **417**. *erigitur*, surgit ex mari; ut alibi *altae* vocantur insulae. Vid. ad III, 76. — *Liparen, fumantibus - saxis.* Cf. Silius XIV, 56. *Lipare - - vomit exeso de vertice fumum.* — *ardua saxis*, ut III, 271. — **419**. *antra Aetnaea*, qualia sunt Aetnae, i. e. omnino ignivoma (cf. supra VII, 786.). Alii (etiam Conington) perperam de subterraneo Hierae et Aetnae connexu cogitant. — *exesa.* Cf. Geo. IV, 419. — *Cyclopum caminis*, ut VI, 630. — *tonant.* Cf. Val. Fl. IV, 611. *Gens Chalybum, duris patiens cui cultus in arvis, Et tonat afflicta semper domus ignea massa*, et Statii locus infra ad v. 425. laud. — *incudibus ictus*, qui fiunt in incudibus. Vid. ad VII, 140. 226. et al. Videtur hunc locum respexisse auctor Epit. Iliad. 862. *Excitat Aetnaeos calidis fornacibus ignes Mulciber et validis fulvum domat ictibus aurum.* — **420** sq. Heyn. adnotat, comparari posse Callim. in Del. 144. et in Dian. 55. — *referunt gemitus.* Sic nunc cum Ribbeckio et Ladew. edidimus, cum diserte ita scribat Servius cum Gud. aliisque Codd., idemque velle videantur Med. et Pal. a m. pr. exhibentes GEMITUS. TRIDENT et GEMITUS. TRIDUNT. Ceteri recentiores editores servant Singularem, qui legitur in Rom., Bern. II. et Bern. III. a m. pr. — „*referunt*, repetunt sonum, h. e. resonant per antra ictus incudum, ut ap. Herod. I, 67. *τύπος ἀντίτυπος*." *Heyn.* Ceterum vid. Geo. IV, 173. et adnott. ad Aen. III, 555. coll. cum iis, quae ad Geo. III, 133. et Aen. II, 631. adscripsimus. Similiter Ovid. Met. XII, 487 sq. *Plaga facit gemitus, ceu corpore marmoris icti, Fractaque dissiluit percusso lamina collo*, ubi vid. Bach. — *strident.* Vid. ad Geo. IV, 262. Hanc vero scripturam praeter omnes fere Codd. (nam etiam in Med. *trident* ab altera manu in *tridunt* mutatum est) testatur etiam Prisc. p. 837. et alibi. — *cavernis* pro: in

Stricturae Chalybum et fornacibus ignis anhelat,
Volcani domus et Volcania nomine tellus.
Hoc tunc Ignipotens caelo descendit ab alto.
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontesque Steropesque et nudus membra Pyracmon.
His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat, toto Genitor quae plurima caelo
Deicit in terras; pars inperfecta manebat.
Tris imbris torti radios, tris nubis aquosae

---

cavernis. Vid. ad VII, 140. et alibi. — **421.** „*stricturae Chalybum* [i. e. quales cuduutur ab operis Chalybum: vid. Geo. I, 58.] non suut h. l. *σπινϑῆρες*, nec quae proprie metalla dicuntur, unde aes excoquitur, sed *μύδροι*, massae ferri, quo proceduntur. Cf. v. 450. et 453. et Schueider. ad histor. metall. p. 32.“ *Heyn.* Accuratius de vocis significatioue exponit Couingtou et ex duobus sibi adversantibus Servii scholiis, qui hic explicat: „terra ferri in massam coacta,“ ad X, 174. vero scribit: „Varro dicit, uasci quidem illic [in Ilva insula] ferrum, sed in stricturam non posse cogi nisi transvectum iu Populoniam,“ iure sequitur alterum, cum etiam ap. Persium II, 66. legamus: *stringere venas Ferventis massae crudo de pulvere iussit* et ap. Lucil. Sat. 3. *crebrae ut scintillae in stricturis, quod genus olim Ferventi ferro.* Ex Plinii XXXIV, 14, 41. verbis propria vocis significatio uon potest cognosci. — *ignis anhelat*, quasi auhelando e foruacibus exspirat; nove dictum. Sic etiam Pers. V, 10. *anhelanti coquitur dum massa camino* (ubi tamen alii *anhelanti* cum sequeute *folle* coniungunt), et simili quadam ratione Val. Fl. III, 208. dixit *mugitor anhelat Vesvius.* Martial. VI, 42, 11. *Siccos pinguis onyx anhelat aestus.* Lucan. VI, 92. *antra letiferi rabiem Typhonis anhelant.* — **422.** *Volcani domus.* Cf. Grat. Cyueg. 433. *Vulcano condicta domus.* — *tellus* pro insula. Vid. ad III, 73. — **423.** *hoc* (quod respondet Particulis *eo* et *quo*) antique pro *huc*, dixerunt etiam Plaut. Amph. I, 1, 11. Capt. III, 1, 19. Truc. II, 2, 27. Plancus ap. Cic. ad Fam. X, 21, 11. Brutus ad Cic. Epist. XI, 10, 6. Petron. c. 39. alii. Cf. Hand. Turs. III. p. 96. et Neue *Formenl.* II. p. 491. Hic saue omnium fere Codd., Prisciani p. 553. 1006. et Servii auctoritate nititur (quamquam Pal. et Gud. a m. pr. scribunt *Huc*); sed Geo. II, 187. ex uno Pal. cum Hauptio et Ribbeckio recipere dubitavimus. — **425.** *Brontcn* et *Steropen* etiam ap. Hesiodum Th. 140. Callim. in Diau. 68. 75. et Plin. XXXV, 10, 37. §. 17. commemorari, *Pyracmonis* autem alibi meutionem uon fieri, adnotat Heyn., qui praeterea sua ad Apollod. p. 9. conferri lubet. Pro Pyracmone potius ap. Hes. l. l. et Apollod. I, 1, 2. *Arges* vocatur tertius Cyclopum; Vergilio vero receutiores poetae etiam Pyracmonem commemoraut. Cf. omnino Stat. Silv. III, 1, 130., hunc locum sic imitatus: *Non tam grande tonat* (vulgo *sonat*) *motis incudibus Aetna, Cum Brontes Steropesque ferit* cett. Claud. III. Cons. Hon. 193 sqq. *Brontes innumeris exasperat aegida signis, Altum fulminea crispare in casside conum Festinat Sterope*s, *nectit thoraca Pyracmon,* idemque de R. Pros. I, 240 sq. *Nullum tanto sudore Pyracmon, Nec Steropes construxit opus.* Ceterum Ribbeck. cum Med. scripsit *Pyragmon* (cum etiam Bern. II. exhibeat *Phyragmon*); sed vulgari scripturae praeter ceteros Codd. etiam Servius et Tereut. Maurus p. 1252. P. faveut. Cf. etiam Corssen. de prou. I. p. 41. De productione Copulae *que* in arsi diximus ad Ecl. IV, 51. et al. — *nudus membra.* Cf. Geo. I, 58. *Chalybes nudi* ibique adnott. — V. **428.** et **429.** poetam Apollonii Rh. I, 731 sq. imitatione expressisse memorat Conington. Coniunge: *His* (i. e. horum: vid. ad IV, 237.) *fulmen erat manibus* (manuum ope) *informatum.* Nou male tamen Peerlk. coniicit: *His informatum in manibus - - Fulmen erat,* Cyclopibus fulmen in manibus erat, informatum et iuceptum, cuius pars iam esset polita. *Informare* autem valet primam et rudem alicui rei formam inducere, inchoare tantum ali-

Addiderant, rutili tris ignis et alitis Austri.
Fulgores nunc terrificos sonitumque metumque
Miscebant operi flammisque sequacibus iras.
Parte alia Marti currumque rotasque volucris
Instabant, quibus ille viros, quibus excitat urbes;
Aegidaque horriferam, turbatae Palladis arma,

---

quid. Cf. infra v. 447. Silius XVII, 525. Claud. R. Pros. III, 331. etc. „Nota inversam orationem pro: parte iam polita, parte adhuc imperfecta. — *fulmen - - quae plurima*, quod genus fulminum, ex quo genere plurima; frequens poetarum figura: *κῆτος - - οἷά τε πολλὰ κλυτὸς Ἀμφιτρίτη* Odyss. V, 422. [XII, 97.] et saepe alibi.“ *Heyn.* Sic Cic. pr. Mil. 4, 9. *Atqui si tempus est ullum iure hominis necandi, quae multa sunt* cett., ubi vid. Garat. Cf. etiam adnott. ad Ecl. VII, 22. — Verba *imbris torti* Serv. recte explicat „constricti et coacti in grandinem.“ Cf. infra IX, 669 sqq. — **430.** „Ingeniose in fulminis materiam vertit ea, ex quorum conflictu fulmen nascitur, grandinem (*imber tortus*, h. e. constrictus et coactus in grandinem: cf. IV, 761 sqq.), nubem, ignem et ventum. [Cf. adnott. ad II, 649.] - - Facit autem fulmen duodecim cuspidum, *radiorum, ἀκτίνων*, trinis in quaterna latera, qualia fulmina hic ibi in monumentis, saepe in clipeis, imprimis in nummis apparent. Habuit autem poeta ante oculos Apollon. I, 730 sqq.“ *Heyn.* — *alitis Austri*, i. e. velocissimi; ut *fama ales* ap. Claud. de laud. Stilich. II, 408.; *passus ales* ap. Ovid. Met. X, 587., *plumbum ales* ap. Silium III, 365. etc. Propterea etiam artifices ventis alas addere solebant. Cf. Philostr. Ic. I, 24. Ovid. Met. I, 264 sqq. Voss. *Myth. Br.* I, 35. p. 259 sqq. alii. — **431.** *nunc* hic i. q. tum, postea. Vid. adnott. ad I, 365. — *terrificos.* Heins. e Codd. recepit *horrificos*, libros tamen, quos secutus est, non nominans, eandemque negligentiae culpam commisit Burm.; quare Wagn., eorum Codd. auctoritati obtemperans, de quorum scriptura certo constat, Med. Lips. II. Dorph. II. (I. *tristificos* praebet) Pariss. (ex quibus duo modo *horrificos* exhibent) et Serv. Dresd. *terrificos* restituit, *horrificos* fortasse ex *horrifera Aegide* v. 435. ortum esse putans. (Ribbeck. *horrificos* non nisi in Rom. invenit, et Servii exemplaria utramque lectionem exhibent.) Cf. autem adnott. ad V, 524. — **432.** *flammis sequacibus iras*, vim fulminis, quod quasi iratum res tactas incendit et perdit; — *sequacibus* autem i. q. longius longiusque serpentibus et proxima quaeque corripientibus. Iterantur haec verba in Anth. Lat. I, 178, 363. Ceterum cf. Geo. II, 306. (ignis) *secutus Per ramos victor* etc. — **433** sq. „Marti currus bellicus proprie tribuitur ex heroici saeculi more bellandi. Quod ait: *quibus ille viros, quibus excitat urbes*, h. e. quo curru vectus ad bellum concitat, ex illis illustrantur VIII, 3. *Ut belli signum - - Utque acres concussit equos* cett. Cf. Hesiod. Scut. Herc. 191 sqq. Est Mars *λαοσσόος* ap. Hom. [Il. XVII, 398.]“ Haec *Heyn.*, qui cum h. l. comparat Hom. Il. XVIII, 373 sqq. et Callim. in Dian. 49 sq. Peerlk. praeterea confert similem Anacreontis locum Od. 45. — **434.** *Instabant currum*, i. e. instanter conficiebant, si ita dicere licet, urgebant fabricando; ut alibi festinare, properare, urgere aliquid (quae illustrat Heins. ad XII, 748.), pro vulgari *instare operi*, quod legitur e. g. I, 504. Sic Novius ap. Nonium p. 312, 30. *Instat mercaturam; spero, rem faciet: frugi est homo.* Simili certe ratione Plaut. Asin. I, 1, 39. dixit *instare viam*, unde hic usus vocabuli potest deduci. De Martis curru vid. infra XII, 331 sqq. — *rotas volucres.* Sic Stat. Silv. V, 1, 17. *volucris Phoebi rota.* Hor. Od. I, 34, 8. et infra X, 440. *volucris currus* cett. Cf. adnott ad Geo. II, 217. et Aen. V, 242. — Verba *currus rotasque volucres* iterantur in Anth. Lat. I, 170, 87. — *quibus ille viros* etc. Vid. supra. Pro *excitat* cum in Ven. legatur *excitet*, Peerlk. praeter necessitatem coni. *exciet*. — **435.** De Palladis aegide vid. Hom. Il. II, 446. V, 738. Hor. Od. III, 4, 57. Ovid. Met. II, 753. V, 46. VI, 78. id. Rem. Am. 346. multique alii. — „Hic dubitari potest, situe aegis de

Certatim squamis serpentum auroque polibant
Connexosque anguis ipsamque in pectore divae
Gorgona desecto vertentem lumina collo.
„Tollite cuncta, inquit, coeptosque auferte labores,
Aetnaei Cyclopes, et huc advertite mentem:
Arma acri facienda viro. Nunc viribus usus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra.
Praccipitate moras.“ Nec plura effatus; at illi

---

thorace an de clipeo (cf. ad v. 354.) accipienda. Expeditior tamen videtur ratio, si totum locum de thorace interpreteris, cuius extremae orae anguibus connexis et inter se implicitis sint cinctae, in medio Gorgone posita [quam et ipsam angues videntur ambiisse]. Cf. Spencer. Polymet. t. IV, 4.“ *Heyn.* Et sane verba *in pectore divae* v. 437. de lorica dubitare non sinunt. Vid. etiam similis Silii locus X, 435. et Drak. ad eiusd. IX, 442 sq. De utroque autem aegidis usu cf. imprimis Spanhem. ad Callim. in Iov. 49. Heyn. ad Apollod. p. 298. Boettiger. *Kunstmyth. d. Zeus* p. 57. et qui laudantur in Klopferi Lex. myth. I. p. 56. et Pauly *Real-encycl.* I. p. 237. ed. II. Adiect. *horrifer* iam ap. Pacuv. Chrys. fr. 4. et Attium Philost. fr. 20. legi memorat Conington, qui confert Hom. Il. V, 739. *αἰγίδα - - δεινήν, ἣν πέρι μὲν πάντη φόβος ἐστεφάνωται.* — *turbatae*, iratae et propterea terribilis. Imitatur h. l. Silius IX, 462. *obliqua retorquens Lumina turbato superavit Gorgona voltu.* — **436.** *squamis serpentum auroque*, i. e. aureis squamis. Vid. ad Geo. II, 192. et al. Hinc *squamis serpentum* sumptum in Anth. Lat. I, 178, 365. Ceterum cf. IX, 707. et Lersch. Ant. Verg. §. 30. p. 64 sq., qui cum hac descriptione conferri iubet Muelleri et Oesterleii Monum. artis ant. Gotting. II, 2. tab. 19 sq. — **437.** *Connexos* (sive, ut Haupt., Ribbeck. et Ladew. scribunt, *conexos*) *angues*, quales apparent in capite Medusae. — *in pectore.* Conington confert Paus. I, 24. *καὶ οἱ* (Palladi) *κατὰ τὸ στέρνον ἡ κεφαλὴ Μεδούσης*, Ovid. Met. IV, 803. *Pectore in adverso quos fecit, sustinet anguis* et Prop. II, 2, 9. *Pallas - - Gorgonis anguiferae pectus operta comis.* — **438.** *Gorgona*, i. e. caput Medusae, quae *κατ' ἐξοχήν* Gorgo dici solet. Vid. ad VI, 289. Voss. *Mythol. Briefe* I. p. 273. et Gierig. ad Ovid. IV, 753. — *vertentem lumina* Wagn. recte, puto, accipit de oculis huc illuc se vertentibus, quasi vivis, provocans ad ea, quae de aliis Vulcani operibus *αὐτομάτοις* leguntur ap. Hom. Il. XVIII, 417 sqq. et al., coll. Klopferi Lex. mythol. Vol. II. p. 629. Peerlk. tamen, cui huic explicatio non satisfacit, coni. *in pectora*, ut sensus sit: Gorgo, cui collum erat desectum, et oculi in pectus Palladis conversi, quam artificiosam et contortam rationem nemini, puto, probabit. — **440** *Aetnaei Cyclopes* (ut III, 678. *Aetnaei fratres*: cf. supra v. 419.), qui in Aetna monte officinam suam habent, vel omnino qui in Sicilia habitant. Ceterum cf. I, 201. (ibique adnott.) III, 569. 644. et 675. — *advertite mentem*, ut V, 304. — **441.** *Arma - facienda viro.* Cf. XII, 425. *Arma citi properate viro.* — *acri viro.* Vid. supra ad v. 342. — *Nunc viribus usus* i. q. nunc viribus opus est. Cf. Voss. de constr. c. 8. Iani Gramm. poet. p. 297. Ramsh. Gr. Lat. §. 142, 2. not. 3. et adnott. ad Ecl. II, 71. — **442.** „*omni arte magistra*, quae docet, quo quidque modo faciendum effingendumque sit; omnibus artis praeceptis opus est. Vid. XII, 427. Heins. ad Ovid. Epist. XV, 83. Drak. ad Sil. III, 387.“ *Wagn.* Verba *arte magistra* legimus etiam in Anth. Lat. I, 88, 1. Sic ap. Claud. XXII, 22. *clementia magistra* et ap. Stat. Achill. I, 104. *pietate magistra.* — **443.** *Praecipitate moras*, ut XII, 699. *Praecipitat moras.* — *at* optimorum Codd. auctoritate cum Iahn. et Wagn. restitui, qui Qu. Verg. XXXVII, 2. a. hanc Particulam docet haud raro transitioni inservire, ubi ad aliam vel rem, vel personam, vel tempus oratio conferatur, coll. locis Aen. I, 167. 305. 689 sq. IV, 156. 296. 393. 642. V, 178. 188. 210. 258. multisque aliis. Cf. etiam adnott. ad Ecl. IV, 17. et Aen. IV, 1.

Ocius incubuere omnes pariterque laborem
Sortiti. Fluit aes rivis aurique metallum
Volnificusque chalybs vasta fornace liquescit.
Ingentem clipeum informant, unum omnia contra
Tela Latinorum, septenosque orbibus orbis
Inpediunt. Alii ventosis follibus auras
Accipiunt redduntque, alii stridentia tinguunt
Aera lacu. Gemit inpositis incudibus antrum.
Illi inter sese multa vi bracchia tollunt
In numerum versantque tenaci forcipe massam.
Haec pater Aeoliis properat dum Lemnius oris,
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma
Et matutini volucrum sub culmine cantus.

Vulgo legitur *et*, per se non minus aptum, quod inter recentiores editores nnus Bryce servavit. Vid. adnott. ad Geo. II, 80. et Hand. Turs. II p. 583. — **444**, *incubuere*, scil. operi, ut Geo. I, 213. *inc. aratris*, Aen. V, 15. VIII, 108. X, 294. *inc. remis* cett. In Wernsd. P. Lat. min. IV, 342, 163. legimus *omnes Incubuere manus*. Iungenda esse *omnis pariterque sortiti*, non *incubuere et sortiti*, scil. sunt, recte Wagn. docet. Qnare Comma vulgo post *omnes* positum tollendnm censui. Cf. autem de hoc Copnlae usu adnott. ad Geo. I, 142. — *laborem Sortiti*. Cf. III, 510. 634. — Cum v. **445** sq. Heyn. conferri iubet Iliad. XVIII, 474 sq. — *Fluit aes rivis*. Cf. Claud. de laud. Stil. II, 177. *quantis fluerent fornacibus aera Effigies ductura tuas?* Cnm verbis *fluit rivis* cf. V, 200. *sudor fluit - rivis*. — *auri metallum*, ut Geo. II, 165. *aeris metalla*. — **446**. *chalybs* pro ferro. — *fornace liquescit*, quod Ecl VIII, 80. *igni liquescit*, et ap. Hor. Sat. I, 5, 99. *Flamma liquescere*. Cf. etiam Stat. Silv. III, 1, 122. *Indomitusque silex curva fornace liquescit*, et Lucan. VI, 405. *immensis coxit fornacibus aera*. — *vasta* autem *fornix* etiam apud Lucr. VI, 682. legitur, ut apud Ovid. Met. II, 227. *profunda*. — **447**. *informant*. Vid. supra v. 426. — *unum omnia contra tela*. Vid. supra ad VII, 470. — **448**. *septenos* (septem laminarnm) *orbibus orbes impediunt*, i. e. (Wagn. interprete) ita inter se iungunt et compingunt, ut divelli non possint. „Quinam illi orbes sunt? non circuli, puto, in clipei superficie ducti, sed laminae aereae aliae super aliam impactae, ut septemplex esset clipeus, quales Homericae [πέντε] πτύχες sunt Il. XVIII, 481. Cf. Il. XX, 269 sq. et VII, 245.“ *Heyn*. Ceterum cf. similis locus Aen. V, 584. *alternosque orbibus orbes Impediunt*. — Vss. **449–453**. etiam Geo. IV, 171 sqq. legimus, ubi vid. adnott. — Cum v. **449**. cf. Hor. Sat. I, 4, 19. *At tu conclusas hircinis follibus auras, Usque laborantes, dum ferrum molliat ignis, Ut mavis, imitare*. — Cum v. **452**. cf. Geo. I, 449. Aen. IV, 135. VIII, 596. IX, 503. similesque locos cum adnott. et Weidner. ad I, 222. — **453**. *In numerum*. Cf. Aetna 38. (in Wernsd. P. Lat. min. IV, 96.) *super incudem numerosa in verbera fortes*. — **454** sqq. „Artem poetae in variato rerum et orationis charactere observa. Lenis et simplex candidaque nunc fluit oratio, eaque tanto magis grata, quod strepitibus et tumultibus succedit.“ Haec *Heyn.*, qui addit hos Homericos locos cum seqq. verss. conferendos: Il. II, 42. Od. II, 2. IV, 307. XV, 60. XX, 124. — *Haec properat*. Vid. ad Geo. IV, 171., ubi praeter hunc locum adde Geo. I, 260. et inter explanatores Drak. ad Silium VIII, 52. — *Aeoliis oris*. Vid. snpra v. 416 sq. — *pater Lemnius*. Sic etiam ap. Ovid. Met. IV, 185. Vulcanus absolute vocatur *Lemnius*, quia in Lemno insula, in quam delapsus esse ferebatur a Iove e caelo deiectus, sanctissime colebatnr et officinam habere putabatnr. — *lux alma*, ut Aen. I, 306. et III, 311., ubi vid. adnott., coll. iis, quae ad Ecl. VIII, 17. adscripsimus. — **456**. „*sub culmine*, casae Evandri. Mireris forte hoc

Consurgit senior tunicaque inducitur artus
Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis;
Tum lateri atque humeris Tegeaeum subligat ensem
Demissa ab laeva pantherae terga retorquens.
Nec non et gemini custodes limine ab alto

---

adiectum; suntne igitur galli gallinacei intelligendi? Nam (quod etiam Wernsdorf. Poet. Lat. min. T. V. P. 3. p. 1465. laudabat ex Auson. Ephem. I. pr. *Iam strepit nidis vigilax hirundo*) hirundines non facile e somno excitant dormientes, nec ad hunc usum a poetis advocantur." *Heyn.* Sed verissimo *Wagn.*: „Audivi tamen homines rusticanos affirmantes, saepe se hirundinum garrientium strepitu e somno excitari." Et commode meminit Ruhkopf. carminis Anacreontei XII., cuius auctor queratur de ὑποϑϱίαισι φωναῖς τῆς χελιδόνος λαλῆς. Heins. comparat Prudent. Cathemer. hymn. I, 13. *Vox ista, qua strepunt aves Stantes sub ipso culmine*, et Wold. Ribbeck. Corippum laud. Iustin. I, 198. *Omnia gallorum strepuerunt culmina cantu.* Ceterum Wakef. Silv. crit. Vol. V. p. 77. hunc locum tribus coniecturis inanibus vexavit, sic Vergilium scripsisse suspicatus: *Euandrum ex humili lecto lux suscitat alba, Et matutinos* cett.; Peerlk. autem coniecit *Et matutini volucrum certamina cantus*, ut aves omnis generis certatim cantus edere dicantur, altera alterius voce incitata. — 457 sqq. Cf. Hom. Il. II, 42 sqq. Od. II, 2 sqq. IV, 307 sqq. XV, 60 sq. — *Consurgit.* Si de uno homine dicitur verbum *consurgere* (ut etiam infra IX, 749. XII, 729. Liv. XLV, 7. etc.), sollemnis cuiusdam gravitatis (*des Förmlichen, Feierlichen*) notionem habet et respondet nostro *sich* (*zusammenraffend*) *erheben;* quod verissime docet Hand. *Lehrbuch des lateinischen Styls* p. 164. ed. II. — **458.** *Tyrrhena vincula.* Cf. IV, 518. *pedum vincla.* Servius: „dicit crepidas, quas primo habuere Senatores, post equites Romani, nunc milites." *Tyrrhena* autem *vincula* non magis quam *Tegeaeus*, i. e. Arcadius (vid. ad Geo. I, 18.), *ensis* singulare quoddam genus significant, sed epitheta ornatus tantum causa adiiciuntur. Non tamen reticendum, Tyrrhena sandalia etiam ab Hesychio et Polluce VII, 22. commemorari, quos iam Cerda laudavit. De crepidis cf. librum meum *Hellas u. Rom* I, 1. p. 108. cum adn. 215. — Cf. autem cum v. **459.** Hom. Od. X, 261. et XIV, 528. atque infra IX, 303. et XI, 11. Peerlk., cum aut *lateri*, ant *humeris* abundet, ideoque post hoc illud plane otiosum sit, verba sic transponenda suspicatur: *Tum lateri ab laeva Tegeaeum subligat ensem, Demissaeque humeris pantherae terga retorquet.* Sed cum balteus quidem de humeris, gladius vero ad latus laevum penderet, quidni poetae dicere licuerit *lateri atque humeris subligat ensem?* — **460.** *pantherae terga retorquens;* „a sinistro humero pellem demissam habuit, quam retorquens et in dextram revocans partem se amiciebat." *Servius.* Retorquet autem pellem, ut ensem sibi iniicere possit. Vid. ad VII, 666. et de *tergo* pro pelle posito ad I, 368. Lersch. Aut. Verg. §. 79. p. 242. minus probabiliter de toga ex pelle facta cogitat, Conington vero aptius de laena vel chlamyde. — **461.** Neque hoc, quod Evandrum duo canes comitantur, ab aetate heroica alienum. Vid. Hom. Od. II, 11. XVII, 62. XX, 145. et Pollux. I, 14. — „*limine ab alto,* perpetuo et proprio liminis epitheto: nam alioquin alienum erat a casa exigua altum limen." *Heyn.* Etiam Wagn. Qu. Verg. XLI, 1. in hoo loco offendit et sane poetam alio epitheto eoque magis apto uti potuisse, nemo negabit; unde tamen non sequitur, aut cum Burm. de limine domus in monte positae cogitandum, aut Marklandi (ad Stat. Silv. I, 1, 46.) coniecturam *limine ab arto* (quamvis eam commendet Hand. ad eund. loc.), aut Peerlkampii *limine aperto* probandam esse. Cum enim *altitudinis* notio sit relativa (cf. II, 8. XI, 301. etc.), etiam *angusto* (v. 366.) et *humili* (v. 455.) *Euandri tecto* tribui poterat *altum limen*, cum nihil impediat, quominus *regiam* (v. 363.) altiore certe limine instructam fuisse sumamus, quam ceteras civium casas, ut per gradus aliquos descensus esset. (Cf. II, 442 sq.) Quare etiam Censorem edit. Iahn. in Diariis lit. Ien. 1827. Suppl. 94. p. 368., Süpflinm et Ribbeckium Codd. scripturam

Praecedunt gressumque canes comitantur herilem.
Hospitis Aeneae sedem et secreta petebat
Sermonum memor et promissi muneris heros.
Nec minus Aeneas se matutinus agebat.
Filius huic Pallas, illi comes ibat Achates.
Congressi iungunt dextras mediisque residunt
Aedibus et licito tandem sermone fruuntur.
Rex prior haec:

---

recte defendisse puto. Iacob. Disquiss. Vergill. P. I. p. 12., si quid mutandum sit, *limine ab ipso* scribi malit, idemque coniicit Iahn., cum Ma-erob. V, 8, 6. p. 409. Ian. *limine in ipso* exhibeat (ubi tamen in edit. Bip. p. 84. *limine ab alto* legitur). Idem Vir doct., si vulgatam retineamus, non de limine proprie dicto (*die Schwelle des Hauses*) cogitandum, sed totam domum regiam significari putat, quae ex communi poetarum Rom. usu *alta* dicatur, coll. Wagn. Qu. Verg. XL, 1. et Ouwens. Noct. Hag. III, 26. — **462**. *Praecedunt* Heyn. ex plurimis optimisque Codd. revocavit. Vulgo *procedunt*, quod (in Pal. a m. pr. scriptum) propter additum verbum *comitantur* temere defendit Heins., quasi qui praecedant dominum canes, dici nequeant eum comitari. *Praecedendi* autem verbum hic etiam *procedendi* notionem in se continere, manifestum est. Cf. de hoc dicendi genere Cort. ad Lucan. I, 688. III, 600. VI, 451. et Gronov. ad Senec. Phoen. 112. a Thielio laudati. Sic etiam V, 76. Aeneas it *magna medius comitante caterva*. Recte igitur omnes recentiores editores *praecedunt* retinuerunt. — *gressum herilem*, i. e. heri, ut VII, 290. *mensa herilis*. — **463**. „*secreta*: partem aedium interiorem, ad quam Aeneam vesperi deduxerat; Geo. IV, 403. *In secreta senis ducam.*" *Heyn.* „Secretum autem locum, cubile Aeneae, petiit Evander, utpote de summa rerum colloquium cum illo instituturus; hinc ille *licitus* sermo v. 468., quo fruuntur remotis arbitris." *Wagn.* Sic si locum capimus, nec de separata ab ipsa regia sede cogitamus, haec non dissident ab iis, quae supra v. 359 sqq. legimus. Ceterum cf. Geo. IV, 403. et Aen. VI, 10. Ceterum de coniunctione verborum *sedem et secreta* vid. ad Geo. I, 173. et al. — **464**. *promissi muneris*. Vid. supra v. 170 sq. — *heros*. Vid. supra ad v. 370. — **465**. *Nec minus Aeneas* etc.; ideoque alter alteri obviam procedit et in *mediis aedibus*, haud dubio in atrio, ubi ara domestica est posita (v. 542.), inter se congrediuntur. — *matutinus*, ὑπηῷος. Vid. ad IV, 303. 609. VI, 252. et al. — *se agebat*, *ἐφέρετο*, incedebat. Cf. VI, 337. et IX, 696. Sic etiam Plaut. Most. I, 4, 28. *unde agis te?* et Ter. Andr. IV, 2, 25. *quo hinc te agis?* ubi vid. Ruhnk.; eodemque sensu *se ferre* legimus V, 290. VII, 492. VIII, 199. al. — *huic-illi* Exspectaveris potius *illi - - huic;* sed vide supra ad v. 358. adnott. — **467**. Verba *Congressi iungunt dextras* repetuntur in Ausonii cent. nupt. 82. Ceterum cf. III, 83. — „*mediis aedibus*: etiam hoc ad formam aedium heroici aevi, in quibus e vestibulo *δόμος* (pro quo Romanorum atrium fuit) introëuntem excipiebat per totas aedes patens; in intimo recessu focus cum Penatibus. Vid. infra v. 541." *Heyn.* Quid alias Romani verbo *mediae aedes* significare soleant, vidimus ad Aen. II, 512. Imitatur h. l. Stat. Theb. II, 148 sqq. *postquam mediis in sedibus aulae Congressi, inque vicem dextras iunxere, locumque, Quo serere arcanas aptum atque evolvere curas, Insidunt.* — **468**. *licito sermone*, quem, remotis omnibus arbitris, tuto inter se conferre iis licebat. Vid. Wagn. ad v. 463., cui etiam Conington recte adsentitur. Cf. etiam Stat. l. l. Aliter tamen Ladewig. iudicat, qui hunc diem comparat cum superiore, quo, ut die festo, de rebus publicis colloqui iis non licuerit. Schrader. temere coni. *placito*, Peerlk. *tacito*. Ceterum etiam verba *licito tandem sermone fruuntur* repetit Auson. l. l. v. 81. Praeterea cf. supra VII, 90. *fruiturque deorum Colloquio*. — **469**. Facillimum erat versum imperfectum vitare scribendo: *Rex prior haec: Teucrum ductor, quo sospite numquam;* sed noluit poeta abesse illud *Maxume*, quod sane

„Maxume Teucrorum ductor, quo sospite numquam
Res equidem Troiae victas aut regna fatebor,
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguae vires: hinc Tusco claudimur amni,
Hinc Rutulus premit et murum circumsonat armis.
Sed tibi ego ingentis populos opulentaque regnis
Iungere castra paro, quam fors inopina salutem
Ostentat. Fatis huc te poscentibus adfers.
Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto

---

aegre desiderares. — **470**. *ductor*. Vid. ad V, 133. — *quo sospite.* Vid. XI, 56. *sospite nato.* Hor. Od. I, 28, 27. *Flectantur silvae te sospite.* Ovid Met. XV, 440. *non tota cadet te sospite Troia* etc. *Sospes* enim et *hospes* Ablativum ubique in *e*, non in *i* mittnnt. Cf. Prisc. VII, 12, 65. p. 765. et Neue *Formenl.* II. p. 31. — **472**. *belli auxilium*, nt supra III, 145. *laborum auxilium.* — *pro nomine tanto* (quae verba repetnntur in Anth. Lat. I, 172, 98. et III, 81, 5.) non ad Aeneae et Troianorum, sed ad Evandri et Arcadnm nomen referendnm esse et significare: pro fama, qnae te ad nos adduxit, verissime Heyn. observat, cui mecnm etiam Conington adsentitur. Sensns est, vires meae non pares snnt ei nomini ac famae, quam apnd te vicinosque popnlos habere videor. Cf. modo snpra v. 132., ubi Aeneas *tua*, inquit, *terris didita fama - - me tibi coniunxit.* Voss. tamen *Anm. u. Randgl.* p. 226. et Wagn. cnm Servio interpretantur: pro tui nominis gloria; opes meae sunt exiguae, si cum nominis tni magnitudine comparantur. (In recentiss. tamen edit. etiam Wagn. alteram rationem fortasse praestare censet.) Peerlk. praeter necessitatem coni. *Nobis auxilium belli pro nomine tanti Exiguum vires*, i. e. in nostris ipsorum viribns anxilinm est exigunm pro tanto bello. Ladew. ad *nomine* minus probabiliter snpplet *auxilii*, et Hoffmanno in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 883. ceteras explicationes omnes reiicienti *pro tanto nomine* simpliciter est i. q. pro tanta (tam gravi) causa. Ceterum cf. etiam Ovid. Trist. II, 422. *Quis dubitet nomina tanta sequi?* Cnm verbis autem *ad auxilium Exiguae vires* Conington confert v. 509. *serae ad fortia vires.* — *claudimur.* Cf. X, 377. *claudit nos obice pontus.* — **473**. *Tusco amni.* Vid. ad Geo. I, 499. — **474**. *Hinc Rutulus premit.* Vid. snpra v. 146. — *circumsonat.* Unus Med. a m. sec. *circumtonat*, quod, Heynio quoqne probatum, Wakef. in contextum adeo recepit. Sed clarns et acutus est armorum strepitns; quare *circumsonare* rei accommodatins. Vid. ad VII, 515. Alia res est, nbi armorum fnlgor cnm fulmine ideoqne etiam eorum pnlsorum strepitns cnm tonitru comparatur, nt infra v. 528 sq. Iam Burm. confert Ovid. Trist. V, 3, 11. *Nunc procul a patria Geticis circumsonor armis*, einsd. IV, 10, 111. *Hic ego finitimis quamvis circumsoner armis*, et Sen. Herc. fur. 416. *Cum pace rupta bellicus muros fragor circumsonaret.* — **475**. „*ingentes populos* non sine causa dixit. Nam Tuscia dnodecim Lucnmones habuit, i. e. reges, quibus unns praeerat.“ *Servius.* Ceterum vid. adnott. ad Aen. I, 148. — *opulenta regnis castra*, scil. propter ipsius regni opnlentiam (vid. infra ad v. 542.), ideoque fere i. q. opulenta regna, qnae apte respondent *ingentibus populis.* „*Regna* antem pro regno: nam de nna Agylla agitur. Opes veterum Etruscorum satis notae. Vid. Liv. V, 33.“ *Heyn.* Rectius vero Servii illud scholion secutus interpreteris: castra, in qnibns inventus duodecim popnlorum (regnorum) congregata est. Conington comparat *gravidam imperiis Italiam* IV, 229. Peerlk. tamen, cui *regnis* ambignum videtur, melins fore putat: *opulentaque regum I. castra p.*, anxilia regum et populornm. — *paro*, propositnm mihi est. Cf. IX, 248. *Teucros delere paratis.* — **477**. Fata secutns es in has regiones veniens. — *Fatis poscentibus.* Cf. VII, 272. et al. — *huc te adfers.* Sic VII, 217. *hanc urbem adferimur.* Vid. snpra ad v. 465. De Praesente *adfers* vid. adnott. ad Ecl. VIII, 45. (Ceteras lectiones *adfer* et *adfert* iure reiicit Dietsch. Th. Verg. p. 33.) — **478**. „*Agylla* s. Caere prima opibus inter

Urbis Agyllinae sedes, ubi Lydia quondam
Gens, bello praeclara, iugis insedit Etruscis.
Hanc multos florentem annos rex deinde superbo
Imperio et saevis tenuit Mezentius armis.
Quid memorem infandas caedes, quid facta tyranni
Effera? di capiti ipsius generique reservent!
Mortua quin etiam iungebat corpora vivis
Conponens manibusque manus atque oribus ora,
Tormenti genus, et sanie taboque fluentis
Conplexu in misero longa sic morte necabat.
At fessi tandem cives infanda furentem
Armati circumsistunt ipsumque domumque,
Obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.

Etruscos floruit, et propter maritima commercia omuium prima Graecis innotnit.“ *Heyn*. Vid. ad VII, 652. — *incolitur*. Codd. qnidam *colitur*, quod Burm. defendi putat imitatione Siliana XV, 192. *Urbs colitur, Teucro quondam fundata vetusto Nomine Carthago*, et supra III, 13. et 72. Sed plurimorum et optimorum Codd. auctoritati obtemperandum. — *saxo vetusto*, antiquo opere. Cf. III, 84. Cogitaudum est de muris urbium Etruscarum Pelasgico more ingentibus saxis exstructis, quos Cyclopios appellamus et de quibus egi in libro supra comm. I, 1. p. 51. adn. 59. — **479**. „*Ubi* proxime ad Agyllam spectat, uec tamen reliquam Etruriam excludit. A Lydis Etrusci s. Tyrrheni ducuntur ex vulgari veterum opinione, falsa tameu, quippe ex nomiue ducta. Cf. Exc. III. ad h. l.“ *Heyn*. Tyrrhenus enim Lydus, Atyos fil. (quem tamen Dion. Hal. 1, 27. *Τόῤῥηβον* potius s. *Τύῤῥηβον* nominat) colonia ex Lydia in Italiam dedncta Tyrrhenis s. Etruscis nomen impertiisse vulgo putabatur. Vid. Herod. I, 94. Strab. V p. 335 sq. Dion. Hal. l. l. Vellei. I, 1, 4. Tac. Ann. IV, 55. et Lycophr. 1351. 1359. Ceterum cf. adnott. ad Aen. II, 782. infra IX, 11. et Drak. ad Sil. V, 11. — *urbis Agyllinae*, ut VIII, 652., ubi de Agylla exposuimus. — **481**. „Mezentii regis Caeretanorum nomen *superbo*, h. e. crudeli, *imperio* infame ex antiquis historiis adscivit.“ *Heyn*. Cf. de eo Teuffel in Pauly *Realencycl*. IV. p. 1907 sq. — *florentem - - deinde*, i. e. quae diu floruerat, s. postquam diu floruit, deinde cett. Cf. adnott. ad II, 391. Aliter, sed minus recte, Iahn. ad Aen. III, 609.: „Urbem Agyllinam *quondam* Lydia gens insedit, *deinde* Mezentius eam multos aunos florentem imperio tenuit.“ Quomodo enim sub saevo Mezentii imperio urbs *florere* potuit? Cf. imprimis v. 483 sqq. — **482**. *tenuit armis*. Cf. IX, 168. *armis Alta tenent*. — V. **483**. totus iteratur in Anth. Lat. I, 170, 9. — **484**. *di - - reservent*. Vid. similes locos II, 190. et VI, 529. — **485** sqq. Cf. de hac re Val. Max. IX, 2, 10. Cicer. fragm. ex Hortensio ap. Augustin. adv. Pelag. IV, 15. (p. 486. Orell.) et Capitolin. in Macrino c. 12. — **486**. *Conponens*. Conington comparat Lucil. VIII. fr. 5. *Tum latu' conposuit lateri et cum pectore pectus*. — De Partt. *- que - - atque* sibi respondentibus vid. ad Geo. I, 182. — **487**. *tormenti genus* eadem ratione praecedenti sententiae per appositionem adiicitur a Val. Flacco II, 193 sqq. *Accubat - - Tisiphone saevasque dapes et pocula libat, Tormenti genus, et nigris amplectitur hydris*. Cf. adnott. ad VI, 223. Conington adnotat, hic hanc appositionem habere vim exclamationis „quale genus tormenti.“ — *sanie taboque*, scil. mortuorum, *fluentis*, madentes, inquinatos, vel potius: se ipsos in saniem et tabum solventes, i. e. una cum mortuis putrescentes. Cf. III, 625. IX, 472. et Burm. ad Lucan. I, 241. — **488**. *sic* sensum omnium verborum antecedentium quasi in unum comprehendit et recolligit. Cf. adnott. ad I, 225. (et VII, 666.). — **489**. *infanda furentem*, *ἄφατα μαινόμενον*. Cf. adnott. ad Geo. III, 149. Aen. VI, 467. (XI, 854. XII 398.) al. — **491**. *ignem ad fastigia*

Ille inter caedem Rutulorum elapsus in agros
Confugere et Turni defendier hospitis armis.
Ergo omnis furiis surrexit Etruria iustis,
Regem ad supplicium praesenti Marte reposcunt.
His ego te, Aenea, ductorem milibus addam.
Toto namque fremunt condensae litore puppes
Signaque ferre iubent; retinet longaevus haruspex
Fata canens: O Maeoniae delecta iuventus,
Flos veterum virtusque virum, quos iustus in hostem
Fert dolor et merita accendit Mezentius ira,

---

iactant. Cf. IX, 568. II, 478. *flammas ad culmina iactant.* — **492.** Ordo verborum hic est: *Ille, elapsus inter caedem* (a civibus factam), *confugit in agros Rutulorum,* quare Iabn. in aduot. ad h. l. recte iubet Commata deleri, quae in edit. sua post *Ille* et *elapsus* appareant. — *inter caedem* ex melioribus libris (Med. a m. pr., Rom. aliis) pro vulg. (Med. a m. sec., Pal., Gud., Bern. II. III. aliorumque) lectione *inter caedes* recepi, Iahnium et Wagn. secutus. Recte enim Wagn. coll. locis VIII, 537. 709. XI, 648. 729. XII, 500. Pluralem *caedes,* quoties apud Vergilium legatur, passivam vim sustinere docet, *inter caedem* vero, i. e. inter caedendum, s. dum caeduut, legi etiam ap. Livium XXX, 6. et Phaedrum II, 7, 8. (Nos secuti sunt ceteri recentiores editores praeter Bryceum.) — **493.** De Infinitivo absoluto s. historico vid. ad Geo. I, 200. et al., de paragoge autem Infinitivi (*defendier*) ad Geo. I, 454. (ubi praeter hunc locum addi potest VII, 70.). — **494.** Ex verbis *omnis Etruria* apparere videtur, Mezentium ceteris Etruriae lucumonibus (vid. ad v. 475.) praefectum ideoque totius Etruriae principem fuisse. — **495.** *ad supplicium reposcunt.* Cf. VI, 821. *Ad poenam vocabit.* — „*praesenti Marte,* bello non dilato, quippe hoc ipso tempore in armis sunt; et quidem classem pararunt, qua in altum evecti litus Rutulorum petant, bellumque inferant Turno, ni Mezentium ad supplicium dediderit.“ *Heyn.* — **497.** Cf. IV, 417. — *puppes* pro classiariis; quare non opus est, ut cum Heyn. ad *iubent* suppleamus: Agyllaei; immo recte iudicat Wagn., cum *fremere* puppes dicantur, non esse, quidni etiam *iubere* dici possint. Classem autem conscenderant Etrusci, quia Tiberi interiecto non nisi maritimo itinere in Latium tendere poterant, quo, cum pedestre certamen instet, *signa ferre* (vid. ad Ecl. VI, 85.) *iubent.* — **498** sqq. „Hoc de Etrusco aruspice commentum, qui Caeretanis conatibus opportune intercedit, ut ad Aeneae adventum res differatur, inter potiora Vergilii inventa referendum videtur. Externo autem duci exercitus committendus, uti Lavinia externo viro iungenda VII, 96 sqq. Esse hunc aruspicem ipsum illum Tarchonem v. 506., notat Iulius Sabinus, parum probabiliter.“ *Heyn.* — *Signa ferre iubent.* Cf. VII, 628. ibique adnott. — **499.** *Fata canens,* ut III, 444. et X, 417. i. e. quid in fatis esset, canens. Ceterum cf. adnott. ad II, 124. — *Maeoniae iuventus.* Cf. supra v. 479. ibique adnott. *Maeonia* enim antiquum erat Lydiae nomen, quod posterioribus temporibus parti modo eius ad Hermum superiorem sitae remansit. Cf. liber meus geogr. II. p. 170. adn. 43. Conington memorat, etiam ap. Ovid. Met. III, 581. *Maeoniam* pro Etruria poni. — *delecta* autem *iuventus,* ut IV, 130. et IX, 226. — **500.** O viri antiquo genere orti atque etiam fortitudine maioribus vestris pares. — *flos veterum.* Hoc Ennianum esse testatur Servius. (Cf. Ann. IX. fr. 4. p. 46. Vahl. ap. Cic. Brut. 15, 58. *flos populi.*) *Flos* autem dicitur quidquid in suo genere est praestantissimum. Vid. adnot. mea ad Lucr. III, 222. Per *veteres* autem *viros* Heynio recte videtur populus significari, qui antiquam originem habeat. Verba *Flos veterum virtusque virum* iterantur ab Ausonio cent. nupt. 8. et 74. — *quos iustus in hostem Fert dolor.* Cf. Epit. Iliad. 354. *Et dolor in pugnam cunctos communis agebat.* — *Dolor* autem ex indignatione or-

Nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
Externos optate duces. Tum Etrusca resedit
Hoc acies campo monitis exterrita divom.
Ipse oratores ad me regnique coronam
Cum sceptro misit mandatque insignia Tarchon,
Succedam castris Tyrrhenaque regna capessam.
Sed mihi tarda gelu saeclisque effeta senectus
Invidet imperium seraeque ad fortia vires.
Natum exhortarer, ni mixtus matre Sabella

---

tus, ut supra v. 220. — **502.** *Nulli fas Italo* cett. Cf. supra VII, 94 sqq., ubi eadem ratione externo tantum genero iungendam esse Laviniam fata Latino canunt. — *subiungere*, ὑποζευγνύναι, fortius, quam *summittere*, metaphora a boum iugo ducta. Cf. Hor. Ep. I, 1, 19. *non me rebus subiungere conor* ibique Obbar. p. 44. — **503.** *Externos duces* Wagn. pro: „externum aliquem ducem" dictum esse memorat coll. adnot. ad I, 4. Sic supra VII, 98. *Externi veniunt generi*, ubi vid. adnott — *optate*, eligite. Vid. ad I, 425. — **504.** „*Hoc campo*, δεικτικῶς, etsi oculis prospici non poterant castra sub Caere locata. [Sermo autem est de litorali tractu v. 497. commemorato.] — **505.** *oratores*. Vid. ad VII, 153. — *regni coronam*: novum hoc, sed dictum ut *regni insignia;* et subiectum hoc idem tamquam genus, enumeratione partium (coronae et sceptri) facta. *Coronam* dixit diadema; fuerunt tamen Etruscis et aliis Italis coronae ex lamina aurea, etiam in sacris bacchicis; cuius generis exempla ubique visuntur in vasis pictis. Coronam radiatam Latini regis vid. XII, 162 sq." Haec *Heyn.*, qui simul de his ceterisque regni insignibus conferri iubet Dionys. III, 61. pr. Etrusca corona constabat quernis foliis ex auro factis cum glandibus gemmeis et dependentibus aureis vittis. Peerlk., aliis quoque huius loci verbis sine iusta causa offensus, suspicatur, Vergilium scripsisse *Ipse oratores regnique insignia Tarchon Misit*, et hunc versum imperfectum unius modo vocabuli glossae occasionem praebuisse. — **506.** *misit mandatque*, i. e. misit oratores cum insignibus, qui postquam advenerunt, Tarchon mihi ea mandat, i. e. tradit. Cf. adnott. ad Geo. III, 228. Aen. II, 465. VI, 745. — *Tarchon*, omnium fere Codd. scripturam, cum Wagn. revocavimus (quem etiam ceteri recentiores editores omnes secuti sunt). Cf. adnott. ad II, 259. et Ecl. VI, 13. Eadem nominis forma Graeca, uno loco excepto, ubivis poeta usus est (vid. X, 153. 290. 299. 302. XI, 184. 729. 746. 757.); quod autem uno loco, infra v. 603., metri causa *Tarcho* exaravit, id non maiorem vim habet, quam quod semel, Ecl. V, 52., metro cogente *Daphnin* scripsit, alibi semper *Daphnim* efferens; quae etiam Wagnori est sententia, fuse de hac re disputantis. Cf. etiam Neue *Formenl.* II. p. 160. — **507.** *misit - - succedam*, imperans, ut succedam. Cf. similes locos I, 644 sq. II, 74 sq. 652. IV, 288 sqq. et adnott. ad IV, 683. — *Succedam castris*. Conington comparat XI, 826. *Succedat pugnae.* — **508.** *senectus tarda gelu*. Vid. ad V, 395. — *saeclisque*, multis annis; nam secundum Servium saeculum habet triginta annos, quare etiam pro una hominum aetate (*ein Menschenalter*) ponitur (vid. adnott. ad Geo. I, 468. et II, 295.) atque Nestor a Laevio ap. Gellium XIX, 7. extr. vocatur *trisaeclisenex.* Ladew. conferri iubet Cic. de sen. 7, 24. *Serit arbores, quae alteri saeculo prosint.* — *effeta*. Vid. ad V, 396. et VII, 440. — **509.** *Invidet imperium*. Vid. ad Ecl. VII, 58. (et Aen. IV, 349.) et Burm. ad Petron. c. 14. Similem locum iam supra legimus V, 415. — *serae ad fortia* facinora *vires*, i. e. tardae, non sufficientes. Sic *belli serus Ilertes* ap. Silium III, 255. Cf. etiam Ovid. ex P. III, 4, 57. *Non ego cessavi, nec fecit inertia serum*, Hor. Sat. I, 10, 21. *O seri studiorum*, et maxima pars eorum locorum, ubi *serus* per nimis serus s. tardus explicari solet. — **510.** *Natum*. Sic nunc cum Süpflio, Hauptio, Bryceo, Wagn. (in recentiss. edit.), Ladew., Coningt. et Benoisto scripsimus optimos Codd. (Med.,

Hinc partem patriae traheret. Tu, cuius et annis
Et generi fata indulgent, quem numina poscunt,
Ingredere, o Teucrum atque Italum fortissime ductor.
Hinc tibi praeterea, spes et solatia nostri,
Pallanta adiungam; sub te tolerare magistro
Militiam et grave Martis opus, tua cernere facta
Adsuescat primis et te miretur ab annis.
Arcadas huic equites bis centum, robora pubis

Pal., Gud., Bern. II. III. alios) secuti. Prius cum eodem Wagn. (Qu. Verg. XXXVIII, 1.) et Iahnio *Gnatum* edidimus, quod, a Rom. exhibitum, Ribbeck. servavit. (Cf. adnott. ad Ecl. V, 22. et Aen. VI, 868.) — „*ni mixtus matre Sabella*: ni, mixtum genus habens per matrem Sabinam, partem patriae s. originis *hinc*, a Sabinis ideoque ex Italia duceret, etsi patre externo, Evandro, natus.“ *Heyn.* Ceterum cf. VI, 762. XII, 838. et adnott. ad VI, 727. — **511**. *Tu, cuius et annis Et generi* etc., tu, qui et tali aetate et tali genere es, ut tibi per fata liceat imperium illud capessere. — **512**. *fata indulgent.* Ante Heins. edebatur *fatum indulget*, quod legitur in Rom. et a m. pr. in Pal. (ubi *indulges*) et Gud. — *quem numina poscunt* Heyn. explicat: quem vaticinium designat. Dietsch. vero Theol. Verg. p. 6. hanc voc. *numinis* significationem negans et vaticinia non Aeneam, sed externum tantum ducem poposcisse memorans, locum rectius sic explicat: „Tu, in quo, quae fata praescripserunt, omnia insunt, quem ergo ab divis Italorum ducem posci manifestum est,“ ut sibi opponantur *indulgere*, non vetare, et *poscere*, iubere. Cf. idem p. 33. — **513**. *Ingredere*, plenum dignitatis verbum. Vid. ad Geo. I, 42. Barth. ad Stat. Theb. II, 195. minus recte interpretatur: regnum, imperium mihi delatum capesse. — **514**. *Hunc tibi praeterea*, i. e. hunc tibi praeter ceteros. Vid. adnott. ad Ecl. IX, 16. — *spes et solatia nostri*. Serv. adnotat: „*Spes*, quia multa sibi de eius virtute promittebat pater, *solatium*, quia amissa coniuge unici filii utebatur solatio.“ Pluralis *solatia* autem non tam metri causa positus, quam potius per vim pro: magnum solatium. Cf. adnott. ad IV, 28. et add. ad I, 11. — Cum v. **515–517**. Heyn. conferri iubet Apollon. II, 804 sq. Epitom. Iliados 573. (ibique Wernsdorf.), et, qui Vergilium imitati sint, Val. Fl. I, 269 sqq. et Silium IV, 430 sq. — *sub te magistro* Peerlk. iudice (qui conferri iubet Stat. Theb. II, 439. *nec tibi tanto sub teste labores*, Schulting. ad Senec. Suas. VII. et Burm. ad Val. Fl. VII, 419) aliquanto plus est, quam *te magistro*. Cf. adnott. ad Aen. VIII, 292. Respicitur autem hic mos Romanorum, ex quo adolescentes nobiles ducum contubernio utebantur, ut ab iis bellum administrare discerent. Iam vidimus, huius loci memores fuisse Silium IV, 430. (*Te duce primitias pugnae te magna magistro Audeat*) et Val. Fl. I, 269. (*sub te puerilia tela magistro Venator ferat*). — *tolerare militiam* ex Ennio sumptum videtur, qui Ann. X. fr. 4. p. 51. Vahl. (p. 91. Hessel.) haec canit: *Duxit delectos bellum tolerare potentes.* — **516**. *grave Martis opus*, μέγα ἔργον Ἄρηος Hom. Il. XI, 733. et al. Verba *Militiam et grave Martis opus* repetuntur in Anth. Lat. I, 147, 17. — *miretur* hic de ea admiratione dictum, quae parit imitationem. Cf. Cort. ad Plin. Epp. p. 222. et Arntzen. ad Aur. Vict. p. 596. a Peerlk. laudati, qui praeterea confert Tac. Agr. 46. *admiratione te potius, et, si natura suppeditet, similitudine decoremus.* Conington vero comparat Lucan. IX, 805. *Magnanimo iuveni miratorique Catonis.* Ceterum hunc Verg. locum adscribit Schol. Lucani IX, 807. et imitatur auctor Epit. Iliad. 574. *Virtutes patrias primis imitetur ab annis.* — **518** sq. Sensus est: Dabo Pallanti bis centum equites, Pallas autem tibi totidem dabit; Pallas tecum proficiscetur in bellum; ibitis autem singuli cum ducentis equitibus, Pallas a me habebit ducentos, tu a Pallante ducentos. „Quadringentos equites mittit Evander, ut iter esset expeditum, nec longa mora intercederet, quam obsidionis discrimen non admittebat. Tenendum hoc

Lecta, dabo totidemque suo tibi nomine Pallas."
Vix ea fatus erat: defixique ora tenebant
Aeneas Anchisiades et fidus Achates,
Multaque dura suo tristi cum corde putabant,
Ni signum caelo Cytherea dedisset aperto.
Namque inproviso vibratus ab aethere fulgor

---

est, ne mirum videatur, cur Arcades equites potissimum poetae placuerint; cum alioqui Arcades nec equitatu valuerint, nec in regione montosa et aspera valere potuerint, novae autem sedes in Italia vix equitatum suppeditaverint." *Heyn.* — *bis centum.* Vid. ad I, 17. — *robora pubis lecta.* Respexit hunc locum Catull. 64, 4. *Cum lecti iuvenes, Argivae robora pubis, - - Ausi sunt.* Cf. etiam Stat. Theb. X, 222. *Ter denos numero, turmarum robora, iussus ipse leget.* Liv. XXII, 6, 2. *robora virorum sequebantur* et Burm. ad Val. Fl. II, 644. Peerlk. praeter necessitatem pro *Arcadas* coni. *Arcadiae* (scil. *pubis robora*). — *suo tibi nomine.* Unus Ribbeck. edidit *suo sibi munere*, quae lectio iam Heinsio arrisit paulo subtilius haec adnotanti: „non enim se Aeneae daturum electae pubis robora dixit, sed Pallanti, quibus ille, inquit, suo munere alios bis centum est additurus, h. e. a se conscriptos." Sed cum hi equites omnes una cum Pallante duce re vera Aeneae dentur, quidni Evandro, quo magis huic filium commendet, dicere liceat, alteram equitum partem a Pallante suo nomine, i. e. suis quasi opibus armatam equisque instructam, Aeneae adduci? Contra hos equites sibi ipsi muneri dedisse minus apte Pallas diceretur; quare cum ceteris recentioribus editoribus vulgarem lectionem retinendam censui. Quod autem ad Codd. auctoritatem attinet, *sibi* non nisi in Med. et Gud. a m. pr. atque in Pal. a m. sec. legitur; *munere* sane exhibetur a Pal., Rom., Gud. et Bern. II., sed *nomine* praeter Med., Bern. III., alios etiam testatur Servius. — 520 sqq. Vulgo post *erat* et *putabant* Semicolo, post *Achates* autem Commate distinguitur; Wagn. post *erat* Colon, post *Achates* Semicolon, post *putabant* iterum Colon posuit, sententiam v. 522 sqq. in pedestris orationis formam redactam hanc esse memorans: „Multa tristia animo volvebant. At repente Venus signum dedit," et comparans supra VI, 358 sqq. Mihi anacoluthon hic statuendum videtur; cum enim, ubi duae enuntiationes per *Vix - - et* sive *que* coniunguntur (nostrum *kaum - - und* pro *kaum - - da* sive *so*: vid. adnott. ad II, 692. 802. et VI, 498.), altera semper aliquid inexspectatum, singulare, mirum, vel certe grave et magni momenti contineat, hic autem tristes et sollicitae Troianorum cogitationes minime sint mirabiles, immo naturae rei prorsus convenientes — nam Evander invalidum modo auxilium promiserat et quid ab Etruscis sperari posset, adhuc dubium erat, ut superans hostium numerus castris Troianis et Ascanio summum periculum minaretur — Vergilium ab initio sic scripturum fuisse suspicor: *Vix ea fatus erat, et signum s. signumque caelo Cytherea dedit*, deinde vero, cogitantem, hoc laetum prodigium legentium animos multo vehementius percussurum esse, si Troianos afflictos, demissos, tristes sibi proponerent, addidisse illa verba *defixique ora tenebant* cett., singulis tamen enunciationibus paulo laxius et negligentius coniunctis, cum proprie sequi deberent verba *cum signum c. C. dedit.* (Adsentitur mihi Conington.) Ceterum de toto hoc loco v. 520—540. cf. Ladew. Progr. de locis aliquot Vergilii p. 3 sqq. — *defixi ora tenebant.* Cf. VI, 156. *maesto defixus lumina vultu Ingreditur*, et II, 1. *intentique ora tenebant.* — 522 sq. *suo cum corde putabant* (cf. supra VI, 85.), *Ni dedisset*: Ita locum intellige: - - *putabant* atque diutius etiam *putassent, ni - - dedisset.* Cf. adnott. ad Geo. III, 562. et Aen. VI, 358. — *caelo aperto*, i. e. sereno, nubibus non obducto. Vid. ad Geo. I, 393., ubi *aperta serena*, et Burm. ad Val. Fl. I, 655. Hanc enim interpretationem, qua prodigii vis et gravitas non minimum augetur, vel sequens *improviso* et v. 528 sq. *caeli regio serena* et *sudum* flagitare

Cum sonitu venit et ruere omnia visa repente
Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor.
Suspiciunt, iterum atque iterum fragor increpat ingens.
Arma inter nubem caeli in regione serena
Per sudum rutilare vident et pulsa tonare.

---

videtur. Alioquin enim etiam de *ruptis nubibus* cogitari possit. Vid. ad III, 199. — **524.** *improviso* pro: ex improviso. Vid. ad II, 129. — *vibratus ab aethere fulgor.* Conington comparat Ovid. Met. II, 308. *vibrataque fulmina iactat.* — **525.** *Cum sonitu.* Cf. II, 466. — *ruere omnia visa repente.* Cf. III, 90. *tremere omnia visa repente.* — **526.** „Clangor armorum, quae movebantur per aërem deportata a Venere, comparatur cum clangore tubae. *Tyrrhena,* i. e. Tyrrhenica [vid. ad I, 119. III, 602. IV, 552. al.] *tuba,* a Tyrrhenis, ut notum est, inventa, et doctius: *Tyrrhenus clangor tubae.*" *Heyn.* Ut enim omnino Adiectiva haud raro alii Substantivo adiiciuntur, atque quo proprie pertinent (cf. Aen. I, 169. III, 411. V, 375. VI, 10. VII, 533. X, 426. XI, 810. etc.), sic etiam quae proprie ad Casum rectum (Genitivum) pertinent, saepe ad Casum regentem accommodantur (cf. Ecl. IX, 46. Geo. I, 52. 211. IV, 267. 374. Aen. I, 4. III, 411. VII, 44. 533. VIII, 526. X, 426. XII, 199. 739. Lucr. V, 24. *Quid Nemeaeus enim nobis nunc magnus hiatus Ille leonis obesset?* etc.), neque apud solos poetas, sed etiam in pedestri oratione: ut ap. Liv. I, 1, 4. *maiora rerum initia;* id. XXXVI, 10, 4. *Inter metum praesentem hostium* cett. Cf. etiam Burm. ad Prop. III, 2, 33. Drak ad Liv. IV, 8, 6. Obbar. in Diariis schol. Darmstad. 1832. ch. 150. Walch. ad Tac. Agr. 4. p. 138. Iacob. Disquiss. Vergg. P. I. p. 11. not. Bach. ad Ovid. Met. X, 568. Schiller. ad Hor. Od. I, 15, 1. p. 56. alii. Imitatur Maronem Statius Theb. IV, 342. *Et tua non umquam Tyrrhenus tempora circum Clangor eat.* De *tuba* vide librum meum *Hellas u. Rom* I, 1. p. 172. adn. 342. — *Clangor* autem vox propria de strepitu tubarum. Cf. infra XI, 192. supra II, 313. Lucan. I, 237. Silius II, 18. XIV, 627. XVI, 94. Stat. Theb. III, 650. al. Vid. Barth. ad Stat. Theb. V, 13. et Drak. ad Sil. V, 199. — *mugire* de tubae sono legitur etiam ap. Lucr. IV, 545. *Cum tuba depresso graviter sub murmure mugit.* — **527.** *increpat* Med. aliorumque meliorum Codd. est lectio ab Heinsio revocata, quam etiam Nonius p. 329, 21. testatur. Vulgo *intonat,* quod ex IX, 709. vel XII, 700. huc translatum videtur. Cf. Ovid. Met. XII, 51. *qualem cum Iuppiter atras Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt;* id. Fast. II, 501. *Cum subito motu nubes crepuere sinistrae* aliosque locos a Burm. laudatos et infra IX, 504. Conington conferri iubet Cic. de Or. II, 5, [21.] et Ennii Thy. fr. 2. [p. 140. Vahl.] — **528.** Cum in atrio essent (vid. supra ad v. 467.), cuius media pars etiam posterioribus temporibus non erat tecta (vid. librum meum *Hellas u. Rom* I, 1. p. 195.), facile poterant videre, quae in caelo fiebant. Arma autem in caelo visa etiam alibi inter prodigia sunt. Cf. Geo. I, 474. Tib. II, 5, 73. Liv. XXII, 1. Plin. II, 57, 58. etc. Heins. abesse malit Praepos. *in,* quae sane desideratur in Med. a m. pr. (et Gud., cui tamen Ribbeck., ut Palatino, Romano et Bern. II. III., Praepositionem adscribit), quare, cum etiam a Nonio p. 31, 15. omittatur, a Ribbeckii quoque edit. abest. Ceteri recentiores editores (etiam Wagn. in recentiss. edit.) eam retinuerunt. Wagn. apte confert XI, 225. *Hos inter motus medio in flagrante tumultu* et III, 646. *Dum vitam in silvis inter deserta ferarum Lustra traho.* — *caeli in regione serena.* Conington adnotat, poetam hic memorem fuisse Lucr. VI, 99. *Nec fit enim sonitus caeli de parte serena* etc. — **529.** *Per sudum,* ut ap. Val. Fl. II, 115. Peerlk., cum iam praecesserint verba *caelo aperto* et *caeli in regione serena,* coni. *per subitum,* quod etiam Silium hic legisse putat XV, 138. sic scribentem: *Ecce - - ferri inter nubila visus Anguis - - et vaga late Per subitum moto strepuere tonitrua mundo.* — *vident tonare,* ut supra v.

Obstipuere animis alii, sed Troius heros
Adgnovit sonitum et divae promissa parentis.
Tum memorat: „Ne vero, hospes, ne quaere profecto,
Quem casum portenta ferant: ego poscor Olympo.
Hoc signum cecinit missuram diva creatrix, .
Si bellum ingrueret, Volcaniaque arma per auras
Laturam auxilio.
Heu quantae miseris caedes Laurentibus instant!
Quas poenas mihi, Turne, dabis! quam multa sub undas

---

361. *videbant mugire,* ubi vid. adnott. — „*pulsa*, impulsa, allisa sibi invicem; *tonare* pro simplici sonare.“ Haec *Heyn.;* vid. tamen supra ad v. 239. et VI, 515. Pal. et Rom. sane exhibent *sonare.* — **530.** *Obstipuere animis.* Vid. ad II, 120. et 386. — *alii* pro ceteri. Vid. ad V, 836. — **531.** „*et agnovit divae promissa parentis* et v. 534. *Hoc signum* cett. Bene Servius: „„κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus Venerem ei promisisse.““ Clarior res ap. Homerum Il. XVIII, 189.“ *Heyn.* Conington conferri iubet Aesch. Agam. 123. et Soph. Oed. T. 1054. — **532.** In verbis *ne vero - - ne quaere profecto* et librarii et editores quidam haeserunt. Nam in aliquot Codd. Pier. *Ne quaere, hospes, ne quaere profecto,* et in Venet. *Tum vero memorat: hospes, ne quaere profecto* legitur; Both. autem coni. *Nunc vero, hospes (ne q. p. Q. c. p. f.) ego poscor* cett. et Peerlk. verba sic transponenda esse suspicatur: *Ne vero, hospes, ne quaere, ferant quem Haec casum portenta: profecto ego poscor.* Ladew. vero (qui etiam cf. in Progr. modo laud. p. 14. et in Append. p. 260.) *profecto* non pro Adverbio habet, sed pro Participio ad Pallantem referendo et per Fut. exactum solvendo: si profectus erit, ut ap. Val. Fl. IV, 567. *Di tibi praegresso - - Auxilium mentemque dabunt* et Geo. IV, 547. *Placatam Eurydicen vitula venerabere caesa*, ubi vid. adnott., quare etiam Comma post *profecto* dolet. Sed vide, quae contra hanc rationem satis artificiosam vere disputant Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 420. sqq. et Hoffmann. in *Zeitschr. f. d. Oestr. G.* 1853. p. 881. — **533.** *quem casum portenta ferant*, scil. tibi vel filio tuo; nam ad me spectant, neque omnino malum aliquod denuntiant, sed tantum significant, arma a me esse capienda et bellum gerendum. — „*ego poscor Olympo*, tertio Casu, pro *ab O.;* me Olympus poscit, me vult, respicit, h. e. ad me portentum aëris spectat; nihil est, quod vos terreamini. [Cf. supra v. 512.] Alio modo diceret *se posci Olympo* is, qui in eum attollitur, evehitur, deus factus. Cf. Soph. Oed. Col. 1542. ὦ παῖδες cett.“ *Heyn.* Cf. etiam V, 707. VII, 272. cett. Peerlk. tamen, cui *Olympo,* si cum antecedentibus verbis coniungitur, otiosum videtur, locum sic distingui suadet: *poscor, Olympo Hoc signum* etc., ut *Olympo mittere* dicatur, quemadmodum XII, 245. *alto dat signum caelo*; eamque distinctionem sequuntur Haupt., Ladew. et Benoist. Ceteri recentiores editores nobiscum faciunt. Cf. etiam Wagn. l. l., qui imprimis disputat contra caesuram quartam decimam, quam Ladewigii distinctio huic et superiori versui obtrudit. — **534** sq. Cf. Hom. Il. XXI, 277 sq. et Od. XII, 389 sq. Quando autem vel ubi Venus id praedixerit, a poeta nusquam proditum est. Fortasse hoc postea voluit addere. — *diva creatrix*, ut VI, 367. — **535.** *si ingrueret*, i. e. si quando futurum esset, ut ingrueret. Cf. quae de hoc Particulae usu conditionalem et temporalem potestatem coniungente diximus ad V, 64. — **537** sqq. Conington, qui etiam conferri vult VII, 595 sqq., poetam censet hic fortasse memorem fuisse Horatii Od. I, 15, 5 sqq. De Particula *heu* misericordiam et tristitiam in rebus alienis exprimente cf. III, 317. IX, 485. Hor. Od. I, 24, 11. Martial. I, 4, 3. cett. et Hand. Turs. III. p. 66. — **538** sq. Heyn. in his veritatem et fidem historicam desiderat, cum pugna non ad Tiberim facta sit; sed certe in vicinia fluvii pugnae illae fiebant, quare etiam XII, 35 sqq. ean-

Scuta virum galeasque et fortia corpora volves,
Thybri pater! Poscant acies et foedera rumpant!"
Haec ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto
Et primum Herculeis sopitas ignibus aras
Excitat hesternumque Larem parvosque Penatis

---

dem sententiam poeta repetit. Ceterum Heyn. cum h. l. conferri iubet Silium II, 455 sqq. Statium Achill. I, 84 sqq. Theb. II, 460 sq. III, 210 sq. et Hor. Od. I, 15, 9 sqq. Adde Sil. I, 53 sq. IV, 627 sq. X, 315 sqq. alios. — *sub undas - - volves.* Vid. ad Geo. II, 129. Ceterum cf. etiam similis locus I, 100 sq. et quod ad ipsam rem attinet, supra VI, 87. et infra XII, 35. — V. **539.** legitur iam supra I, 101. — **540.** „*Poscant acies* cett. quasi: eant nunc et flagitent bellum." *Serv.* Cf. supra VII, 317. — V. **541.** iteratur in Anth. Lat. I, 172, 43. — *solio se tollit ab alto.* Cf. XI, 301. — **542.** *Herculeis sopitas ignibus aras Excitat,* i. e. ignes sopitos in ara Herculis; *ignibus,* quia arae habent sopitos ignes. Cf. supra v. 475. et Ovid. Met. VIII, 641 sq. Heynius haeret in *Herculeis ignibus,* cum de sacro Penatibus in domus penetralibus facto sermo sit, Herculis autem ara ante urbem in luco fuerit; quare suspicatur, aut aram Penatium ornari hoc epitheto respectu Herculis, qui olim ad eandem aram sacra fecisse putandus sit (coll. v. 362 sqq.), aut more religioso ignem ex sacro hesterno Herculis (v. 102 sqq.) servatum et in focum domesticum repositum, aut denique Herculem Evandro Penatium loco Geniumque s. Larem domesticum fuisse; praeterea vero etiam coniecturam proponit parum felicem *Herceis ignibus,* ut sermo sit de ara Iovis Hercei, Ἑρκείου (vid. ad II, 512.); quae quomodo Wakefieldo placere potuerit, equidem non intelligo. Immo ex variis sententiis ab Heynio propositis cum Iahnio et Süpflio alteram unice veram duco, eamque etiam Ladew., Conington et Benoist. amplectuntur. *Herculei* enim *ignes,* qui nunc resuscitantur, nulli possunt esse alii, quam qui heri in Herculis honorem in Ara maxima accensi fuerunt (cf. v. 102 sqq.); hoc autem sacrum non ante urbem ad aram Herculis, sed in aedibus Evandri instituitur (quod v. 467. cum v. 541. collatus docet), neque Herculi, sed diis domesticis huius regis offertur; quare nihil aliud superest, nisi ut cum Iahnio statuamus, Evandrum heri flammas prunasque ab ara Herculis secum domum attulisse atque in aris domesticis reposuisse, hosque ignes sopitos tantumque sub favilla gliscentes nunc ab Aenea resuscitari, ut Lari Penatibusque sacrificium fiat. Wagn. (quem olim secutus sum) minus probabiliter cogitat de sacro in ipsa Ara maxima iterato et duplici quidem, altero Herculi (iterum), altero (hac occasione data etiam) diis Evandri domesticis facto; cuius sententiae certo in verbis Vergilii nulla apparere vestigia, Iahn. verissime memorat. (Non tamen reticendum, in recentiss. edit. etiam Wagnerum videri mutata sententia nobiscum consentire.) Ex his apparet, non opus esse audacissima coniectura *Et primum cinerem et sopitas* etc., quam Peerlk. proposuit, coll. Aen. V, 743. VIII, 410. Ovid. Met. VIII, 642. et Stat. Theb. I, 512. — *primum* respondet verbis *post hinc ad naves graditur* (v. 546.), neque opus est, ut *hesternumque* pro *tum hesternum* positum capiamus. — **543.** *Excitat.* Sic Med. cum optimis Codd. Altera (Rom., Minor. etc.) lectio *Suscitat,* ab Iahnio recepta, facile huc transferri potuit ex v. 410. (et V, 743.). Utrumque autem vocabulum aeque bene, ut de dormientibus, ita etiam de igne dici, vere observat Wagn., laudato Heinsio ad Ovid. Fast. V, 507. — Pro *hesterno Lare* plures Codd. (inter quos etiam Rom.) *externum* inferunt errore nec miro neque insolito; quare non erat, cur haec lectio Heynio (et Vossio l. l. p. 226.) tantopere arrideret, *externum Larem* per ξένιον interpretanti. *Lar hesternus* (*der Lar von gestern her*) significat: quem heri iam adierat, cui pridie iam sacrificaverat hospitem in domum suam recipiens (cf. Schirach. p. 593.); quae explicatio praestat alteri Iahnio probatae: qui Aeneae ab hesterno die, quo primum Evandri domum subierat, notus et quasi familiaris factus est. Coniungenda autem esse *hesternum Larem adit,* non:

Laetus adit; mactant lectas de more bidentis
Euandrus pariter, pariter Troiana iuventus.
Post hinc ad navis graditur sociosque revisit,
Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,
Praestantis virtute legit, pars cetera prona
Fertur aqua segnisque secundo defluit amni,
Nuntia ventura Ascanio rerumque patrisque.
Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva;
Ducunt exsortem Aeneae, quem fulva leonis
Pellis obit totum praefulgens unguibus aureis.

Excitat hesternum Larem, quod ordo verborum non patitur, Heyn. iam docuit. Peerlk. etiam hunc versum audacissima vexavit coniectura *Arcadiumque Larem* etc. — *parvos Penatis*, quia domus Evandri ipsa parva et humilis est. (Cf. v. 366. et 455.) — **544**. *laetus* (cf. III, 178.) *adit*, precando, προσέρχεται. Verbum proprium hac de re. Cf. Cic. N. D. I, 27, 77. *deos ipsos adire;* de Legg. II, 10, 24. *adire ad deos;* Phil. XIV, 1, 2. *adire ad aras;* Lucr. V, 1228. *divûm pacem votis adit;* Prop. IV, 21, (III, 20,) 18. *Cogar et undisonos nunc prece adire deos;* Tib. I, 2, 81. *Num feror incestus sedes adiisse deorum* all. — *mactant* Heins. ex Med. et Zulich. restituit; ceteri Codd., Serv., Macrob. III, 5, 2. p. 278. Ian. (p. 14. Bip.) et Arus. Mess. p. 247. *mactat*, quod etiam legit auctor Medeae in Anth. Lat. I, 178, 113. scribens *mactat de more bidentes* et Iahn. revocavit, Wagn. autem antecedenti *adit* accommodatum esse censet, Pluralem iam propterea praestare memorans, quod hoc sacrificium vel maxime ad Troianos pertineat, ita ut poetam una cogitatione complecti voluisse Evandrum Troianosque sit verisimilius; Singularis enim significaret, Evandrum et Troianos singulatim, suo quemque loco, oves mactasse. Etiam ceteri recentiores editores praeter Coniugtonem (qui comparat I, 513.) Pluralem receperunt. Ceterum vid. IV, 57., ubi eadem verba iam legimus, coll. V, 96. VII, 93. et XII, 170. — **545**. *pariter, pariter*, ἅμα μὲν, ἅμα δέ. Cf. infra X, 756. Ovid. Met. VIII, 324. XII, 36. Her. XVIII, 213. Trist. IV, 1, 13. Claud. X, 331. (ubi *diligimus pariter, pariterque timemus*). Plin. Ep. VIII, 23. extr. et Walch. ad Tac. Agr. 14. Sic etiam I, 513. *simul, simul*. — **546**. „Amne adverso a littore Laurentino Pallantinm navi advenerat Aeneas (supra v. 90.); nunc ea navi partem sociorum ad Ascanium et castra redire iubet; altera parte sibi adiuncta et Arcadibus comitibus, terra per Etruriam Caere et ad Tarchontem proficiscitur. — **547**. *qui sese in bella sequantur*. Paulo obscurior sententia; nam ad bellum non proficiscitur Aeneas, sed ad auxilia et societatem Caeretanorum petendam. Dicendum haud dubie, poetam declarare voluisse viros delectos ad casum belli s. pugnae, ut Aeneae latus tegerent in discrimine belli [si forte sit pugnandum], sicut etiam infra iterum v. 606. Cf. X. 260 sqq.“ *Heyn*. De Plurali autem *bella* vid. ad II, 409. et VII, 782. — **548**. *prona aqua*. Vid. ad Geo. I, 203. — **549**. *segnis*, otiosa, quia secundo flumine *defluentibus* non opus est remigatione. Aliter supra v. 94., ubi adverso flumine navigantes *remigio noctem diemque fatigant*. — *secundo defluit amni*. Cf. Geo. III, 447. — **550**. „*Ascanio*. Remanserat is apud Troianos in castris sub Tiberis ostia. Cf. supra VII, 158 sq. De eorum autem adventu in castris nihil amplius memoravit poeta. Cf. ad X, 238.“ *Heyn*. Dat. autem *Ascanio* non minus a *ventura*, quam a *nuntia* pendet. — **551**. *Dantur*, ab Evandro. — *petentibus* non opus esse ut pro *petituris* positum accipiamus, cum iam mente animoque petant Teucri, vere adnotat Wagn. Qu. Verg. XXIX, 2. Vid. tamen ad II, 111. et VI, 392. — **552**. *ducunt* (cf. X, 858.) *exsortem*, ἐξαίρετον Hom. Il. II, 227. Sensus est: Aeneae adducunt equum, non sortito, sed delectum sine sorte, ideoque praecipuum, insignem. Vid. etiam V, 534. Ceteri igitur Troiani sortiebantur equos. — Verba seqq. *quem fulva leonis* etc. non dubito, quin ad equum referenda sint (cf.

Fama volat parvam subito volgata per urbem,
Ocius ire equites Tyrrheni ad litora regis.
Vota metu duplicant matres propiusque periclo
It timor et maior Martis iam adparet imago.
Tum pater Euandrus dextram conplexus euntis
Haeret inexpletus lacrimans ac talia fatur:

XI, 770. atque etiam VIII, 177.), non ad Aeneam (cf. II, 721. V, 351. VII, 666.). Vid. etiam Lersch. Ant. Verg. §. 33. p. 76. — *unguibus aureis*, ut V, 352. De Adiectivo διασυλλάβως pronuntiando vid. ad I, 131. (698.) VII, 532. X, 496. al. — **554**. *Fama volat* etc. Cf. III, 121. — **555**. *ad litora regis.* Non dubitavimus hanc difficiliorem lectionem, quam praebent Med., Rom. (cui Heyn. falso tribuit alteram scripturam), Gud. a m. sec., Bern. II., IV Pariss., alii, pro vulg. *ad limina* (quam exhibent Pal., Gud. a m. pr., Bern. III., alii, sed quae facile invehi poterat e v. 145. et 362.) cum Wagn. restituero, cum constet, haec duo vocc. saepe a librariis confundi (cf. Pier. ad Aen. II, 321. Heinsius ad Sil. VII, 417. et ad Ovid. Met. XIII, 628. Drak. ad Sil. III, 4. alii), Tyrrhenum autem regem vere in litore castra classemque habere, v. 497. doceat. Secuti sunt Ribbeck., Ladew., et Benoist., dum Süpfl., Haupt., Bryce et Conington *limina* retinuerunt. — **556**. *vota duplicant*, duplicia faciunt, i. e. solito maiora vovent, cum filios in bellum proficisci videant. Verba *Vota metu duplicant matres* affert Schol. Horat. Od. I, 1, 25. et sine verbo *matres* repetit auctor carminis de alea in Anth. Lat. III, 81, 16. — *propius periclo It timor* Wagn. prius putavit poetice positum esse pro: timor est propior periculo, i. e. non abest longe a periculo; „non iam metuunt solum periculum, sed propinquum etiam et instans vident," coll. Liv. I, 25, 13. *prope metum res fuerat;* in recentiss. vero edit. explicat: „propius accedit ad periculum, *an die Gefahr tritt die Furcht näher heran, la peur s'approche du péril;*" similiterque iam Süpflius interpretatus erat: *„und näher der Gefahr geht die Besorgniss*, i. e. *die Besorgniss malt sich die ferne Gefahr als eine nahe*," quam explicationem certe praefero et Peerlkampianae: in periculo (ubi ipsum periculum adest) timor it propius, propius accedit, magis eas sollicitat, et Ladewigianae: *„durch die Gefahr rückt näher die Furcht, also die Furcht wächst, je näher die Gefahr kommt.*" Non enim tam ambigue scripsisset Vergilius, si *periculo* sextum Casum pro *in periculo* vel per periculum positum haberi voluisset. Etiam Silius I, 13. canens *propiusque fuere periclo* in loco nostro Dativum videtur agnovisse. Si *periclo* vere est sextus Casus, tum unice vera est Hoffmanni explicatio in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 884 sq., ut is pendeat a Comparativo *propius* et sententia sit: propius, quam verum periculum, it eius timor et maior, quam res postulant, apparet belli imago; quae nunc nescio an ceteris omnibus sit praeferenda. Wagnero teste h. l. expedire conatus est Waardenburg. Opusc. p. 172. et coniecturis satis infelicibus vexavit Withofius *Krit. Anmerkk.* Fasc. IV. p. 29. — **557**. *maior Martis iam apparet imago*, terribilior fit cogitatio Martis s. belli proxime instantis. — **558**. *dextram complexus haeret.* Vid. supra ad v. 124. — *euntis*, scil. filii (supra v. 515. commemorati), quod ex antecedente voc. *pater* facile potest intelligi. Vid. supra ad v. 270. et VI, 734. — **559**. *inexpletus lacrimans.* Sic plurimi Codd. (etiam Rom., Gud. a m. pr. et Med. a m. sec.) eandemque lectionem etiam agnoscit Servius, qui memorat, multos iungere *Haeret inexpletus*, alios autem (ut ipse Med.) legere *inexpletus lacrimis;* quare Wagnerum secuti non dubitavimus vulgatum *inexpletum lacrimans*, in quo nemo librariorum facile offendisset (cf. adnott. ad VII, 399.), cum difficiliore illa lectione permutare, quam plane Vergilianam esse Vir doct. his locis collatis comprobat, in quibus omnibus Adiectiva pro Adverbiis Participiis adiiciuntur: Geo. I, 163. 320. II, 377. III, 28. 70. 350. IV, 19. 370. Aen. III, 70. V, 764. (ubi Copula non coniungit verba *creber* et *adspirans*, sed totum versum superiori adnectit) XI, 832. XII, 457. et aliis quibusdam, quos equidem huc non traxerim. Adde potius Aen. II, 568. V, 278. VIII, 299. XI, 697. 755. et similes locos. Cf.

„O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos,
Qualis eram, cum primam aciem Praeneste sub ipsa
Stravi scutorumque incendi victor acervos
Et regem hac Erulum dextra sub Tartara misi,
Nascenti cui tris animas Feronia mater —
Horrendum dictu — dederat, terna arma movenda;

---

etiam aduott. ad ll. ll. (imprimis ad Geo. III, 28. IV, 370. et Aen. III, 70.) Bentl. et Orell. ad Hor. Sat. I, 7, 28. Bach. ad Ovid. Met. XV, 264. Kritz. ad Sall. Iug. 31, 2. Iahn. ad Geo. I, 320. p. 394. ed. II. Grotef. Gr. Lat. §. 134, 4. Freudenb. Vind. Verg. p. 24. alii. Kappes. tamen *Zur Erklär. von Verg. Aen.* II. p. 37 sqq. (quem Ladew. ad Aen. III, 70 sequitur) in eiusmodi locis Adiectivum non simpliciter pro Adverbio positum, sed singularem aliquam imaginem eo exhiberi paulo subtilius contendit (his verbis usus: *„Der Dichter will jedesmal mit dem ausmalenden Adjectiv ein ganz besonderes Bild geben, das mit dem Adverbium nicht in gleicher Weise 'ausgemalt werden könnte*“). Ceterum omnes recentiores editores praeter Bryceum lectionem *inexpletus* receperunt. — Vss. **560** sqq. ex pluribus Homeri locis Il. VII, 132 sqq. XI, 669 sqq. XXIII, 629 sqq. Od. XIV, 468 sqq. et XXIV, 375 sqq. adumbratos esse, adnotat Heyn. Cf. etiam similis locus V, 397. Val Fl. I, 336 sqq. et Wernsd. P. Lat. min. IV, 526, 52. *O mihi transactos revocet si pristina soles* etc. — De Particula optativa *si*, aut simpliciter usurpata (ut VI, 187. et 883.), aut cum Interiectione *o* coniuncta (ut VI, 194. et XI, 415. Pers. II, 9 sqq. al.), cf. Ruddim. II. p. 313 sq. Ramsh. §. 193. not. 6. p. 877. alii. Sunt fortasse, qui ob v. 568. hic potius Partic. conditionalem agnoscant; sed cum Interi. *o* adiecta, tum versus interpositi me moverunt, ut de optativa Particulae vi cogitarem, quamquam ego quoque v. 568 sqq. apodosin habeo, ad quam *tum* cogitatione adiici potest. (*O wenn doch* etc. *dann würde ich nicht - - gerissen werden*, ubi etiam nobis voc. *dann* omittere licet: *O wenn doch - -; nie würde ich* etc.) — **561**. „Ut sim talis, *qualis eram* cett. εἴθ' ὣς ἡβώοιμι Iliad. VII, 157. XI, 669.“ *Heyn.* — *primam aciem.* Cf. VII, 531. et X, 125. — *Praeneste sub ipsa.* Sic supra VII, 682. *alta* et Iuven. III, 190. *gelida Praeneste;* contra Aen. VII, 682. (*altum Praeneste*) Hor. Od. III, 4, 23. Sil. It. IX, 404. et alibi non genus nominum urbium, sed genus terminationis spectatur. Cf. Ruddim. I. p. 115. not. 38. et Schneider. Gr. Lat. II, 1. p. 220. Ceterum Peerlk. non minus in *prima acie*, quam in omisso Genitivo Obiecti et in adiecto Pron. *ipsa* haerens, parum probabiliter coni. *Qualis Praenestinam aciem Praeneste sub ipsa;* nam *cum primam aciem stravi* positum est pro: cum primum (*zum ersten Male*) aciem stravi, primam victoriam reportavi, Genitivus autem facile potest ex verbis *Praeneste sub ipsa* suppleri, et *ipsa* additum ea ipsa de causa, quia ille Genitivus omissus est: cum sub ipsius urbis moenibus cives eius devici. — **562**. „Hoc traxit de historia. Tarquinius enim Priscus victis Sabinis in honorem Vulcani eorum arma succendit, quem postea secuti sunt ceteri.“ Haec *Serv.* Cf. etiam Liv. I, 37. VIII, 30. XXVIII, 23. XXXIII, 46. XLV, 33. Flor. IV, 12, 9. Plut. Mar. 32. et Lersch. Ant. Verg. §. 48. p. 105. — **563**. *sub Tartara misi.* Cf. XI, 397. et XII, 14. — *Erulum.* Vulgo *Herilum;* sed optimi antiquissimique Codd. adspirationem non agnoscunt, quam propterea cum Wagn. omisimus. *Erulum* autem cum omnibus recentioribus editoribus inde ab Hauptio scripsimus, quia in Med., Rom., Gud. et Bern. III. *Erylum* legitur. Bryce adhuc servavit vulg. *Herilum.* Hunc monstrosum Praenestinorum regem nemo praeter Vergilium commemorat. — Verba *dextra sub Tartara misi* praemissis *Et genus invisum* repetiit auctor Medeae in Auth. Lat. I, 178, 406. — **564**. *Feronia.* Vid. ad VII, 800. — *tres animas* (vitas), ut, una anima letali vulnere amissa, duae superessent. Erulum enim, ut Geryonem, tricorporem esse cogitandum, ex sequentibus verbis apparet, quamquam Vergilius *animas* modo, non corpora commemorat, quae eas tegunt. — **565**. „*terna arma*

Ter leto sternendus erat; cui tum tamen omnis
Abstulit haec animas dextra et totidem exuit armis:
Non ego nunc dulci amplexu divellerer usquam,
Nate, tuo, neque finitimo Mezentius umquam
Huic capiti insultans tot ferro saeva dedisset
Funera, tam multis viduasset civibus urbem.

---

movenda, nt ter reviviscens ter rebellarot, ideoque ter esset vincendus; nam mox: *totidem exuit armis*, ter spoliavit victum.“ *Heyn.* Haec ipsa antem v. 567. verba docent, non tam de ter reviviscente, quam potius de tribus corporibus praedito sermouem esse, atqne etiam errare Peerlkampium et Ribbeckinm, qnorum ille locum sic distingui snadeat: — *dederat: terna arma movenda, Ter leto* etc., hic vero revera sic distinguat, verba *terna arma - - exuit armis* parenthesin faciens, nt sensus sit: ter arma contra enm movere debui, ter leto erat sternendns. Immo ab ipso terna arma movebantnr. Qnamquam qnid loquor? siquidem v. 567. Peerlk. iudice ipse est spurius! (Probat sententiam meam Couingtou; neque aliter Ladew. et Benoist locum explicant.) — 566. *leto* Wagn. recte pro tertio habet Casu, coll. XII, 464. *sternere morti*, X, 319. *Deiecit leto*, V, 691. *Morti demitte*, quibuscum locis comparat II, 398. *demittimus Orco* et Homeri *Ἀΐδι προΐαψεν*. (Adscutitur Coniugton.) Vid. etiam adnott. ad Geo. IV, 432. et Aen. IX, 433. Non tamen adsentior Viro doct. etiam Aen. IV, 527. huc trahenti, ad qnem locum vid. adnott. Ablativus sane adiicitur X, 119. et XI, 796. — *tunc.* Wagn. ex editt. antiquioribus recepit *tum*, coll. Qn. sua Verg. XXV, 5. a. Sed diversorum temporum oppositio requirit emphaticam Particnlae formam. Vid. ad Ecl. III, 10. — 567. *Abstulit animas.* Cf. IX, 443. — *cui - - abstulit - - et* (qnem) *exuit.* Vid. adnott. ad Ecl. VIII, 3. Geo. II, 375. III, 283. etc. Peerlk., verba *totidem exuit armis* ridicula censens, cum non tria corpora habuerit Erilus, sed tres animas, animae autem arma non gerant, non solum hunc totum versnm, sed cum eo etiam alterum antecedentis hemistichinm spurinm habet. Sed invitis omnibus Codd. talis medicina violentior; et cf. quae supra adnotavimus. — V. 568 sqq. apodosin continent versus 560., ad quem vide adnott. Quare Punctum vulgo post *armis* positum cum recentioribus editoribns inde ab Hauptio (praeter Bryceum, qui etiam v. 560. signnm exclamaudi perperam adpinxit) in Colon mntavimus. — 569. *finitimo* difficilior est optimorum Codd. lectio, quam cum Rnhk. et Wagn. revocavimns, quos etiam ceteri recentiores praeter Brycenm (*finitimus* edentem) et Ribbeckium (cum Pal. *finitumos* scribentem, quod hand dubie voci *funera* per appositionem adiectnm vult haberi?) secuti sunt. Vulgo enim, pessimo sono, *finitimus Mezentius usquam*, cui lectioni pauci modo Codd. minoris pretii favent. *Finitimo huic capiti* poetice pro mihi finitimo dictum (noli enim cnm Burm. coniungere *finitimo ferro*, i. e. bello); *caput* antem saepe pro ipso homine dici, iam ad IV, 613. vidimus. Locis ibi laudatis adde Val. Fl. I, 203. *Tu tantum non indignantibus undis Hoc caput accipias;* et ibid. v. 267. *Hoc, superi, servate caput.* — Haec antem emendatio flagitat etiam hanc alteram, nt *usquam*, quod et ipsum pauci libri modo (inter qnos tamen Pal., Rom., Bern. III. et a m. pr. Gud.) suppeditant, ex optimis plurimisque Codd. in *umquam* mntemus, quod, a Ruhk. neglectum, Wagn. demum fecit. Facillimo autem negotio *usquam* aut ex antecedente syllaba oriri, aut ex versn superiore repeti potuisse, quisque videt. Peerlk. locnm corrnptum censet, nihil tamen se invenisse confitetur, quo sanari posset. — 570. *Huic capiti*, mihi. Vid. snpra. — *insultans.* Vid. Burm. ad Suet. Caes. 22. — 571. *Funera*, caedes. Vid. ad Geo. III, 263. et Aen. II, 539. *Funera* autem *dare* legimus etiam Geo. III, 242., ubi vid. adnott. — *viduasset.* Cf. Hom. Il. V, 642. *ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς.* — *urbem*, Agyllam, urbem suam, cuius incolas crudelitate sua vexavit. Obloquitur

At vos, o superi, et divom tu maxume rector
Iuppiter, Arcadii, quaeso, miserescite regis
Et patrias audite preces: Si numina vestra
Incolumem Pallanta mihi, si fata reservant,
Si visurus eum vivo et venturus in unum:
Vitam oro, patior quemvis durare laborem.
Sin aliquem infandum casum, Fortuna, minaris:
Nunc, nunc o liceat crudelem abrumpere vitam,

---

quidem mihi Coniugtou, qui coutendit, explicatiouem meam coustare tantum cum lectione *finitimos*, uou cnm *finitimo;* quare potius de ipsius Evandri urbe Pallauteo cogitat; sed iam Servius docuit, quomodo locus intelligeudus sit, cum recte „*finitimo capiti* i. e. vicino" coniungat, et tamen verbis *capiti insultans* haec addat: „Ad curam enim viri fortis et boni pertinet, ue quid iniuriose fiat alicui bomini: ergo et hinc coutumeliam ducit, quod fiuitimos a tyranni iniuria uou defenderit." Insultaverat igitnr Mezeutius vicino Evaudro, quateuus spreverat eius miuas Agylliuorum a tyranno vexatorum ratiouibus prospicientis. — **572.** „Habent bae preces tanto plus suavitatis, quod tamquam praeseusione aliqua tacita immineutis filio fati factae videntur. Nam interimitur Pallas X, 508." *Heyn.* Cf. autem cum toto h. l. imitationem Val. Flacc. I, 323 sqq. — *viduasset*, orbasset, privasset. Cf. Hor. Od. II, 29, 8. *Et foliis videantur orbi.* Seu. Hippol. 866. *Ense viduare dexteram* cett., et, quem iam Wagn. laudat, Cortius ad Lucan. II, 441. — **573.** *miserescite regis.* Ad Vergilii exemplum dixisse Stat. Tbeb. I, 282. *generis miserescere tui*, docet Scholiastes Barth. Personaliter usurpatum boc Verbum etiam II, 145. legimus. — Cum v. **574** sqq. Coningtou confert IV, 612 sqq., *Numina* et *fata* eadem ratione iam supra v. 512. coniuncta vidimus. — Si *numina vestra* etc., i. e. si vos, qui omnium rerum imperium teuetis, qui omuia efficere potestis, etc. Vid. aduott. ad Aen. II, 777. — **575.** *si fata reservant.* Cf. Ciris 318. *aut quae me fata reservant?* — **576.** *venturus in unum*, rursus eum couveuturus. *In unum convenire* (εἰς ἓν ἔρχεσθαι) legitur e. g. ap. Sall. Iug. 11, 2. Sic alibi *in unum conducere, contrahere, conferre* cett., in quibus locutiouibus omuibus *unum* esse Substantivum ueutrius generis, uou ellipsiu voc. *locum* statneudam, vorissime docet Kritz. ad Sall. Cat. 17, 2., quare Conington miuus apte comparat II, 716. *sedem veniemus in unam.* — **577.** *patior.* Recte mihi videtur Wagn. hanc optimorum Codd. (Med., Rom., Pal. a m. pr. etc.) et Arusiani p. 254. Lindem. lectiouem revocasse, quam sic explicat: „Vitam oro, et quamvis molestam (ob senectutem) sustiueo," Servium secutns, qui, eadem ratioue locum intelligeus, confert illud Terent. Phorm. IV, 1, 9. *Senectus ipsa morbus est.* Vulgatum *patiar* (quod a Pal a m. sec., Gud., Bern. III. et aliis Codd. exbibitum ex recentioribus editoribus unus Bryce retiuuit) idem Vir doct. ab iis substitutum ceuset, quibus Evander uullis tum premi laboribus videretur. Iahn. tamen (ad Aen. V, 347.), cui bic Evaudri voluntas et consilium commemorandum videtur, iu qua re aut Coniunctivo aut Fnturo opus sit, vulgatam tuetur. — *durare laborem*, perferre, sustinere. Cf. Hor. Od. I, 14, 7. *vix durare carinae Possunt imperiosius Aequor* et Stat. Silv. V, 2, 153. *durabis quascunque vias.* — **578.** *aliquem infandum casum*, per eupbemismum pro: morteu, caedem filii, atrocissimum casum, quem ut uominatim indicet a se uou potest impetrare. — **579.** Vulgo editur *Nunc, o nunc,* cui tameu lectioni pauci modo Codd. (Rom. et Meutel. I.) opitulantnr; ceteri omues, etiam receus collati, *Nunc, nunc o*, quod cum Wagn. restituimus, qui, Hermauuum laudans Elem. Doctr. Metr. p. 342 sq. de arsi in ultima sede versus beroici geminata agentem, aduotat, haud raro versus ita pronuntiandos esse, ut thesis quoque arsis vim accipiat, v. c. supra v. 572. *át vós,* infra v. 581. *dúm té* cett. Addo ex multis, quae hic afferre poteram, exemplis: I, 331. 369. 666. 735. II,

Dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri,
Dum te, care puer, mea sola et sera voluptas,
Conplexu teneo; gravior neu nuntius auris
Volneret." Haec genitor digressu dicta supremo
Fundebat; famuli conlapsum in tecta ferebant.
Iamque adeo exierat portis equitatus apertis,

---

180. 559. 726. 775. III, 156. IV, 272. 614. V, 622. 701. 721. VI, 531. 555. 841. 866. VII, 3. 82. 440. 646.; qui tamen loci omnes me non movissent, ut Wagnerum sequerer, nisi omnes fere Codd. atque etiam Schol. Pers. (I, 11. *tunc, tunc o* scribentem) in recepta lectione consentire vidissem. Secuti sunt ceteri recentiores editores praeter Bryceum, Ribbeck. et Coningt. — „*crudelem* [scil. morte tua futuram] *vitam*, miseram; quae enim miserum reddunt aliquem, a crudeli ac saeva mente, quae nec miseratur alterius, proficisci videntur." *Heyn.* Cf. II, 368. IX, 497. Val. Fl. IV, 459. *victu crudelis egestas* etc. Non igitur opus est Peerlkampii coniectura *liceat, crudelis, rumpere vitam.* — Verba *crudelem abrumpere vitam* redeunt infra IX, 497. et supra IV, 631. legimus *abrumpere lucem*, ubi vid. adnott. Cf. etiam Silius II, 597. *abrumpere vitam Ocius attoniti quaerunt*, et Drakenb. ad eiusd. VII, 33. Simile est *abiicere vitam* ap. Cic. ad Att. III, 19, 1. et alibi. — 580. *curae ambiguae*, dum incertum est, curae iustae an vanae sint. Hic versus totus iteratur in Anth. Lat. I, 178, 92. et ibid. I, 170, 129. legimus *sed spes incerta futuris.* — 581. *mea sola et sera voluptas.* Hoc ordine verba exhibent praestantiores Codd. (Med., Rom., Gud. a m. sec., alii) et Auson. in cent. nupt. 88., quare vulgarem ordinem *mea sera et sola*, quem Pal., Ment. I., Bern. II. aliique Codd. cum Servio ad Aen. IX, 482. et ex recentioribus editoribus Bryce, Ribbeck. et Benoist. sequuntur, cum Wagn. deserui idemque fecerunt Süpfl., Haupt., Ladew. et Conington. Ceterum cf. similes loci III, 660. et IX, 482. — „*sera;* ergo erat τηλύγετος [ὀψίγονος], in senectute patris natus." *Heyn.* Cf. infra XII, 57 sqq. — 582. *Conplexu.* Med. a m. sec., Rom. aliique non minus bene *Complexus*, quod recepit Iahn. atque etiam Wagn. praefert, cui *complexu* ornatius videtur pro simplicitate tanti affectus. Sed licet illud sit usitatius (cf. Ovid. Am. I, 13, 39. III, 11, 12. Iustin. XXIII, 2. etc.), non tamen video, qui singularis ornatus insit formulae dicendi *aliquem complexu tenere*, quare in re dubia plurimis et optimis Codd. (Med. a m. pr., Pal., Gud., Bern. III., aliis) obtemperandum esse putavi. Cf. Burm. ad Petron. 86. idemque ad Val. Fl. I, 214. Gossr., Bryce, Ribbeck., Conington et Benoist. mecum *Complexu*, Süpfl., Haupt. et Ladew. cum Wagn. *Complexus* ediderunt. In seqq. Wagn. pro vulg. *ne* (quod etiam Nonius p. 315, 13. exhibet) edidit *neu*, quod Med., Rom., Pal. a m. pr. et Gud. a m. sec. exhibent, ut iungantur haec: *o liceat — neu vulneret*, ea ratione dicta, de qua egimus ad Geo. II, 37. Ad quam mutationem comprobandam Vir doct. haec adscripsit: „Languida et elumbis facta est praeclara Evandri oratio *neu* in *ne* mutato, quippe primario aliquo, non secundario et suspenso enuntiato claudenda. - - - Et cum his dictis Evander corruisse narretur, consentaneum est ita locutum esse, ut oratio sub finem maxime efferbuerit, non autem remissior facta sit etc." Quae cum mihi verissime monita viderentur, mutatio autem sequente voce *nuntius* fere nulla sit, hic, vel invitis plurimis libris, Wagneri rationem sequi non dubitavi; quam etiam me posteriores editores omnes praeter unum Bryceum amplexi sunt. Markland. ad Stat. Silv. V, 2, 88. coni. - - *teneo, nec - - vulneret*, quod Peerlk. probat. — 583. *Volneret*, laedat, dolore afficiat. Cf. Cic. Cat. I, 4, 9. et 7, 17. Ovid. Her. XIX, 105. ex Pont. II, 7, 41. Liv. XXXIV, 7, 7. al. Donat. ad Ter. Hec. IV, 4, 15. haud dubie memoriae lapsu *verberet* exhibet. — *digressu*, in digressu, cum digrederetur, ut X, 445. *abscessu* et similia. — Pro *dicta* unus Med. a m. pr. scribit *maesta*, quod ex III, 482. huc translatum. — 584. *famuli conlapsum* etc. Cf. simillimus locus IV, 391 sq. — 585. *Iam-*

Aeneas inter primos et fidus Achates,
Inde alii Troiae proceres; ipse agmine Pallas
In medio chlamyde et pictis conspectus in armis:
Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignis,
Extulit os sacrum caelo tenebrasque resolvit.
Stant pavidae in muris matres oculisque sequuntur
Pulveream nubem et fulgentis aere catervas.
Olli per dumos, qua proxuma meta viarum,

---

que adeo. Vid. ad II, 567. et V, 268. — **587.** *Inde alii proceres.* Sic I, 740. *Post alii proceres.* — *ipse Pallas*, ad quem antecedentia nos imprimis attentos fecerunt. Cf. etiam adnott. ad Geo. IV, 464. — **588.** Markland. ad Stat. Silv. V, 1, 245. coni. *It medio*, ut vitetur repetitio Praepositionis *in;* quae hic, cum varia significatione iteretur, non magis offendere potest, quam v. c. supra VI, 404. *Ad genitorem imas Erebi descendit ad umbras*, ubi *ad umbras* nihil aliud est quam *in Orcum. In medio agmine* legimus etiam IX, 728., ut infra v. 675. et al. *in medio* absolute; de verbis autem *in armis* diximus ad III, 595. IV, 518. V, 37. — De *chlamyde* vid. supra ad III, 484. — *conspectus*, i. e. conspicuus. Cf. adnott. ad III, 275. et Geo. III, 17. Wagn. confert Liv. XXI, 4. de Hannibale: *Vestitus nihil inter aequales excellens; arma atque equi conspiciebantur*, et eundem usum Participii *conspiciendus* ap. Tib. I, 2, 72. II, 3, 52., laudato Gronov. ad Liv. IV, 13, 3. — *arma picta* Heynio (et Bachio ad Ovid. Met. II, 421.) sunt auro argentoque distincta; cum vero et hic et alio loco, ubi commemorentur, XII, 281., de Arcadum armis sermo sit, Servius autem ad XI, 93. memoret, Bacchylidem in Dithyrambis referre, Arcados usos esse scutis, in quibus imagines deorum pictae essent, Wagn. ad l. postremo l. suspicatur, illud epitheton proprie intelligendum esse de hoc singulari Arcadicorum scutorum genere. Non tamen reticendum, Aen. VII, 796. etiam *picta scuta Labicorum* et XI, 660. *picta arma Amazonum* commemorari. — **589** sq. Heyn. confert Iliad. V, 6 sq. XXII, 317. et Apollon. III, 957 sq. Adde Hom. Il. VI, 401. *ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ* et Hor. Od. III, 9, 21. *sidere pulchrior Ille est.* De *Lucifero* Solem praeeunte et diem agente vid. ad Ecl. VIII, 17 sqq. — *Qualis ubi.* Vid. ad Geo. I, 303. et infra v. 622. Vulgo, Commate interiecto, *Qualis, ubi.* — *Oceani perfusus unda*, ex Oceano emergens, ex notissima poetarum fictione. Cf. Senec. Hippol. 749. *Qualis est primas referens tenebras Nuntius noctis, modo lotus undis Hesperus, pulsis iterum tenebris Lucifer idem* et Hom. Il. V, 6. *λελουμένος Ὠκεανοῖο.* Imitatus est hunc locum Silius VII, 639. *Qualis ubi Oceani renovatus Lucifer unda Laudatur Veneri*, totum autem v. 589. additis e v. 591. verbis *Extulit os sacrum* repetiit Auson. in cent. nupt. 52. — **590.** *Quem Venus* cett., quia est stella Veneris. (Vid. ad Ecl. VI, 86. VIII, 30. Aen. II, 802.) Conington comparat Hom. Il. XXII, 318. *ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.* — **591.** „Splendidus versus de ortu in extrema coeli ora, qua mare ambit. Geo. IV, 232. *Taygete simul os terris ostendit honestum.*“ *Heyn.* — *Extulit.* Cf. Ecl. I, 24. — *tenebras resolvit*, dissipavit. Cf. Ovid. Met. XIV, 400. *Passaque erat nebulas ventis ac sole resolvi.* De Perfecto *ἀοριστικῶς* usurpato vid. ad Geo. I, 49. et al. Totus hic versus iteratur in Anth. Lat. VI, 84, 2. — **592.** sqq. Cf. Hom. Il. III, 154 sqq. — **593.** *pulveream nubem.* Vid. ad VII, 625. et cf. *pulveris nebulam* ap. Lucr. V, 253. — *fulgentes aere catervas.* Vid. VII, 804. XI, 433. — **594.** *per dumos*, per virgulta, per silvas. Heyn. confert Stat. Theb. II, 496 sqq. Idem *metam viarum* (cf. III, 714.) simpl. pro via positam putat; rectius autem Wagn. haec verba interpretatur: „qua brevissimo itinere pervenitur eo, quo tendunt.“ — Verba *qua proxima meta viarum* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 123. —

Armati tendunt; it clamor et agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.
Est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem,
Religione patrum late sacer; undique colles
Inclusere cavi et nigra nemus abiete cingunt.

---

595. *Armati* Wagn. pro Substantivo habet Pronomini *olli* ea ratione, de qua diximus ad Geo. IV, 457., adiecto ad illustrandam agminis proficiscentis speciem. Nescio tamen, an Peerlk. rectius explicet: arma in manibus habentes, intenti, tamquam hostem et insidias timerent; cum alias in itinere milites saepe sint negligentiores; quam explicationem etiam Ladew. amplectitur. — *agmine facto.* Vid. ad I, 82. — Graviter autem a tardo horum versuum rhythmo rei narratae optime conveniente discrepat v. **596.**, qui rem ipso verborum sono et concitatis numeris praeclare exprimens paululum mutatus iteratur inf. XI, 875., compositus ad Ennii exemplum, qui, Macrobio teste Sat. VI, 1. p. 500. Ian. (s. p. 155. Bip.), Ann. VII. fr. 5. p. 36. Vahl. (p. 66. Hessel.) scripsit *totam quatit ungula terram*, Ann. VIII. fr. 7. p. 42. (p. 81.) *summo sonitu quatit ungula terram*, et Ann. XVII. fr. 1. p. 63. (p. 117.) *It eques et plausu cava concutit ungula terram.* — *Quadrupedante sonitu*, qui excitatur a quadrupede currente. Cf. Silius XII, 564. *Quadrupedante sono perculsae moenia Romae.* Ap. Plaut. Capt. IV, 2, 34. *quadrupedans canterius* et ap. Plin. VIII, 45, 70. *quadrupedans equus*, infra autem XI, 614. *quadrupedantes* substantive pro equis commemorantur. — *putrem campum*, pulverulentum, in pulverem resolutum. Vid. ad Geo. I, 44. et II, 204. Apertum est, hunc locum ante oculos fuisse Statio Silv. V, 3, 55. (ubi vid. Markl.) sic scribenti: *aut putri sonitum daret ungula campo.* — *quatit ungula campum.* Cf. infra XI, 512. sq. et praeter Ennii ll. ll. Lucr. II, 325 sq. *Et circum volitant equites, mediosque repente Transmittunt valido quatientes impete campos;* Silium I, 297. *latos quatit agmine campos* (ibique Drak.), alios. Verba *sonitu quatit ungula campum* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 120. — **597.** *prope Caeritis amnem. Caerĭtis* hic Genitivus videtur nominis ipsius fluvii, ab urbe *Caere* (de qua urbe vid. ad VII, 652.) appellati (vid. Duker. ad Flor. II, 6, 18.), quem Plin. III, 5, 8. *Caeretanum* vocat. Urbis enim nomen *Caere* (non *Caeres*, quo civis tantum urbis significatur) Genitivum vix aliter formare poterat, quam *Caeris;* infra autem X, 183. *Qui Caerēte domo* habemus Adiectivum inde formatum, quod alibi est *Caeritis.* Cf. Hor. Ep. I, 6, 62. Liv. V, 16, 5. VII, 19, 6. XXII, 1, 10. Val. Max. I, 1, 10. et 6, 5. Gronov. Obs. IV, 19. p. 744. ed. Lips. Ruddim. II. p. 270. et Schneider. Gr. Lat. II, 1. p. 446 sq. (Gossr. tamen hic et X, 183. Genitivum et Ablativum ipsius oppidi nominis sibi deprehendere videtur.) Ceterum *Heyn.* haec adnotat: „Fluvius est Caeretanus, oppido proximus, nunc *Vacina* dictus, ut Cluverius docet. Situm autem locorum hunc fere esse puta. Caere urbs in alto posita (sup. v. 478.); prope urbem per agros defluit amnis, cui lucus adiacet. Agrorum planitiem cum amne et luco undique *cingunt* colles nemorosi, abietibus consiti." — *Religione patrum late sacer.* Cf. VII, 172. — **599.** *colles cavi*, cavam convallem efficientes. Cf. Geo. II, 391. Pro *cingunt* pauci Codd. deterioris notae et Macrob. III, 3, 9. p. 272. Ian. (p. 9. Bip.) *cingit*, quod non erat cur Wakef. reciperet. Heyn. *colles et nemus* (nominandi Casu positum) coniungit et per colles nemorosos explicat; rectius autem Iahn., Wagn. et Ladew. *nemus* pro Accusativo habent, ut sensus sit hic: Colles includunt et silva abiegna cingunt nemus i. e. ipsum illum lucum, qui est in cava ista valle; cur enim Iahn. haec addiderit: „vv. *abiete nigra* non ad *cingunt*, sed ad *nemus* pertinent," non video, quamquam eum eo consentit Hoffmann. in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 873. etiam contra me disputans, dum Conington mihi adsentitur. *Nemus* enim *nigra abiete*, i. e. ex nigris abietibus constans, in hoc quidem verborum connexu (iuxta verbum *cingunt*) admodum ambigue dictum esset, neque

Silvano fama est veteris sacrasse Pelasgos,
Arvorum pecorisque deo, lucumque diemque,
Qui primi finis aliquando habuere Latinos.
Haud procul hinc Tarcho et Tyrrheni tuta tenebant
Castra locis celsoque omnis de colle videri
Iam poterat legio et latis tendebat in arvis.
Huc pater Aeneas et bello lecta iuventus
Succedunt fessique et equos et corpora curant.

---

sufficit, quod Hoffmann. opponit, verba ambigua esse non posse, cum *nemus* inter *nigra abiete* positum sit; contra vero nihil impedit, quominus silvas abietum in collibus nemori, i. e. alius generis arboribus, virgultis et fruticetis, in valle oppositas habeamus, colles autem nudos fuisse, quod Hoffmann. v. 604 sq. effici contendit, ex illis versibus non sequi, suo loco videbimus. Cf. etiam Geo. II, 323. ibique adnott. De synaeresi *abjete* vid. ad Geo. I, 397. Aen. I, 73. al. — **600**. „*Pelasgos, Qui primi fines* cett. Agyllam inter eas Etruriae urbes memorat Dionys. I, 20. III, 58., quas Pelasgi potissimum insederint, in quibus Pelasgorum sermo praevaluerit, et quae plurimum Pelasgici moris servarint. — **601**. *Lucum* Silvano consecrasse ferebantur advenae Pelasgi et sollemne annuum (*diem*) instituisse.“ *Heyn.* De *Silvano* vid. ad Ecl. X, 24. (et Geo. I, 20.); qui, ut hic κατ' ἐξοχὴν *arvorum deus* vocatur, sic ap. Tibull. I, 1, 14. et I, 5, 27. *deus agricola*. Cf. etiam Vet. auct. de limit. p. 294. ed. Goes. *Omnis possessio tres Silvanos habet; unus dicitur domesticus, possessioni consecratus; alter dicitur agrestis, pastionibus consecratus; tertius dicitur orientalis, cui est in confinio lucus positus.* — *diem*, sollemnia quotannis stato die redeuntia. Ribbeckio Proleg. p. 83. dubia fides est v. 601.; miratur enim „Latinum poetam Silvanus qualis esset deus verbis *arvorum pecorisque deo* enarrandum sibi duxisse.“ Quod si concedimus, de multis Vergilii locis nobis erit addubitandum. — **602**. *aliquando* pro quondam, olim, ut ap. Cic. ad Div. VI, 6, 6. Plin. Ep. VI, 10. in. et alibi. — **603**. *Tarcho.* Vatic. aliique Codd. etiam hic, invito metro, *Tarchon.* Vid. supra ad v. 506. Peerlk. propterea scribendum putat *Tarchon Tyrrhenus castra tenebat.* — „Non male, puto, quaeras cum Servio: quomodo *castra in tutis locis* habere potuerint, si in valle et campis erant, et e collibus prospici et adiri poterant.“ *Heyn.* Sed verissime ad hanc quaestionem respondet Wagn., *locis* hic nihil aliud significare posse, quam: ipsa natura s. ipso situ suo, ut castra ex parte ipso amne (vid. v. 610.) cincta et ita tutiora reddita intelligenda sint. Peerlk. (quem etiam Ladew. sequitur) *loca tuta* cum Servio intelligit de locis altioribus, de planitie in summo monte, coll. Stat. Silv. V, 11, 42. *Bolanus tutis iuga quaerere commoda castris* et Theb. VII, 440. *Haud procul inde iugum tutisque accommoda castris Arva notant* etc. Sed licet haec explicatio secundum Statii locum modo laud. cum *latis arvis* utcunque conciliari possit, verbis tamen *celsoque omnis de colle* etc. videtur adversari, quae Peerlk. non debebat interpretari: legio se praebebat videndam do colle, ut *de colle* sit i. q. supra in colle, quamquam etiam Ladew. verba *de colle* locum a Troianis, non a videntibus occupatum indicare censet, comparans III, 647. et Servius adnotat: „incertum, utrum ipsa in colle agens, an ab his, qui de colle prospiciunt.“ Immo verissime *Wagn*: „*de colle:* etsi is silvosus fuit, potuit tamen aliquo loco aut nudus esse, aut per abrupta prospectum aperire.“ (Vid. ad v. 607.) — **605**. *videri poterat legio, et tendebat*, i. e. tendens. Vid. ad III, 574. VI, 543. et al. Quare inanis est Fabri et Barthii (ad Stat. Theb. X, 877.) coniectura, a Wakef. recepta atque etiam Peerlkampio probata, *ut latis tendebat.* Vid. etiam Iahn. ad Geo. IV, 434. De verbo *tendendi* vid. ad II, 29. — *Legio* autem hic, IX, 174. et X, 120. omnino tantum maiorem aliquam militum copiam significat. — **606**. *bello lecta*, ad bellum. Vid. supra v. 547. — **607**. *Succedunt.* *Peerlk.* (cui etiam hic adsentitur Ladew.) sibi constans in explicando hoc loco, „*Succedimus*, inquit, tumulos, colles,

At Venus aetherios inter dea candida nimbos
Dona ferens aderat; natumque in valle reducta
Ut procul egelido secretum flumine vidit,
Talibus adfata est dictis seque obtulit ultro:
„En perfecta mei promissa coniugis arte
Munera; ne mox aut Laurentis, nate, superbos

---

et omnino loca altiora, quam in quibus ipsi stamus. Ita castigati scriptores semper loquuntur. Vide exempla apud Oudend. ad Caes. B. G. II, 6. Aeneas igitur collem succedit.“ Sed quid faciet verbis v. 609. *natum in valle reducta Ut - - vidit*? quae autem de *succedendi* verbo memorat, ea, tam in universum disputata, neutiquam esse vera, non est quod doceam. Cf. potius supra v. 507. — *corpora curant.* Vid. ad V, 511. - „Reliqua poeta exsequitur X, 148 sqq. — **608.** Haud dubie Maro, si carmini absolvendo vitae usus contigisset, melius hunc locum constituisset. Arma caelo delapsa iam supra, dum Evandri hospitio utebatur Aeneas, memoraverat, re in prodigium versa v. 524 sqq. Nunc, cum inde profectus ad Caere sub arbore consedisset Aeneas, ecce Venus adest et arma apportat. Cf. Iliad. XVIII, 615 sq. et XIX, 3.“ *Heyn.* — De Part. *At* in principio novae narrationis vid. ad IV, 1. — *aetherios inter nimbos,* „aërem numinum, scilicet purgatiorem, qui circa deos est“: *Serv.* — *dea candida.* Vid. ad Ecl. II, 46. Bene sibi opponuntur *dea candida* et *nimbi* s nubes obscurae. Cum *aetheriis nimbis* cf. V, 13. *cinxerunt aethera nimbi.* — **609.** *in valle reducta,* ut VI, 703. — **610.** Wagn. ex fragm. Vat. a m. sec. (quod tamen Ribbeck. tacet), Rom. et Paris. 8. (quibus addi possunt Med. a m. sec., Pal. et Gud.) recepit *et gelido,* hac adnot. adscripta: „*egelidus* vox est, nisi fallor, ab epica poesi aliena; et inter fluviorum epitheta perpetua apud meliores quidem poetas *gelidus* censetur, non *egelidus;* ferrem hoc, si Aeneas in illo flumine lavari narraretur, quod ne statuamus, vetat certe v. 615. At, quod est gravissimum, idem fluvius modo dictus est *gelidus* v. 597.“ Sed si Vergilius vere scripsisset *et gelido,* quod satis frigidum esset (ut natum procul (vidit) *et ut* secretum *vidit*), unde tandem in Med. et plurimos Codd. irrepsisset lectio *egelido* (quam etiam Servius testatur), in Montalb. etiam *in gelido*? Quare equidem potius arbitror, librarios quosdam non minus quam Wagn. haesisse in epitheto *egelidus,* idque propterea mutandum censuisse. Fortasse tamen non haesisset Wagn., si non eos modo locos considerasset, ubi *egelidus* idem fere est quod tepidus (minus gelidus: velut Ovid. Am. II, 11, 10. Cels. IV, 18. extr. Suet. Aug. 82. Catull. 46, 1. al.), sed etiam eos, ubi, ut *edurus* et similia (vid. ad Geo. IV, 145.), interpretandum est per frigidior (*ziemlich kalt*). Sic Auson. Caes. 21. *Impiger egelido movet arma Severus ab Istro,* quem non puto hoc epitheto usurum fuisse, nisi antiquioris cuiusdam poetae exemplum ante oculos habuisset; neque aliter Plin. XXXI, 2, 6. de Albula, quam Strabo p. 238. Cas. *Ἄλβουλα ὕδατα ψυχρά* vocat: *Albulae aquae egelidae, sed Cutiliae gelidissimae.* Qui quidem loci me moverunt, ut non solum Med., sed plurimorum Codd. lectionem, quamvis Heynio quoque et Brunckio suspectam, servarem; qua in re Süpflium, Gossr., Bryceum, Hauptium, Ribbeck. (qui *ecgelido* scribit), Ladew. et Benoist. me secutos esse video. Nihilominus Wagn. etiam in Philol. Suppl. I. p. 350. et *Hoffmann.* in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 885. lectionem *et gelido* defendunt, quam etiam Conington retinuit. Peerlk. coniecit *procul a gelido - - flumine.* — „*secretum* [scil. a sociis, *ἀπάνευθε*] pro solum, in secreto loco, apud flumen.“ *Heyn.* Cf. III, 389. *secreti ad fluminis undam.* — **611.** *adfata est seque obtulit, ὕστερον πρότερον,* ut Geo. I, 52. 179. Aen. II, 353. III, 662. etc. — *se ultro offerre* iam legimus II, 59., ubi vid. adnott. Conington *ultro* hic est i. q. inprovisa. — **612.** Recte Wagn. Comma sustulit vulgo post *En* positum, cum sensus non sit: En, perfecta sunt, sed: En munera (ex usu Vergiliano Nomin., non Accus.: vid. ad I, 461.). Heyn. conferri iubet Hom. Il. XIX, 10 sq. — *promissa.* Vid. supra v. 531. et 534. Conington confert VII, 545. *En, perfecta tibi bello discordia*

Aut acrem dubites in proelia poscere Turnum."
Dixit et amplexus nati Cytherea petivit;
Arma sub adversa posuit radiantia quercu.
Ille deae donis et tanto laetus honore
Expleri nequit atque oculos per singula volvit
Miraturque interque manus et bracchia versat
Terribilem cristis galeam flammasque vomentem
Fatiferumque ensem, loricam ex aere rigentem,
Sanguineam, ingentem, qualis cum caerula nubes
Solis inardescit radiis longeque refulget;
Tum levis ocreas electro auroque recocto

---

tristi. — **614.** *acrem Turnum*, ut supra v. 342. *Romulus acer* et v. 441. *acri viro.* — *in proelia poscere.* Cf. XI, 434. *me - - in certamina poscunt.* — **615.** *amplexus petivit.* Conington comparat respondens *amplexus dare* I, 687. — **616.** *Arma radiantia*, *τεύχεα μαρμαίροντα* Hom. Il. XVIII, 617. Ceterum cf. Ovid. ex P. III, 4, 103. *Scuta sed et galeae gemmis radientur et auro.* Met. XIII, 105. *nitor galeae claro radiantis ab auro.* Prop. V, (IV), 1, 27. *miles radiabat in armis* et similes loci. — **617.** *honorem* Heyn. per munus, *γέρας*, interpretatur, ut *donis et honore* dictum sit pro donis honorificis; rectius autem *Wagn.*: „Adiecta illa: *Expleri nequit* cett. suadent, ut *honor* de insigni pulchritudine et splendore armorum accipiatur." De qua vocis signif. vid. adnott. ad Aen. I, 591. coll. iis, quae ad Geo. II, 404. (et III, 290.) adscripsimus. Cf. etiam Burm. ad Petron. Fragmm. p. 668. Westerh. et Ruhnk. ad Ter. Andr. I, 1, 96. Conington Wagnero recte adsentiens comparat Hom. Il. XIX, 18 sq. Peerlk. coni. *tanto laetus amore.* Ceterum iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 147, 33. — **618.** *Expleri*, satiari, *nequit*, adspectu, vel *tuendo*, quod supra v. 265. et I, 713. adiungitur. Cf. Val. Fl. VII, 121 sq. *Tum comitum visu fruitur - - Explerique* (al. *Implerique*) *nequit.* — *atque oculos per singula volvit*, pro volvens. Vid. supra ad v. 604. Ceterum cf. II, 570. et Silius II, 404. *per singula laetis Lustrat ovans oculis.* Peerlk. *oculos* etiam ad *Expleri* pertinere censet, ut sensus sit: expleri nequit oculos eosque per singula volvit. — **619.** *inter manus* (vid. II, 681. ibique adnott.) - - *versat.* Cf. similis locus V, 408. et Hom. Il. XIX, 18. — **620.** „*flammas vomentem*, poetica imago splendoris coruscantis, ex Iliad. V, 4. *Δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ.*" *Heyn.* Cf. infra v. 680 sq. X, 271. et adnott. ad VII, 786. Conington praeterea confert Auson. Perioch. Il. 5. *vomit aurea flammas Cassis* etc. Ribbeck. (quem iure nemo posteriorum editorum secutus est) ex Pal. et Gud. a m. pr. recepit *minantem.* — **621.** *Fatiferum ensem*, i. e. letiferum. Legimus hoc epitheton etiam infra IX, 631. Ovid. Met. VI, 251. et Amor. III, 3, 27. — **622.** *Sanguineam* Serv. interpretatur cruentam, terribilem; rectius Heyn. rutilam, utpote ex aere factam, comparans Hom. Il. XVIII, 610. *θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς.* Peerlk., haerens in epitheto *ingentem* (quod equidem ad pondus refero), coni. *Sanguineum ardentem*, ut *sanguineum* sit Adverbium, quemadmodum X, 273. *lugubre rubere* et Stat. Theb. III, 211. *crudele rubere* dicatur. — „*qualis*, ut *οἵη*, omisso *talem*, tam longe fulgentem, qualis, qualiter, nubes, cum —." *Heyn.* Vid. ad Ecl. VIII, 85. et supra v. 589. Comparationem ex Apoll. Rh. IV, 125. sumptam esse memorat Conington. — **623.** *inardescit.* Cf. Plin. XIII, 25, 51. *Arbusculus in igne ut ferrum inardescit.* Metaphorice usurpatum legitur ap. Ovid. Met. VII, 82. Quinct. XI, 3. Tac. Ann. VI, 32. alios. Ceterum cf. *nubes ardens radiis lucis et auro* VII, 142. — **624.** *levis ocreas.* Vid. ad VII, 626. et 634., ubi ocreae argento ducuntur; sed cf. etiam XI, 488., ubi surae includuntur auro. — *electro.* Vid. ad Geo. III, 522. et supra v. 402. — *recocto*: „saepe purgato, quia, quanto plus coquitur, eo melius fit": *Serv.* Cf. Plin. XXXIII, 3, 20. *aes an satis recoctum sit, splendore deprehendente.* Wagn.

Hastamque et clipei non enarrabile textum.
Illic res Italas Romanorumque triumphos,
Haud vatum ignarus venturique inscius aevi,
Fecerat Ignipotens; illic genus omne futurae
Stirpis ab Ascanio pugnataque in ordine bella.
Fecerat et viridi fetam Mavortis in antro

---

comparat **πανέφθῳ** ap. Hesiod. Sc. 208. — **625**. Egregia, quae sequitur, clipei descriptio (de qua Heyn. singularem Excursum scripsit ad h. l.) ab Homerico loco Il. XIX, 478 sqq., quem poeta imitatur, in eo potissimum recedit, quod Homericum Achillis scutum repraesentat totius vitae humanae imaginem incomparabilem, Vergilius autem, Romanorum modo gloriam celebraturus, Aeneae clipeum solis argumentis ex historia Romana petitis exornatum fingit. Cogita autem hunc clipeum ita formatum, ut exterior ora s. margo in VIII areas divisa habeat argumenta gravissima ex historia Rom. petita et inde a v. 630. descripta, media autem pars s. umbo, his imaginibus cinctus, tamquam summum et extremum argumentum, totam rem cumulo augens, exhibeat pugnam Actiacam cum triplici Augusti triumpho, Dalmatico, Actiaco et Alexandrino (v. 676. sqq.). Hanc autem totam descriptionem tripartitam esse, Ladew. longa adnot. docet. Ceterum praeter Hesiodi carmen de scuto Herculis cf. similes locos Quinti Smyrn. V. pr. Nonni XXV. p. 664. Silii II, 395 sqq. et Claud. in Prob. et Olybr. Cons. 94 sqq. idem argumentum retractantes. — *„clipei non enarrabile textum:* argumentum clipei tam varium et copiosum, ut enarratu esset difficile.“ *Heyn.* — *textum;* clipeus igitur ex pluribus laminis ferreis contextus est cogitandus. — **627**. *Haud vatum ignarus,* i. e. vaticiniorum, quae Aeneas prius acceperat, sive, ut Wagn. interpretatur: „fatorum, quae vates dii cecinerant.“ Sic etiam Ladew., qui adnotat, *fatûm* pro *fatorum* scribere Vergilio non licuisse (coll. Cic. Or. 46, 155.), quare pro eo metonymia utatur, *vates* autem deos etiam alibi appellari, ut Apollinem a Val. Fl. IV, 445. Adversatur tamen Dietsch. Theol. Verg. p. 33., *vates* enim non posse ipsos deos esse, qui artem vaticinandi inspirent, et deo indignum esse, si, quae in fatis sint, a vatibus. non ab ipso Iove aut a diis accepisse dicatur; quare hunc totum versum, quem omitti potuisse Servio teste iam veteres nonnulli censuerint, a sciolo quodam grammatico adiectum putat. Codd. quidam *fatûm,* quod Cuningh., Wakef., alii temere praetulerunt. Wagn. vero, provocans ad Plinium ap. Serv. ad Aen. II, 18., qui Neutra, quale *fatum,* hanc syncopen in Genitivo admittere neget, nullum huius rei exemplum apud aureae aetatis poetas, rara apud antiquiores inveniri memorat, laud. etiam Vossio de Anal. II, 6. p. 687. et Ruddim. I, 2. not. 19. Vid. praeterea Schneider. Gr. Lat. II, 1. p. 69. et Iahn. ad Aen. I, 229. Peerlk. praefert paucorum quorundam Codd. lectionem *fati.* — *venturi inscius aevi.* Cf. Ovid. Met. XV, 11. *veteris non inscia aevi.* — **628**. *Ignipotens.* Vid. supra v. 414. — *genus omne futurae Stirpis.* Cf. IV, 622. *stirpem et genus omne futurum* et Geo. IV, 282. *genus stirpis.* — *ab Ascanio,* ut I, 730. *omnes a Belo.* — **629**. *„pugnata.* Malis fortasse *pugnanda,* quo etiam scripturae diversitas [Goth. 2. *pugnantiaque,* Montalb. *pugnantique*] ducere videatur; sed, ut solet, suam poeta respicit aetatem, qua iam pugnata illa fuerant.“ *Wagn.* Etiam Peerlk. dudum inciderat in hanc coniecturam, cum *pugnata* requireret aliquid adiectum, v. c. *post, deinde;* quod tamen post verba *futurae stirpis* facile omitti potuisse statuo. De formula dicendi *pugnare bella* vid. Interpp. ad Val. Fl. I, 770. — *in ordine,* deinceps; quod alibi *ex ordine.* Vid. ad Ecl. VII, 20. Geo. IV, 507. Aen. II, 773. VII, 139. — **630–634**. Primum clipei argumentum: lupa Romulo et Remo rumen praebens. Cf. Liv. I, 4, 6. Servius hunc totum locum Ennianum esse dicit, quem propterea, cum altero a Servio ad Aen. II, 355. laudato coniunctum, inter Annalium Fragmm. recepit anonymus Ennii editor E. S[pangenb.] p. 17. Vid. Ann. I. fr. 50. p. 13. Vahl. — **630**. *„Fecerat et:* inter [vel potius praeter] cetera, quae poeta

Procubuisse lupam; geminos huic ubera circum
Ludere pendentis pueros et lambere matrem
Inpavidos; illam tereti cervice reflexam
Mulcere alternos et corpora fingere lingua.
Nec procul hinc Romam et raptas sine more Sabinas
Consessu caveae magnis Circensibus actis
Addiderat subitoque novum consurgere bellum

---

memorare non vult, secundum v. 626. 28. 29.“ *Heyn.* Sic etiam Wagn. et Ladew., qui *et* reddi vult per *namentlich*. Negari tamen nequit, hanc explicationem per artem esse quaesitam et Vergilio copulam rectius omittendam fuisse, cum, quae praecedunt, quasi prooemium contineant et summam rerum earum, quas singulas nunc enarrare incipiat poeta. Quod bene perspexit Peerlk., qui tamen, ut hanc difficultatem tolleret, paulo audacius coniecit *Spectares viridi* etc. Ribbeck. pro *et* malit *en.* — *fecerat procubuisse.* Sic Ovid. Met. VI, 109. de Arachne texente: *Fecit et Asterien aquila luctante teneri; Fecit olorinis Ledam recubare sub alis* (ubi vid. Bach.). Aliter se habent loci, de quibus ad II, 538. diximus. — *fetam*, enixam. Vid. ad Ecl. I, 49. et de ipsa re cf. Aen. I, 275. Hic autem lupam etiam in scuto apparentem commemorans Verg. Ennium videtur secutus. Cf. Vahlen. p. XXXIV. — „*Martis antrum* multi memorant, obvium illud in nummis (vid. Eckhel. Vol. VI. p. 31.) et gemmis.“ *Heyn.* Intelligendum est Lupercal supra v. 343. commemoratum. — **631**. *ubera circum*, ut supra v. 45. — **632**. Cf. Liv. I, 4, 6. — **633**. *Inpavidos.* Cf. Ovidii locus ad v. 634. laud., ubi sequuntur verba *Marte satos scires: timor afuit.* — *reflexam.* Rom., Pal., Gud., Rottend. I., Bern. II., alii *reflexa*, quod a librariis antecedenti voc. accommodatum videtur; sed a Ribbeckio, quem Coningt. et Benoist. sequuntur, in contextum receptum est coll. Aen. X, 535. XI, 622. et Lucr. I, 35. — **634**. *mulcere*, molliter lingua tergere. Pro *alternos* Wakef. ad Lucr. IV, 139. coni. *alternis* (coll. Lucr. I, 525. 768. 1010. 1065.), *mulcere alternos* ne Latinum quidem iudicans, pro quo sensus flagitet *mulcere alternam.* Sed cf. Cic. Verr. II, 2, 13. pr. Planc. 15, 36. Stat. Silv. I, 3, 25. Auson. Mos. 286. multosque alios locos, ubi *alternus* ad Obiectum, quod vocant, sententiae relatum videmus. Ceterum non inepte *Servius:* „Non, quod in pictura erat, dicit, sed id, quod intelligimus factum fuisse; ut I, 483. *Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.*“ — *corpora fingere lingua*, munda et lēvia reddere, vel, ut Serv. interpretatur, „ad integram faciem arte perducere.“ Cf. Ovid. Fast. II, 418. de eadem lupa canens: *et cauda teneris blanditur alumnis, Et fingit lingua corpora bina sua*, neque multum differunt loci Claud. in Rufin. I, 96. *Linguisque trisulcis Mollia lambentes finxerunt membra cerastae*, et Ovid. Met. XV, 380. *lambendo mater* (ursa) *in artus Fingit.* Sic alibi *fingere* est detergendo purgare. Cf. Burm. ad Ovid. Her. XX, 134. et ad Claud. l. l. Similiter vinitor *fingit vitem putando* Geo. II, 407. Respexit hunc locum Gellius XVII, 10, 3. (a Coningt. laud.) — **635—641**. Altera imago repraesentabat Sabinarum raptum et, quod eum secutum est, bellum foedusque inter Romulum et Tatium factum. — **635**. *sine more*, sine lege, iniuste, iure gentium violato. Cf. etiam adnott. ad V, 694. et VII, 377. Eodem fere redit Peerlkampii explicatio: sine ullo bono more, sine exemplo, praeter humanitatem. Assumpserunt hanc formulam Ovid. A. A. I, 119. Minuc. Felix XXV, 3. (p. 228.) et Oros. II, 4, 92. eandem rem narrantes. — **636**. *cavea*, quae propria est theatro, hic de circo intelligenda Ceterum cf. X, 340., ubi etiam *consessus caveae* commemoratur. — „*magnos ludos Circenses* dixit, quae Livio et aliis [Liv. I, 9, 6. (ubi vid. Interp.) Ovid. Fast. III, 199. Varr. L. L. VI, 20. p. 81. M. p. 202. Sp. Aur. Vict. de vir. ill. 2.] Consualia sunt, Neptuno equestri celebrata; fortasse in horum locum Circenses successerunt.“ *Heyn.* Certe iis simillima fuisse videntur. Cum *Circenses* postea nomine proprio *Ludi magni* dicti

Romulidis Tatioque seni Curibusque severis.
Post idem inter se posito certamine reges
Armati Iovis ante aram paterasque tenentes 640
Stabant et caesa iungebant foedera porca,
Romuleoque recens horrebat regia culmo. 654
Haud procul inde citae Mettum in diversa quadrigae 642

---

fuerint, Peerlk. suspicatur, Vergilium abstinuisse hac coniunctione verborum et scripsisse *Consessu caveae magno, Circ. actis.* — „*consurgere bellum:* structuram invertit; debebat sequi: et consurgens inde bellum novum.“ *Heyn.* Cf. adnott. ad Geo. I, 25. Aen. II, 5. al. Rectius tamen Wagn. ad *consurgere* supplere videtur *fecerat*, quod lateat in verbo *Addiderat.* Cf. v. 630 sqq. Ceterum cf. IV, 43. *bella surgentia.* — **638.** *Romulidae*, Romani, ut ap. Lucr. IV, 685. Pers. I, 30. Prudent. adv. Symmach. I, 6. — *Tatio seni.* Conington, comparans *Lucilium, Pacuvium* et *Attium* ab Hor. Sat. II, 1, 34. et Epist. II, 1, 56. *senes* appellatos, non vitae aetatem Tatii, sed antiquum, quo vixerit, tempus significari recte videtur sumere. — *Curibus severis* ad severam Sabinorum disciplinam spectare, facile intelligitur. De qua vid. Liv. I, 18, 4. Hor. Epist. II, 1, 25. Plutarch. Rom. 15. alii et Heindorf. ad Hor. Sat. I, 9, 29. Cf. etiam Geo. II, 532. et Aen. IX, 603. De *Curibus* vid. ad VI, 812. — **639.** *posito certamine.* Cf. Silius IV, 397. *Inque vicem erepta posuerunt proelia vita*, et X, 490. *Compressere odia et positum cum foedere bellum.* Cf. adnott. ad Aen. I, 302. — **641.** „*porca caesa*, ex more perpetuo sacrorum in foederibus faciendis, v. c. Liv. I, 24. [ubi vid. Drak.]. Quod et ipsum argumentum est multorum numorum, imprimis gentis Sulpiciae, Veturiae, Antestiae.“ *Heyn.* Cf. etiam Lersch. Ant Verg. §. 54. *Porca* tamen hic et ap. Suet. Claud. 25. (*cum regibus foedus in foro icit porca caesa*) pro *porco* posita videtur, si vera sunt, quae Servius ad h. l. narrat, ad sacra in foederibus facta porcum, non porcam, adhibitum fuisse, et quibus favere videntur Liv. I, 24, 8. et Varr. R. R. II, 4. med.; quare etiam Quinctil. VIII, 3. med. *Quaedam non tam ratione, quam sensu iudicantur, ut illud: caesa iungebat foedera porca. Fecit elegans fictio nominis: quod si fuisset porco, vile erat.* Heins. hic *porco* scribendum censuit; sed *porca* legitur etiam apud Oros. III, 23. hunc locum citantem. Ceterum quod attinet ad alliterationem *caesa - foedera porca*, cf. adnott. ad Geo. I, 157. — Post hunc versum Peerlkampio suasore cum Ribbeckio (qui cf. in Emend. Verg. p. 4.) et Ladew. nunc posuimus versum 654., in edit. Parmensi re vera hic apparentem, a vulgari vero, quem obtinet, loco prorsus alienum, quod tamen negat Conington, eum vulgari loco positum strenue defendens, in quo eum sequitur Benoist. In casa Romuli stramentis tecta non haerendum. Cf. Ecl. I, 68. Vitruv. II, 1, 5. Orell. ad Hor. Od. II, 15, 17. et Beckeri Gallus II. p. 204. ed. 2. Quomodo *recens* intelligendum sit, infra videbimus, ubi agitur de hoc versu vulgari loco a Iahnio et Wagn. contra Heynium defenso. — **642.** Tertia marginis area continebat Metti Fuffetii supplicium; de qua re cf. Liv. I, 27. 28. — *Haud.* Ribbeck. cum Rom. et Nonio p. 265, 24. et 284, 22. *Haut.* — *citae*, incitatae ideoque celerrime se proripientes. Sic *citi equi* ap. Ovid. ex Pont. IV, 7, 52. et *citae quadrigae* etiam ap. Plaut. Aulul. IV, 1, 14. — Codd. variant in scribendo viri nomine, ita ut plurimi *Metum*, pauci *Metium* exhibeant. Heins. *Mettium* refinxit, sed Heyn. et Wagn. restituerunt *Metum*, et hic quidem duplicem huius nominis formam apud Romanos exstitisse suspicatur, *Metium* (ut Graeci scribant et Ennius ap. Quinctil. I, 5, 12. [p. 49. Hessel. s. Ann. II. fr. 5. p. 21. Vahl., qui *Mettoi Fubettoi* edit] *Metieo Fufetico*, coll. Dukero ad Flor. I, 3.) et *Metum* (ut in Hendecasyllabis in Burm. Anthol. Lat. T. II. p. 34. *Metus Fuffetius Corelianus*); Niebuhrium tamen in *Röm. Gesch.* Vol. I. not. 873. *Mettium* scribi voluisse memorat. Cf. etiam Heins. et Burm. ad h. l. Salmas. ad Flor. I, 3, 8. Gronov. ad Gell. XX, 1. p. 873. Drak. ad Liv. I, 12, 2. et I, 23, 4. Iahn. ad Ovid. Trist. I, 3, 75. et Schneider. Gr. Lat. I, 2.

Distulerant — at tu dictis, Albane, maneres! —
Raptabatque viri mendacis viscera Tullus
Per silvam et sparsi rorabant sanguine vepres.
Nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
Accipere ingentique urbem obsidione premebat,
Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignanti similem similemque minanti
Aspiceres, pontem auderet quia vellere Cocles

p. 446., qui in inscriptionibus vett. saepius *Mettium* quam *Metium* apparere memorat. Quare etiam Servii Codd. Regin., Lips. et Paris. secuti nunc cum Hauptio, Ribbeckio, Ladew., Wagn. in recent. edit., Coningt. et Benoisto scripsimus *Mettum*. Peerlk. suspicatur, hoc nomen non esse proprium, sed magistratus, a Graeco *Μῆτις* deducendum, ut *Medix* in *Medixtuticus* a *Μῆδος* [? vid. potius Teuffel. in Pauly *Realencycl.* IV. p. 1707.], pro *Fuffetio* autem scribendum esse *Suffetium*, quod cognatum sit Punico *Suffetes;* quam coniecturam paulo audaciorem in medio relinquamus. — *Distulerat.* Conington confert Hor. Epod. V, 99. [*insepulta membra different lupi Et Esquilinae alites*] et *διαφέρειν* ap. Aesch. Cho. 68. — **643.** *at tu dictis maneres!* i. e. illo ipso tempore, quo te equi distulerunt, manere velles; non stetisti dictis, at tum malles stetisse. De quo Imperfecti usu, ubi Plusquamperfectum exspectaveris, vid. ad III, 187. VII, 808. et XI, 153. et Wagn. Qu. Verg. XXXVII, 7. Ceterum cf. II, 160. *promissis maneas*, ibique adnott. Conington duplici ratione explicat aut „manere debebas, utinam maneres“ (coll. adnot. ad IV, 678. et XI, 162.), aut „si scires, quid tibi eventurum esset, maneres“ (coll. Ovid. Met. II, 435. *Aspiceres utinam, Saturnia, mitior esses*). — **644.** *Raptabat.* Cf. I, 483. — *mendacis*, perfidi. — **645.** *vepres sanguine sparsi* (cf. de utroque voc. *vepres* genere Ruddim. I. p. 41. not. 22. et Schneider. Gr. Lat. II, 1. p. 95.) *rorabant.* Sic Ovid. Met. III, 683. de nautis in delphinos mutatis: *multaque adspergine rorant;* ibid. I, 266. *rorant pennaeque sinusque;* Claud. in Ruf. I, 383. *rorabunt querceta favis* cett. Ceterum *Heyn.* haec adnotat: „Foeditas spectaculi ad nostrum sensum ingrata asperis et gladiatoriae pugnae adsuetis Romanorum animis minus displicere potuit.“ — **646—651.** Quartum sequitur argumentum: Roma a Porsenna obsessa cum Hor. Coclitis et Cloeliae facinoribus celeberrimis. Cf. Liv. II, 9 sqq. Non temere autem Wagn. memorat, nimis disiuncta hic poetam copulasse, ut etiam V, 252 sqq. — *Porsenna.* Sic plurimi Vergilii Codd. nomen exhibere videntur, quos metri causa cum Wagn. secutus sum, quamquam in pedestri oratione alteram formam *Porsena* praeferendam censeo, quam etiam apud poetas interdum dactyli mensuram habere post Servium docet Wagn., coll. Mart. I, 22. Silio VIII, 391. 480. X, 484. 502. Hor. Epod. XVI, 4. et Niebuhrio *Röm. Gesch.* Vol. I. not. 1107. et 1200. *Porsena* in Rom. aliisque Codd. legitur; sed *Porsenna* etiam ap. Servium. Cf. Lachm. ad Lucr. I, 360. p. 37. — **647.** *iubebat Accipere* pro pedestri *Accipi.* Vid. ad Ecl. VI, 85. et al. De crebris huius versus elisionibus vid. ad Aen. II, 84. — **648.** *Aeneadae*, Romani. Vid. ad I, 157. — *in ferrum ruebant.* Sic iam Geo. II, 503. Idem est *in bellum ruere* infra IX, 182. et al. — *obsidione premebat.* Cf. III, 52. et IX, 598. De homoeoteleuto *iubebat - premebat* vid. ad IV, 256. — **649.** *indignanti similem, similemque minanti.* Vid. ad Ecl. IV, 6. Aen. VII, 75. al. Ceterum cf. etiam V, 254. *anhelanti similis.* — **650.** *Aspiceres.* Vid. ad IV, 401., ubi non debebam omittere Drakenb. ad Silium V, 279. — *quia* pro vulg. *quod* ex omnibus fere Codd. cum Iahn. et Wagn. revocavimus. *Wagn.* haec adnotat: „Non indignatur Porsena, quod Cocles pontem vellere audebat; nihil enim in ea re indignum factu; sed indignatur, quia id facere ille audebat, quodque ab uno homine impetum Etruscorum reprimi videbat. *Quod* ad animum cogitationemque loquentis refertur [et internam causam indicat], *quia* indicat rerum causas [externas et] per se

Et fluvium vinclis innaret Cloelia ruptis.
In summo custos Tarpeiae Manlius arcis
Stabat pro templo et Capitolia celsa tenebat
Atque hic auratis volitans argenteus anser

---

spectatas; illud dixeris, ut philosophorum more loquamur, subiectivum, hoc obiectivum." Secuti sunt omnes recentiores editores praeter Bryceum. — *pontem*, sublicium, evellens trabes sublicis impositas. — *vellere*, ut *vallum vellere* IX, 506. Ceterum de notissimo Coclitis facto cf. Liv. II, 10. Val. Max. III, 2, 1. Flor. I, 10. Frontin. Strat. II, 13, 5. Aur. Vict. vir. ill. 11. multique alii, a quibus unus Polyb. VI, 55. discrepat. — **651.** *fluvium innaret*, ut V, 369. *Stygiam innare paludem*, ubi vid. adnott. — *vinclis ruptis* simpl. de custodia accipiendum. Aufugit enim, Livio auctore II, 13, 6. *frustrata custodes* et Servio teste obsides non ligabantur. De Cloelia cf. etiam Dion. Hal. V, 33. Plut. Poplic. 19. Flor. I, 10. Val. Max. III, 6, 2. Sen. cons. ad Marc. 16. Aur. Vict. vir. ill. 13. alii. — **652.** Quinta marginis area (egregiis versibus descripta) in summo clipeo repraesentabat Capitolium a Gallis oppugnatum, sed anserum strepitu et Manlii virtute servatum. Cf. Liv. V, 47. — *In summo*, scil. clipeo (in summa eius ora s. margine), quemadmodum v. 675. *in medio* (ut Servius explicat), non, ut Heyn. interpretatur, *in summo arcis Tarpeiae*, cui explicationi et collocatio verborum et illud adversatur, quod Manlius non simpliciter *custos*, sed *custos arcis* appellandus erat, quod etiam Wagn. censet, Conington vero negat, qui dubitat, utra explicatio sit praeferenda. Peerlk. sine iusta causa coni. *Insomnis custos*. — *Tarpeiae arcis*, ut infra v. 657. *arx Capitolina*. De Tarpeio monte vid. supra ad v. 347. — *pro templo*, scil. Iovis Capitolini. *Pro* autem non tantum i. q. *ante*, sed: defensurus templum. Sic Ovid. Trist. I, 2, 5. *pro Troia stabat Apollo*. Ovid. Fast. V, 135. *Stant - - pro nobis et praesunt moenibus urbis*. Liv. II, 12, 14. *si pro mea patria ista virtus staret*. Silius XVII, 319. *Cum steteris pro me* (ubi vid. Drakenb.) cett. Conington comparat infra IX, 677. *pro turribus adstant*, quem tamen locum nos aliter explicuimus. — *tenebat* defensurus. Cf. XII, 705. Wakef. corr. *tegebat*, ut XII, 148. *Turnum et tua moenia texi;* quam coniecturam Heyn. probat, cum v. 657. iterum legatur *arcemque tenebant*. Sed iure adversatur Iahn. ad I, 315. *Tenebat* praeter omnes Codd. etiam Serv. tuetur, nec minus Vergilii epitomator in Anth. Lat. VI, 84, 7. verba *Capitolia celsa tenebat* repetens. — Qui vulgo hic sequitur versus, quem aptiore loco supra post v. 641. posuimus, iam Heynio suspectus erat propter Romuli casam hic prorsus importuno commemoratam, quae in tanto temporum intervallo a Romulo ad Manlium temere *recens* regia appelletur; sed a Iahnio, Wagn., Coningtone et Benoisto defenditur, cum Capitolii semel mentione facta Romuli regia, qua tantum gloriati sint Romani, ut splendidissimis templis honore non cederet, a poeta vix praeteriri, *recens* autem iure dici potuerit, quippe quam, si vetustate consumpta esset, Romani reparare novisque straminibus contegere soliti fuerint [cf. Dion. Hal. I, 79. et Vitruv. II, 1.]; quamvis etiam ita capi possit epitheton, ut culmi, quibus tecta esset casa, a Vulcano auro effícti, recentium et flavorum culmorum speciem habere putentur. Ladew., Coningt. et Benoist. priorem rationem amplectuntur, cui etiam Wagn. videtur favere. Equidem praefero alteram et ita etiam *Iohn.:* „Recens fuit in clipeo, non autem Manlii aetate." Ut igitur hic versus per se spectatus nihil habet, quod possit offendere, ita tamen hoc loco positus neutiquam offensione vacat. — **655.** *Atque* de re repentina, ut alibi *ecce*. Vid. ad Geo. I, 203. — *hic* temporis videtur esse, non loci, ut sensus sit: Cum ita staret Manlius, anser porticibus volitans Gallos adesse canebat; Wagn. tamen: „*hic*, in summo v. 652." — *volitans*, in quo temere haeserunt Intpp., *Wagn.* sic explicat: „Ad vividam irritatorum anserum imaginem exhibuit poeta, qui passis alis currentes aut etiam volatum tentantes magnos clamores edere solent." — *auratis porticibus*, i. e. auro per Vulcanum in clipeo ex-

Porticibus Gallos in limine adesse canebat;
Galli per dumos aderant arcemque tenebant
Defensi tenebris et dono noctis opacae;
Aurea caesaries ollis atque aurea vestis;
Virgatis lucent sagulis; tum lactea colla
Auro innectuntur; duo quisque Alpina coruscant

---

pressis; ita ut his verbis, quae temere offenderunt Heyn., neutiquam Roma illis temporibus vere auratas porticus habuisse dicatur. — **657.** Pro *Galli* unus Rom. praebet *Olli*, quod cum Schradero, qui confert Stat. Theb. IV, 798., Heyn. praeferendum esse censet. Sed cum ceteris omnibus Codd. conspirat Lutat. ad Stat. Theb. I, 99. et verissime Wagn. memorat, tam raro ac modeste antiqua hac Pronominis forma uti Vergilium, ut vix credibile sit, bis eadem parvo intervallo (cf. v. 659.) usum esse (quod tamen non concedit Conington, *Olli* ex v. 594. repetitum habens). Accedit, quod ipsius nominis iteratio longe fortior est Pronomine: *Gallos adesse canebat; Galli aderant!* Recte igitur omnes recentiores in servanda vulgari lectione consentiunt. — *per dumos.* Vid. supra v. 348. — *tenebant*, de conatu tantum accipiendum; iam in eo erat, ut tenerent. Vid. adnott. ad VI, 468. *Peerlk.* tamen haec adnotat: „Eleganter *arcem tenebant*, ad augendum terrorem, et revera *unus summum tenuit*, ut Livius narrat. Nescio an necessaria sit Servii interpretatio *paene tenebant*, quam commendavit Burm. ad Lucan. III, 597.“ — **658.** *dono noctis opacae*, i. e. beneficio, ope; ut Ovid. Met. X, 476. *caecae munere noctis*, ubi Bach. laudat Lennep. ad eiusd. Her. XIX, 11. Cf. etiam II, 269. *dono divom.* Sensus igitur: defensi beneficio tenebrarum nocturnarum. — **659** sq. „Habitus Gallorum bene descriptus, etsi alieno fortasse loco. Notae eorum comae rutilae [de quibus Wagn. conferri iubet Niebuhr. *Röm. Gesch.* Vol. II. p. 592. not. 1169.], saga virgata, aurei torques, gaesa, scuta vasta.“ *Heyn.* — **659.** *ollis* hoc uno loco legitur apud Verg. Vid. autem Ennius Ann. IX, 4. p. 46. Vahl. *ollis popularibus.* De Sing. *olli* diximus ad Aen. I, 254. — *auream vestem* Servius, Heins. ad Sil. III, 84., Wakef. ad Lucr. V, 672. aliique de barba intelligunt, quae tamen vix simpl. *vestis* dici poterat; quare potius de veste, quae proprie dicitur, ab artifice ex auro facta, ut colorem luteum vel flavum referret, cogitandum videtur; quam tamen ab Heyn. non recte unum idemque haberi puto cum *sagulis* v. sequ. adiunctis, quia haec diserte dicuntur *virgata*, i. e. virgis versicoloribus intertexta, quas hic diversis metallis expressas cogitemus necesse est; ita ut per *vestem* tunica intelligenda sit sub sagulo gesta. (Cf. v. c. Liv. XXVII, 19, 12., ubi Scipio Afric. regulum Numidam a se captum domum dimittit, postquam ei *tunicam lato clavo cum Hispano sagulo* donavit.) De variegatis autem Gallorum aliorumque vestibus cf. etiam Sil. IV, 155. h. l. sic imitatus: *Auro virgatae vestes* ibique Drak. Salmas. ad Vopisci Carin. c. 20. Spanhem. ad Callim. h. in Dian. 12. Iungerm. ad Polluc. VII, 53. et Dissen. ad Tib. II, 3, 54. Sic etiam *virgatae tigres* commemorantur Senecae Hipp. 345. et Herc. Oet. 14. Claud. de laud. Stil. I, 66. et Silio V, 148. Hariolatur igitur Servius, *virgatus* deducens a voce Gallica *virga*, quae idem significet, quod *purpura.* — **660.** *lactea colla* Gallorum, i. e. candida, quae cogitanda esse argento effecta, Conington recte videtur suspicari. Silius eod. loco v. 154. *Colla viri fulvo radiabant lactea torque.* Verba *lactea colla Auro innectuntur* repetit auctor centonis Verg. in Anth. Lat. VI, 84, 37 sq. et *lactea colla* etiam ap. Calpurn. Ecl. IX, 80. legimus Cf. etiam Amm. Marc. XV, 12. in. *Candidi paene sunt Galli omnes.* Ceterum, ut hic, ap. Sil. l. l. et XVI, 520. Stat. Silv. I, 1, 50. Mart. 32, 6. al. *lactea colla*, sic inf. X, 133. et ap. Maximian. Eleg. I, 93. *lactea cervix*, ap. Petron. in Fragm. p. 668. *lactea pectora* cett. Cum constructione *colla auro innectere* cf. Ovid. Met. VI, 161. *lauroque innectite crinem* et adnott. ad Geo. II, 221. Aen. IV, 506. V, 829. et al. Ceterum mos Gallorum torquibus aureis utendi vel ex Manlii Torquati cognomine satis notus (cf. Liv. VII, 10.) — **661.** *quis-*

Gaesa manu scutis protecti corpora longis.
Hic exsultantis Salios nudosque Lupercos
Lanigerosque apices et lapsa ancilia caelo
Extuderat; castae ducebant sacra per urbem
Pilentis matres in mollibus. Hinc procul addit

---

que coruscant. Vid. ad VI, 743. et de *coruscandi* verbo ad V, 642. Pal. tamen, Gud. a m. pr., Bern. II. III. et Nonii p. 555, 10. Codd. praeter Bamb. omnes exhibent *coruscat*, quod fortasse probandum censet Ribbeck. Proleg. p 294. — **662.** *duo gaesa*, ex notissimo Gallorum et Germanorum more. Vid. Cluver. Germ. I, 44. Heins. ad Sil. VIII, 550. et Interpp. ad Liv. IX, 36, 6. Cf. etiam Aen. V, 557. VII, 687. XII, 165. 488. Ovid. Met. XIV, 344. Claud. de laud. Stil. II, 242. cett. De gaeso, telo missili, Hispanis et Gallis proprio, et de Gallis gaesatis cf. Pollux VII, 33. Hesych. v. *γαισός* p. 99. Voss. de vitiis serm. Lat. p. 11. Drak. ad Silium II, 444. Herzog. ad Caes. B. G. III, 4. Rupert. ad Sil. I, 629. (ubi pariter *Alpina gaesa* commemorantur) et Peerlk. ad h. l. Ceterum *duo* pro *bina*, quia distributivi notio iam ex *quisque* intelligitur. — *scutis longis.* Lersch. Ant. Verg. §. 31. confert Liv. XXXVIII, 21. *Scuta longa, ceterum ad amplitudinem corporis parum lata, male tegebant Gallos.* — **663** sqq. „Religiosa spectacula immiscet poeta: mota ancilia (Kal. Martiis: vid. Ovid. Fast. III, 373 sqq.), Lupercalia (ibid. II, 267 sqq.), Flaminum caerimonias, et pompam matronarum ad ludos vel sacra, ad quae pilentis vehi licuit. Vid. Liv. V, 25. 29. Sacra Cereri vel Carmenti facienda potissimum respicere potuit Maro.“ *Heyn.* — *Hic*, in alia scuti parte, et quidem in sexta marginis area. (Vid. supra ad v. 626.) Peerlk., qui putat, *hic* tantum ad rupem Tarpeiam antea commemoratam referri posse, praefert Codd. quorundam (inter quos Gud. a m. pr.) lectionem *Hinc.* — *exsultantes Salios*, i. e. salientes (unde nomen habent), qui canentes saltantesque inde a Kal. Martiis Ancilia per urbem ferebant. Vid. praeter Ovidii l. l. Livius I, 20. Scheiffele in Pauly *Realencycl.* VI. p. 688 sqq. et supra ad v. 285. — *Luperci*, Panis sacerdotes, qui Lupercalibus (d. XV. Kal. Martias) Pani capram immolabant, et sacro peracto nudi (i. e. subligaculo tantum ex pelle caprina facto induti) et personati, vel potius faciem sanguine foedati, per urbem discurrebant, obvias quasque mulieres flagellis verberantes. Vid. Ovid. Fast. II, 267 sqq. V, 101. Liv. I, 5. Prop. V, (IV,) 1, 26. Dion. Hal. I, 80. Pauly *Realencycl.* III. p. 366 sq. IV. p. 576. 1236 sq. Cf. etiam liber meus *Hellas u. Rom.* I, 1. p. 337. cum adnot. 43. *Lupercal* supra commemoratum vidimus v. 343. — **664.** *Lanigeri apices* significant Flamines, qui apice s. pileo sacerdotali in coni modum assurgente utebantur, ex quo *filum* laneum dependebat, unde nomen eorum ortum (propr. *filamen*), quod Plur. numero (*flāmĭnēs*) ab heroico versu alienum. Ladew. etiam Ovidium Fast. III, 397. *apicati Dialis* pro *flaminis Dialis* scripsisse memorat. Ceterum de apice flaminum cf. etiam liber meus modo comm. I, 2. p. 336. — *lapsa ancilia caelo.* Vid. ad VII, 188. — **665.** *Extundere* prima significatione usurpatum de fabro (hic quidem de Vulcano), qui extundendo et excudendo opera caelata fingit; quare alibi omnino significat magno labore perficere. (Vid. e. g. Geo. I, 133. et IV, 315.) – Matronae *ducebant sacra* (pompas) *per urbem*, veluti quae Cereri et Carmentae fiebant. — **666.** *pilentum*, *μετέωρον ὄχημα*, matronarum vehiculum duabus rotis praeditum et ita instructum, ut insidentes aëre suspensae agitari viderentur, cuius tamen usus iis sacrorum tantum et ludorum causa concessus erat; quare reliquo tempore, ne conspiceretur, pellibus aut lana coactili (*πίλῳ*, unde nomen descendit) involutum asservabatur. Cf. Liv. V, 25. Hor. Ep. II, 1, 192. Isidor. VI, 9, 4. Festus h. v. p. 245. alii et liber meus modo comm. I, 2. p. 47. adn. 40. (ubi pro Aen. VI. lege VIII.) — „*mollia pilenta* appellat propter mollem et lentum incessum, quem ipsa structura et situs editus ac celsus suasisse videtur. Servius pensiles currus interpretatur, ideoque mobiles, motu faciles, ut *mollia oscilla* Geo. II, 389. [sic etiam

Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis,
Et scelerum poenas et te, Catilina, minaci
Pendentem scopulo Furiarumque ora trementem
Secretosque pios; his dantem iura Catonem.

Niebuhr. *Röm. Gesch.* Vol. I. not. 977. et Wagn.], Iulius autem Sabinus *delicata* (i. e. quae sunt mollium et delicatorum hominum) exponit." Haec fere *Heyn.* Cf. etiam XI, 64. *molle feretrum.* Peerlk. pilenta e vimine texta, non lignea, fuisse, ex hoc epitheto concludit. — Quae sequuntur usque ad v. 670. Heyn. alieno loco intrusa censet: sed verissime *Wagn.*: „Id cum poeta agat, ut, quae maxime memorabilia sint in historia Rom., exponat, non video, quare haec aliena ab h. l. existimemus. Quod si alia quaedam desideres, ea de industria omisit poeta, quippe libro VI. iam commemorata;" quae tamen non satisfaciunt Peerlkampio, qui et ipse totum hunc locum habet spurium, quem etiam Ribbeck. poeta nostro parum dignum censet (cf. etiam eius Proleg. p. 83.), Conington vero defendit. — ***Hinc procul***, in ima parte clipei. Cf. v. 652. — V. **667**. uno vocabulo mutato iteratus ex Geo. IV, 467. — ***ostia Ditis***, „quia aditus ad Tartarum patet ex Orco. Cf. VI, 577 sqq." *Wagn.* Cf. etiam Geo. IV, 467. *Taenarias etiam fauces, alta ostia Ditis.* — **668**. „Pro *Catilina* erant haud dubie, quos malis supplicio affectos videre. Sed parum prudenter minusque decore poeta Marium vel Sullam, Cinnam, aliumve, qui rempubl. everterat, nominasset; contra in Catilina scelus manifestum et confessum. — ***pendentem scopulo***, puto tamquam equuleo distentum: tracta rei facie a Prometheo rupi alligato. Pro vulture adsident Furiae. — ***minacem scopulum***, tamquam ruiturum et ruina eum oppressurum." *Heyn.* Cf. Aen. II, 628. ibique adnott. Henrico (*Tw. years* p. 67.) *minax* hic nihil aliud est nisi minaciter surgens (*a threatening-looking, a bold, towering cliff*). — ***Furiarum ora trementem.*** Cf. supra VI, 605 sqq. De structura *tremere aliquid* vid. ad III, 648. — **670**. ***Secretosque pios.*** Vid. supra VI, 540 sqq. et Hor. Od. II, 13, 22. *Et iudicantem vidimus Aeacum Sedesque discretas piorum.* Praeterea cf. VI, 478. *quae bello clari secreta frequentant.* — ***his.*** Ladew. recepit coniecturam suam *hic*, quam in Append. p. 261. contra Wagn. defendere studet, recte, puto, impugnatus ab Hoffmanno in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 886. Si enim contendit, in Elysio neque iudicis neque legislatoris esse locum, hoc sane ei concedendum est, sed quid impedit, quominus cum Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 409. sumamus, „Catonem propter morum sanctitatem ab umbris in Elysio degentibus observari tamquam regem, cuius ad voluntatem arbitriumque libenter se componant?" Etiam Haupt., Ribbeck., Conington et Benoist. Codd. lectionem iure servarunt. — „***Catonem piis iura dantem***, i. e. pro iudice sedentem, ut alterum Minoëm vel Rhadamanthum, quis non miratus est? De *Catone Uticensi* agi, liquidum est vel ex opposito Catilina: alter oppugnavit patriam, alter liberatam propugnavit. Nec vero alius, quam ad eius severitatem, respectus habitus videtur; quo magis vana est Servii aliorumque dubitatio verentium, ne Augusto Catonis memoria parum grata esse debuerit. Sed hoc refellere iam alii studuerunt, imprimis ad Hor. Od. I, 12, 35." *Heyn.* Etiam Wagn. Catonem maiorem s. Censorem propterea non facile intelligi posse memorat, quod eius iam supra VI, 842. mentio sit facta, quod tamen longe minoris est momenti, quam difficultas iam prius a quibusdam viris doctis et nuper rursus a Peerlk. hic inventa, quod si hic de Uticensi cogitari voluisset Vergilius, sibi ipse contradixisset, cum VI, 434. eos, qui ipsi sibi manus intulissent, non in beatorum sedibus, sed alio in Orci loco versantes finxerit; quam removere num Thielio cesserit contendenti, Catonem a poeta potius adnumerari *ob patriam vulnera passis* (VI, 660.), dubitare licet. Quamquam igitur me non fugit, quam honorifice veteres de Catonis caede loquantur (cf. Hor. Od. I, 12, 35. *Catonis nobile letum.* Manil. IV, 87. *et invictum devicta morte Catonem.* Vell. Pat. II, 35. Lucan. I, 128. etc.), tamen satius videtur cum Hertzbergio, Ladew. et Hoffmanno l. l. de Catone

Haec inter tumidi late maris ibat imago
Aurea, sed fluctu spumabant caerula cano,
Et circum argento clari delphines in orbem
Aequora verrebant caudis aestumque secabant.
In medio classis aeratas, Actia bella,
Cernere erat; totumque instructo Marte videres

Censorio cogitare. Bryce, Conington et Benoist. cum Heynio et Wagnero faciunt. — **671** sqq. Praecipuum argumentum, quod cetera omnia absolvit, ultimo loco reservavit. Cf. supra ad v. 626. Oceanum Homeri Il. XVIII, 606 sq. ante oculos habuisse et delphines Hesiodi exemplo Sc. Herc. 209 sqq. intexuisse poetam suspicatur Heyn., qui etiam conferri iubet Quinti Cal. imitationem V, 93 sqq. Cf. etiam Voss. *Mythol. Briefe.* T. I. p. 27. — *Haec inter*, inter Orci imagines modo commemoratas et res in terra gestas, quas supra effictas vidimus, mare apparebat cum pugna Actiaca. Descriptis enim marginis signis poeta nunc transit ad descriptionem mediae areae. — **672**. *Aurea*, ex auro facta. Peerlk., in aureo maris colore haerens, coni. *Caerula* et postea pro *caerula* — *aequora*. (Vid. infra v. 677.) Immo mare auro, delphines argento, classis aere (*Bronze*) ficta apparebant. — *caerula*, i. e. aequora, mare simpliciter. De colore enim hic cogitari non potest, *aurea* imagine iam commemorata. — *spumabant*. Sic omnes editt. post Heins., quamquam plurimi Codd. (et inter eos Pal., Rom., Gud. et Bern. II.; nam Med. a Ribbeckio non adiungitur) praebent *spumabat*, scil. imago. Sed quomodo *imago* potest *spumare?* et quis credat, imaginem, modo *auream* dictam, hic *caerulam* appellatam esse a Vergilio? — *fluctu cano*, spuma albicante, quam artifex argento in auxilium sumpto videtur effinxisse. Cf. etiam adnott. ad v. 677. Sic etiam Avien. descr. 124. *Cano spumant freta concita fluctu* et *aequora cana* dixit Ennius Ann. inc. sedis fr. 27. p. 70. Vahl. (s. p. 132. Hessel.), Lucr. autem II, 767. *canos candenti marmore fluctus* atque etiam ap. Catull. 64., 13. libri quidam praebent lectionem *spumis incanuit unda* (pro vulg. *incanduit*), quam Orellius defendit. Vid. tamen Muelleri Spicileg. Animadvv. p. 7. — **673**. Cf. Hesiod. Scut. 209 sqq. — *argento clari*, argento candentes, vel ex claro argento facti. — Cum v. **674**. structura Conington comparat VII, 34. *Aethera mulcebant cantu lucoque volabant.* — **675** sqq. „Splendida carminis pars, quam velim unam clipei argumentum a poeta factum esse. Iam Propertio hic locus adeo probatus fuit, ut, etsi tum tota Aeneis nondum evulgata esset, ex eo tamen carminis summam praestantiam auguraretur lib. II. el. extr. [III, 31,] v. 61 sqq." *Heyn.* Praeterea cf. idem Prop. IV, 10. (III, 11.) et V, (IV,) 6. Hor. Od. I, 37. et Lucan. X, 53. — **675**. „*In medio* clipei, non maris: etsi hoc mediam clipei aram occupare putandum. Si tamen praeter pugnam etiam fugam et triumphum complexa est, in plures partes ac regiones ea quoque distincta esse debuit." *Heyn.* Sic etiam Ladew. et Wagn. in recentiss. edit. haec adiiciens: „At dices: haud ita procul a litore tum pugnatum esse constat, non in medio mari Ionio. Nempe medium h. l. dicitur id, quod ab utraque parte clipei pari distat intervallo; et respondent sibi *circum* (v. 673. i. e. a dextra laevaque) et *In medio;*" cui Conington videtur adsentiri. Sed cum medius clipeus iam supra v. 671. sit indicatus, in proxime antecedentibus autem mare commemoratum et hic de classibus agatur a mari non separandis, rectius, nisi fallor, de medio mari cogitaveris, quod sane etiam mediam clipei partem occupat. — *classes, Actia bella*, i. e. pugnam Actiacam repraesentantes. Cf. de hoc appositionis genere adnott. ad Ecl. II, 9., de Adiect. autem *Actius* ad III, 280. et de *bello* pro pugna posito ad Aen. II, 439. Conington comparat similem appositionem *Aminaeae vites, firmissima vina* Geo. II, 97. — **676**. *Cernere erat*, ut VI, 596. Vid. ad Ecl. X, 46. et Geo. IV, 447. — „*instructo Marte*, h. e. classe instructa, *videres* [vid. supra ad v. 650.] *fervere totum Leucaten;* proprie classis fervebat, magno studii aestu se movebat, ad Leucaten. [Vid. Lucr. II, 42. *Fervere quom videas*

Fervere Leucaten auroque effulgere fluctus.
Hinc Augustus agens Italos in proelia Caesar
Cum Patribus populoque, Penatibus et magnis Dis,
Stans celsa in puppi; geminas cui tempora flammas
Laeta vomunt patriumque aperitur vertice sidus.

---

classem lateque vagari. Ceterum cf. etiam adnott. ad Geo. I, 456. et Aen. IV, 407.] Locum ex vicinia posuit, ut tanto maior esset species: nam classis utraque obversa erat claustris et faucibus sinus Ambracii; pugnatum enim est in exteriore sinu versus mare patente." *Heyn.* De notissima illa loquendi formula *instruere aciem, exercitum, classem*, vid. Drak. ad Liv. IX, 37, 3. Herzog. ad Caes. B. G. VII, 18. alios; de *Leucates* autem promontorio adnott. ad III, 274. — **677.** *auroque* (i. e. aureo armorum splendore: cf. Prop. V, (IV,) 6, 26. *Armorum radiis picta tremebat aqua*) *effulgere* (de qua verbi forma vid. ad VI, 827.) *fluctus.* Hoc hemistichion, quod Heynio post v. 671 sq. otiosum et languidum videtur, iure defenderunt Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 77., Iahn. (qui conferri iubet Voss. *Anm. u. Randgl.* p. 227.) et Wagn.; qui hic quidem, cum de instructa acie navali sermo sit, haec verba de fulgore ornamentorum militarium a mari repercusso accipienda esse, verissime adnotat, simul memorans, hoc quomodo repraesentari potuerit in mari auro effícto, non anxie esse quaerendum, cum poeta in tota hac descriptione res, quae in eiusmodi caelatura exhiberi vel possint vel nequeant, uiire misceat. At si cogitamus, quam varia ratione nostri aurifices aurum tractare sciant, ut hic politum et radians, ibi non politum et subfuscatum, hic subrubrum, ibi subflavum appareat, haec res mihi quidem minus mira et explicatu difficilis videtur, imprimis si meminimus, quae Plin. XXXIV, 14, 40. de caelatorum arte memorat. Peerlk. tamen, Wagnerum vituperans, „ut poetam probabili coniectura crimine ineptiarum liberaret," *ferroque* scribendum esse censuit. — **678.** *Hinc Augustus.* Cf. infra v. 685. *Hinc Antonius* cett. Augusti titulus Octaviano decretus est a. d. XVII. Kal. Febr. a. 727. „Classi universae M. Agrippa praefuit, Octavianus autem Caesar cum M. Val. Messala aliisque rerum summae, ubicunque res poscerent, prospicere satagebat." *Heyn.* — *agens in proelia.* Cf. VII, 804. — „*Italos*, ut *barbaricas opes* Antonii v. 685. opponeret. — **679.** *Cum Patribus* cett., ut causam reip. a Senatu populoque Romano commissam tueri Augustus videretur." *Heyn.* — *cum Penatibus et magnis Dis*, qui una cum Augusto navem conscendisse finguntur. Cf. Prop. 1. I. v. 42. *Volentibus cum magnis Dis* legimus etiam ap. Ennium Ann. VI. fr. 13. p. 33. Vahl. Ruhk. nescio an recte *Penates* ad Augustum, *magnos deos* autem ad rempubl. referendos censeat; certe non cum Heyn. et Wagn. *Penates* et *magnos deos* hic unum idemque significare et epexegesin locum habere statuam. Cf. etiam adnott. ad III, 12. Ceterum quanta arte hic versus compositus sit, non est cur multis doceam. De clausula monosyllaba, hic post Spondeum imprimis gravi et nervosa, vid. adnott. ad Geo. I, 181. — **680.** *Stans celsa in puppi.* Cf. III, 527. (ibique adnott.) IV, 554. V, 132. et X, 261. Rom., Bern. II., alii *Stat*, quod non erat cur praeferendum censerent Heyn., Iahn. et (prius certe, nam in recentiss. eius edit. Particip. apparet) Ladew.; apertum est enim, hanc lectionem iis deberi, qui verbum finitum temere desiderarent. Cf. adnott. ad I, 639. Bene autem sibi respondent *Augustus agens* — *stans* et *Agrippa arduus agens.* Cf. Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 350. — *geminas cui tempora flammas* cett. i. e. galea utrimque fulgorem flammeum emittit. „Perperam ad oculos Augusti fulgentes (vid. Sueton. c. 79.) refert Serv. et alii. Habuit poeta in animo Diomedis cassidem Il. V, 4 sq. *Δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ* cett., et in miraculum conversus est galeae ex aere fulgor, qui radiorum vel nimbi speciem referre videri poterat, imprimis si bucculas galeae cogites." *Heyn.* Vid. etiam supra v. 620. et adnott. ad VII, 785 sq. Ladew. de splendore et galeae et patrii sideris cogitat. — **681.** *laeta* ad splendorem spectare memorat Heyn. coll. I,

Parte alia ventis et dis Agrippa secundis
Arduus agmen agens; cui, belli insigne superbum,
Tempora navali fulgent rostrata corona.
Hinc ope barbarica variisque Antonius armis,
Victor ab Aurorae populis et litore rubro,
Aegyptum virisque Orientis et ultima secum

---

591. *laetos oculis afflarat honores.* Aliter Ladew.: „*in Hoffnung des zu gewinnenden Sieges.*“ — *vomunt.* Cf. supra v. 620. *galeam flammas vomentem.* — „In vertice *aperitur*, lucet, apparet (proprie de oriente et in conspectum veniente sidere, vid. ad III, 206. 275. VII, 443.) stella Iulia, Caesaris capiti appingi solita in memoriam stellae crinitae, in quam inter ludos funebres habitos anima Caesaris abiisse credita est. Vid. ad Ecl. IX, 47. Eandem stellam respexit Prop. IV, (V,) 6, 29 sq.“ *Heyn.* — **682.** *ventis secundis* non otiose additum, quia usque ad quintum diem adversus ventus tenuerat. Cf. Plut. M. Anton. c. 66. et Serv. ad v. 682. *M.* autem *Vipsanius Agrippa* vel tironibus satis notus. — **683.** „*arduus* aut ipse stans arduo in loco [in puppi], aut navi ardua conspicuus. [Cf. VII, 624.] — **684.** *navali corona*, quae eadem *rostrata*, rostris ex auro vallata, qua paulo ante [a. U. C. 718.] donatus fuerat in bello Siculo, victo Sex. Pompeio. Vid. Vellei. II, 81.“ *Heyn.* Iure autem *insigne superbum* dicitur; nam Velleio teste l. l. *Insigne coronae classicae, quo nemo umquam Romanorum donatus est, hoc bello Agrippa singulari virtute meruit,* et secundum Senec. de Benef. III, 32. *Agrippa navali corona insignis, unum adeptus est inter dona militaria decus.* Ceterum cf. adnott. ad I, 21. — **685.** *Hinc*, scil. veniens. „*ope barbarica.* Ex adverso expressus in aere Antonius cum copiis ex barbaricis populis diversis (unde *varia arma*) conscriptis, praeter legiones, quas habebat. Cf. Plut. M. Anton. p. 944. B. [c. 61.]“ *Heyn.* De simplici Ablativo sine Praepos. *cum* usurpato vid. ad VII, 284. et Ecl. X, 24. Pro *variis*, quod Heyn. recte interpretatur „multis ac diversis habitu adspectuque,“ Heins. coni. *Phariis*, quam supervacaneam coniecturam praeter Burm. ad Claud. p. 1055. et ad Anthol. Lat. T. II. p. 175. nuper etiam probavit Peerlk., qui putat, Antonium ipsum dici ope barbarica et Phariis, i. e. Aegyptiis, armis indutum fuisse; in quam rem confert veteris poetae [i. e. Ennii Andromach. fr. 9. p. 104. Vahl.] verba ap. Cic. Tusc. I, 35, 85. *Adstante ope barbarica, Tectis caelatis, laqueatis.* Sed vere Conington observat, hac coniectura praeoccupari v. 687 sq. Gentius p. 47. audacior etiam coni. *auratisque.* — V. **686** sqq. respiciunt imprimis proelia cum Parthis, quibus tunc Oriens parebat, prospero successu gesta. — *Victor a populis*, qui victoriam ab s. ex iis reportat. Cf. Ovid. Met. IX, 136. *victor ab Oechalia Cenaeo sacra parabat Vota Iovi.* Drakenb. ad Sil. V, 271. et Haud. Turs. I. p. 18 sq. cum adnott. ad Aen. VII, 647. Est igitur i. q. victor populorum Aurorae, s. Orientis, (cf. Ovid. Met. I, 61. *Eurus ad Auroram Nabathaeaque regna recessit*, a Coningt. laud.) et maris rubri. Pro *Victor* Markland. ad Stat. Silv. II, 6, 3. coni. *Ductor*, Schrader. autem ad Musaeum p. 258. *victor* explicat: „quasi victor, qui talem se habere volebat.“ Sed verissime Heyn. in mentem nobis revocat Ventidii victoriam a. U. C. 713. de Parthis reportatam atque Canidium, et ipsum Antonii legatum, qui Armenia devicta in Iberos Albanosque exercitum duxerit a. U. C. 716., Antoniumque ipsum, qui Artavasde capto Armeniam occupaverit a. U. C. 718. Cf. imprimis Dio Cass. L, 6., qui omnes fere reges Orientis, Romano imperio vicinos, Antonio socios adfuisse narrat; quare infra v. 705. Indi adeo et Arabes commemorantur. — Ut hic Vergilius coniungit *Aurorae populos* et *litus* (i. e. mare) *rubrum*, ita Hor. Od. I, 35, 30. *iuvenum recens Examen, Eois timendum Partibus oceanoque rubro.* — *Rubri* autem (Gr. ἐρυθραίου) *maris* nomen latiore sensu dictum a veteribus refertur ad omne mare meridionale inter Indicum et Aethiopicum Oceanum, strictiore vero ad solum Sinum Arabicum. Cf. Cic. N. D. I, 35, 97. Tib.

Bactra vehit, sequiturque, nefas! Aegyptia coniunx.
Una omnes ruere ac totum spumare reductis
Convolsum remis rostrisque tridentibus aequor.
Alta petunt; pelago credas innare revolsas
Cycladas aut montis concurrere montibus altos:
Tanta mole viri turritis puppibus instant.

II, 4, 30. Mela III, 7, 8, 8, 1. Pliu. VI, 23, 28. Curt. VIII, 9. alii et liber meus geogr. II. p. 5 sqq. — **688.** *Bactra ultima*, in remotissimo Oriente sita. Quare ap. Prop. IV, (III,) 1, 16. *Qui finem imperii Bactra futura canent.* *Bactra* enim s. *Zariaspe* (uunc *Balkh*) caput erat Bactrianae regiouis (quae uunc *Magna Bucharia* appellatur), haud procul ab Oxo fluv. ad Paropamisi radices situm. Cf. Strab. XI. p. 514. Plin. VI, 15, 17. Arriau. III, 29. Silius XIII, 764. Prop. IV, 10, (III, 11,) 26. al. et liber meus modo comm. II. p. 558. „Habuit Antouius auxilia a rege Medorum submissa, testante Plutarcho p. 944. [c. 61. coll. c. 52. et 53.] Itidem sic v. 705 sq.“ *Heyn.* De nomine terrarum pro populorum posito vid. ad Ecl. I, 62. IV, 58. Aen. II. 703. al. Ceterum cf. de h. l. Broukhus. ad Prop. III, 1, 16. et Burm. ad Lucau. VIII, 299. — Pro *vehit* Peerlk. scribi vult *vehens.* „Possis iuterpungere: *sequiturque nefas, Aeg. coniux.* Supra II, 585. *Exstinxisse nefas*, i. e. Helenam. Sed nihil muto.“ *Wagn.* Et recte quidem; connubium violata lege Romana cum peregrina iuitum, quam adeo in castris secum habebat Autonius, quod et ipsum apud Romanos erat vetitum, eadem ratioue hic *nefas* dicitur, qua apud Horatium Od. III, 5, 6. *Miles Crassi* ob *coniugem barbaram* vocatur *turpis maritus.* Ceterum cf. aduott. ad VII, 73. — *nefas* παρενθέτως, ut VII, 73., ubi vid. aduott. — *Aegyptia coniunx.* Vid. Ovid. Met. XV, 826. *Romanique ducis coniunx Aegyptia.* Cf. etiam Flor. IV, 11, 2. — **689.** *Una omnes ruere*, impetu feruntur iu hostem. Heyn. transitive dictum putat pro ruere mare remis, coll. I, 35. *spumas salis aere ruebant.* Sed tum aegre desiderari Obiectum *mare* s. *aequor*, vere censet Wagn. — *reductis remis.* Heyn. comparat Ovid. Met. XI, 461. *reducunt ad fortia pectora remos.* Reducuutur *adductis lacertis* V, 141. — V. **690.** iam legimus V, 143., ubi vid. adnott. — Cum v. **691** sq. cf. locos hiuc expressos Silii X, 322. *Sic Lagea ratis, vasto velut insula ponto Conspecta, illisit scopulis.* Statii Theb. V, 338. *abruptam credas radicibus ire Ortygiam, aut fractum pelago decurrere montem.* Conington, qui etiam commemorat, supra V, 119. uavem comparari cum urbe, addit Ovid. Met. VII, 62. *nescio qui mediis concurrere in undis Dicantur montes*, et Wold. Ribbek. addit Ambros. Hex. V, 11, 32. *ambulare insulas putes, montes altissimos summis ad caelum verticibus eminere.* Cf. etiam Senec. Suas. I. extr. et Quinct. Inst. VIII, 6, 68. Plinius autem II, 83, 85. de portento dicit: *Montes duo inter se concurrerunt, crepitu maximo assultantes.* — **691.** *Alta petunt*, relicta, in qua fueraut, statioue. Cf. etiam Geo. I, 142. — **693.** Heyu. verba *tanta mole* couiungit cum *puppibus*, ut significent i. q. puppibus tautae molis; Wagn. vero locum sic capit: „tanta mole uavium earumque turritarum instaut sibi invicem“, ut *turritis puppibus* sit sextus Casus ad illustranda verba *tanta mole* adiectus; atque *Heyn.* praeterea haec adnotat: „Spectat hoc maxime ad Autonianas naves, ad denos remorum ordines assurgentes, *ad hoc turribus et tabulatis allevatas* cett., Flor. IV, 11, 5., et sua magnitudine, imprimis in ista remigum inopia, ad regendum difficiles. Cf. Plut. Aut. p. 946. C. [c. 66.] et Dio Cass. XXXII, 33.“ Sed rectius videtur, cum Ladew. (qui etiam cf. in Append. p. 261.) verba *tanta mole* de Antonii, *turritis* vero *puppibus* (tertio Casu) de Octaviani navibus intelligere, quae explicatio bene respoudet verbis *montes concurrere montibus;* quamquam concedendum est, Vergilium minus clare dixisse, qui hunc locum, si licuisset, postea haud dubie correxisset. Couingtou denique *tanta mole* pro *tanto molimine* positum censet coll. I, 33., quod vix probabitur. De *turritis* autem navibus (quas Servio teste apud Romanos Agrippa primus instituisse traditur) cf. Dio Cass. L, 23. Plin. XXXII, 1, 1. Veget. IV, 44. Caes. B.

Stuppea flamma manu telisque volatile ferrum
Spargitur; arva nova Neptunia caede rubescunt.
Regina in mediis patrio vocat agmina sistro,

G. III, 14. id. B. C. I, 25. alii et Scheffer. de mil. navali vett. p. 134. — **694.** „*stuppea flamma* [i. e. stuppa incensa, nt VII, 463. *virgea flamma*] ad rerum veritatem, cum ab Antonio relictae naves pertinaciter pugnare pergerent. Vid. Dio l. c. 34. 35. Hor. Od. I, 37, 13. *Vix una sospes navis ab ignibus.*" *Heyn.* De his malleolis in naves hostiles coniectis vid. Veget. IV, 18. Ammian. XXIII, 4. Vitruv. X, 22. Liv. XXXVIII, 6. XLII, 64, all. et Lipsii Poliorc. V, 5. — Haerent Intpp. in verbis *telis volatile ferrum spargitur*, cum *ferrum* nihil aliud significare possit, quam tela et sagittas, nemo autem intelligat, quomodo telis telnm emitti qneat; quare Heyn., Iahn., Haupt. et Ladew. praefernnt nnius Cod. Rom. lectionem *telique volatile ferrum*, nt *teli ferrum* stuppeae flammae oppositum sit; Rnbk. vero (coll. Livio XXXVIII, 29.) vulgatam ita defendit, ut *telum* de funda, *ferrum* de glande eius intelligat, nt iam Heyn. (cni Conington adsentitnr) censnerat, *telis* fortasse accipi posse de machinis ad missilia mittenda, qnod, cum in Bell. Afr. 31. legamus *scorpionum, catapultarum ceterorumque telorum, quae ad defendendum solent parari, magnam copiam habebat*, fortasse magis probandum Wagneri ratione (a Süpflio probata), qui *telis* explicat per: telorum iactu, nt sensns sit: telorum iactu in omnes partes volat ferrnm: qua Iahn. censet, ineptam effici sententiam, cum teli iactu non solum ferrum, sed totum telum emittatur, qnare etiam Ladew. in Append. p. 261. de hac explicatione dubitat. Ob Codd. tamen auctoritatem cnm Wagn. (qni etiam cf. in Phil. Suppl. I. p. 351.), Süpflio (qui cf. in adn. p. 369.), Bryceo, Ribbeckio, Coningtone et Benoisto lectionem *telis* retinui. Peerlk. locnm sic distinguendum censet: *St. flamma manu telisque, volatile ferrum Sp.*, qnod nemo facile probabit. Wakef. ad Lncr. I, 969. parum feliciter coni. *telisque volatile vellus Spargitur.* Ceterum *volatile ferrum* iam snpra legimus IV, 71., ubi vid. adnott. Silius XI, 338 sq. hunc locum sic imitatur: *Spargere tela manu passim fallentia natis Imperat et tacitas in pectora mittere flammas.* Conington cum tota sententia conferri iubet XII, 50. — **695.** *arva Neptunia*, ut ap. Cic. Arat. 373. *Neptunia prata.* Conington comparat *campos salis* X, 214. Cf. adnott. ad VI, 724. — *novam caedem*, quae nec redintegrata nec inaudita esse potest, idem Wagn. rectissime ad initium pugnae spectare censet, nt verba *nova caede rubescunt* nihil alind significent, quam: incipiunt caede rubescere, cum *novum* dicatur, quod primum fiat. Cf. Ecl. VIII, 29. Geo. II, 332. IV, 357. Aen. II, 228. VII, 554. (ubi legimus *sanguis novus imbuit arma*) Ter. Adelph. prol. 12. *novam fabulam agere*, Liv. XXII, 1, 7. *nova atque integra concipere*, et notum illnd *nova nupta* ap. Plaut. Cas. I, 1, 30. Catnll. 60, 98. al. Ceterum ii qnoque, qui explicant: mare, quod iam antea saepe caede rnbuerat, tnnc denuo (*nova caede*) rubuit, habent qno sententiam suam defendant. Peerlk. praeter necessitatem coni. *nova-luce rubescunt.* — **696.** „Acerbe haec de Cleopatra. Potuit fortasse, quod tamen ignoro, sistri usus esse apnd Aegyptios in bello. Ex hoc tamen loco non conficitur. In ludibrium versa re sistrum memoratur, quod regina cum turba spadonum et feminarum ludis et choreis vacante in media classe versatur: sistri autem nsus in lascivia Aegyptiorum freqnens Docet quoque Propertii imitatio IV, 10, (III, 11,) 43. *Ausa (Cleopatra) - - Romanamque tubam crepitanti pellere sistro.*" *Heyn.* Adde Lncan. X, 63. (Cleopatra) *Terruit illa suo, si fas, Capitolia sistro.* *Vocat* igitur *sistro*, i. q. sequi inbet pro tuba sistro usa ad dandum classicnm. De ipso sistro vid. imprimis Apulei. Met. XI, 4. p. 759. Oud., qno anctore est crepitaculnm aeneum, *cuius per angustam laminam in modum balthei recurvatam traiectae mediae paucae virgulae crispante brachio tergeminos iactus reddebant argutum sonum*, Plnt. de Is. et Osir. Vol. VII. p. 481 sq. Reisk. et Bacchinns in Graevii Thes. VI. p. 407 sqq., praeterea etiam liber meus *Hellas u. Rom.* I, 2. p. 189. adn. 324. Cf.

Necdum etiam geminos a tergo respicit anguis.
Omnigenumque deum monstra et latrator Anubis
Contra Neptunum et Venerem contraque Minervam
Tela tenent. Saevit medio in certamine Mavors
Caelatus ferro tristesque ex aethere Dirae,
Et scissa gaudens vadit Discordia palla,
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.

---

etiam Ovid. Met. IX, 793. Am. II, 13, 11. A. A. III, 635. Mart. XIV, 54. Stat. Silv. III, 2, 102. cett. — **697.** Caelaverat Vulcanus a tergo Cleopatrae duos angues, vitae exitum ei instantem significans. „Necdum mortem futuram admota sibi aspide prospicit. Sequitur fortasse Vergilius aliquam famam, duo eam angues sibi admovisse.“ *Heyn.* Cum non satis constet, quot anguibus corpori admotis Cleopatra perierit, in hoc poetae loco minime haerendum, neque opus est Burmanni coni. *gelidos anguis.* Horatius quoque Od. I, 37, 26. de Cleopatra canens plures augues commemorat (*Ausa - - asperas Tractare serpentes*); cum contra Velleius II, 87. unam modo aspidem commemoret. — **698** sqq. „Proelium deorum artifex effinxerat in aere: ab una parte pugnabant dii Aegyptii, ab altera Romani. In medio pugnam incendunt Mars, Dirae, Discordia, Bellona.“ Haec *Heyn.*, qui h. l. ex imitatione Hom. Il. XVIII, 535 sqq. et Hesiodi Sc. Herc. 153 sqq. et 248 sqq. ortum censet. Conington cum hoc loco vult conferri Hor. Od. III, 4, 53 sqq. — *omnigenûm* (i. e. omnigenarum: cf. Priscian. VII, 3, 9. p. 732. cum adnott. ad Aen. I, 565. et III, 21.) *deûm monstra*, quia Aegyptiorum dei diversa variarum bestiarum capita gerebant. Cf. Claud. Gigant. 51. *Haud secus omnigenis coeuntia numina formis.* Prius cum aliis et hic et apud Lucr. II, 759. 821. V, 429. 441. Gelliumque XIV, 6. in. Adiectivum *omnigenus* inveniri putabam, in quibus tamen locis nunc rectius *omne genus* edi videtur. Cf. Lachm. ad Lucr. V, 440. p. 292., qui hoc loco *Omnigenum* satis audacter in *Niligenum* vult mutatum. Melius Hoffmann. in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 887. coniicit *Amnigenum*, quod certe facilius in *Omnigenum* transire potuit, quam *Niligenum*, et, si coniectura requiritur, haud dubie probandum est. Comparat autem Vir doct. Auson. Mos. 116. *amnigenos pisces* et Val. Fl. V, 585. *amnigenum Choaspem.* — *deum monstra*, ut VI, 285. *monstra ferarum.* Conington praeterea confert *monstrum hominis* ap. Ter. Eun. IV, 4, 29. — „*et* [vid. supra ad v. 330.] *latrator Anubis*, capite canino. Propertius, qui hunc librum nondum editum legerat (vid. ad v. 675.), hinc traxit IV, 10, [III, 11,] 41. *Ausa Iovi nostro latrantem opponere Anubin.*“ *Heyn.* Cf. etiam Ovid. Met. IX, 690. *latrator Anubis;* de quo vid. Creuzeri *Symb.* I. p. 364 sqq. Klopferi Lex. myth. I. p. 227 sq. et Haakh. in Pauly *Realencycl.* I. p. 584 sqq. — **700.** Cf. X, 761. *Tisiphone media inter millia saevit.* — **701.** „*caelatus*, exsculptus, nam de anaglypho agitur, et *caelare* sic proprie in aere dicitur (vid. *Antiquar. Aufsätze* P. II. p. 134 sqq.). — *ex aethere Dirae*, ideoque volantes. [Cf. Eur. Or. 317.] Reddidit eo nomine, puto, Κῆρας Hesiodi in Scuto Herc. 248 sqq. [ideoque non Furias, ut alibi. Cf. adnott. ad VII, 324. et de discrimine inter utrasque deas Claud. R. Pros. II, 218 sqq. Wagn. tamen censet poetam interpretatum esse ἠεροφοῖτιν Ἐρινύν Homeri Il. IX, 571. et XIX, 87.] - - Simili modo Mors *alata* est poetis. — **702.** „*scissa Discordia palla.* Redhibuit eam *laceratam pectore vestem* Petron. c. 124.“ *Heyn.* Cf. etiam supra VI, 208. Claud. in Ruf. I, 30. al. Wold. Ribbeck. comparat Petron. de mut. reip. Rom. (Wernsd. P. Lat. m. III, 55.) 253. *maerens lacera Concordia palla* et v. 271. *scisso Discordia crine Extulit ad superos Stygium caput.* Ceterum *Discordia* est Homeri (Il. IV, 440. al.) Ἔρις. — **703.** De *Bellona sanguineo flagello* instructa cf. imprimis Lucan. VII, 568. *quacumque vagatur Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum*, praeterea autem Silius IV, 441. (*atro stimulat Bellona flagello*) V, 221. Claud. in Eutrop. II, 110. Stat. Theb. II, 718. et similes loci, ubi

Actius haec cernens arcum intendebat Apollo
Desuper: omnis eo terrore Aegyptus et Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.
Ipsa videbatur ventis regina vocatis
Vela dare et laxos iam iamque inmittere funis.
Illam inter caedes pallentem morte futura
Fecerat Ignipotens undis et Iapyge ferri;
Contra autem magno maerentem corpore Nilum
Pandentemque sinus et tota veste vocantem

---

hasta, vestis, coma cruenta ei tribuitur. Conington etiam Marti ab Aesch. Agam. 642. flagellum dari memorat. Ceterum hic versus totus iteratur in Anth. Lat. I, 170, 35. — V. **704** sq. ex Hom. Il. XVI, 700 sqq. fluxerunt. Certasse cum Marone Propertium V, (IV,) 6, 55 sq. et 68. et Albinovanum Eleg. in Maecen. 55 sq., iam Heyn. memorat; qui simul docet, potuisse hanc imaginem facile mente obiici signo Apollinis ἑκηβόλου in promontorio Actiaco posito. De hoc ipso *Apolline Actio* vid. ad III, 275. — **705**. *Desuper*, ab Actio. — *eo terrore*. Cf. adnott. ad II, 171. et Geo. I, 329. — *Indi*. Vid. adnott. ad Geo. II, 172. — **706**. *Sabaei*, celeberrima Arabum natio, de qua vid. librum meum geogr. II. p. 751. Malchus, Arabum rex, inter Antonii copias auxiliares commemoratur ap. Plut. Ant. 61. Hor. Od. I, 12, 56. his Orientis gentibus (Antonium secutis et) ab Octaviano devictis adeo Seras adiungit. — **707** sqq. „Prima regina fugam circumspexit, ut omnes tradunt. Vid. Plut. Anton. p. 946. E. [c. 67.] et Dio Cass. L, 33.“ *Heyn.* — *videbatur*. Cf. adnott. ad Aen. I, 494. — *ventis vocatis*. Vid. ad III, 253. et V, 211. — **708**. *iam iamque*. Vid. ad II, 530. — „*laxos inmittere funes* (a curribus petitum) pro: laxare, solvere funes, ideoque vela explicare et expandere. Cf. X, 229. ibique not.“ Haec *Heyn.*, rectissime, ut mihi videtur; cum *equum immittere* (cf. V, 146.) et ipsum sit frenis laxatis, remissis et effusis celerrimum equo cursum permittere. (Vid. etiam adnott. ad Geo. II, 364. Aen. I, 63. VI, 1. al. et Gronov. ad Senec. de ira III, 6.) Quare nescio, quo iure Wagn. in minore edit. interpretetur: „navium cursum incitare velis expansis per intontos, qui laxi ante fuerant, funes et rudentes,“ quod potius esset *premere* (Aen. I, 63.) vel *adducere* (Val. Fl. VI, 271.) funes; *immittere* (habenas etc.) ubique est i. q. laxare, effundere. Cf. X, 229. Quare rectius *Ladew.*: „*die gelösten Seile lang schiessen lassen, damit die Segel vom Winde recht gebläht werden.*“ Cf. etiam Haeckerm. in *Zeitschr.* etc. XII, p. 632. — **709**. „*pallentem morte futura*: quasi praesensione mortis hanc fugam consecuturae. Pallorem autem argento vel alio metallo debuit reddere artifex: quemadmodum ap. Plutarch. Conv. V, 1., ut Iocastae vultum exanimem exhiberet, ex aere et argento conflata massa usus fertur artifex. Cf. etiam Plin. XXXIV, 14, 40.“ *Heyn.* Cf. autem IV, 644. *pallida morte futura*. — **710**. *Iapygem* proprio dixit; ab occidentali enim plaga veniro debuit ventus Cleopatrae secundus. *Iapygiam* autem eandem Italiae inferioris regionem esse constat, quae etiam Messapia et Calabria dicitur, et orientalem Apuliae partem efficit. *Iapyx* ventus, quem alii (ut Veget. de re mil. IV, 38.) cum Zephyro, alii (ut Favorin. ap. Gell. II, 22.) cum Cauro confundunt, quique respondet Graecorum Ἀργέστῃ et nostro *NW.* vel potius *WNW.* (cf. liber meus geogr. I. p. 614. et 617.), commemoratur etiam Horatio Od. I, 3, 4. et III, 27, 20. Lucano VI, 339. al. — **711** sqq. „Poeticum phantasma magnum et praeclarum. Fuga petitur Nilus: is fugientes excipit. Prop. IV, 10, (III, 11,) 51. in loco hinc expresso: *Fugisti tamen in timidi vaga flumina Nili.* Iam Fluviorum simulacra cogita specie humana, recubantia et inferiore corporis parte veste tecta, ut tamen sinum facere possint, quem Nilus fugientibus ostentat.“ *Heyn.* — *Contra*, ex adverso. — *maerentem* sortem reginae suae. Ribbeck. praeter necessitatem quaerit: „Quid si *emergentem* vel *surgentem* scriptum fuerit?“ — *tota veste vocantem*. Ut enim nos sudario, sic Romani toga iactata

Caeruleum in gremium latebrosaque flumina victos.
At Caesar triplici invectus Romana triumpho
Moenia dis Italis votum inmortale sacrabat,
Maxuma ter centum totam delubra per Urbem.
Laetitia ludisque viae plausuque fremebant;
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus arae;
Ante aras terram caesi stravere iuvenci.
Ipse sedens niveo candentis limine Phoebi

---

abeuntibus vel advenientibus amicis annuentes signa dabant. Cf. Auson. Mos. 368. *Naviger - - dudum me Saravus Tota veste vocat.* Ovid. Am. III, 2, 73. *revocate, Quirites, Et date iactatis undique signa togis.* Veget. de re mil. III, 5. *manu, vel flagello, vel certe mota veste significat.* „In voc. *tota* studium Nili cernitur, omnibus viribus nisi, corpore et mota veste victos vocantis.“ *Peerlk.* Non prorsus absonum erit comparare Ovid. Met. VI, 298 sq., ubi Niobe commemoratur filiam *toto corpore - - Tota veste tegens.* — *in gremium latebrosaque flumina* Wagn. Qu. Verg. XXXIII, 4. recte interpretatur: in latebras caerulei gremii. Cf. adnott. ad Ecl. II, 8. Geo. II, 486. Aen. I, 61. al. — 714. sqq. „Denique triumphus Augusti erat effictus in clipeo. Fuit is triplex trinis diebus: Dalmaticus, Actiacus, Alexandrinus (vid. Suet. Aug. 22. Dio LI, 21.); necesse igitur est ab artifice ea, quae cuiusque diei essent, in unum fuisse congesta.“ *Heyn.* Peerlk. confert Orosium VI, 20. *Caesar victor ab Oriente rediens urbem triplici triumpho ingressus est.* — *invectus Romana moenia*, ut VII, 436. *classes invectas Thybridis undam.* — 716. *ter centum.* Vid. ad IV, 510. — „*votum immortale sacrabat*: templa, opera immortalia, dedicabat ex voto, et quidem magno numero [vel recens exstructa vel refecta: Suet. Aug. 29. Liv. IV, 20.]; unde trecena dixit. Quae per reliquam Augusti vitam facta sunt, revocavit poeta sub unum tempus. Cf. Suet. Aug. 29. Dio. LI, 22.“ *Heyn.* *Votum* singulari numero eadem ratione per appositionem adiungitur nomini plur. numeri ap. Livium XXIII, 46, 5. *Spolia hostium Marcellus, Vulcano votum, cremavit* et al. Ceterum Burm., h. l. sic distinguens: - - *sacrabat. Maxima tercentum totam delubra per urbem Laetitia, ludisque viae plausuque fremebant*, totam sententiam pervertit. — V. 717 sqq. vivide describitur laetitia publica post Augusti reditum, de qua cf. Vellei. II, 89. — *ludis*, Servio teste compitaliciis, de quibus cf. interpp. ad Cic. in Pis. 4. in. — *plausu fremebant.* Vid. I, 559. ibique adnott. et cf. imitationem huius loci apud Silium XI, 494 sqq. Iteratur hic versus in Anth. Lat. VI, 84, 3. — 718. „Omnibus in templis matronarum supplicantium coetus, *et arae*, ante quas victimae immolabantur: unde strati iuvenci in terra et constrata terra iuvencis; tandem *iuvenci stravere terram.*“ *Heyn.* Conington conferri iubet Lucr. V, 1199. *omnis accedere ad aras.* — Peerlk., cum non mirum sit, in omnibus templis fuisse aras, immo templum sine ara non sit templum, coni. *omnibus arae Ardentes, terram* etc.; quae aliquam veri speciem haberent, si Vergilius non addidisset verba *Ante aras* etc.; haec enim cum adiecerit, idem est ac si scripsisset: *omnibus arae, Ante quas* etc. *Omnibus* igitur Dativus est; nam arae non erant in templis, sed ante templa. Ribbeckio tamen Peerlkampii coniectura magnopere placet. — 720 sqq. „Puta triumphatorem Octavianum iam intrasse urbem. Sedet pro tribunali sub porticu et aditu templi Apollinis Palatini et prospectat (*recognoscit*) succedentem pompam triumphalem, in qua portantur coronae aureae, *dona populorum* [cf. liber meus *Hellas u. Rom* I, 2. p. 29. et I, 3. p. 55.]: ducuntur captivi una cum signis fluviorum.“ *Heyn.* Apollinis autem Palatini templum Augustus ipse dedicaverat a. U. C. 726. Cf. Suet.Aug. 29. Dio Cass. LIII, 1. Hor. Od. I, 31, 1. Prop. V, (IV,) 6. et Lürsenius de templo et bibliotheca Apollinis Palatini. Franeq. 1719. — *Ipse.* Vid. ad Geo. IV, 464. — *niveo limine* templi ex albo marmore exstructi. — *candentis Phoebi.* Cf. Hor. Od. I, 2, 31. *Nube candentis*

Dona recognoscit populorum aptatque superbis
Postibus; incedunt victae longo ordine gentes,
Quam variae linguis, habitu tam vestis et armis.
Hic Nomadum genus et discinctos Mulciber Afros,
Hic Lelegas Carasque sagittiferosque Gelonos
Finxerat; Euphrates ibat iam mollior undis,
Extremique hominum Morini Rhenusque bicornis

---

humeros amictus Augur Apollo, et adnott. ad Ecl. II, 46. — **721.** *recognoscit*, „recenset, quae sint cuiusque populi: Liv. XXVI, 49. *Scipio recensuit captivos, quot cuiusque populi essent.*" *Wagn.* — *aptat superbis* (vid. supra ad v. 196.) *postibus*, in foribus vel porticu templi suspendenda curat. Cf. adnott. ad VII, 183. — Cum v. **723.** cf. Lucan. III, 288. *coiere nec unquam Tam variae cultu gentes tam dissoni vulgi Ora* et Claud. Stil. I, 152. *nec tantis dissona linguis Turba, nec armorum cultu diversior unquam Confluxit populus.* Conington adnotat, *habitum armorum* etiam ap. Liv. IX, 36. legi. — **724** sqq. „Vides manifeste, poetam carmini dignitatem et maiestatem parare ex nominum novitate vel peregrinitate vel vetustate. — **724.** *Nomadum genus* (vid. ad IV, 320.) *et Afros.* Erat enim in Antonii partibus magna Africae pars a Cyrenis usque ad Aethiopiam, et interfuit Antonii copiis Bogudes, Mauritaniae rex. Plut. Anton. p. 944. B. [c. 61.] Dio Cass. L, 4. — *discinctos Afros*: mollitiem hominum arguit veste laxa et fluente. Hinc *Carthago discincta* dicitur ap. Auson. paneg. Gratiano dict. c. 14." *Heyn.* Quare ap. Plaut. Poen. V, 5, 48. de homine Carthag. legimus: *Tu, qui zonam non habes* cett. Cf. etiam Liv. XXXV, 11, 7. *discinctus et inermis eques* (Numida); Sil. II, 56. *Discincti Libyes;* id. III, 235. de Carthaginiensibus: *sinusque Cingere inassuetum.* Conington etiam Iuven. VIII, 120. ad hunc morem Afrorum alludere memorat. Gossr. tamen: „*discinctos*, sc. armis detractis. Ita Flor. II, 4, 3. et Mart. IX, 104." Sed hanc explicationem ab hoc quidem loco alienam esse patet. — *Mulciber* Vulcanus dicitur a mulcendo s. molliendo ferro (vid. Festus s. v. p. 99. ed. Lindem. et Macrob. Sat. VI, 5. in. p. 526. Ian.); quare alii scribunt *Mulcifer*. Cf. Heins. ad h. l. Cort. ad Lucan. I, 545. et Schneid. Gr. Lat. I, 1. p. 226. — **725.** „*Lelegas Carasque* [quos etiam Ovid. Met. IX, 645. coniunxit] posuit pro populis et regibus minoris Asiae, quos enumeratos vides apud Plutarch. l. c. *Leleges*, de quorum sedibus Strabo l. XIII. [p. 610 sqq. Cas.] multa disputat, cum Caribus oram Asiae maritimam tenuerant, antequam ab Ionibus eiecti ad interiora recesserunt. De his nec de aliis Lelegibus h. l. agitur." *Heyn.* — *Gelonos*, de quibus vid. ad Geo. II, 115., vel pro Dacis, adversus quos M. Crassus bellum gessit, vel pro Thracibus, ultra quos habitabant, positos censet Heynius. Ut autem Vergilius *sagittiferos*, ita Hor. Od. III, 4, 35. *pharetratos Gelonos* commemorat. — **726.** „*Euphrates ibat iam mollior undis* [i. e. mollioribus undis], leniore amne, ut domitum se ac subiugatum, h. e. populos accolas victos et subiectos, significaret; ut *mollita* dicuntur etiam alibi, quae victa ac contusa coërcitaque sunt." *Heyn.* Cf. Anth. Lat. II, 83, 4. *Ister pacatis lenior ibat aquis.* Sic etiam Hor. Od. II, 9, 21. dicit *Medium flumen - - minores volvere vortices.* Conington comparat *molliorem* (i. e. mitiorem) *aestatem* Geo. I, 312. Ceterum *Euphratem* non minus quam *Araxen* et *Dahas* omnino populos Orientis significare, qui Antonium secuti essent, *Morinos* autem et *Rhenum* triumphum Dalmaticum respicere, quo etiam de Morinis et aliis Galliae Germaniaeque populis, rebellionis sociis, triumphatum fuerit, adnotat Heyn. coll. Dione LI, 21. — *Morini* (de quibus vid. Plin. IV, 17, 31. id. XIX, 1, 2. *ultimi hominum existimati Morini;* Mela III, 2, 7. *ultimi Gallicarum gentium Morini;* Caes. B. G. II, 4. III, 9. 28. IV, 21. alii) habitabant in extrema Galliae Belgicae ora (in septemtrionali Picardia, quae nunc vocatur) ad fretum Britannicum, quare hic *extremi hominum* appellantur, ut alibi *ultimi Britanni* cett. Cf. etiam *extremi Garamantes* Ecl. VIII, 44. et de Mori-

Indomitique Dahae et pontem indignatus Araxes.
Talia per clipeum Volcani, dona parentis,
Miratur rerumque ignarus imagine gaudet
Attollens humero famamque et fata nepotum.

---

uis liber meus geogr. III. p. 260. — „*Rhenus bicornis*, Vahalis et Rhenus, ut tum quidem cursus erat antequam Drusus tertium ostium, Flevum, fossa ducta efficeret." *Heyn.* Cf. Auson. Mos. 437. de Rheno: *Cumque unus de fonte fluas, dicere bicornis.* Sic etiam *Granicus bicornis* ap. Ovid. Met. XI, 763. Ceterum cf. adnott. ad Geo. IV, 371. et supra v. 77. — 728. *Dahae*, Nomades ad orientale Caspii maris litus Oxum fluvium versus incolentes ultra Hyrcanos. Cf. Strab. VII. p. 304. XI. p. 511. Plin. VI, 17, 19. et XXXVII, 8, 33. Curt. VII, 4. VIII, 1. all. et liber meus modo comm. II. p. 567. et 571. De orthographia nominis, quod modo *Dahae*, modo *Daae* scribitur, vid. Gronov. ad Sen. Thyest. 370. et 603. Drak. ad Sil. XIII, 764. et Osann. ad Apulei. de Orthogr. §. 56. p. 77. — „*pontem indignatus Araxes:* nihil amplius, quam ut flumen rapidum ideoque pontis impatientem diceret, eoque ipso feritatem accolarum Armenorum declararet." *Heyn.* Eadem de causa Claudiano IV. Cons. Hon. 387. dicitur *impacatus;* idemque in Rufin. I, 375. canit: *Calcabitur asper Phasis equo, pontemque pati cogetur Araxes.* Cf. etiam Sidon. Apoll Paneg. Anthem. 441. *non ut mihi pressus Araxes Imposito sub ponte fluat.* Servius autem adnotat: „Araxi Alexander Magnus pontem fecit, quem fluminis incrementa ruperunt; postea Augustus firmiore ponte eum ligavit." Erat autem *Araxes* (qui nunc *Aras* vocatur) Armeniae maioris fluvius, qui cum Cyro, in quem effunditur, in mare Caspium influit. Vid. Strab. IX. p. 363. Ptol. V, 13. Plin. VI, 9, 9. Mela III, 5, 5. alii et liber meus geogr. II. p. 598. — Cum verbis *pontem indignatus* cf. Val. Fl. I, 9. *Oceanus Phrygios prius indignatus Iulos.* — 729. Comma vulgo post *Talia* positum cum Wagn. omisi, cum apertum sit, verba sic iungenda esse: *Talia miratur per Vulcani clipeum, parentis dona,* i. e. donum matris. (Secuti sunt omnes posteriores editores.) Peerlk., si Vergilius fuisset, elegantius scripsisset: *Talia per clipeum, Volcania dona parentis, Miratur.* — *clipeum - - dona.* Cf. Silius II, 396. *Ecce autem clipeum Oceani gentes ductori dona ferebant* cum Aen. II, 36. 189. V, 359. VI, 26. Stat. Theb. II, 586. (*ensem, - - Mavortia munera*), X, 58. (*peplum, - - castae velamina divae*) etc. — V. 730. iteratur in Anth. Lat. I, 146, 12. — 731. *Attollens humero*, in humerum, *famam et fata nepotum*, i. e. clipeum, in quo fama (illustria facta) et fata nepotum (i. e. res, quae fato destinatae accident) caelatura efficta erant; alligatus enim loro clipeus humeris iniicitur. Heyn. confert infra X, 496. vereque nihil reconditi et quaesiti, nullum verborum lusum, nullam allegoriam huic versui inesse iudicat, quamquam concedit, splendore superiorum versuum inferiorem esse hanc clausulam, quae melius abesset. Sed recte hunc versum, quem Servio teste iam antiquiores Critici supervacaneum et inutiliter additum censuerunt, defendit Peerlk., inter alia haec adnotans: „Aeneas dona parentis cum admiratione et gaudio contemplatur et clipeum humero attollit, ignarus se in illa rerum imagine gloriam et fata nepotum tollere. Atque ita mihi iste versus et elegans et gravis videtur." Ceterum *famam* et *fata* eadem ratione coniuncta vidimus VII, 79. Bern. III. aliique Codd. deterioris notae hic exhibent *facta*, minus bene.

P. VERGILI MARONIS

A E N E I S.

LIBER NONUS.

ARGUMENTUM.

Turnus, absente Aenea et in Etruria conquirendis auxiliis occupato, a Iunone per Iridem admonitus, ne tantam rei bene gerendae occasionem amitteret, quam proxime ad hostes copias admovet (1—32.). Qui cum suis se munimentis tenerent neque aequo loco facerent dimicandi potestatem, ut illis spem omnem fugae intercluderet, classem castrorum lateri adiunctam exurere conatur (33—76.). Iupiter vero, Matris precibus cedens, naves omnes incendio eripuit et in totidem Nymphas marinas convertit (77—122.). Turnus suos eo portento obstupefactos callida eius interpretatione confirmat, et corpora curare iubet atque imminente iam nocte stationes disponit, quibus Messapum praeficit (123—167.). Interim consultantibus Troianorum ducibus, quomodo castra tutari et nuntium ad Aeneam mittere possint, qui de suorum periculo eum certiorem faceret, Nisus cum Euryalo sibi amicissimo communicat consilium evadendi per hostium castra rerumque nuntium ad Aeneam perferendi (168—223.). A ducibus igitur, quibus consilium suum aperuerunt, collaudati et armis splendidis donati cum promissione multo maiorum praemiorum dimittuntur (224—313.); et cum hostium excubias vino somnoque sepultas offendissent, Rhamnetem cum magno Rutulorum numero trucidant eorumque se spoliis exornant (314—366.). Verum cum luce iam oriente se recipere conantur, a Volscentis equitibus conspecti in fugam se coniiciunt. Ibi Euryalus armorum pondere viaeque errore impeditus in hostes incidit et a Volscente, frustra deprecante Niso, confoditur (367—437.). Nisus quoque, caeso Volscente et Euryali nece vindicata, multis vulneribus confossus super amici corpus concidit (438—449.). Ingens luctus in castris utrisque, maxime matris Euryali (450—502.). Interim Turnus totis viribus hostium castra oppugnat: magna utrimque strages editur (503—589.). Ibi Ascanius tum primum attingens bellum Numanum insolentius se iactantem sagittae ictu interficit, sed propterea laudatus ab Apolline a certamine revocatur, quod ab utraque parte strenue continuatur (590—671.). Pandarus et Bitias fratres successu elati castrorum portam recludunt hostesque ingenti caede propellunt (672—690.). Turnus vero per portam patentem in castra irrumpit et Bitiam occidit, Pandarus autem portam claudens Turnum imprudens in castra includit cum magno Troianorum damno (691—777.). Tandem Turnus, hostium multitudine circumventus, castris excedere cogitur, ut est armatus in Tiberim se deiicit et secundo flumine delatus incolumis ad suos revertitur (778—818.).

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur,
Irim de caelo misit Saturnia Iuno
Audacem ad Turnum. Luco tum forte parentis
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.
Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est:
„Turne, quod optanti divom promittere nemo
Auderet, volvenda dies, en, attulit ultro.

„Quod ipsa res suadere debuit, ut per Aeneae absentiam Latini et Rutuli oppugnarent vallum Troianorum, hoc epico more deae Iridis a Iunone missae monito tribuitur Homeri exemplo v. c. Il. XVIII, 166 etc. Ad poetae artificium agnoscendum Servii nota facit: „In hoc libro mutatio est omnium rerum; nam et aliae personae et loca alia sunt, et aliud negotium incipitur. Ab Aenea enim transit ad Turnum, a Tuscia ad Ardeam, a petitione auxiliorum ad bellum.“ - - Etiam illud praeclare factum, quod nunc res absente Aenea geritur, ut eius adventu nova rerum exspectatio fiat.“ *Heyn.* — 1. Cf. similis locus VII, 540. Ex Servii Comment. discimus, fuisse qui hunc transitum ad novum librum per Part. *Atque* vituperarent; sed cum arcte cohaereat hic liber cum antecedente, quidni, ut continuationem rerum narrandarum indicaret, poetae a Copula librum exordiri licuerit? Plane idem fecit Val. Fl. IV, 1. *Atque ea non oculis Divum pater amplius aequis Sustinuit.* Cf. etiam Hand. Turs. I. p. 496. — *penitus* (i. e. prorsus, plane) *diversa parte*, i. e. loco ab Aeneae castris remotissimo. Sic Ecl. I, 66. *Et penitus toto divisos orbe Britannos* cett. — *dum ea geruntur* (i. e. arma offeruntur, auxilia dantur etc.) - - *misit.* Vid. ad Ecl. VII, 6. Geo. IV, 560. Aen. III, 616. Ceterum hic versus repetitur in Anth. Lat. I, 170, 116. II, 192, 81. et 194, 49. atque ibidem II, 193, 41. sic mutatur: *Atque ea diversa dum parte hic diva Cybele* etc. — Cum v. 2., qui repetitur ex V, 606., cf. adnott. ad IV, 693 sq., et de forma Accus. *Irim* vid. Charis. I, 15. p. 68 sq. et Neue *Formenl.* II. p. 142 sq. — 3. *Audacem Turnum.* Vid. ad VII, 409., ubi addi potest X, 276. — *parentis*, avi vel abavi (vid. infra X, 76. et 619.). Sic etiam ap. Ovid. Met. V, 237. *parens* pro avo. Cf. Caius Digest. L, 16, 51. et Ulp. ibid. II, 4, 4. Peerlk. tamen sine iusta causa coni.: *luco tum forte virenti.* — *Pilumnus*, cui etiam *Sterculii* nomen erat, Fauni fil., deus agrestis veterum Latinorum, pilo invento rusticis gratus. Cf. Nonius p. 528, 11. Spangenberg. de vett. Latii religg. domm. p. 65. Creuzer. *Symb.* IV. p. 462 sqq. Heynii Exc. VII. ad l. VII. Aen. Klopferi Lex. myth. II. p. 466. et Pfau in Pauly *Realencycl.* V. p. 1621. — 4. *sedebat* spectat ad solitudinem et otium, cui *sedendi* verbum bene convenit. Vid. Heins. et Drak. ad Silium XII, 64. Ruhnk. ad Ovid. Her. VIII, 21. Ernestii Clav. Cic. s. v. Rupert. ad Liv. VII, 37, 4. Beneck. ad Iustin. XXXI, 4, 9. alios, et cf. adnott. ad V, 440. De aliis tamen verbi explicandi rationibus vid. Servius ad h. l. et ad I, 56. — *sacrata.* Moret. IV. et Schol. Stat. Theb. I, 104. *secreta* (ut III, 389. V, 613. et VIII, 610.); quod Peerlk. praefert. — 5. *roseo ore.* Cf. II, 593. — *Thaumantias* vocatur Iris a Thaumante patre, Oceani et Terrae filio, qui cum Electra et Irin et Harpyias procreavit. Cf. Hes. Theog. 237. 265. Apollod. I, 2, 6. *Thaumantias* s. *Thaumantis* illa appellatur etiam Ovid. Met. IV, 479. IX, 647. Val. Fl. VIII, 115. Claud. R. Pros. III, 1. Cf. etiam Cic. N. D. III, 20, 51. — 6. Simili hyperbola usus Palinurus Aen. V, 17. dicit: *non si mihi Iupiter auctor Spondeat. hoc sperem.* Cf. etiam VI, 553. Silius XII, 273. *Ille dies primus docuit, quod credere nemo Auderet Superis;* Stat. Theb. V, 724. *et expertis non audet credere Divis* et similes locos. — 7. *volvenda dies*, quae volvitur, *ἑλισσομένη*, *das rollende Zeitrad.* Vid. ad I, 269. Servius minus recte interpretatur *volubilem.* (Cf. Kritz. ad Sall. Cat. 10, 2.) — *dies*, i. e. tempus (vid. ad V, 783.), *attulit.* Sic Liv. XXVII, 13, 6. *Quid haec nox, quid hic dies attulit* (ubi vid. Gron. et Drak.) idemque XLII, 50, 3. *multa diem tempusque adferre posse.* Cf. etiam Cic. Fin. II, 27, 87. *Negat Epicurus, diuturnitatem temporis ad*

Aeneas urbe et sociis et classe relicta
Sceptra Palatini sedemque petit Euandri.
Nec satis: extremas Corythi penetravit ad urbes
Lydorumque manum collectosque armat agrestis.
Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere currus.
Rumpe moras omnis et turbata arripe castra."

---

beate vivendum aliquid afferre et similes locos. — *ultro*, uulla opera tua. — 8. *urbe*, castris, quae infra v. 473. rursus *urbs* dicuntur. Vid. ad v. 13. — 9. *sceptra*, regnum (vid. ad III, 296.), idque hic, ubi cum *sede* coninngitur, pro regia. — *Palatinus* Evander dicitur per prolepsin poetis satis frequentatam. Vid. Wagn. Qu. Verg. XXXIX. et aduott. ad VI, 366. VIII, 361. al., nequo est, ut cum Vossio *Anm. u. Randgl.* p. 228. scribamus *Pallantini*. (Vid. ad VIII, 54.) — *petit Euandri.* Alii *Eüandri* pronuutiandum, alii (ut Heyn., Heinrich. ad Cic. oratt. pro Scauro cett. partt. inedd. p. 101. Huschk. Anall. ad Tibull. p. 698. Lachm. ad Lucr. III, 1042. p. 209. Ribbeck. et Neue *Formenl.* II. p. 408.) *petit* pro *petiit* scriptum esse statuunt; quod ntrumque iure negat Wagn., solutionem vocis *εὐ* iu compositis non admissam esse docens, nisi ante geminatas liquidas vel *ς* (alius enim generis esse *ἠΰκομος* et similia, coll. Hermanuo ad Orph. Arg. 864.), synaeresi autem illa (*petit*) nusquam usum esse Vergilium. (Vid. aduott. ad Geo. II, 81. (Aeu. II, 497.) Bach. ad Ovid. Met. XIV, 461. et Iahn. ad Ovid. Trist. I, 10, 25. alii. Nou tamen reticendum, etiam Weidnerum ad II, 497. Lachmanno et Ribbeckio adsentientem hanc contractam formam, ut hic, sic etiam V, 274. IX, 418. X, 785. 817. statuere.) Quare Wagn. *petit* recte pro Praesente habet, quod rem nondum plaue absolutam denotet, sed adhuc durantem, cum Aeneas ex illo itinere uondum redierit, coll. locis similibus VIII, 86. 664 sq. VII, 363 sq. XI, 262. Vid. etiam ad Ecl. VIII, 45. et Aeu. I, 99. De brevi autem syllaba arsis et caesura vi producta vid. ad Ecl. I, 38. Aen. III, 464. VII, 398. multosque alios locos, quamquam ibi vidimus, Fleckeisenium in Iahnii Annal. LXI. p. 19 sqq. contendere, uon solum 3. Pers. Sing. Perfecti, sed omnes Verbi formas iu literas *r* et *t* exeuntes natura esse longas earumque correptionem demum inde a Plauti temporibus in consuetudinem venisse. Vid. etiam Ovid. l. modo l. *Dardaniamque petit, auctoris nomen habentem.* De scriptura *Euandri* vid. ad VII, 389. — **10.** *Nec satis*, scil. id est. — „*Corythi ad urbes*, ad Etruriam, quam designat a Corytho, conditore Cortonae. Vid. supra III, 170. [ibique aduott. et VII, 209.]. — **11.** *Lydorum manum* Etruscos dixit ad vulgarem opinionem, qua ii a Lydis, Tyrrheno, Atyos filio, auctore, repetebantur. Cf. VIII, 479 sq." *Heyn.* Vid. etiam II, 781. et VIII, 479. — *collectosque.* Copulam *que*, ab Heinsio et sequentibus editoribus ex optimorum sane Codd. auctoritate omissam, nos (etiam Peerlkampio iubente) cum Iahnio restituimus, cum appositio illa: Lydorum manum, h. e. collectos agrestes, uon solum sententiae vim imminuat, sed etiam absona videatur post verba *Corythi penetravit ad urbes*, unde apparet, *Lydorum manum* (ex urbibus collectam) et *agrestes* esse diversos homines. Hanc enim distinctionem: - - *ad urbes Lydorumque manum, collectos armat agrestes*, nemo facile probaverit. Süpfl., Bryce, Wagn. (qui etiam cf. in Philol. Suppl. I. p. 351 sq.), Ribbeck., Conington et Benoist. omittunt, Haupt. et Ladew. mecum servant Copulam. Ceterum Wagn. haec adnotat: „*agrestis*, agrestes turmae Turni X, 310.; nec rudem hic militem significari putaverim, coll. v. 607 sqq." De coniunctione temporum *petit - - penetravit - - armat* vid. infra X, 723 sqq. et adnott. ad Aeu. II, 482. III, 3. al. — **12.** *nunc tempus - - poscere.* Vid. ad Geo. I, 305. — **13.** *Rumpe moras.* Eadem dictio legitur Geo. III, 43. Aen. IV, 569. Ovid. Met. XV, 583. Stat. Achill. I, 508. II, 198. Claud. B. Get. 546. Plin. Ep. V, 11. in Anth. Lat. I, 89, 10. alibi. — *turbata arripe castra* Wagn. recte interpretatur: „aggredere uec opinantes et, priusquam

Dixit et in caelum paribus se sustulit alis
Ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.
Adgnovit iuvenis duplicisque ad sidera palmas
Sustulit ac tali fugientem est voce secutus:
„Iri, decus caeli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? unde haec tam clara repente
Tempestas? medium video discedere caelum
Palantisque polo stellas. Sequor omina tanta,

---

animos colligant, irrumpe in castra.“ *Turbata* enim per prolepsin dictum videtur, ut *turbata arripe castra* sit i. q. arripiendo turba castra, vel: arripe, ut turbata sint (in quo mihi adsentiuntur Conington et Benoist.). Cf. adnott. ad II, 736. III, 237. 477. al. Ceterum *turbare* proprium de hac re. Cf. XI, 401. 618. XII, 556. cett. De *arripiendi* autem verbo vid. ad III, 477. — *castra*, quae *urbs* v. 8.; Aeneas enim eo ipso loco, ubi escenderat, oppidulum s. castellum condiderat, *novam Troiam*, quam *castrorum in morem pinnis atque aggere cinxit*, VII, 157. Cf. etiam infra v. 68 sq. Ceterum pro *et turbata* multi, sed deterioris notae, Codd. *turbataque*, quam lectionem defendit Vir doct. in Ephem. lit. Ienens. 1823. oh. 76. p. 123., iam ab Iahnio refutatus. Cuningh. coni. *turbataque corripe* et Gentius p. 48. *atque orbata arripe*. — Vss. **14.** et **15.** paucis mutatis iterantur ex V, 657 sq., ubi vide adnott. — **16.** *duplices manus*, ambas. Vid. ad I, 93. — **17.** *ac tali*. Sic Wagn., optimos Codd. secutus, qui vulgatum *et* (quod Med. et Rom. cum aliquot aliis Codd. praebent) eo facilius ex antecedente syllaba *it* oriri potuisse censet, cum etiam sequatur vox a litera *t* incipiens. Quare miror, in recentiss. editione *et* ab eo esse restitutum, quod etiam Bryce, Ladew., Conington et Benoist. servarunt. Süpfl., Haupt. et Ribbeck. *ac* receperunt. — V. **18.** fluxit ex Hom. Il. XVIII, 182. — *decus caeli*. Sic *Phoebus* et *Diana*, i. e sol et luna, *lucidum caeli decus* vocantur Horatio Carm. Sec. 2. — *nubibus* non tantum i. q. per nubes, sed est Ablativus instrumenti, quem vocant. Sic etiam X, 38. *aut actam nubibus Irim*. Semper enim Iris in caelo apparens insistit nubibus; germanice igitur redde *von den Wolken getragen*. Cf. etiam X, 73. *demissave nubibus Iris*. — *clara Tempestas*. Conington confert Lucr. IV, 168. *liquidissima caeli tempestas*. Verba *unde tam clara repente Tempestas?* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 317. — **20.** *medium video*. Sic Heins. ex optimis libris. Palat. cum paucis aliis inverso ordine *video medium*. Wagn. conferri iubet Cort. ad Lucan. V, 461. Ladew. adnotat, caelum hic apparere ut velum obductum, quod interdiu obstet stellarum adspectui, hic vero ab Iride ad tempus dimoveatur. Conington adnotat, hunc locum fluxisse ex Hom. Il. VIII, 568. [immo 558.] atque comparat Cic. de Div. I, 43. *Caelum discessisse visum est atque in eo animadversi globi*, et quod ad verbum *discedere* attinet, etiam Geo. III, 24. *scaena ut versis discedat frontibus*. — **21.** „Non inauditum est ostentum: *palantes polo stellae*, imprimis quia interdiu oblatum est auspicium; sed ornant haec caelum, quod Iride in caelum evolante, disruptum est (hoc *discedere* dixit, voce in hac re propria, pro dehiscere, hiatum facere; cf. Sen. Nat. Qu. VII, 20.) {cui adde Lucr. III, 16. Cic. de Div. I, 43, 97. 44, 99. II, 28, 60. Lucan. VI, 382. Claud. R. Pros. II, 187. et cf. Heins. ad Ovid. Fast. III, 371.} et, quod alias in fulgure fieri solet, chasma fecit. - - Itaque si dea ruptis nubibus ad interiora perrexit, stellas apparere nubibus remotis necesse fuit.“ *Heyn*. Schirach. p. 388. de hoc ostento vel portento caeli discedentis praeter Cic. ll. ll. conferri iubet Hom. Il. X, 554., de *palantibus* autem *stellis* Callim. in Del. 176. *Palantia sidera* legimus etiam ap. Lucr. II, 1031. Ceterum hic non de solis planetis cogitandum esse, sed omnes omnino stellas cum grege per caelum pascente comparari, vere memorat Doederlein. Syn. I. p. 90. (Cf. Schilleri nostri aenigma: *Auf einer grossen Weide Viel tausend Schaafe silberweiss* etc. et Langii *Verm. Schriften* p. 243 sq.) — „*Sequor omina*

Quisquis in arma vocas." Et sic effatus ad undam
Processit summoque hausit de gurgite lymphas
Multa deos orans oneravitque aethera votis.
Iamque omnis campis exercitus ibat apertis,
Dives equum, dives pictai vestis et auri;
Messapus primas acies, postrema coercent
Tyrrhidae iuvenes; medio dux agmine Turnus;
[Vertitur arma tenens et toto vertice supra est.]

---

tanta: accipio omen, inqnit Turnus; et qui mos erat in visis, ostentis, ominibus, lnstrandi cansa aqua se perluit." *Heyn.* Cf. adnott. ad locnm modo laud. IV, 576. — *Sequor*, i. e. stat seqni. Sic Palat. aliique; multi tamen, inter quos Mcd., *Sequar* (qnod prins receperat Ladew., in recentiss. tamen edit. recte ad alteram lectionem revorsus). Sed verissime Wagn. (qui etiam cf. in Philol. Suppl. l. p. 388.) contendit, Praesens h. l. facilius in Futurum, quam hoc in illud mutari potuisse, Praesens autem indicare rem, quam exsequi apnd animnm constitutum sit et quam extemplo exsequamnr, coll. infra v. 194. X, 442. et XII, 13. Cf. imprimis loci simillimi II, 701. et IV, 576. cnm adnott. ad X, 801. Quoties autem in Codd. Praesens et Futurum confnndantnr, res notissima. Cf. adnott. ad Geo. I, 438. 450. Aen. VI, 827. VII, 98. IX, 299. X, 28. etc. — 22. *Quisquis in arma vocas.* Supra enim v. 18. quaesiverat, *quis te mihi - - Detulit in terras?* Cf. adnott. ad IV, 577. — *Et sic effatus.* Heyn. Copulam languere, atqne ctiam Peerlk. a Wagn. Qu. Verg. XXXV, 6. non satis aptis excmplis defensam censet. Sed beno se habet; significat enim i. q. et statim. Cf. adnott. ad Aen. I, 82. (II, 781.) cum locis Aen. IV, 239. V, 504. VI, 547. VIII, 124. IX, 22. 117. X, 495. 877. Ribbeck. adnotat: „Poterat etiam *Sic deinde effatus* ut VII, 135. poeta scribere." — 23. *hausit de gurgite lymphas*, ad manus lavandas, precaturum enim purum esse decebat. Vid. ad VIII, 69. — 24. *oneravit aethera* (i. e. caelum) *votis*, ut supra VII, 593. *auras testari.* Cf. etiam Tibnll. III, 3, 1. *caelum votis implere.* Hcyn. hoc totum hemistichion abesse malit, in quo Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 77. redundantiam verborum epicis poetis sollemuem invenit. Sed verissime *Wagn.:* „Eqnidem, si abesset, desiderarem hoc homistichion. Nam eo consilio Turnns lavat manns, nt preces et vota faciat. Illud, *manus lavare*, levius est, hoc gravius; qnare id oportebat etiam per Verbum finitum, non tantnm per Participinm exprimi; quo ctiam vitiosissime clauderetur oratio. Vid. V. L. ad XII, 612." Peerlk., huic alteri Wagneri argumento nihil tribnens, cum versus esset imperfectus, si in *orans* desineret, iure tamen ipsum hemistichium dofendit, cum diversa sint preces et vota. — 25. Verba *Iamque - - exercitus ibat* etc. cohaerent cum v. 30. *Ceu septem* etc. Quae verss. 27—29. continentur, *παρενθέτως* interponuntur. Cf. adnott. ad Geo. I, 407. — 26. *Dives equum*, nt Ecl. II, 20. *dives pecoris*, ubi vid. adnott. — *dives* Copulae loco iteratum. Vid. ad VII, 75. — *pictai vestis.* Cf. adnott. ad III, 354. et VII, 464. Ceterum *pictae vestes et aurum* per ἓν διὰ δυοῖν pro vestibus auro intertextis dici videtur. (Cf. VIII, 167. *chlamys auro intertexta* cett. et Iuven. VI, 482. *Aut latum pictae vestis considerat aurum.*) Ceterum Med. a m. pr., Pal. a m. sec. et Rom. falso exhibent *picta;* sed unice veram lectionem *pictai* tuetur etiam Servii ad Acn. VII, 464. et Grammaticorum (Probi Inst. I, 18, 10., Diomed. p. 437., aliorum) auctoritas. — 27. De *Messapo* vid. ad VII, 691., de *Tyrrhidis* ad VII, 484. — *postrema coercent*, agmen cogunt, nt IV, 406. (nostrum *zusammenhalten*), non simpliciter i. q. *ducunt*, ut Heinrichio aliisqne videtur. Sic Cic. N. D. II, 22, 58. *Ipsius vero mundi, qui omnia complexu suo coercet et continet.* — „V. 29. haud dnbie ex VII, 784. huc translatus. Dcest pluribns et iis praestantissimis Codd.: ad haec comparationis nervum incidit. Recte igitur asteriscis, ut sublestae fidei, notatus." *Heyn.* Versus, qui per se nihil habet, quod offendat (nam nervum comparationis eo incidi,

Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges aut pingui flumine Nilus

---

quod nuper etiam Peerlk. contendit, iure negat Iahn.), ob Codd. auctoritatem Vergilio h. l. est abiudicandus; quae etiam Schraderi Emendatt. c. X. p. 203., Weicherti de verss. iniur. suspp. p. 60., Iahnii, Süpflii, Gossravii aliorumque est sententia. Brunck., Both., Wagn., Haupt. et Ribbeck. eum prorsus reiecerunt; nos, ne numeri versuum turbarentur, pro more nostro uncis inclusimus, quod etiam fecerunt Ladew., Bryce, Conington et Benoist. — **30** sq. „Agmen longo ac lato ordine, lento gradu et composite incedens *fluminis lato alveo inter ripas devoluti* speciem prae se ferre bene dici potest. Quod in Gange alveo suo se continente declaraverat, mox variat in Nilo, intra alveum recepto.“ *Heyn.* Comparatio igitur haec est: Exercitus, alias (in proelio) confuse per campos furens, nunc in ordines digestus sedate, tranquille taciteque incedit, ut Nilus et Ganges, suo tempore exundantes et omnes campos vicinos motis fluctibus obruentes, nunc placido et quieto cursu terras permeant. Vss. 27. et 28. *παρενθέτως* inseri iam diximus. — *Ceu - - cum*, ut alibi *veluti cum*. Cf. Geo. I, 303. Aen. I, 148. VII, 699. IX, 792. al. — „*septem surgens amnibus* nec ad ostia, nec ad tempora fluminis exundantis referendum; id enim comparationis consilio alienum; repugnat quoque adiecta vox *sedatis;* sed *amnes* sunt alvei, quibus Ganges, e montibus Emodis progressus, in planis locis fertur iam *sedatis amnibus*. Igitur Ganges inde ab ortu septem alveis incedit sedate et tacite. Unde haec tenuerit poeta, ignoramus. Veteres utique non nisi incerta de Gango acceperant. Vid. Plin. VI, 22. Bene Servius: *Ganges secundum Senecam in situ Indiae novem alveis fluit; secundum Melam* [in quo tamen locus hodie non exstat, nisi forte III, 7. med. de situ orbis male intellectum Servio dicamus. *Ruhk.*] *septem*. Plures magni amnes in eum feruntur, quos septenos numero tradere potuerunt et pro alveis habere.“ *Heyn.* *Surgere* igitur hic non est „increscere aquis auctis, quod statis temporibus in Gange fieri, ut in Nilo, Vergilius acceperat,“ ut Heyn., sibi ipse non constans, interpretatur, sed fere i. q. oriri (cf. v. c. Claud. IV. Cons. Hon. 129. *Hesperio de limite surgit origo*), quamquam non nego, inesse simul notionem auctae paulatim per plures fluvios se coniungentes copiae aquarum, modo ne cogites de annuo illo incremento et alluvie. *Surgens* igitur redde (*allmählig*) *erwachsend aus* etc. Magna autem mole aquarum sensim aucti fluvii, si nova incrementa non accipiunt, sedate et tacite solent ferri. *Sedati amnes* illi Wagnero dicti videntur, „quod in Gangem effusi sine turba et strepitu cum Gange labuntur.“ Ceterum de amnibus in Gangem influentibus cf. liber meus geogr. II. p. 62. et 485. — **31.** *per tacitum* (scil. *it*, quod ex v. 25. repetendum) i. e. tacite; ut alibi per longum, per subitum, per occultum, per ridiculum, et apud Graecos *διὰ ταχέων*, *διὰ βραχέων* cett. Vid. imprimis Heius. et Drak. ad Sil. XV, 145. et Haud. Turs. IV. p. 444. coll. cum iis, quae idem ille Drak. ad Liv. XXX, 29, 3. Hensing. ad Cic. Off. I, 37, 13. Kritz. ad Sall. Cat. 20, 2. Ruddim. II. p. 265. alii adnotarunt. Sic *per tacitum* etiam ap. Sil. X, 354. XII, 553. Lucan. X, 252. et Senec. Thyest. 397. Omnino autem Praepositiones (*ex*, *de*, *pro*, *per*, *in* cett.) Neutris Adiectivorum vel Substantivis adiectas saepe inservire Adverbiis circumscribendis, res est omnibus nota. Cf. praeter Viros doctos iam laud. Gronov. ad Liv. III, 8, 9. Drak. ad eiusd. I, 9, 10. et VI, 33, 7. Cort. ad Lucan. I, 89. Walch. Emendd. Livv. p. 163. Hertol. ad Tac. Agr. c. 15. p. 219. Kritz. ad Sall. Cat. 7, 3. et Iug. 14, 11. et mea ad Lucr. I, 412. (ubi etiam invenies Grammaticorum locos huc facientes.) — De *Nilo* eiusque exundatione annua cf. liber meus modo comm. II. p. 769. — *pingui flumine.* Wagn. comparat Dionys. Perieg. 227., ubi Nilus dicitur *ὕδατι πιαίνων λιπαρὸν πέδον Αἰγύπτοιο*, ita ut *pingue flumen* ei esse videatur, quod agros pingues reddit. Equidem malim interpretari: pingue fluens, ut limosa et quasi pinguis aquae natura epitheto significetur, in quo mihi adsentitur Ladew.; atque etiam Conington comparat *fimum*

Cum refluit campis et iam se condidit alveo.
Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem
Prospiciunt Teucri ac tenebras insurgere campis.
Primus ab adversa conclamat mole Caicus:
„Quis globus, o cives, caligine volvitur atra!
Ferte citi ferrum, date tela, ascendite muros:
Hostis adest heia!“ Ingenti clamore per omnis
Condunt se Teucri portas et moenia conplent.
Namque ita discedens praeceperat optumus armis

---

pinguem Geo. I, 80. et *serum pingue* Geo. III, 406. — **32.** *refluit campis* pro ex campis. Solet enim Vergilius verbis cum Praepos. *re* compositis simplicem Ablativum adiungere. Cf. adnott. ad Geo. I, 275. Aen. I, 358. al. et de ipsa horum verborum significatione adnott. ad Geo. I, 249. Codd. Bigot. et Goth. *ripis*, quod Peerlk. praeferendum censet, cum, si *campis* verum esset, Vergilius potius scripsisset: *Cum refluit campis, nec iam se condidit alveo* vel *necdum;* nam „si Nilus, inquit, *iam se condidit alveo*, non refluit ripis, sed refluxit. *Refluit ripis* est in ripas rediit et intra eas fluit.“ Sed tum languida loco inesset tautologia; in Praesente autem non haerendum esse, docent multi loci similes. Cf. adnott. ad Geo. III, 228. Aen. II, 465. 482. III, 3. etc. — *se condidit alveo.* Cf. similis locus Lucani X, 311., qui de eodem Nilo: *Rursus multifidas revocat piger alveus undas.* De synizesi *alveo* vid. ad Geo. II, 453. — **33.** Pro *nigro* Pal. et a m. pr. Gud. exhibent *magno;* cui lectioni Ribbeck. haec adscripsit: „Displicet certe eadem nigritiae notio ter intra quatuor versus (34. 36.) repetita. Cf. quae adnotavit Dietsch. in Fleckeisenii Ann. LXIX. p. 559.“ — **34.** *insurgere campis.* Cf. VIII, 234. *dorso insurgens.* — **35.** *ab adversa mole*, a turri in castris s. munimentis Troianorum (vid. v. 13.), Latinis adpropinquantibus adversa. — *Caici* nomen a Mysiae fluvio (de quo vid. ad Geo. I, 370.) etiam ap. Silium I, 306. et Val. Fl. VI, 688. ad homines translatum videmus, quod iam ad I, 183. adnotare debebam. Cf. etiam adnott. ad VII, 745. — **36.** *Quis globus* etc. Caicus primum nescit, quid pulveris nubem excitet; mox hostes adventare intelligit; *globus*, conglomerata nubes pulveris. Cf. v. 33. — Cum v. **37.** cf. simillimus locus IV, 594., qui etiam effecit, ut cum Wagn. praeferendam censerem Med., Gud. aliorumque Codd. lectionem *ascendite.* Vulgo enim fractis numeris, *date tela, scandite*, cui lectioni librarii, probe scientes, vocabula in brevem syllabam exeuntia ante *sc, sp, st* a melioribus poetis non produci, nisi in arsi posita (cf. praeter Broukhus. ad Prop. III, 9, 46. Drak. ad Silium IX, 575. Lennep. ad Terent. Maur. p. 412 sqq. Schwenckfeld. in Iahnii *Archiv f. Phil. u. Paed.* IV. p. 624 sqq. Iahn. ad XI, 309. Wagn. Qu. Verg. XII, 14. et Schneider. Gr. Lat. I, 2. p. 694 sqq.), in pluribus Codd. (inter quos Rom., et Macrobii VI, 6. 16. p. 536. Ian. (p. 186. Bip.) exemplaribus) substituerunt *et scandite*, quod Iahn. in priore edit. recepit, in altera autem recte cum lectione nobis probata commutavit, quam etiam ceteri recentiores editores praeter Brycenm (*scandite* sine Copula edentem) receperunt. Nam apertum est, Copulam mirum quantum minuere vim et gravitatem loci, imprimis cum etiam verba antecedentia *date tela* sine Copula prioribus sint adiecta. *Adscendere* autem *muros*, quod Heyn. prosaicum censet, Wagn. defendit infra v. 507. Eadem versus caesura copulaeque defectus invenitur etiam IV, 594. Heins. coni. *escendite;* Wakef. ad Lucr. IV, 77. scripturam *tela, scandite* defendit. Ceterum auctor Medeae in Anth. Lat. I, 178, 446. hunc versum sic imitatur: *Arma, viri, ferte arma, date tela, ascendite muros.* — **38.** *heia*, i. e. quid cessatis? Cf. Hand. Turs. II. p. 363. et adnott. ad Aen. IV, 569. et Geo. III, 42. De elisa in *heia* Vocali cf. Lachm. ad Lucr. III, 374. p. 164. — **39** sq. Troiani se recipiunt intra vallum et muros. — **40.** *optumus armis.* Sic Val. Fl. I, 143. *optumus hasta*, ad Homeri exemplum, qui aliquoties ἔγχεσι ἀρίστους

Aeneas: si qua interea fortuna fuisset,
Neu struere auderent aciem, neu credere campo;
Castra modo et tutos servarent aggere muros.
Ergo etsi conferre manum pudor iraque monstrat,
Obiciunt portas tamen et praecepta facessunt
Armatique cavis exspectant turribus hostem.
Turnus, ut ante volans tardum praecesserat agmen,
Viginti lectis equitum comitatus et urbi
Inprovisus adest; maculis quem Thracius albis

---

commemorat. *Melior iaculo* V, 68., *melior armis* X, 735., *melior sagittis* Hor. Od. III, 6, 16., saepius autem *optumus, melior, bonus bello* legitur. (Lucan. VII, 218. Liv. XXXVIII, 15, 9. — Sall. Iug. 13. 49. Liv. VII, 9. XXIV, 8. XXV, 18. Tac. Germ. 32. — Liv. IV, 2, 3. XXX, 1, 4 Tac. Ann. 1, 3. al. Cf. etiam Klotz. ad Tyrt. p. 8.) — **41**. „Si quis belli casus se offerret; verbo, si quid accideret.“ *Heyn.* Si forte ad pugnam lacesserentur. Wagn. (cui adsentitur Thiel.) *fuisset* pro futura esset positum censet, coll. Aen. II, 94. 136. III, 652. IX, 704. et Liv. XXXIV, 6., quos tamen locos omnes diversi generis esse, vere observat Iahn., coll. Fabrio ad Liv. XXI, 33, 9. et Kritz. ad Sall. Iug. 64, 2. et 112, 3.; quare de illo usu Plusquamperfecti adhuc dubitandum. Potius verba ita videntur intelligenda esse, ut Aeneam sic loquentem cogitemus: „Si qua interea fortuna fuit, ne audete struere aciem,“ quod in orationem obliquam mutatum aliter dici vix poterat, quam *si - - fuisset, neu auderent*. Ceterum Schrader. *tulisset* et Peerlkamp. *novasset* sine iusta causa coniecerunt. — **42**. De iterato *neu* cf. adnott. ad Geo. II, 298. coll. cum iis, quae ibidem ad v. 97. disputavimus. — *credere campo*, i. e. pugnae in campo patente. Ceterum cf. adnott. ad Ecl. III, 95. Conington comparat XI, 707. *te aequo mecum crede solo*. Vide etiam infra v. 56. — **43**. *tutos aggere muros*. Vid. ad X, 24. — **44** „*monstrat* h. l. hortatur, suadet, impellit; nam qui suadet, is monstrat, quid sit faciendum et qua ratione.“ *Heyn.* Vid. etiam IV, 636. et XI, 892. Infinitivum etiam ab Hor. Sat. II, 8, 52. adiici memorat Conington. Adde Ovid. Am. I, 6, 7. aliosque locos. — **45**. *praecepta facessunt*. Vid. Geo. IV, 548. et Aen. IV, 295. — **46**. *cavis turribus*, amplis et vacuis; quam tamen explicationem reiiciens Conington epitheton eadem ratione capiendum censet, qua I, 516. *nube cava* et II, 360. *cava umbra*, fortasse rectius. — **47—76**. „Turnus Troianos muris tutos videns, ut eos in campum eliciat, classem incendere parat. Adiri autem et tentari castra poterant a trinis partibus (cf. ad v. 195.); ita Turnus, via a Laurento ducente secundum littus profectus portam clausam videns obit urbem et aditum anquirendo pervenit ad eam partem, qua castra amni erant admota, classe in littore subducta.“ *Heyn.* — **47**. *ante* propter verborum collocationem cum *volans* construendum videtur, quamvis etiam pleonastice verbo *praecesserat* additum haberi possit, ut ap. Lucr. V, 1340. *ante praesentire*, ap. Ter. Andr. I, 5, 4. *praescisse ante* (ubi vid. Ruhnk.) et Geo. I, 50. *prius - - praediscere*. Cf. Intpp. ad Liv. XXI, 20, 8. et supra adnott. ad VI, 449. Ribbeck. *ut ante volans* dictum putat pro: ut qui ante volaret; de qua tamen coniunctione Part. *ut* cum Participio Ladew. in Append. p. 261. atque Conington recte videntur dubitare. — *tardum*, scil. peditum, qui non tam celeriter sequi poterant. — **48**. Verba sic iunge: Turnus *viginti lectis equitum comitatus et improvisus urbi adest*. Peerlk. praeter necessitatem coni. *V. lectis equitum comitantibus urbi Impr. adest*, coll. Aen. III, 346. IV, 48. (et VIII, 715.) Gossr., qui cum vulgari distinguendi ratione Copulam *et* conciliari posse negat, aut hanc Peerlkampii coniecturam probandam, aut post *rubra* Colo incidendum esse putat, ut apodosis incipiat a verbis *Ecquis erit*. — V. **49**. fere totus iam adfuit V, 565., ubi vid. adnott. — *maculis quem Thracius albis Portat equus*. „*In equo Thracio*, i. e. praestanti, non haerendum, cuius generis equorum copia vix

Portat equus cristaque tegit galea aurea rubra.
„Ecquis erit, mecum, iuvenes, qui primus in hostem —?
En!“ ait et iaculum attorquens emittit in auras,
Principium pugnae, et campo sese arduus infert.
Clamore excipiunt socii fremituque sequuntur
Horrisono; Teucrum mirantur inertia corda,
Non aequo dare se campo, non obvia ferre
Arma viros, sed castra fovere. Huc turbidus atque huc

---

illo tempore in Latio esse potuit; sed ornat epitheton. Cf. V, 565 sq.“ *Heyn.* Cf. etiam adnott. ad Ecl. I, 55. — **50.** *crista rubra* etiam XII, 89. commemoratur; ut ap. Claud. IV. Cons. Hon. 523. et Idyll. V, 50. *rutilae cristae*, ap. Val. Fl. III, 176. *cristae rubentes*, et ap. Silium XII, 170. eodem sensu *sanguineae iubae.* Cf. etiam infra v. 163. *purpurei cristis* et Drak. ad Sil. V, 166. Ceterum Serv. observat, eiusmodi versus, in quibus duo sint Ablativi [qualitatis] et duo Nominativi, metrica tantum ratione discernendi (qualis etiam infra v. 181.), esse pessimos. — **51.** Wagn. coll. Liv. I, 32. adnotat, hic respici veterem Romanorum morem, ex quo Senatus, si bellum erat decretum, mittebat fetialem, qui tribus pluribusve puberibus praesentibus (quo hic spectent verba *Ecquis erit mecum*) hastam sanguine infectam in fines hostium coniiceret. Heyn. hunc versum sic distinxit: *Ecquis erit mecum, iuvenes? qui primus in h.?* Sed verissime *Wagn.*: „Si Heynianam distinctionem sequimur, *quis*, quod in paucis est libris, recipiendum erit; vidit hoc etiam Iahnius. At tu mecum interpunge post *erit;* non enim, quis omnino primus, sed, quis secum primus id audere velit, Turnus interrogat.“ Peerlk. temere coni. *Ecquis io! mecum* etc. Gentius vero praeter omnem necessitatem *Ecquis erit* in *Ecquis ait* et *En ait* in *inruit* vult mutatum. — *in hostem*, scil. emittat iaculum. — **52.** *attorquens.* Sic plurimi et optimi Codd.; Med. tamen et Dorph. V, *intorquens*, quod ex X, 323. huc translatum videtur; pauci alii *torquens* simpliciter. Verbum *attorquere*, quod ἅπαξ λεγόμενον est, Wagn. in eodem genere verborum obsoletorum ponit cum *advelare* V, 246. et *adlacrimare* X, 628., de significatione autem comparat *admirari*, *adniti*, *adsolere* et alia eiusmodi verba, in quibus Praepositio simplicis Verbi vim augeat, ut *attorquere* sit i. q. valdo torquere; quod probo. Heins. minus probabiliter explicat: *simul, statim*, i. e. dum ille fatur, *torquet;* quam vim ipsi Copulae inesse, vere contendit Wagn. Cf. adnott. ad I, 82. II, 692. V, 504. al. Ceterum in promptu est, hic respici morem Romanorum bellum per Fetialem indicendi, de quo exposui in libro meo *Hellas u. Rom* I, 2. p. 92. — **53.** *Principium pugnae*, signum incepti belli; de appositione vero cf. adnott. ad VI, 223. — *campo sese infert arduus.* Vid. ad Geo. II, 145. Aen. VIII, 299. al. et cf. Stat. Theb. I, 201. *Mediis sese arduus infert Ipse ducis.* — **54.** *Clamore* laeto, quod signum belli datum est Sic Rom. fragm. Vat. Palat., Gud. a m. sec. et, Heinsio teste, etiam Medic. (cui tamen Foggin. et cum eo Ribbeck. alteram lectionem tribuit); ceteri *clamorem*, minus apte, quod tamen unus Ribbeck. recepit. Sed cf. V, 575. *Excipiunt plausu*, infra v. 466. 636. V, 575. X, 799. Serv. utrumque legit et explicuit. — *excipiunt*, non eum, sed eam rem. — **55** *fremitu* (ἀλαλητῷ: cf. Cort. ad Lucan. VII, 482. cum Aen. II, 338. et V, 148.) *horrisono.* Vid. VI, 573. Lucr. V, 110. Val. Fl. VII, 149. Cic. Tusc. II, 10, 23. al. Wold. Ribbeck. comparat Hom. Il. XII, 251. τοὶ δ' ἅμ' ἕποντο Ἠχῇ θεσπεσίῃ. — *inertia corda.* Cum voce *corda* cf. Geo. I, 123. 330. Aen. I, 302. al., cum epitheto autem *inertia* de hominibus usurpato II, 364. et XI, 732. atque de pecoribus IV, 158. — **56.** *se dare campo*, ut XI, 565. *Dat sese fluvio.* Vid. etiam supra ad v. 41. — **57.** *castra fovere*, se in castris tenere. Vid. ad Geo. III, 420. (IV, 43.) — „Turnus *turbidus*, turbatus, pudore et ira incensus, quod aditum murorum, qua subire posset, non videbat.“ *Heyn.* Vid. XII. 10. — *Huc atque huc lustrat*, i. e. huc atque huc vectus equo lustrat; ut alibi *huc ades* pro: huc veniens ades (vid. ad Ecl.

Lustrat equo muros aditumque per avia quaerit.
Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili
Cum fremit ad caulas ventos perpessus et imbris
Nocte super media; — tuti sub matribus agni
Balatum exercent; ille asper et inprobus ira
Saevit in absentis; collecta fatigat edendi
Ex longo rabies et siccae sanguine fauces: —
Haud aliter Rutulo muros et castra tuenti
Ignescunt irae; duris dolor ossibus ardet.

II, 45. VII, 9.) et similia. Cf. adnott. ad Geo. II, 243. De geminato *huc* pro *huc — illuc* vid. Hand. Turs. III. p. 106. et adnott. ad I, 162. — *lustrat equo.* Cf. V, 578. *Lustravere in equis.* — *per avia* legimus etiam ap. Ovid. Met. II, 205. et Nemes. Cyn. 97. Ceternm cf. Aen. II, 736. Tac. Ann. II, 68. Vellei. II, 75. etc. Verba *aditumque per avia quaerit* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 430. et III, 81, 93. — **59** sqq. In hac comparatione poetis satis frequentata Maroni Apollon. I, 1243 sq. et Hom. Il XI, 547 sqq, et XVII, 647 sq. ante oculos fuisse, memorat Heyn. Cf. etiam Aen. II, 356. — *Ac veluti.* Vid. ad I, 148. — *insidiatus — perpessus* postquam diu frustra insidiatus et imbrem ventosqne perpessus est. Cf. autem Geo. III, 537. *lupus insidias explorat ovilia circum.* — *ventos perpessus et imbres.* Conington confert Hom. Od. VI, 131. *λέων - - ὑόμενος καὶ ἀήμενος.* — **61**. „*nocte super media*, nltra mediam noctem, ut eum longa mora incensa fames ad rabiem agat. Cf. v. 63. 64. — **62**. *Balatum exercent*, ut Geo. I, 403. *exercet cantum.* — *ira saevit* melius qnam *improbus ira* iungitur, ne altero loco abnndet *ira*, altero autem loco *saevit* nndum et tenne relinquatur. [Ira antem saevit, eum non possit caede. Wagu. conferri iubet Petron. c. 123. *absentem votis interficit hostem* et Val. Fl. III, 589. *Frangit et absentem vocuis sub dentibus hostem.*] *Inprobus* etiam solum per se de ira et vehementiore quoque impetu dictum invenitnr X, 727. *improba ora*, h. e. avida. Quandoquidem *improbus* omnino est niuiius, multus, vehemens. Vid. Geo. I, 119. *improbus anser* et v. 146, *improbus labor.* *Heyn.* Adde imprimis Aen. II, 356. XI, 512. 767. et XII, 687. Hor. Od. III, 24, 62. *improbae divitiae* etc. — *asper* de lupi furore et ventris rabie legitur etiam apud Ovid. Met. XI, 402. *lupus dulcedine sanguinis asper*, qnemadmodnm ap. ipsnm Verg. Geo. III, 434. anguis *asper siti.* — **63**. *Saevit in absentes*, ac si praesentes essent oves inclusae, ad quas aditus ei negatus est. Heyn. conferri iubet imitationes Stat. Theb. II, 133. et Val. Fl. III, 589. ibique Intpp. Adde imprimis Heins. et Drak. ad Sil. IV, 337., qui magnam copiam locorum similium congesserunt. — *rabies edendi* multo fortius, quam *amor edendi* VIII, 184. — „*collecta - - longo* tempore, ex longa mora contracta. Sic Ovid. Met. I, 233. V, 341. [Adde eiusd. V, 446. et IX, 212. et cf. *sitim colligere* Geo. III, 327.] — **64**. Aliter nnne *siccae sanguine fauces*, sanguinis pennria, quam VIII, 262. dictae sunt.“ *Heyn.* Cf. autem II, 358., ubi catnli lupi *Faucibus exspectant siccis.* — **65**. *Haud aliter.* Vid. infra v. 554. et Hand. Turs. I. p. 272. — *Rutulo*, Turno, ut VII, 409. — **66**. *duris ossibus.* Pal. et Gud. a m. pr. *durus dolor*, quod Haupt. et prius etiam Ladew. (qui tamen postea ad alteram lectionem rediit) receperunt. Sed iure Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 352. plurimorum Codd. lectionem defendit, etiamsi locum VIII, 390. falso comparat *liquefacta ossa* pro *labefactis* afferens: cf. Add. in Philol. XVII. p. 170.) *Dura ossa* etiam VI, 54. legimns, quod Wagn. commemorare neglexit; *duros dolores* contra V, 5. Lectionem a nobis (ut a Bryceo, Ribbeck., Coningt. et Benoist.) servatam testatur etiam imitator Vergilii in Anth. Lat. III, 81, 13. repetens verba *duris dolor ossibus ardet.* — *dolor*, aegritudo crucians, haud raro cum *ira* coniungitur. Cf. Hor. Ep. I, 2, 60. (ibique Oroll.) Ovid. Met. XII, 373. Senec. de ira I, 2. II, 32. etc. Ceterum vulgarem distinctionem, qua post,

Qua temptet ratione aditus et quae via clausos
Excutiat Teucros vallo atque effundat in aequum?
Classem, quae lateri castrorum adiuncta latebat,
Aggeribus saeptam circum et fluvialibus undis,
Invadit sociosque incendia poscit ovantis
Atque manum pinu flagranti fervidus inplet.

---

ardet Comma, post *aequum* vero Punctum ponitur, cum Peerlk., Hauptio, Ribbeckio et Ladew. nunc mutavimus. Comparatio enim haec videtur esse: Ut lupus ira *fremit* — nam *tuti sunt agni* etc. — sic Turno *Ignescunt irae et dolor ardet* — nam *Qua temptet ratione* etc.? — Wagn. locum vulgari ratione distinctum (quam etiam Hoffmann. in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 887. defendere studet, et Bryce, Coningt. et Benoist. retinuerunt), sic explicans: „*dolor ardet*, quod non videt, *Qua ratione temptet*,“ provocat ad II, 3 sqq., ubi nos item distinctionem mutavimus, alia tamen causa permoti. — **67.** *et* (si aditus non detur) *quae via* (h. e. ratio, ut X, 879. XII, 405. et alibi) *excutiat* pro vulgari: qua via excutiantur. Sic autem plurimi Codd. inter quos Pal. a m. pr. et Rom.; alii (Med., fragm. Vat., Gud., Bern. II. III.) *qua via*, quod, quamvis explicari utcunque possit per: qua inveniat viam, qua excutiat, probabiliter tamen Wagn. ex initio versus retractum esse suspicatur; simul commemorans Withofii (*Krit. Anmerkk.* fasc. IV. p. 31.) coniecturam *qua vice*, cui adde Ribbeckii (Emend. Verg. p. 16.) *qua vi*, quam defendere studet in Proleg. p. 366. et Benoist. recepit. Non male autem pro *et quae* Wagn. et Peerlk. legi volunt *aut quae*. Ceteri recentiores editores acquieverunt in lectione *quae via*. — **68.** *Excutiat vallo.* Cf. VII, 299. *patria excussos.* Cf. etiam Schirach. p. 402. — *in aequum* lectio est optimorum Codd. (Med., fragm. Vat., Rom.) Iahnio iam probata ad Geo. I, 340. et a Wagn. revocata (pro vulg. *in aequor*, quod ex Pal. a m. pr., Gud. et Bern. II. III. revocarunt Bryce et Ribbeck.), sed paulo artificiosius explicata. Putat enim Vir doct. *in aequor*, scil. camporum, s. in planitiem, huc non quadrare, cum Troianorum castra ipsa in plano sita fuerint; immo id consequi velle Turnum, ut aequetur pugna iniqua adversus vallo et munimentis clausos, et hoc esse *in aequum effundere.* Itaque hic sibi opponi castrorum munimenta, alteri tantum parti faventia, et apertum campum, in quo certamen aequum sit. Recte tamen huic explicationi adversantur Thiel., Iahn. et Peerlk., imprimisque Thiel. docet, *aequum* h. l. nihil aliud esse, quam *aequor*, i. e. campum apertum, qui opponatur castris vallo clausis. Ceterum Wagn. satis probabiliter suspicatur, vulgatam lectionem maris mentioni seqq. vss. factae deberi camque ipsam classis commemorationem in verbis statim seqq. iam dissuadere debuisse Vergilio, ne uteretur ambiguo *aequoris* vocabulo. Non igitur erat, ut etiam Peerlk. defenderet vulgatam lectionem coll. Orosii imitatione V, 16. *Si quo pacto eos excuterent vallo, atque in aequor effunderent.* — **69.** „Cum ad castra aditum nullum reperiat, invadit classem, quae in flumine [vel potius subducta iuxta flumen et] munita aggere, sed extra castra stetit, eamque incendere parat, ut Troiani classi subvenire et proelium inire cogerentur.“ *Gossr.* — *lateri adiuncta*, scil. dextero, Cf. infra v. 469. Conington comparat *lateri affixus* X, 161. — **70.** Comparant Intpp. Hom. Il. XV, 716 sqq. — *Aggeribus saeptam.* Pal. *clausam*, quod ex simillimo loco I, 311. repetitum esse docet Conington. — **71.** Cf. Hom. Il. XV, 716 sqq. — *incendia*, i. e. faces ad incendendum. Vid. Ovid. Met. XIV, 539. (qui totus locus cum nostro comparandus) *Irrita sacrilega iactas incendia dextra, Turne* (ubi v. 531. praecesserunt haec: *Fert ecce! avidas in pinea Turnus Texta faces*) et Tibull. II, 5, 47. *ecce mihi lucent Rutulis incendia castris.* Ceterum cf. Hom. Il. XII, 438 sqq. — **72.** *pinu flagranti*, face pinea. Cf. VII, 397. Med. *fragranti* ex perpetua utriusque vocabuli confusione. Peerlk. memorat, minime supervacaneum esse epitheton, cum *pinus* etiam facem non flagrantem significare possit, quare et *facibus* saepe addatur epith. *ardens*, et

Tum vero incumbunt, urguet praesentia Turni,
Atque omnis facibus pubes accingitur atris.
Diripuere focos; piceum fert fumida lumen
Taeda et commixtam Volcanus ad astra favillam.
Quis deus, o Musae, tam saeva incendia Teucris
Avertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite. Prisca fides facto, sed fama perennis.
Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida

Graeci (v. c. Aristoph. Nub. 1492. et Plut. 1195.) commemorent δᾷδας ἡμμένας, coll. Burm. ad Phaedr. I, 28. -- *fervidus*. Cf. infra v. 350. 736. VIII, 230. IX, 350. X, 788. al. et imprimis locum nostro simillimum VII, 397. Post hunc versum Ribbeck. (qui cf. in Emend. Verg. p. 14 sqq.) et cum eo Ladew. invitis Codd. ponunt v. 146. et 147., qua traiectione non opus esse, suo loco videbimus. — **73**. *incumbunt*. Vid. ad IV, 397. — *urguet praesentia Turni:* milites, ubi a duce se conspici intelligunt, acriore studio in proelium feruntur. Silius V, 217. huius loci memor scripsit: *ut praesentia saevi Exstimulat ducis - - Incumbunt.* — **74**. *accingitur*, instruitur, armatur. Vid. ad VI, 570. (*accincta flagello*). Sic Tac. Ann. XII, 44. *Iuvenis studio popularium accinctus.* Ammian. XVIII, 4. *ferarum gentium adminentis accinctus* cett. Heyn. minus apte comparat VII, 187., ubi cohaerent tantum *trabea succinctus*, non *lituo succinctus.* Vid. ibi adnott. — *facibus atris.* Cf. X, 77. -- **75**. „*focos*, quos a Rutulis extemplo exstructos fuisse cogitandum est; ideoque nunc stipites seu taedas ardentes [titiones] in foco. Haerent interpp. cum Servio. Burm. [et cum eo Peerlk.] focos agrestium in vicis circumvicinis advocabat.“ *Heyn.* Cf. etiam Schirach. p. 388. Similis est huic loco V, 660 sq. — *piceum lumen*, quod alibi *atrum*, ut VII, 456., ubi vid. adnott. Cf. etiam VI, 593. *fumea lumina* et VII, 76 sq. Wakef. ad Lucr. VI, 690. praeter necessitatem coni. *pice differt*, i. e. taeda pice fumida (fumans) differt lumen. — **77** sqq. „Naves Troianorum, ne igni comburantur a Turno, mutantur in Nymphas. Fabulam, quae sequitur, tamquam absurdam et epica gravitate indignam reprehendere in promptu est: et reprehenderunt eam multi, etiam e veteribus, ut e Servio ad v. 82. patet [quibus etiam Peerlk. se adiunxit]. - - Nec vero Maro hoc non persensisse et ipse videri debet. Hoc enim erat, cur novo more aditum sibi ad narrationem muniret, Apollonii utique exemplo IV, 1381 sqq. Potuit autem inter veteres ea fabula minus displicere, quod ea vetere fama accepta esset; et Maro eam repetere potuit, cum veteres de Aeneae adventu fabulas pro gemmis et stellulis intexere telae suae semel suscepisset. - - Ut autem in talem fabulam incideret vetustas, ita factum arbitror, primum, quod *immortale, ἀθάνατον*, dixerunt, quidquid diu durat et manet haud attritum, potuere itaque etiam νῆες ἀθάνατοι καὶ ἀγήραοι dici; tum quod Dryades Nymphas arbores insidere et cum iis vivere ac deficere crediderunt homines. Promptum sic fuit, arbores recisas et in naves versas iterum ad pristinum numen reversas comminisci.“ Haec inter alia *Heyn.*, qui etiam Hom. Od. VIII, 557—674. conferri iubet, cui loco addi potest Il. XVI, 112. Eandem fabulam, de qua Breverum in Progr. Lubecc. a. 1855. egisse comperi, narrat Ovid. Met. XIV, 527 sqq. — *o Musae.* „Quia res deorum est et ardua, ideo per se eam non potest dicere.“ *Serv.* Vid. ad VII, 641. — **79**. „*Fides* est eius, qui aliquid tradit, vel eius, quod narratur, quae alibi *auctoritas;* ideoque pro ipsa narratione ponitur. Igitur *facto*, h. e. facti, *prisca est fides*, narratio. Rem narrat poeta ab antiquitate traditam, sed constante fama ad posteriores aetates propagatam: ita facti fama perennis est.“ *Heyn.* Ladew., qui locum sic explicat: Fide digna (sane) antiquitati (modo) res videbatur, sed (favet ei, quod) fama eius omni posteritati propagata est, conferri iubet infra X, 792. et Ovid. Fast. IV, 203 sq. *pro magna teste vetustas Creditur; acceptam parce movere fidem.* — **80**. *Tempore quo primum*, ut in Anth. Lat. I, 178, 224. -- *formabat*, aedificabat. Cf. Dissen. ad Tibull.

Aeneas classem et pelagi petere alta parabat,
Ipsa deum fertur genetrix Berecyntia magnum
Vocibus his adfata Iovem: „Da, nate, petenti,
Quod tua cara parens domito te poscit Olympo.
Pinea silva mihi, multos dilecta per annos;
Lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant,
Nigranti picea trabibusque obscurus acernis:
Has ego Dardanio iuveni, cum classis egeret,
Laeta dedi; nunc sollicitam timor anxius angit.

II, 5, 23. De ipsa classis aedificatione vid. III, 5. sqq. — *Phrygia in Ida* (ut III, 6.), quia etiam alibi erant montes eiusdem nominis, inprimis in Creta insula. Vid. ad II, 696. et III, 105. — **81.** *pelagi.* Vid. ad V, 8. — **82.** *Berecyntia.* Vid. ad VI, 785. *Ida* autem non minus quam Berecyntus Cybelae dedicatus, ideoque etiam eius pineta eidem deae sacra erant; quare haec eius commemoratio aptissima censenda. — **84.** Verba *domito Olympo* (i. e. postquam domitis Titanibus caeli dominus factus es), in quibus Intpp. nescio quid reconditi quaesiverunt, Heyn. rectissime propterea adiecta censet, ut Iupiter *potens Olympi, rex deorum* significaretur, qui posset precibus satisfacere. Obliviscitur tamen Venus, ne Iovi quidem licere fato resistere idque inmutare. Cf. v. 94 sqq. Waddel. Animm. Critt. p. 27. temere coni. *domitor te p. Olympi*, et Peerlk. versum melius sic conformari potuisse censet: *Quod te per domitum poscit tua mater Olympum*, vel *per te domitum.* — V. **85.** Ribbeckio dittographia videtur sequentium sed ipsius poetae manu prima in schedas coniecta, ut VI, 716. (Cf. eius Proleg. p. 81.) Heynius vero (cum quo consentire videtur Peerlk., qui putat, hunc locum nihil aliud posse significare, quam: Habui silvam pineam; habui lucum in cacumine arcis Troianae) vss. 86. et 87. tamquam scabros et hiulcos exterminari voluit voc. *Has* v. 88. in *Hanc* mutato; sed rectissime Wagn., Ruhkopfium secutus, asteriscos iis appictos sustulit, ipsosque ne in minimam quidem dubitationem incurrere docet, cum versum 87. satis tueantur ea, quae v. 91 sqq. legantur, ipse autem v. 87. stare non possit deleto v. 86. Recte tamen idem Vir doct. cum eodem Ruhkopfio (qui sine causa etiam Comma post *mihi* collocatum sustulit) Commati vulgo in fine v. 85. posito Semicolon substituit, ne putes verbum *fuit* spectare etiam ad superiora illa: *Pinea silva mihi*, ad quae verbum *est* supplendum sit. Totum igitur locum sic explicat: „Pinea mihi est silva; in ea lucus fuit piceis et aceribus consitus, quas ego arbores Aeneae concessi.“ Sic non opus videtur, ut dittographiam cum Ribbeckio statuamus. — *in arce*, i. e. in montis, cuius reliquam partem obtinebat illa silva, vertice, Heyn. *τὸ Γάργαρον ἄκρον*, Iliad. XIV, 292. significari observat. Cf. etiam adnott. ad Geo. I, 240. Aen. II, 322. et Burm. ad Val. Fl. III, 565. idemque ad Petron. c. 116.); et fuit lucus, quia iam, caesis arboribus, esse desiit; ferebant autem, non ferunt, quippe Troia diruta, qui sacra illuc ferret, nemo erat. Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 97. Voss. *Anm. et Randgl.* p. 228. et Iahn. (in priore edit.; nam in altera Wagnero adsensus est) verba sic ordinant: *pinea silva, mihi m. d. p. annos, fuit lucus in arce summa;* cui rationi, Wagn. iudice, adversatur primum Pronomen *mihi* non satis aptum loco principi, deinde difficultas illa non sublata, quod *pinea* silva *piceis* et *aceribus* obscura, i. e. densa, dicitur. — *multos dilecta per annos.* Conington comparat VII, 60. *laurus - - multos servata per annos.* — **86.** *Lucus in arce fuit summa.* Cf. I, 441. *Lucus in urbe fuit media.* — Verba *quo sacra ferebant* respondent sequentibus *Has ego Dardanio iuveni - - dedi*, hoc sensu: Dum urbs manebat, Troiani in illo luco sacra ferebant, nunc cum Aeneae dedi ad classem aedificandam. — **87.** *trabibus acernis*, ut II, 112. Vid. Burm. ad Val. Fl. III, 484. et Ovid. Met. X, 373. — *Has*, arbores modo commemoratas. — *cum classis egeret.* Vid. ad XI, 27. — **89.** *anxius angit.* Sic plurimi et optimi Codd.; ne-

Solve metus atque hoc precibus sine posse parentem,
Neu cursu quassatae ullo neu turbine venti
Vincantur; prosit nostris in montibus ortas."
Filius huic contra, torquet qui sidera mundi:
„O genetrix, quo fata vocas? aut quid petis istis?
Mortaline manu factae inmortale carinae

que erat profecto, cur Heyn. offensus hac „inepta aliteratione *anxius angit,*" inferret alteram lectionem *anxius urguet.* Immo rectissime Wagn. lectionem *angit,* cui iam Iahn. ad VI, 310. patrociuatus erat, restituit, cum sibi persuasum haberet, studio quaesitam esse hanc alliterationem a Vergilio, quo magnam quandam significaret sollicitudinem (ut apud Cic. de Or. I, 1. *maximae moles molestiarum*: cf. omnino adnott. ad Ecl. VIII, 80. Geo. I, 157. 226. Aen. II, 494. III, 159. 549. VIII, 646. XI, 160. 872. XII, 254. al. (qui tamen loci non omues prorsus eiusdem sunt generis) et praeter viros doctos iam ad Ecl. VIII, 80. laud. Doederl. *Reden u. Aufsätze* II. p. 181 sq. et Nacke iu Mus. Rhen. III. p. 328 sq. a Weidn. ad I, 669. commem.) et cum poeta aperte imitatus sit Lucretinm III, 1606. *Quem volucres lacerant atque exest anxius angor*, ad quem locum meam conferri iubet adnot. Praeterea commemorat, uon iners esse epitheton *anxius* subiecto verbo *angit*, quod doceat idem Cicero Tusc. IV, 12. *Differt anxietas ab angore; neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, nec, qui anxii, semper anguntur.* Recte igitur omnes recentiores editores praeter Bryceum *angit* retinuerunt. — **90**. *Solve metus.* Vid. I, 463. 562. — **91**. *Neu cursu ullo*, quicumque erit, quibuscumque cum periculis coniunctus. Sic autem plurimi et optimi Codd., quorum auctoritatem nos cum Iahn., Wagn., Süpflio, Hauptio, Ladew. et Coningtone secuti sumus. Heyn., Bryce, Ribbeck. et Benoist. *Neu* in *Ne* mutarunt, Palat. et paucis aliis Codd. obtemperantes. Sed vide supra ad v. 42. Peerlk., qui *cursum* et *ventos* non differre censet, pro *cursu* temere coni. *fluctu*, quod ipsum *cursu* (per maris fluctus) indicatur. — **91**. *quassatae.* Cf. I, 551. *Quassatam ventis classem.* — **92**. *vincantur*, solvantur et submergantur. Cf. I, 122. (naves) *Vicit hiemps.* — **93**. *torquet* Wagn. recte interpretatur: cursum eorum regit, coll. Geo. I, 174. et Aen. III, 532. Cf. etiam adnott. ad IV, 269. 482. et VI, 798. Wakef. ad Lucr. V, 434. „*currus*, in quibus numina stelligera vehantur, vel *axes* orbium revolubiles" hic respici censet; Heyn. autem cum Burm. verba *torquet qui sidera mundi* ab alio adsuta suspicatur; quae tamen ad augendam loci dignitatem et gravitatem quam maxime conferre, iure contendunt Wagn. (coll. loco X, 100. *Tum pater omnipotens, rerum cui prima potestas*) et Ladew., qui memorat, haec verba adiecta esse, ut indicetur Iovem, quamvis caeli regem se sciat, tamen non fugere, quam imbecillus sit contra fati decreta. Consentit tamen cum Heynio Peerlk. — **94**. *quo fata vocas?* Heyn. explicat: invertis, mutas, uti fata *verti, flecti, mutari* dicantur, sed rectius cum Dietschio Th. Verg. p. 33. locum simpliciter sic interpretare: quid tibi fatis concedi, quam rem tibi fata indulgere cupis? Cf. etiam adnott. ad Aen. X, 632. Servius autem adnotat: „ostendit fata posse aliquateuus trahi, non tamen usquequaque." Venus igitur parum considerate petit aliquid, quod locum habere nullo modo possit, cum fatum sit immutabile. — *aut quid petis istis*, sc. trabibus s. navibus, h. e. in eorum gratiam; *istis* enim esse Dativum commodi, verissime docet Ruhk. Sic VIII, 127. *precari alicui*, ubi vid. adnott. Peerlk. *istis* male pro Ablativo habet, voc. *precibus* subintelligens. Dietsch., cum haec quaestio non diversa sit ab antecedente, *aut* ex eo usu dictum censet, quem Hand. Turs. I. p. 540. illustravit, ut sit i. q. aut potius. Cf. etiam adnott. ad Geo. I, 416. — **95**. *fas* h. l. pro conditione; ut alibi *ius*. Sensus est, quomodo postulare potes, ut quae ab hominibus facta sunt, immortalitate fruantur? (Serv. hic laud. Hor. A. P. 63. *Debemus morti nos nostraque.*) Ceterum de hac invidia deorum et sollicitudine, ne homines fines mortalis naturae excedant, Thiel. conferri iubet Gesneri Opusc. minn. Vol. I. p. 336. Drak. ad Silium

Fas habeant? certusque incerta pericula lustret
Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?
Immo, ubi defunctae finem portusque tenebunt
Ausonios olim, quaecumque evaserit undis
Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arva,
Mortalem eripiam formam magnique iubebo
Aequoris esse deas, qualis Nereia Doto
Et Galatea secant spumantem pectore pontum."

III, 78. Spanh. ad Callim. H. in Apoll. 107. alios. — **96.** „*certus* etc., ut ab initio statim certum et exploratum habeat Aeneas, in periculis se incolumem fore [et naves non interituras]." *Heyn.* „Nam Aeneas sorte, qua homo est, navigationis debet timero periculum, quod perit, si eius navibus aeternitas detur." *Servius.* — *certus incerta* cum vi sibi opponuntur, ut in notissimo illo versu Enniano ap. Cic. Lael. 17, 64. (p. 146. Vahl. s. p. 298. Hessel.) *Amicus certus in re incerta cernitur*, ap. Ter. Hec. Prol. II, 9. *Spe incerta certum mihi laborem sustuli* et saepius; *incerta* autem *pericula*, quibus quisque navigans obnoxius est. — *lustret*, ut III, 385. *lustrandum navibus aequor.* — **98.** *Immo* a poetis interdum liberiori ratione pro at usnrpari, ubi res diversa aut contraria simpliciter opponatur, docet Haud. Turs. III. p. 224. allato hoc loco et Ecl. VII, 41. — „*defunctae*, quod plenius VI, 83. *magnis pelagi defuncte periclis.* — *portus tenebunt*, ut I, 400. *portum tenet.* — **99.** *Olim quaecunque evaserit undis;* unam enim Orontis tempestas mari merserat I, 113.; quatuor incensae a mulieribus in Sicilia, V, 699. Ergo ex XX navium numero non nisi XV Tiberim intraverant." *Heyn.* Iahn. et Wagn. vocem *olim* aptius cum antecedentibus verbis coniunxere, Commate post eam posito; quos, ut omnes nos posteriores editores, secuti sumus. Pro *undis* (quod etiam Arusianis p. 227. L. testatur) pauci quidam Codd. *undas*, quod Heinsio et Heynio exquisitius videtur. Wagn. memorat, eandem lectionis diversitatem inveniri XI, 702., ubi scriptura fluctuat inter *evadere pugnae, pugnam, pugna.* Cf. etiam Burm. ad Val. Fl. VII, 163. et ad Phaedr. IV, 8, 11. — **100.** *Dardanium ducem*, ut IV, 224. — *Laurentia arva* pro: in L. arva. Vid. ad I, 2. 307. al. Inanis igitur Waddelii (Animm. Critt. p. 28.) coniect. *in Laurentia.* — **101.** *Mortalem formam*, quam habent *mortali manu factae* v. 95. — *eripiam*, scil. iis, quod Pronomen post *quicunque* et *quisquis* plerumque omitti constat. Cf. Ramsh. §. 158, 4, c. p. 558. — **102.** *qualis Doto et* (qualis) *Galatea secant p.*, i. e. quales sunt Doto et Galatea, quae tamquam Nereides secant pontum. *Qualis* igitur (quod Pierii et Burmanni aliquot Codd. mutant in *Quales*) post Copulam cogitatione repetendum, ad unamquamque Nereida singillatim, Verbum autem ad utramque coniunctam refertur. Locus huic simillimus invenitur apud Claud. de laud. Seren. 122. *Qualis Latonia virgo Et solo Iove nata soror, cum forte revisunt Aequorei sortem patrui, spumantia cedunt Aequora.* Nihilominus etiam Ribbeck. aut *qualis*, aut v. 103. *secat*, aut totum v. 103. omittendum esse censet. Ceterum duae hic nominatae Nereides totam earum familiam repraesentant, ut VIII, 194. Hylaeus et Philus pro omnibus Centauris, ibid. v. 425. Brontes, Steropes et Pyracmon pro omnibus Cyclopibus commemorantur etc. Utramque eadem ratione coniungit Val. Fl. I, 134. et in Anth. Lat. VI, 84, 40 sq. verba *qualis Nereia Doto* cum toto, qui sequitur, versu iterantur. — *Doto* (Δωτώ) Nereis commemoratur etiam Homero Il. XVIII, 43. Hesiodo Theog. 248. et Apollodoro I, 2, 7.; de *Galatea* vid. ad Ecl. VII, 37. — *secant pontum.* Sic v. c. Claud. Rapt. Pros. III, 332. *Lucus erat prope flavum Acin, quem candida praefert Saepe mari pulchroque secat Galatea natatu.* Cf. etiam Cort. ad Lucan. V, 417. et adnott. ad Aen. IV, 257. — *pectore* autem additur, quia ad pectus usque e fluctibus eminent. Cf. Catull. Epith. 18. *Nymphas nutricum tenus exstantes e gurgite cano.* Conington comparat infra X,

Dixerat idque ratum Stygii per flumina fratris,
Per pice torrentis atraque voragine ripas
Adnuit et totum nutu tremefecit Olympum.
 Ergo aderat promissa dies et tempora Parcae
Debita conplerant, cum Turni iniuria Matrem
Admonuit ratibus sacris depellere taedas.
Hic primum nova lux oculis offulsit et ingens
Visus ab Aurora caelum transcurrere nimbus
Idaeique chori; tum vox horrenda per auras

---

212. *spumea semifero sub pectore murmurat unda.* — **104.** *idque ratum - - Adnuit.* Cf. Ovid. Met. XV, 683. *Adnuit his, motisque Deus rata pignora cristis Ter repetita dedit.* — *Stygii per flumina fratris.* Vid. ad VI, 323 sq. — V. **105.** et **106.** cum praecedente hemistichio iterantur infra X, 114 sq. *Amnes rapidos* (s. ferventes) *et atros* voluit dicere. - - *Torrere* proprie est calefaciendo siccare, tum cremare, tandem ardere et fervore. Iam quaecunque *fervent* seu calore seu motu et impetu, dicuntur et ipsa *torrere.* Ita tandem flumina torrentia sunt ferventia, rapida. Cf. Ecl. V, 52. Geo. II, 451. Aen. X, 603. - - Iam autem amnes in inferis etiam flagrantes ignibus sunt, possunt igitur *torrentes* quoque h. l. sic accipi; multo magis propterea, quia alibi fluvii hi stagnare dicuntur.“ *Heyn.* Hanc alteram explicationem unice veram esse docet adiectum *pice.* Recte enim *Ruhk.*: „*Ripae* fervent pice etc. poetice pro: amnis s. aqua Stygia fervet, i. e. Styx, quae cum palus VI, 369. vocetur (coll ibi v. 134. 416.), de rapiditate cogitari h. l. non potest.“ Alia res est VI, 550., ubi moenia Ditis *rapidus flammis ambit torrentibus amnis* (Phlegethon). Wagnero tamen *pice torrentes ripae* „sunt fluminis rapidi et pice aestuantis.“ — V. **106.** iam Macrob. V, 13, 22. p. 430. Ian. (p. 106. Bip.) comparat cum Hom. Il. I, 528 sq. Cf. etiam Hom. h. in Apoll. 84. Hor. Od. III, 1, 6. Catull. 64. 204. Ovid. Met. I, 179 sq. alii. — **107.** Verba *Ergo aderat promissa dies* repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 111., ut sequentia *et tempora Parcae Debita conplerant* ibid. v. 48 sq. et *Debita conplerat* ibid. v. 115. — *promissa* a Iove; tempus Iovis promissione significatum. — **108.** Heyn. ad *debita* supplet *fato;* rectius autem Wagn. ad VIII, 375. (ubi vid. adnott.) ex verbo *conplerant* ad *debita* intelligit *conpleri,* simul memorans, Wagnerum ad Val. Fl III, 461. iungere *tempora Parcae debita.* — *Matrem,* Cybelen, quae etiam Geo. IV, 64. et ex quorundam sententia infra v. 584. κατ' ἐξοχὴν *Mater* vocatur. — *ratibus sacris.* Diomedes p. 431. exhibet *sacras taedas,* sed haud dubie ex coniectura. (Cf. Ribbeckii Proleg. p. 206.) — **110.** *Hic.* Vid. ad I, 728. — *nova,* repentina. — *offulsit* optimorum Codd. est lectio ab Heinsio restituta. Vulgo *effulsit,* ut infra ad v. 731., quod ex Ribbeckii Codd. exhibent soli Bern. II. a m. pr., Bern. III. et Minoraug. De his verbis saepe confusis vid. Heins. ad Val. Fl. IV, 482. idemque et Drak. ad Sil. XIII, 114. Burm. ad Quinct. Decl. IX, 7. alii. — *et ingens* etc. Copula vim explicandi habet: Nova lux oculis affulsit, et (quidem, sive i. e.) ingens nimbus, caelum transcurrere visus etc. Vid. Wagn. Qu. Verg. XXXIV, 2. et adnott. ad Ecl. III, 34. Aen. I, 111. al. — **111** sqq. Cf. Ovid. Met. XIV, 530 sqq. „*ab Aurora*: tamquam ab oriente, ex Asia, relicto Berecynto et Ida. — *nimbus Idaeique chori* pro: visus ab oriente caelum transcurrere nimbus, nubes, et chorus, qui Matrem deum comitari solebat, Corybantum puta, in nube illa abditus et inclusus. Pro commentario est Ovidii locus Met. XIV, 536 sqq. Etiam in sacris adventus deae, etsi non visae, magno strepitu tibiarum et tympanorum declarari solebat.“ *Heyn. Idaea* haud raro dicuntur, quae ad Cybelen eiusque cultum pertinent, et *choros* quidem *Idaeus* etiam ap. Prop. III, 17, (IV, 16,) 36. commemoratos videmus. Sic Val. Fl. I, 319. *Idaea buxus,* i. e. tibia Berecyntia; Sen. Oed. 457. *Idaeus leo,* qui currum deae vehit, cett. (Cf. etiam III, 112.) Quare dea ipsa *Idaea deum parens* vocatur infra X,

Excidit et Troum Rutulorumque agmina conplet:
„Ne trepidate meas, Teucri, defendere navis
Neve armate manus; maria ante exurere Turno,
Quam sacras dabitur pinus. Vos ite solutae,
Ite deae pelagi; genetrix iubet.“ Et sua quaeque
Continuo puppes abrumpunt vincula ripis
Delphinumque modo demersis aequora rostris
Ima petunt. Hinc virgineae, mirabile monstrum,
[Quot prius aeratae steterant ad litora prorae]
Reddunt se totidem facies pontoque feruntur.
Obstipuere animi Rutulis; conterritus ipse

252. et al. Cf. Strab. X. p. 718. — *vox h. per auras Excidit.* Cf. Silius IV, 261. *cum dira per auras Vox venit;* id. X, 366. *tunc vox effusa per auras* cett. De verbo *excidendi* autem cf. supra VI, 686. *vox excidit ore* ibique adnott. — **113.** *agmina conplet*, proprie aut aures, aut loca, in quibus illa agmina habentur, sono et strepitu complet. Ceterum vid. IV, 189. Conington praetera confert XI, 140. *Fama Euandrum replet.* — **114.** *Ne trepidate — defendere.* Idem Conington comparat Hor. Od. II, 4, 23. *trepidavit aetas Claudere lustrum.* Addo Stat. Theb. I, 640. *certae trepidas occurrere morti.* — **115.** *armate manus.* Cf. XI, 682. et Hor. Od. IV, 4, 21. — **116.** *dabitur.* Cf. annot. ad I, 66. 79. 319. al. — *pinus.* Vid. ad Ecl. VII, 6. — **117.** *deae* non esse Vocativum, sed, ut antea *solutae*, Nominativum verbo *Ite* per appositionem adiunctum, verissime censet Wagn.; quare Comma vulgo post *Ite* positum cum eo sustulimus, in quo posteriores editores praeter Bryceum nos secuti sunt. — *Et*, i. e. et statim. Vid. ad V, 504. — **118.** *puppes*, ad litus versae. Vid. VI, 3 sqq. — *vincula.* Vid. I, 168. — **120.** *Ima petunt* legimus etiam in Auth. Lat. III, 81, 47. — V. **121.**, haud dubie spurium et ex X, 223. huc translatum (cf. Schraderi Emendd. p. 203.) meliores libri non agnoscunt, ii autem, in quos illatus est, non omnes eodem loco, sed plures etiam post sequentem *Reddunt* cett., unus adeo (Goth. III.) post v. 142. exhibet; quare miror eum defensum esse a Weicherto de verss. iniur. suspp. p. 66. Recte potius *Iahn.*: „Intruserunt eum librarii, ut voc. *totidem* explicarent, quippe nescientes, huius vocis interpretationem in vv. *et sua quaeque - - ima petunt* contineri. Si retinendus est, certe post v. *Reddunt - - feruntur*, quod Both. fecit, collocari debet.“ Haupt., Ribbeck. et (prius certe) Wagn. eum prorsus exterminarunt ex ceterorum ordine, nos pro more nostro uncis inclusimus, quod etiam fecerunt Ladew., Bryce, Coningt. et Benoist.; et Conington quidem eum post v. 122. posuit. Voc. *prorae* alii librarii mutarunt in *puppes* alii in *naves;* quod et ipsum facit ad totum versum suspectum reddendum. — **122.** „*reddunt se*, ἀναδιδοῦσι: rursus emergunt, prodeunt. — **123—167.** Callido portentum in suam rem vertit Turnus, classe sublata Troianos nunc fuga exclusos facile a se expugnatum iri; nunc oppugnationem esse parandam; dic tamen iam confecto vigilias per noctem disponit.“ *Heyn.* — **123.** *Obstipuere animi Rutulis.* Sic Medic., Pal. et a m. pr. cum aliis bonis Codd.; plurimi tamen (inter quos sane etiam fragm. Vat. et Rom.) *Obst. animis Rutuli*, Gud. quod vulgo edebatur ante Heins. atque a Bryceo, Ribbeckio et Coningtone revocatum est. Sed, cum etiam II, 120. et V, 404. legamus *Obstipuere animi* (unde sane Ribbeck. Proleg. p. 280. alteram lectionem in Med. et Pal. corruptam censet), et semel tantum, VIII, 530., metro cogente *Obstipuere animis alii*, hic quoque difficilior lectio videtur praeferenda. (Dum autem ceteri *obstupuerunt* de animi statu prorsus deiecti, ipse tantum *conterritus* apparet. Wagn. praeterea haec addit: „Quod si cui asperiora videantur *Rutulis — Turbatis — equis*, ego studio quaesitam putaverim hanc asperitatem. Cf. adnott. ad Geo. I, 157.“ Vid. etiam Iahn. ad Aen. VI, 310. et quae hac de re nuper fusius dispu-

Turbatis Messapus equis; cunctatur et amnis
Rauca sonans revocatque pedem Tiberinus ab alto.
At non audaci Turno fiducia cessit;
Ultro animos tollit dictis atque increpat ultro:
„Troianos haec monstra petunt; his Iuppiter ipse
Auxilium solitum eripuit, non tela neque ignis
Exspectant Rutulos. Ergo maria invia Teucris

---

tavit Obbarius ad Hor. Epist. I, 1, 69. p. 82. — **124.** „*Messapus* [VII, 691. et al. *equum domitor* appellatus] nominatur, tamquam qui inter primos exercitus infesti Rutulorum duces erat. Vid. VIII, 6.“ *Heyn.* — *turbatis equis.* Vid. ad VII, 767. Rom. et Pal. a m. pr. exhibent *Turbatus.* Conington apte confert Hom. Il. XVIII, 223 sq. Peerlk. hunc versum spurium censet. — **125.** *Rauca sonans.* Sic in Wernsd. P. Lat. min. VI, 496, 1. legimus *Rauca sonans ego sum media vocalis in unda* et ap. Lucan. V, 217. *pontus Rauca gemit.* Omnino *raucus* haud raro dicitur de fusco et obtuso fluctuum sonitu, quare etiam diis fluviorum rauca vox tribuitur, ut ipsi Tiberino ap. Ovid. Fast. V, 683. *raucaque dimovit talibus ora sonis,* Alpheo ap. eund. Met. V, 600. *rauco mihi dixerat ore* cett. *Raucum sonare* legimus etiam ap. Ovid. A. A. III, 289. Cf. adnott. ad Ecl. III, 8. 63. al. — *revocat pedem Tiberinus.* Cf. VIII, 240. De verbis *revocat pedem* vid. Wakef. ad Lucr. V, 273., ubi pariter atque in Culice v. 17., ap. Silium VI, 140. et al. fluvius *liquido* vel *lento pede* labi dicitur. Cf. etiam Hor. Epod. 16, 48. a Coniugt. allatus. Ceterum ut hic *revocare pedem,* sic VI, 128. *revocare gradum.* De nomine *Tiberini* cf. adnott. ad VI, 874. — **126.** Turnus solus non movetur. Quem nos post Iahn. et Wagn. secuti sumus verborum ordinem, eo haec exhibentur in plurimis et optimis Codd., idemque redit infra X, 276., ubi hic versus iteratur. Vulgo minus apte *cessit fiducia Turno; Turnus* enim, non *cessit,* cum accentu efferendum est, cum oppositio haec sit: non *Turno,* ut reliquis, fiducia cessit; minime vero: non *cessit,* sed mansit, Turno fiducia. Inter recentiores editores unus Bryce vulgarem verborum ordinem servavit. Ceterum verba *audaci Turno fiducia cessit* redeunt X, 276. et *fiducia cessit* legimus etiam VIII, 395. — **127.** *Ultro.* Vid. ad Geo. IV, 204. — *animos tollit,* facit animum. Cf. Flor. I, 3, 7. et Silius I, 105. Alibi sane *animum tollere* vel significat magnum animum capere (ut X, 250. XII, 4. Liv. III, 67. etc.), vel superbum facere (ut Plaut. Trin. II, 8, 10.). Cf. Gossr. ad h. l. Hic versus sic mutatus repetitur in Anth. Lat. I, 147, 34. *Ultro animos tollit dictis ac talia fatur.* — **129.** „*Iuppiter ipse auxilium solitum* (navium, quibus antea, Troia capta, suae saluti fuga consuluerant) *eripuit,* eos perdidit; nec ideo ad eos perdendos nostra opera opus est: *non tela nec* [rectius *neque;* vid. infra] *ignes Exspectant Rutulos.* Ex vulgari usu loquendi poetarum *exspectari* dicuntur ea, quae omnino futura sunt ideoque et mala, quae imminent.“ *Heyn.* Verba *Auxilium solitum eripuit* repetuntur in Anth. Lat. I, 45, 11. — **130.** *Exspectant,* scil. *hi,* Troiani. Sic etiam *Serv.:* „Non exspectant Troiani, ut Rutulorum telis aut ignibus pereant.“ Gossr. potius supplet *naves;* ut sensus sit: non exspectant naves, dum a nobis igne deleantur, sed ipsae Troianos deserunt; verba autem *tela et ignes Rutuli* per ἓν διὰ δυοῖν intelligenda videntur de facibus a Rutulis eminus mittendis. Peerlk. scribi vult *Exspectat* atque Ribbeck. et Wagn. in recentiss. edit. ex Med. receperunt Participium *Exspectans,* quod Conington reprehendit. — *neque* ex melioribus libris cum Wagn. recepimus pro vulg. *nec.* Praegressa enim voc. *non* vel alia leniore negatione, ante vocalem semper fere a Vergilio subiicitur *neque,* quod docet Wagn. Qu. Verg. XXXII, 9. coll. Geo. I, 456. II, 138. 286. 293. 420. 496. IV, 398. Aen. VII, 756. IX, 179. XI, 567. 845. aliisque locis. Faber. sine iusta causa coni. *nunc telaque et ignes;* Peerlk. autem *nec tela nec ignes Exspectat R.,* ut sensus sit. „Iupiter suas ipse Troianis naves eripuit, nec operam

Nec spes ulla fugae; rerum pars altera adempta est;
Terra autem in nostris manibus; tot milia, gentes
Arma ferunt Italae. Nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges prae se iactant, responsa deorum:
Sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva
Fertilis Ausoniae Troes. Sunt et mea contra
Fata mihi, ferro sceleratam exscindere gentem

---

nostram exspectat, iram suam non amplius differt, exspectare non potest, donec nos Troianos perdamus." — **131.** Cum duo omnino sint elementa, quibus utentes homines fugere possint, mare et terra, Troiani utroque privati omnino aufugere non poterunt. Nam *rerum* (i. e. mundi: cf. I, 278. 282.) *pars altera adempta*, i. e. mare, quod Troianis interclusum est, navibus in Nymphas mutatis; altera autem, *terra*, *in nostris manibus*: nos enim, Troianis vallo suo inclusis, omnem regionem circumiacentem tenemus. Inde etiam patet, voc. *nostris* pronuntiando premendum, ideoque vulgatam scripturam praeferendam esse alteri *in manibus nostris;* etsi hunc verborum positum (*in manu mea, tua, nostra, vestra*) omnino Latinum esse Wagn. non debebat negare; cui Peerlk. (ob molliorem verborum sonum alteram lectionem praeferens) hos opponit locos: Ter. Hec. IV. 4, 44. *Uxor quid faciat, in manu non est mea.* Liv. XXXII, 24. *Nihil esse in manu sua.* Lucan. VII, 253. *In manibus vestris, quantus sit Caesar, habetis,* et Val. Fl. VI, 460. *In manibus spes nostra tuis,* coll. Cortio ad Sall. Iug. 14., ubi §. 13. legimus: *in manu vostra est.* Cf. etiam Schadenberg. in Iahnii *Archiv f. Phil. u. Paed.* I. p. 413. (Conington in contextu quidem servavit *in nostris manibus*, ut omnes recentiores editores, in adnotatione vero Peerlkampio adsentitur.) Ceterum prius hemistichium v. 131. iteratur in Anth. Lat. I, 178, 94., alterum ibid. v. 165. — **132.** *tot milia* et *gentes Italae* per appositionem iunguntur: *tot milia* (hominum), (scilicet) *gentes Italae*, quod sensu non differt a: gentes Italae, quae tot milia efficiunt hominum, ferunt arma. Cf. adnott. ad Ecl. II, 3. et vid. Aen. VIII, 496., ubi *his milibus* pariter pro his milibus hominum positum. Pars Codd. cum Medic. *tot milia gentis*, quod est languidius. Ribbeck. sustulit Comma post *milia* positum sententiamque hanc esse dicit: „tot milia efficiunt gentes Italae, quae arma ferunt," cui explicationi iure adversatur Ladew. in Append. p. 261. — **133.** *fatalia responsa deorum*, quatenus, quod in fatis sit, edicunt. Eodem sensu ap. Liv. V, 14. 15. XXII, 9. XLII, 2. libros Sibyllinos *fatales* dici memorat Dietsch. Th. Verg. p. 34., multa de h. l. disputans. — **134.** De his vaticiniis Heyn. conferri iubet Prooem. Aeneidis §. VI. [p. 49 sq. edit. Wagn.] Gossrau Comma post *iactant* delevit, servato tamen Commate in fine v. 133. „Haec enim, inquit, est sententia: Non timeo, quae fingunt responsa deorum. Neque est Turnus contemptor divum, ut oracula negligat, sed a Troianis ficta putat;" quao quamvis sint verissima, non tamen flagitant miram illam distinguendi rationem. — **135.** „*Veneri.* Vid. I, 257 sqq. Turnus tamen simpliciter de fatis in Aeneae gratiam a matre Venere constitutis cogitare potuit." *Heyn.* His inquit Turnus, *sat datum*, quatenus contigit reliquiis Troianorum Italiae *arva tangere;* hic vero mea valent fata, in quibus est, ut perdam irrumpentes hostes. — *datum.* Sic plurimi Codd.; fragm. tamen Vat., Rom., Pal. Gud., Bern. II. III. et Codd. Anth. Lat. I, 178, 457., ubi hoc hemistichium iteratur, *datum est*, quod cum Iahnio recepit Conington, *est* in Med. aliisque libris propter simillimum locum II, 291. omissum esse ratus; sed vid. ad I, 283. Ceterum cf. II, 291. *Sat patriae Priamoque datum.* Sil. II, 558. *Sat fidei proavisque datum.* Val. Fl. III, 688. *Sat lacrimis comitique datum* cott. — **136.** *fertilis Ausoniae.* Cf. II, 781. ibique adnott. — *Sunt et mea contra Fata mihi.* Vide quae VII, 421 sqq. et IX, 5 sqq. narrantur. Ceterum cf. I, 239. VII, 293. et similes locos Burm. comparat Lucan. V, 189. et X, 3. — *ferro exscindere gentem.* Cf. IV, 425. et

Coniuge praerepta; nec solos tangit Atridas
Iste dolor solisque licet capere arma Mycenis.
Sed periisse semel satis est: peccare fuisset
Ante satis, penitus modo nunc genus omne perosos
Femineum. Quibus haec medii fiducia valli

VI, 553. — **138**. *Coniuge praerepta.* Vid. ad III. 330. Comparat igitur Turnus Laviniam sibi ereptam enm Helena Menelao abducta, et ut huius raptus Troiae excidium attulerit, ita similem illius sortem Aeneae eiusque comitum interitum secuturum auguratur. — *nec solos* etc. Non solus Menelaus raptum coniugis ulciscitur. Cf. Hom. Il. IX, 340 sqq., cum quo loco iam Macrob. V, 9, 2. p. 411. Ian. (p. 86. Bip.) nostrum comparavit. Idem tamen Macrob. iam prius IV, 4, 11. p. 372. Iau. (p. 45. Bip.) hunc locum afferens, haud dubie memor illius loci Homerici *an solos* exhibet, quare Cuningh. coni. *solos an,* quod immerito probat Santen. ad Ter. Maur. p. 261., qui ut ubique perfectam verborum hephthemimerim efficeret, multos poetarum locos (ex Vergilii Aen. II, 564. VIII, 140. X, 143. 367. 880. XI, 298. etc.) verbis contra Codd. auctoritatem transpositis corrigendos censuit. Sed in verbis collocandis non tam arbitraria illa numerorum elegantia, quam potius sensus et vis verborum ipsorum spectanda est, et vere Wagn. ad Aen. XI, 298. memorat, „nisi praecipua aliqua vis sit in voce bisyllaba. cuius ultima syllaba sub quartum ictum cadat, merito vitiosam haberi et praeposita voce monosyllaba vitari hanc incisionem.“ Vide etiam Iahn. ad h. l. — *tangere* verbum proprium de affectibus animum moventibus. Hic cf. imprimis Ovid. ex P. II. 3, 63. *Quique dolor pectus tetigisset Caesaris alti.* Vid. etiam Aen. I, 462. — **140** sqq. Quae hic sequuntur, Turnus vehementer concitatus et exasperatus abrupto quasi orationis filo sibi ipse obiicit. Quare non opus est, ut cum Ladew. (qui tamen postea ad alteram lectionem rediit) ex Codd. quibusdam Pierii et Gud. *Si* pro *Sed* recipiamus. In sequentibus Marklando ad Stat. Silv. V, 3, 35. et Handio Turs III. p. 637. suasoribus, quibus etiam Peerlk., Dietsch. Theol. Verg. p. 34. et Schrader. in Muetzellii *Zeitschr.* VII. p. 727. adsentiuntur, cum Hauptio, Ribbeckio et Ladew. pro vulg. *modo non*, quod Wagn. etiamnum strenue defendit (cf. Philol. Suppl. I. p. 352 sqq.), nunc recepi unius edit. Ven. lectionem *modo nunc* omnemque locum sic explico (Dicet aliquis): Semel periisse satis est; (ego vero dico:) ante (prius) satis fuisset (i. e. satis esse debebat) peccare (scil. ut etiam semel periisse satis sit), si modo nunc omne genus femineum perosi essent (neque Lavinia mihi erepta scelus repetiissent). Cf. etiam, quae Hoffmann. in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 887 sqq. docte de hoc loco disputavit, cui tamen neque *non*, neque *nunc* satisfacit, quare potius *modo enim* coniicit, litera *e* post similem *o* casu omissa syllabam *nim* facile in *non* mutari potuisse statuens, et pro *perosus* Cod. Gud. a m. pr lectionem *perosis* (quam tamen Ribbeck. non agnoscit, potius *perosus* e Gud. a m. pr. enotans) amplectitur (quod prius etiam Ladew. fecit, nunc cum ceteris recentioribus editoribus ad lectionem *perosos* reversus). Codicum lectionem, etiam a Bryceo, Coningtone (qui fusius de h. l. disputat) et Benoisto servatam, Heyn. et Wagn. sic explicant: Sed dixerit aliquis: satis est semel Troianos poenas luisse; itaque etiam satis illis esse debuerat (*fuisset*) ante peccare (rapta Helena), debuerantque propter insecutam calamitatem paene totum (*modo non omne*) genus muliebre odisse, non iterum eodem modo peccare et novum raptum Laviniae meditari; in qua tamen interpretatione quam maxime offendit illud paene, quamvis Wagn. paulo argutius contendat, „*genus* femineum complecti etiam matres, sorores, cognatas, affines, quas quivis paulo tolerabilior homo amare et colere consueverit,“ ideoque tali restrictione omnino opus esse. — *penitus perosos*, ut ap. Hor. Od. I, 21, 4. *penitus dilectam.* Vid. supra ad v. 1. *Perosus* autem (quod referendum est ad Accusativum Subiecti apud Infin. *peccare* omissum) optimi Codd. Med. et fragm. Vat. a m. pr. exhibent; plures *perosum*, pauci *perosus* (vel *perosis*). Verba autem *satis est* etiam Ecl. VII, 33. Ovid. Met. XIII, 319. Liv. III, 47. etc. Accusativum cum Infin. secum habent. — **142**. *Quibus*

Fossarumque morae, leti discrimina parva,
Dant animos. At non viderunt moenia Troiae
Neptuni fabricata manu considere in ignis?
Sed vos, o lecti, ferro quis scindere vallum
Apparat et mecum invadit trepidantia castra?
Non armis mihi Volcani, non mille carinis
Est opus in Teucros; addant se protinus omnes
Etrusci socios. Tenebras et inertia furta

haec. Ex ira oratio durior. Dat iis hoc vallum, haec fossa fiduciam: annon vero multo munitiora Troiae moenia eversa viderunt?" *Heyn.* Cf. de hoc usu Pron. relativi cum emphasi quadam pro *utque hic* positi Wagn. ad III, 10, hic comparans Catull. III, 10. *Qui nunc it* etc. Peerlk. supplendum censet: O imprudentes et stolidi, *quibus* etc., vel potius sic legendum: *Et quibus - - Dant animos?* cum eiusmodi interrogationes saepe in orationibus ducum legantur. - *fiducia valli.* Cf. I, 132. VIII, 395. — **143.** *Fossarum morae.* Vid. ad X, 485. et XII, 541. — *leti discrimina parva.* Heyn. comparat Hom. Il. XV, 628. *τυτθὸν γὰρ ὑπ' ἐκ θανάτοιο φέρονται.* Cerda vero Ioach. XII, 58. *digitis a morte remotus Quattuor aut septem si sit latissima taeda.* Plures Codd., inter quos ipse Med., fragm. Vat. a m. pr. et Gud., exhibent *discrimine parvo,* quod ex III, 685. hic repetitum videtur, ubi cf. adnott. Vid. etiam X, 511. — **144.** *Dant animos.* Cf. VII, 383. — *At non* etc. Sed quomodo haec animum addere possunt iis, qui muros ab ipsis diis exstructos corruere viderunt? *non* pro nonne. Vid. ad Ecl. III, 17. et Aen. II, 596. Non igitur opus est altera lectione iam Servio nota *an non;* immo longe fortius additur illud *At.* — **145**. Cf. Hom. Il. XXI, 446. — *considere in ignes.* Cf. II, 624. — Vss. **146.** et **147.** a Ribbeckio (qui cf. in Emend. Verg. p. 14 sqq.) et Ladewigio post v. 72. transpositos esse, iam supra vidimus; hic vero addendum est, eos pro *Sed* ex Ribbeckii coniectura *Sic* edidisse et pro *quis* ex plurimis sane Codd. (Med. fragm. Vat., Rom., Pal., Gud. etc.) recepisse *qui* (postquam Ladew. prius coniecerat *Et vos - - quis - - Non parat?*). Quod num iure factum sit, dubito. Traiectio enim et coniectura illa tum tantum excusari posset, si verum esset. quod Ladew. contendit, iustam horum cum superioribus iuncturam desiderari. Sed verissime Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 409.: „Quid? si maluit poeta concisa abruptaque oratione uti, convenientissima illa quidem irato turbidoque animo Turni; - - nec habet *Sed*, quod quis recte improbet; saepe enim per eam Particulam paratur transitus ad alia, quod non est quare exemplis, quae sunt plurima, confirmemus." Conexus autem sententiarum hic est: Troiani, cum urbem suam ipsorum deorum ope optime munitam in ignes considere viderint, ipsi victoriam sperare vix possunt. Ergo fortiter eos invadamus et castra oppugnemus, de eventu non solliciti. Verba igitur *ferro quis scindere vallum* etc. non tam sunt interrogantis, quam potius cohortantis et significantis, certissime se sperare, comites sibi castra invasuro non defuturos esse, quam Turni fiduciam vel cum paucis victoriam se reportaturum, omnis eius oratio prodit. (Cf. etiam supra v. 126.) Quam facile autem litera *s* Pronominis absorberi potuerit a sequente *s* verbi *scindere*, non est quod multis doceam. Cf. adnott. ad V, 163. 531. al. Ceterum praeter Wagnerum l. l. cf. etiam quae Regel. Quaest. Verg. crit. (Cellae 1866.) p. 26 sq. et Conington rectissime contra Ribbeckium disputant. Servius minus probabiliter coniungit verba *lecti ferro,* i. e. ad ferrum s. ad bellum lecti, ut Aen. VIII, 606. *bello lecta iuventus.* — **147.** *Apparat.* Cf. X, 453. — *trepidantia castra.* Cf. supra v. 114. — **148.** „Respicit Turnus arma a Thetide Achilli apportata et classem Achivorum. Cf. Hom. Il. XVIII, 478 sqq." *Heyn.* Tamen et ipse habebat ensem a Vulcano patri suo fabricatum. Vid. XII, 89. — *non mille carinae,* ut II, 198. — **149.** *protinus* Benoisto est i. q. longe porro, ut VII, 514. rectius de tempore capias, ut II, 545. et alibi, quae etiam Conringtonis est sententia. — **150. 151.** „Vid. supra II, 164 sqq Insidias

[Palladii caesis summae custodibus arcis,]
Ne timeant; nec equi caeca condemur in alvo;
Luce, palam, certum est igni circumdare muros.
Haud sibi cum Danais rem faxo et pube Pelasga

---

per noctem non struemus: [quales Graeci Troianis struxerunt: cf. II, 250 sqq.] *furtum* sic saepe, v. c. IX, 530." *Heyn.* Adde XI, 515. Drak. ad Silium XVII, 91. Rupert. ad eiusd. VI, 70., ad Liv. IX, 31, 7., ad Tac. Agr. 34. — *inertia*, imbellia, ut supra v. 55. — **151**. Versus ineptus et verbis prorsus otiosis *caesis summae custodibus arcis* impetum loquentis male remorans, quem ex II, 166. invito poeta hic iteratum esse, ut *inertia furta* accuratius indicarentur, viderunt iam Freinshem. ad Curt. IV, 13, 8. Schrader. Emendd. X. p. 203. Brunck., Heyn., Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 60. alii, eumque iam omisit ed. Parmensis; quare non video, cur Iahn., Lachm. ad Lucr. V, 1006. p. 328., prius certe Ladew. (qui in recentiss. edit. et ipse versum uncis inclusit) et Conington eius patrocinium susceperint; quamquam quae Wagn. iis opponit, Brunckium secutus, in castris Troianorum nec *arcem summam* esse nec *Palladium*, quod rapi possit, per se nihil valet ad hunc versum condemnandum, cum etiam equus, in cuius alvo condi possint Rutuli, non adsit, sed Turnus hoc tantum significet, a se Troianis talia furta non esse timenda, qualibus Graeci usi fuerint, nocturnum Palladii raptum et equi lignei insidias. Wagn. (qui etiam cf. in Philol. Suppl. I. p. 388.) eum prorsus e contextu reiecit, addita longa adnot., qua ea refutare studuit, quae ego in Diss. de Lucretii carmine not. 41. (ubi hunc locum tamquam spurium consulto omisi) super Genitivo nominum in *ius* et *ium* desinentium disserui; illa tamen, ex parte nunc post L fere annos a memet ipso improbata, cum aliis viris doctis non displicuisse cognoverim, aliis relinquo hanc litem dirimendam, id tantum adiiciens, locum Vergilii Aen. III, 385. utique temere a me esse allatum, quod dudum intellexi; eiusdem vero libri v. 702., in quo hic demum haeret Wagn. retractans pristinam suam de eo sententiam, mihi propter Genitivum *fluvii* neque rescindendum, neque hanc omnium Codd. lectionem ex coni. in *a fluvio* mutandam videri. Ceterum Viris doctis ad Lucr. V, 1004. a me laudatis nunc adde Schmid. ad Hor. Ep. I, 6. 26. Ochsner. ad Cic. Ecl. p. 396. Bach. ad Ovid. Met. XV, 728. Ellendt. ad Cic. de Or. I, 9, 35. Eckstein. ad Voss. Arist. II. p. 558. Obbar. ad Hor. Ep. I, 12, 20. Fasc. V. p. 128. Peerlkamp. ad h. l. Ritschl. in Melet. Plautin. Onom. p. 9. in Mus. Rhen. VII. p. 598. VIII. p. 493. et in Mon. epigr. triade p. 31. Ribbeck. in Iahnii Annal. 1857. p. 324. Neue *Formenl.* I. p. 89 sqq. Coningtonem ad h. l. et imprimis Alex. Theod. Suerdsiocum in Vindiciis praecepti Bentleiani de Genitivo Substantivorum in *ius* et *ium* desinentium. Rigae et Dorp. 1832. 8., qui omnes cum Bentleio faciunt. Gaudeo tamen, et meam sententiam invenisse patronos non minimae in his rebus auctoritatis, Iahnium in Seebodii Bibl. crit. 1824. p. 878. et ad hunc ipsum locum, Freundium ad Cic. Or. pro Mil. p. 1 sqq. Heinrich. ad Cic. Rep. p. 155. Koenium in Mus. Rhen.-Guestph. I, 2. p. 57 sq. atque adeo Lachmannum ad Lucr. V, 1006. p. 326. et 328. (alias pro more suo satis acerbe et fastidiose contra me disputantem), qui non solum Aen. III, 702. *fluvii* probat, sed etiam hoc ipso loco *Palladii* Vergilio non eripiendum censet. — **152**. *condemur in alvo*. Cf. II, 400. — **153**. *Luce* et *palam* eadem ratione coniunguntur ap. Cic. de Off. III, 24, 93. et in Pis. 10, 23. Sic alibi *palam et aperte* (Plaut. Bacch. II, 3, 97. Cic. in Verr. I, 7, 18. pro Mil. 9, 25. Or. 12, 38.), *palam ante oculos omnium* (id. in Verr. V, 26, 65.) et similia. Cf. Hand. Turs. IV. p. 384. — *igni circumdare muros*, quo incendamus turres et tecta domorum. Cf. X, 119. — **154** sq. Nos Graecis longe fortiores cognoscent et multo breviore tempore a nobis vincentur. — Forma *faxo* redit infra XII, 316. (Vide infra ad XI, 467.) De Futuro exacto pro simplici Futuro posito, si de re sermo est, quam certissime futuram exspectamus ideoque quasi iam factam cogitamus, vid. adnott. ad II, 77., quibus praeter hos locos adde IX, 282. X, 334. et Mad-

Esse putent, decimum quos distulit Hector in annum.
Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei,
Quod superest, laeti bene gestis corpora rebus
Procurate, viri, et pugnam sperate parari."
Interea vigilum excubiis obsidere portas
Cura datur Messapo et moenia cingere flammis.
Bis septem Rutuli, muros qui milite servent,
Delecti; ast illos centeni quemque sequuntur
Purpurei cristis iuvenes auroque corusci.
Discurrunt variantque vices fusique per herbam

---

vigii Opusc. II. p. 64—111. ubi de usu Futuri exacti optime agitur. — **155.** *putent.* Unus Ribbeck. recepit fragm. Vat., Pal. et Gud. a m. pr. lectionem *ferant.* — *„quos distulit Hector;* pro vulgari: quorum conatus et consilia repressit et retardavit per annos decem. Cf. XI, 288 sqq. Hinc eleganter illud Abronii Silonis apud Sen. Suasor. II, et in Anthol. Lat. p. 87. *belli mora concidit Hector."* *Heyn.* — **156.** Intpp. conferunt Hom. Od. XII, 291 sq. XVII, 190. Il. II, 381. VIII, 502 sqq. 529 sq. et XIX, 275. — *Nunc adeo.* Vid. ad II, 567. — *melior pars diei,* i. e. maior, ut *bona pars* pro magna (*ein gutes Theil*) e. g. ap. Cic. de Or. II, 3, 14., *bona copia* ap. Hor. Epist. I, 18, 109. etc. Verba *melior q. p. a. diei* addito Verbo *est* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 270. et sequentia *bene gestis corpora rebus Procurate, viri* ibid. v. 184 sq. — **157.** *quod superest,* ad quod vulgo ex antecedd. supplent *diei,* Wagn. etiam hic absolute positum accipit, ut, quemadmodum Geo. II. 346. (ubi vid. adnott.) rogantis, Aen. autem V, 691. et 790. hortantis, ita h. l. praecipientis sit et supplendum „ut fiat." Comparat etiam Sil. XII, 258 sq. *rapta petamus, Quod superest, Libyci ductoris tegmina;* qui tamen locus non prorsus einsdem est generis cum nostro, ubi praecedunt verba: *melior quoniam pars acta diei;* quare etiam vulgaris ratio Ladewigio, Coningtoni et Benoisto probata habet, quo commendetur. — *bene gestis rebus,* timore hostibus incusso. — *corpora Procurate.* Vid. ad Geo. IV, 187. — **158.** *parari* lectio est omnium fere et optimorum Codd., quam iure revocarunt Wakef., Iahn. et Wagn., quos etiam posteriores editores praeter Bryceum omnes secuti sunt. Alteri lectioni *parati,* aures ingrato sono vehementer offendenti, quam a Burm. receptam servavit Heyn., favent tantum Palat. (de quo tamen Ribbeck. tacet) Moret. II. et plurimi Macrobii V, 9, 4. p. 411. Ian. (p. 86. Bip.) et VII, 1, 23. p. 559. Ian. (p. 205. Bip.) Codd., qui locum memoriter videtur afferre. Recte Servius: „Ergo a me parari sperate, i. e. pugnaturos vos scitote, licet hostes muris se teneant." — **160.** *cura - - obsidere.* Vid. ad Geo. I, 305. (II, 73. III, 124. Aen. I, 704. al.) — *moenia* (castra Rutulorum) *cingere flammis,* ignibus ad excubias accensis. Cf. Hom. Il. VIII, 553 sq. Peerlk. verba *et moenia cingere flammis,* quae non recte de ignibus vigilum dicantur (?), invito poeta ex Aen. X, 118. huc translata putat, ubi haec verba iam legimus alio sensu capienda. Fragm. Vat., Rom. et Bern. II. hic exhibent *flamma.* Ceterum respicitur hic locus in Epit. Iliad. 684 sq. — **161.** Heyn. conferri iubet Hom. Il. IX, 85 sq. — *Rutuli.* Heins. ex uno Med. edidit *Rutulo,* quam lectionem, Potterio teste, exhibet etiam unus Paris. V.; sed cum in ipso Med. punctis notata sit ultima vocalis, vulgatam lectionem cum Iahn. et Wagn. restituere non dubitavimus, quam etiam editores me posteriores praeter Bryceum omnes servarunt. Peerlk. vero vulgatam defendit, cum *milite* ita nude positum non placeat. — *servent.* Vid. adnott. ad Ecl. III, 75. et Geo. I, 335. — **162.** *illos — quemque.* Vid. ad VI, 743. Ceterum h. l. ante oculos habuit Silius XIII, 192. haec scribens: *Quis delecta manus centeni cuique ferebant Excubias.* — **163.** *purpurei cristis.* Vid. supra ad v. 50. Codd. quidam deterioris notae cum Gud. a m. sec. et Iul. Rufiniano p. 250. R. (qui tamen Ribbeckio *purpurei* videtur legisse) praebent *purpureis.* — **164.** *Discurrunt,* suam quisque sta-

Indulgent vino et vertunt crateras ahenos.
Conlucent ignes; noctem custodia ducit
Insomnem ludo.
    Haec super e vallo prospectant Troes et armis
Alta tenent; nec non trepidi formidine portas
Explorant pontisque et propugnacula iungunt,
Tela gerunt. Instant Mnestheus acerque Serestus,
Quos pater Aeneas, si quando adversa vocarent,
Rectores iuvenum et rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat exercetque vices, quod cuique tuendum est.

---

tionem occupaturi et deinde *variant vices*, alius alii succedit in stationem ideoque alternis excubias obeunt — *fusique per herbam.* Vid. ad I, 214. Cf. infra v. 222. et Burm. ad Ovid. Met. I, 626. idemque ad Quinct. Decl. II, 2. Verba *Discurrunt variantque vices* repetuntur in Ausonii Cent. nupt. 30. — **165** sqq. Vid. Iliad. VIII, 545 sqq. — „*et vertunt crateras ahenos* esse hemistichium Ennianum [Ann. fr. inc. sedis 50. p. 74. Vahl, 5. p. 147. Hessel.], Servius docet. *Vertunt*, inclinant crateras, vinum in pocula infundendo, vergunt.“ *Heyn.* Cf. etiam Bach. ad Ovid. Met. XII, 139. et Orell. ad Hor. Sat. II, 8. 39. Iahn. conferri iubet hoc Lucilii fragm. ap. Nonium p. 173. *Vertitur oenophoris fundus, sententia nobis.* — **166**. *custodia*, i. q. custodes, ut VI, 574. i. q. custos. — *noctem - - ducit.* Cuningh. coni. *ducunt*, quod etiam unus Goth. III. exhibet. Sed vid. ad Geo. IV, 379. et Aen. V, 119. Ceterum cf. loci hinc petiti Stat. Theb. II, 74. *Insomnem ludo certatim educere noctem* et Wernsd. P. Lat. min. VI, 404, 3. *Traducit philomela insomnem carmine noctem.* — **168**. „*armis alta tenent*, h. e. vallum, quod poeta appellat *muros, turres*, obsident armati.“ *Heyn.* Cf. VIII, 481. *Hanc - - tenuit Mezentius armis.* Wakef. etiam hic *et* temere mutavit in *ut. Et tenent* i. q. dum tenent s. tenentes. Cf. v. 171. — **170**. „*pontes et propugnacula iungunt. Propugnaculum* est locus munitus, munimentum, unde propugnatur, potest ideo dici de muro, turri. Iam genus est munimenti semicircularis ante vallum s. murum castrorum, quod ponte iungi cum vallo necesse est, diversum ab altero similis formae, quod in ipso vallo inaedificatum est. Similis turris ponte iuncta vallo memoratur inf. v. 530 sq.“ *Heyn.*, Cf. etiam XII, 674 sq. et Caes. B. G. VIII, 9. — **171**. *Tela gerunt*, congerunt, afferunt. Cf. Liv. XXVIII, 19. et XXXVII, 5. Copula omissa *gerunt* pro *gerentes* positum. Peerlk., cum *tela gerere* alibi significet armatum esse, coni. *ferunt*, vel aliud vitium inesse putat. — *Instant.* Unus Ribbeck. recepit Pal., Gud., Bern. II. III. et aliorum quorundam Codd. lectionem *instat*, quod probare non possum, cum Serestus non tantum adiungatur Mnestheo primas partes agenti, sed ambo coniungantur tamquam pariter instantes, *quos* Aeneas rectores iuvenum et rerum magistros esse voluit pari auctoritate praeditos. De *Mnestheo* vid. ad IV, 288., de *Seresto* ad I, 611. et IV, 288. — **172**. „*vocare adversa*, s. pericula, dicuntur, quae propinqua sunt, imminent; i. e. provocant ad ipsa subeunda, sustinenda ac propellenda; sic *labor ultimus* vocat XI, 476., sic pugna XII, 125.“ *Wagn.* — **173**. „*Rectores iuvenum* sunt duces militum, quos designaverat Aeneas ante profectionem ad Evandrum, si quid accideret, quod operam militarem postularet.“ *Heyn. Iuvenes* haud raro i. q. milites, (*die streitbare Mannschaft, die kriegerische Schaar*), quia seniores apud Romanos militiae vacationem habebant. Cf. infra v. 226. et alibi. — *quos dedit - - esse rectores, magistros*, Graeca constructione pro: ut essent rectores, magistri. Cf. adnott. ad Ecl. IV, 54. Geo. I, 280. V, 571. cum Aen. I, 319. 527. — 147. *sortita periclum*, sc. belli, pugnae. Cf. etiam III, 510. et VIII, 445. Milites sortito munia sua obeuntes belli pericula suscipiunt. — **174**. *legio.* Cf. VIII, 605. — **175**. *vices, quod*

Nisus erat portae custos, acerrimus armis,
Hyrtacides, comitem Aeneae quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem levibusque sagittis,
Et iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadum Troiana neque induit arma,
Ora puer prima signans intonsa iuventa.

---

pro vulgari: vices, quae tuendae sunt. *Vices* autem sunt munera certis hominibus iniuncta, *vices* igitur, *quod* pro: eius (muneris), quod cuique tuendum est. Cf. Ecl. II, 71. *aliquid* (eorum), *quorum indiget usus* ibique adnott. Peerlk. verba *quod cuique tuendum est* (quae tamen ab Ambrosio Hexaem. V, 15. hic lecta esse ipse memorat) tollenda censet et antecedentia *Excubat* etc. sic explicat: cum sibi quisque locum, qui tuendus est, tuetur. Ambrosii verba l. l. §. 52. haec sunt: *Quam aegre unus quisque in castris periculum sortitus excubat - - - admonentur, ut exerceant custodiae vices.* — **176.** Sequitur celeberrimum de Niso et Euryalo episodium, in quo fingendo Vergilius, qui hic verum et egregium poetam se ostendit, ante oculos habuisse videtur Diomedis et Ulyssis egressum nocturnum Iliad. X, 218 sqq. Iahn. conferri iubet Schaarschmidii libellum: De Niso Vergilii Diomedem Homeri laudibus superante, sive super loco Aen. IX, 176—445. comparato cum Iliad. l. X. Schneeb. 1798. 8. Cf. etiam supra ad V, 294. adnott., ubi Nisus ot Euryalus in certamine cursorum eminent. (Quare „cum hic ita describantur, quasi numquam antea mentio eorum facta esset“, Ribbeck. Proleg. p. 79. locum illum V, 286—361. post hoc libri IX. episodium (176—503.) ortum esse suspicatur.) — „Nisum *Hyrtaci* filium fecit ideo tantum, puto, quod ex Homero notum erat nomen, v. c. Iliad. II, 837 sq. *Idam* matrem esse Nympham habendam [et Dianae quidem comitem, ut apparet ex addito *venetrix*] quis dubitet? Euryali patrem infra v. 201. edit Opheltem, nomen e Thebanis fabulis notum.“ *Heyn.* Peerlk. levibus de causis (Idam Nympham nusquam commemorari, neque apparere, cur ea filium miserit, qui iam esset ea aetate, ut ipse proficisci posset, porro non opus esse, ut Nisus diserte *comes Aeneae* appelletur, et ultima verba *iaculo celerem* etc. facile ex V, 68. huc traduci potuisse) vss. 177. et 178. (quos non solum omnes Codd. exhibent, sed etiam Servius testatur), solo voc. *Hyrtacides* excepto, spurios censet. Ladew. verba *quem miserat Ida* ita explicat, ut sumat, Nisum ab initio fortasse expeditioni se adiungere noluisse, ne matrem dilectam deserere cogeretur. Ceterum cf. II, 86. *Illi me comitem - - misit.* Aliter tamen de h. l. statuit Conington, cui *Ida* non est nympha, sed mons, qui eodem iure *venatrix* dici possit, quo Geo. III, 44. Epidaurus *domitrix equorum* et ab Homero Il. XIV, 283. appelletur μητὴρ θηρῶν; quod mihi paulo argutius videtur. — **178.** *iaculo celerem*, vehementer concitantem iacula. Wagn. comparat Hom. Il. XII, 306. ἔβλητ' ἐν πρώτοισι θοῆς ἀπὸ χειρὸς ἄκοντι. — *levibusque sagittis*, ut in simillimo loco V, 68. — **179.** *Et iuxta.* Ribbeck. coll. VI, 159. et 448. recepit unius Cod. Moret. I. lectionem *It iuxta*, quod placere non potest. potius XI, 479. *iuxtaque comes.* — **180.** „*induit arma* est Homer. ἐδύσατο τεύχεα. Est id, quod vulgo dixeris: non fuit alius pulchrior, neque inter Aeneadas, Aeneae comites, neque inter Troianos, qui in armis erant.“ *Heyn.* Immo (ut iam Donatus intellexit): qui cum per se pulcherrimus erat Troianorum, tum pulcherrimus omnium in armis; nemini Troianorum arma melius conveniebant, congruebant (*standen, kleideten besser*). quam ei. Sic etiam Bryce, Ladew. et Benoist. locum mecum intelligunt; Conington vero, explicationem meam reiiciens cum Heynio facit. Servius male explicat: „qui nondum bellicosa arma induerat. Pulcher quidem erat, sed nondum bellandi peritus.“ *Aenradae* autem non tantum sunt Aeneae comites aliis Troianis oppositi. Vid. ad I, 157. et de contracta Genitivi forma ad I, 565. — V. **181.**, quem repetunt Ausonius in Cent. nupt. 47. et auctor Hippodamiae in Anth. Lat. I, 170, 41., ex Hom. Od. X, 278 sq. translatum esse, iam Macrob. V, 13, 24. p. 431. Ian. (p. 107. Bip.) vidit. Heyn. etiam Il. XXIV, 347 sq. conferri iubet, Gossr.

His amor unus erat pariterque in bella ruebant;
Tum quoque communi portam statione tenebant.
Nisus ait: „Dine hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale, an sua cuique deus fit dira cupido?
Aut pugnam aut aliquid iam dudum invadere magnum
Mens agitat mihi nec placida contenta quiete est.
Cernis, quae Rutulos habeat fiducia rerum:
Lumina rara micant, somno vinoque soluti
Procubuere, silent late loca. Percipe porro,
Quid dubitem et quae nunc animo sententia surgat.

---

autem Ovid. Met. XIII, 753 sq. — *prima iuventa* pro prima lanugine pubertatis posita; *intonsus* autem haud raro inservit significandae primae et florentissimae adolescentiae. Cf. Ovid. Met. VI, 254. et Fast. III, 409. et simillimus locus Aen. VIII, 160. — **182.** „*amor unus*, idem utrinsque et mutuus. Laudant et hic Homericum illud *ἕνα θυμὸν ἔχοντες* Il. XVI, 219.“ *Heyn.* Cf. adnott. ad IV, 8. et V, 308. — Verba *His amor unus erat* repetuntur in Anth. Lat. I, 146, 10. — *in bella ruebant.* Cf. VII, 782. *pariter* (eodem belli studio) *ruebant.* Cf. X, 756., ubi eadem verba alio sensu leguntur. De *ὁμοιοτελεύτῳ ruebant - - tenebant* vid. ad IV, 256. — **184.** „*Nisus ait*: ad magnum aliquod audendum sentio me inflammatum, afflatu divino an ignoto animi impetu? - - Facile autem pro afflatu divino habetur magnus animi impetus et ardor. {Vid. infra X, 773. XII, 554. Bach. ad Ovid. Met. VIII, 72., qui locus ex nostro fluxit, Obbar. et Orell. ad similem Horatii locum Ep. I, 1, 85.} Latent semina dictorum in Hom. Od. IV, 712. Repetiit eadem Quintus IX, 88. 228 sq.“ *Heyn.* Etiam Appul. de deo Socr. p. 450. haec verba laudat. Coningtou memorat, Taubmannum comparare Menandri Gnom. Mon. 434. verba *ὁ νοῦς γάρ ἡμῶν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός.* — **184.** *addunt* pro simplici *dant*, ut Geo. IV, 149. — **185.** *dira*, ingens, vehemens, *cupido*, quae nos caecos et inconsultos in pericula vocat. Cf. adnott. ad VI, 373. — **186** sq. Cf. Hom. Il. X, 220 sq. — *aut aliquid.* Heumann. perperam coni. *aut aliud; aliquid* enim i. q. aliud quid. Vid. ad II, 48. — *aliquid magnum*, ut ap. Val. Fl. II, 184. et al. Totus hic versus iteratur in Anth. Lat. I, 178, 179. — *invadere* i. q. aggredi. Cf. IV, 265. — **187.** *Mens agitat.* Cf. Nep. Hamilc. 1. *ut statim mente agitaret bellum renovare* et vid. adnott. ad II, 640. — *placida quiete.* Duo Codd. *placita*, minus bene. Cf. etiam Wakef. ad Lucr. V, 1153. (ubi *placidam ac pacatam degere vitam* legimus). — **188.** *fiducia rerum*, ut supra v. 142. *fiducia valli.* Ceterum cf. adnott. ad I, 178. — **189.** *lumina rara micant.* Cf. Tac. Ann. I, 65. *invalidi ignes* et Stat. Theb. VIII, 266. *incertaeque faces et iam male pervigil ignis*, quos locos iam Cerda contulit. — *somno vinoque soluti.* Sic antiquiores Codd. omnes, quos praeter Bryeeum recentiores editores omnes post Iahn. et Wagn. secuti sunt, quamvis eadem verba redeant infra v. 236.; in talibus enim non anxie quaerenda est orationis variatio, quae Heinsium movit, ut ex paucis Codd. deterioris notae et Servii Comment. reciperet *sepulti*, coll. II, 265. (ubi vid. adnott.), cuius loci alia est ratio. Et recte Wagn. se non videre ait, qua tandem ratione iungere liceat *sepulti procubuere. Solvere* autem verbum proprium de somno. Cf. Ovid. Met. VII, 186. *homines volucresque ferasque Solverat alta quies* (ubi vid. Bach.), ibid. X, 369. *curasque et corpora somnus Solverat.* Claud. IV. Cons. Hon. 335. *somno soluti* et supra IV, 530. Unus Cod. Dorvill. *vino somnoque;* sed recte ceteri *somnum* praemittunt, cum sensus sit: soluti somno, cui insuper vini vis accessit. Ceterum *Peerlk.* recte haec adnotat: „Supra [v. 166.] *noctem custodia ducit Insomnem ludo.* Nox, credo, nunc iam ad finem vergebat.“ — **190.** *Percipe porro*, ut ap. Lucr. VI, 46. — **191** sqq. „Minus bene Intpp., quasi alterum sit, de quo dubitet, alterum, quod certum ei sit. Itaque turbant in sqq. 194. 195. Sed *dubitare* est etiam deliberare, animo agi-

Aenean acciri omnes, populusque patresque,
Exposcunt mittique viros, qui certa reportent.
Si, tibi quae posco, promittunt — nam mihi facti
Fama sat est —, tumulo videor reperire sub illo
Posse viam ad muros et moenia Pallantea."
Obstipuit magno laudum percussus amore
Euryalus, simul his ardentem affatur amicum:
„Mene igitur socium summis adiungere rebus,

---

tare et volvere: [est enim verbi obsoleti *dubere*, unde *dubius*, *δοάζω*, *δοιάζω*, freqnentativum *dubito*, considero. Cf. Ernesti Clav. Cic. h. v. *Ruhk.*] Etiam Servius: *dubitem, i. e. cogitem.*" *Heyn.* Cf. Plaut. Capt. II, 3, 95. Ter. Ad. IV, 5, 57. Cic. Off. I, 3, 9. Phil. V, 3, 6. pro Rosc. Am. 31, 88. Ovid. Met. X, 697. etc. — ***quae nunc animo sententia surgat.*** Cf. I, 582. — **192.** ***populusque patresque***, ut IV, 682. Romanorum instituta etiam hic a poeta ad antiqua illa tempora transferuntur. Ceterum repetit haec verba Ausonius in Cent. nupt. 30. — **193.** ***reportent***, non ab Aenea, sed ad eum, quem adbuc apud Evandrum versari credebant (vid. v. 196.); qui Aeneae certa nuntient. Noli tamen propterea *reportare* cum Heyn. pro simplici *portare* positum habere, sed significat visa vel audita voce quasi repraesentare, quo sensu *renarrare* legimus III, 717. Cf. adnott. ad VII, 167. Silius I, 684. hunc locum sic imitatur: *mittitque viros, qui exacta explorent* (fortasse simul respiciens Aen. I, 309.). — **194.** „Praemium, quod pro tanto auso poscere poterat, generosus puer concedere vult amico Euryalo, ipse laude facti contentus esse. Dicas: at infra v. 234 sqq. nihil tale postulat Nisus. Verum antevertit eius postulata generosa voluntate Ascanius pollicendo praemia v. 252 sqq." *Heyn.* Ceterum cum Wagn. vulgarem distinguendi rationem *Si tibi, quae posco, promittunt* mutavimus; quod flagitat oppositio ***tibi** posco* — ***mihi** facti fama sat est.* Süpfl., Gossr. et ceteri recentiores editores omnem distinctionem sustulere, cum ad sensum perinde sit, utrum *tibi* cum *posco*, an cum *promittunt* coniungamus, et Conington diserto contra Wagn. disputat coniungens verba *tibi promittunt.* Peerlk., quod „indignum sit generoso pectore, cum de suis bene posset mereri, ea tantum conditione velle mereri, si amico darent, quae posceret," coni. *Si tibi, quae **spero**, promittunt;* qua coniectura facile supersedemus. Ceterum cum verbis *Si promittunt, - - videor* cf. similis locus II, 349. *Si vobis cupido, - - videtis.* Verba autem *videor reperire* etc. simul continent omissam sententiam primariam: proficiscar ad Aeneam. Ladew. conferri iubet hos locos similiter conformatos: Geo. IV, 281 sqq. Aen. I, 527 sqq. II, 349 sq. IX, 267 sqq. — **196.** ***reperire Posse viam*** etc. Vid. infra ad v. 238. — ***muros et moenia.*** Vid. ad II, 234. Peerlk. praeter necessitatem coni. *ad montes et moenia*, cum Pallanteum ex Aen. VIII, 52. (ubi vid. adnott.) in monte situm fuerit! *Moenia Pallantea* legimus etiam infra v. 241. et in Anth. Lat. II, 193, 38. De forma autem Adi. *Pallanteus* cum oppidum ipsum *Pallanteum* appelletur, vid. adnott. ad I, 686. III, 602. IV, 552. al. — **197.** ***laudum percussus*** (*πληγείς*) ***amore.*** Videtur poeta in mente habuisse Lucretii verba I, 922. *Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.* Cf. etiam Geo. II, 476. ibique adnott. — ***Amor laudum*** legimus etiam Geo. III, 112. Heyn. conferri iubet Valcken. ad Eur. Hipp. 1303., *laudes* autem pro facinoribus praeclaris et virtute, qua ad ea patranda opus sit, positum esse docet, coll. infra v. 252. V, 355. et VIII, 273. Cf. adnott. ad I, 461. Ceterum etiam hic plures Codd. *perculsos* exhibent. Vid. ad I, 513. — **199** sqq. „Euryalus, cum nolit Nyso cedere, periculi communionem sibi deposcit. Certamen hoc inter amicos Silius non infeliciter transtulit ad contentionem similem inter Imilcen, uxorem, et Hannibalem III, 108 sqq. et 78 sqq." *Heyn.* Non videtur opus esse, ut suppleamus *tibi* (*in* summis rebus), i. e. summas res effecturo; possumus etiam coniungere *adiungere summis rebus* (tertio

16*

Nise, fugis? solum te in tanta pericula mittam?
Non ita me genitor, bellis adsuetus Opheltes,
Argolicum terrorem inter Troiaeque labores
Sublatum erudiit; nec tecum talia gessi
Magnanimum Aenean et fata extrema secutus.
Est hic, est animus lucis contemptor et istum
Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem."

Casu), quod Conington pro ,,tibi periclitanti" positum censet coll. infra v. 278. — **200.** *fugis*, refugis, recusas. De *fugiendi* verbo a poetis cum Infinitivo coniuncto cf. Hor. Od. I, 9, 13. Epist. II, 2, 150 sq. Lucr. I, 1051. Tib. I, 4, 69. Ovid. Her. IX, 75. all. — *mittam*, i. e. dimittam, abire sinam. — **201.** Comparant Hom. Il. VII, 198 sq. Comma cum Iahn. et Wagn. non ante, sed post *Opheltes* posui, quo fortior evadit oratio. Memor huius loci poeta Anth. Lat. I, 89, 61. scripsit: *Non ita me genitor, praeclarus nomine Peleus.* — **202.** *Argolicum terrorem*, i. e. terrorem belli Argolici s. cum Graecis gesti. — *inter Troiae labores.* Cf. II, 11. 284. IV, 78. — „*non - - sublatum*: natum et educatum in bello ad Troiam gesto innuit, pro vulgari: non ego sum talis." *Heyn.* Insignis autem laus heroum habebatur in armis quasi natos esse et a pueris bello adsuevisse. Cf. Tibull. IV, 1, 10. *Testis Arupinas et pauper natus in armis* (ibique Interpp.). Apulei. Met. VII, 5. p. 190. Elm. p. 455. Oud. *inter ipsos manipulos educatus* (ibique Pricaeus p. 349.). Cic. pr. Mur. 5, 11. Liv. XXI, 43. et Silius II, 318. — *Tolli* autem verbum proprium esse de patribus, qui liberos tamquam suos agnoscant et educandos suscipiant, res notissima. Si enim filios sibi natos alere volebant, eos humi iacentes in genua tollere et complecti solebant; si nolebant, iubebant exponi. Vid. locos veterum scriptorum in libro meo *Hellas u. Rom* I, 1. p. 311. adn. 162. collectos et Turneb. Adverss. IV, 15. Lipsii Epistt. I, 85. Lambin. ad Hor. Serm. II, 5, 46. Taubm. ad Plaut. Amph. I, 3, 3. Ruhnk. ad Ter. Andr. I, 3, 14. idemque ad Ovid. Her. IV, 124. Orell. ad Hor. Sat. II, 5, 46. alios. — **203.** „*talia gessi*, scil. ut tu refugere possis et nolle me socium suscepti facti adiungere. Igitur iam experimenta virtutis satis clara ediderat iuvenis fortissimus." *Heyn.* — **204.** *Magnanimum Aenean*, ut I, 260. — *fata extrema*, scil. eius, summa pericula, quibus Aeneas erat expositus. *Extrema* enim non ad tempus, sed ad gradum est referendum. Cf. etiam Dietsch. Theol. Verg. p. 34., qui explicat „fata summi periculi maximaeque desperationis" coll. Caes. B. G. II, 25, 2. II, 27, 3. VII, 40, 7. Suet. Ner. 6. extr. et locutione *res, fortuna in extremo sita* ap. Sall. Cat. 52, 11. Iug. 23, 2. alibi. — *fata secutus*, ut I, 382., sed alio sensu. — **205.** *Est hic* δεικτικῶς pro: hic meus. Vid. II, 140. 292. III, 654. IV, 359. 652. 680. VI, 111. VIII, 563. 567. 570. X, 525. et Wagn. Qu. Verg. XX, 5. Sic ab aliis scriptoribus Pronomen *hic* etiam pro *ego* poni constat. Cf. Plaut. Curc. II, 1, 33. Epid. I, 2, 38. Ter. Andr. II, 1, 10. Heaut. II, 3, 115. Hor. Sat. I, 9, 47. (ubi vid. Heindorf). Tib. II, 6, 7. (ubi vid. Vulp. et Dissen.). Ruhnk. ad Ter. Heaut. II, 3, 115. et Cort. ad Lucan. I, 363. De ἀναδιπλώσει *est, est* praeter adnott. ad Ecl. I, 74. cf. Cort. ad Lucan. I, 521. Orell. ad Cic. pr. Mil. 8, 21. Beneck. ad Cic. Cat. I, 1, 3. alios. — *animus* (*lucis*, i. e. vitae: vid. ad I, 31.) *contemptor*, ut ap. Sall. Iug. c. 64. Vid. adnott. ad Geo. II, 145. et Aen. I, 21. cum Bentl. ad Hor. Od. IV, 9, 39. Heyn. cum his verss. sententiae generositate et magnanimitate praestantissimis confert Hor. Od. I, 12, 38. *animaeque magnae Prodigum Paullum;* Lucan. I, 461. *animaeque capaces Mortis, et ignavum rediturae parcere vitae*, et longe exiliorem Statii orationem Theb. I, 607. *Famam posthabita faciles extendere vita.* Ceterum hic versus cum sequentis priore hemistichio iteratur in Anth. Lat. I, 172, 110 sq. — **206.** *bene emi*, vili pretio, ut contra *male emere* i. q. care emere (e. g. ap. Cic. ad Att. II, 4.). Vid. Drak. ad Silium IV, 756. (qui, hunc locum imitatus, sic scripsit: *Optatum bene credit emi quocumque periclo Bellandi tempus*) et Ruhnk. ad Ter. Eun. IV,

Nisus ad haec: „Equidem de te nil tale verebar,
Nec fas; non: ita me referat tibi magnus ovantem
Iuppiter aut quicumque oculis haec aspicit aequis.
Sed si quis — quae multa vides discrimine tali —
Si quis in adversum rapiat casusve deusve,
Te superesse velim, tua vita dignior aetas.
Sit, qui me raptum pugna pretiove redemptum
Mandet humo, solita aut si qua id Fortuna vetabit,

4, 2. Ceterum *emi honorem*, ut ap. Quinct. IX, 5. *Emit morte immortalitatem* et similia. — *quo* pro *ad quem*. Cf adnott. ad V, 489. — *tendis*. Cf. V, 489. 670. — **207.** *de te - - verebar.* Conington comparat Cic. de sen. 6, [18.] *de qua* (Karthagine) *non ante vereri desinam, quam illam excisam esse cognovero.* — **208.** *Nec fas; non.* Peerlk. comparat Senec. de benef. VII, 25. *Non est ista admonitio; non: convicium est,* et Val. Fl. VI, 269. *Non ait, invitoque* etc. Conington vero Cic. de har. resp. 18. *Non ignovit, mihi crede, non* et Aesch. Agam. 1299. *οὐκ ἔστ' ἄλυξις, οὔ, ξένοι.* — *Ita me referat* cett. Cf. adnott. ad Ecl. X, 4., ubi adde Matth. ad Cic. Cat. IV, 6, 11. Meincr. *Uebers. d. lat. Partt.* p. 233. et Haud. Turs. III. p. 471. — *ovantem*, victorem. Cf. V, 331. *victor ovans* ibique adnott. — **209.** *Iuppiter aut quicumque.* Vid. adnot[t]. ad IV, 577. — *oculis aequis*, propitiis, benevolis. Vid. infra v. 234. IV, 372. (ubi eadem verba legimus). VI, 129. Val. Fl. IV, 1. etc. Verba *quicumque oculis haec adspicit aequis* (*adspicit* in *adspicis* mutato) repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 6. et ex parte ibid. v. 31. — **210.** *quae multa vides* cett. Cf. similem locum VII, 200. et adnott. ad VIII, 427. — **211.** De verbis *si quis* post parenthesin repetitis cf. Gronov. ad Liv. XXV, 27, 1. Drak. ad Silium XII, 441. alii. Sic etiam II, 756. (ubi vide adnott.) *si forte* sine parenthesi iteratur. — *casusve deusve.* Cf. Ovid. Met. XIV, 162. *qui te casusve deusve servat, Achaemenide?* Val. Fl. III, 574. *Quis tales impune moras casusve laborve Attulerit* etc. et cf. adnott. ad VII, 605. et I, 370. — V. **212.** memores fuisse videntur Silius III, 94. (*te longa stare senecta Aevumque extendisse velim*) et Val. Fl. V, 26. (*Tiphyn Ante alios superesse volunt*). — „V. **213.** de corporis sepultura accipe: *me*, corpus meum, *raptum*, subductum e pugna, ut toties ap. Homerum ὑπεξέλκεται, ὑπερύεται, ὑπαείρεται ὁ νεκρός.“ *Heyn.* Peerlk. malit *raptum ex pugna*, cum *pugna raptum* vix aliud quid significare possit, quam interemptum. (?) Scimus autem, quantum veteres iustae sepulturae tribuerint. Nisus igitur aut veram humationem, aut certe cenotaphium possit. Cf. quae ad III, 304. adnotavimus. — **214.** Heyn. coniungens verba *humo solita*, explicat: „terra, qua mortui humari sollemni more solent.“ Sic si locum capimus (coll. Schirachio p. 591. et Beckero ad Eleg. Rom. p. 164.), evanescit sane illa difficultas, quam Burm. movit, quomodo advenis Troianis humus Italiae dici possit *solita;* restat autem alia, quam primus tetigit Wagn., quaerens, quo tandem pacto *mandare* cum sexto Casu construi potuerit, quamvis *humo solita* coniunxerit etiam Arusian. p. 247. Lindem.; quare ipse, cum *solitae* ne unus quidem liber scriptus exhibeat, cum Servio, Medic., fragm. Vatic., aliis versum potius sic distinguit: *Mandet humo; solita aut* cett., ut *si qua solita Fortuna vetabit* significent: si Fortuna, ut solet in tali casu, forte vetabit; eumque mutata sententia cum Gossravio, Bryceo, Hauptio, Ribbeckio, Ladew. et Bonoisto nunc secutus sum. Wagn. apte comparat Hor. Od. III, 29, 49. *Fortuna saevo laeta negotio.* (Prius suspicatus eram, *mandandi* vocabulum, liberius usurpatum et latiore sensu condendi, sepeliendi cogitatum, a poeta etiam cum Ablativo coniungi, potuisse, qua in re mecum consensit Süpflins, locum sic explicans: *„der mich niederlege in gewohnter Erde, d. h. nach der herkömmlichen Sitte mich bestatte“*) atque etiam Conington, servans vulgarem loci distinctionem, duas constructiones *mandare humo* (Dat.) et *condere humo* (Abl.)

Absenti ferat inferias decoretque sepulchro.
Neu matri miserae tanti sim caussa doloris,
Quae te sola, puer, multis e matribus ausa
Persequitur, magni nec moenia curat Acestae."
Ille autem: „Causas nequidquam nectis inanis
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Acceleremus!" ait. Vigiles simul excitat. Illi
Succedunt servantque vices; statione relicta
Ipse comes Niso graditur regemque requirunt.
Cetera per terras omnis animalia somno
Laxabant curas et corda oblita laborum:

---

a Vergilio confusas esse censet. Certe non erat, cur Peerlk. coniiceret: *Mandet humo; aut saltem, si qua* etc., atque adeo unius ex auditoribus suis coniecturam commemoraret: *Mandet humo Ausoniae.* Tales sane coniecturas quivis potest facere. Ceterum *solida*, quod editt. quaedam antiquae, Heins. et Burm. exhibent, ut *humus solida* opponatur mari, ubi naufragorum cadavera conduntur, in nullo Cod. legi videtur; quare errat Doederl. (*Lat. Synon. u. Etym.* I. p. 178.), qui *solita* meram Heinsii coniecturam esse censet. — **215**. *absenti*, cuius corpus non adest, quod sepeliri possit, ut inferiis et cenotaphio fungendum sit. (Cf. adnott. ad III, 304. et VI, 505.) — *inferias.* Vid. Geo. IV, 545. — **216**. Apud Schol. Stat. Theb. III, 373., qui hunc versum affert, pro *doloris* apparet *tumultus*, haud dubie librariorum errore, cum scholion pertineat ad haec Statii verba: *ne vobis tanti sim causa tumultus.* — **217**. „*Quae te sola.* Mansit quidem in Sicilia senum et infirmorum inutilis turba (cf. V, 715 sq. 767.); inter longaevas autem matronas *sola* Euryali mater fuit, quae in Sicilia manere nollet." *Heyn.* — *multis e matribus.* Cf. V, 715. et 750. Peerlk. confert Lucan. VIII, 648. *matrum quae sola per undas Et per castra comes.* — **218**. *moenia Acestae*, Segestam. Vid. ad V, 755 sqq. — **219**. „*nectis causas* proprie, dum alia ex alia causa seritur. Sic etiam *texere* et *praetexere causas* dicitur." *Heyn.* Recte enim Wagn. adnotat, cum *nectere* proprie sit i. q. implicare, sic autem implicata difficiliora sint ad solvendum, *nectere*, ut Graec. *πλέκειν*, etiam ad dolos, fraudes, insidias transferri, et *nectere causas* significare i. q. praetexere aliquid capiendi alterius causa. Cf. etiam IV, 51. *causas innecte.* Repetit hunc versum Ausonius in Cent. nupt. 99. atque verba *causas n. n. inanes* leguntur etiam in Anth. Lat. I, 172. 80. et 178, 73., totusque, qui sequitur, versus iteratur ibid. v. 76. — **220**. *loco sententia cedit*, oratione tua vincitur. De hac formula militari et gladiatoria vid. Cort. et Kritz. ad Sall. Cat. 9, 4. Passov. ad Tac. Germ. 6. alii. Vid. etiam Aen. VII, 332. *ne - - cedat Fama loco*, ibique adnott. Contrarium est *sedet* vel *stat sententia.* Cf. adnott. ad II, 660. — **221**. *Acceleremus, ait*, ut VI, 630. — „*vigiles excitat*, i. e. commilitones, qui in statione excubiarum in suum locum succedant, dum ipsi tendunt ad *regem* (v. 223.), Ascanium, *ἄνακτα*. *Heyn.* — *simul.* Vid. ad Ecl. VI, 26. — **222**. *servant vices.* Vid. supra ad v. 164. et 175. Ceterum in Med. et Pal. post *vices* nulla apparet interpunctio atque etiam Servius iure probata altera distinctione sic pergit: „Quidam *servantque vices statione relicta* pro *stationis relictae vices servant* intelligi volunt." — **223**. In verbo *graditur* noli singularem vim quaerere; non differt ab *eundi* verbo in VI, 158. *cui fidus Achates It comes.* — *regem*, puerum regium, Ascanium. Vid. adnott. ad VI, 36. coll. Cic. II. Verr. IV, 27, 61. de Sen. 17. Val. Fl. I, 174. etc. Sic etiam *regina* latiore sensu de puella regia Aen. I, 273. VI, 28. Val. Fl. II, 261. V, 374. 386. 442. VI, 657. Stat. Achill. I, 295. etc. et *reges* de tota familia regis alicuius Liv. II, 2, 8. al. — **224**. Heyn. comparat simile narrationis exordium ap. Hom. Il. X, 1. et 195 sq. Cf. etiam supra VIII, 26. — V. **225**., uno tantum vocabulo mutato, haud dubie ab alia manu adscriptum, iam legimus IV, 528., ubi vid. ad-

Ductores Teucrum primi et delecta iuventus
Consilium summis regni de rebus habebant,
Quid facerent quisve Aeneae iam nuntius esset.
Stant longis adnixi hastis et scuta tenentes
Castrorum et campi medio. Tum Nisus et una
Euryalus confestim alacres admittier orant;
Rem magnam, pretiumque morae fore. Primus Iulus
Accepit trepidos ac Nisum dicere iussit.
Tum sic Hyrtacides: „Audite o mentibus aequis,
Aeneadae, neve haec nostris spectentur ab annis,
Quae ferimus. Rutuli somno vinoque soluti

---

nott. Cf. etiam V, 836. *placida laxabant membra quiete.* Cerda comparat Lucr. IV, 908. *somnus - - animi curas a pectore solvat.* — *oblita laborum* per prolepsin: ita ut obliviscerentur laborum. Cf. adnott. ad Geo. II, 353. Aen. II, 736. III, 237. al. (Adsentitur mihi Conington.) — **226.** *Ductores primi.* Cf. VII, 107. *primi duces.* — Vulgo *primi, delecta iuventus.* Iam prius adnotaveram: „Nescio tamen, an recte *Peerlk.*: „Multi Codd. (?) *et delecta iuventus.* Praefero. Erat consilium militare, ex omni ordine et aetate delectum. *Primi ductores* differunt a *iuventute delecta.* Primi ductores erunt Mnestheus et Serestus, iam aetate provecti. Aderat Aletes, *animi maturus et aevi:* et v. 309. memorantur *primorum manus iuvenumque senumque;*" nunc cum omnibus recentioribus editoribus inde ab Hauptio eum secutus sum, quamvis nesciamus, in quibus Codd. Copula addatur, quae tamen legebatur in editionibus ante Pierium. Cf. etiam infra v. 246. et 309. Wagn. haec adscripsit: „Tangitur mos ducum Romanorum, qui praeter legatos tribunosque interdum etiam centuriones omnium ordinum equitesque ad consilium adhibebant," et in Philol. Suppl. I. p. 389. provocavit ad Lipsium de mil. Rom. II, 8. Tom. III. p. 84. edit. Vesal. Cf. igitur supra v. 173. *Ductores primi* respondent *Rectoribus iuvenum* et *delecta iuventus* ipsis *iuvenibus* ibi commemoratis. Cf. etiam IV, 130. VIII, 499. (et VII, 672.) Conington putat, Vergilium imitatum esse Lucr. I, 86. *Ductores Danaum delecti, prima virorum.* — V. **227.** secundum Servium est Lucilii, qui (I, 1. Gerl.) sic scripsit: *Consilium summis hominum de rebus habebant.* — **229.** *Stant longis adnixi hastis.* Cf. Hom. Il. III, 135. et VIII, 493 sqq. — Pro *et scuta tenentes* Ribbeck. ex coni. prorsus supervacanea edidit *in scuta tuentes*, haud dubio quia in uno Pal. a m. pr. legitur *en scuta.* — **230.** „Castra erant in campi planitie; ideoque ipsa castra campum intra vallum habebant, ut forum est in media urbe." *Heyn.* Accuratius Donatus: „*Campus* spatium intra castra constitutum ad tractatus necessarios;" quibus Wagn. addit: „ergo locus in castris Romanis, qui appellabatur *Principia.*" Cf. Liv. VII, 12. XXVIII, 24. Tac. Hist. III, 13. Iustin. XI, 6. Nep. Eum. 7. etc. De omissa Praep. *in* vid. ad Geo. III, 237. — **231.** *alacres orant confestim admittier.* De hac constructione vid. ad Ecl. II, 43., de forma *admittier* ad Geo. I, 454. Aen. IV, 493. VII, 70. et al. — **232.** *Rem magnam* (esse, quum adferant) et *pretium fore morae*, scil. consultationis tempore sibi audiendis dato interruptae. (Adsentitur mihi Conington.) „Alii sic acceperant, ut *pretium* sit pro poena, noxa, quam luituri sint, si non extemplo se admittant. Vid. Serv." *Heyn.* — **233.** *Accepit.* Cf. VIII, 178. — *trepidos* prae festinatione. Cf. v. 231. *alacres*, et XI, 453. *Arma manu trepidi poscunt.* — **234.** *mentibus aequis*, ut supra v. 209. *oculis aequis.* — **235.** *spectentur*, iudicentur, aestimentur. Cf. Ruhnk. ad Ter. Andr. IV, 1, 22. — *ab annis*, pro usitatiore *ex annis* (ut ap. Ter. Andr. IV, 1, 22. *ex animo spectare*, ap. Cic. Tusc. V, 10, 31. *ex singulis vocibus spectare* et similia). Cf. Hand. Turs. I. p. 54 sq. — **236.** *Quae ferimus*, referimus, nuntiamus. Vid. ad I, 645. — *somno vinoque soluti*, somno soluti, qui gravis est e vino. Vid. supra v. 189. Etiam hic aliquot Codd. *sepulti*, quod non erat

Conticuere; locum insidiis conspeximus ipsi,
Qui patet in bivio portae, quae proxuma ponto;
Interrupti ignes, aterque ad sidera fumus
Erigitur; si fortuna permittitis uti,
Quaesitum Aenean et moenia Pallantea,
Mox hic cum spoliis ingenti caede peracta
Adfore cernetis. Nec nos via fallet euntis:

cur Peerlk. praeferret. — **237**. *Conticuere* Heyn. ex optimis Codd. revocavit, quem posteriores editores secuti sunt. Pauci tantum Codd. (inter quos Pal. Gud., qui tamen etiam alteram adscribit lectionem, et Bern. III.) *Procubuere*, quod ex v. 190. huc translatum. Cf. potius II, 253. — *insidias* ad clandestinum egressum referendas esse docet Heyn. — **238**. Cf. hic, quae de situ locorum Heyn iam ad v. 195. adnotavit: „Castra Troianorum ad Tiberis fere ostia in orientali littore erant sita (vid. ad VII, 157.) fronte versus littus, quo Laurentum situm erat, versa, ita ut via Laurentum secundum littus duceret. A sinistra parte ad amnem, a dextra moenia ad mare pertinebant. (Cf. v. 469. 790.) - - Hic fortasse porta ad mare et stationem navalem (v. 69.) ducebat, qua Nisus et Euryalus egressi ad tumulum tendere volebant, sub quo viam ad Pallanteum, urbem Evandri, in littore Tiberis ad mare defluentis reperiri non dubitabant. - - A Laurento via secundum littus ducebat, unde, utpote in tractu campestri, prospectus in interiores terras esse potuit. Iam *portae bivium*, cum altera via Laurentum et versus castra Rutulorum, qui ab his partibus venerant, duceret, altera ad laevam et a tergo castrorum in interiores terras.“ — **240**. *Erigitur*. Cf. VIII, 25. - **241**. Vulgo h. l. sic scriptum et distinctum edunt: *si f. permittitis uti*: *Quaesitum Ae. ad moenia Pallantea Mox* cett., quae Heyn. sic interpretatur: „*Si fort. permittitis uti* nos, ut in hac hostium incuria et socordia castris clam erumpamus: *mox cernetis Aeneam quaesitum*, inventum, *ad Pallanteum, hic adfore* reducem.“ Nos omnes fere Codd. et Servium secuti cum Both., Iahn. et Wagn. restituimus *et moenia*, quod etiam editores me posteriores praeter Bryceum receperunt; vulgatum enim *ad moenia* (quod pauci modo Codd. praebent — de Palat., cui Wagn. hanc lectionem vindicat, tacet Ribbeck. —) ex interpretamento ortum videtur, quam suspicionem praeter Lips. II., in quo *ad* superscriptum sit cum explicatione *ibimus*, hoc Donati scholion iuvare memorat Wagn.: „Pergemus quaesitum, h. e. ad inquisitionem Aeneae, ad Pallanteam civitatem.“ *Quaesitum* igitur est Supinum ab *uti* pendens et pro: *ut quaeramus* positum; apodosis autem incipit a voc. *Mox* v. 242. Latius enim patere Supini usum (de quo praeter alios cf. Vir doct. in Ephem. lit. Halens. 1826. ch. 259. p. 410 sqq. Schmid. de Infin. §. 29. p. 58. Hoffmann. in Iahnii Annall. 1828. Vol. II. p. 251 sqq. et Gernhard. de Supino et Gerundio ap. Lat. in Opuscc. p. 110 sqq.) quam vulgo praecipiatur, Wagn. docet Licinii Macri verbis a Sallustio Hist. l. III. servatis: *Neque ego vos ultum iniurias hortor*. — *moenia Pallantea*, ut supra v. 196. Ceterum Servius memorat esse, qui hunc versum post v. 243. transponant; sed vulgarem ordinem etiam Priscianus p. 810. servat. — **243**. *adfore*, scil. nos, non Aeneam, ut vulgo hunc locum intelligunt, utque eum intelligendum esse Peerlk. quoque et Ladew. in Append. p. 262. multis verbis docere student. Verissime enim *Wagn.*: „Ineptum erat promittere, Aeneam mox *cum spoliis, ingenti caede peracta*, adfore. Cum paucis ille profectus erat; nec quid is interea rerum egisset, compererant Troiani. At ipsi iuvenes hanc spem animo conceperant, qui noctis auxilio usi somno ac vino gravatos hostes aggressuri essent.“ Cf. v. 188 sqq. — *Adfore* autem pro *adesse*, quod proprie ponendum erat, accommodato nimirum tempore Infinitivi ad tempus Verbi regentis. Ceterum non de reditu, sed de sola praesentia cogitandum esse, docet Adv. *hic;* alias enim *huc* scribi debebat. Ex iis, quae Peerlk et Ladew. opponunt, unum modo aliquid ponderis videtur habere, sequens *nos* indicare oppositionem et omittendum fuisse, si *adfore* ad Nisum et Euryalum referendum esset.

Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem
Venatu adsiduo et totum cognovimus amnem."
Hic annis gravis atque animi maturus Aletes:
„Di patrii, quorum semper sub numine Troia est,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,
Cum talis animos iuvenum et tam certa tulistis

Sed adiectum puto, quia sequuntur verba *Vidimus obscuris* etc., ut oppositio potius haec sit: Alios fortasse via fallet, nos, qui viderimus etc., non fallet. Lectionem autem *fallet* pro vulg. *fallit* (quam cum Süpflio et Bryceo etiam Ribbeck. retinuit) cum Hauptio, Wagn. (in recentiss. edit.) et Ladew. ut aptiorem ex Mediceo nnno recepimus, quamquam etiam in Anth. Lat. I, 170, 58., ut in ceteris Codd. *nec nos via fallit euntes* legitur. — V. **244.**, quem Peerlk., levibus de causis spurium censet, verba sic iunge: *Vidimus sub vallibus*, i. e. in valle collocati (*in der Tiefe dunkler Thäler*: cf. adnott. ad I, 680. et III, 5.), *urbem* in monte positam. — *obscura vallis* eadem, quae Horatio Ep. I, 16, 5. *opaca*, Tibullo II, 3, 72. *umbrosa*. — *sub vallibus*. Cf. Ovid. Fast. IV, 427. *Valle sub umbrosa locus est* et similes locos cum Burm. adnot. ad Ovid. Met. I, 689. p. 81 sqq. Nos dicimus *im Thale unten*, ut pro nostro *oben auf dem Berge* Latini ponunt *supra monte*. Cf. adnott. ad Aen. I, 680. et Unger. de Valg. Rufo p. 278. et 469. — *primam urbem*, primam partem urbis his vallibus obversam prima urbis aedificia. Vid. ad I, 541. et Cirin 212. Aliter tamen *Iahn: „die nächste (die erste) Stadt von hier*. Ita sane Nisus non aperte nominat urbem Pallanteum; sed cum inter illam et castra Troianorum alia urbs non interiaceret, *prima urbs* non alia esse potuit, quam regia Evandri." Heinsius *primam* pro *primum* positum censet, quod re vera exhibet Nonius p. 359. — Ceterum cum Wagn. Comma vulgo post *urbem* positum delevimus, cum verba *venatu assiduo* ad utrumque sententiae membrum pertineant, Vergilius autem Copulam *et* non tertio loco ponere soleat. Unum, qui huic observationi adversetur, locum XII, 831. *summi thoracis et oras*, Wagn. excusari censet Substantivi cum Genitivo coniunctione. Peerlk. sane una cum toto v. 244. etiam hanc Copulam exsulare iubet. — **245.** *Venatu adsiduo*, Ablativi absoluti pro: dum assidue venabamur. Cf. adnott. ad Geo. IV, 219. et al. *Assiduo* autem *venatu* ad *totum amnem* cognoscendum opus erat. — *totum amnem*, i. e. totum amnis (Tiberis) cursum. — **246.** *annis gravis*. Vid. ad Aen. II, 436. Sic etiam Graeci, velut Soph. Oed. T. 17. *οἱ δὲ σὺν γήρᾳ βαρεῖς ἱερῆς*, Theocr. XXIV. 100. *βαρὺς ἐνιαυτοῖς*. — *animi maturus*. Vid. ad Aen. V, 73. Geo. IV, 491. al. Aliquot Codd. secundi ordinis (cum iis vero etiam Rom.) *animis*, quod ab Iahn. ad I, 411. probatum, mihi, ut Wagnero, antecedenti *annis* deberi videtur. Vid. etiam adnott. ad Geo. IV, 132. Ceterum cf. Ovid. Met. VIII, 618. *Lelex, animo maturus et aevo*. — *Grandaevus Aletes* iam I, 121. commemoratus. — **247.** *quorum sub numine Troia est*. Vid. ad II, 703. Wagn. hic confert Silium XVI, 655. *sub numine quorum Gens Troiana sumus*. — **248.** Comparant Hom. Od. IV, 754 sq. — *Non tamen* solandi vim habet. Cf. adnott. ad Ecl. X, 31. et infra v. 315. Haud raro autem *non tamen omnino, nil tamen omnino* apud poetas legitur. Cf. Hand. Turs. IV. p. 377. — *Delere* ad homines relatum legitur etiam ap. Lucan. II, 81. Silium I, 514. II, 185. VII, 549. IX, 39, 532. Claud. in Eutrop. I, 96. Caes. B. C. III, 70. Iust. II, 8, 3. Cf. Heins. et Drak. ad Sil. IX, 39. — *paratis*. Cf. VIII, 476. *Iungere castra paro* et imprimis II, 121., ubi *parare* de fato dicitur, ut hic de diis. Ceterum cf. similis locus V, 687. — **249.** *Cum tulistis*. Indicativus positus, quia de re agitur, quam Aletes certam exploratamque esse ex ipso eventu intellexit et *cum* respondet nostro *indem, insofern*. (Cf. Cic. pro Caec. 27, 79. pro Mil. 36, 99. ad Fam. XV, 11, 2. de Or. II. 37, 154. etc.) Quare etiam haud raro pro. *quod* ponitur. (Cf. Cic. pro Mil. 36, 99. ad Fam. IX, 14, 3. XIII, 24, 2. etc.) Deorum autem beneficio nasci talia ingenia, recte memorat Wagn.

Pectora. — Sic memorans humeros dextrasque tenebat
Amborum et voltum lacrimis atque ora rigabat. —
Quae vobis, quae digna, viri, pro laudibus istis
Praemia posse rear solvi? Pulcherrima primum
Di moresque dabunt vestri; tum cetera reddet
Actutum pius Aeneas atque integer aevi
Ascanius, meriti tanti non inmemor umquam."
„Immo ego vos, cui sola salus genitore reducto,
Excipit Ascanius, per magnos, Nise, Penatis
Assaracique Larem et canae penetralia Vestae
Obtestor, — quaecumque mihi fortuna fidesque est,
In vestris pono gremiis, — revocate parentem,

— *certa*, i. e. fortia, animosa, ad quidvis audendum parata (*entschlossene*) *pectora tulistis* obtulistis, protulistis. Conington confert I, 605. *quae te tam laeta tulerunt Saecula?* Ceterum quomodo hic *animi* et *pectora* differant, docuimus ad VI, 261. Fortasse hunc locum respexerunt Silius X, 279. *Nec vero spes angustae, cum talia restent Pectora Romuleo regno* et auctor Alcestae in Anth. Lat. I, 172, 154. *Aeternam moriens famam tam certa tulisti.* — **250.** *humeros d. t. amborum*: „nempe alteri inhaerebat Aletes post alterum et sinistram imponebat humero, dextra dextram amplectebatur." *Wagn.* Verba *humeros dextramque tenebat Amborum* iterantur in Anth. Lat. I, 172, 138. — **251.** Cf. VI, 699. *Sic memorans largo fletu simul ora rigabat.* Voces *voltum atque ora* etiam X, 821. coniunctas legimus. — **252.** *pro laudibus istis.* Vid. supra ad v. 197. Hanc autem lectionem, quam etiam Servius testatur, Heins. ex Medic. et plurimis libris restituit loco vulg. *pro talibus ausis*, quod pars Codd. cum Macrob. VI, 6. 12. p. 535. Ian. (p. 185. Bip.) agnoscunt, sed ex II, 535. (vel XII, 351.) interpolatum est. Peerlk. tamen Valer. Flaccum II, 242. sic scribentem: *Sed tibi nunc quae digna tuis ingentibus ausis Ora* [potius *Dona*] *feram?* hanc lectionem hic invenisse suspicatur. Iterantur autem haec verba *pro laudibus istis* infra X, 825. — **254.** Conington confert I, 603. *Di tibi - - praemia digna ferant.* — *moresque vestri*; nam secundum Cic. Phil. II, 44, 114. *satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus.* — **255.** De voc. *Actutum*, non solis Comicis frequentato, sed etiam apud Cic. Phil. XII, 11, 26. et Livium XXIX, 14, 5. apparente, praeter Serv. ad h. l. vid. Prisc. XV, 4, 20. p. 1013. Charis. p. 175. et Hand. Turs. I. p. 71. — *integer aevi*, i. e. integerrima aetate s. iuventute florens, legitur etiam Aen. II, 638. et apud Ovid. Met. IX, 440. Sic Stat. Theb. I, 415. *integer annorum*, Hor. Od. I, 22, 1. *integer vitae*, ei. Sat. II, 3, 65. *integer mentis.* ibid. v. 220. *integer animi* cett. Vide modo ad v. 246. et de voc. *integer* cf. adnott. ad Aen. l. l. Ceterum non ornare tantum hoc epitheton, quod Heyn. censet, sed spem facere Niso et Euryalo perpetuae gratiae obtinendae, quare etiam adiiciantur illa *meriti t. non immemor umquam*, vere observat Wagn. — **257.** *vos - - Nise*, ut infra v. 525. *Vos, o Calliope.* Vid. ad I, 140. et infra ad v. 525. Praeter Nisum scilicet etiam Euryalum cogitat. — **258.** *Excipit.* Vid. ad IV, 114. — **259.** „*Assaraci Larem*, non tamquam Assaracus Lar fuerit, ut Cerda et alii, sed pro Lare maiorum, inter quos fuit Assaracus, doctius hunc unum memoravit poeta, ut I, 284. *domum Assaraci* dixerat. Ergo est: obtester per Penates et Lares domus meae." *Heyn.* Obtestatur autem per eos deos, a quibus maxime pendebat salus urbis et imperii. — *canae Vestae*, antiquissima religione cultae. Vid. ad V, 744., ubi eundem fere versum iam legimus. Ceterum cf. Silius III, 566. *Assaracique Larem et Vestae secreta feramus.* — 260. „*fides* pro spe et voto saepe ponitur; quae speramus eventura, iis aliqua ex parte fidem habemus. Ergo: quaecunque mihi fortuna, et quaecunque mihi spes est, ea in desideratissimi parentis reditu est posita." *Heyn.* — **261.** *In vestris pono gremiis*

Reddite conspectum; nihil illo triste recepto.
Bina dabo argento perfecta atque aspera signis
Pocula, devicta genitor quae cepit Arisba,
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta,
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.

(*ὑμῶν ἐν γούνασι*), fidei et curae vestrae committo. Magis proprie ap. Ter. Adelph. III, 2, 35. *Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat patris.* Inservit autem *gremium* omnino summae curae et tutelae hominis alicuius cari et dilecti significandae, quia matres in gremio foveut infantes, unde *gremio fovere* (I, 718.), *gremio accipere* (I, 685.), *gremio excipere* (VII, 283.), *tenere in gremio* (Catull. 45, 2) et multa similia explicanda. — **262.** *conspectum.* Cf. VI, 108. *conspectum cari genitoris.* — **263** sqq. Poeta aute oculos habuit Hom. Il. IX, 122 sqq. et X, 321 sqq. Larga quae Niso et Euryalo promittuntur praemia docent, quam gratum et exoptatum Ascanio Troianisque omnibus in tanto discrimine sit consilium ab iis captum. — *Bina pocula, gemini tripodes, duo* auri *talenta* nou commemorantur, quia duo homines donandi sunt, sed quia omnino par earundem rerum douo dari solebat. Cf. Ecl. II, 40. III, 44. Aeu. V, 61. 266. 306. et Ladew. ad h. l. — *argento perfecta*, tota argentea. Cf. infra v. 357. — *aspera signis pocula.* Vid. ad Ecl. III, 37. et Aeu. V, 267. Heiurich. comparat Pind. Isthm. VI, 58. *οἰνοδόχον φιάλαν χρυσῷ πεφρικυῖαν.* — **264.** *Arisba*, Troadis oppidum ad Sellcentem haud procul ab Abydo situm. Cf. Hom. Il. II, 836. (ibique Eustath.) Strab. XIII. p. 590. Steph. Byz. h. v. Pliu. V, 30, 33. et liber meus geogr. II. p. 150. „Difficultas hic in eo inest, quod Arisba, Troadis urbs, Troianis auxilia ab Asio adducta misit: vix adeo assequi licet, quomodo urbs sociorum a Troianis capi potuerit. Sed repetiit hoc poeta ex rebus, quae Troianum bellum antecesserant; uam ab Anchisa captam urbem uarrat. Potuit igitur fabulam sequi, quae cum pluribus aliis de rebus Troianis uarrationibus intercidit.“ *Heyn.* — **265.** Cf. Hom. Il. IX, 122. *ἕπτ' ἀπύρους τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα.* — *tripodas.* Vid. ad V, 110. — *magna talenta.* Vid. adnott. ad V, 248. — **266.** *Cratera antiquum*, antiquo opere insignem ideoque pretiosum. Cf. adnott. ad Ecl. V, 68. — *dat.* Verissime Wagn. (quocum etiam Freudenberg. Viud. Verg. p. 18. conseutit) aduotat, Substautiva quaedam, quae condicionem aliquam durantem indicent, ut *donum, munus, prolem, victorem* cett., a poeta interdum per Praesentia verborum exprimi, ut h. l. *quem dat* positum sit pro: quod donum est Didonis s. quem possideo donatum a Didone. Comparat Vir doct. infra v. 361. Geo. I, 227. Aeu. VII, 485. VIII, 294. (ubi vid. aduott. et adde XI, 172.) et exempla a se ad Eleg. ad Messal. p. 27 sq. collecta. Cf. vero etiam aduott. ad I, 99. 316. II, 275. 663. VII, 485. VIII, 141. Ecl. VIII, 45. et al. Reiicienda igitur arguta Iahnii (ad II, 275.) interpretatio: „quem cum mihi dederit Dido, egoque tibi dem, ipsa quasi Dido tibi dare videtur.“ Ribbeekio Proleg. p. 81. Didonis memoria hic multo minus apta videtur, quam XI, 74. Peerlk. (cui adsentitur Ribbeck. Proleg. l. l., „aegre sibi ipsum imperasse professus, ut hos versus in textu relinqueret“) non solum ob hoc Praesens et ob Copulae defectum, sed etiam alia de causa totum versum spurium censet. „Promittit, inquit, omnia duplicia, bina pocula, tripodas geminos, duo talenta, unum nempe Niso, alterum Euryalo. [? Vide supra.] Tum Niso alia promittit ex praeda, sorti excepta, quae non promittit Euryalo. In tali divisione locus esse non potest *uni crateri;*“ quae aliquam veri speciem habere nemo negabit; ut omnino hic nimium esse in promittendo Ascanium et polliceri, quae patrem daturum esse vix sperare possit, in promptu est; quare Peerlk. etiam vv. 272—274. vult deletos. Omnibus tamen Codd. invitis hos versus damnare noluerim, et si Gossr., qui multus est in huius loci ineptiis demonstrandis, disputationem suam his verbis claudit: „Aut Vergilius omni mente captus fuit aut aliquis homo fatuus et ineptus Vergiliana suis absurditatibus auxit aut Vergilius varia reliquit tentamina, e quibus optima eligeret,“ potius huic ultimae

Si vero capere Italiam sceptrisque potiri
Contigerit victori et praedae dicere sortem:
Vidisti, quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus; ipsum illum, clipeum cristasque rubentis
Excipiam sorti, iam nunc tua praemia, Nise.
Praeterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora captivosque dabit suaque omnibus arma;

---

sententiae subscripserim. — **267**. Comparant Hom. Il. IX, 135 sqq. *Si - -, Vidisti - -, ipsum illum* etc. Cf. locus similiter conformatus supra v. 194 sq. — *sceptra* pro regno. Cf. adnott. ad VII, 422. — **268**. *victori*, scil. mihi. Cf. adnott. ad II, 79. 674. III, 380. VI, 687. al. — *praedae* (tertio Casu) *dicere sortem*. Sic pro vulg. *ducere* Med. Pal., Gud. a m. pr. aliique Codd. et Servius, quos, Heinsio suasore, cum Wagn. secutus sum, cum insolentior locutio *dicere sortem* facillime in usitatam illam *ducere sortem* (a Marklando Stat. Silv. V, 3, 92. defensam) mutari, contra vero nemini facile in mentem venire potuerit pro *ducere* scribere *dicere;* quare etiam me posteriores (praeter Peerlk. et Bryceum) hoc receperunt. *Dicere* autem *sortem*, i. e. modum sortitionis constituere, s. constituere et tribuere suam cuique partem, multo melius convenit Ascanio *victori*, quam *ducere sortem*, quod et ipsum nihil aliud significare posset, quam *s. ducendam curare*, cum duces non ipsi ducant sortem, sed ante sortitionem ad solos milites pertinentem, suam praedae partem ut *exsortem honorem*, ἐξαίρετον γέρας, sibi eligant; quod etiam Wagn. docet. Cf. etiam infra v. 271., ubi Ascanius in sortitione eximit equum et arma Turni praeter sortem Niso donanda, quod et ipsum est *sortem dicentis*, non *ducentis*. Servius addit: „Alii *deicere* legunt secundum illud (V, 490.) *Deiectamque aerea sortem Accepit galea*, i. e. sortiri praedam“; quare Heinsius putat, eum in Codd. invenisse antiquiorem verbi *dicere* formam *deicere*, quam parum intellexerit. — **269**. Cf. Hom. Il. X, 322. Paulo impudentiorem hic esse Ascanium, qui promittat, quae nondum habeat, neque tam facile sibi parare queat, nemo potest infitias ire. Recte tamen Conington memorat, Ascanium haec promittere patris nomine tamquam regis (coll. v. 223.). Aliquot Codd. deterioris notae *vidistis* (quod etiam ap. Macrob. VI, 6, 12. p. 535. Ian. s. p. 185. Bip. vulgo edebatur); sed meliores in vulg. lectione consentiunt. Conington docet, constructionem hanc esse: vidisti equum, quo ibat, arma in quibus ibat, coll. adn. ad Geo. IV, 150. — *Turnus aureus*, aureis vel potius auratis armis ornatus. — *equo ibat* (cf. X, 213. *navibus ibant*), *in armis*, ἔβαινε ἐν τεύχεσι. Heinrich. conferri iubet Graev. Lectt. Hesiod. c. 20. De Indicativo *ibat* vid. adnott. ad Ecl. IV, 52. coll. cum iis, quae ad Aen. II, 738. adscripsimus; de verbis autem *in armis* vid. adnott. ad III, 595. IV, 518. et V, 37. Praepositio etiam omitti poterat, ut I, 751. — **270**. „Bothius [cui adsentitur Peerlk.] offensus asyndeto correxit: *ipsum illum et clipeum*. Sed respondent haec vv. praecedentibus *quo Turnus equo, quibus i. in armis*, quae eodem modo ἀσυνδέτως poeta protulit.“ Haec *Iahn.*, qui etiam cf. ad I, 90. — *cristas rubentes*. Vid. supra ad v. 50. et 163. — Rom. exhibet *comantes*, quod fluxit ex III, 468. — **271**. *Excipiam sorti*. „Habebis Turni spolia tamquam γέρας ἐξαίρετον, munus eximium. Cf. V, 534. VIII, 552.“ *Heyn.* De antiqua forma Ablat. *sorti* vid. adnott. ad Geo. IV, 165. — *iam nunc tua praemia*. Cf. Stat. Theb. X, 35. *praedam asservatis opesque Iam nunc vestras.* — **271** sq. Promittit duodecim mancipia utriusque sexus. Si enim duodecim mares, duodecim feminas promitteret (quae Ladewigii est sententia), *totidemque captivos* vel simili ratione dicendum erat. Non tamen nego, poetam (imprimis cum etiam *matres* sint captivae) minus accurate scripsisse. *Matres* poetae simpliciter sunt feminae. Vid. ad II, 489. — *lectissima matrum corpora*. Vid. Geo. III, 51. I, 193. II, 18. V, 318. al. — *bis sex*. Cf. adnott. ad I, 71. „Quod adiecit *suaque omnibus arma* obscurum esse potest, si servos cogites; sed *captivos* memoravit, quos armatos ceperat, armisque spoliaverat: eos dona-

Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.
Te vero, mea quem spatiis propioribus aetas
Insequitur, venerande puer, iam pectore toto
Accipio et comitem casus conplector in omnis.
Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus;
Seu pacem seu bella geram, tibi maxima rerum

---

bit una cum armis.“ *Heyn. Wagn.* haec adnotat: „Dativus habendi notionem sustinet; hinc *sua omnibus arma*, i. e. quae cuique sunt arma, *αὐτοῖς τεύχεσιν.*“ Ut autem feminarum donum pretiosius fit earum pulchritudine (*lectissima corpora*), sic virorum armis iis redditis. Ceterum *omnibus* ad solos *captivos* referendum esse, per se patet; quare non erat, cur Peerlk., qui hunc totum locum (v. 372—374.) spurium habet, haec adnotaret: „Ergo et matres sua habebant arma. - - - Fortasse Grammaticus [quem scilicet huius loci auctorem fingit] simul complexus est instrumenta mulierum textoria.“ Immo in eiusmodi locis non haerendum, si cogitamus, Aeneidem esse opus imperfectum, cui ultimam limam admovere auctori non licuerit. — V. 274. Servius recte ad *τὸ τέμενος*, s. eam agri partem refert, quae priscis regibus honoris causa tamquam propria a populo erat assignata. Heyn. conferri iubet Hom. Il. VI, 194. eodemque spectare docet infra v. 388. (Cf. praeterea Dion. Hal. III, 1. Liv. II, 10. 13. alii.) — *Insuper his*, i. e. super haec, praeter haec insuper. De Part. *insuper* apud poetas et paucos quosdam scriptores prosaicos, Vitruvium maxime, Praepositionis instar cum Ablativo, interdum etiam cum Accusativo constructa vid. Ruddim. II. p. 334. et Haud. Turs. III. p. 368. (Gossr. tamen, *insuper* pro simplici Adverbio habens, ad *his* supplet *addam*.) Peerlk. igitur (et cum eo Ladew. in Append. p. 262.: vide infra) sine iusta causa haeret in hoc „inusitato dicendi genere,“ et hunc versum etiam propterea a Vergilio scribi non potuisse opinatur, quod Latinus numquam fuerit Aeneae inimicus, sed foedere cum eo coniunctus, ideoque etiam agro suo numquam privari potuerit. Sed quomodo, quae postea sunt facta, nunc in censum venire possunt? Nonne potius post ea, quae Turnus molitus erat, omnia etiam ad bellum cum Latino gerendum spectare videbantur? Haupt. et Ladew. receperunt Med. lectionem *is*, quam ille, Lachmannum ad Lucr. IV, 933. p. 262. secutus, haud dubie pro contracta Ablativi forma (de qua tamen valde dubitandum, cum Vergilius formis *iis*, *eius*, *ei*, *eorum* omnino abstinuerit: cf. Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 389.), hic vero perperam pro Nominativo habet, qui hic prorsus otiosus est. Recte igitur Wagn. l. l. et cum eo Ribbeck. et Conington *his* defendunt. — 275. *mea quem* cett. pro: cui aetate propior sum. Imaginem autem de stadio s. circo repetitam esse, quisque videt. Cf. autem Ovid. Met. III, 541. *vosne acrior aetas, o iuvenes propiorque meae - - decebat?* et Calpurn. Ecl. IV, 18. *Quem vicina meis natalibus admovet aetas.* — 277. *pectore toto Accipio*, ut *toro accipere* VIII, 178. Simili sensu *pectore noctem accipere* legimus IV, 530. quod Conington adnotat, simul comparans VIII, 712. *tota veste vocantem.* Servius confert Cic. Legg. I, 18, 49. *Si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur.* — *comitem casus in omnes.* Sic Lucan. VIII, 589. *An tantum in fluctus placeo comes?* Val. Flacc. IV, 163. *nec vestros comes aspernandus in actus.* id. I, 733. *Me quoque, ait, casus comitem, quicunque propinquat, Accipias.* Silius X, 135. *Omnes comes ibat in actus.* Cf. etiam Silius I, 76. *Et se participem casus sociarat in omnes* cett. — 278. Conington memorat, aut *meis rebus* positum esse pro *mihi* (coll. infra v. 301.), aut locum sic esse capiendum: nulla gloria quaeretur (a me) meis rebus, „*for my fortunes*“, coll. Geo. IV, 449. Hanc alteram rationem praefero. — 279. Iahn. in priore edit. verba *Seu pacem seu bella geram* (de quibus vid. adnott. ad VII, 444.) cum antecedentibus iungit, Commate post *rebus* posito. Sed cum sequentia verba *tibi maxima rerum Verborumque fides* apertum sit per chiasmum, quem dicunt, respondere illis *seu pacem seu bella*, quod iam Donatus sensit (Conington vero negat, qui hic invenit „*simply an exhaustive division of life, actions*

Verborumque fides.“ Contra quem talia fatur
Euryalus: „Me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit; tantum fortuna secunda
Haud adversa cadat. Sed te super omnia dona
Unum oro: genetrix Priami de gente vetusta
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus

---

and words“ et locum sic interpretatur: tibi maxume credam et facta et verba) et gravis loco insit gradatio, quae plane tollatur verbis *seu pacem seu bella geram* ad antecedentia relatis, equidem cum Wagn. Heynii rationem servandam censui, Semicolo tamen, quod ille post *geram* posuit, in Comma mutato. Cf. loci a Wagn. collati Ecl. VIII, 6 sq. X, 37 sq. Geo. III, 49 sq. IV, 25, 33 sq. Aen. I, 569 sq. VII, 199. XI, 443 sq. Non tamen reticendum, etiam Iahn. in altera edit. hoc bene perspexisse, ita ut (non minus, quam omnes posteriores editores praeter Bryceum, etiam Wagn. ipse in min. edit.) in distinguendo hoc loco me sequeretur. — „*tibi maxima rerum verborumque fides* erit, habebitur, rebus et verbis tibi committendis; h. e. tecum omnia consilia mea et gerendas res communicabo. [Et *res* quidem ad bellum gerendum, *verba* autem ad deliberationem consilii publici spectare, in promptu est.] Quodcunque autem vel cum fide ac fiducia vel propter fidem facimus, id omnino *fides* designat. Vid. supra ad v. 260.“ *Heyn.* — **280**. *Contra quem talia fatur*, i. e. cui sic respondet, non: cui haec opponit. Cf. etiam VI, 398. — **281** sqq. Ego vero allaborabo, ut huic forti facto tota vita sit consentanea.“ *Heyn.* — *tam fortibus ausis Dissimilem*, post res tam fortiter et audacter gestas timidum et ignavum. *Tam fortibus ausis* legimus etiam in Anth. Lat. I, 170, 57. — *arguerit*, i. e. non spero fore (s. non committam), ut arguat. Futurum enim exactum ad opinionem et propositum loquentis referri docet Wagn., coll. infra XII, 316. ubi vid. adnott.) et Lindemann. ad Plaut. Capt. II, 2, 64. Asseverat igitur Euryalus, quae fore persuasissimum habet; quam vim inesse Futuro exacto, rem futuram ita significanti, ac si iam facta esset, iam alibi vidimus. Cf. adnott. ad II, 77. et supra ad v. 154. Conington confert Catull. LXII (LXIV), 322. *Carmine, perfidiae quod post nulla arguet aetas.* — **282**. Heyn. (quem Wagn. in maiore edit. secutus est) hunc locum sic constituit: - - *Dissimilem arguerit; tantum; Fortuna secunda Aut adversa cadat;* ad *tantum* supplens: de me polliceri audeo, scil. quaecunque fortuna erit; quae ratio mihi omnium minime probatur, cum sic necessario scribendum fuisset: *fortuna sive secunda sive adversa cadat.* (Vid. tamen II, 690. et IX, 636.) Immo si haec lectio retinenda sit, iungam potius *dissimilem tantum*, i. e. tam, adeo dissimilem, scil. ut tibi non omni tempore aeque prober. Sed cum Cod. Medic. locum sic exhibeat: *arguerit tantum f. sec. Haut adversa cadat*, et lectioni *Haut* s. *Haud* etiam Pal., Rom. (qui et ipsi *tantum* cum sequentibus verbis coniungunt) Mentel. I., duo Morett. et Gud. a m. pr. cum Servio patrocinentur, horum vestigia sequenda esse cum Iahnio censui, ut haec sit sententia: modo ne fortuna, quae nunc secunda est, fiat adversa; illud tantum opto, ne fortunae nunc secundae mutatio in adversam accidat. Et sic iam Symmachus locum intellexit, qui Epist. I, 28. haec scripsit: *Nec umquam dissimilem scriptis talibus dies arguerit: modo fortuna munifica posterorum secundet optata.* Nemo enim, puto, locum sic intelliget, ut, Commate post *secunda* posito, haec sibi opponantur: *tantum Fortuna secunda cadat, Haud adversa;* quod ieiunum esse, Heynio facile largior. (Hanc autem rationem nostram non modo Süpflio, sed etiam ipsi Wagnero in edit. min., Hauptio, Ladewigio, Coningtoni et Benoisto probatam video, dum Gossr., Bryce et Ribbeck. Heynianam distinctionem et explicationem cum lectione *Aut* retinuerunt.) Peerlk. loco coniectura succurrendum esse putans scribi vult: - - *Dissimilem arguerit unquam; Fortuna* etc. Ceterum v. 281. et 282. Priscianus laudat X, 2, 10. p. 881. P. — **283**. *cadat.* Cf. II, 709. *Quo res cumque cadent.* — *super omnia.* Vid. ad Geo. II, 373. et Aen. VII, 462. VIII, 303. — **284**. *Unum oro*, ut VI, 106. — *Priami de gente vetusta.* Sic X, 388. *Rhoeti de gente vetusta.* — **285**. *non Ilia*

Mecum excedentem, non moenia regis Acestae.
Hanc ego nunc ignaram huius quodcumque pericli est
Inque salutatam linquo — Nox et tua testis
Dextera —, quod nequeam lacrimas perferre parentis.
At tu, oro, solare inopem et succurre relictae.
Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
In casus omnis.“ Percussa mente dedere
Dardanidae lacrimas, ante omnis pulcher Iulus,
Atque animum patriae strinxit pietatis imago.
Tum sic effatur:
„Sponde digna tuis ingentibus omnia coeptis.

---

tellus - - non moenia regis A. Eadem anaphora Part. *non* invenitur Tib. I, 3, 47. I, 10, 9. Ovid. Met. I, 98. Claud. R. Pros. III, 151. al. Cf. etiam supra IV, 36. — *Ilia* pro Iliaca, ut alibi *Troïus, Danaus, Dardanus, Romulus* cett. Vid. ad I, 119. III, 602. IV, 552. al. *Ilia tellus* redit XI, 245. — *moenia Acestae.* Vid. supra v. 218. — **286.** *Mecum excedentem*, quin mecum excederet. Cf. Wagn. Qu. Virg. XXIX, 5. et adnott. ad Geo. II, 56. Aen. VII, 498. al. — **287.** *huius quodcumque pericli est.* Vid. ad Aen. I, 78. Pal. et Rom. omittunt verbum *est* parum probabiliter. Iteratur hic versus in Auth. Lat. VI, 84, 43. — **288.** Coningtou putat, poetam hic memorem fuisse Hom. Od. I, 373 sqq. *Inque salutatam.* De tmesi cf. quae ad Geo. III, 381. Aen. V, 603. et alibi adnotavimus. Hic imprimis cf. X, 794. *inutilis inque ligatus.* In construendo et distinguendo hoc loco nunc cum Coningtone sequor Madvigium Opusc. II. p. 237., qui docet coniungenda esse verba *linquo, quod nequeam*, verba autem Nox - - *Dextera* παρένθεσιν efficere. Coniunctivus autem *nequeam*, cuius loco sane Indicativum exspectamus, bene se habet, si locum sic capimus: - - linquo sentiens s. praesagiens, me, si matri vale dicere vellem, eius lacrimis perferendis fore imparem. De insolentiore constructione *scio, sentio, quod* cf. Phaedr. V, 2, 13. *scio, quod* (vulgo *quam*) *virtuti non sit credendum tuae.* Flor. I, 23. *quando sensissent, quod - - cibis irrigarentur.* Periz. ad Sanctii Min. III, 14, 16. Voss. de constr. c. 20. et 62. Drak. ad Liv. III, 52, 2. Ramsh. §. 178. Not. 1. alii. Vulgo locus sic distinguitur: - - *linquo; Nox et tua testis Dextera, quod nequeam.* — **290.** Verba *At tu, oro, solare inopem* Particula *At* in Pron. *Hunc* mutata repetuntur in Ausonii Cent. nupt. 91. — **291.** *audentior ibo.* Plures Codd. *audacior.* Sed vide ad VI, 95. De hiatu vid. ad. Ecl. II, 53. ubi adde Fleckeisen. in Annal. phil. et paed. LXI. p. 49. Ceterum repetitur hic versus in Auth. Lat. I, 172, 129. et 178, 99. — **292.** *dedere.* Sic Med., quem cum Wagn. secuti sumus; quod etiam posteriores praeter Bryceum et Conington em fecerunt, qui retinuere plurimorum sano Codd. lectionem *dederunt.* Vid. ad Ecl. X, 13. *Lacrimas dare* etiam Aen. IV, 370. ap. Ovid. Her. III, 15. et al. legitur. Cf. adnott. ad l. l., I, 484. (II, 698.) VII, 560. al. — **293.** *ante omnis pulcher Iulus*, ut V, 570. — **294.** „Conscientia ac cogitatio, ideoque *imago* pietatis suae in patrem Aeneam acriter pungit animum Ascanii, exemplo similis pietatis in Euryalo erga matrem animadverso. Sic X, 824. Lauso caeso ingemuit Aeneas: - - *Et mentem patriae strinxit pietatis imago* [ubi vid. adnott.]“ Haec *Heyn.*, qui cum tota sententia confert Iliad. XIX, 301. 339. et Odyss. IV, 113 sq. Peerlk., cum *imago pietatis* significare non possit cogitationem pietatis, et Vergilius, si tale quid hic scribere voluisset, potius Euryali pietatem in matrem commemoraturus fuisset tali fere versu: *Maternaeque animum strinxit pietatis imago*, totum versum spurium et ex ipso illo libri X. loco huc translatum censet. Sed quidni de mutua filiorum in patrem matremque et patris matrisque in filios pietate cogitare liceat? Ceterum cf. Silius I, 185. *patriae virtutis imago.* — **296.** *Sponde* lectio est Medic. aliorumque bonorum Codd., Ursino iam et Heinsio probata, et a Wagn. iure restituta, quam etiam iuvant aliorum librorum corruptae

Namque erit ista mihi genetrix nomenque Creusae
Solum defuerit nec partum gratia talem
Parva manet. Casus factum quicumque sequentur,
Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat:
Quae tibi polliceor reduci rebusque secundis,
Haec eadem matrique tuae generique manebunt."

---

lectiones *sponte*, *sponti*, *sponde o*, unde factum est vulg. *Spondeo* (ab uno Bryeco servatum), quod metro adversatur (et a Ribbeckio e duobus modo Codd., Bern. III. et Minoraug., enotatur). Vere enim Servius ad VI, 104. docet, *o* finale a Vergilio semper produci, praeterquam in *ego*, *duo*, *scio* (quod monosyllabum), et *nescio* (quod disyllabum fit synizesi), quibus etiam *modo* addendum esse memorat Wagn. (Cf. etiam adnott. ad Aen. III, 602. et Iahn. ad Ovid. Trist. V, 4, 46.) *Spondere* autem idem Wagn. et hic et in Iahnii Annall. Vol. VIII. Fasc. III. p. 293 sq. non solum de eo dici demonstrat, qui promittat alteri, sed etiam de eo, qui sibi paciscatur aliquid, ut igitur *sponde tuis coeptis* idem fere valeat, quod *promitte*, *spera tuis coeptis*. (Nos similiter: *Versprich dir nicht zu viel.*) Quem tamen Wagn. confert locum Cic. ad Fam. XV, 21, 2. *Quod ego non modo de me tibi spondere possum, sed de te etiam mihi*, is nihil fere probat, cum praecedant ista: *de me tibi spondere possum*, sine quibus Cicero non facile scripturus fuisset: *hoc de te mihi spondeo*. Aptius conferri poterant Val. Fl. III, 504. *sponde, affore reges - - - quis agmina iungat*. Liv. XXVII, 38. *spondebant, animis, bellum, quod instaret, P. Cornelium finiturum* et Iustin. III, 4, 1. *tantum sibi vel de viribus suis vel de fortuna spondentes*. Ceterum Peerlk. bene perspexit, lectionem *sponde* etiam requiri sequente *namque*. „Non enim, inquit, bene connectas, *spondeo* tibi illud de matre, nam tua mater erit mea: ita dicendum potius erat: *et* (*atque*) *mater tua erit mea*. Optime contra procedunt: tu tibi illud de matre sponde, securus esto nec dubita, nam eam pro mea matre habebo." — *ingentibus coeptis*, ut X, 461. — **297**. Conington comparat Ecl. 1, 7. *Namque erit ille mihi semper deus*. — **298**. *defuerit*. Vid. adnott. ad II, 77. et supra ad v. 154. — „*nec partum talem* [τὸ τετοκέναι υἱὸν τοιοῦτον] *manet*, et ipsi imputabo in beneficium acceptum hoc, quod talem filium peperit. Meretur magnam gratiam, quae te genuit: vel, ut Serv., debet ab omnibus coli, quae talem creavit." *Heyn*. — **299**. *Casus quicumque sequentur*, etiamsi eventus sit infelicissimus: si morte oppressus non redeas. Conington conferri iubet IV, 109. *Si modo - - factum fortuna sequatur*. — *Sequentur* autem, quod ob plurimorum Codd. auctoritatem (inter quos Med. et Rom.) iam Heyn. et Iahn. ad IV, 846. vulgari *sequuntur* praeferendum censuerunt, nos cum Wagn. restituimus, cum et antecedens *manet*, quod ipsum vim Futuri habet, ad rem etiam in posterum mansuram spectet, et sequens *manebunt* Futurum requirat. Cf. II, 709 sq. XII, 202 sq. Wagn. alteram etiam causam adiungit ex veterum scribendi ratione petitam, non intelligi memorans, quomodo ex *secuntur* (ut forma *sequuntur* in antiquissimis Codd. exaretur) in veterrimis libris Met. et Rom. *sequentur* [addo: in Pal. et Bern. II. *sequetur*] oriri potuerit. Etiam hic ex omnibus recentioribus editoribus unus Bryce vulgarem lectionem retinuit. — **300**. *Per caput hoc*, i. e. meum. Vid. ad II, 292. et supra v. 205. Ut hic *per caput iuro*, sic IV, 357. *Testor utrumque caput*. Dicit autem Ascanius: Si quid sanctissime asseverare volebat pater, per caput meum iurabat; itaque rata ab eo habebuntur, quae ego hoc iureiurando promitto. Cf. v. c. Silius VIII, 106 sqq., ubi Aeneas *iuro*, inquit, *caput, Anna, tibique Germanaeque tuae dilecti invitus Iuli*. In voc. *ante* nihil reconditi quaerendum. Solebat profecto etiamtum Aeneas per Ascanii caput iurare; sed filius, patris exemplum sequens, ea tantum potest respicere, quae iam antea sunt facta. De patribus autem per caput filiorum iurantibus Gossr. conferri vult Demosth. in Conon. p. 1268. — Cum v. **301** sq. Conington comparat Cic. Phil. XIII [immo XIV], 13. [extr.]. — *tibi - - rebusque secundis* pro pedestri: tibi rebus secundis utenti. — **302**. *matri generique manebunt*, servabunt, integra erunt (ut X

Sic ait inlacrimans; humero simul exuit ensem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius atque habilem vagina aptarat eburna.
Dat Niso Mnestheus pellem horrentisque leonis
Exuvias, galeam fidus permutat Aletes.
Protinus armati incedunt; quos omnis euntis
Primorum manus ad portas, iuvenumque senumque,
Prosequitur votis. Nec non et pulcher Iulus
Ante annos animumque gerens curamque virilem
Multa patri mandata dabat portanda. Sed aurae

---

629. *Turno - vita maneret*), non *matrem genusque manebunt*, quod significaret i. q. exspectabunt (*bevor*). Vid. Santen. ad Balb. Epigr. 108. p. 190. et Wernsdorf. ad Cic. Phil. II, 5. p. 179 sq., quos Wagn. laudat, in edit. min. haec adiungens: „Ceterum ominis vitandi causa omittit Ascanius id, quod tacitus cogitat: si non redieris, s. si te fortuna oppresserit.“ — **303** sqq. „Haec ex heroicae vitae more sunt illustranda, quo propriis armis alios instruere summi affectus pignus erat (cf. Iliad. X, 255 sq., unde hic locus adumbratus est), ut arma mutare fidei et amoris tessera est.“ *Heyn.* — *Sic ait inlacrimans*, Hom. (Il. X, 278. et al.) Ὣς φάτο δακρυχέων. — *humero exuit ensem.* Vid. ad VIII, 459. et XI, 11. — *auratum.* Cf. ensis argenteus ap. Hom. Od. VIII, 403. 406., qui locus docet, de capulo esse cogitandum. — **305.** *Gnosius.* Vid. ad Geo. I, 222. et Aen. V, 306. Cretensia autem arma excelluisse constat. — *habilem* scil. ad educandum. Vid. ad I, 318. — *vagina eburna.* Cf. Hom. Od. VIII, 404. Ovid. Met. IV, 148. Silius XVI, 208. ibique Drak. De verbis *vagina aptare* vid. ad III, 472. et IV, 482. — **306**. *pellem exuviasque*, ἓν διὰ δυοῖν, ut II, 722. igitur *veste fulvique pelle leonis*, ubi vid. adnott. *Horrentes exuviae* (nam *horrentis* Accus. videtur esse) non differunt a pelle villoso leoni detracta. Ceterum cf. Ovid. Met. I, 475. *captivarumque ferarum Exuviis gaudens* et VIII, 427. *Protinus exuvias, rigidis horrentia setis Terga dat* cett., cum adnott. ad Ecl. VIII, 90. — *permutat* cum galea Euryali. — **308**. Comparant Hom. Il. X, 272 sqq. — *armati incedunt.* Arma capiunt et procedunt. Conington confert Hom. Od. X, 254. — *quos omnis euntes*, ut V, 554 — **309**. *Primorum manus.* Cf. Hom Il. X, 273. πάντες ἄριστοι. Conington addit locum Catulli LXVI (LXVIII), 87. *Primores Argivorum viros.* — Verba *iuvenumque senumque* cum Wagn. virgulis inclusimus, Mediceum secuti, ut apposita sint voci *Primorum.* Ex posterioribus editoribus soli Haupt., Ladew. et Conington nos secuti sunt. — **310.** *Prosequitur votis*, ut VI, 898. *Prosequitur dictis.* — **311**. *ante annos* cett. Cf. Ovid. A. A. I, 184. *Caesaribus virtus contigit ante diem, Ingenium coeleste suis velocius annis surgit*, id. ex P. II, 2, 73. *Praeteriit ipse suos animo Germanicus annos.* Silius IV, 428. *Iam credit puer, atque annos transcendere factis Molitur* (ubi vid. Drak.), ibid. II, 348. *adspice turmae Quot Libycae certant annos anteire labore.* Cic. Phil. XIV, 10, 28. *Caesar - - virtute superavit aetatem* et similes locos. — *animum gerens virilem.* Conington comparat Cic. Off. I, 18, [61.] *Vos etenim, iuvenes, animum geritis muliebrem.* — *curam gerere* pro curare etiam XII, 48. legitur. Ceterum hic versus in Epitaph. Probi ap. Gruter. p. MCLXXVI. et Sirmond. ad Ennod. p. 36. (cf. Burm. ad Anth. Lat. II. p. 181.) sic mutatus legitur *Ante annos animumque gerens aetatis avitae.* — **312**. *mandata dabat portanda.* Sic plurimi Codd. cum Med. et Nonius p. 348, 27., quorum scripturam Wagn. iure restituit. Heyn. (quem ex recentioribus editoribus unus Bryce sequitur), iniucundis numeris offensus, ex paucorum Codd. auctoritate sic edidit: *portanda dabat mandata*, qua collocatione verborum numeri non multum lucrantur, vox autem *portanda* vim accipit huic loco non convenientem, quod iam Wagn. observat. Ceterum nostrum ver-

Omnia discerpunt et nubibus inrita donant.
    Egressi superant fossas noctisque per umbram
Castra inimica petunt, multis tamen ante futuri
Exitio. Passim somno vinoque per herbam
Corpora fusa vident, arrectos litore currus,
Inter lora rotasque viros, simul arma iacere,
Vina simul. Prior Hyrtacides sic ore locutus:
„Euryale, audendum dextra; nunc ipsa vocat res.
Hac iter est. Tu, ne qua manus se attollere nobis
A tergo possit, custodi et consule longe;

---

borum ordinem etiam iuvat Anth. Lat. I, 172, 136., nbi verba *Multa patri mandata dabat* iterantur. — *sed aurae Omnia discerpunt* cett. Cf. X, 652. XI, 795. ct 798. Tib. I, 4, 21 sq. *Veneris periuria venti Irrita per terras et freta summa ferunt*, id. III, 6, 27. *Quid precor ah! demens? venti temeraria vota Aëriae et nubes diripienda ferant.* Catull. XXX, 9. *tua dicta omnia factaque Ventos irrita ferre et nebulas aërias sinis*, id. LXIV, 12. *quae cuncta aërii discerpunt irrita venti*, id. LXXV, 17. *ne tua dicta vagis nequidquam credita ventis - - putes.* Ovid. Met. VIII, 134. *Ecquid ad aures Perveniunt mea dicta tuas? an inania venti Verba ferunt* ct qnae ad V, 446. adnolavimus. — **314.** *superant fossas.* Conington confert Geo. III, 270. *superant montes.* — **315.** *inimica*, ipsis fntnra perniciosa, nndo reditnri uon erant, ut infra v. 355. *lux inimica.* Aen. I, 123. *imber*, Geo. IV, 330. *ignis*, ap. Hor. Sat. II, 4, 53. *odor*, ap. Silium III, 455. *amnis inimicus* etc. — *tamen* apparet referendum esse ad omissam sententiam: ipsi quidem perituri. Vid. ad Ecl. X, 31. — *ante*, quam ipsi castra sibi inimica esse soutirent s. qnam ipsi perirent, *multis*, scil. hostium, *futuri exitio.* Conington comparat Hor. Od. I, 28, 18. *Exitio est avidum mare nautis* et cum tota sententia Aen. X, 509. Peerlk. tamen (cnm Gossr. adsentitur) verba *multis - - Passim* eiicienda ct ex ntroqne versn hunc unnm faciendum ccuset: *Castra inimica petunt; somno vinoque per herbam* etc. Dietsch. vero in Annal. phil. et paed. LXIX. p. 560. hanc propouit contractionem: *Castra petunt passim somnoque* etc. Ribbeck. Proleg. p. 81. hunc locum malignius carpere nolit. Heyn. praeterea pro *tamen ante* (qnod non solum Codd. omnium, verum etiam Froutonis p. 218. auctoritate nititur) coni. *iam iamque.* — **316** sqq. Cf. Hom. Il. X, 471 sqq. ct simillimns locus Statii Theb. II, 75 sqq. Vnlgata ante Heins. erat *vino somnoque;* sed, cum *somnus* hic sit gravius vocabulnm (somno, qui gravis est e vino), cui etiam Participinm *fusa* accommodatum, rocte ille vir doct. optimorum Codd. omnium et Macrobii Sat. V, 9, 8. p. 412. Ian. (p. 87. Bip.) lectionem revocavit. Cf. etiam supra v. 189. 236. et II, 265. **317.** „*arrectos currus* (nt infra v. 465. *arrectae hastae*), snblato in altum [temone cum] ingo, et depressa in terram parte currus extrema, si binis rotis instructnm currnm cogites. *Erecti* cnrrus ap. Stat. Theb. III, 414. X, 149. inveniuntur.“ *Heyn.* Conington putat poetam hic memorem fuisse Hom. Il. X, 473. et 505. — **319.** *Vina*, i. e. vasa oum viui reliqniis. Cf. Burm. ad Val. Fl. III, 609. Cum tota, qnae sequitnr, oratione cf. Stat. Theb. X, 270 sqq. et Cland. in Entrop. II, 433 sqq. — Verba *sic ore locutus* repetuntur in Anth. Lat. VI, 84, 53. Cf. antem adnott. ad I, 614. et VI, 76. — **320.** Vocativo *Euryale* in *Quid dubitem?* mntato iteratur hio versus in Anth. Lat. I, 178, 392., nt ultima eins verba *nunc ipsa vocat res* ibid. III, 81, 3. — Cnm verbis *audendum dextra* Conington confert Hom. Il. X, 479. et cum seqnentibus Hor. Sat. II, 1, 18. *cum res ipsa feret* et Ennii Ann. XIII. fr. 3. *Quo res sapsa loco sese ostentat iubetque.* — **321.** „Anteit Nisns: Enryalo mandat, ut seqnatnr et a tergo omnia tnta praestet.“ *Heyn.* *Hac iter est.* Cf. VI, 542. *Hac iter Elysium nobis.* — **322.** „*consule*, prospice, provide. Vid. Burm. ad Val. Fl. III, 38.“ *Heyn.* — *longe*, in

Haec ego vasta dabo et lato te limite ducam.“
Sic memorat vocemque premit; simul ense superbum
Rhamnetem adgreditur, qui forte tapetibus altis
Exstructus toto proflabat pectore somnum,
Rex idem et regi Turno gratissimus augur;
Sed non augurio potuit depellere pestem.
Tris iuxta famulos temere inter tela iacentis

---

longinquum, *weithin.* Cf. II, 711. VII, 486. et al. — **323.** *vasta dabo*, i. e. vasta reddam s. *vastabo*, quod multi Codd. praebent ex interpretamento. Dare enim haud raro (imprimis apud comicos) Participio additum circumscribit simplex verbum omninoque etiam cum simplici Accusativo Substantivi alicuius coniunctum significat aliquid videndum, audiendum dare, ut sit fere i. q. exhibere, efficere, reddere. Sic Aen. I, 63. *laxas dare habenas* (i. q. laxare); III, 70. *placata venti dant maria* (placant); XII, 437. *te mea dextera defensum dabit* (defendet); Ter. Andr. IV, 1, 59. *iam hoc tibi inventum dabo*, id. Enn. III, 2, 25. *sollertem dabo*, id. Phorm. V, 7, 81. *illam tibi incensam dabo*, id. Heaut. V, 1, 78. *adeo exoratum dabo.* Cf. etiam Geo. III, 247. *stragem dare* (ibique adnott.), Aen. II, 482. *fenestram dare*, V, 276. *tortus dare*, XI, 575. *cuneum dare* cett., eodemque etiam pertinent dictiones *vocem*, *sonum*, *gemitum modos dare* etc., nisi *dare* hic pro *edere* positum malis accipere. Cf. adnott. ad Aen. VII, 560. 701. I, 485. etc. — *lato te limite ducam* per hostes a me occisos. Cf. infra v. 356. Coniugton apte confert X, 513. *Latum limitem agit ferro.* — **324.** Verba *Sic memorat vocemque premit* pro: sic memorat vocem premens accipio (vid. ad Ecl. VI, 20. Aen. V, 611. al.) et cum Heynio de voce pressa, submissa cogito, quam explicationem totus loci connexus flagitare videtur. Wagn. prius *vocem premere* hic idem esse putabat quod *tacere*, coll. locis VI, 155. et VII, 103. (ubi vid. adnott.), in recentiss. vero edit. mutata sententia et ipse „submissa voce“ interpretatur, neque aliter Ladew. Gossr. tamen, Conington et Benoist. priorem Wagneri explicationem amplectuntur, et Conington quidem, dictioni *vocem premere* eam, quam nos sumimus, significationem abiudicans locis Verg. modo comm. cum Gossravio addit Ovid. Met. IX, 764. et Phaedr. I, 11, 12. Sed, nisi fallor, Vergilius distinguit inter *os premere* et *vocem premere.* — **325.** *Rhamnetem adgreditur*, scil. ferro, quod adiicitur II, 463. — „*tapetibus altis* cett. pro vulgari: in tapetibus alte exstructis ipse Rhamnes dormiebat. Posuit autem tapetes pro pulvinis, qui tapetibus instrati sunt.“ *Heyn.* Cf. Ovid. Met. XIII, 638. *positique tapetibus altis Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho;* Stat. Theb. I, 518. *altosque inferre tapetas;* et ibid. II, 91. *ingens Fuderat Assyriis exstructa tapetibus alto Membra toro.* — *Exstructus.* Conington et ipse hypallagen statuens comparat Martial. IV, 8, 6. *Imperat exstructos frangere nona* (hora) *toros.* — **326.** *toto proflabat pectore somnum.* Wagn. comparat Theocr. XXIV, 47. δμῶας ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντας. Conington vero minus apte Rhesum ἀσθμαίνοντα ap. Hom. Il. X, 496. Imitantur hunc locum Stat. Theb. II, 75.: *effusi passim per tecta, per agros, Serta inter vacuosque mero crateras anhelum Proflabant sub luce deum*, et Maximian. Eleg. IV, 41. *toto me pectore somnum Prospicit efflantem.* Ceterum recte Servius: „Periphrasis est, ne verbo humili stertentem dicat.“ — **327** sq. Cf. Hom. Il. II, 858 sq. et Aen. III, 80. *Rex idem hominum Phoebique sacerdos.* — **328.** *augurio.* Schol. Stat. Theb. II 302. et Macrob. Sat. V, 9, 10. p. 412. Ian. (p. 88. Bip.) *auguriis;* sed Vergilii Codd. omnes et Macrobii Cod. Par. I. Singularem exhibent. — *depellere pestem* Conington memorat esse Hom. Il. I, 341. λοιγὸν ἀμῦναι. — *pestem*, interitum. Cf. Hom. II, 858 sq. (Κῆρα μέλαιναν). Similes locos legimus supra VII, 757 sq. et infra X, 319. — **329.** Coniugton comparat Hom. Il. X, 471 sqq. — *temere*, ut casus tulerat, ὡς ἔτυχον (*wie sich's eben traf*). Cf. Hor. Od. II, 11, 13. *sub alta platano iacentes sic temere* (ibique Orell.). Liv. XXII,

Armigerumque Remi premit aurigamque sub ipsis
Nactus equis ferroque secat pendentia colla;
Tum caput ipsi aufert domino truncumque relinquit
Sanguine singultantem; atro tepefacta cruore
Terra torique madent. Nec non Lamyrumque Lamumque
Et iuvenem Serranum, illa qui plurima nocte
Luserat, insignis facie, multoque iacebat

42, 6. *Argentum quibusdam locis temere per vias, velut obiectum ad praedam, vidisse.* Senec. Hippol. 394. *Sic temere iactae colla perfundant comae* etc. (Cf. etiam Servius ad h. l. de varia huius vocis significatione disputans.) — **330** sqq. „Remum, quem expresse non nominat, cum trinis famulis eiusque armigerum (θεράποντα) et aurigam (ἡνίοχον) opprimit. Praestat tamen corrigere *Remum*, ut is ipse sit Rhamnetis armiger.“ *Heyn.* In eandem inanem coniecturam incidit etiam Schrader.; verissime autem *Ruhk.*: „Sed non opus est, si Remum dominum esse statuas, quod quo minus facias, nihil impedit.“ Occidit igitur primum Remi armigerum aurigamque (i. e., si conferimus II, 476. et VI, 485., unum eundemque hominem), tum ipsum dominum, i. e. Remum. Wagn. quoque vulgatam defendit, quam omnes Codd. exhibent, praeter unum Dorvill., in quo sane *Remum*, antecedenti voc. *Armigerum* accommodatum. Non igitur erat, cur Peerlk., et ipse unius Dorvill. lectionem defendens et *domino* ad Rhamnetem referens, haec adnotaret: „Rhamnes ita a famulis, armigero et auriga, cinctus fuisse videtur, ut eum, nisi iis sublatis, interficere non potuerit. Nec video, quid *iuxta* significaret, si ad *Remum* referretur. Dicendum erat: tum Remum premit et tres famulos iuxta iacentes.“ Immo *iuxta* ad antecedentia spectat: iuxta Rhamnetem etiam tres Remi famulos etc., tumque ipsum dominum (Remum) obtruncat. Verba enim *Tum caput ipsi aufert domino* vix possunt ad Rhamnetem referri, quem iam supra Nisus *ense aggressus est;* nisi sumere velis, Nisum iam occiso Rhamneti barbararum nationum more insuper caput amputasse. — *premit*, i. e. opprimit, interficit. Vid. ad II, 530. — **331**. *Nactus*, τυχών. Conington comparat Il. X, 494. ἐπιχήσατο. — *ferro secat* (cf. VIII, 438.) *pendentia colla*, scil. crapulam edormientium. Cf. v. 316. — **332**. *Tum caput ipsi aufert*. Cf. X, 394. — *truncum*. Vid. ad II, 557. — **333**. „*sanguine singultantem truncum*, qui collo reciso sanguinem emittit ebullientem, ἀναβλύζοντα. — *atro tep. cruore T. torique madent*: gravitatis plus habet Homericum δάπεδον δ' ἅπαν αἵματι θῦεν, fervebat, aestuabat, in loco praeclaro de Agamemnone caeso inter epulas Od. XI, 419. [420.] et al.“ *Heyn.* Servius nescit, utrum *atro* cum *sanguine* an cum *cruore* coniungendum sit; sed recte Conington epitheton in clausula sententiae positum censet esse languidum, et hoc ipsum melius convenire cruori, quam sanguini. Idem Conington cum toto h. l. conferri iubet Hom. Od. XXII, 18. et Soph. Aj. 1390. Vergiliumque putat memorem fuisse Hom. Il. X, 521. — *tori*, cubile herbosum in gramine. Vid. supra ad v. 388. Peerlk. perperam de Rhamnetis tapetibus atque etiam Conington, ἓν διὰ δυοῖν a me sumptum durum indicans, de vero toro cogitat. Ad Homeri certe l. l., ubi de caede in palatio edita sermo est, vix potest provocari. — **334**. *Nec non*, scil. *premit* (v. 330.) s. interficit. — Pro *Lamumque* Io. Schrader. proponit *Numamque* coll. v. 454. — **335** sqq. „Lusibus et iocis inter epulas Sarranus magnam noctis partem exegerat, et nunc vino gravatus (*multo deo victus*) obdormierat. Quanto melius fuisset, si potationem per totam noctem continuasset et in lucem produxisset! ita enim opprimi a Niso non potuisset.“ *Heyn.* *Serranum* autem scripsimus cum Wagn., plurimorum et optimorum Codd. auctoritatem secuti, non tamen cum eodem Viro docto suspicantes, Vergilium tecte carpere Atilium istum, qui traducatur Catal. III. et IV. (in quo mecum consentit Conington). Vulgo *Sarranum*, quod ex recentioribus editoribus unus Bryce servavit. — **336**. *plurima luserat*, ludibus et iocis indulserat. Cf.

Membra deo victus; felix, si protinus illum
Aequasset nocti ludum in lucemque tulisset.
Inpastus ceu plena leo per ovilia turbans —
Suadet enim vesana fames — manditque trahitque
Molle pecus mutumque metu, fremit ore cruento.
Nec minor Euryali caedes; incensus et ipse
Perfurit ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadumque Herbesumque subit Rhoetumque Abarimque,
Ignaros; Rhoetum vigilantem et cuncta videntem;

---

supra v. 167. — *insignis facie.* Sic etiam infra v. 583. omnes Codd. sine ulla varietate. Hic Menag. I. et Goth. III. *insigni*, sed *insignis facie* legimus etiam in Anth. Lat. I, 14, 5. et VI, 84, 30. Cf. Burm. ad Phaedr. III, 8, 3. — **337.** *multo deo*, scil. Baccho, i. e. vino. Vid. ad Ecl. IV, 32. V, 69. Geo. I, 295. al. et cf. adnott. ad Aen. I, 636. Servius etiam Somnum intelligi posse memorat, quod minus est probabile, quamquam sane altus somnus multo vino est effectus. — Pro *victus* duo Codd. *vinctus*, quod praefert Wakef., ut Geo. II, 94. *vinctura Lageos linguam* et Prop. IV, 4, 21. (III, 5, 21.) *mentem vincire Lyaeo.* Sed iure Heyn. ceterorum Codd. omnium lectionem, quae magis convenit *deo*, defendit, coll. adnott. sua ad Tib. I, 2, 2. (ubi *vinoque novo compesce dolores, Occupet ut fessi lumina victa* [pauci Codd. *vincta*] *sopor*). Sic ap. eund. IV, 1, 57. *victa - - lumina Baccho.* Cf. etiam Burm. ad Ovid. Met. XI, 239. id. ad Fast. I, 422. ad Anthol. Lat. T. I. p. 642. et Hand. ad Stat. Tom. I. p. 326 sq. — **338.** *Si aequasset nocti ludum*, si per totam noctem ludo indulsisset. Sic Silius VII, 340. *somno noctes aequare*, i. e. per totam noctem dormire. Cf. etiam Gronov. ad Senec. Thyest. 467. — *in lucemque tulisset.* Cf. similis locus Hor. Od. III, 8, 15. *vigiles lucernas perfer in lucem.* — **339** sqq. Comparant Hom. Il. X, 485 sq. coll. Od. VI, 130 sqq. Il. XII, 299. et XV, 323 sq. Vid. etiam infra X, 723 sq. „Spectat autem comparatio ad Nisum, etsi paulo durior, omissa apodosi: *simili modo furebat Nisus.* Tum subiicitur: *Nec minor Euryali caedes.*“ *Heyn.* Wagn. confert similem comparationem *ἀνανταπόδοτον* I, 148. — *turbans* absolute pro turbas ciens, faciens, (*κλονέων*: cf. Hom. Il XV, 324.) i. e. consternans pecudes, ut tumultuentur per ovile. Cf. Ecl. I, 12., ubi *turbatur* i. q. fit turba. Servius tmesin statuit: *perturbans ovilia.* — **340.** Verba *Suadet enim vesana fames*, quae repetuntur X, 724., uuno etiam Wagn. (qui cf. in Phil. Suppl. I. p. 424.) includit lineolis, ut *turbans manditque trahitque* arcte cohaerere significet. Cf. autem Hom. Od. VI, 133. *κέλεται δέ ἑ γαστήρ.* — **340.** *manditque trahitque.* Peerlk., coll. Val. Fl. II, 230. *prensosque toris mactatque trahitque*, haec adnotat: „Nec *Mandit trahitque* est *ὕστερον πρότερον*, ut neque *mactat trahitque.* Pulchre subiungitur *trahitque*, quod est prae furore et fame nescientium, quid prius facturi sint.“ Ceterum hunc versum Silius ante oculos habuit II, 684. scribens *mandit hianti Ore fremens imbelle pecus* et Sedulius *verba manditque trahitque Molle pecus* transtulit in Carm. pasch. II, 112 sq. — **341.** *molle pecus.* Vid. ad IV, 66. — *mutum metu.* Cf. XII, 718. Lucr. I, 93. *muta metu terram genibus submissa petebat* (Iphigenia). Cf. Burm. ad Ovid. A. A. III, 702. — **342.** *Euryali caedes*, ab Euryalo edita, ut II, 526. *Pyrrhi caedes.* — **343.** *in medio*, sc. spatio, ut quisque in media via forte ei occurrebat. Wagn. in mai. edit. explicat: „varios et sine discrimine,“ in min. autem edit: „qui prope cubantes se trucidandos ei praebant,“ cum *in medio* esse dicatur, quidquid adsit paratum usuro. — *sine nomine*, ignobilem; *nomen* enim etiam pro nobilitate ac dignitate ponitur. Sic Ovid. Met. VII, 275. *His et mille aliis - - sine nomine rebus* cett. Fast. IV, 441. *sunt sine nomine flores.* Flor. III, 16. *C. Gracchum, hominem sine tribu, sine nomine.* Anth. Lat. II. 192, 96. *cadit et sine nomine vulgus.* Cf. etiam VI. 777. ibique adnott. — **345.** *Ignaros*, utpote

Sed magnum metuens se post cratera tegebat:
Pectore in adverso totum cui comminus ensem
Condidit assurgenti et multa morte recepit.
Purpuream vomit ille animam et cum sanguine mixta

---

vino somnoque sopitos. Cf. Stat. Theb. X, 316 sq. *Nescius heu rapitur fatis, hilarisque sub umbras Vita fugit, mortisque ferae lucrata dolores.* Sic etiam Ovid. Met. XII, 325. de Aphida, qui secundum v. 316. *iacebat Sopitus vinis*, loquens: *Mors caruit sensu.* Claud. in Entrop. II, 437. *pereunt alii, dum membra cubili Tarda levant: alii leto iunxere soporem* etc. „Malis fortasse nomen aliud nunc pro *Rhoetum.* Illos omnes ignaros, *Rhoecum vigilantem.* Offendit ad idem hoc Io. Schrader.“ Haec *Heyn.*, quocum consentit Peerlk., fortasse *Eurytum vigilantem* legendum esse coniiciens. Sed recte observat Wagn., hic nihil esse novum, praeter formam orationis poeticam; cum etiam pedestri sermone sic dici possit: Herbesum, Rhoetum. Abarim subit, ignaros illos praeter Rhoetum. — *vigilantem et cuncta videntem.* Respexit hunc locum Val. Fl. II, 233. *quosdam insomnes et cuncta tuentes.* — **346.** *Sed* per ellipsin haud infrequentem explicandum esse, idem Wagn. docet: „Etsi ille cuncta videbat, tamen non opposuit se Euryalo, sed sibi metuens post cratera se abscondebat.“ Crateras autem interdum insignis magnitudinis fuisse, satis constat, ut non mirum sit, subsidentem aliquem vel conquiniscentem post eiusmodi vas latere potuisse; non enim stetisse Rhoetum post craterem, iam docet vox *assurgenti* v. 348. — *se tegebat*, se tegere volebat, se tectum putabat. Vid. adnott. ad VI, 468. — **347.** *Pectore in adverso - - ensem condidit.* Cf. XII, 950. *ferrum adverso sub pectore condit*, praeterea vero etiam infra v. 442. Ovid. Met. XIII, 459. *iugulo vel pectore telum conde meo;* ibid. I, 726. *stimulosque in pectore caecos Condidit* et multos similes locos. Verba *Pectore in adverso* legimus etiam in Anth. Lat. I, 168, 15. — *assurgenti*, ut se defendat. — **348.** „*et multa morte recepit*, retraxit ensem multo cum sanguine, ut X, 383. *hastam receptare*, et apud Celsum VII, 5, 2. *sagittam recipere.* (Cf. etiam II, 525. et VI, 111.) Sic ap. Hom. Il. XIII, 574. *οἱ ἐκ χροὸς ἔγχος ἀνεσπάσατο.* Alias *ensem, hastam recipere* de eo dicitur, qui vulneratur. Alii [ut Cerda et Merrick. ad Tryphiod. 378. male] *recipere* dictum accipiunt pro excipere aliquem morte, tamquam hospitio s. epulis, et sic *ἐκδέχεσθαι* ap. Hom. Il. V, 238. et Apollon. I, 1000., *ξενίζειν* ap. Soph. El. 99. quod etiam Conington recte reiicit. — *mors* pro sanguine. Sic ap. Graecos *φόνος* (*σὺν πολλῷ φόνῳ.*)“ Haec fere *Heyn.*, cui Wagn. et Ameis. *Hom. Kleinigk.* p. 16. adsentiuntur. Nescio tamen, an ex analogia dictionum *multa nocte, multo die, multo mane* rectius cum Süpflio et Peerlk. interpreteris: morte iam multum progressa, ideoque certissima et proxima („*bei vielem, d. h. vorgerücktem, sicherem Tode*“), ut iam Donatus: „ubi vidit hominem plena morte confectum, revocavit gladium,“ vel, ut Peerlk. interpretatur: „Mors Rhoeti iam eo venerat, ut nihil deesset, tale vulnus acceperat, ut statim animam esset redditurus.“ atque ita nunc etiam Ladew. et (ut videtur) Wagn. in recentiss. edit. explicant. — **349.** Voss. ad Geo. IV, 373. *purpureum* legi iussit ad ensem relatum, eamque coniecturam in contextum adeo receperunt Ruhk., Iahn. (in priore edit., nam in altera nobiscum facit) et Gossr.; et Ruhk. quidem ad Servium provocat, qui memoret multos ita distinguere, ut sensus sit: Educit gladium multo cruore purpureum; eademque est Thielii sententia, qui in Appendice p. 873 sq. se invito in contextu - - *recepit Purpuream vomit* etc. pro: *recepit Purpureum. Vomit* etc. typis expressum esse significat. Sed bene Wagn. (quocum etiam faciunt omnes editores recentiores) vulgatam omnium Codd. lectionem defendit coll. his locis: Hom. hymn. in Apoll. 361. *λεῖπε δὲ θυμὸν φοινὸν ἀποπνείουσα.* Soph. Ai. 1390 sq. *ἔτι γὰρ θερμαὶ σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν μένος*, ubi Lobeck. comparet Aesch. Agam. 1075. *αἱματηρὸν μένος*, et Auct. Epit. Iliad. v. 365., qui totum hoc hemistichium in suum carmen transtulerit; ad quem l. cf. van Kooten. Cf. etiam X, 487. et 908. imprimisque Val. Fl. III, 105. *Compressaque man-*

Vina refert moriens; hic furto fervidus instat.
Iamque ad Messapi socios tendebat; ibi ignem
Deficere extremum et religatos rite videbat
Carpere gramen equos: breviter cum talia Nisus —
Sensit enim nimia caede atque cupidine ferri —
„Absistamus, ait; nam lux inimica propinquat.
Poenarum exhaustum satis est, via facta per hostis.“
Multa virum solido argento perfecta relinquunt
Armaque craterasque simul pulchrosque tapetas.

---

deus Aequora (campum, gramen) *purpuream singultibus exspuit auram*, Epit. Iliad. 365. *Purpuream vomit ille animam cum sanguine mixtam.* Auth. Lat. IV, 61, 8. *Nunc animam quoque tu purpuream vomeres* et Zinzerling. Prolus. crit. iuven. c. 14. — Pro *mixta* Wakef. ad Lucr. III, 643. coni. *mixto*. Cf. autem cum h. l. III, 633. ibique adnott., V, 470. et Hom. Od. IX, 373. — **350.** *refert* ἀναφέρει, reiicit, revomit. Conington confert V, 409. *referebat pectore voces.* Ceterum verissime Wagn. memorat, eiusmodi locos, qui uobis foediores videantur, nou ex uostro, sed ex Romanorum seusu iudicandos esse, quorum oculi adsueti fueriut adspicieudis variis caedibus. Ultima versus verba cum Heyu. sic couiunge: *fervidus* (i. e. fervide) *instat furto*, furtivae et non animadversae a ceteris caedi, non: *furto fervidus — instat*; ut Serv. et Donatus putant. *Furtum* pro insidiis legitur etiam infra X, 735. XI, 515. Ovid. Met. XIII, 104. et 111. Curt. IV, 13. Sil. XVII, 91. al. Cf. etiam Geo. IV, 346. et Aeu. VI, 568. — V. **351** sqq. cf. cum Hom Il. X, 494-514. Verbis *Iamque tendebat* respondent illa: *breviter cum talia Nisus* (cf. adnott. ad Aeu. III, 135. et X, 215.). Verba intermedia parenthetice adiiciuntur. Cf. locus simili ratione conformatus VII, 160 sqq., qui docet, non opus esse, ut recepta lectione *hic*, Puncto post *tendebat* distinguas. *Messapus* excubiis praefectus erat. Vid. supr. v. 159. — *ibi* lectio est plurimorum Codd. (inter quos Med., Rom., Pal. et Gud.), quam, cum longe vividiorem reddat orationem et parenthesi melius conveniat, pro vulg. *ubi* cum Wagn. restituimus, quem post me omnes fere recentiores editores secuti sunt. Iahn. modo (et cum eo unus Bryce) vulgatam retinuit, cum altera lectio nimium vigorem simplici rerum narrationi afferre videatur. De *extremo igni*, i. e. deficiente flamma, cf. Burm. ad Petron. c. 22. (*Lucernae humore defectae tenue et extremum lumen spargebant*) et Bach. ad Ovid. Met. II, 117. (*Cornua extremae velut evanescere Lunae*). — **352.** „*rite*, uti res poscebat, uti consentaneum erat facere, ne liberi discurrerent, εὖ κατὰ κόσμον.“ *Heyn.* Egregie autem equi tranquille et secure gramen carpentes opponuntur Euryalo furenti et caedem anhelanti. — **354.** *sensit ferri* (scil. eum, Euryalum: vid. ad II, 25.) *nimia caede atque cupidine*, per ἓν διὰ δυοῖν pro: nimia caedis cupidine, quod legitur infra v. 760. Cf. adnott. ad Ecl. II, 8. et al. Wagn. locum aliter capit, et utrumque distinguens cogitat de cupidine equorum, qui modo commemorati sunt, abducendorum. Sed recte adversatur Süpflius; hoc enim si poeta indicare voluisset, haud dubie pluribus verbis et magis perspicuis usus esset; praesertim cum etiam in sequentibus Nisus solam caedem, non rapinam dissuadeat. — V. **355.** ex Hom. Il. X, 251. petitus. Cum *luce inimica* Conington comparat *saevum Orientem* V, 739. Verba *nam lux inimica propinquat* repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 54. et bis inimica propinquat legimus infra XII, 150. — **356.** „*Poenarum* h. l. pro caede ad ulciscendum hostem facta; caedes satis multae factae sunt.“ *Heyn.* Cf. II, 366. et VIII, 538. — *exhaustum satis est.* Cf. Geo. II, 398. *Cui numquam exhausti satis est.* — *via facta per hostis.* Cf. supra v. 323. Totus hic versus iteratur in Anth. Lat. I, 178, 405., ut prius eius hemistichium ibid. I, 170, 50. — **357** sqq. „Omissis ceteris spoliis phaleras et cingulum Rhamnetis aufert Euryalus una cum galea Messapi, qua paullo post ipse proditur hostibus.“ *Heyn.* — *arma argento perfecta.* Cf. supra v. 263. —

Euryalus phaleras Rhamnetis et aurea bullis
Cingula, Tiburti Remulo ditissimus olim
Quae mittit dona, hospitio cum iungeret absens,
Caedicus; ille suo moriens dat habere nepoti;
[Post mortem bello Rutuli pugnaque potiti;]

---

359. *Phalerae Rhamnetis* esse possunt phalerae, quibus insignis est equus Rhamnetis, nam qui equum phaleratum habet, ipse dici potest eques phaleratus, ut ap. Polyb. T. IV. p. 456. χρυσοφάλεροι ἱππεῖς. (De ipsis autem equorum *phaleris* vid. ad V, 310.) Non improbabilis tamen Heynii est opinio, qui, cum etiam infra v. 458. *galea* tantum et *phalerae* tamquam spolia commemorentur, ap. Silium autem XV, 255. haec legantur: *phaleris hic pectora fulget*, *phaleras* hic latiore sensu de simili hominis ipsius ornamento accipit, ad quam opinionem comprobandam Wagn. etiam commemorat *phaleras pelagias* inter ornatum muliebrem relatas a Petronio c. 55. coll. Epithal. Laur. et Mar. v. 35, in Wernsdorfii Poett. L. M. T. IV. p. 492., in recentiss. vero edit. coll. Suet. Aug. 25. et Tac. Hist. I, 89. [quibus locis adde Sall. Iug. 85, 29. et Silium XV, 255., nescio an etiam Liv. IX, 46. extr. et Flor. III, 10. extr.] eiusmodi phaleras (i. e. „orbiculos quosdam aureos argenteosve cum toreumatis, qui loris ex humero pendentibus affixi in pectoralibus s. loricis gestabantur") militibus virtutis bellicae causa ab imperatoribus datas esse commemorat. Inde etiam apparet, Heynium falso de ipso balteo cogitare, ut verba et *aurea bullis cingula*, i. e. balteus aureis clavis ornatus, χρυσόηλος (Hom. Il. X, 266 sq. XI, 29. etc. cf. adnott. ad V, 313.) per epexegesin sint adiecta. Immo de diversis rebus agitur. Ceterum cf. etiam infra XII, 942. *fulserunt cingula bullis*, Auson. Cup. cruc. 49. *auratis fulgentia cingula bullis* et Prudent. Psychom. 476. *fulgentia bullis Cingula*. — Cum v. **360** sqq. cf. Hom. Il. II, 102 sqq. et X, 266 sqq. Caedici balteum tamquam munus hospitale, ξεινήϊον, (cf. Hom. Il. X, 269.) misit Remulo, Tiburtino homini. (*Tiburti* enim est Dativus Nominativi *Tiburs*, non Genitivus nominis paterni, ac si Remulus esset Tiburti filius et ad *iungeret* supplendum *se*, ut infra X, 240.: vid. ad I, 234.; nisi malis cum Cod. Pal. et Ladew. locum sic distinguere: *dona hospitio, cum iungeret absens;* tum enim ad *iungeret* cogitatione repetere possis *hospitium*, cum *iungere* et *coniungere hospitium* etiam ap. Liv. I, 45. Cic. pro Deiot. 14. et alibi legamus. *Iungi hospitio* etiam VII, 264. invenitur. Pro *absens* Ribbeck. cum Med. scripsit *apsens*.) Remulus autem moriens balteum reliquit nepoti (*dedit habere;* cf. adnott. ad I, 319. et Hom. Il. X, 270. δῶκεν φορῆναι); quo in pugna caeso (*post cuius mortem*) eo inter cetera spolia potiti sunt Rutuli. Iure tamen Wagn. (cum eoque Peerlk. et Ribbeck.) versum 363., in quo iam Servius haesit, spurium et a librario aliquo ad similitudinem v. 450. confictum habere videtur, qui eo addito declarare vellet, quomodo id cingulum ad Rhamnetem Rutulum pervenerit. Causae autem, quae virum doct. moverunt, ut sic statueret, sunt hae: 1) quod nomen nepotis non addatur; 2) quod requiratur vinculum, quo v. 363. cum superiore iungatur, (certe *Huius post mortem*), praesertim cum aliquo modo discernenda esset mors Remuli a morte nepotis; [nullo modo enim sufficiunt, quae Ladew. adscripsit: „*nämlich des Enkels*", ac si hoc per se intelligeretur.] 3) quod hic, ubi de unius viri spoliis agatur, maximo langueant illa *bello pugnaque;* [neque langueut solum, sed offendunt etiam propterea, quod sic bellum inter Rutulos et Tiburtinos gestum sumamus necesse est, qui hic amici et socii sunt]; quae omnia mihi tam vera sunt visa, ut hunc versum spurium habere non dubitarem, et ut prius improbavi, quae Gossr. versum defendens adnotavit: „Remulus moriens nepoti suo cognomini [ut etiam Serv. et Ladew. statuunt] haec reliquit, qui postea a Rutulis victus est et occisus; post cuius mortem apud Rhamnetem Rutulum ab Euryalo reperta sunt", ita nunc probare non possum, quae Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 354. mutata sententia scripsit, versum fortasse sic defendi posse, ut verba *post mortem* ad ipsum Caedicum pertinere arbitremur et sententia haec sit: „Caedicus cum in eo

Haec rapit atque humeris nequiquam fortibus aptat.
Tum galeam Messapi habilem cristisque decoram
Induit. Excedunt castris et tuta capessunt.
Interea praemissi equites ex urbe Latina,
Cetera dum legio campis instructa moratur,
Ibant et Turno regi responsa ferebant,
Ter centum, scutati omnes, Volscente magistro.
Iamque propinquabant castris muroque subibant,

---

esset nt moreretur, dedit hoc cingulum nepoti sno, sed, postquam mortnus est, venit id cingulnm in potestatem Rutnlorum, qui caeso in pugna nepote Caedici eo potiti snnt;“ quae explicatio qnam qnaesita sit, nemo non videt; qnamquam adsentitur Conington, versum ob omnium Codd. Servii (?) et Donati anctoritatem et ipse defendens. Immo virum doct. asteriscos versni prius appictos in recentiss. edit. perperam cum Bryceo, Hanptio, Ladew. et Coningtone removisse censeo. Versu antem eiecto apparet, nepotem hic commemoratum neminem alinm esse, quam ipsum Rhamnetem, Remnli ex filia, Rutulo alicui nnpta, nepotem. Ceterum iam Wakefieldo ad Lncr. III, 1051. hic versns plane deploratus visus est, qnem Ribbeck., Wagneri conatum eum defendendi „infelicissimum“ iudicans, „ab eo adscriptum esse putat, qni *nequiquam* v. 364. interpretari vellet.“ — **364**. „*nequiquam aptat*, non fruiturus; respectu calamitatis, qnam accepturus est, dnm per eum impeditns proditur v. 384. [Cf. V, 80.]“ *Heyn.* Sic etiam Servius: „*nequicquam aptat*, non *nequicquam fortibus*.“ Nihilominus iam ob verborum collocationem altera ratio videtur praeferenda, imprimis si cum Coningtone comparamus II, 348. *fortissima frustra pectora.* — *humeris fortibus*. Praeter l. modo l. cf. etim IV, 11. *quam forti pectore et armis.* — **365**. *habilem*, aptam capiti, *εὐ ἀραρυῖαν.* Vid. ad I, 318. — **366**. *tuta.* Cf. VI, 358. et XI, 871. 882. — *capessere.* Cf. IV, 346. *Italiam capessere.* — **367**. sqq. „Reticuit poëta sapienter nonnulla, qnae ex ipsa narratione intellignntur. Praecesserat Turnns cnm expedito agmine ad castra Troianorum expngnanda. Interea ut copiarum, quae in urbe Lanrentum cogebantnr, adventus accelcraretur iusserat Turnns; quae dnm instrnnntnr, praemittuntur trecenti equites. In hos ipsos, ad castra appropinquantes, incidnnt miseri Nisus et Enryalus.“ *Heyn.* *praemissi equites.* Cf. I, 644. VI, 36. Peerlk. pro *ex urbe Latina* malit *ex urbe Latini*, ut VI, 891. XI, 213. et XII, 137. — **369**. *regi* exhibent Med. et ceteri Codd., qnorum lectiones accnrate enotatae sunt omnes, ita nt plane nesciamus, qna certa auctoritate nitatur vulg. lectio *regis*, a Servio commemorata atque Peerlkampio et Bryceo probata, quae iam per se minns apta censenda, cum a Latino rege, pacis stndiosissimo, qni secundum VII, 600. *sepsit se tectis rerumque reliquit habenas*, tnrmam equitum cum responsis ad Turnum missam esse, minime sit probabile, contra vero admodum verisimile, dncem legionis illins, qnae in campis circa Laurentum instructa morabatur, hos eqnites, qui Turno responsa ferrent (*einen Rapport abstatten sollten*), praemisisse. Quare non dnbitavimus cum Wagn., qui eandem profert sententiam, Codd. nostrorum lectionem restituere, qnam etiam ceteri recentiores editores praeter Peerlk. et Bryceum receperunt; quamquam Ribbeck. Proleg. p. 143. adnotat, secundum Serv. Paris. *regis* in omnibus bonis libris legi, quod etiam Probum hic invenisse Schol. Veron. p. 101, 3. K. testentur, ideoque probabile esse, Probum demum ob contrarium illum locum VII, 600. *regis* in *regi* mutasse, quod nostri Codd. exhibeant. Ceterum cf. supra v. 327. et VIII, 17. — **370**. *Ter centum*, quia postea apud Romanos ad unam quamqne legionem plerumque trecenti equites pertinebant. (Cf. Liv. XXVI, 28. XXIX, 24. XL, 18. 36. XLII, 31. etc. Lersch. Ant. Verg. §. 26. et liber meus *Hellas u. Rom.* P. 1. Vol. 3. c. 21. not. 8.) *scutati omnes.* Cum equites Romani parma armati fnerint, Lersch. Ant. Verg. §. 31. huic epitheto singularem vim tribuit, haec adnotans: „quae enim exinde oritur fortitudo equitnm atqne habilitas magnis illis tegumentis se tuentium.“ — **371**. Pro *castris* Codd. quidam

Cum procul hos laevo flectentis limite cernunt
Et galea Euryalum sublustri noctis in umbra
Prodidit immemorem radiisque adversa refulsit.
Haud temere est visum. Conclamat ab agmine Volscens:
„State, viri; quae causa viae? quive estis in armis?
Quove tenetis iter?" Nihil illi tendere contra,

---

deterioris notae et Priscian. p. 1178. praebent *portis*, ut XI, 621. ***muroque subibant***, vallo castrorum adpropinquant. Hanc autem lectionem nunc cum Ruhk., Iahnio et Wagn. (quos etiam me posteriores editores praeter Bryceum et Ribbeckium secuti sunt) recepi ex Med., Rom. paucisque aliis Codd., cum vidissem non solum Priscianum p. 1178., sed etiam Silium XVII, 605., hunc locum sic imitatum *Iamque propinquabant hostes tumuloque subibant* eam in Codd. sing. invenisse. Plurimi tamen et satis boni libri cum Pal. et Gud. *murosque*. Cf. adnott. ad VII, 161. Quaeritur autem, quae castra intelligenda sint? Heyn. de castris Troianorum cogitat, et sane dum equites accedunt ad Rutulos castra Troianorum obsidentes, etiam illis ipsis castris adpropinquent necesse est. Non tamen puto, post castra Rutulorum modo v. 366. commemorata (cf. etiam v. 451 sq.) poetam, nihil praeterea adiicientem, hic de aliis castris cogitari voluisse, neque absonum est, Rutulos quoque castra suo vallo certe muniisse; quae etiam Peerlkampii est sententia. Paulo tamen obscurius poetam locutum esse negari nequit. Cf. etiam quae Ribbeck. Proleg. p. 81. disputavit. — 372. „***laevo limite***, via a laeva parte Troianorum, sc. *in bivio portae, quae proxima ponto* v. 238. Cf. ad v. 195." *Heyn.* Wagn. praeterea conferri iubet *Götting. gel. Anzeig.* 1804. fasc. 168. p. 1670. — ***flectentis***, scil. se. Conington conferri iubet Liv. XXVIII, 16. Adde eiusd. III, 8. Val. Fl. II, 2. al. et vide supra ad v. 361. — 373. ***Et galea*** etc. Copula hic habet vim explicativam idemque fere significat, quod causalis Part. *namque*. Cf. adnott. ad X, 619. Quare minus recte Peerlk.: „Si Nisum et Euryalum ipsos procul cernerent, non opus erat galeam eos prodere. Galea Euryali in umbra noctis refulgens oculos Volscentis primum eo convertit, tum oculos intendens eos cernit. Scribamus: *Cum galea Euryalum - - - refulsit, Et procul hos - - cernunt.*" — ***sublustris***, ὑπόλαμπρος, legitur etiam Hor. Od. III, 27, 31. Val. Fl. III, 142. Liv. V, 47, 2. al. Verba ***sublustri noctis in umbra*** iterantur in Epit. Iliad. 702. — 374. ***inmemorem***, scil. galeae, quae aeris fulgore etiam obscuro lumine ipsum prodere posset. Diomedem ap. Hom. Il. X, 258. cautiorem fuisse memorat Ladew. — ***adversa*** lunae et venientibus equitibus. — 375. „***Haud temere est visum***, res animadversa est haud in vanum; non neglecta est." *Heyn.* Cf. Hand. Turs. III. p. 24. — Schirach. p. 609., Peerlk. aliique haec verba male tribuunt Volscenti, ut sensus sit: non erravimus videndo, non falsum vidimus. — ***ab agmine***. Ven., Pal. et Gud. a m. pr. *ab aggere*, quod, de aggere viae intellectum, multis exemplis collatis defendere studet Heins. Sed ceterorum librorum omnium lectionem tuetur etiam aperta loci imitatio ap. Stat. Theb. IV, 802. *Ibi exsultans conclamat ab agmine primo - - Argus* et Val. Fl. III, 259. *conclamat ab agmine Tiphys.* Idem Statius hunc locum etiam Theb. II, 529. et X, 391. ante oculos habuit. — 376. ***in armis*** i. q. armati. Cf. VII, 434. et adnott. ad V, 440. — 377. ***Quove tenetis iter?*** Vid. I, 370. ***quive estis in armis?*** Cf. Stat. Theb. II, 535. *Ac prior „Unde viri, quidve occultate in armis?"* — ***tendere contra***, aut cum Servio et Donato (quos Wagn. et Gossr. sequuntur) voc. *verbis* supplentes explicare possumus per: nihil respondent, aut etiam (quod praestare videtur) latiore sensu capere pro: nihil contra eos moliri, non resistere conantur, ut V, 27. *frustra cerno te tendere contra*, de qua verbi signif. cf. Gron. et Drak. ad Liv. XXXII, 32, 7. Cort. et Kritz. ad Sall. Cat. 60, 5. Boettich. Lex. Tac. p. 458 sq. *Contra tendere* etiam ap. Liv. XXXV, 51. et *adversus tendere* ap. eund. XXXIV, 34. legitur. Certe non opus est Peerlkampii coniectura: *Nihil illi: tendere contra Et celerare fugam*, ut *fugam tendere*

Sed celerare fugam in silvas et fidere nocti.
Obiciunt equites sese ad divortia nota
Hinc atque hinc omnemque abitum custode coronant.
Silva fuit late dumis atque ilice nigra
Horrida, quam densi conplerant undique sentes;
Rara per occultos lucebat semita calles.
Euryalum tenebrae ramorum onerosaque praeda

---

eadem ratione dictum sit, qua *viam, iter tendere* et similia. — **378.** *celerare fugam*, ut I, 357. — *in silvas*, scil. Laurentinas. — **379.** *divortia*, i. e. diverticula, semitae transversae a latere viae militaris. Wagn. confert hunc versum ex Annall. belli Gallici a Scholiasta Maii laudatum: *Hic, qua ducebant vastae divortia fossae.* Adde Liv. XLIV, 2. *prope divortium itinerum castra posituri erant*, Tac. Agr. 19. *divortia itinerum et longinquitas regionum* et cf. Boetticheri Lex. Tac. p. 155. — **380.** *Hinc atque hinc.* Vid. ad I, 162. — *abitum.* Codd. quidam (inter quos Med. a m. sec., Palat., Rom. fragm. Veron. et Gud. a m. pr.) *aditum;* sed vulgatam unice veram esse, iure statuunt Serv., Schol. Veron. et Wagn., cum equites non ab aditu silvae, sed ab abitu ex silva illos prohibere velint; unde infra v. 386. *Nisus abit.* Secuti sunt omnes posteriores editores. — *coronant*, circumdant corona militum, de quo Substantivo vid. inf. ad v. 508. Verbum *coronandi* pro circumdandi, cingendi legitur Lucr. II, 801. IX, 335. Prop. V, (IV,) 4, 8. Stat. Theb. II, 526. Mart. XII, 18. al. — **381.** *Ilices* et *dumi*, s. altiora virgulta, ipsam *silvam* efficiunt eorumque intervalla humilioribus *sentibus* explentur. — *Horridus dumis* iam supra legimus VIII, 348. De voce *horridus* vid. ad I, 165. — *ilice nigra.* Cf. Ecl. VI, 54. et Geo. III, 333. — **382.** *conplerant.* Unus Med. exhibet *conplebant*, ut V, 107.; sed Plusquamperf. hic aptius. — **383.** „*lucebat* eleganter de via inter dumos et silvarum tenebras. — *Rara* autem *semita lucebat*, caèlo ac luce desuper immissa certis tantum locis [ideoque i. q. raris intervallis].“ Haec *Heyn.* rectissime, alias etiam voc. *rara* explicationes proponens minus probabiles. Peerlk. minus recte cogitat de sentibus omnia complentibus, ut sensus sit: inter calles sentibus occultos rara apparebat semita. Wagn. apte confert *raram umbram* Ecl. VII, 46., ubi vid. adnott. Ceterum cf. imprimis Prop. III, 6, (II, 14,) 17. *Ante pedes caecis lucebat semita nobis*, quo loco collato cum Stat. Theb. IX, 365. *liquidum qua subter eunti lucet iter*, satis refellitur languida Med. a m. sec., Bern. II. et Minoraug. lectio *ducebat*, a Servio quoque commemorata, quam Iahn. praefert, cui „dictio semita lucet per occultos calles, nisi inepta, certe perquam arguta esse videtur.“ Sed iure omnes recentiores editores meliorum librorum scripturam receperunt. — *calles* Heyn. accipit de toto illo dumoso silvae tractu, qui erat pervius, comparans Livium, cui loca, quibus pecudes pascantur, interdum iunctim dicantur *saltus callesque.* (Cf. Liv. XXII, 14, 8. XLIV, 36, 10. al.) Wagn. vero adnotat: „*Calles* sunt viae pecorum angustae ac saepe salebrosae per silvas saltusque, *semitae*, quae singulis hominibus dant iter; Niso et Euryalo eiusmodi calles pro semita fuerunt.“ Ceterum Ruhk. poetam suspicatur hic memorem fuisse Apollonii I, 1281. *διαγλαύσσουσι δ' ἀταρποί* cett. — **385.** „*fallitque timor* cett. Timor ipse, ne in hostes incideret, a via, qua elabi poterat [et pergere debebat], abducit.“ *Heyn.* — *regione viarum.* Vid. adnott. ad II, 737. VII, 215. Silium XVII, 580. *Iuno fallens regione viarum;* Val. Fl. II, 43. *ignota captus regione viarum* etc. — **386.** *evaserat hostes.* Cf. de hac constructione adnott. ad V, 689. — *Nisus abit.* Cf. V, 318. — *imprudens*, sc. Euryali; amici casum ignorans. — **387.** *locos* (ut I, 306. et 365. pro usitatiore *loca*), quod iam Ruaeus praetulit, ex Med., Pal., Gud. aliisque bonis Codd. cum Wagn. (quem etiam Süpfl., Gossr., Ribbeck. et Conington sequuntur) revocavi loco vulg. *lacus*, quod (a Bryceo servatum) vix conciliari posse vv. *tum rex stabula alta L. habebat*, quisque videt; quamvis Heynio, contra eos, qui opponunt, *lacum Albanum* a castris Troia-

Inpediunt fallitque timor regione viarum.
Nisus abit; iamque inprudens evaserat hostis
Atque locos, qui post Albae de nomine dicti
Albani, tum rex stabula alta Latinus habebat:
Ut stetit et frustra absentem respexit amicum:
„Euryale infelix, qua te regione reliqui?
Quave sequar rursus perplexum iter omne revolvens

---

norum maiore intervallo abfuisse, quam ut Nisus paucis horis a media nocte ad diei ortum eo procurrere et rursus inde silvas repetere potuerit, contendenti, non adeo geometrica subtilitate in poeta explicando utendum esse, libenter adsentiamur. Habent sane etiam *loci Albani*, quae offendant; sed cum optimi Codd. in hac lectione consentiant, acquiescamus interea in iis, quae Wagn. in recentiss. edit. adnotavit: „Suspicabimur in ista regione aut Albanis adsignatos fuisse locos (i. e. τόπους, viculos) quosdam ex hostibus captos aut Romanis hominibus ex agro Albano post dirutam Albam divisos, eaque dici **locos Albanos**" et latius persequitur in Philol. Suppl. I. p. 410 sq. Haupt. tamen et Ladew. ediderunt *Ac lucos*, quod sane in Bern. III. et „si Hassleri silentio fides est" in Minorang., ut in aliis quibusdam deterioris notae Codd. legitur et, si maiore Codd. auctoritate niteretur, utique praeferendum esset; quod enim Ameis. Hom. Kleinigk. p. 16. Ladowigio opponit, stabula in lucis structa cogitari non posse, id non magni est ponderis, cum iuxta pascua in saltibus (cf. Geo. II, 195 sqq.) etiam stabula facere haud absurdum sit. Paulo maioris momenti est, quod Wagn. l. l. et in Philol. XVII. p. 171. premit, lucos illos Albanos (de quibus Ladew., qui etiam cf. in Append. p. 262., conferri iubet Cic. pro Mil. 31, 85. et Liv. V, 15.) a loco, ubi haec res agatur, nimis remotos esse; quod etiam Ribbeck. Proleg. p. 81. censet; quamquam ne hoc quidem in **carmine** valde urgendum dixerim. Peerlk. malit *Et colles*. Ribbeck. denique fortasse neque hunc versum neque sequentem (quem etiam Hoffmann. Spicil. p. 17. damnat) nostri poetae esse suspicatur. — **387.** ***Albae de nomine dicti.*** Cf. Aen. I, 277. 534. al. — **388.** ***tum - - habebat,*** ἀσυνδέτως pro: ubi vero tum - - habebat. Conington confert VIII, 100. — ***stabula alta,*** ut VI, 179. (ubi vid. adnott.) Cf. etiam supra VII, 275. *praesepia alta* et ibid. v. 512. Ut reges τέμενος suum habent (vid. supra ad v. 274.), sic etiam greges suos. Ceterum pro Puncto, quod vulgo ponitur post *habebat*, cum Iahn. et Wagn. Colon posuimus, ut cohaereant: *iamque evaserat hostes, Ut stetit.* quae ultima verba et apodosin continent illorum *iamque evaserat* et protasin sequentium, ad quae *conclamat* subaudiendum. Cf. adnott. ad II, 803. III, 356. et Wagn. Qu. Verg. XXXV, 8. Secuti sunt Peerlk., Süpfl., Gossr., Haupt., Ladew. et Ribbeck.; Conington Comma, Bryce et Benoist. Punctum ponunt. — ***absentem respexit amicum.*** Conington comparat II, 741. *amissum respexi.* Quod autem ad omissum Verbum clamandi attinet, cf. adnott. ad I, 335. (II, 42. III, 85. al.) — **390.** Vulgo sic distinguunt: *Euryale, infelix qua* cett. Nos Medicei rationem secuti sumus cum Wagn., cui iure displicet *infelix* in principio enunciationis positum, quasi in eo potissimum sit nervus orationis; quum, si semet ipsum infelicem iudicaret Nisus ob amici iacturam, poeta potius scripturus fuisset: *qua te infelix reg. rel.* [velut Val. Fl. I, 715. *qua te infelix, quibus insequar oris?*] vel. *qua te reg. reliqui Infelix.* Etiam hic recentiores omnes praeter Bryceum Wagnerum secuti sunt. — **391.** Wagn., signo interrogationis non post *sequar*, (ubi in vulg. editt. apparet), sed post *silvae* posito, vv. *rursus perplexum - - silvae* adiungit Nisi orationi, ut tautologia vss. seqq. idoneam habeat excusationem. Sed non video, quomodo hic de tautologia sermo esse possit, cum universum illud *iter silvae rursus revolvere* (de quo pleonasmo vid. ad Geo. I, 200. et Aen. VI, 449.) profecto non unum idemque sit cum hoc speciali, quod vocant: *vestigia* ***observata*** *relegere;* quare, si nihilominus eandem distinguendi rationem secutus sum, id potius ea de causa

Fallacis silvae?“ Simul et vestigia retro
Observata legit dumisque silentibus errat.
Audit equos, audit strepitus et signa sequentum.
Nec longum in medio tempus, cum clamor ad auris
Pervenit ac videt Euryalum, quem iam manus omnis
Fraude loci et noctis subito turbante tumultu
Oppressum rapit et conantem plurima frustra.
Quid faciat? qua vi iuvenem, quibus audeat armis
Eripere? an sese medios moriturus in enses

---

feci, qua motus iam ante Wagn. Iahnius distinctionem immutaverat, haerens nimirum in Particulis *simul et*, quae quomodo post Participium *revolvens* locum habere possint, nescio. (Vid. infra ad v. 403.) Nunc sententia sic procedit: Nisus dixit: - - et simul cett. (Süpflius et ceteri recentiores editores nos secuti sunt, Gossr. autem signum interrogandi post *sequar* positum servavit. Ceterum pro *revolvens* Rottend. II. et III. haud male *resolvens*, quod etiam iuvat Med. a m. pr. exhibens *resolves* et locus VI, 29. a Wagn. collatus. Ob plurimorum tamen Codd. auctoritatem omnes recentiores editores vulgarem lectionem recte retinuerunt. Peerlk. totum locum sic constituendum censet: *Quave sequar? Rursus perplexum iter omne revolvit Fallacis silvae, simul* etc., haec adiiciens: „Haec Nisus dixit, simul rursus revolvit etc. *Simul* pertinet tam ad *revolvit* quam ad *legit*. Verba Niso non recte tribui possunt, quia sunt deliberantis ac timentis. Deliberatio autem et timor non cadunt in talem adolescentem tali tempore. Et quomodo dubitare posset, qua esset secuturus, si ipse addat, se omne iter esse revoluturum?“ quae nihil probare, quisquo videt. Gossr. vero totum versum vult omissum. — *vestigia retro Observata legit.* Cf. II, 753. *vestigia retro Observata sequor*, ibique adnott. Paulin. vit. Mart. I, 250. (a Wold. Ribbeckio laud.) hunc locum sic repetit: *rursum et vestigia retro Observata legit.* — **393**. *dumis silentibus;* nocte enim *tacet omnis ager*, ut cum ipso Vergilio loquar Aen. IV, 525. Aliter tamen *Burm.*: „Quia gradu suspenso et quieto nullum sonum edere solebat. Vid. VII, 677.“ et *Gossr.*: „Quia tam longe Nisus remotus erat ab Euryalo, ut nihil audiret. Postea propius aggressus audit equos;“ quae nimis artificiosae videntur explicationes. — *strepitus*, Plur. numero saepius repetitum strepitum et clamorem indicat, ut Geo. III, 79. Cf. adnott. ad - - - - et VII, 395. Verba *Audit equos, audit strepitus* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 128. — **395**. *Nec longum in medio tempus*, i. e. nec longum temporis spatium erat interiectum, quum cett. Sic Ovid. Met. IV, 167. *Desierat; mediumque fuit breve tempus, et orsa est Dicere Leuconoë*, et Plin. Ep. VII, 27, 13. *Exiguum tempus medium.* Conington affert Aesch. Suppl. 735. *μῆκος δ'οὐδὲν ἐν μέσῳ χρόνου.* — Ut hic *Nec longum tempus, cum* etc., sic. Geo. II, 80. *nec longum tempus*, etc. — **397**. *subito turbante tumultu* i. q. subito tumultu perturbatum (Euryalum). Cf. VI, 857. — **398**. Peerlk., coll. Aen. II, 477. XI, 834. aliisque locis, ubi collectivis Pluralis Verbi additur, praeter ullam necessitatem coni. *oppressum rapiunt conantem* etc. Verba *conantem plurima frustra* repetuntur in Ausonii Cent. nupt. 103. et Anth. Lat. I, 45, 9. — **399**. *qua vi, quibus armis*, prius explicui: qui fieri possit, ut vi et armis iuvenem eripiat, coll. adnott. ad I, 8. et II, 322.; nunc vero Coningtoni concedo, simplicius esse locum eadem ratione interpretari, qua Geo. IV, 504. *Quo fletu Manes, qua Numina voce moveret?* vel. Aen. IV, 283. *quo nunc reginam ambire furentem Audeat adfatu?* — **400**. Med., Rom. fragm. Ver. et Bern. II. *in hostes*, quod in loco huic simillimo II, 511. iam lectum et infra v. 554. repetitum defendit Iahn. (qui etiam cf. ad Geo. II, 120. p. 412. ed. II.) Sed cum plurimi et inter hos admodum boni Codd. (ut Gud., Mentel. I. et quatuor Potter.) in altera lectione (*in enses*) consentiant, Servius utramque lectionem commemoret, et similium locorum recordatio saepe fraudem fecerit librariis (vid. Wagn. ad VII, 528.), hic autem variatio poetae eo aptior videri pos-

Inferat et pulchram properet per vulnera mortem?
Ocius adducto torquens hastile lacerto,
Suspiciens altam Lunam, sic voce precatur:
„Tu, dea, tu praesens nostro succurre labori,

---

set, si cogitabat, etiam sequentis versus alterum hemistichium iam Geo. IV, 218. positum esse atque *ensium* hic, ubi de equitum incursu agatur, aptius mentionem fieri, quam omnino *hostium*, equidem cum Heyn. et Wagn. lectionem *in enses* retinui, quam etiam Peerlk., Süpfl., Bryce, Ribbeck. et Coningtou receperunt, Gossravio tamen Hauptio, Ladewigio et Benoisto ob Codd. auctoritatem non adscutientibus. Cf. etiam quae Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 389. et ibid. XVII. p. 171. de hoc loco disputavit. Ceterum cf. loci a Burm. collati Val. Fl. X, 554. *Medios moriturus in hostes Irruit* et XI, 741. *Equum medios moriturus in hostes Concitat*, qui tamen poeta, si omnino in tam simplici sententia alius auctoritatem secutus est, etiam alterius loci infra v. 554. memor esse poterat. — **401.** Cf. simillimus locus Geo. IV, 218. — **402.** „Consilium Nisi ex v. 409. declarandum est: volebat occulto et repentino assultu conturbare et consternare hostes, ut incerti, quibus insidiis peterentur, in fugam se coniicerent; ita liberandi Euryali copiam fore.“ *Heyn.* — *adducto lacerto*, ut V, 141. — **403.** *Suspiciens altam Lunam*. Aliquot Codd. (inter quos Rom. et fragm. Ver.) *susp. altam ad Lunam*, quod, Schradero iam probatum Emendd. p. 55., recepit Iahn. Mihi tamen haec lectio (quae alium patronum nullum nacta est) deberi videtur Grammatico nimis delicato, qui sono minus grato verborum *altám Lunám* mederi voluerit. Bergk. Ind. lect. Hal. aest. 1860. p. VIII. coniicit *Suspiciens altum, Lunam sic v. pr.*, eamque coniecturam recepit Ribbeck. et probat Ladew. in Append. p. 263. — *sic voce precatur.* Plurimi Codd. (interque eos Med., Pal., Rom., fragm. Veron., Gud., Bern. II. III. Minoraug. cum Prisc. XVI, 2. 16. p. 1034. ante *sic* addunt Copulam *et*, quam recepit Wagn., (sequentibus eum Süpflio, Gossravio et Coningtone; sed donec Vir doct. aliis exemplis atque Aen. VI, 547. (ad quem locum in recentiss. edit. provocat, cuique etiam X, 877. addere poterat) probaverit, Romanos etiam in hoc usu Participii cum verbo finito per Copulam iungendi cum Graecis conspirasse (qua de re conferri iubet Herm. ad Viger. p. 770. et Poppon. Obss. critt. in Thuc. p. 211.), de huius lectionis veritate dubitare licebit, cum Iahn. iam doceat, Copulam ex VI, 186. [cui loco adde XI, 784.] facile huc inferri potuisse, quam tamen etiam Nackins ad Catonis Dir. p. 209. coll. Hom. Il. XXII, 247. defendit. (In locis VI, 547. X, 877. Stat. Theb. II, 188. III, 496. XII, 773. et similibus ad *fatus, effatus, interfatus* subaudiendum esse Verbum *est*, etiam Ladew. ad h. l. contendit.) Wagneri autem argumenta, poetam vel oblitum esse coeptae orationis, vel vitare voluisse ingratum sonum *altám Lunám*, et intellexisse turbatae menti convenire etiam turbatam orationem, omnia recte refutavit *Peerlk.*, qui, nobiscum faciens, haec adnotat: „Oratio non esse debet turbata, quia Vergilius ipse loquitur, non Nisus. Vergilius coeptae orationis, ubi duo tantum vocabula praecedunt, oblivisci non facile potuit. Sonum, si esset ingratus, mutare sic in promptu erat: *Atque altam adspiciens Lunam, sic voce precatur;* quo omnis difficultas esset sublata.“ Neque magis probabile est, quod Süpflius suspicatur, tria, quae antecedant, Participia poetam decepisse et, ut minus accurate scriberet, induxisse. Alii, ut Copulam tuerentur, ad coniecturas confugerunt. Et Wagn. quidem ipse in Phil. Suppl. I. p. 355. proponit *torquetque*, Ribbeck. vero simpliciter *torquet* (nisi dissecto v. 403. post *Lunam* duo hemistichia cum Verbo finito additurum fuisse poetam statuamus, quamquam difficile sit dictu, quid addere potuerit) et Wilms. in Progr. Duisb. a. 1865. p. 13. Particip. *precatus*, ut subaudiendum sit *inquit*, quemadmodum IX, 623. et X, 736., qui tamen loci paulo alius sunt generis. Conington putat Vergilium scripsisse *susp. altam ad Lunam sic v. pr.*, excidisse vero Praepositionem et Copula suppletam esse. Ceterum de vv. *voce precari* vid. ad IV, 680. Med. in marg. habet *forte precatur*, haud dubie ex VI, 186., atque Gud. a m. sec. et Minorang. exhibent *ore preca-*

Astrorum decus et nemorum Latonia custos;
Si qua tuis umquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi
Suspendive tholo aut sacra ad fastigia fixi:
Hunc sine me turbare globum et rege tela per auras."
Dixerat et toto conixus corpore ferrum
Conicit. Hasta volans noctis diverberat umbras
Et venit aversi in tergum Sulmonis ibique
Frangitur ac fisso transit praecordia ligno.

---

tur, quod ad I, 614. vel II, 524. XI, 123. accommodatum videtur. Receptam lectionem etiam tuetur imitatio in Anth. Lat. I, 172, 18. *Tunc breviter supera adspectans sic voce precatur.* — V. **404** sqq. quibuscum cf. Hom. Il. IV, 1 sqq. et Od. XXIV, 518 sqq., imitatur Stat. Theb. VI, 633 sqq. — *praesens*, praesenti ope. Vid. ad Ecl. I, 42. Cum precum formula v. 406 sqq. Heyn. conferri iubet Hom. Il. I, 39 sq. V, 115 sqq. Od. IV, 736 sq. XVII, 240 sqq. Ceterum prius huius versus hemistichium repetitur in Anth. Lat. I, 178, 351., posterius ibid. v. 5. et 28. — **405**. *Astrorum decus*, Cerda et Conington comparant Aesch. Theb. 390. *πρέσβιστον ἄστρων*. Vergilius videtur memor fuisse Horatii Carm. saec. 1. *Phoebe silvarumque potens Diana, Lucidum caeli decus*, in quo mihi adsentitur Conington. *nemorum custos*, *ναπῶν μεδέουσα*, quatenus Luna eadem habebatur cum Diana. Conington comparat Hor. Od. III, 22, 1. *Montium custos nemorumque, Virgo.* Praeterea cf. Stat. Theb. VI, 633. et IX, 608. *Diva* vel. *virgo potens nemorum* etc. Verba *nemorum Latonia custos* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 32. — **406** sqq. Cf. Hom. Il. I, 39 sqq. et Od. IV, 763 sqq. — **407**. *si qua* (si forte) *dona auxi*, i. e. alia ipse addidi; quam modestiam decere preces facientem, observat Wagn. Cf. adnott. ad Geo. I, 7. Peerlk. tamen malit: *Sique ipse.* De more partem ferarum in venatione caesarum diis dedicandi et in templis suspendendi cf. adnott. ad Ecl. VII, 30. et Burm. ad Prop. II, 15, 19. Conington confert Plaut. Merc. IV, 1, 10. *aliquid cedo, Qui hanc vicini nostri aram augeam.* — **408**. „*tholus* est interius tectum rotundae aedis in testudinem concameratae, *fastigium* est in aditu et super foribus, *ἀετός, ἀέτωμα ἢ δέλτα.*" *Heyn.* De *tholo* (*θόλῳ*), umbilico tecti s. camerae rotundae, ubi trabes omnes conveniunt, cf. Vitruv. IV, 7. et Varr. Non. p. 448, 22. In tholo sacrarum aedium donaria Diis oblata a veteribus suspensa fuisse, docent etiam loci Stat. Theb. IV, 733. Silv. I, 4, 32. Val. Fl. I, 57. alii. — **409**. „*sine*, *ἔασον*, ut Il. VIII, 242 sq.; sollemnius erat *δός με, da, fac, me.*" *Heyn.* — *turbare globum* ut per eam turbam evadere possit Euryalus. (in qua explicatione mihi adsentiuntur Conington et Benoist. — *rege tela per auras.* Cf. Hom. Il. V, 290. *Βέλος δ' ἴθυνεν Ἀθήνη.* *Regere* pro dirigere etiam VI, 30. legitur. — **410**. Verba *toto conixus corpore* redeunt infra X, 127. Memor huius loci auctor Epit. Iliad. 367. videtur scripsisse *conatus corpore toto.* — **411**. *Hasta -- diverberat umbras.* Cf. VI, 294. *ferro diverberet umbras.* — **412**. *aversi in tergum* duo tantum Codd. (Rottend. II. et Vinar. I.) videntur exhibere; ceteri omnes, siquidem accurate collati sunt, Nonius p. 414, 9. et Servius *adversi.* Sed hae voces a librariis saepissime confunduntur; quare adsentior Heynio, haec adnotanti: „Is, cuius tergum petitur, averso sit corpore necesse est, non adverso. Si tuendum *adversi*, accipiendum erit respectu Nisi, cui sane adversum, ex adverso obiectum esse debuit Sulmonis tergum, quod hasta petebat. Sed hoc respuit usus loquendi." Heinsius, vulgatam defendens, permultis verbis demonstrare studet, *tergum* hic esse loricam coriaceam, quod nemini persuadebit, quamquam etiam Servius idem contendit, qui propterea *tergum*, non *tergus* scriptum esse memorans sic pergit: „Alii revera in tergum volunt esse percussum, quod falsum est. Nam quomodo ante fissum lignum esset et sic praecordia penetrata? Sciendum tamen locum hunc unum esse de his, quos insolubiles diximus supra." Sed quid impedit, quominus prio-

Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus et longis singultibus ilia pulsat.
Diversi circumspiciunt. Hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure.
Dum trepidant, iit hasta Tago per tempus utrumque
Stridens traiectoque haesit tepefacta cerebro.
Saevit atrox Volscens nec teli conspicit usquam
Auctorem nec quo se ardens inmittere possit.

---

rem partem fissi in tergo ligni simul cum cuspide praecordia transiisse putemus? Recte igitur omnes recentiores editores consentiunt in recipienda lectione *aversi*, Ribbeck. tamen ob lectionem *adversi* scribit *abversi*. — **414**. *Volvitur* redit infra v. 433. Cum seqq. verbis *vomens* etc. cf. Hom. Il. XIV, 437. *κελαινεφὲς αἷμ' ἀπέμεσσεν*. Lucr. II, 354. *Sanguinis exspirans calidum de pectore flumen*. et Epit. Iliad. 411. *fundentem calidum de pectore flumen*. — **415**. Cf. Geo. III, 506. *imaque longo Ilia singultu tendunt* et Tac. Hist. III, 10. *pectus -- singultu quatiens*. — **416**. *Diversi*, i. e. alius alio. Macrob. VI, 1, 36. p. 502. Ian. (p. 157. Bip.) comparat locum Pacuvii: *Diversi circumspicimus: horror percipit*. Cf. etiam supra VII, 150. Pro *acrior* Med. et Pal. a m. sec., Gud. vero a m. pr. exhibent *acrius*. **417**. „Cogita statum vibrantis hastam, elevata a dextra capitis parte manu. De eodem accipiendus Eurip. Hipp. 221. *παρὰ χαῖταν ξανθὰν ῥῖψαι βέλος*.“ *Heyn*. Cf. Silius V, 576. *Tum librat ab aure Intorquens iaculum* (ubi Drak. laudat Barthii Adverss. X, 24.) Ovid. Met. II, 311. *dextra libratum fulmen ab aure Misit in aurigam*. ibid. v. 624. *malleus - - dextra libratus ab aure*. De verbo *librandi* praeterea cf. infra X, 479. Ovid. Met. V, 142. VII, 787. Lucan. III, 433. Gronov. ad Sen. Cons. ad Marc. 9. Cort. ad Lucan. IV, 386. Arntzen. et Schwarz. ad Plin. Pan. 13. Ruhnk. ad Ovid. Her. III, 125. Ceterum Pal., Gud., Bern. II, III. verba sic transponunt *telum summa*. — **418. 419**. „Homericum vulnus, v. c. Il. IV, 502. et XX, 473.“ *Heyn*. — *iit hasta*. Hanc lectionem ex paucis Codd. (inter quos tamen Pal. et Gud.) Heins. restituit. Vulgo (ut sane etiam in Med. et Rom. atque in Nonii p. 408, 6. exemplaribus) *it*, quod Heyn. et Lachm. ad Lucr. p. 209. contra Vergilii usum (vid. supra ad v. 9. et ad Geo. II, 81.) pro *iit* positum esse censent quare non mirum, Hauptium et Ribbeckium plerumque Lachmannum secutos, itemque Ladew. et Benoistum revera *it* scripsisse. Praesens autem *it* ne ab Ennio quidem vel Lucilio, nisi in arsi, produci affirmat Wagn. coll. Vossio de Art. gramm. II, 32. et Ephem. schol. Darmst. 1830. 24. p. 187.; et *h* literam non longam facere praegressam syllabam idem Wagn. docet coll. Diar. lit. Halens. 1827. ch. 59. p. 468. et Qu. sua Virg. XII, 11. Cf. etiam adnott. ad. Geo. II, 81. Quod cum librarios ipsos non fugeret, in pluribus Codd. *it* mutarunt in *itque*. Lectionem *iit* hic etiam defendit Grotefend. Gr. Lat. Vol. II. §. 22, 3. Cf. autem infra XII, 283. Stat. Theb. XI, 38 *quo plus eat hasta lacerto*. Ovid. Met. VIII, 697. *quantum semel ire sagitta Missa potest*. Lucan. I, 299. *it torto Balearis verbere fundae Ocior - - sagitta* cett. — *per tempus*. Sic etiam ad Herenn. IV, 55. extr. Catull. 61, 162. Ovid. Met. V, 116. Sil. XII, 414. Stat. Theb. X, 110. al. Singularis *tempus* legitur. Cf. Neue, *Formenl*. I. p. 464. — **419**. *tepefacta*. Cf. Hom. Il. XVI, 333. et al. Servius iam comparat infra v. 701. *fixo ferrum in pulmine tepescit*. — **420**. Imitatur hunc locum Val. Fl. I, 700 *Saevit atrox Pelias, inimicaque vertice ab alto Vela videt: nec qua se ardens effundere possit*. — *teli auctorem* pro auctore ictus s. eo, qui telum emisit, dixerunt etiam Ovid. Met. VIII, 348. et Silius IV, 466., ad quos locos vid. Intpp. Eadem ratione Ovid. Fast. V, 42. *Iupiter - - vertit in auctores pondera vasta suos*, i. e. in Gigantes, qui ingentia saxa iaculati erant. Conington confert infra v. 748. — **421**. *quo* i. e. cui hosti. *ardens* Wagn. Qu. Virg. XXIX, 7. sic explicat: „ardens, se immittere, non videt, quo se possit immittere; *ἐφιέμενός περ*,“ rectius vero in min. edit.:

„Tu tamen interea calido mihi sanguine poenas
Persolves amborum,“ inquit; simul ense recluso
Ibat in Euryalum. Tum vero exterritus, amens
Conclamat Nisus, nec se celare tenebris
Amplius aut tantum potuit perferre dolorem:
„Me, me, adsum, qui feci, in me convertite ferrum,
O Rutuli! mea fraus omnis; nihil iste nec ausus
Nec potuit; caelum hoc et conscia sidera testor;
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.“
Talia dicta dabat; sed viribus ensis adactus
Transabiit costas et candida pectora rumpit.
Volvitur Euryalus Leto pulchrosque per artus

„scil. ulciscendi cupiditate.“ — *se inmittere.* Cf. VI, 262. — **422.** *Tu tamen* cett. Supplenda est talis enuntiatio: Nescio quidem vel Quamquam nescio, ubi inveniam eum, qui hanc hastam emisit. Cf. adnott. ad Ecl. I, 27. Macrob. Sat. VI, 1, 15. p. 499. Ian. (p. 154. Bip.) et Serv. comparant hunc Ennii locum ex Annal. I. fr. 58. p. 16. Vahl. (s. p. 26. Hessel.) *nam mi calido das sanguine poenas.* Conington confert Soph. Oed. c. 622. *θερμὸν αἷμα πίεται.* Respexit etiam hunc locum Silius II, 240. *tu solve interea nobis - - - Supplicium.* — **423.** *ense recluso.* Burm., cui probabilius videtur, Volscentem cum iam pugna sit, ensem iam strictum habere, coni. *ense reducto*, scil. ut vires colligeret eoque vehementius impingeret (velut infra XI, 605. et Ovid. Met. XII, 131.). Sed recte Heyn. iam pugnam esse negat; immo captivum trahi Euryalum, interea ex occulto advolare hastam Nisi. — *ense recluso.* Cf. IV, 646. *ensem recludit.* — **424.** *Ibat in Euryalum* Cf. XI, 389. *Imus in adversos.* — Idem Heyn., v. 424 sqq. cum ipso Nisi calore etiam orationem incalescere, verissime sensit. — **426.** *tantum perferre dolorem.* Cf. IV, 419 sq. — **427.** Oratio elegantissime turbata: *me, me,* scil. petite, occidite; non enim probabile videtur, Vergilium Pronomen ter cum Praepos. *in* coniungi voluisse. Ceterum cf. adnott. ad VIII, 144. et vid. infra v. 493 sq. Memores huius loci fuerunt Silius IV, 800. Stat. Theb. I, 651. atque auctores Hippodamiae et Medeae in Anth. Lat. I, 170, 155. (*Me, adsum qui feci, merui*) et I, 178, 435. (*Me, me, adsum, qui feci, in me omnia tela Coniicite*). — **428.** *mea fraus omnis,* ego solus auctor sum cuiusque fraudis vobis structae. *Fraus* autem pro crimine, ut ap. Cic. pro Rab. 9, 26. (quem Conington affert) *fraudem capitalem admittere.* — *nihil nec ausus, Nec potuit,* scil. propter aetatem. Vid. ad Ecl. V, 25. Peerlk. confert Hegesipp. I, 44. *Nihil est ausus referre, nec potuit.* — **429.** *conscia sidera.* Conington comparat Iuven. VIII, 149. *Nocte quidem: sed luna videt, sed sidera testes Intendunt oculos.* — **430.** Heinrichio hic versus, quem temere putat continere ipsius poetae sententiam, propterea ab interpolatore insertus videtur. Sed apertum est, pertinere eum ad Nisi orationem (quod clare docent verba proxime seqq.) et hunc habere sensum: in hoc uno peccavit, quod nimio mei, infelicis amici, amore adduci se passus est, ut me sequeretur. *Nimium* non coniungendum cum *infelicem*, sed cum *dilexit.* Peerlk. suspicatur, huius versus memorem fuisse Tacitum Ann. XVI, 32. sic scribentem: *Non criminibus mariti connexam; nimiae tantum pietatis ream.* — **431.** *dicta dabat.* Vid. ad VII, 560. — **432.** *ensis - Transabiit costas,* totus infixus per costas ad pectus abit. Sic autem Heins. ex bonis Codd. (inter quos Rom.) restituit; ante eum edebatur *Transadigit* (ut XII, 276. et 508.), quod legitur in Pal., Gud., Med. a m. sec. et ap. Nonium p. 243, 22., sed minus apte dicitur *ensis adactus transadigere.* Alii libri *transadiit* et *transabigit.* Verbum *transabire* legitur etiam Stat. Theb. II, 9. (ubi item adiicitur *costas*) VI, 510. IX, 126. Sil. XII, 264. Val. Fl. IV, 510. De coniunctione temporum *transabiit et rumpit,* i. e. postquam transabiit, rumpit, cf. adnott. ad Geo. III, 228. (Aen. II. 465. VI, 746. etc.) — **433.** *volvitur* (cf. supra v. 414.) *Leto,* provolvitur, concidit caesus,

It cruor inque humeros cervix conlapsa recumbit:
Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens, lassove papavera collo
Demisere caput, pluvia cum forte gravantur.
At Nisus ruit in medios solumque per omnis
Volscentem petit, in solo Volscente moratur.
Quem circum glomerati hostes hinc comminus atque hinc
Proturbant. Instat non setius ac rotat ensem
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Condidit adverso et moriens animam abstulit hosti.
Tum super exanimum sese proiecit amicum
Confossus placidaque ibi demum morte quievit.

---

moriens. *Leto* autem tertius, non sextus videtur Casus, ut etiam in *Leto* vel *Morti sternere* (Aen. VIII, 566. XII, 464. ap. Silium X, 32. al.) et *Leto deiicere* (Aen. X, 319.), quod non aliter explicandum, quam *Neci, Morti demittere* (Aen. II, 85. V, 691. X, 662.). *Volvitur* enim qui stans deiicitur et sternitur vel ex editiore loco pronus cadit, in quam rem Wagn. conferri iubet X, 700. XII, 329. I, 116. X, 403. XI, 640. 889. Nihilominus Schrader. coniicit *Solvitur*, quod Ribbeck. etiam in Bern. II. a m. pr. invenit neque improbat coll. v. 414., ubi idem Codex pariter *Solvitur* exhibet, et IV, 530. Bryce, Ladew. et Benoist. Wagnero mihique adsentiuntur, Conington vero *Leto* Ablativum habet. — **434**. *It cruor*. Vid. Rupert. ad Silium IV, 204., ubi *per candida membra It fumans cruor*. Cum seqq. verbis Conington comparat Geo. III, 524. Iteratur hic versus in Anth. Lat. VI, 84, 66. — **435** sqq. „Eximia et suavis imitatio, sed in qua Maroni nil imputandum praeter verborum ornatum. Nam praeclarum illud *succisus aratro* a Catullo mutuatus est Carm. XI extr., ubi *flos praetereunte postquam Tactus aratro est* (cf. eund. LXII, 39. *Ut flos - - nullo contusus aratro*); alterum de papavere totum Homericum est Il. VIII, 306 sq. Imitati sunt multi: in his Ovid. Met. X, 190 sqq. Adde Apollon. III, 1398 sqq.“ *Heyn*. Cf. etiam similis locus XI, 68 sqq. — **436**. *lassove papavera collo* etc. Cf. Hom. Il. VIII, 306 sq. „Wakef. propter praecedens *languescit* pro *lassove* coni. *laesove*. Sed talia innumera apud veteres leguntur. Vid. Aen. VI, 51. Markland. ad Stat. Silv. p. 195. (p. 295.) et Heyn. Observv. ad Tibull. I, 7, 14.“ Haec *Iahn*. ad VI, 310. verissime. Repetit vv. *lassove papavera collo* Petron. c. 132. — **437**. *Demisere caput*. Ovid. Met. III, 502. de Narcisso: *Ille caput viridi fessum submisit in herba*. Ceterum de Perfecto ἀοριστικῶς usurpato cf. adnott. ad Geo. I, 49. — *in solo V. moratur* omni cogitatione. Cf. VII, 253. *in connubio natae thalamoque moratur*. Imitatur hunc locum Silius V, 607. *Tum praeceps ruit in medios, solumque fatigat Flaminium incessens*. — **441**. *Proturbant*. Cf. X, 801. Cf. etiam Ovid. Met. III, 80. *obstantes proturbat pectore silvas*. — *rotat ensem*. Cf. X, 577. et Silius IV, 207. *adversumque viro rotat obvius ensem*. — *fulmineum*. Cf. IV, 579. — *non setius*. Vid. ad Geo. III, 367. — — **442**. *clamantis in ore Condidit*. Cf. infra X, 323. *iaculum clamanti sistit in ore*, et supra v. 347. — **443**. *animam abstulit hosti*. Cf. VIII, 567. — **444**. *exanimum* ex plurimis Codd. (inter quos Med.) cum Iahn. et Wagn. restitui. Cf. adnott. ad IV, 8. Vulgatum *exanimem* (quod inter recentiores editores unus Bryce retinuit) Palat., Rom., Gud. a m. pr. et pauci alii exhibent. — **445**. *placida morte quievit;* nempe Nisus, ultus amicum Volscente caeso, in eius complexu animam exhalans placide quiescere videri debet; *demum* autem additur, quia antea quiescere i. e. ab ulciscendi studio desistere non potuit. Ceterum cf. similis locus Silii XVII, 472. *Heriumque iacentem Amplexus iuncta lenivit morte dolorem*, et quos ibi laudat. Drak.: Eurip. Suppl. 106. Ovid. Met. V, 71. Sil. IX, 401. Stat. Theb. II, 642. Ceterum eiusmodi *placidae morti*, quae

Fortunati ambo! si quid mea carmina possunt,
Nulla dies umquam memori vox eximet aevo,
Dum domus Aeneae Capitoli inmobile saxum
Accolet imperiumque pater Romanus habebit.
Victores praeda Rutuli spoliisque potiti
Volscentem exanimum flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus Rhamnete reperto
Exsangui et primis una tot caede peremptis

---

etiam VI, 522. commemoratur, infra X, 745. opponitur *dura quies.* — **446** sqq. Cum hoc epiphonemate splendidissimo et ad miserationem movendam aptissimo Heyn. conferri iubet imitationes Statii Theb. X, 443 sqq. Silii II, 696 sqq. et Val. Flacci II, 242 sqq. Adde Auson. Cent. nupt. 77. *Fortunati ambo, si quid pia numina possunt.* Anth. Lat. I, 171, 119. et IV, 209, 25. (*Fortunati ambo*) atque I, 178, 24 (*si quid mea carmina possunt*) et Ambros. infra laud. Conington conferri iubet Ecl. VI, 9 sqq. — **447**. Cf. Prop. IV, (III,) 1, 63. *At non ingenio quaesitum nomen ab aevo Excidet.* Silius IV, 400. *Aeternumque decus memori celebrabitur aevo, Si modo ferre diem serosque videre nepotes Carmina nostra valent,* et Avien. descr. orb. terr. 259. *memori laus semper pullulat aevo.* Vid. etiam Moschus III, 126. *εἰ δέ τι κἠγὼν Συρίσδων δυνάμαν,* et cum toto loco cf. Ovid. Trist. III, 7, 51. *Dumque suis victrix omnem de montibus orbem Prospiciet domitum Martia Roma, legar,* Hor. Od. III, 30, 6 sqq. (ibique imprimis verba v. 8. *dum Capitolium Scandet cum tacita virgine pontifex*) similesque loci; quos collegimus ad Aen. I, 607. Imitatur hunc locum Ambros. de obitu Valent. 78. *Beati ambo, si quid meae orationes valebunt, nulla dies vos silentio praeteribit,* quem citat Peerlk. — **448** sq. Genti Iuliae perpetuum fore imperium poeta auguratur. „*domus Aeneae,* gens Iulia, aut, quod minus malim, omnino populus Romanus. — *inmobile saxum:* quippe *aeternum* Capitolium, et nota narratio de Termino deo, qui in fundamentis Capitolii iaciendis non cessit loco.“ *Heyn.* Cf. Lactant. de falsa relig. I, 20. — **449**. *pater Romanus* Heynio et Gossravio videtur esse Iupiter Capitolinus, qui tamen nusquam *pater Romanus* appellatur; quare rectius alii Augustum hic significari statuunt, „non quasi is ipse aeternum regnaturus esset, sed quod penes eius familiam perpetuum orbis Romani imperium fore augurarentur“; quae sunt Wagneri verba, conferentis etiam Auson. Praf. ad Theodos. v. 21. *Tu modo te iussisse, Pater Romane, memento,* et notissimum Horatii locum Od. I, 2, 50. *Hic ames dici Pater atque Princeps.* Omnino autem Imperatorem Patrem Patriae appellare mos erat Romanis. Praeter ipsum autem Augustum etiam de eius familia cogitandum esse, non est quod memorem. Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. I. not. 831. (et cum eo Ladew.) *patrem Rom.* hic nihil aliud esse censet, nisi *civem Romanum,* Vergilium civibus blandiri voluisse ratus, qui antiquissimis temporibus, cum nondum essent plebeii, omnes patricii fuerint. (Ladew. cum Niebuhrio, Conington nobiscum facit; Bryce et Benoist. rem in dubio relinquunt.) Peerlk. locum corruptum et aliquid huic simile: *imperiumque orbis Romanus habebit,* coll. Aen. VI, 582. substituendum censet. Gentius p. 51. pro *pater* parum feliciter coni. *patens.* — **450**. *praeda,* quam ceperant de Niso et Euryalo, *spoliisque,* quae Euryalus e castris Rutulorum abstulerat. Cf. v. 457. — *Rutulos* autem hic pro Latinis vocat poeta (vid. v. 367 sqq.), ut infra v. 517. et 519. *Rutuli* appellantur, qui secundum v. 505. *Volsci* erant. Eadem nominum confusio deprehenditur XI, 518. 869. 603. 618. 629. omninoque populi foedere iuncti haud raro confunduntur. Peerlk. tamen pro *Rutuli* coni. *Euryali,* ut hanc habeamus sententiam: Victores Latini cum praeda et spoliis, quae Euryalus in castris Rutulorum fecerat, castra Rutulorum petunt. — **451**. Pal., Rom., Gud. et Bern. III. etiam hic *exanimem,* ut v. 444. — **452**. Comparant Hom. Il. X, 523 sq. — *Rhamnete reperto.* Vid. supra v. 359. Peerlk. confert Val. Fl. III, 280. *in mediis exsangui rege reperto Aggeribus.* — **453**. *primis,* primoribus, proceribus; ut infra v. 785. Caes. B. C. 1, 35.

Serranoque Numaque. Ingens concursus ad ipsa
Corpora seminecisque viros tepidaque recentem
Caede locum et plenos spumanti sanguine rivos.
Adgnoscunt spolia inter se galeamque nitentem
Messapi et multo phaleras sudore receptas.
Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Iam sole infuso, iam rebus luce retectis

Hor. Ep. I, 20, 23. al. Cf. adnott. ad Ecl. I, 44. — *una caede*, i. e. communi; ut ap. Cic. Cat. IV, 2, 3. (ubi vid. Beneck.) *una peste perire;* ibid. c. 6, 11. *uno incendio concidere;* ap. Silium XVII, 500. *uno exitio mactari* cett. Cf. etiam supr. II, 708. Oudend. et Cort. ad Lucan. II, 195. Beier. ad Cic. Off. II, 8, 27. — **454**. *tot peremptis, Serranoque Numaque*, i. e. et inter eos imprimis Serrano et Numa. Cf. adnott. ad Aen. I, 30., infra v. 811. VII, 535. VIII, 330. 698. XII, 399. Geo. I, 498. IV, 14. etc. De forma Nominis *Serrani* vid. supra ad v. 335. Schrader., cui adsentitur Peerlk., coll. v. 334. pro *Numaque* coni. *Lamoque*, cum requiratur nomen aliquod antea iam commemoratum; cuius rei causam non perspicio; cum non absonum sit, a Niso et Euryalo praeter supra v. 324 sqq. nominatos etiam alios occidisse occisos esse. Quare etiam carere possumus Heynii coniectura, *Remo* aliquem suspicari posse coll. v. 330. Ribbeck. denique adnotat: „Quoniam *Numa* ad „*multam sine nomine plebem* v. 343. referri omnino non potest, vix dubito, quin poeta aut hic *Lamoque* aut v. 334. *Numamque* scripturus fuisset, si absolvisset poema. Et alterutrum fuisse qui corrigendo inferrent, docent librorum Bern. II. ad v. 334. et Pal. ad h. l. scripturae." Cf. etiam eius Proleg. p. 81. Alius Numa infra X, 562. ab Aenea interficitur. — *concursus ad ipsa corpora* Wagn. Qu. Verg. XVIII, 2, b. sic explicat: „non solum lugent caesos, sed concursus etiam fit ad eos." Scil. ut suis oculis utentes eos ut caesos recognoscant, „*as we should say, to recognize the bodies,*" ut Conington adnotat, qui simul comparat VI, 318. *Concursus ad amnem.* — **455**. „*tepidaque recentem caede locum;* non per hypallagen, ut vulgo exponunt, sed propter exquisitiorem et remotam a vulgari usu formam. Nam *locus recens caede* doctius dictum est, quam locus recenti caede, in quo recens caedes facta. At *caedes tepida* propter tepentem adhuc cruorem: *φόνος αἷμα λιαρόν.*" *Heyn.* Lectionem *tepidaque recentem* testatur etiam Macrob. VI, 6, 3. p. 532. Ian. (p. 183. Bip.). Plures tamen Codd. (Pal., Rom., Gud. a m. pr., alii) *tepidumque recenti caede locum*, minus bene; quod quomodo ortum sit, docet Med., in quo a m. pr. scriptum est *tepidamque recentem*, corrector autem, cum *m* expungenda esset, transfodit *a* et superscripsit *u*, ut iam legatur *tepidumque*. Haec autem mutatio alteram quoque provocavit; in multis enim Codd. (inter quos etiam Med.) legitur etiam *pleno spumantis sanguine rivos*, quod, utroque dicendi genere commixto, recepit Wakef., locum sic edens: *tepidaque recentem C. l. et pleno spumantes sanguine rivos* (ut VI, 87.). Optimi tamen Codd. (cum Rom. et Pal.) consentiunt in lectione *plenos spumantis*, in qua ultimum *s* sequenti voc. deberi videtur. (Recentiores editores omnes iure retinuerunt lectionem nobis quoque probatam.) Ceterum *caedes* pro sanguine caede effuso legitur etiam ap. Lucan. VII, 294. et Stat. Theb. IV, 255., ubi *in caede natare;* ap. Ovid. Met. IV, 125. *Arborei fetus adspergine caedis in atram Vertuntur faciem* et al. Cf. etiam infra v. 818. et X, 245. — **458**. *phaleras.* Vid. supra v. 359. — V. **459**. et **460**. legimus iam IV, 584 sq., ut v. 460. etiam Geo. I, 447. — **461**. Verba *Iam sole infuso* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 101. Peerlk. confert Ambros. Hexaem. IV, 2. *Sole terris infuso.* — *rebus luce retectis.* Conington comparat IV, 119. *radiisque retexerit orbem* et VI, 272. *rebus nox abstulit atra colorem.* Ceterum ex vulgari dicendi usu sequi debebat *cum Turnus* etc. (cf. III, 135. VII, 104. 160. 166.

Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse,
Suscitat, aeratasque acies in proelia cogit
Quisque suas variisque acuunt rumoribus iras.
Quin ipsa arrectis — visu miserabile — in hastis
Praefigunt capita et multo clamore sequuntur
Euryali et Nisi.
Aeneadae duri murorum in parte sinistra
Opposuere aciem, — nam dextera cingitur amni —
Ingentisque tenent fossas et turribus altis
Stant maesti; simul ora virum praefixa movebant

etc.); sed Part. *cum* eadem ratione omittitur V, 703. Cum seqq. verbis cf. Hom. Il. XI, 15 sqq. — *in arma viros - - Suscitat* Cf. VI, 814. *movebit Tullus in arma viros* et Epit. Iliad. 118. *cogat in arma viros.* — *armis circumdatus.* Cf. II, 510. *Arma circumdat humeris.* — **463.** *aeratas acies*, ut VII, 703. — **464.** *Quisque suas.* Sic Med. aliique boni Codd., quos (ut omnes me posteriores editores) cum Wagn. secutus sum, cum hac lectione recepta supersedeamus omnibus illis argutiis, quibus vulgatam *Quisque suos* (a Pal., Rom., Gud., Bern. II. III. aliis exhibitam) antecedentibus verbis accommodare et interpretari studuerunt Burm., Ruhk., alii. *Heyn.* haec adnotat: „Ad iustam ac sollemnem rationem esse debebat: *aeratasque acies in proelia cogunt*, nunc per appositum: *quisque suos.* Dicendum est, *cogunt*, nunc relatum ad sequens, in Singularem abiisse, *cogit quisque*"; sed rectissime etiam Ribbeck. Wagnero Quaest. Verg. XVI, 2. concedit, ut *suos* recte se haberet, v. 463. *cogunt* scribendum fuisse. Ruhk. autem verba sic coniungenda esse censet: *Turnus - - acies: in proelia cogit Quisque suos - - iras:* et *viros* de ducibus, *aeratas* autem *acies* de militibus intelligit. Gossr. denique post *cogit* Semicolo incidit, ut cohaereant verba *quisque suas iras acuit et variis quidem rumoribus.* — *acuunt iras.* Vid. supra ad VII, 406., ubi praeter hunc locum addi potest XII, 850. *acuunt metum.* — *rumores*, quod Heyn. per hortatus, voces interpretatur, Heinrich. rectius de narratione caedis illius nocturnae intelligit. Sic etiam Conington comparans Soph. Ai. 141. ὡς καὶ τῆς νῦν φθιμένης νυκτὸς Μεγάλοι θόρυβοι κατέχουσ' ἡμᾶς. — **466.** *multo clamore sequuntur.* Cf. infra v. 636. V, 575. X, 799. et Hom. Od. XV, 162. οἱ δ' ἰΰζοντες ἕποντο. — **467.** Heyn. hoc hemistichium ex interpretamento in margine adscripto ortum suspicatur, sed verissime Wagn. censet, nomina necessario adiicienda fuisse, et ita superiori versui subiecta multum habere miserationis. Nihilominus etiam Peerlk. in h. l. haeret, et pro audacia sua haec addit: „Fieri adeo potuit, ut librarii corruperint, quod Vergilius sic scripsit: *Quin ipsa Euryali et Nisi (miserabile) in hastis Praefigunt capita, et multo clamore sequuntur.*" — **468.** „Cf. ad v. 194. [et 69.] de locorum situ. Firmant Troiani praesidiis vallum ab laeva parte, qua Rutuli oppugnare munitionem seu urbem, qua voce Vergilius appellat, poterant: collocant ea in ipso vallo s. muro et in turribus, quas fossa ambit. — *in parte sinistra murorum*, ex situ castrorum a partibus Troianorum." *Heyn.* — **469.** *dextera.* Sic omnes fere libri et recentiores editt. Med. a m. pr., Rom., Gud. et Bern. II. exhibent *dextra.* Etiam ap. Prisc. VIII, 48. (p. 766. P.) Krehlius edidit *dextera*, qui *dextra* in uno modo Cod. invenit. Cf. Neue *Formenl.* II. p. 2., qui hic fortasse *dextra* scribendum esse censet. — **470.** *tenent fossas*, i. e. muros, quibus subiectae sunt fossae, insidentes has tuentur hostemque arcent a transitu. Cf. VIII, 653. — *turribus altis Stant maesti.* Cf. X, 121. *Miseri stant turribus altis.* — **471.** *maesti*, de pugnae eventu solliciti; nondum enim Aeneas reversus erat. — *simul - - movebant.* Ad hanc maestitiam accedebat luctus de Nisi et Euryali fato. *Movebant* autem pro vulg. *videbant* (in Pal., Gud. et Bern. III. apparente) Heinsius ex plurimis optimisque Codd. revocavit.

Nota nimis miseris atroque fluentia tabo.
Interea pavidam volitans pinnata per urbem
Nuntia Fama ruit matrisque adlabitur auris
Euryali. At subitus miserae calor ossa reliquit;
Excussi manibus radii revolutaque pensa.
Evolat infelix et femineo ululatu
Scissa comam muros amens atque agmina cursu
Prima petit, non illa virum, non illa pericli
Telorumque memor; caelum dehinc questibus inplet:
„Hunc ego te, Euryale, aspicio? tune ille senectae
Sera meae requies, potuisti linquere solam,

— **472**. *ora atro fluentia tabo*, constructione satis nota. Vid. ad III, 626. Ceterum cf. adnott. ad VIII, 487. et III, 29., locusque similis VIII, 197. — **473** sqq. Comparant Hom. Il. XXII, 447 sqq. et VI, 388 sqq. Vergilium imitatus est Stat. Theb. III, 133 sqq. Cf. etiam Hor. Od. II, 2, 7. *Illum aget penna metuente solvi Fama superstes*, Prop. IV, (III,) 1, 9. *Quo me Fama levat terra sublimis* et supra IV, 173 sqq. 298. 666. — *per urbem*. Castra Troianorum iam supra v. 8. *urbs* appellabantur. — **475**. *calor ossa reliquit*. Vid. III, 308. cum adnott. ad II, 120. et Geo. III, 272. — **476**. Cf. Hom. Il. XXII, 448. (de Andromacha Hectoris caede accepta) τῆς δ' ἐλελίχθη γυῖα, χαμαὶ δέ οἱ ἔκπεσε κερκίς. Conington putat Vergilium hic etiam memorem fuisse Apollonii Rh. III, 255. Ex hoc versu sua petiit Claud. R. Pros. III, 161. *Attritosque manu radios proiectaque pensa* cett. Cf. etiam Ovid. Met. IV, 229. *pavet illa, metuque Et colus et fusi manibus cecidere remissis.* — *Excussi manibus radii*, ut ap. Val. Fl. I, 618. *Excussi manibus remi.* De *radiis* diximus ad Geo. I, 294. — *pensa* (de quo voc. vid. ad Geo. I, 390.) hic pro texto, cuius volumen revolvitur (*sich verwirrt*) a textrice consternata emissum. — **477**. *Evolat infelix*. Vid. supra VII, 387. et cum toto loco cf. IV, 672 sqq. — *femineo ululatu*. Cf. IV, 667. — **478**. *Scissa comam*, ut ap. Stat. Theb. XI, 317. (omnino huius loci memorem) *Scissa comas.* Cf. etiam supra IV, 590. *abscissa comas.* — **479**. *agmina prima* iungenda esse, iam Heyn. docuit; procurrit ante propugnatores valli. Serv. et Burm. minus recte *prima* ad matrem referunt. — De Pronomine *illa*, quod pleonastice adiectum videtur, cf. adnott. ad I, 3. (V, 457. VI, 593.) et Iahn. ad Geo. I, 203. — *non virum memor*, pudoris immemor, qui vetare debebat matronam publice se immiscere viris; sed secundum Stat. Theb. X, 570. „*non habent extrema pudorem.*“ Cf. Senec. Hipp. 94. *Non illam timor* (pericli) *Pudorque* (virorum) *tenet*, Stat. Theb. XI, 318. *At genetrix primam funestae sortis ut amens Expavit famam, - - ibat - - Non sexus decorisque memor* et similes loci. — *pericli Telorumque* ἓν διὰ δυοῖν esse patet. — **480**. *caelum questibus inplet*, ut Geo. IV, 515. *loca questibus inplet.* — **481**. *Hunc*, talem, occisum et ita habitum. — *ille* ex Med. et ceteris libris tantum non omnibus cum Iahn. et Wagn. revocavimus, quos etiam ceteri recentiores editores praeter unum Bryceum vulgatum *illa* (quod Rom. exhibet) servantem sunt secuti. Opponuntur autem, ut Iahn. docet. hoc Pronomine verba *senectae sera meae requies* iis, quae statim sequuntur, *potuisti linquere solam crudelis*, et sensus est: Tu, diversus ab illo, quem sperabam fore senectutis meae requiem, nunc potuisti me solam crudeliter relinquere? Vid. adnott. ad III, 558. et infra X, 862., ubi Wagn. Pronomen, ut hic, rem optatam speratamque significare docet. Ceterum cf. etiam I, 617. Peerlk. minus probabiliter sic distingui suadet: *Tunc ille, senectae sera meae requies? Potuisti* etc., simulque pro *sera* (i. e. ultima) coni. *certa*. Sed cf. VIII, 581. *mea sola et sera voluptas.* Imitatur h. l. Stat. Theb. XII, 322. *Hunc ego te, coniux, ad debita regna profectum - - Adspicio.* Peerlk. addit Hegesipp. de excid. Hieros. V, 23. Cf. etiam Burm. ad Val. Fl. VII, 481. — *senectae meae requies*. Cf. XII, 57. *senectae Tu requies miserae.* — **482**. *so-*

Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Adfari extremum miserae data copia matri?
Heu, terra ignota canibus data praeda Latinis
Alitibusque iaces! nec te, tua funera mater

---

lam, orbatam. *Solus* enim haud raro dicitur de parentibus, qui liberis, et de liberis, qui parentibus orbati sunt. Cf. Gronov. ad Sen. Cons. ad Marc. c. 24. et Ruhnk. ad Ter. Eun. I, 2, 67. Verba *potuisti linquere solam?* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 36. — **483.** *Crudelis* eadem ratione positum vide IV, 311, ubi hunc locum conferre neglexi. Cf. autem adnott. ad Ecl. VII, 50. et Geo. I, 477. — **484.** *Adfari extremum*, ultimum vale dicere. Vid. II, 644. III, 68. V, 80. VI, 506. XI, 97. al. Alio sensu VI, 466. legimus *extremum fato, quod te adloquor, hoc est.* — *copia adfari.* De hac constructione vid. ad Geo. I, 305. Ceterum cf. I, 520. *Coram data copia fandi.* — „**485** sq. ex prisci aevi atrocitate proiiciendi corpora inhumata satis nota vel ex Iliadis primis versibus." Haec *Heyn.*, qui cum seqq. vss. conferri iubet Odyss. XXIV, 291 sqq. Il. XXII, 509 sqq. et infra X, 557 sqq. Addo Soph. Electr. 1115 sqq. et Tibull. I, 3, 5 sqq. Macrob. Sat. VI, 2, 21. p 512. Ian. (p. 167. Bip.) comparat similem Ennii locum in Cresphonte (fr. 8. p. 110. Vahl.) *Neque terram iniicere neque cruenta convestire corpora Mihi licuit nec miserae lavere lacrimae salsum sanguinem.* Ceterum cf. adnott. ad II, 646., ubi adde Dissen. ad Tibull. l. l. et Bach. ad Ovid. Met. II, 337. — Cum verbis *canibus data praeda* cf. Hom. Il. I, 4. Pro difficiliore sane lectione *date*, quam a Mentel. II. aliisque quibusdam Codd. exhibitam prius cum Heinsio, Heynio et Wagn. receperam, nunc cum Hauptio, Ribbeckio, Ladew. et Benoisto restitui vulgarem optimorum Codd. omnium lectionem *data*. Quamquam enim verum est, quod Wagn. etiam in Philol. Suppl. I. p. 389. repetit, *date* ex antecedente versu facile in *data* mutari potuisse et Vocativus etiam alibi pro Nominativo secundae Verbi Personae adiicitur (cf. adnott. ad II, 283. X, 327. et XII, 947.), tamen ut mutarem sententiam meam imprimis me movit Ladewigii adnotatio (cf. etiam Philol. VII. p. 479 sqq.) de querulo et lamentabili sono literae A per utrumque versum continuato. Süpfl., Bryce et Conington cum Wagn. *date* retinuerunt. Peerlk., ut duplex malum, *ignota terra* et *praeda canibus*, melius sentiatur, sic vult distingui: *Heu, ignota terra, canibus - - Alitibusque iaces;* praeterea vero etiam hanc inanem profert coniecturam: *canibus lacerande Latinis.* — Etiam v. **486.**, ubi prius cum Heynio, Bothio et Wagn., quos etiam Süpfl., Gossr. et Haupt. secuti sunt, ediderain *funere* ex Bembi coniectura, cum *funere* praecedente voc. *tua* facile in *funera* abire potuerit, ut etiam XII, 790. ex *certamine* factum sit *certamina* (ubi tamen nunc item ad optimorum Codd. lectionem redii), nunc cum Bryceo, Ribbeckio, Ladew. et Wagn. ipso in recentiss. edit. restitui Codd. meliorum omnium, Servii, Donati ad Ter. Adelph. IV, 2, 52., Nonii p. 372, 30. Macrob. VI, 2, 21. p. 512. Ian. (p. 167. Bip.) et Schol. Lucani II, 298. lectionem *tua funera* quam cum Catroeo et Ribbeckio ita interpretor, ut mater se ipsa corrigens dicat: *te*, quid dico *te?* immo *tua funera*, quare post *te* Comma posui. *Funera* autem Plur. numero de uno funere etiam IV, 500. VI, 874. et ap. Stat. Theb. XII, 383., atque sic etiam *corpora* pro uno corpore mortuo ap. Ovid. Met. II, 326. et VIII, 236. legitur. Ceterum mirum quantum de hoc versu differant virorum doct. sententiae. Servius (quocum Wagnerum consentire miror, qui etiam cf. in Philol. Suppl. I. p. 355. *funera* cum *mater* coniungit, ut sit quasi *funerea*, ad quam *funus* pertinet); quod tamen Adiectivum nusquam legitur et omni analogiae repugnat; nam in Ennii fragm. ap. Cic. Tusc. I, 49, 117. et Cat. mai. 20, 73., ubi prius legebatur *nec funera* (Nomin. Sing.) *fletum Faxit* (cf. Merula p. LVI.), nunc e Codd. recte editur *funera* (Accus. Plur.) *fletu Faxit* (vid. Vahlen. ad Epigr. IV. p. 162.). Cf. etiam Davis. ad Cic. Tusc. l. l. Ladew. autem (qui cf. in Philol. VII. p. 479. et in Append. edit. suae p. 263.) *tua funera* coniungit cum *tegens* et propterea v. 488 sq. ante v. 487. ponit, quod iure reprehendunt Wagn. in

Produxi pressive oculos aut vulnera lavi
Veste tegens, tibi quam noctes festina diesque
Urguebam et tela curas solabar anilis.
Quo sequar? aut quae nunc artus avolsaque membra
Et funus lacerum tellus habet? Hoc mihi de te,
Nate, refers? hoc sum terraque marique secuta?
Figite me, si qua est pietas, in me omnia tela
Conicite, o Rutuli, me primam absumite ferro;
Aut tu, magne pater divum, miserere tuoque
Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo,
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam."

Philol. l. l. et Hoffmann. in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 516. Alii enm Bembo ad conicctnras confugerunt. Iul. Sabinus substitnit *ad tua funera*, Burm. coni. *tristia funera*, Hoffmann. l. l. melins *taeda funera*, Heumann. Poecil. Tom. IV. p. 538. *te et tua funera;* Iahn. recepit Donati (?) lectionem *nec te in tua funera m. P.*, i. e. ego te in funera prodncere non potni; Peerlk. coni. *nec fletu funera m. P.* — **487**. *Produxi.* Cf. Lucan. II, 298. *longum producere funus ad tumulos*, et Stat. Silv. II, 1, 19. *Ipse etenim tecum nigrae solennia pompae - - et pucrile feretrum Produxi.* Verbnm simplex *ducere funus* legimus Geo. IV, 256. — *vulnera lavi.* Macrob. Sat. VI, 2, 21. p. 512. Ian. (p. 168. Bip.) hunc confert Ennii locum (Cresph. fr. 8. p. 110. Vahl. s. p. 261. Hessel.) *Neque terram iniicere, neque cruenta Convestire mihi corpora licuit* [potins: *conv. corpora Mihi licuit*], *Nec miserae lavere lacrimae salsum sanguinem* et Wold. Ribbeck. hunc Ambrosii de Iac. II, 12, 53. *Non flevit mater - - non ora morientis clausit, non lavit vulnera, non superiacienda velamina, non prosequendas exsequias* etc. — Cum v. **488**. cf. Hom. Il. XXII, 510 sqq. — *veste tegens* pro: et veste texi. Cf. Wagn. Qn. Verg. XXIX, 5. et adnott. ad X, 193. al. — **489**. *quam Urguebam, et - - solabar*, i. e. eum urgens solabar. Cf. Ecl. VI, 20. Geo. II, 56. Aen. III, 355. 574. IV, 264. X, 330. 883. 907. etc. *Urguere* autem aliqnid interdum i. q. totis viribus in aliquid incnmbere. Cf. Hor. Sat. II, 7, 6. id. Epist. I, 14, 27. Ovid. Met. IV, 390. Tibull. I, 9, 8. Mart. VIII, 33, 16. Peerlk. conferri iubet Hor. Epod. [XII, 21. ?], nbi *properare*, et Stat. Silv. I, 1, 128., nbi *festinare vestes* legitnr. — Cnm verbis *tela curas solabar* Conington confert Geo. I, 293. *cantu solata laborem.* — **490**. *avolsa membra.* Cf. II, 558. *avolsum humeris caput.* — *Quo sequar*, scil. te, te quaerens. Respicit hnnc locnm anctor Medeae in Anth. Lat. I, 178, 434. — **491**. *funus lacerum* repetit anctor Hippodamiae in Anth. Lat. I, 170, 86. Ceterum vid. adnott. ad VI, 150. et 510. — *Hoc*, capnt in pertica suffixum (cf. v. 465.). — **492**. *refers*, prima signif. pro reportas, reddis, praebes. — *„hoc sum secuta?* hoc caput sum secuta, ut mihi aliqnando id esset adspectandnm! Nisi *hoc* pro eo, propterea, malis accipere, s. pro hunc luctum." *Heyn.* Wagn. iure praefert alteram interpretationem, locnm sic explicans: „hoc nt mihi eveniret tam longo molestoqne itineri operam dedi?" neque aliter Ladew.: *„drum folgt' ich zu Wasser u. Land dir?"* Vid. adnott. ad Geo. II, 425. coll. iis, qnae ad Aen. III, 56. adscripsimus. — *secuta.* *Sequi* Gr. *διώκειν* interdum i. q. petere. Vid. ad V, 590. et 629. Verba *hoc sum terraque marique secuta?* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 205., ut sequentia *in me omnia tela Coniicite* ibid. v. 435 sq. — **493**. *si qua est pietas*, si vos, nt fas est, miseret matris infelicis. (Cf. II, 645.) Hegesipp. l. l. hunc locum sic imitatur: *figite me, si qua est pietas. Utinam in me tela sua omnes contorqueant!* Ceterum cf. II, 536. *Si qua est caelo pietas.* — Cnm v. **495** sqq. cf. V, 691 sqq. — **496**. *hoc caput*, i. e. me. Vid. ad IV, 613. — *invisum* scil. diis, a quibus tantum mali ei impositnm sit. Cf. II, 647. — *telo*, fulmine, *βέλει κεραυνοῦ*. — **497**. *quando*, i. e. qnoniam. Vid. ad IV, 291. et 315. — *crudelem abrumpere vitam* iam legimus VIII, 579., ubi vid. adnott. — *crude-*

Hoc fletu concussi animi maestusque per omnis
It gemitus; torpent infractae ad proelia vires.
Illam incendentem luctus Idaeus et Actor
Ilionei monitu et multum lacrimantis Iuli
Corripiunt interque manus sub tecta reponunt.
  At tuba terribilem sonitum procul aere canoro
Increpuit; sequitur clamor caelumque remugit.
Adcelerant acta pariter testudine Volsci
Et fossas inplere parant ac vellere vallum.

---

lem. Vid. ad II, 368. — **498.** Conington comparat II, 73. *Quo gemitu conversi animi.* — **499.** *torpent ad proelia vires.* Idem Conington, qui coll. VIII, 509. recte coniungit verba *vires ad proelia*, conferri iubet *exercitum tardatum ad proelia* ap. Tac. Ann. I, 62. — *infractae*, prorsus fractae. Cf. adnott. ad V, 784. — **500.** „*illam incendentem luctus*, excitantem, augentem aliorum moerorem, ita ut animi deprimerentur et rebus praesentibus diffiderent. Ut *ardere* dicuntur ea, quae in magno motu sunt, agitantur, turbantur, versantur; sic *incendere* est motum quemcunque inferre vel augere. Cf. ad X, 895.“ *Heyn.* Cuius tamen loci, ut similis XI, 147., non prorsus eadem est ratio. Cf. potius V, 455. (ibique adnott.) et VII, 514. — **501.** *Ilionei.* De forma Genitivi vid. ad Ecl. VI, 42. Aen. VII, 249. et al., de ipso autem homine ad I, 521., ubi *maximus* (natu) vocatur; quare eius potissimum est ceteris consilia dare. — *inter manus* (scil. positam) pro: in manibus, ut II, 681. XI, 311. Plaut. Most. II, 1, 38. Cic. Verr. V, 11, 28. Caes. B. C. II, 2. Liv. III, 13, 3. Tac. Ann. III, 16. Iustin. XV, 3, 12. al. Cf. Duker. ad Flor. III, 21, 6. l. l. Oudend. ad Lucan. II. 121. Intpp. ad Phaedr. V, 7, 10. et Hand. Turs. III. p. 387 sq. Ceterum Conington conferri iubet Hom. Il. V, 344. — *sub tecta.* Codd. haud pauci *in tecta.* Ceterum omnino cf. similis locus Stat. Theb. X, 815. — **503** sqq. „Praeclare ad revocandum a moerore et recipiendum ex tam longa narratione animum utitur versibus ad movendos animos idoneis.“ *Heyn.* Cum v. 503. Servius comparat illum Ennianum (Ann. inc. sedis fr. 8. p. 67. Vahl. s. p. 50. Hessel.) *At tuba terribili sonitu taratartara dixit.* Apparet, in utroque loco literas *t* et *r* cumulatas esse ad ipsum tubae sonum imitandum. Vid. Santen. ad Ter. Maur. p. 323. et Nackium de alliteratione sermonis Lat. in Museo Rhenano a. 1829. Fasc. III. p. 375. et cf. Aen. VIII, 596. similesque locos. Ceterum hic versus cum primo sequentis vocabulo iteratur in Anth. Lat. VI, 84, 20 sq. — *increpuit*, edidit; ut Sil. V, 188. *Increpuere simul feralia classica signum.* Cf. etiam Prop. I, 17, 6. *saevas increpat aura minas* similesque locos et Ruddim. II. p. 221. — **505.** *Volsci*, immo rectius Rutuli, ut infra v. 517. et 519. appellantur. (Cf. adnott. ad v. 450.) Nam Volsci equites a Camilla ducti (VII, 803.) non apti erant ad testudinem faciendam. — „In *testudine acta* [quod etiam legitur II, 441., ubi vid. adnott., et alibi] egressus est Homericam τειχομαχίαν Il. XII, 443 sqq., quae in hoc et seqq. poetae animo insidere debuit. - *Testudinem agere*, scutis supra caput iunctis, unde v. 513. *tecta acies*, Troiani et Achivi nondum norant; de machina multo minus cogitare licet. [Cf. adnott. ad II, 441.] - - Ceterum novam Troiam, urbem, poeta ita descripsit, ut simul castrorum vicem ea praebere possit, VII, 157 sqq. Erat autem, quantum video, ex poetae mente fossa ducta cum aggere s. vallo ex humo aggesta, vallis s. stipitibus ei praefixis; vallo impositus erat murus, turribus ex intervallis distinctus. Itaque oppugnatio ita instituitur, ut primum alii testudine facta succedere, fossam implere ac vallos convellere, alii, qua parte murus nudatus esset, scalas admovere tentent. Rupta ac soluta testudine v. 215–517., missilibus e longinquo muros propugnatoribus nudant. Tandem v. 521 sq. in turrim impetus fit: igni immisso expulsis Troianis irruunt Rutuli.“ Haec fere *Heyn.* — *pariter*, „quia in ea re pari omnium insessu motuque opus erat, quo aptius scuta inter se connecterentur.“ *Wagn.* — **506.** *fossas inplere* (cf. infra v. 567.)

Quaerunt pars aditum et scalis ascendere muros,
Qua rara est acies interlucetque corona
Non tam spissa viris. Telorum effundere contra
Omne genus Teucri ac duris detrudere contis,
Adsucti longo muros defendere bello.
Saxa quoque infesto volvebant pondere, si qua
Possent tectam aciem perrumpere, cum tamen omnis
Ferre iuvat subter densa testudine casus.
Nec iam sufficiunt. Nam qua globus inminet ingens,
Inmanem Teucri molem volvuntque ruuntque,
Quae stravit Rutulos late armorumque resolvit
Tegmina. Nec curant caeco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo
Missilibus certant.
Parte alia horrendus visu quassabat Etruscam
Pinum et fumiferos infert Mezentius ignis;
At Messapus equum domitor, Neptunia proles,
Rescindit vallum et scalas in moenia poscit.

---

et *vellere vallum* (i. q. *scindere vallum*, ut v. 146. et 524., de quo vid. Drakenb. nd Liv. II, 25, 3.) coniungitur etiam ap. Caes. B. G. III, 5. et V, 51. Rom. male exhibet *pellere vallum* quare in Med. a m. sec. legitur *pellere vallo*, ut infra v. 519. — **507**. *Quaerunt aditum.* Cf. supra v. 58. — *aditum et ascendere*, ut Geo. I, 25. *invisere et curam*, ubi vid. adnott. — **508**. *corona.* Vid. X, 122. et supra ad v. 380. — *spissa viris.* Conington comparat Hor. Od. II, 15, 9. *spissa ramis laurea.* — **509**. *Telorum omne genus*, ut II, 467. — **512**. *infesto pondere*, gravi et ob gravitatem exitioso. — *si qua*, *εἴ πως*. Vid. ad I, 18. — **513**. „*Cum tamen iuvat:* at illis, qui sub testudine latent, decretum est extrema experiri." *Heyn.* Volunt quidem sub testudine sua extrema experiri, sed tamen resistere non possunt (*non sufficiunt*). Schrader. proposuit coniecturam *quam tamen omnes F. iuvat*, ab Heynio, qui duriuscula videtur iunctura per *cum*, non improbatam. Sed vid. adnott. ad III, 301. Quamquam igitur Vergilium sententias melius coniungere potuisse concedo, non tamen opus esse dixerim Ribbeckii in Indicativo offendentis coniectura *num - - - casus?* quam defendere studet in Proleg. p. 280. et 366., Conington vero ut a Vergilio alienam reiicit. Pro *iuvat*, quod Heins. ex melioribus libris restituit, vulgo legebatur *libet*, quod exhibent Rom., Med. a m. sec., Bern. II. et Minoraug., sed ortum videtur ex scriptura *iubat* (in Gud., Pal. a m. sec., Bern. III. a m. pr. et Prisciani p. 1101. P. Codd. quibusdam apparente) et *lubat* (in Med. a m. pr.). Haec verba et alibi confunduntur. Cf. Heins. ad Ovid. Her. XVI, 116. XIX, 102. idem ad Val. Fl. VIII, 80. Drak. ad Sil. IV, 747. — **514**. *subter testudine;* constructio paulo rarior. Cf. Catull. LXV, 7. *Rhoeteo subter litore* et Neue *Formenl.* II. p. 553. — **515**. *globus*, ut supra v. 409. et X, 373. — *imminet.* Cf. X, 26. — **516**. *ruunt* transitive, ut Geo. I, 105. (ubi in adnot. pro Aen. I, 85. legendum I, 35.). — **517**. *Rutulos.* Vid. supra ad v. 450. et 505. Peerlk., et hic mutatione opus esse ratus, *Rutuli* in *Volsci* mutandum censuit. — **518**. *nec - - amplius.* Vid. ad III, 192. — *caeco Marte* (quae verba etiam II, 335 leguntur), sub testudine, *tecta acie* (v. 513.). — **522**. *quassabat.* Cf. VI, 587. *lampada* (i. e. facem) *quassans.* — *pinum*, scil. ardentem, facem. Vid. supra ad VII, 397. — *Etruscam*, quia ipse cum Etruscis, quos ducebat (vid. VII, 652.), faces castris admovebat. Cerda *pinum* minus recte de hasta Mezentii (X, 762.) intelligit. — *fumiferos ignes.* Vid. ad VII, 456. et VIII, 198. — V. **523**. iam supra legimus VII, 691., ubi vid. adnott. Messapus hic Sarpedonis Homerici (Il. XII, 397 sqq.) partes agit. — **524**. *Rescindit vallum*, ut Geo. I, 280. et Aen.

Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quae funera Turnus
Ediderit, quem quisque virum demiserit Orco,
Et mecum ingentis oras evolvite belli.
[Et meministis enim, divae, et memorare potestis.]

VI, 583. *rescindere coelum*, Lucr. II, 406. *rescindere vias* cett. — *scalas in moenia poscit.* Cum plures Codd. (ut Pal., Gud. a m. pr., Bern. III.) et Servius ad Geo. I, 264. exhibeant *scalas ad*, Ribbeck. suspicatur, poetam fortasse scripsisse *scalas iam ad.* — 525 sqq. „Praeclare haec; facit enim Musarum invocatio plurimum ad convertendos animos in Turnum, qui nunc rebus gestis erat illustrandus: modo non ex Homero omnia nimis manifeste essent translata; a quo tamen omnino diligentius curatum est, ut, quae narraret, non ex poetae ingenio, sed a vetere fama profecta esse viderentur, quam Musae suppeditarent. In Vergilio contra nimis manifestum est, ex poetico artificio haec esse inserta.“ *Heyn.* Cum v. 525. cf. imprimis Hom. Il. XIV, 508 sq. — *Vos, o Calliope.* Sic Silius III, 221. *prodite, Calliope, famae.* Vid. ad I, 140., ubi praeter libros gramm. addi possunt Drak. ad Silium III, 222. Burm. ad Val. Fl. VIII, 178. Heinr. ad Iuven. VI, 173. Weichert. ad Val. Fl. VIII, 194. Huschk. et Bach. ad Tibull. I, 3, 1. Obbar. ad Hor. Ep. I, 10. in. et de eodem Graecorum usu Brunck. ad Arist. Ran. 1479. Schaef. ad Soph. Oed. C. 1102. Lobeck. ad eiusd. Ai. 191. Nitzsch. ad Hom. Od. III, 43. Stallb. ad Plat. Protag. 3. p. 28. alii. Calliope autem etiam a Silio III, 222. XII, 390. Iuven. IV, 36. aliisque invocatur. Ceterum hic versus totus iteratur in Anth. Lat. III, 81, 49. — *adspirate*, i. e. favete. Vid. II, 385. — *canenti*, i. e. canere ingredienti, incipienti. Cf. adnott. ad VI, 468. et XII, 394. — Cum v. 526 sq. cf. infra v. 784 sq. Wagn. ex Vat. fragm. et plurimis Codd. edidit *tum*, quem nunc cum Hauptio, Ribbeckio, Ladew. (qui prius et ipse cum Iahnio et mecum ex Med. *tunc* ediderat) et Coningtone secutus sum. Cf. III, 187. et IV, 408. ibique adnott. Bryce et Benoist. retinuerunt *tunc.* — *strages*, - *funera* - *Ediderit.* Cf. Geo. III, 247. *funera stragemque dedere* et infra v. 785. *stragem* et X, 602. *funera edere.* — 527. *virum* Gen. Plur., non Accus. Sing. — *demiserit Orco*, Ἄϊδι προΐαψεν. Vid. ad II, 85. — V. 528. Macrobio VI, 1, 18. p. 500. Ian. (p. 155. Bip.) et Servio testibus ex Ennii Annal. VI. (fr. 1. p. 29. Vahl. s. p. 64. Hessel.) translatus, ubi scriptum erat: *Qui potis ingentis oras evolvere belli.* Cf. etiam Quinctil. Inst. VI, 3, 86. et Diomed. Inst. I. p. 381. P., qui eundem Ennii versum laudant, ita tamen, ut ille *causas* substituat *oris.* „Verbum *evolvere* hic non videtur valere i. q. ἐξηγεῖσθαι, sed i. q. explicare, ἀναπτύσσειν; *oras*, puta quasi picturae alicuius convolutae; quae enim evolvitur, prima apparet extrema pars s. ora: ἄρχετ' ἀείδουσαι πόλεμον.“ *Wagn.* Cf. etiam Bach. ad Ovid. Met. XV, 152. (ubi legimus *seriem evolvere fati*) et adnott. ad Geo. IV, 509. Heyn. de *evolvendi* vocabulo conferri iubet Barth. ad Stat. Theb. I, 2. et Stoeber. ad Manil. I, 116. Peerlk. autem, qui inter alia confert Cic. pro Coel. 23. *Ego nec principium invenire, nec exitum evolvere possum*, locum mira ratione sic interpretatur: „*Orae* sunt loca, *orae ingentes* loca, in quibus percurrendis facile impedimur, v. c. Labyrinthus. Ex his locis conamur nos *evolvere.* Pro nos *evolvimus ex locis* doctius *evolvimus loca*: *mecum evolvite* pro me adiuvate, ut evolvam.“ — V. 529. abest ab omnibus libris melioribus, praeter Rom. neque legitur in melioribus Servii Codd., et haud dubie invito Vergilio ex VII, 645. hic iteratus est; quem propterea Wagn., Haupt. et Ribbeck. (qui etiam cf. in Proleg. p. 81. et 153.) ex ordine ceterorum eiecerunt. Defendit tamen eum Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 66 sq. (quocum consentire videtur Iahn. ad Geo. II, 129. p. 411. ed. II.) his verbis usus: „Sollemnis est versuum in deorum invocationibus repetitio apud Homerum et alios: cuius rei ignoratio librariis ansam dedit versus praetermittendi, quem supra lectum esse reminiscebantur.“ Peerlk., Süpfl., Bryce, Ladew., Coningt. et Benoist. et ipsi de eius αὐθεντίᾳ dubitant nobiscum uncis eum includentes; Gossr.

Turris erat vasto suspectu et pontibus altis,
Opportuna loco, summis quam viribus omnes
Expugnare Itali summaque evertere opum vi
Certabant, Troes contra defendere saxis
Perque cavas densi tela intorquere fenestras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus
Et flammam adfixit lateri, quae plurima vento
Corripuit tabulas et postibus haesit adesis.
Turbati trepidare intus frustraque malorum
Velle fugam. Dum se glomerant retroque residunt
In partem, quae peste caret, tum pondere turris
Procubuit subito et caelum tonat omne fragore.
Semineces ad terram inmani mole secuta
Confixique suis telis et pectora duro
Transfossi ligno veniunt. Vix unus Helenor
Et Lycus elapsi, quorum primaevus Helenor,
Maeonio regi quem serva Licymnia furtim

---

rem in dubio relinquit. — **530.** „Cf. II, 449 sqq., ubi regia Priami simili modo oppugnatur.“ *Heyn.* — *vasto suspectu.* Vid. supra ad VI, 579. — „*pontibus*, quibus discurrunt propugnatores per moenia et ad turrim pervenire licet. Ita statuendum est, si turris fuit in ipsis muris: sin fuit ante murum s. vallum, iuncta cum eo illa fuit ponte, ut supra ad v. 170. expositum est.“ *Heyn.* — **532.** Verba *summa opum vi* iterantur XII, 552 Sic iam Ennius Ann. IV, fr. 5. p. 27. Vahl. (p. 57. Hessel.) *Romani scalis summa nituntur opum vi*, quae ultima verba redeunt Ann. XVI, fr. 10. p. 61. Vahl. s. p. 113. Hessel. (Cf. etiam Macrob. Sat. VI, 1, 17. p. 499. Ian. s. p. 154. Bip.) — **533** *defendere*, scil. certabant turrim; quare Colon, ab Heynio, Wagn. (prius certe) et Bryceo post *Certabant* positum, in Comma mutavimus, qua in re Süpflius, Gossr. et ceteri recentiores editores omnes (etiam Wagn. ipse in recentiss. edit.) nos secuti sunt. Ceterum cf. X, 130. *certant defendere saxis.* — **534** *fenestras.* Vid. ad II, 482., ubi adde Stat. Theb. X, 535. *Armataeque vomunt stridentia tela fenestrae* — *lampada*, malleolum. Cf. VIII, 694. — **536.** „*flammam affixit lateri*: ergo turrim ligneam fuisse credendum est, si exterius adhaesit fax allisa et affixa.“ *Heyn.* — *plurima vento*, vento nutrita et aucta. Cf. VI, 659. — **537.** *postibus adesis. Adedere* saepe de igni dicitur. Cf. Silius I, 363. *pluteis Vulcanum exercet adesis* ibique Drakenb. et Heinsius ad Ovid. Am. I, 15, 41. Ceterum cf. III, 257. *ambesus.* Schrader. pro *postibus* (quos Conington trabes significare censet) male coni. *pontibus.* — **538.** *malorum fugam.* Conington comparat *fugam pericli* VIII, 251. — **539.** *retro residunt.* Vid. ad VI, 419. et 751. *Peerlk.* recte haec adnotat: „Recedentes simul cum turre residunt. Melius quam, quod Schrader. coniicit, *recedunt:* quia omnes stant in una parte, turris inclinatur, et ipsi cum turre.“ — **540.** „*pestis* de incendio, ut V, 683. [ubi vid. adnott.]. Dum omnes in alteram turris partem, quae intacta ab igni est, concedunt, illa, quae solo imposita et superstructa erat (non fundamento saxeo in terram acto), utpote lignea et mobilis, inaequali pondere inclinatur. — **541.** *subito* Adverb. videtur, non Adiect. cum *pondere* coniungendum. verba *caelum tonat omne fragore* redeunt XII, 757. *fragore* in *tumultu* mutato. — **542.** Corruente turri in latus alterum affiguntur ii, qui intus sunt, solo gravi turris ruina; hoc dixit *veniunt in terram.* Fit autem ex his maxime probabile, turrim propugnaculum ante vallum fuisse, quandoquidem, cum in alterutrum latus illa rueret, *in medio hostium* se viderunt constituti, ii, qui incolumes ruina effugerant.“ *Heyn.* — *inmani mole secuta*, turri in eos superincidente. — V. **543.** cum primis verbis sequentis repetitur in Anth. Lat. I, 178, 231 sq. — **545** sqq. Comparant Hom. Il. VI, 23 sq. — **546.** *Maeonio*

Sustulerat vetitisque ad Troiam miserat armis,
Ense levis nudo parmaque inglorius alba.
Isque ubi se Turni media inter milia vidit,
Hinc acies atque hinc acies adstare Latinas:
Ut fera, quae densa venantum saepta corona
Contra tela furit seseque haud nescia morti
Inicit et saltu supra venabula fertur,

---

regi. Cum nomen patris non additum sit, Servius eum et ipsum Helenorem appellatum fuisse suspicatur; Wagn. vero quaerit: „*Maeonio*, num i. q. Phrygio? cf. IV, 216., an Mesthli aut Antipho? cf. Hom. Il. II, 864.“ Tum Maeonius esset i. q. Lydius. Vid. ad VIII, 499., sed praestare videtur prior ratio. — *Licymnia.* Nomen in Codd. vario modo corruptum. Veram nominis formam exhibent Med. et Gud. Vid. etiam Bentl. ad Hor. Od. II, 12, 13. — *furtim*, clam, utpote furtivo amore genitum, (cf. VII, 660.) *Sustulerat* ex patris voluntate. Vid supra ad v. 203. Ceterum cf. Hom. Il. VI, 24. — *arma vetita* Heyn. interpretatur: quae tractare nondum posset propter teneram adolescentiam: nam erat *primaevus* v. 545.; Ruhk. tamen, Servium secutus, haec adnotat: „At mater miserat: hinc *arma vetita*, haud apta servae filio, quo elegantius, quam ei conveniret, armato matrem gloriatam innuit poeta, magis sui quam heroici aevi ratione habita.“ Heynii explicationi a Wagnero probatae adversari locum X, 345. *fidens primaevo corpore Clausus Advenit* et alios, qui doceant, satis multos his bellis interfuisse primaevos, vere observat Peerlk., qui rectius fortasse cogitat de patris interdicto, ut sensus sit: Licymnia, quae Helenorem clam eduxerat, eum inscio et invito patre miserat. (Sic etiam Ladew.; Wagn. fluctuat inter utramque interpretationem.) Conington, Peerlkampii et Servii explicationem coniungi posse censens, conferri iubet Hom. Il. II, 832., cuius loci poeta hic memor fuisse videatur. Falsa certe est Donati ratio, qui explicat *fato vetita*. Cf. Ribbeck. Proleg. p. 183. — **548.** *Ense nudo*, i. e. solo, nullis aliis telis instructus. Cf. XI, 711. De hoc autem simplici Ablativo vid. ad III, 618. VII, 187. al. Verba *Ense levis nudo* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 433. Sequentia verba *parma inglorius alba* Ruhk. recte videtur explicare: „qui non gloriabatur, sed alba tantum, nullis insignibus ornata (nullo argumento caelato insigni) parma armatus.“ Neque aliter Heinrichius, qui confert Aeschyl. Sept. ad Theb. v. 588 sq. σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν κύκλῳ· οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει, et Eurip Phoen. 1119., ubi eadem ratione Amphiarai ἄσημα ὅπλα commemorantur. Cf. etiam Geo. IV, 94. et Stat. Theb. IX, 109. *Diffugere iubae patuitque ingloria caesis.* Schirach. vero p. 456. *inglorius* hic non minus quam infra XII, 397. et Geo. II, 486. (ubi vid. adnott.) interpretatur: „qui nullam famam quaerit e rebus magnis et cum gravitate peragendis.“ — *Alba parma* est eadem, quae XI, 711. *pura parma* vocatur, et Servio teste convenit tironi, cui non licebat pictas gestare parmas. De ipsa *parma* cf. Lersch. Ant. Verg. §. 31. et liber meus *Hellas u. Rom.* I, 1. p. 114. Erat ea inter arma velitum, de quibus cf. Polyb. VI, 22. et Liv. XXXVIII, 21. — **549.** „Turri in fastigio aperta, non tecto clausa, in praeceps data, desilientes Helenus et Lycus in medio hostium versari se videbant; alter, Lycus, v. 556 sq. vibrato a terra corpore in aggerem et murum recipere se et escendere conatur.“ *Heyn.* — **550.** *Hinc acies atque hinc acies.* Vid. ad Geo. IV, 86. Conington comparat XI, 766. *hos aditus iamque hos aditus.* — *adstare* fortius, quam simplex *stare*. Cf. adnott. ad Geo. III, 545. Aen. I, 152. II, 328. IV, 702. al. Pro *Latinas* Peerlk aliud vocab. malit, cum tercentum tantum adsint equites Latini, cetera autem legio instructa moretur ad urbem Latini; sed vide adnott. ad v. 450. — Cum v. 551 sq. Heyn. conferri iubet Hom. Il. XII, 41 sqq. XX, 164 sq. infra XII, 4 sq. et Silium X, 1 sqq. Adde Ovid. Met. XIII, 510. — Verba *venantum septus corona* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 287. — **552** *haud nescia.* Conington comparat

Haud aliter iuvenis medios moriturus in hostis
Inruit et qua tela videt densissima tendit.
At pedibus longe melior Lycus inter et hostis
Inter et arma fuga muros tenet altaque certat
Prendere tecta manu sociumque attingere dextras.
Quem Turnus pariter cursu teloque secutus
Increpat his victor: „Nostrasne evadere, demens,
Sperasti te posse manus?“ simul arripit ipsum
Pendentem et magna muri cum parte revellit:
Qualis ubi aut leporem aut candenti corpore cycnum
Sustulit alta petens pedibus Iovis armiger uncis,
Quaesitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a stabulis rapuit lupus. Undique clamor

X. 907. *iugulo haud inscius accipit ensem.* — **554.** *moriturus in hostes Irruit.* Vid. II, 511. et adnott. ad Geo. III, 501. — **555.** *densissima tela.* Cf. VII, 673. et XII, 409. — **556.** *longe melior.* Ita poetas tantum et recentiores historicos, non Ciceronem et meliores pedestris orationis scriptores dicere, qui *multo*, non *longe*, cum Comparativo coniungere soleant, res satis nota. Cf. Hand. Turs. III. p. 551. — Ceterum *pedibus melior* ita dictum, ut V, 68. *iaculo et sagittis*, XI, 338. *lingua* et imprimis V, 430. *pedum motu melior.* Cf. etiam Bentl. ad Hor. Epist. I, 10, 34. Drakenb. ad Silium X, 76. et adnott. ad Ecl. V, 1. — *inter et hostes, inter et arma* per similem appositionem, qua apud Tibullum II, 1, 67. legimus *interque greges interque armenta*, ap. Val Flaccum V, 13. *inter lacrimas interque extrema virorum munera* cett. Cf. Hand. Turs. III. p. 409 sq. De Praepositione cum vi iterata vid. ad II, 358. In pedestri oratione scriptum esset *inter hostes eosque armatos.* — **557.** „Murum humilem fuisse necesse est, qualis est Homericus murus in vallo Achivorum, cuius pinnas Sarpedon manu convellit, Il. XII, 397. — *tecta* pro muri summa parte [cf. Liv. I, 14, 3.], ut v. 568. *fastigia* [quae tamen Wagn. rectius de turrium fastigiis intelligit. Serv. et duo Codd. hic *saxa* exhibent, quae lectio Burmanno non displicet]; hinc v. 562. *pendentem*, nam prehenderat manu superiora muri, ut saltu se in altum libraret, [eademque causa *sociûm attingere dextras* cupiebat, quorum ope in murum eniteretur] et *magna muri cum parte*, uti Hom. l. l. ἔπαλξιν ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσιν Ἕλχ', ἡ δ' ἕσπετο πᾶσα διαμπερές.“ *Heyn.* Peerlk. tamen, haerens in *tectis* murorum, coni. *Prendere tuta manu*, i. e. „muros tenet, et certat murorum alta prendere, conscendere, et in tutum venire.“ — Genit. *sociûm* invenitur etiam V, 174. — **559.** Conington conferri iubet XII, 775. *Teloque sequi* (*voluit*), *quem prendere cursu Non poterat* et ibid. v. 354. — **560.** Verba *Nostrasne* etc. - - *manus?* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 142 sq. et 178, 451 sq. — **561.** *ipsum pendentem* Wagn. Qu. Verg. XVIII, 2, r. explicat „ut pendebat in muro (ὡς εἶχε κρεμάμενος);“ cum *ipse* interdum ad tempus conditionemque praesentem referatur. Cf. etiam adnott. ad Aen. III, 5. — Verba *magna muri cum parte revellit* Conington ex Hom. Il. XII, 398 sq. petita esse memorat. — Cum v. **563** sqq. comparant Hom. Il. XV, 690 sq. XXII, 308 sq. XVII, 674 sq. — *Qualis ubi.* Vid. ad Aen. II, 472. — *candenti corpore*, quod Wakef. ex uno Cod. Ies. mutavit in *candentem corpore*, requirere morem Virgilianum, docet Wagn. coll. locis I, 71. III, 427. VII, 783. VIII, 208. 330. et Georg. IV, 538., ubi vv. *tauros praestanti corpore*, non *eximios praestanti corpore* iungenda sint. — **564** *Sustulit*, i. e. tollere solet. Vid. adnott. ad Geo. I, 49. et al. — *alta petens*, ut V, 508. — *Iovis armiger.* Vid. ad I, 394. et V, 255. — **565.** *Quaesitum* pro: qui quaeritur. Cf. adnott. ad Geo. I, 206. (Aen. II, 514. VI, 335. al.) — **566.** *Martius lupus*, Marti sacer, quod lupa Martis filios, Romulum et Remum, lacte suo nutriverat. Cf. Hor. Od. I, 17, 9. et Silius VII, 717. ibique interpp.

Tollitur; invadunt et fossas aggere conplent;
Ardentis taedas alii ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo atque ingenti fragmine montis
Lucetium portae subeuntem ignisque ferentem,
Emathiona Liger, Corynaeum sternit Asilas,
Hic iaculo bonus, hic longe fallente sagitta;
Ortygium Caeneus, victorem Caenea Turnus,
Turnus Itym Cloniumque, Dioxippum Promolumque
Et Sagarim et summis stantem pro turribus Idan,
Privernum Capys. Hunc primo levis hasta Themillae
Strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens

— *a stabulis* Peerlk. paullo artificiosius explicat: procul a stabulis, scil. errantem. — **567** sq. „Cum uno loco perrupisset munitionem Turnus, facti inde ceteri Rutuli audaciores undique novo impetu invadunt; eoque res succedit, ut fossam *humo aggesta* expletam habeant. Tum propius murum et portam subeuntes iactant faces.“ *Heyn.* — **567.** *fossas aggere* (humo aggesta) *conplent.* Cf. supra v. 506. — **568.** *fastigia*, scil. turrium. Cf. VIII, 491. *ignem ad fastigia iactant.* — **569.** *saxo atque ingenti fragmine montis*, (quae verba X, 698. repetuntur) ut I, 61. *molem montesque*, VIII, 289. *monstra geminosque angues* et multa similia. Cf. adnott. ad Ecl. II, 8. VIII, 95. Geo. I, 335. Aen. IX, 307. et al. (Sic autem locum intelligendum esse, docent etiam verba *saxum, haud partem exiguam montis* X, 127. (a Coningt. coll.). Ceterum cf. simillimus locus XII, 531. — **570.** *Lucetium.* „Solum hoc nomen est, quod dictum a Vergilio apud nullum alium reperitur auctorem. Sane lingua Osca Lucetius est Iupiter, dictus a luce, quam praestare hominibus dicitur. Ipse est nostra lingua *Diespiter*, i. e. diei pater.“ Haec *Serv.* (Sed in *Diespiter* Dies non Genitivum esse docet Corssen. de pron. I. p. 232 sq. ed. II.) Wagn. conferri iubet Iaeger. ad Mamert. Genethl. Maximiano dict. c. 3, 5., et ipse Vergilium scripsisse suspicatur *Ducetium*, quod nomen inveniatur ap. Diod. Sic. XI, 88. — *Liger* rursus commemoratur X, 576. — **571.** *Corynaeus* a *κορύνη*, clava, dictus, iam VI, 228. prodiit, alius autem eiusdem nominis vir XII, 298. — Italicum esse nomen *Asilas*, ex eodem fortasse fonte ductum, quo *asilus*, Wagn. inde probare studet, quod alternis Troiani et Itali caedes memorari videatur, et Etruscum esse Servius ad XII, 127. prodat, quod confirmet Silius XIV, 149. *Miles Tyrrhenus, Asilo Nomen erat.* Per *i* autem nomen cum Wagn. scripsimus, optimorum Codd., imprimis Med. (hic et X, 175. XI, 620. XII, 127. 550.) auctoritate moti. Vulgo *Asylas.* Apud Silium VIII, 447. Graeca nominis forma *Asilos* dicitur. Ceterum cf. adnott. ad X, 175. — **572.** *Hic iaculo bonus.* Vid. ad Ecl. V, 1. et supra ad v. 556. — De duplici *hic* (h. l. pro *ille - - hic* posito) vid. ad Ecl. IV, 56. — *longe fallente sagitta*, e longinquo veniente et propter celeritatem non provisa ideoque clam feriente. Iterantur haec verba infra X, 754. Cf. etiam Val. Fl. III, 182., ubi *fallere nervo* et Silius V, 401., ubi *iaculo fallente* legimus. — **575.** *Sagarim.* Vid. V, 263. — *stantem pro turribus* Heyn. pro vulg. stantem in summa turri positum censet; inest tamen etiam notio consilii turris defendendae. Vid. inf. v. 677. VIII, 652. XII, 661. et Stat. Theb. X, 651. *te - - Dircaea stantem pro turre, Menoeceu, invenit*, Claud. B. Gild. 84. *Muro sustinui Martem noctesque cruentas Collina pro turre tuli*, et cf. adnott. ad VIII, 653. Aliter Wagn., qui comparans formulas dicendi *pro tribunali sedere* et *pro Rostris verba facere* explicat: „in turri, sed ita, ut pectus et os hostibus, tergum ipsi turri obversum esset.“ — **576.** *Capys.* Vid. I, 183. — *Themillae.* Sic Med. et Serv., quos cum Wagn. secutus sum. Inde ab Heinsio vulgo editur *Temillae.* — **577.** *Strinxerat*, leviter modo attigerat. Cf. X, 478. Ovid. Met. IV, 562. VIII, 381. X, 526. — „Abiecto *tegmine*, scuto, manum admoverat lateri vulnerato, eaque re latus nudavit; itaque *demens.*“ *Heyn.* Ladew. adnotat, Privernum hic facere, quod ut barbaro-

Ad volnus tulit; ergo alis adlapsa sagitta
Et laevo infixa est lateri manus abditaque intus
Spiramenta animae letali volnere rupit.
Stabat in egregiis Arcentis filius armis
Pictus acu chlamydem et ferrugine clarus Hibera,

---

rum morem reprehendat Demosth. Phil. I. p. 51. — 578. „*alis allapsa sagitta*, quia toties πτερόεντες ὀϊστοί apud Homerum, item *alata*, *ales*, sagitta proprie nominantur: noster improprie velocem motum et volatum teli per alas expressit, ut V, 391. *fulminis alae*. In vulneribus autem ingeniosus est poeta Homeri exemplo. Comparant Intpp. Il. XIII, 593 sq.“ *Heyn.* Cf. Aen. XII, 319. — 579. *Et laevo* cett. „Male Wakef. corr. *Ut laevo*, ut sensus sit: Ergo, ut manus affixa est lateri, sagitta allapsa est rumpitque spir. animae. Sed sagitta prius *allapsa*, quam manus fixa est.“ Haec *Iahn.* ad X, 465. — *infixa* est Med., Rom., Bern. II. III. et plurimorum Codd. lectio, a Wagn. iure restituta, qui docet, *infigere* interdum idem esse quod *figere in*, coll. Silio XII, 738. *natis infigunt oscula matres;* Rutil. Itin. I, 43. *Crebra relinquendis infigimus oscula portis;* Cic. Tusc. V, 24. *sidera certis infixa sideribus*, quibus locis Ladew. addit. Ovid. Met. XII, 253. *Acta retro naris medioque infixa palato est.* Peerlk. tamen, coll. Ovid. Met. V, 124. XII, 385. et Stat. Theb. VII, 636., defendit vulgarem lectionem *adfixa*, (quam a Pal. et Gud. exhibitam ex recentioribus editoribus soli Bryce et Conington servarunt) praetereaque haec addit: „Oratio melius ita procederet: *ergo alis allapsa sagitta Spir. animae let. vuln. rupit, Et laevo adfixa est lateri manus:* deletis *abditaque intus*.“ — 580. *rupit* (sc. sagitta, quod ex v. 578. repetendum: vid. adnott. ad VIII, 270.) *spiramenta animae*, i. e. pulmones, quibus fit respiratio. Conington memorat, Taubmannum comparare Eurip. Hec. 567 τέμνει σιδήρῳ πνεύματος διαρροάς. *Rupit* autem exhibent Med., Rom. et alii praestantiores libri, quibus (ut posteriores omnes praeter unum Bryceum) cum Wagn. obtemperavimus. Vulgo *rumpit*, quod ex Ribbeckii Codd. soli Bern. II. et Minoraug. exhibent — 581 sqq. „Ad variandam et ornandam narrationem nunc miserationem excitat brevi episodio. Numanus Remulus indignationem iniicit vecordi superbia elatus. Illud vero obscurum, ex qua recondita historia Arcentem Siculum huc induxerit, quod etiam in Servianis aliquis miratus est. Debuit poeta tacite ponere, profectum eum esse in Italiam cum Troianis e Sicilia solventibus.“ *Heyn.* Peerlk. hunc totum locum (v. 581–663.) spurium censet, utpote a Vergilii ingenio et colore plane discedentem, multaque in eo sine iustis causis vituperat, quae non opus est ut omnia commemoremus. Legitur autem non solum in omnibus Codd., verum etiam a Seneca, Val. Flacco aliisque hic inventus esse videtur (cf. adnott. ad v, 612. 642. 619.) atque omnino talis est, ut non nisi ab antiquo et optimo poeta conscribi potuerit. — *stabat in armis*, ut XII, 938. Cf. etiam XI, 769. *fulgebat in armis*. — 582. *Pictus acu chlamydem*, gerens chlamydem acu pictam. Cf. supra v. 163. *Purpurei cristis iuvenes* et de constructione adnott. ad Ecl. I, 54. II, 3. Geo. III, 383. Aen. I, 320. V, 608. al. Imprimis cf. locus simillimus XI, 777. *Pictus acu tunicas*. *Acu pingere* praeter hos locos etiam ap. Ovid. Met. VI, 23. et alibi legitur atque verba *pictus acu chlamydem* repetuntur ab Ausonio in cent. nupt. 48. et in Anth. Lat I, 170, 42. De picturatis vestibus vid. ad III, 483. *Chlamys* autem vestimentum erat militum (V, 250. VIII, 588. XI, 775.) et venatorum (IV, 137. Ovid. Met. XIV, 345.) Cf. Gossr. ad h. l. et adnott. ad III, 484. — „*ferrugine clarus Hibera*: purpura indutus Hispana, quae est ferruginei, nigricantis coloris. Cf. XI, 772. et Catull. 64, 227.“ *Heyn.* Cf. Muelleri Spicileg. Animadvv. in Catull. p. 28 sq. Ladew. suspicatur, chlamyde Hispana purpura tincta significari Hispanam Sicanorum originem (coll. Thuc. VI, 2.). Verba *Insignis facie* (quae iam supra v. 336. legimus) repetuntur in Anth. Lat. I, 146, 4. et 170, 68., sequentium autem memor auctor carm. de alea ibid. III, 81, 90. scripsit

Insignis facie, genitor quem miserat Arcens,
Eductum matris luco Symaethia circum
Flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici:

---

genitor, quem miserat urgens Unus natorum. — Cum v. 583 sqq. cf. simillimus locus VII, 762 sqq. „*Arcens* Siculus est. Est autem in orientali Siciliae parte *Symaethus* fluv., circa quem *lucus* fuisse a poeta narratur eo loco, quo Palicorum templum erat. [De Symaetho, qui nunc *Giaretta* s. *Iaretta* vocatur, vid. librum meum geogr. III. p. 783.] — *Lucum matris* appellat; *Matrem Ennaeam* intelligit, Cererem, ut saepe *Μήτηρ καὶ Κόρη*. Nisi malis matrem Arcentis, nympham nomine non appellatam, cuius lucus erat.“ *Heyn.* Haec altera explicatio, quae etiam Süpflio et Bryceo probatur, haud dubie verior, quare *matrem* minore litera initiali scripsimus cum Wagn., qui recte censet, Cererem a poeta non ita simpliciter *Matrem* appellari posse, praesertim cum nulla alia res, quae ad eam spectet, adiecta sit. Intelligenda videtur ipsa Symaethis nympha ab Ovidio Met. XIII, 750. commemorata, qua in re Bryce, Conington et Benoist. nobiscum consentiunt. (Cf. Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 413.) Ladew. tamen Klausenio (*Aeneas u. die Penaten* I p. 473.) obtemperans de Cybele cogitat quae etiam Geo. IV, 64. et Aen. IX, 108. simpliciter *Mater* dicatur, et propterea (ut etiam Haupt. et Ribbeck.) *Matris* scribit grandi litera. Plurimi Codd. (etiam Med., Pal. et Rom.) et antiquae editt. omnes exhibent *Martis luco;* sed veram lectionem praeter paucos Codd. (inter quos Gud.) exhibet etiam Macrob. V, 19, 15. p. 464. Ian. (p. 136. Bip.). De Marte apud Siculos nihil aliunde constat. Peerlk. tamen, matris nomen aegre desiderans simulque haerens in patris nomine repetito, coni. *genitor quem miserat, Acres Eductum* etc., ut *Acre* nomen sit matris, cum in Sicilia non unum modo fuerit oppidum *Acrae*, oppidorum autem nomina interdum a Nymphis repetita. Praeterea totum locum „pueriliter adumbratum“ censet ex VII, 761 sqq. — *eductum.* Vid. ad VI, 765. — 585. „De *Palicis* loci class. apud Macrob. V, 19. [p. 136. Bip.] Aristot. Mirab. Auscult. 58. et Diod. XI, 89. sunt; adde Bochart. Chan. I, 28. et, si plura desideras, praeter Cluverium in Sicil. ant. [c. 4. p. 934.], Dorvillium in Sic. p. 167. et ibid. Burm. Sec. p. 472 sqq. Wernsdorf. Poet. min. IV. p. 820. alios [ut Hermann. Diss. de Aeschyli Aetnaeis. Lips. 1837. p. 5 sqq. et Otto Iahn. in Philol. I. p. 648. imprimis autem Walz. in Pauly *Realencycl.* V. p. 1080 sqq.]. Fuere duo heroes s. indigetes [Iovis et Thaliae vel Aetnae filii], quorum tamen obscura est summae vetustatis religio. Fuere porro duo crateres s. lacus gemilli (ideoque fratres dicti) aquae sulfurae non longe ab Eryce urbe, ad quos sollemnia iuraiuranda fieri solebant. Habiti inter deos fanum habuere, non longe ab urbe Palica exstructum. Quod autem fanum hoc circa Symaethum fuisse dicitur, non geographice accipiendum, sed poeta locorum situm latius et a nobiliore flumine designat. - - - Quod unum tantum Palicum memorat poeta, ad poeticam rationem referendum, qua licuit ex duobus unum nominare; nisi forte Maronis iam aetate, ut nunc, unus tantum lacus superfuit, dictus *Donna Teletia* s. *Naftia*, haud procul ab urbe Pelagonia. Durat adhuc similis superstitio, muliere fatidica illic sedem habente. In medio cratere aqua ebullit sulfurei odoris.“ *Heyn.* Non igitur opus est Cerdae coni. *Palicûm*, neque Peerlkampii *Palicis* (quam Haupt. et prius etiam Ladew. receperunt). Wagn., cum nusquam praeterea *Palicus* singulari numero legatur [vid. tamen infra], omnem difficultatem ita fortasse tolli posse memorat, ut, Commate ante *Palici* posito, epexegesin statuamus, *ara, Palici*, pro: *ara Palicorum*, quemadmodum Ecl. VII, 16. legamus *Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum*; quae tamen ratio paullo artificiosior et Heynianae postponenda videtur; quod etiam Wagn. ipse intellexit in Philol. Suppl. I. p. 413. et recentiss. edit. coll. Ovid. ex P. II, 10, 25. *Vidimus Hennaeos saltus et olentia stagna Palici.* — „*placabilis ara*, quia dii placari possunt et solent victimis; propter quas eadem ara *pinguis*. Haec ratio simplicissima.“ *Heyn.* Rectius, puto, *Servius*: „Hi primo humanis hostiis placabantur, postea quibusdam sacris mitigati sunt et eorum immutata sacrificia. Inde

Stridentem fundam positis Mezentius hastis
Ipse ter adducta circum caput egit habena
Et media adversi liquefacto tempora plumbo
Diffidit ac multa porrectum extendit harena.
Tum primum bello celerem intendisse sagittam

---

ergo *placabilis ara*, quia mitigata sunt eorum numina." Cf. adnott. ad VII, 764. (Consentiunt mecum Wagn. et Ladew.) — **586.** „Heinsius ex Med. paucisque aliis *hastis* edidit. Reliqui Codd. in *armis* consentiunt, quod revocandum est. Posuerat *arma* Mezentius, ut magis expeditus esset, et funditores omnino aut nulla aut levi armatura induti erant." *Iahn.* Sed vere Wagn. censet, nihil magis impediisse Mezentium ad fundam se convertentem, quam hastas, quae primum de manibus deponendae essent; hastatum autem apparere eum infra X, 762. Alteram lectionem ex VIII, 482. X, 52. 768. huc invehi potuisse, vel potius Mediceum, in quo sit *astis* superscripta *h*, mendi originem indicare censet. In Plurali autem *hastis* nullus Homeri lector haerebit. Cf. etiam Aen. I, 313. XII, 165. 488. (Recentiores editores omnes *hastis* retinuerunt.) — **587.** „*Ipse.* Vid. II, 394. Nimirum abhorrere videri poterat funda a persona viri principis." *Wagn.* Cf. etiam adnott. ad Aen. III, 457. — *adducta*, contenta. Ceterum hunc versum ante oculos habuit Silius I, 315. sic scribens: *Terque levi ducta circum caput altus habena.* — *circum caput agit*, ut maior sit vis ictus. habena de fundae funiculis etiam ap. Lucan. III, 710. legitur. Vid. supra ad VII, 380. Ceterum cf. XI, 579. — **588.** *liquefacto plumbo.* Glans enim plumbea, rotando e funda emissa (cf. supra VII, 686. Hirt. B. Afr. 20. Liv. XXXVIII, 21. Tac. Hist. V, 17. etc.), nonnumquam in aëre calido liquescere putabatur a veteribus. Cf. Lucr. VI, 177. *plumbea vero Glans etiam longo cursu volvenda liquescit* (ubi Lachm. e coni. edidit *calescit*). Ovid. Met. XIV, 825. *seu lata plumbea funda Missa solet medio glans intabescere coelo.* Lucan. VII, 512. *spatioque solutae Aëris et calido liquefactae pondere glandes* etc. Cf. etiam Aristot. Meteor. I, 13. id. de coelo II, 7. Drakenb. ad Sil. I, 316. Lipsius ad Sen. Nat. Qu. II., 57. (ubi legimus: *Liquescit excussa glans funda, et attritu aëris velut igne destillat*). Cort. ad Lucan. III, 711. et Bach. ad Ovid. l. l. et Met. II, 727. Vir doct. in Seebodii Nov. Bibl. crit. T. V. I. p. 179. *plumbum liquefactum* nihil aliud significare putat, quam glandem plumbeam, i. e. factam e plumbo liquefacto, quam explicationem per me amplectatur, qui liquefactam glandem tantam vim habere posse dubitat, ut frontem hominis diffidat; quae causa etiam Peerlk. movit, ut coniiceret *calefacto.* — Peerlk. etiam miratur, quomodo *adverso* feriri potuerint *media tempora;* sed nonne potuit capite paulum converso stare? quare ne opus quidem est, ut cum Wagn. *media tempora* pro fronte posita accipiamus, quae media sit inter utrumque tempus, coll. infra v. 750. *Et mediam ferro gemina inter tempora frontem Dividit.* Cf. autem praeterea infra v. 633. — **589.** *Diffidit.* De quantitate huius Perf. cf. Prisc. X, 4, 25. p. 890. et Neue, *Formenl.* II, p. 388. — *porrectum.* Cf. Prop. II, 7, 21. (II, 8, 33.) *Viderat informem multa Patroclon arena Porrectum.* Cf. etiam V, 374. *Fulva moribundum extendit harena* et Burm. ad Val. Fl. VI, 552. et ad Ovid. Met. VIII, 422. — *harenam* Heyn. pro solo muri s. valli positam censet. Nihil tamen impedit, quominus Arcentis filium ex muro in arenam campi delapsum cogitemus. Gossr. cum omnino non in muro, sed in plano, paullo remotum a muro stetisse putat. Peerlk., etiam hic sine iusta causa haerens, adnotat: „Quanto melius eadem a Silio expressa II, 129. *Tum subitum in vulnus praeceps devolvitur altis Aggeribus muri!*" — **590.** „Multa h. l. moliuntur viri docti, ut difficultatem diluant, quod hic iam arma tractet, qui I, 717. puer fuerit, cui assimulatus Amor Didonis gremio insidere posset. Scilicet nec illud recte tenent, quid eo loco sit *gremio insidere* ad veterum morem, nec cogitant, Amorem a veteribus puerum fere puberem haberi. Tum vero idem iam venationi acrius indulserat IV, 156. VII, 479. Cf. Exc. IV. ad lib. XII." *Heyn.* Accedit, quod

Dicitur, ante feras solitus terrere fugacis,
Ascanius fortemque manu fudisse Numanum,
Cui Remulo cognomen erat Turnique minorem
Germanam nuper thalamo sociatus habebat.
Is primam ante aciem digna atque indigna relatu
Vociferans tumidusque novo praecordia regno
Ibat et ingentem sese clamore ferebat:
„Non pudet obsidione iterum valloque teneri,

---

arcus usus non magnam virium contentionem postulans etiam in puerilem aetatem cadit, Ascanius vero secundum v. 311. *ante annos virilem gestat animum.* Quare Peerlk. potius in contrarias partes abit, et inter causas hunc locum Vergilio abiudicandi etiam hanc profert, plane incredibile esse, Ascanium tum demum primam in hostes sagittam intendisse. — **592.** „Quid poeta in hoc secutus sit, ut *Numanum* aliquem *Remulum* in medium adduceret, ignoro, cum insolitum sit cognomine sic aliquem insigniri. Aliter res se haberet, si Remulus esset verum nomen, et Numanus ille appellaretur ab urbe Numana in agro Piceno, unde oriundus erat.“ *Heyn.* Wagn. putat, si *Numani* nomen ab oppido Numana repetere liceat, cum Numana oriundus proprie dicatur *Numanas, Remulum* proprium eius nomen habendum esse, pro quo interdum *cognomen* poni constet, (cf. adnott. ad III, 702.), *Numanum* autem esse regem Numanae, quem ita appellare fortasse voluerit poeta ob superbiam ex novo regno adscitam (cf. v. 596.); in recentiss. tamen edit. mutata sententia adnotat: „Causam huius cognominis ignoramus; tacent veteres interpretes.“ Peerlkampium etiam hic haerere, non mirum est, imprimis cum de hoc Remulo in catalogo copiarum altum sit silentium, et minor Turni soror iuxta Iuturnam nusquam praeterea commemoretur. Ceterum hic Remulus non confundendus cum aliis duobus Remulis supra v. 360. et infra XI, 636. commemoratis. Ita etiam duo Numae (IX, 454. et X, 562.), duo Corynaei (IX, 571. et XII, 399.), tres Butae (Aen. V, 372. IX, 647. XI, 690.) etc. producuntur. Cf. Gossr. et Ladew. ad h. l. — *manu fudisse.* Cf. I. 193. XI, 665. et Val. Fl. I, 446. *Ingrato Beropen quod fuderat arcu* (a Coningt. laud.). — **593.** *Cui-cognomen erat, et - - habebat.* Vid. ad Geo. I, 203. III, 283. Aen. V, 489. — Conington hic conferri iubet Madvig. Opusc. II. p. 177. Quod autem ad Dativum *Remulo* attinet, cf. adnott. ad I, 267. — **594.** *Turni minorem germanam*, cuius nomen non constat. Maior Turni soror erat Iuturna Nympha, de qua vid. infra XII, 138 sq. Ceterum non est, cur doceam, ex hac affinitate oriri Numani superbiam infra proditam. — *nuper* cum *sociatus*, non cum *habebat* construendum esse patet. — *sociatus habebat* pro vulg. sibi sociatam habebat, i. e. quam sibi sociaverat atque etiamtum coniugem habebat. Cf. Weberi *Uebungsschule.* Vol. I. p. 65. Herzog. ad Caes. B. G. I, 15. VII, 29. Kritz. ad Sall. Cat. 23, 4. Ruddim. II. p. 241: alios. *Sociari* autem de coniugio haud raro dicitur. Cf. IV, 16. XII, 27. — **595.** *primam ante aciem*, ut VII, 531. et 673. — „*digna atque indigna*, fanda et nefanda, ῥητὰ καὶ ἄρρητα; nam v. 603 sqq. Remulus virtutem popularium recte crepat; mox contumeliosa et turpia in Troianos iacit.“ *Heyn.* *Digna* igitur v. 603—613., *indigna* v. 598—602. Similiter Hor. Ep. I, 7, 72. *dicenda tacenda locutus*, ubi vid. Obbar. I. p. 389. Cf. etiam XII, 811. *digna indigna pati.* Ciris v. 246. *digna indigna laborum* similesque locos et vid. adnott. ad Aen. (I, 543 et) IV, 190. — **596.** *novum regnum* est matrimonium cum regiae stirpis femina initum, quo superbiebat. — **597.** „*ingentem sese ferebat*, incedebat cum clamore ingens homo, vasta corporis specie. Sic infra XII, 441. *portis sese extulit ingens.*“ *Heyn.* Burm. etiam comparat infra v. 735. et Val. Fl. II, 104. ibique a se adnott. — *se ferebat.* Vid. V, 373. *clamore*, ut I, 519. VIII, 216. XI, 609. Vid. adnott. ad II, 323. — **598.** „Comparant Hom. Il. XVIII, 287. In *iterum* et in *O Phryges bis capti* Servius et alii Troiam ab Hercule [et ab Agamemnone] captam huc

Bis capti Phryges, et morti praetendere muros?
En, qui nostra sibi bello conubia poscunt!
Quis deus Italiam, quae vos dementia adegit?
Non hic Atridae nec fandi fictor Ulixes.
Durum ab stirpe genus natos ad flumina primum
Deferimus saevoque gelu duramus et undis;

---

revocant. Ita nunc obsidentur Troiani tertio, bis iam antea expugnati. Cf. XI, 402. et Silius I, 43. Lusum in his iam supra vidimus VII, 295.“ *Heyn.* Gossr. locum potius sic intelligit: „capti a Graecis quondam, nunc a nobis, quibus effugere non potestis.“ — *obsidione teneri*, ut X, 109. Cf. etiam III, 52. et VIII, 647. — **599**. *morti praetendere muros.* Haec est Med. a m. pr. et plurimorum Codd. non minus quam Servii et Iul. Sabini lectio, quam Rubk. suasore cum Wagn. revocavimus, quem omnes recentiores editores praeter Bryccum secuti sunt. Inde a Burm. ex paucis libris vulgo edebatur *Marti pr. M.*, i. e. pugnae, quod post muros latentes pugnam detrectant Troiani; eamque lectionem etiam Peerlk. tuetur. At quis lectionem tam facilem et planam in longe difficiliorem illam mutaturus fuisset, quae plurimos libros occupat? „Quid autem, quaerit *Wagn.*, abiectius ignavinsque putabimus eo, qui nihil magis quam mortem timeat, et de salute pugna et armis tuenda plane desperet? Hinc plurimum acerbitatis accedit Numani opprobriis ex reposita lectione.“ Ceterum etiam XI, 115. pauci quidam Codd. verae lectioni *morti* substituerunt alteram *Marti*. De quibus vocc. saepe confusis cf. Oudend. ad Lucan. IV, 147. Burm. ad Val. Fl. VIII, 431. Heins. ad Ovid. Fast. III, 215. Bentl. ad Hor. Od. III, 14, 2. Drak. ad Silium X, 474. alii. Quod ad ipsam rem attinet, cf. Turni verba supra v. 142 sq. — **600**. En illos viros bellicosos, qui etc.; acerba ironia. Non autem est, cur memorem, sermonem esse de Aenea et Lavinia, quam Turno ereptum ibat Aeneas. (Memor huius loci fuit auctor Hippodamiae in Anth. Lat. I, 170, 141.) — **601**. *Quis deus* etc. Quod enim Turnus supra v. 133 sq. concessit, esse Troianos in quadam deorum tutela et provocare posse ad propitia deorum responsa, id hic omnino negat Numanus. Ceterum cf. X, 72. — V. **602**. imitati sunt Stat. Theb. XII, 761 sqq. et Sil. I, 443 sqq. — *fandi fictor*, qui fingit fanda, i. e. qui ficta fatur, fere quod ἐπίκλοπος μύθων Iliad. XXII, 281.“ *Heyn.* — **601**. *Quis deus.* Significare voluit poeta, mirum esse, si quis deus hoc fecerit. Cf. Iahn. ad Ecl. I, 19. p. 359. edit. II. Temere *Peerlk.*: „*Deus* et *dementia* non recte iunguntur: est enim: *quis deus tam demens.* [?] Maluissem: *Non deus Italiam, sed vos dementia adegit.*“ Conington vero provocat ad v. 185. *an sua cuique deus fit dira cupido?* — *Italiam* pro: in Italiam. Vid. ad I, 2. Ceterum hunc locum respexit Silius I, 443 sq. et verba *Non hic Atridae* repetiit idem ille auctor Hippod. v. 4. *fandi fictor.* Heyn. confert ἐπίκλοπον μύθων Il. XXII, 281. — **603** sqq. Cum h. l. pulcherrimo de veteris Italiae, imprimis Sabinorum, vita et disciplina dura et severa Heyn. conferri iubet laudes Italiae Geo. II, 167 sqq. et Aen. V, 730. Vid. etiam ad VIII, 638. et Orell. ad Hor. Od. III, 6, 38. Ex hac autem descriptione apparet, non temere I, 263. *feroces* Italiae *populos* commemorari. — *Durum genus* cett., omissa Particula adversativa. Vid. ad IV, 433. Ceterum cf. Geo. I, 63. Ovid. Met. I, 414. Avien. 918. (ubi iisdem verbis *durum ab stirpe genus*) etc. cum Aen. III, 94. — *ab stirpe*, non tantum exercitatione. Cf. III, 64. Verba *Durum ab stirpe genus* iterantur ab Avieno descr. 918. Ribbeck. et Ladew. edunt *a stirpe*, quod sane plurimi Codd. exhibent. Sed vid. adnott. ad VIII, 130. — *primum*, primo statim vitae tempore. Nihil prius facimus, quam ut recens natos ad flumina deferamus. Cf. Wagn. Qu. Verg. XXVIII, 3. a. et vid. adnott. ad IV, 342. Conington *primum* explicari censet iis, quae v. 605 sqq. contineantur. — Cum v. **604** cf. imitationes Silii IV, 226. *Quosque in praegelidis duratos Hernica rivis Mittebant saxa et nebulosi rura Casini*, et Val. Flacci VI, 335. *Numquam has hiemes, haec saxa relinquam, Martis agros; ubi iam saevo duravimus amne Progeniem natosque rudes.* Eun-

Venatu invigilant pueri silvasque fatigant;
Flectere ludus equos et spicula tendere cornu.
At patiens operum parvoque adsueta iuventus
Aut rastris terram domat aut quatit oppida bello.
Omne aevum ferro teritur versaque iuvencum
Terga fatigamus hasta nec tarda senectus
Debilitat vires animi mutatque vigorem,
Canitiem galea premimus semperque recentis
Conportare iuvat praedas et vivere rapto.

---

dem morem apud Germanos obtinuisse refert Claud. in Ruf. II, 112. *Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.* Cf. etiam Lips. ad Tac. Germ. c. 19. et Anthol. Graec. Jacobs. T. IV. p. 127. epigr. 32. et Orell. ad Hor. Od. III, 6, 38. — Pro *saevoque* Pal., Gud. et Bern. III. exhibent *duroque*, quod sequenti *duramus* originem debere videtur. — *gelu et undis*, pro gelu undarum. Vid. supra v. 569. — **605.** *Venatu.* De hac Dativi forma vid. ad Ecl. V, 29. Ut hic *venatu invigilant*, sic Geo. IV, 158. *victu invigilant.* — *silvas fatigant*, eas multum pererrantes et feras in iis agentes; ut infra v. 610. *iuvencûm terga fatigare hasta.* Sic etiam Val. Fl. III, 20. *Dum volucri quatit asper equo silvasque fatigat.* Cf. etiam adnott. ad VIII, 94. et Drak. ad Sil. II, 74., ubi legimus *Hebrum cursu fatigare.* Heinr. comparat Theocr. XIII, 66. de Hercule Hylan quaerente: *ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν ὤρεα καὶ δρυμώς.* — **606.** *ludus*, ut nos: *es ist ihnen nur ein (leichtes) Spiel.* — „*spicula tendere cornu*: si cornus arbor est, e qua spicula fiunt, ut Geo. II, 448. et infra v. 698., sunt *spicula cornu* spicula cornea et *tendere* est limando iacere, tamquam ad scopum, sin *cornu* est pro arcu, de sagittis est accipiendum; sic *torquere spicula cornu Partho* Ecl. X, 59. et Aen. VII, 497. XI, 773. 859.“ *Heyn.* Hoc alterum probabilius. Cf. adnott. ad Ecl. l. l. Wagn. conferri iubet Hom. Il. IV, 122. et Od. XXI, 419. — V. **607.** uno tantum verbo mutato legitur etiam Geo. II, 472. — *patiens operum*, ut ap. Sall. Iug. 28, 5. et al. *patiens laborum.* — *parvo adsueta*, paucis contenta. Cf. Senec. ep. 123. *Necessarium est parvo adsuescere;* Hor. Od. II. 16, 13. *Vivitur parvo bene;* id. Sat. II, 2, 110. *qui contentus parvo metuensque futuri;* id. Epist. II, 1, 139. *Agricolae prisci, fortes parvoque beati:* Cic. Att. XII, 19. Lael. 23, 86. et Claud. in Ruf. I, 200. *contentus parvo.* De verbo *adsuescendi* cum Ablat. constructo vid. Aen. VII, 746. Liv. XXXI, 35. Tac. Ann. II, 44. Flor. 1, 1, 7. et Kritz. ad Sall. Cat. 2, 9. — **608.** *rastris terram domat*, ut ap. Columell. VI, 22. *terram aratro domare.* Cf. Drak. ad Sil. VIII, 371. (*Rastrisque domant Aequicula rura.*) Burm. ad Petron. c. 99. Bach. ad Ovid. Met. VIII, 651. Kritz. ad Sall. Cat. 7, 5. Obbar. ad Hor. Ep. I, 2, 45. (ubi *pacantur vomere silvae*) et Geo. II, 114. *domitum cultoribus orbem.* De *rastris* vid. ad Ecl. IV, 40. — „*quatit oppida bello* simpl. pro vexat, turbat, oppugnat. Sic enim quatere, movere, turbare, ut *κλονεῖν, πόλιν σεῖσαι* Pind. Pyth. IV, 484.“ *Heyn.* Respexerunt hunc locum Petron. in Wernsd. P. Lat. min. IV, 284, 5. *oppida bello Qui quatit* et Val. Fl. II, 122. *motis quatit oppida linguis.* — **609.** Ne in pace quidem arma deponunt, sed hasta inversa *σαυρωτῆρι* s. pro stimulo utuntur, quo boves cessantes pungant et impellant. Cf. supra VII, 748. *Armati terram exercent.* — Neque senectus eorum debilis est. — Forma contracta *iuvencûm* invenitur etiam ap. Stat. Theb. IV, 409. — *tarda senectus*, quae tardos reddit, ut VIII, 508. ap. Hor. Sat. II, 2, 88. Tibull. II. 2, 19. Ovid. Trist. IV, 8, 23. et alibi haud raro. — **610.** *fatigamūs.* Vid. ad Ecl. I, 38. et al. Sic Ovid. Met. XIV, 250. *negabamūs.* Cf. Fleckeisen. in Novis Annal. phil. LXI. p. 33. — **612.** „Etiam senes armati sumus et militamus: ut fere barbari. Sic etiam antiquissimi Graeci apud Thucydidem.“ *Heyn.* — *Canitiem galea premimus.* Haec verba laudat Seneca de vita beata 28.: „Nos sumus, qui nullis annis vacationem damus, et, quod ait vir ille disertissimus, *canitiem galea premimus.*“ — **613.** *Conportare* optimorum Codd. est lectio, ab Heinsio

Vobis picta croco et fulgenti murice vestis,
Desidiae cordi, iuvat indulgere choreis,
Et tunicae manicas et habent redimicula mitrae.
O vere Phrygiae, neque enim Phryges, ite per alta
Dindyma, ubi adsuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos buxusque vocat Berecyntia Matris

---

iure revocata. Vulgo *Convectare*, quod ex VII, 749. huc translatum, ubi idem versus legitur. (Cod. Palatino Wr. lectionem *convectare*, Ribbeck. vero *conportare* vindicat.) — *Vivere rapto.* Cf. VII, 749. Ovid. Trist. V, 10, 15. Silius II, 501. Liv. VII, 25. extr. XXII, 39, 13. etc. — **614** sqq. „Phryges cum Troianis permisceri et tamquam ab eadem stirpe profectos haberi, iam aliis locis vidimus, ut statim Aen. I, 468. Iidem mollitie et luxu infames; quandoquidem primi cum Maeonibus s. Lydis in minore Asia opibus excelluerunt, imprimis pauperum colonorum, qui e Graecia advenerant, indicio. [Cf. supra IV, 215 sq.] Ante oculos autem habuit poeta Hom. Od. VIII, 248 sqq. Il. XXIV, 261., tum in illis *O vere Phrygiae* Il. II, 235. VII, 96. — **614**. Vestem aliam crocatam, aliam purpuream intellige, utramque Phrygio opere acu pictam.“ *Heyn.* Eiusmodi autem vestes apud Romanos mulierum erant virisque indignae. Cf. XI, 775. *croceam chlamydem.* Conington adnotat, ab Apuleio Met. VIII, 11. [immo VIII, 27. p. 579. Oud.] Cybelae sacerdotibus *crocotas* tribui. De *murice* vid. ad Ecl. IV, 44. — **615**. „*Desidiae cordi* pro *desidia*, [ut alibi *insaniae*, *discordiae*, *irae* etc.: cf. adnott. ad Ecl. VII, 4. indulgetis desidi vitae: *φίλη κίθαρίς τε χοροί τε.*“ *Heyn. cordi*, ut VII, 326. et X, 252. — *iuvat indulgere choreis* (quae verba repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 185.): cum contra apud Romanos nemo fere sobrius saltaret. Cf. autem Hom. Il. XXIV, 261. — **616**. „*Tunicae manicatae*, *χειριδωτοί*, quibus apud Romanos non nisi homines molles et effeminati utebantur. Cf. Cic. Cat. II, 10, 22. (ibique Beneck.) id. in Clod. et Cur. 5, 1. Suet. Caes. 45. Calig. 52. Plin. Ep. III, 5, 15. Stat. Theb. VII, 657. Gell. VII, 12. et liber meus *Hellas u. Rom.* I, 1. p. 154. adn. 137. Vopisc. Aurel. 48. „*mitrae, quae redimicula habent*, int. pileos Phrygios fimbriis pendulis. Cf. ad VI, 216. Male plerique omnes *mitras* Graecorum, diademata, cum his Phrygiis confundunt, [de quibus vid. ad Aen. IV, 217.]. Locum expressit Val. Fl. III, 230 sq.“ Haec *Heyn.*, qui etiam v. 216. ante v. 615. poni malit. Sed vere Wagn. memorat, tum displicere orationem *ἀσύνδετον*; in hominis autem opprobria temere iacientis oratione rerum ordinem accurate observatum non requiri. — **617**. Cf. Hom. Il. II, 235. et VII, 96. *Ἀχαιΐδες οὐκέτ' Ἀχαιοί.* „Sacra magnae matris deûm, *matris Idaeae*, Cybeles, in Dindymo, Phrygiae monte: *τὰ Δίνδυμα ὄρη.* Cf. X, 252. VI, 785 sq. et supr. v. 82.“ *Heyn.* Vid. etiam librum meum geogr. II. p. 340. De Plur. *Dindyma* pro forma Sing. *Dindymus* cf. Ovid. Met. II, 223. et Fast. IV, 134. cum Verg. Ecl. I, 55. Geo. I, 103. II, 37. IV, 462. Aen. I, 466. etc. — Cum v. 617. praeter Homeri ll. iam ll. cf. Il. VIII, 163. Silius II, 361. IX, 262. XI, 237. Pers. I, 4. Tac. Ann. VI, 5. Vid. etiam Barth. ad Claud. in Eutr. I, 233. et ad Stat. Theb. II, 665. Heins. ad Ovid. Her. IV, 48. Drak. ad Sil. II, 361. Ernest. ad Tac. l. l. alios. — **618**. *biforem cantum* ad duplex foramen spectare, quo instructa erat tibia, qua in sacris Cybeles utebantur, manifestum est, quamquam de hoc tibiarum genere nihil certi novimus. Servius, qui Phrygias tibias (incurvas illas et flexas, cf. Catull. 63, 22. Tibull. II, 1, 86. Ovid. Fast. IV, 181. Met. III, 533.) impares fuisse et inaequales cavernas habuisse docet, *biforem cantum* interpretatur per dissonum dissimilemque, hunc laudans Varronis locum: *Tibia Phrygia dextra unum foramen habet, sinistra duo, quorum unum acutum sonum habet, alterum gravem.* Verba *biforem dat tibia cantum* repetuntur in Ausonii cent. nupt. 27. et in Anth. Lat. I, 178, 419. totusque versus excepto primo vocabulo ibid. VI, 84, 19. Ceterum de tibiis cf. librum meum *Hellas u. Rom* I, 1. p. 171. adn. 342., ut de *tympano* ibid. p. 84. adn. 324. — **619**. *buxus*, tibia buxea. Sic etiam Ovid. Met. IV, 30.

Idaeae: sinite arma viris, et cedite ferro."
Talia iactantem dictis ac dira canentem
Non tulit Ascanius nervoque obversus equino
Contendit telum diversaque bracchia ducens
Constitit, ante Iovem supplex per vota precatus:
„Iuppiter omnipotens, audacibus adnue coeptis.
Ipse tibi ad tua templa feram sollemnia dona

Fast. VI, 697. Val. Fl. I. 319. II, 584. Stat. Theb. II, 77. V, 94. Claud. in Eutr. II, 286. rapt. Pros. III, 130. Alibi (Ovid. Met. XIV, 537. Prop. IV (V), 8, 42. Stat. Theb. VII, 171.) *buxum* dicitur ex vulgari usu, quo nomina arborum ipsarum in *us*, fructuum vero et ligni in *um* mittuntur. Cf. Neue, *Formenl.* I. p. 551. et 649. Ceterum vid. adnott. ad VII, 382. Eiusmodi autem tibiarum non minus quam tympanorum multus usus in sacris Cybeles, de cuius cultu cf. Catull. Atyn 63. Ovid. Fast. IV, 181. Met. XI, 1. Claud. in Eutr. II, 279. de R. Pros. II, 267. alios. — *Berecyntia.* Vid. ad VI. 785 — *vocat.* Sic Medic. et optimi quique libri, quos (ut omnes editores me posteriores) cum Wagn. secutus sum. Cf. adnott. ad Ecl. I, 59. VI, 30. al. Vulgo *vocant,* (quod inter Ribbeckii Codd. soli Bern. II. et III. exhibent). De *vocandi* autem verbo pro invitandi posito vid. ad III, 70. Simillimus huic locus legitur ap. Val. Fl. III, 231. *at barbara buxus Si vocet et motis ululantia Dindyma sacris*, qui ex nostro videtur fluxisse. Ceterum cf. etiam Aen. XI, 735 sqq. — **620.** *cedite*, i. e. discedite, *ferro* s. bello. Cf. similis locus Lucan. V. 358. *discedite castris, Tradite nostra viris, ignavi, signa, Quirites,* ubi vid. Cort. — **621.** Ascanius, iuventutis suae memor, adhuc a certamine se abstinuerat; nunc demum superbis Numani verbis exasperatus et ipse armis uti decernit. — *iactantem.* Vid. ad Aen. I, 102. II, 588. et de coniunctione verborum *iactantem - - canentem* ad Geo. I, 157. *Canere* autem interdum i. q. magnum aliquid et grave eloqui, ut IV, 14. et XI, 399.; *dira canentem* hic i. q. acerbissima convicia effundere. — **622.** „Memorabile erat hoc telum, quippe primum, quod Ascanius in pugna emisit, primum virtutis documentum: itaque ornare poeta potuit. Fecit Homeri exemplo Il. IV, 116 sqq. Cf. XI, 857 sqq. et Apollon. III, 275. 283 sq." *Heyn.* — *Non tulit A.* (ut II, 407.); *nervoque* i. e. sed nervo. Cf. adnott. ad II, 94. IV, 76. — „*nervo equino*, ut chorda arcus sive ex setis sit, sive ex tendinibus et nervis. Cf. Wernsdorf. ad Avien. v. 933." *Heyn.* Hesych. autem haec scribit: *ἱππικὴ τάσις, ἡ νευρὰ τοῦ τόξου, διὰ τὸ ἐξ ἱππέων γίγνεσθαι τριχῶν.* Servius ad h. l. affert fragm. ex Accii Philoct.: *tendens nervo equino concita tela.* — *Obversus contendit telum.* „Aliter arcus tenditur, aliter sagitta; haec dirigitur. Sic v. 590. *celerem intendisse sagittam,* ut v. 606. *spicula tendere cornu.*" *Heyn.* — *Contendit* autem, quod ab omnibus fere Codd. (inter quos etiam Med. et Rom.) exhibetur, non erat cur Heinsius ex uno alterove libro (inter quos Pal. et Gud.) mutaret in *Intendit,* temere offensus eo, quod duo versus deinceps positi ab eadem syllaba incipiunt. Haec autem lectio facile ex v. 590. vel 665. huc poterat inferri. Quare nos cum Iahn. (quem vid. ad VI, 310.) et Wagn. Codd. lectionem revocavimus, in quo etiam posteriores praeter Bryceum et Ribbeckium cum Heinsio facientes nos secuti sunt. Cf. V, 513 sq. *iamdudum arcu contenta parato Tela tenens* cett., et XII, 815. *ut non contenderet arcum.*, de confusis autem syllabis *con* et *in* Drakenb. ad Liv. X, 5. Vid. etiam supra ad III, 673. — *diversa bracchia ducens.* Wagn. comparat Apollon. III, 283. *ἀμφοτέρῃσι διασχόμενος παλάμῃσιν.* — **624.** „Preces ante sagittam emissam, ut sup. de Niso v. 403." *Heyn.* Particulam *ante* noli coniungere cum *Iovem,* sed adverbialiter positam accipe: *ante precatus Iovem,* coll. adnott. ad Ecl. I, 70. et Geo. III, 552. — *per vota precatus.* Conington comparat Geo. II, 388. *vocant per carmina laeta.* — **625.** Verba *audacibus adnue coeptis* iam legimus Geo. I, 40. — **626.** *Ipse* Wagn. interpretatur Graeco *ἐγὼ δ' αὖ*, coll. Qu. Verg. XVIII, 2, b., ut sensus sit:

Et statuam ante aras aurata fronte iuvencum,
Candentem, pariterque caput cum matre ferentem,
Iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam."
Audiit et caeli genitor de parte serena
Intonuit laevum; sonat una fatifer arcus.
Effugit horrendum stridens adducta sagitta

---

tu hoc fac, ego faciam illud. Ladew. potius cum Servio censet Ascanium hic se patri opponere, ut sensus sit: Quod prius pater fecit, nunc ipse faciam; quod altius repetitum videtur. — *ad tua templa*, scil. postea in nova urbe condenda. — *dona*, sacrificium, ut Geo. III, 21. (ubi, ut hic, legimus *Ipse - - dona feram*) et al. Servius perperam de donariis cogitat. Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 172, 149. — Cum v. **627**. comparant Hom. Od. III, 382 sq. — *statuam*. Cf. V, 237. ibique adnott. — *aurata fronte*. Mos enim erat hostias auratis cornibus ad aras adducere. Cf. V, 366. (ibique adnott.), praeterea autem Hom. Od. III, 384. 437. Ovid. Met. VII, 161. Tibull. IV, 1, 15. Liv. XXV, 12. Plin. XXXIII, 3. al. Verba *aurata fronte iuvencum* repetuntur in Anth. Lat. I, 14, 9. — **628**. *candentem*, album, nihil amplius. — „*caput cum matre ferentem*, adultum, aequalem matri. *Ἰσομάτορα ἀμνόν* ex Theocr. Id. VIII, 14. (ubi vid. Harl. et Kiess.)." *Heyn*. — V. **629**. legitur etiam Ecl. III, 87.; sed quamvis hic desideretur in Goth. III, non tamen potest abesse, cum ad absolvendam sententiam sit necessarius. Temere eum sustulit Brunck., quocum consentit Gossr. — **630**. Heyn. confert Hom. Il. XV, 377. et Hesiod. Sc. Herc. 383 sqq. Cf. etiam adnott. ad Geo. I, 487. et IV, 7. — *Audiit et caeli genitor - - Intonuit* pro: Genitor caeli audiit et intonuit. Sic Subiectum alteri demum sententiae Verbo additur etiam Aen. I, 115. 161. 714. IV, 672. et alibi. Cf. Wunderl. ad Tibull. I, 6, 81. et Iahn. ad Aen. V, 817. — **631**. *laevum*, prosperum. Vid. ad Geo. IV, 7. et Aen. II, 693., ubi adde Ennium Ann. ino. sed. fr. 57. p. 76. Vahl. *Tum tonuit laevum bene tempestate serena*. — „*sonat una*. *Λίγξε βιός* cett. Iliad. IV, 125. Cf. XI, 863 sq." *Heyn*. Lectionem *fatifer* Heins. ex optimis Codd. et Donato restituit. Vulgo (cum Palat. Gud. paucisque aliis Codd.) *letifer*, quod aut ex interpret. ortum, aut ex X, 169. huc translatum videtur. Cf. etiam supra VIII, 621. — **632**. Pars Codd. (Pal., Rom., Gud. a m. sec. al.) *Et fugit*, quod, iam Heynio probatum, in contextum recepit Iahn. (in priore edit., nam in altera edidit *Effugit*). Sed recte Wagn. Med., Gud. a m. pr. aliorumque Codd. lectionem iam a Servio praelatam defendit, cum *et fugere, et fundere, et fractus* et similia cum *effugere, effundere, effractus* cett. saepissime confundi constet (coll. Heins. ad Ovid. Trist. V, 2, 40. et ad Claud. B. Gild. 138. Drakenb. ad Sil. III, 57. et ad Liv. I, 38.), falsissimum autem sit, hic, ubi *una* spectet ad praecedens verbum *intonuit*, coniungere vv. *una — et*. Heyn. Copula adiecta celeritatem melius designari putat (cf. adnott. ad Geo. II, 80. et al.), cui Wagn. ita adversatur, ut contendat, hoc si Vergilius voluisset, versum 632., qui sagittam tantum volantem, non ferientem referret, omnino omittendum fuisse, ut sagitta, simulatque emissa esset, Remum percussisse diceretur. (Omnes recentiores editores in recipienda lectione *Effugit* nobiscum consentiunt. Ribbeck. cum Bern. II. a m. pr. scribit *Ecfugit*, de qua scribendi ratione cf. Corssen. de pron. I. p. 155. ed. II.) — *stridente sagitta*, ut VII, 531. — *horrendum stridens*. Vid. VII, 510. et al. Heyn. iam confert Homericum [Il. I, 49. al.] *Δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο*. — *adducta sagitta*; quia cum ipso nervo etiam sagitta adducitur, propius ad pectus admovetur, quo vehementius concitetur. (Cf. v. 606.) Non igitur de veritate huius lectionis dubitandum, cui et alii Codd. (inter quos Bern. III. et Minoraug.) substituunt *elapsa sag.*, quod ante Heins. vulgo edebatur; alii vero (inter quos Pal. et Gud.) *allapsa* s. *adlapsa* (quod ex v. 578. et XII, 319. repetitum censet Wagn.), duo denique Heinsii *delapsa*. Alibi sane arcus ipse s. nervus dicitur adduci. Cf. V, 507. Ovid. Met. I, 455. Silius I, 334. (ubi vid. Drakenb.)

Perque caput Remuli venit et cava tempora ferro
Traicit. „I, verbis virtutem inlude superbis!
Bis capti Phryges haec Rutulis responsa remittunt.“
Hoc tantum Ascanius; Teucri clamore sequuntur
Laetitiaque fremunt animosque ad sidera tollunt.
Aetheria tum forte plaga crinitus Apollo
Desuper Ausonias acies urbemque videbat
Nube sedens atque his victorem adfatur Iulum:
„Macte nova virtute, puer; sic itur ad astra,

al. — **633.** *venit.* Cf. VII, 499. X, 236. Lucan. III, 698. Silius VI, 228. XV, 376. al. — *cava tempora* (ut infra v. 808. et X, 891.) *ferro Traicit.* Cf. supra v. 588. In Verbi forma mire inter se differunt Codd. *Traicit* est lectio Cod. Med., Bern. II. aliorumque (cf. X, 400. et XI, 685.), dum in Gud. a m. sec., Bern III. et Minoraug. legitur *Traiecit;* Gud. a m. pr. praebet *Transiit* (ut v. 413. et XII, 926.), Pal. *Transigit* (quod Ribbeck. [in Proleg. p. 310. *traicit* aptius de Ascanio, quam de sagitta dici ratus] et Conington receperunt), Rom. *Transadigit* (ut XII, 276.). — **634** sq. „Schema traductae narrationis ad dialogum, quod orationem egregie animat, notarunt passim grammatici. Cf. Clark. ad Iliad. IV, 303. XV, 348. Superbiae vero, qua victis aut caesis illudit victor, dignae horrida heroum vita, exemplum poeta ab Homero repetiit.“ *Heyn.* — „*verbis - - superbis:* similiter studio quaesita soni verborum similitudo, ut X, 375.“ *Wagn.*, qui in recentiss. edit. comparat Cic. Phil. III, 9. *ex oratore arator factus* et ibid. V, 4. *commentarii commenticii.* Vid. ad Geo. I, 157. et al. — **636.** *clamore sequuntur, ἐπευφήμησαν*, concinunt adsentientes. Cf. Hom. Il. I, 22. al. (Adsentitur mihi Conington.) — **637.** *laetitia fremunt.* Sic Liv. VI, 6, 17. *erecti gaudio fremunt.* Cf. etiam supra VIII, 717. — „*animos ad sidera tollunt* audacter poeta novavit, non eo sensu, quo volunt, ut Ascanii aut suos animos per favorem extulerint laude; sed successu, gloria ac virtutis seu conscientia seu opinione ferocientes et exsultantes *efferri animis* aut ipsi *animos efferre* dicuntur, et nunc quidem tam sublimes, ut coelum sibi attingere videantur.“ *Heyn.* Ideoque fiducia eorum in immensum augetur. Wagn. confert Hor. illud Od. I, 1, 36. *sublimi feriam sidera vertice.* Gossr. autem supra VI, 783. *animos aequabit Olympo* et X, 548. *caelo animum ferebat.* Vid. etiam Aen. I, 287. VI, 783. X, 548. etc. *Animos tollere* eodem sensu legimus X, 250. (Cf. etiam Geo. II, 350.) — **638.** Apollinem genti Iuliae imprimis favere, iam supra vidimus ad VIII, 704., quare etiam Palatinum templum in eius honorem ab Augusto exstructum. Poeta igitur hunc deum Ascanio faventem producens viam sibi munit ad Augustum adulandum. — *Aetheria plaga*, ut I, 394. Eodem sensu ap. Lucr. IV, 412. V, 86. et VI, 60. *aetheriae orae.* — *crinitus Apollo, ἀκερσεκόμης* (Hom. Il. XX, 39. al.) Sic etiam in Ennii Alcum. fr. 4. p. 97. Vahl. et ap. Hor. Od. I, 21, 2. *intonsus Cynthius.* Vid. etiam Hor. Od. III, 4, 62. Tibull. I, 4, 38. Ovid. Met. I, 450. Petron. c. 109. §. 9. etc. Anth. Lat. I, 172, 50. 97. Cf. etiam adnott. ad I, 740. et Preller I. p. 186. — **639.** *Desuper videbat.* Vid. I, 223 sqq. — Per *Ausonias acies urbemque* significari castrum a Troianis modo conditum s. novam Troiam ab Italis oppugnatam, quisque videt. Cf. supra v. 473. — **640.** *Nube sedens*, ut solebant dii apparere. Ladew. comparat Silium XII, 405 sq. *Risit nube sedens vani conamina coepti Et telum procul in ventos dimisit Apollo.* — **641.** „*mactus* origine et usu est auctus, amplificatus. Est aliquid, si reddas: o puer aucte, ornate nova virtute. Sed videtur aliud quid insuper inesse. Scilicet *mactus laude, virtute* est qui fruitur laude e re bene gesta, ex successu gaudens, fructum laetitiae inde capiens; et sic respondet Graeco *ὀνήμενος* ap. Hom. Od. II, 33. *ἐσθλός μοι δοκεῖ εἶναι ὀνήμενος*, qui fructum inde capiet, cui bene eveniat! unde vulgare illud *ὄναιο·* ut h. l. *ὄναιο τῆς νέας ἀρετῆς:* bene eveniat primum hoc virtutis documentum! laeti sit ominis! Itaque omnino,

Dis genite et geniture deos. Iure omnia bella
Gente sub Assaraci fato ventura resident,
Nec te Troia capit.“ Simul haec effatus ab alto
Aethere se mittit, spirantis dimovet auras

---

si in formulis ad deos precaudi adhibetnr, *mactus* videtur laetus, propitius. Cf. Cato R. R. 134.“ *Heyn.* *Mactus*, Participium verbi obsoleti *mago*, i. q. augeo, unde descendit frequentativum verbum *macto* (*mactare* aliquem aliqua re, i. e. donare), antiquitus etiam aliis Casibus, quam Vocativo, usurpatum fuisse testantnr Priscian. V, 12, 66. p. 668. et Serv. ad h. l.; in omnibns tamen, qui nobis superstites sunt veterum libris, praeter Cat. R. R. c. 134. (ubi *Mactus hoc fercto*), et Arnob. VII, 31. (ubi *mactus hoc vino inferio esto* legitur), non inveuitur uisi Vocativus *macte* et *macti*, etiam ad feminas relatus, et per attractionem illam, de qua diximus supra ad v. 485., cum Imperativo *esto, estote* coniunctus, qui tamen saepe omittitur ut h. l. Cf. etiam Burm. ad Val. Flacc. VI, 547. Duker. ad Flor. II, 18, 16. Drakenb. et Rupert. ad Liv. II, 12, 14. Krueger. *Untersuch.* cett. Fasc. III. p. 81. Ruddim. I. p. 126. not. 76. Neue *Formenl.* II. p. 62. Coniugton in Excursu ad h. l. (contra Madvig. disputans, qui *macte* pro Adverbio habet) multique alii. — *nova virtute.* Vid. ad Ecl. VIII, 29. — *sic* (virtute et pietate) *itur ad astra.* Cf. adnott. ad Ecl. V, 51. et Stat. Silv. I. 4, 48. *sic itur in alta Pectora.* — **642.** *Dis genitus*, utpote Aeneae filius, quem Venus peperit. De constructione cf. Ruddim. II. p. 107. — *geniturus deos*, propter Iulium Caesarem et Octav. Augustum, ad gentem Iuliam pertinentes. Ceterum si consideramus, ipsum esse deum, qui haec proferat, quanta inde redundet in gentem Iuliam maiestas et gloria, facile sentimus. Cf. Hand. ad Stat. Silv. I, 1, 74. a Wagn. laud. Ceterum imitatur hunc locum Seneca Cons. ad Marc. 15. *qui Diis geniti Deosque genituri dicantur.* Cf. etiam similis locus VI, 765. *regem regumque parentem* et Silius III, 625. *o nate deum divosque dature.* — **642** sq. „Adscribendus est hic locus iis, in quibus pacis per orbem terrarum restitutae et Iani clausi memoria celebratur. Certe post a. u. c. 725. scripta haec esse necesse est. Merito hoc tuae genti dabitur, ut oriundus ex ea Augustus omnia bella finiat.“ *Heyn.* — Vid. etiam ad I, 291. et 294. Wagn. confert Ovid. ex P. I, 2, 126. *Clausit et aeterna civica bella sera.* Dietsch. Th. Verg. p. 34. tamen, qui verissime censet, minime ineptam esse talem sententiam: bella omnia finitum iri per eam gentem, quae ipsa omnium fortissima sit, et ex progenitoris virtute Apollinem commode praesagire posse, qualis tota gens futura sit, non cogitat de Iani templo a. 725. clauso, sed de ultimo anno vitae Vergilianae, qua Parthis et Cantabris victis summa spes fuerit, iam orbem terrarum aeterna pace fruiturum. — *Iure*, quia a diis genitus et ipse deos geniturus es. — *omnia bella*, usque ad Augusti imperium futura. — *Gente, sub Assaraci.* Vid ad Geo. III, 35. et Aen. I, 273. et 284. — **644.** *nec te Troia capit*: tanta es virtute, ut Troiae imperium, ad tantam tenuitatem redactum, tibi parum amplum ideoque te indignum sit. Apte conferunt illud Philippi ad Alexandrum (Plut. Alex. 6.) *Ὦ παῖ, ζήτει σεαυτῷ βασιλείαν ἴσην· Μακεδονία γάρ σε οὐ χωρεῖ.* *Capere* in similibus locis legitur ap. Cic. Manil. 22, 66. in Pis. II. in. Stat. Silv. V, 2, 14. et Achill. I, 151. Curt. VII, 8. al. Cf. etiam supra VIII, 363. Senec. Cons. ad Helv. 9, 4. Burm. ad Ovid. Trist. III, 4, 30. Barth. ad Stat. Achill. I, 151. Cort. ad Lucan. I, 111. et Schirach. p. 352. Noli vero cum Servio ad Aen. VII, 158. *Troiam* hic commemoratam pro oppidulo illo habere, quod Aeneas primum in Italia condidisse fertur. — *Simul effatus.* Vid. X, 856. (ibique adnott.). XI, 827. XII, 758. etc. — *ab alto Aethere se mittit*, ut X, 634. *caelo se protinus alto Misit.* Cf. etiam IV, 254. — **645.** *mittit.* Ribbeck. ex Pal., Gud. a m. pr. et Bern. III., (qui a pr. m. exhibet *sensit*) edidit *misit.* Sed *Aethere se mittit* legimus etiam in Anth. Lat. I, 172, 23. — *spirantes auras* Serv. explicat vitales, Cerda odoras; rectius et simplicius Heyn. flantes, *πνεούσας αὔρας.* — *dimovet*, ventos

Ascaniumque petit. Formam tum vertitur oris
Antiquum in Buten. Hic Dardanio Anchisae
Armiger ante fuit fidusque ad limina custos;
Tum comitem Ascanio pater addidit. Ibat Apollo
Omnia longaevo similis, vocemque coloremque
Et crinis albos et saeva sonoribus arma,
Atque his ardentem dictis adfatur Iulum:
„Sit satis, Aenide, telis inpune Numanum
Oppetiisse tuis; primam hanc tibi magnus Apollo

---

secat. Vid. V, 839. — **646.** ***Formam vertitur.*** Sic Heins. ex plurimis et optimis libris pro vulg. *forma*, quod Rom., Med. a m. sec. et alii quidam tuentur atque Ribbeck. et Ladew. restituerunt. Wagn. conferri iubet Weichert. ad Val. Fl. VIII, 391., pro recepta autem lectione facere memorat XII, 224. — **647.** „Alius erat Butes, quem supra memoravit V, 372. Adumbravit autem Periphantem Il. XVII, 323 sq. (non locum XVI, 175 sq.).“ *Heyn.* Qui hic commemoratur Butes, idem esse videtur cum eo, qui XI, 690. iterum nominatur. — ***Antiquum,*** qui per multos annos Anchisae minister fuit, ideoque fere i. q. fidum. Wagn. apte comparat Ennii Med. 1. [fr. 2. p. 127. Vahl.] *Antiqua herilis fida custos corporis.* — ***Armiger ante fuit,*** ut XI, 32. — **648.** Custodem ad limina positum non esse ex heroum vita, recte memorat Heyn.; Wagn. tamen etiam ab auctore Ciris v. 206 sq. custodes regis Nisi commemorari docet, et de notissimo illo dicendi genere *custos ad limina* ad X, 253. conferri iubet *famulos ad limina* ap. Silium I, 66. et Ruhnk. ad Ter. Andr. I, 1, 30. Adde imprimis Hand. Turs. I. p. 120 sq. et quos ille laudat. Servius haec adnotat: „Aedituus fuit: quod ut supra diximus, in ingenti honore apud maiores fuit. - - - *Ad limina* sane figuratum.“ Per *aedituum* autem vix potest templi custodem intelligere, quem haec vox plerumque significat, sed cum hic de domus custode sermonem esse pateat, *aedituum* pro *atriensi* videtur posuisse, de quo vide librum meum *Hellas u. Rom* I, 1. p. 17 sq. — **649.** ***comitem A. addidit.*** Cf. supra V, 546. VI, 528. et Hom. Il. XVII, 322 sqq. — V. **650.** et **651.** singulis quibusdam verbis mutatis repetiti sunt ex Aen. IV, 558 sq. — ***longaevo,*** sed tamen etiamtum firmo validoque, quod produnt *saeva sonoribus arma.* — **651.** ***crines albos.*** Aliquot Codd. cum Rom. et Minorang. *flavos*, quod Wakef. recepit, miro modo explicatum, ac si *Apollo Butae similes vocem, colorem, crines* significare posset: voce, colore et crinibus mutatis, similis erat Butae. Sed *flavos* incuriae hominis videtur deberi, qui Apollinis crines hic describi putaret. Heins. coni. *ravos.* Ceterum cf. similis Ovidii locus Met. III, 273 sqq. — ***saeva sonoribus*** (vid. ad VII, 462.) ***arma,*** i. e. saeve, terribiliter sonantia. Sic Hor. Od. I, 18, 13. *Saeva tene cum Berecyntio Cornu tympana.* Videtur autem imprimis de thorace aeneo et clipeo laminis obducto cogitandum esse, h. e. armis, quibus alias Apollo ipse abstinet, quae tamen nunc motu certo gradu incedentis concussa gravem excitant strepitum. — **652.** ***ardentem,*** successu ad alia audenda inflammatum. Cf. v. 661. — **653.** ***Aenide,*** quod cum Wagn. revocavimus, apparet in Med., Gud. aliisque bonis libris, a quibus alii paullulum modo deflectunt, *Aeneide, Aeneidae, Aenidae* exhibentes; paucissimi modo (Rom. et Potter. 3.) praebent *Aeneadae;* quod autem vulgo editur, *Aeneada*, nullius Cod. firmatur testimonio, et si vere a Vergilio positum esset, non facile ita corruptum deprehenderetur. Lectio autem *Aenide* comprobatur etiam Prisciani II, 7, 36. p. 583. P. (s. p. 482. Keil.) et Servii auctoritate, eamque Wagn. et eo defendi censet, quod Vergilius totum carmen a regulis Latinitatis recedens *Aeneidem* dixerit pro *Aeneade* (coll. Macrob. V, 17. extr. et Lindemanno ad Gramm. Latt. Vol. I. p. 211. not. 47.) et omnino magna illa licentia, quae apud poetas in formandis patronymicis regnaverit. Putat autem, vulgare illud omnium Troianorum, qui cum Aenea erant, cognomen *Aeneadarum* a poeta propterea vitatum esse, quod hic ipsius Aeneae filius

Concedit laudem et paribus non invidet armis;
Cetera parce, puer, bello." Sic orsus Apollo
Mortalis medio aspectus sermone reliquit
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
Adgnovere deum proceres divinaque tela
Dardanidae pharetramque fuga sensere sonantem.
Ergo avidum pugnae dictis ac numine Phoebi
Ascanium prohibent; ipsi in certamina rursus
Succedunt animasque in aperta pericula mittunt.
It clamor totis per propugnacula muris;
Intendunt acris arcus amentaque torquent.

---

exquisito aliquo nomine a deo appellandus videretur; Ladew. vero ex hoc patronymico coniecturam facit de duplici nominis forma *Αἰνείας* et *Αἰνεύς*. Ceterum cf. etiam Heinsius ad h. l., qui, ut Burm. eum secutus, edidit *Aeneide*. Recentiores editores praeter Bryceum *Aeneada* edentem omnes lectionem *Aenide* receperunt. Peerlk., omnia fere huius loci verba vituperans tamquam Vergilio indigna, etiam hic haeret, et hunc *Aenea sate* vel tale quid scripturum fuisse censet. — **655**. *magnus Apollo*, ut Ecl. III, 104. *Apollo* tamquam *κλυτότοξος, ἕκατος* cogitatur; quare temere *Peerlk.*: „Ascanius Iovem rogaverat, ut coeptis annueret. Nescio quid ea res nunc ad Apollinem pertineat. Et quid Apollo concederet? Factum reddi non poterat infectum." Quibus ultimis verbis quid sibi velit Vir doct., plane non perspicio. — „*et paribus non invidet armis:* hoc sublime et magnificum: suae sagittandi peritiae, suae virtuti Ascanii futuram virtutem aequiparat deus Appollo." *Heyn.* — *paribus armis*, ut VI, 826. et al. — Verba *et non invidet* Iahn (qui conferri iubet adnot. suam ad Ovid. Trist. II, 348.) recte reddidit *und er gönnt dir*, cum *nec invidet* significaret *und er missgönnt dir nicht*. — *paribus armis*, pro pari sagittandi peritia, s. armis, quae similem arti suae sagittandi peritiam produnt. Ladew. in Append. p. 263. iure reiicit Ameisii explicationem (*Hom. Kleinigk.* p. 16.): „*Apollo beneidet dir nicht den Gebrauch des Bogens.*" — **656**. *Cetera*. Vid. ad III, 594. — *parce bello*. Vid. ad I, 257. et III, 42. Qui enim auctor gentis Romanae a fatis erat destinatus, is belli periculis sese exponere non debebat. Ideoque Apollo prudentiam admonet, non ignaviam. — „*orsus*, ut XII, 806. ad finem orationis appositum, cum magis aptus videatur huius verbi locus ante orationem, ut I, 325." *Gossr.* — Vv. **657**. et **658**. (verbis *Mortalis medio aspectus* in *Mortales visus medio* mutatis) legimus iam supra IV, 277 sq., ubi vid. adnott. Conington comparat I, 402 sqq. et V, 657 sqq., ubi Venus et Iris eadem ratione mortales aspectus relinquant. — **659**. „Ergo in *fuga*, discessu, divinam formam Apollo receperat, quam deposuerat, adscita humana, ut agere posset cum mortali." *Heyn.* — **660**. *pharetram sonantem*. Cf. Hom. Il. I, 46. — *fuga*. Vid. a Geo. III, 142. et Aen. V, 658. — **661**. *numine*, divina auctoritate. Vid. adnott. ad Aen. I, 8. II, 623. Dietsch. Theol. Verg. p. 6. minus probabiliter hic inveniens figurae, quae hendiadys appellatur, genus, explicat: „propter dicta numinis, qui fuit Phoebus," cum efferendum videretur, illud Phoebi numen agnitum esse. Conington comparat II, 336. *Othryadae dictis et numine divom*. — **663**. *animasque in a. p. mittunt*. Cf. Hom. Il. IX, 322. — **664**. sqq. „Ascanii virtute incensi Troiani fortiter de muris pugnant; portam tuentur duo, Pandarus et Bitias." *Heyn.* — *It clamor* etc.; animum clamore significant. — „*totis per propugnacula muris*, per loca murorum, e quibus propugnatur, [qui ipsi sunt propugnacula castrorum]; inde simpliciter per muros. De voce cf. v. 170." *Heyn.* — **665**. *acres arcus intendunt*. Vid. adnott. ad VII, 164. — *amenta torquent*, hastas amentis religatas iaciunt. De voc. *amenti* praeter Liv. XXXVII, 41, 4 Caes. B. G. V, 48. Ovid. Met. XII, 321. Silium IV, 14. cf. Barth. ad Stat. Theb.

Sternitur omne solum telis; tum scuta cavaeque
Dant sonitum flictu galeae, pugna aspera surgit:
Quantus ab occasu veniens pluvialibus Haedis
Verberat imber humum; quam multa grandine nimbi
In vada praecipitant, cum Iuppiter horridus austris
Torquet aquosam hiemem et caelo cava nubila rumpit.
Pandarus et Bitias, Idaeo Alcanore creti,
Quos Iovis eduxit luco silvestris Iaera,

IV, 153. et Cort. ad Lucan. VI, 221. — **666** sq. Scuta et galeae sonant iaculorum ictibus. Macrob. VI, 4, 6. p. 519. Ian. ex Ennii Scipione Sat. fr. 6. p. 156. Vahl. (p. 169. Hessel.) haec laudat: *Sparsis hastis longis campus splendet et horret.* Cf. idem Annal. XI. fr. 6 p. 54 Vahl. (p. 95. Hessel.) *Tum clupei resonant. et ferrei stridet acumen.* Hom. Iliad. XII, 160 sq. ab Heynio laud. et infra v. 809 sq. — *flictu.* Sic praeter Serv. haud pauci Codd., neque aliud quid sibi vult aliorum lectio *fluctu* et Palat. *frictu.* Pauci modo Codd. (inter quos Med. *atflictu* exhibens et Rom.) *afflictu*, quod Iahn. (in priore edit.) recepit, voc. *flictus* alibi non legi opinatus. Sed legitur etiam ap. Silium IX, 222. *Galea horrida flictu Adversae ardescit galeae* (cum quo loco cf. XIV, 558. *Remorumque fragor flictuque sonantia rostra*) et ap. Auson. Epist. 25, 20. *Cymbala dant flictu sonitum*, qui uterque Vergilium imitatus est; atque iam Servius ex Pacuvii Teucro (fr. 15.) affert verba *flictu navium.* Quod intelligens etiam Iahn. in edit. II. recte *flictu* restituit, etiam ab editoribus me posterioribus omnibus receptum. Alterum hemistichium *pugna aspera surgit*, quod Heynio „languere et sententiae iuncturam intercipere videtur“, sed redit infra XI, 635., iure defendunt Weichert. de verss. iniur. susp. p. 78. et Wagn. Cf. etiam Val. Fl. IV, 455. *surgitque miserrima pugna.* Conington comparat Hom. Il. XV, 696. *αὖτις δὲ δριμεῖα μάχη περὶ νηυσὶν ἐτύχθη*, quem Verg. hic imitatus sit. — Cum v. **668** sqq. cf. Hom. Il. XII, 156 sqq. et Ennius p. 107. Hessel. *Undique conveniunt velut imber tela tribuno.* — *Quantus* respondet ei, quod in anteced. latet: tantus telorum iactorum est acervus. — *pluvialibus Haedis*, propter haedos. [Rectius Wagn.: „cum Haedi in caelo conspiciuntur; ut sit Ablativus temporis.] Bene et clare Servius: „Supra Tauri cornua est signum, cui Auriga nomen est. - - Retinet autem stellas duas in manu, quae *haedi* vocantur, et capram - - quarum et ortus et occasus gravissimas tempestates faciunt. Oriuntur autem cum Scorpione m. Octobri. - - De occasu Haedorum sub medium Decembrem maxime poeta cogitasse videtur. Vid. Arat. Phaen. 678 sqq. Theocr. Id. VII, 53 sq. Stat. Theb. VIII, 407 sqq.“ *Heyn.* Vid. etiam adnott. ad Geo. I, 205. et Interpp. ad Hor. Od. III, 1, 28. *Nimbosi* vocantur Ovidio Trist. I, 11, 13. — **669.** *Verberat imber humum.* Hor. l. l. *nec verberatae grandine vineae.* Est nostrum *peitschen* de pluvia usurpatum. Quod autem ad omnem comparationem attinet, quam etiam infra X, 801., ap. Ovid. Met. V, 158. et al. deprehendimus, cf. nostrum *Kugelregen.* Cf. Broukh. et Dissen. ad Tibull. I, 2, 7. et Weichert. Ep. crit. de Val. Fl. p. 41. — **669.** Cf. V, 458. *quam multa grandine nimbi Culminibus crepitant.* — *nimbi - - praecipitant.* Cf. infra X, 803. — *in vada*, in mare. Cf. V, 158. et VII, 24. — *Iuppiter horridus austris.* Cf. Geo. I, 418. *Iuppiter uvidus austris.* — **671.** „Quod alias austris insurgentibus, id nunc Iovi tribuit: *torquet* is *aquosam hiemem*, h. e. versat, agitat [*wirbelt*] nubes pluvias, tandemque, ut illis imber exprimatur, facit: *caelo cava nubila rumpit.*“ *Heyn.* Cf. VIII, 429. *imbres torti.* — *hiemem*, tempestatem, *χειμῶνα*, quae etiam Ecl. X, 66. *aquosa* dicitur. — Pro *caelo* unus Rottend. III. *telo*, quod praetulit Wakef., coll. Geo. I, 331 sqq. et Aen. IV, 120 sq. — **672** sqq. Ante oculos fuit poetae Hom. Il. XII, 127 sqq. Macrob. VI, 2. p. 514. Ian. (p. 170. Bip.) hunc locum ex Ennii Ann. l. XV. fluxisse memorat. (fr. 3. p. 59. Vahl.) — **673.** *Iovis luco*, in luco Iovis Idaei. — *eduxit.* Vid. supra ad v. 584. et

Abietibus iuvenes patriis et montibus aequos,
Portam, quae ducis imperio commissa, recludunt
Freti armis ultroque invitant moenibus hostem.
Ipsi intus dextra ac laeva pro turribus adstant
Armati ferro et cristis capita alta corusci:
Quales aëriae liquentia flumina circum,

VI, 765. — *silvestris Iaera*, ideoque una ex Oreadibus, quae tamen alibi non commemoratur. Idem certe nomen iam ap. Hom. XVIII, 42. invenitur. — **674.** Ante oculos habuit poeta Hom. Il. V, 560. XII, 132. et Od. IX, 191. X, 113. Cf. etiam Ovid. Met. XII, 352. et similem locum supra III, 679 sqq. — *Abietibus.* Vid. ad I, 73. VII, 96. al. Pro *et montibus* Bryant. coni. *in montibus*, quod Heyn. et Gossr. praeferunt. Sed vid. ad II, 15. Etiam Homerus Od. ll. ll. Polyphemum, Laestrygonum reginam cum montis cacumine comparat. Ceterum Heyn. totum versum frigere et melius abesse censet, cum eadem comparatio infra v. 679 sq. ornatius iteretur; sed verissime Wagn. docet, hoc versu proceritatem tantum istorum iuvenum indicari, alteram autem comparationem v. 679 sqq. spectare maxime ad numerum et positum. Vid. infra. — „In *commissa* v. **675.** argutati sunt veteres apud Servium, cum dubitarent, an sit: clausa, uti tabularum *commissurae* dicuntur. Est haud dubie: credita a duce, custodiae eorum mandata: et v. 176. *Nisus erat portae custos.*“ *Heyn.* Ergo simul audi: iis est. Sic etiam Bryce, Wagn. et Ladew. locum recte intelligunt. Ribbeck. tamen, Proleg. p. 126. et 181. cum Servio alteram praefert explicationem. Sed si Romani locum sic accepissent, nonne mirum censendum, portam clausam a nemine alio *commissam* esse dictam? Peerlk. satis audacter coni. *P., quae duplici ferro commissa, recludunt.* — **676.** *Freti armis.* Peerlk. sine iusta causa coni. *Freti animis*, quam coni. Ribbeck. collato v. 703. paulo cupidius in contextum recepit. Cf. tamen eius Proleg. p. 367. Conington adnotat, posse etiam cogitari de brachiis, ut IV, 11. et XI, 641. 644. — *moenibus*, in moenia. Cf. VIII, 178. Invitant hostes, ut, si audeant, moenia introëant. — **677.** „*pro turribus* accipio ἀντὶ πύργων, tamquam binae turres, aliter ac v. 575.“ *Heyn.* Sic etiam Serv., Donatus, Voss., Ladew., Wagn. in recentiss. edit., qui prius *pro* de loco intellexerat, ut turrim utrimque ad portam fuisse existimaremus, coll. Caes. (Hirt.) B. G. VIII. 9., nunc vero comparat Hom. Od. XI, 556., ubi Ulixes Aiacem πύργον Argivorum appellet, et Benoist. Aliter ergo hic locus capiendus, atque VIII, 653. *Stabat pro templo*, ubi vid. adnott. et supra v. 575. *stantem pro turribus Idan.* Bryce tamen et Conington Heynii explicationem reiiciunt. — **678.** sq. Cf. Hom. Il. XI, 131 sqq. Vergilium imitatus est Claud. R. Pros. III, 370. — *Armati ferro.* Servio teste Asper comparata Enniana metaphora *succincti corda machaeris* (Ann. XV. fr. 4. p. 59. Vahl.) ingeniosius, quam verius interpretatus est „ferrea corda habentes,“ fortasse, ut censet Ribbeck. Proleg. p. 133., „quia proprie accepta nescio quid languere sensit poetae verba.“ — *cristis corusci*, quia crista quavis aura movetur, unde XII, 370. *volans crista* vocatur. Cf. etiam adnott. ad Aen. V, 642. — **679.** Cf. Hom. Il. XII, 132. Ut ab utraque ripa fluminis alicuius (*flumina circum*) singulae consurgunt quercus, ita illi ad utramque partem ostii adstabant. Ita locum cum Wagn. capiendum esse, quis non videt? Quare non perspicio, quid sibi velit Peerlk., hac comparatione tantum verba illa *cristis capita alta corusca* spectari censens. Nam si forte putavit, alias non differre hanc comparationem ab ea, quam supra v. 674. legimus, non videtur considerasse, illam ad solam magnitudinem, hanc vero ad numerum et locum, quem occupent viri, spectare. — *aëriae quercus.* Vid. ad Ecl. I, 58. et Aen. III, 680. — *liquentia flumina*, liquida, fluida. Cf. Geo. IV, 442. et ibid. II, 187. Servius *Liquetia* legendum esse memorat, (quod sane minuscula litera scriptum Bern. III., a m. sec. etiam Gud. et Bern. II. aliique Codd. exhibent), ut sermo sit de Liquetio fluvio inter Altinum et Concordiam fluente et a Plinio III, 18, 22. commemorato, qui tamen et

Sive Padi ripis, Athesim seu propter amoenum,
Consurgunt geminae quercus intosaque caelo
Attollunt capita et sublimi vertice nutant.
Inrumpunt, aditus Rutuli ut videre patentis.
Continuo Quercens et pulcher Aquicolus armis
Et praeceps animi Tmarus et Mavortius Haemon
Agminibus totis aut versi terga dedere
Aut ipso portae posuere in limine vitam.
Tum magis increscunt animis discordibus irae
Et iam collecti Troes glomerantur eodem
Et conferre manum et procurrere longius audent.
Ductori Turno diversa in parte furenti
Turbantique viros perfertur nuntius, hostem

---

ipse rectius *Liquentia* (nunc *Livenza*) dicitur. Cf. liber meus geogr. III. p. 514. Med., Pal., Rom. et Diomed. p. 459. consentiunt in scriptura *liquentia*. — **680.** *Athesis* Raetiae fluvius satis notus, qui Veronam praeterfluens in Sinum Venetum effunditur, nunc *Adige* dictus (*die Etsch*). Cf. Plin. III, 16, 20. Flor. III, 3. Silius VIII, 596. al. et liber meus geogr. III. p. 441. De Praepos. *propter* (i. q. prope) vid. adnott. ad Ecl. VIII, 87. Oudend. ad Caes. B. G. I, 22., mea ad Lucr. IV, 1021. (ubi similiter *fontem propter amoenum*). Hand. Turs. IV. p. 609. alios. — **681.** *intonsae*, densis foliis ornatae, quae poetis *comam* arboris dici constat. Cf. etiam adnott. ad Ecl. V, 63. — *caelo Attollunt capita.* Cf. III, 678. *caelo capita alta ferentes.* — **682.** Verba *sublimi vertice nutant* bene respondent illis: *cristis capita alta corusci.* *Nutare*, quod de ipsa crista haud raro dicitur (cf. Drak. ad Silium I, 460.), de arboribus usurpatur etiam Lucano I, 141. Claudiano Idyll. I, 32. aliis. — **684.** *Quercens* et qui praeterea hic commemorantur, e Rutulis sunt. — *pulcher armis*, i. e. pulchris armis. Vid. ad . . . . . — **685.** *praeceps animi.* Vid. ad Geo. IV, 491. et Aen. IV, 203. — *Tmarus.* Sic Palat. Rom. et plerique Codd. (quamquam nomen varie corrumpentes: *Timarus*, *Timarys*, *Thamarus*, *Tinarus* etc.); Medic. autem cum paucis aliis *Marus*, quod tamquam Italicum nomen (unde *Marius*) Peerlk. praeferendum censet, quem Haupt., Ladew. et nunc etiam Wagn. (in Philol. Suppl. I. p. 338. provocans ad Mommsen. Inscr. Neap. 718. Gruter. p. 334, 6. et Murat. p. 1767, 14., quibus addere poterat Silium VI, 74. 98. 136.) secuti sunt. Sed iuxta *Haemonis* nomen (quod sane et ipsum Peerlkampio suspectum est) *Tmarus* rectius se habere videtur. Sic enim habemus duorum Epiri et Thraciae montium nomina (vid. ad Ecl. VIII, 44. et Geo. I, 492.). Bryce et Ribbeck. *Tmarum* retinuerunt. Cf. etiam Fleckeisen in Nov. Annal. phil. LXXVII. p. 196. — **686.** *Agminibus totis*, omissa Praepos. *cum*, ut Ecl. IV, 60. X, 24. Aen. II, 122. al. Ribbeck. omisit Punctum post *patentis* positum, post *totis* Colo distinxit et *aut* in *at* mutavit, hac adnot. addita: „Non assentiendum censeam, si quis propter v. 693. verba v. 683. *aditus - - patentis* interpolata, vel adeo reliqua sic in artum contrahenda suspicetur: *inrumpunt Quercens* etc.“ Sed recte censet Conington, vulgari ratione fortius exprimi repentinam Rutulorum propulsationem. — **687.** *posuere vitam.* Vid. Geo. IV, 238. *animas ponunt* et cf. adnott. ad Aen. I, 302. — **688.** *increscunt animis discordibus*, Troianorum pariter atque Rutulorum, *irae*, ideoque etiam pugnandi ardor. Wagn. *discordes* ad solos Troianos refert, ut sit i. q. hostilibus. — **690.** *procurrere.* Cf. Lucan. IV, 771. VII, 385. Stat. Theb. XI, 454. Silius I, 519. VII, 566. (ubi vid. Drak.). IX, 417. al. — **691.** „Turnus, nuntio accepto, portam valli Troianorum patere, eo accurrit, in castra irrumpit, et Troianos ad summum discrimen adducit. Semper inhaeret animo Homeri τειχομαχία. Qui ibi Hector, hic Turnus est.“ *Heyn.* — **692.** *Turbanti.* Cf. supra v. 409. — *perfertur nuntius.* Non erat, cur Conington adnotaret, *nuntium*

Fervere caede nova et portas praebere patentis.
Deserit inceptum atque inmani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam fratresque superbos.
Et primum Antiphaten, is enim se primus agebat,
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,
Coniecto sternit iaculo; volat Itala cornus
Aëra per tenerum stomachoque infixa sub altum
Pectus abit, reddit specus atri vulneris undam
Spumantem et fixo ferrum in pulmone tepescit.
Tum Meropem atque Erymanta manu, tum sternit Aphidnum,

---

etiam hominem posse indicare, ut *perfertur* per *se perfert* explicandum sit; immo recte comparat Cic pr. Lig. 3, 7. *C. Pansa mihi nuntium perferente* et pr. Balbo 28, 64. *Nolite hunc illi acerbum nuntium velle perferre.* — **693.** *Fervĕre.* Vid. ad Geo. I, 456. Ad homines summam industriam alicui rei, imprimis certamini, adhibentes transfertur etiam Lucr. II, 40. Val. Fl. VI, 588. Sil. VI, 317. IX, 243. al. — *caede nova*, quia Troiani antea eiusmodi caedem nondum fecerant. — Semicolon in fine v. 695. positum Wagn. in Punctum mutavit coll. Qu. Verg. XXXV, 7, a. — **696.** *primus se agebat.* Vid. ad VI, 337. et VIII, 465. — **697.** „*Thebana de matre*: oriunda ex Thebe, Mysiae urbe sub monte Placio, [vid. librum meum modo comm. II. p. 145.] olim a Cilicibus colonis insessa, Eetione rege, patre Andromaches, clara, quem Achilles interemit. Iliad. I, 364. VI, 414 sq. Burm. laudat not. ad Ovid. Met. XII, 109.“ *Heyn.* — *de matre nothum.* Cf. VII, 283. *Supposita de matre nothos.* — De *Sarpedone* vid. ad I, 100. — *alti*, magni, nobilis. Cf supra VI, 500. infra X, 737. Val. Fl. III, 202. *alta gente satus.* Sen. Herc. fur. 338. *altis inclytum titulis genus.* Heins. ad Ovid. Fast. IV, 305 Broukh. ad Prop. II, 1, 26. Intpp. ad Hor. Sat. II, 5, 62. (ubi *altus Aeneas*). — **698.** *cornus*, ut rursus XII, 267. Vid. ad Geo. II, 447. — *per aëra tenerum*, ideoque pervium et impulsui facile cedentem. Sic etiam Lucr. II, 145. Ovid. Met. IV. 616. id. Trist. V, 2, 26. alii *tenerum aëra* dicunt. Saepius utique *aër tenuis* commemoratur; quare etiam h. l. ante Heins. ex paucis Codd. vulgo edebatur *Aëra per tenuem.* — „*stomacho*: recte Serv.: graecus sermo est“; significat enim vox, ut Gr. *στόμαχος*, primum et proprie guttur, gulam (cf. Plin. XI, 37, 66. et 68.), i. e. canalem s. fistulam illam, qua cibus ab ore in ventriculum defertur (ut ap Cic. N. D. II, 54. et Cels. IV, 1.), et deinde demum pro ipso ventriculo ponitur.“ *Heyn.* Hasta igitur, cuspide ad partem inferiorem inclinata, per eum in pectus descendit. Wagn. comparat Hom. Il. V, 291 sqq., ubi hasta sub alterum oculum infixa exeat, ubi rumen sit. Ceterum respexit hunc locum Epit. Iliad. 513. *pectus in aurigae stomachoque infigitur alto.* — **700.** *sub pectus abit.* Sic Val. Fl. VI, 653. *Aesoniae vulnus fatale sed hastae Per clipeum, per pectus abit.* Cf. etiam supra v. 432. — „*specus*, h. e. cavum, vulnus hians, *reddit undam atri vulneris*, sanguinem ebullientem in undarum morem, undantem. Cf. Iliad. XVII, 47 sqq.“ *Heyn.* Neque aliter hunc locum intellexit Statius, Theb. VIII, 748. sic canens: *Terga cruentantem concussi vulneris unda.* Tamen nescio, an Peerlk., Conington et Benoist. rectius coniungant *specus atri vulneris* et *Specus* absolute positum pro hiante vulnere legitur etiam ap. Senecam Thyest. 9. *qui specu vasto patens Visceribus atras pascit effossis aves.* De *atro sanguine*, quod epitheton hic ad ipsum vulnus transfertur, unde ater sanguis ebullit, cf. Drakenb. ad Silii IX, 365. et VI, 68. Sic iam ap. Hom. Il. XX, 470. *μέλαν αἷμα.* Vid. etiam Geo. III, 221. 507. et Aen. II, 622. Otiosa igitur Pricaei coni. ad Apulei. Met. p. 374. prolata *alti vulneris*, iam a Drakenb. ad Silium VI, 68. reiecta, quam tamen Peerlk. probat. — **701.** Cf. supra v. 419. — **702.** *manu.* Heyn. haec adnotat: „*manu*, ense, vi oppositi: nam v. 698. *iaculo* Antiphaten prostraverat“, neque aliter Ladew. statuit; sed hos omnes iaculis a Turno interfectos esse, docere videtur v. 704., ubi

Tum Bitian ardentem oculis animisque frementem,
Non iaculo; neque enim iaculo vitam ille dedisset;
Sed magnum stridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga
Nec duplici squama lorica fidelis et auro
Sustinuit; conlapsa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitum et clipeum super intonat ingens.

Bitiae caedes certis verbis a ceterorum iaculis interfectorum sorte discernitur; quare nec Wagneri explicationem (in edit. min.) „*manu*, comminus" probare possum, sed *manu* pleonastice adiectum censeo, ut alibi. Vid. infra v. 773. et III, 659. (IV, 344.) etc. (Adsentitur mihi Bryce.) — **703.** *ardentem oculis*, ut VIII, 223. *oculis turbatus* et similia; quia oculi speculum s. indices sunt animi. Cf. Cic. de Or. III, 29. Intpp. ad Cic. in Pis. c. 1. Vid. etiam Aen. V, 277. XII, 670. etc. — *animisque frementem* redit XII, 371. Cf. etiam Epit. Iliad. 811. *animoque fremebant.* — **704.** „Bitiam tam vasto et immani corpore fuisse declarat, ut iaculi vulnus nimis leve nec mortem allaturum fuisset." *Heyn.* [Nisi potius poeta hoc vult dicere, iaculum non aptum fuisse ad scutum et loricam postea descriptam transverberandam.] — *dedisset* pro reddidisset. Similiter Iustin. XXXIX, 4, 5. *Spiritum non fato, sed parricidio dedit* et Senec. Thyest. 340. (ubi vid. Gronov.) *dare sanguinem.* Wagn. in min. edit. haec adscribens: „ut iaculum auferre vitam dicitur, ita is, cui aufertur, dare vitam iaculo," *iaculo* pro tertio Casu videtur habere. — **705.** „Non haec est *falarica*, quam Livius XXI, 8. [et praeter eum Veget. de re mil. IV, 18.] describit, sed est simpliciter pro lancea et hasta latioris ferri dicta. Ex Servio tamen et Festo [p. 66. Lindem.] notanda est origo vocis a *falis*, h. e. turribus." *Heyn.* Expressit autem Vergilius versum Ennianum a Nonio p. 555, 15. laudatum (Ann. fr. inc. 72. p. 78. Vahl. s. p. 131. Hessel.) *Quae valido venit contorta falarica missu*, ubi cf. Columna. Vid. etiam Intpp. ad Silium I, 351. (Drak. etiam ad VI, 214.) et Gratii Cyneg. 342. (ubi de simili gravi hasta haec legimus: *Terribilemque manu vibrata falarica dextra Dat sonitum*) atque Lipsius Poliorc. V, 5. De orthographia huius voc. vid. Intpp. ad Lucan. VI, 198. coll. Schneider. Gr. Lat. I, 1. p. 262 sqq. — **706.** *Fulminis acta modo.* Sic etiam Silius I, 356. de falarica: *Fulminis haec ritu, summis e moenibus arcis Incita, sulcatum tremula secat aëra flamma.* — *duo taurea terga*, clipeus duobus tergis taurinis inductus; pluribus enim taurorum pellibus veteres clipeos munire solebant. Cf. infra X, 482 sq. 784. et XII, 924. Heins. ad Val. Fl. VII, 464. Drakenb. ad Silium V, 318. Koenig. ad Claud. in Eutrop. II, 387. alios. — **707.** „*lorica fidelis* (quae munit, tutum reddit, ut VII, 640. *fidus ensis*) *squama duplici et auro*, duplicibus squamis aureis s. duplici squamarum ordine; uti *bilicem loricam* dixit XII, 375." *Heyn.* Cf. etiam II, 400. VII, 640. et VIII, 436. — **708.** *conlapsa ruunt.* Vid. supra ad v. 434. — **709** sqq. Cf. Silii imitatio IV, 295 sqq. — *dat tellus gemitum.* Cf. Stat. Theb. VI, 527. *dat gemitum tellus* et Silii l. l. *percussa gemit tellus ingentibus armis.* Burm., Peerlk. et Ameis. in Muetzelli Ephem. gymn. VII. (1853.) p. 934. (qui coll. v. 674. et 735. *immania membra* premit) cum Iulio Sabino verba sic explicant: ipse *ingens intonat super clipeum;* sed rectius cum Heynio (cui etiam Wagn., Ladew., Coningt. et Benoist. adsentiuntur) *clipeum*, neutro genere positum (ut ap. Varr. L. L. V, 3, 19. p. 8. M. (p. 29. Sp.) Liv. I, 43. XXXIV, 52. XXXV, 10. 41. XXXVIII, 35. XL, 51. et al.) pro Nominativo Subiecti et *super* adverbialiter positum acceperis; quamquam alibi ap. Verg. (Aen. II, 389. 422. 443. 734. VII, 186. 626. 789. VIII, 447. X, 242. 261. XII, 432.) *clipeus* ubique est gen. masc., ita ut duo modo supersint loci, III, 286. et X, 482., in quibus dubium, utrum Accus. *clipeum* huc trahi possit. Quam explicationem etiam iuvat Silii imitatio l. l.: *Et percussa gemit tellus ingentibus armis* et Donati auctoritas, haec adnotantis: „Magna clipei species magnum fecerat sonitum,"

Talis in Euboico Baiarum litore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
Constructam ponto iaciunt; sic illa ruinam
Prona trahit penitusque vadis inlisa recumbit;
Miscent se maria et nigrae attolluntur harenae;
Tum sonitu Prochyta alta tremit durumque cubile

neque minus Flavius Caper ap. Servium ad h. l. (Cf. Ribbeck. Proleg. p. 166.) Ceterum de utraque vocis forma cf. Neue *Formenl.* I. p. 553. Peerlk. quidem coll. Lucr. IV, 1042. putat, cum Bitias per clipeum et loricam vulneratus sit in pectore et clipeus pectori eius per falaricam affixus, non aliter eum potuisse cadere, quam pronum in vulnus et clipeum; mihi vero longe verisimilius videtur, eum ictus vehementia et clipei ipsius pondere prostratum resupinum cadere. Ceterum Heyn. confert Homericum ἀράβησέ τε τεύχε' ἐπ' αὐτῷ et infra X, 488. *Corruit in vulnus, sonitum super arma dedere.* Ameis. l. l. putat Vergilio obversatum esse locum Hom. Il. VII, 272. ὁ δ' ὕπτιος ἐξετανύσθη ἀσπίδ' ἐνιχριμφθείς. — **710** sqq. „Interceptus erat Crator s. sinus Baianus molibus in altum ductis, partim quibus praetoria inaedificata erant et temperati aëris et prospectus causa, partim quibus portus Iulius muniebatur. Vid. Geo. II, 161.“ *Heyn.* Cf. de his operibus in Sinu Baiano exstructis Intpp. ad Hor. Od. II, 18, 20. et III, 1, 33. — Pro *Talis* vulgo (ut in Pal., Gud., Bern. II. III., Minoraug. et ap. Servium) legitur *Qualis*, versu antecedente non Puncto, sed Colo a sequentibus distincto; sed *talis* est Med. et Rom. lectio, ob Particulam *sic* v. 712. positam satis probabilis et a Wagn. iure, puto, revocata, qui ea multum gravitatis orationi accedere, Vergilium autem rem tam insignem, qualis esset tanti viri caedes, etiam insigni aliqua comparationis forma distinguere et ornare voluisse censet. Vulgaris lectio (cui post Wagn. praeter Bryceum nemo amplius patrocinatus est) facile sane substitui poterat a librariis, cum Vergilius alias nusquam longiorem aliquam comparationem a voc. *Talis*, sed a relativo *Qualis* incipere soleat. — *in litore*, scil. exstructa; non *in litore cadit*, sed ex litore cadit in mare. — *Euboicum* autem *Baiarum litus* vocatur propter vicinas Cumas, Chalcidensium coloniam. Vid. ad Aen. VI, 2. De ipsis Baiis cf. quae exposui in libro meo geogr. III. p. 732 sq. et in Pauly *Realencycl.* I. p. 2239 sq. ed. II. — **711**. „*pila saxea molibus magnis*, alte aggestis caementis constructa, quae in pontum [hoc enim significat hic *ponto:* vid. ad Ecl. II, 30. Geo. IV, 562. al.] iaciunt [ad arcendam vim fluctuum]. Erant autem hae structiones ac moles ex saxis ac caementis pulvere Puteolano solidatis confectae, *ante constructae.* Eum enim solidescere sub aqua, nota res est. Vid. Vitruv. II, 6. Maronem exscripsit Silius IV, 297.“ *Heyn.* *Ante* hic de tempore tali pilae insumpto, quo ipsius magnitudo declaretur, non de loco (ut significet: longius a litore procedendo) intelligendum esse, etiam Wagn. rectissime censet. — **712**. *sic* post interpositam sententiam relativam, quae ad ipsam comparationem non pertinet, repetit notionem antecedentis voc. *talis.* Conington confert Hor. Od. I, 16, 7 sq. — *ruinam trahit.* Vid. ad II, 465. — Cum v. **713**. cf. simillimus locus III, 557. Conington suspicatur, poetam hic memorem fuisse Soph. Ant. 590. κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὸν θῖνα. Peerlk., in hoc loco temere haerens, ex tribus vv. 711—713. hunc unum facere: *Pila cadit penitusque vadis illisa recumbit* et cetera omnia eiicere nobis suadet! — **715** sq. „Ruina molis facta vicina loca, insulas quoque, contremiscere narrat. *Prochyta* Promontorio Campaniae Miseno obiecta (nunc *Procida*) [de qua vid. librum meum geogr. III. p. 743.] cum Pithecusa s. Aenaria (nunc *Ischia*), quam *Inarimen* dixit vocabulo ex Homero ducto, etsi perperam intellecto: nam Il. II, 783. est Typhoeus fulmine percussus ἐν Ἀρίμοις. [Cf. Strab. XIII. p. 627. et Heyn. ad Pind. Vol. III, 1. p. 17.] Quaerendi Arimi et τὰ Ἄριμα ὄρη in Asia minore circa Ciliciam; quoniam in eo tractu loca erant terrae motibus et incendiis occultis foedata; quam locorum faciem vetustas ad monstrorum et gigan-

Inarime Iovis imperiis inposta Typhoeo.
Hic Mars armipotens animum viresque Latinis
Addidit et stimulos acris sub pectore vertit
Inmisitque Fugam Teucris atrumque Timorem.
Undique conveniunt, quoniam data copia pugnae,
Bellatorque animo deus incidit.
Pandarus ut fuso germanum corpore cernit,
Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,

---

tum molitiones referre solobat. Translata ab uno et altero poeta [cnm Pherecyde: cf. Schol. ad Apollon. II. 1214.] res est ad insnlam Pithecusam, qnae et ipsa aliqnando snbterraneos ignes et ruinas experta est; igitur cum re et ipsum nomen traductum, Inarime.“ *Heyn.* Cf. Erythraei Index v. Inarime. Mela II, 7, 18. Plin. III, 6, 12. Bach. ad Ovid. Met. XIV, 89. et liber meus geogr. l. l. *Inarimen*, a Vergilio vel antiquiore aliqno poeta Latino decepti commemorant praeter Plin. et Ovid. ll. ll. etiam Stat. Silv. II, 2, 76. id. Theb. X, 917. Val. Fl. III, 208. Silius VIII, 542. XII, 148. Lucan. V, 101. Wernsd. Poett. Lat. minn. T. IV. p. 359. Alii potins Typhoenm snb Aetna iacere fingunt. Cf. adnott. ad Aen. III, 578. — De *alta Prochyta* vid. adnott ad III, 76. — *cubile*, nt Pind. Pyth. I, 54. Aetnam *στρωμνάν*, Hom. Il. II, 783. *εὐνάς* dixit Arimos montes.“ *Heyn.* — *inposta.* Vid. ad Aen. I, 26. et VI, 59. — De *Typhoeo* s. *Typhone* vid. ad Geo. I, 279. et de formis nominis ibid. et ad Aen. I, 665. Qnod attinet ad synizesin *Typhoeo*, qnam etiam ap. Silium XIV, 196. invenimus, cf. X, 129. *Menestheo* Ovid. Am. III, 9, 21. *Orpheo*, Prop. IV (III), 5, 7. *Prometheo*, Catull. LXIV, 336. *Peleo* et similia cnm adnott. ad Ecl. VI, 42. et Nene *Formenl.* I. p. 338. — **717** sqq. „Homericum phantasma hic amplexus est. Saepe enim deos inducit robnr et animos pugnantibus adspirantes ant in fugam vertentes adversam aciem. Sic Il. II, 446 sqq. [X, 366. et 482.] Minervam, XIII, 44. Neptunum, et ipsum Martem V, 506 sqq.; sed qui apnd Homerum inter deos proeliantes negotiosus deus est, apud Maronem in otiosum allegoricum nomen abit; imprimis cum v. 721. *bellatorum deum incidere animis*, h. e. alacritatem, novum robur animi, dixisset.“ *Heyn.* — *animum viresque Addidit.* Cf. II, 462. *vim addere victis.* — **718.** *stimulos sub pectore vertit.* Vid. ad VI, 101., ubi eadem verba iam legimus, et VII, 405. Codd. quidam deterioris notae *sub pectora.* qnod Heinsio arridet. Sed vid. infra ad v. 721. et snpra VI, 101. — **719.** Conington conferri iubet Hom. Il. IX, 1. 2. — *Fugam.* Cf. Hom. Il. IV, 440. *Δεῖμός τ' ἠδὲ Φόβος* et XIII, 299. *τῷ δὲ Φόβος - - ἕσπετο.* — *atrumque Timorem*, nocte et tenebris involutum, qno magis terribilis fiat. Cf. Burm. ad Petron. c. 89. in. (ubi legimus *Calchantis atro dubia pendebat metu*) et adnott. ad Geo. I, 129. Sic XII, 335. *atra Formido.* — **720.** *Undique conveniunt*, Troiani non minus qnam Rutuli. — *data copia pugnae*, nam antea mnris prohibebantur. Ceterum cf. supra v. 484. — **721.** Cf. Stat. Theb. l, 3. *Pierius menti calor incidit.* — *animo* omnium fere Codd. est lectio ab omnibus recentioribns editoribns praeter Brycenm cum Iahnio et Wagnero (qui comparat haec Singularis numeri elegantins usurpati exempla: Geo. IV, 227. Aen. I, 579. [nbi vid. adnott.] V, 558. VII, 392. [qnibus adde Ecl. VIII, 2. Aen. II, 219. aliosqne locos]) recepta. Vnlgatnm *animos* Med. tantum et Sprot. exhibent, ita tamen, ut in Med. litera *s* transfossa appareat, et *incidere* cum Accus. constructnm recte reiicit Lachm. ad Lucr. IV, 568. p. 242. Nihilominus post Heinsium etiam Nackius ad Catonis Dir. 63. p. 98. hanc lectionem probat. — **722.** „Pandarus porta occlnsa multos suorum excludit, hostes antem, qui iam in castra irruperant, includit, in his Turnnm.“ *Heyn.* — *corpore fuso*, ipsum fusnm, prostratum. Conington minus apte comparat Lucr. III, 1033. *animam moribundo corpore fudit* et poetam hic Hom. Il. XX, 419 sq. memorem fuisse suspicatur. — **723.** *Quo sit fortuna loco.* Cf. II, 322. *Quo res summa*

Portam vi magna converso cardine torquet
Obnixus latis humeris multosque suorum
Moenibus exclusos duro in certamine linquit,
Ast alios secum includit recipitque ruentis,
Demens! qui Rutulum in medio non agmine regem
Viderit inrumpentem ultroque incluserit urbi,
Inmanem veluti pecora inter inertia tigrim.
Continuo nova lux oculis effulsit et arma
Horrendum sonuere; tremunt in vertice cristae
Sanguineae clipeoque micantia fulmina mittit.

---

loco. — *qui casus*, quam malus, quam adversus casus. Pal., Rom., Gud. a m. pr. et Bern. II. a m. sec. perperam *quis*. Receptam lectionem etiam Charis. p. 70. testatur. — **724.** *vi magna.* Sic Med., quem nunc cum Haupt., Ribbeck., Ladew., Wagn. (in recent. edit.) et Benoisto secutus sum. Bryce et Coningt. vulg. *multa* retinuerunt, quod sane plurimi Codd. (etiam Pal., Rom. et Gud.) exhibent. Utrumque voc. saepe confundi constat. Cf. Geo. I, 169. III, 220. IV, 174. Aen. I, 271. al. — **725.** *Obnixus humeris.* Cf. IV, 406. Stat. Theb. X, 509. *humeris obnixus Acron* et Anth. Lat. III, 81, 96., ubi iterantur verba *Obnixus latis humeris.* — **726.** *Moenibus exclusos.* Serv. comparat Stat. Theb. X, 513. *quippe hoste retento Exclusere suos.* — **727.** *Ast alios*, ut II, 467. IV, 488. VI, 316. Vid. adnott. ad Aen. I, 46., ubi addi potest Corssen. de pron. II. p. 278. — *recipitque ruentes.* Cf. infra v. 780. — **728.** *Demens*, νήπιος. Vid. ad VI, 590. Ceterum patet, hoc epitheton arcto cohaerere cum verbis sequentibus *qui non viderit*, quae causam continent, cur *demens* dicatur. — *Rutulum* Acc. Sing. videtur esse, non contracta forma Gen. Plur. — **729.** *ultro*, sua ipse opera. Vid. ad Ecl. VIII, 52. Paulo aliter Conington: „*not only not kept him out, but shut him in,*“ tribuit igitur Adverbio eam vim, de qua diximus ad Geo. IV, 204. Aen. II, 145. et V, 55. — **730.** *pecora inertia*, hic et IV, 158., quae IV, 66. *molles oves*, i. e. quae se non possunt defendere. Pertinet autem haec comparatio tantum ad praesentem Troianorum gregariorum conditionem, qui ducibus accurrentibus (v. 778.) firmantur et rursus fortiter pugnant. — **731.** „Praeclare haec in maius aucta. Scilicet cogitandum est, principum virorum ac regum arma praecipuo aliquo laevore ac fulgore splenduisse, cristas fuisse altiores, et sic porro. Turno autem intra castra intercepto crescit audacia: *nova lux oculis offulsit*, accessit iis, tum autem nec minus effulsit oculis.“ *Heyn.* Nos cum Wakef., Iahn. et Wagn. pro vulg. *offulsit* (quod e melioribus libris unus Rom. exhibet) ex plurimis Codd. restituimus *effulsit*, quod etiam me posteriores editores receperunt et confirmat Servius ad IX, 110.; hic enim lucem non aliunde oculis offulgere, sed emissam oculis fulgere, Heyn. iam verissime memorat. Vid. supra ad v. 110. Ceterum cf. Heinsius ad Silium XIII, 114. idemque ad Val. Fl. IV, 482. — **731.** Animus et audacia Turni, periculo aucta, non solum se prodit vultu et oculis, verum etiam celeri motu et agitatione corporis, qua etiam arma concutiuntur. — *arma Horr. sonuere.* Cf. XII, 700. Heyn. confert Hom. Il. IV, 420. et XXI, 254. — **733.** *cristae sanguineae*, i. e. rubentes (*blutrothe*). Vid. supra ad v. 50. et 270. Conington cum toto hoc loco conferri iubet Hom. Il. V, 1 sqq. XXII, 131 sqq. et XIX, 375 sqq. — *clipeo*, „puta varie huc et illuc moto et cf. Hom. Il. V, 4 sqq. XXII, 134 sq.“ *Wagn.* — Pal. et Gud. a m. pr. (ut videtur) *clipei.* — *micantia fulmina mittit.* Cf. Hom. Il. V, 4 sqq. XXII, 133 sq. et infra X, 270 sq. *Fulmina* autem pro vulg. *fulgura*, quod a Palat. exhibitum (si Wagnero credendum, nam Ribbeck. tacet) tuetur Wakef., et omnibus vetustioribus Codd. et Macrob. V, 13, 35. p. 434. Ian. (p. 110. Bip.) iure reduxit Heinsius. „Quamquam enim aera, flammae et similia proprie *fulgur* emittunt, tamen eadem pa-

Adgnoscunt faciem invisam atque inmania membra
Turbati subito Aeneadae. Tum Pandarus ingens
Emicat et mortis fraternae fervidus ira
Effatur: „Non haec dotalis regia Amatae;
Nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum.
Castra inimica vides; nulla hinc exire potestas."
Olli subridens sedato pectore Turnus:
„Incipe, si qua animo virtus, et consere dextram;
Hic etiam inventum Priamo narrabis Achillen."
Dixerat. Ille rudem nodis et cortice crudo
Intorquet summis adnixus viribus hastam;
Excepere aurae, volnus Saturnia Iuno

---

riter atque oculi, ubi fulgore suo aliquem animi motum efficiunt, *fulminare fulmenque mittere* dicuntur. Vid. Ovid. Am. I, 8, 16 Wakef. ad Lucr. II, 325. et VI, 181." *Iahn.* Cf. etiam XII, 654. — *mittit* (sc. Turnus) Med. (in quo a m. pr. *mittet* legitur) et alii boni Codd. (etiam Gud. a m. sec.) exhibent, quod, Brunckio iam et Iahnio probatum, Wagn. revocavit pro vulg. (Pal., Rom. et Gud. a m. pr.) *mittunt* (scil. se, i. e. mittuntur), haud dubie antecedenti *fulmina* a librariis (hic et ap. Macrob. l. l.) accommodato; in quo posteriores omnes praeter Heynium secuti sunt. Alios locos, ubi Subiectum longius repetendum, vide ad VIII, 270. collectos. Neque longe repetendum est Subiectum, cum oratio sic procedat: Pandarus inclusit Turnum, regem Rutulorum; *ei*, Turno, nova lux effulsit, arma sonuere, cristae tremunt, *is*que mittit clipeo fulmina. Heyn., cui et ipsi arridet lectio *mittit, clipeo* corruptum putat ex *clipeos* pro *clipeus* scripto; ut legendum sit: *clipeusque m. fulmina mittit.* Pierson. autem apud Arntzen. Epist. crit. p. 76. coni. *clipeumque m. f. mittit;* Wakef. denique ad Lucr. II, 325. *clipeoque mic. fulmina nictunt* (coll. Lucr. VI, 180. *nictantia fulgura flammae*) et Vossius l. saepius l. p. 232. praefert Cod. Moret. lectionem *nutant.* — **734.** *Adgnoscunt turbati* Wagn. recte interpretatur: adgnoscunt et turbantur, coll. Qu. Verg. XXIX, 5. Cf. adnott. ad IX, 488. — *invisam faciem.* Vid. ad II, 601. — *inmania membra.* Cf. VII, 784. — **735.** *Turbati* proleptice: ita ut eo turbentur. Vid. ad Geo. I, 320. II, 353. Aen. II, 736. et alibi saepe adnott. — **736.** *Emicat.* Vid. ad V, 319. — *fervidus ira,* ut VIII, 230. *mortis fraternae ira,* ut II, 413. *ereptae virginis ira.* — **737.** *dotalis regia,* Laurentum. Sic etiam ap. Ovid. Met. XIV, 569. *Nec iam dotalia regna, Nec sceptrum soceri, nec te, Lavinia virgo, - - petunt.* Cf. supra VII, 52 sqq. ibid. v. 423 sq. et XI, 369. — **738.** *Ardea.* Vid. ad VII, 411. — **739.** *exire potestas.* Cf. adnott. ad Geo. I, 305. Aen. I, 704. III, 670. et al. Verba *nulla exire potestas* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 94. — **740.** *Olli subridens,* ut I, 254. — *sedato pectore.* Cf. Epit. Iliad. 144. *miti sedavit pectore turbam.* Cf. etiam XII, 18. *sedato respondit corde.* — V. **741.** in Anth. Lat. III, 81, 71. (primo pede in *Quin age* mutato) et VI, 84, 47: repetitur. — Rom. aliique Codd. pro *animo* exhibent *animi.* Sed cf. I, 529. *non ea vis animo.* — **742.** *Achillen* cum Wagn. scripsimus. Vid. ad I, 458. Vulgo *Achillem.* Ceterum cf. similem locum II, 549. — **744.** Imitatur hunc locum Val. Fl. III, 193. *Torserat hic totis connixus viribus hastam - - raptumque per auras vulnus.* Cum verbis *summis adnixus viribus* quae iam legimus V, 226. cf. etiam Silius II, 123. *totisque adnixa doloris Viribus* et Apulei. Apol. p. 72. Bip. *Ibi omne virus totis viribus adnisi effudere.* Multa similia collegit Heins. ad vid. Met. XII, 369. a Peerlk. laud. Ceterum hoc loco turpiter abutitur Auson. in cent. nupt. 116 sq. — **745** sq. Heyn. comparat Hom. Il. VIII, 311. et XX, 438 sqq. Cf. etiam Ovid. Met. VIII, 352 sq. *ferrum Diana volanti Abstulerat iaculo: lignum sine acumine venit* et similes locos. — **745.** *Volnus Sat. Iuno* etc. Cf. Hom. Il. VIII, 311. et XX,

Detorsit veniens portaeque infigitur hasta.
„At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
Effugies; neque enim is teli nec volneris auctor.“
Sic ait et sublatum alte consurgit in ensem
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dividit inpubisque inmani volnere malas.
Fit sonus; ingenti concussa est pondere tellus;
Conlapsos artus atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens atque illi partibus aequis
Huc caput atque illuc humero ex utroque pependit.
Diffugiunt versi trepida formidine Troes.
Et, si continuo victorem ea cura subisset,
Rumpere claustra manu sociosque inmittere portis,
Ultimus ille dies bello gentique fuisset.
Sed furor ardentem caedisque insana cupido
Egit in adversos.

---

438 sqq. — **746.** *volnus veniens*, telum allabens, quod volnus minatur, quam verborum coniunctionem probat Conington, comparans V, 446. *Ictum venientem a vertice velox Praevidit.* Peerlk., cum incertum sit, utrum *veniens* pertineat ad Iunonem, an ad volnus, praefert coniecturam margini Cod. Hamb. adscriptam *Detorsit iuveni.* — *portaeque infigitur hasta.* Conington poetae hic Hom. Od. XXII, 256 sqq. et 273 sqq. obversatum esse suspicatur. — **747.** *telum* pro hasta. — *versat*, „librat, iactat; et est Ennianum: *versat mucronem* [fr. inc. 3. p. 174. Vahl.]“ *Servius.* Quare in Pal., Gud. et Bern. II. hic vere ex interpret. legi *librat*, non est mirandum, imprimis cum etiam X, 421. et 773. *missile librari* dicatur. — **748.** „*neque enim is teli nec volneris auctor*, ut tu effugere illud possis, immo vero infertur telum a viro fortissimo.“ *Heyn.* Ceterum vid. supra ad v. 421. — **749.** *Sic ait*, scil. Turnus, quod Subiectum ex v. 740. repetendum est. Vid. supra ad v. 733. Ribbeck. adnotat: Accuratius edocendus erat lector, Turnum locutum esse;“ atque etiam Peerlk. vituperat Vergilium, quod, ne quis haec Pandari verba esse putaret (*hastam effugisti, at hoc telum non effugies*), Turni hic loquentis nomen non adiecerit, sic fere scribens: *Cui Turnus: non hoc mea quod vi dextera torquet, Effugies: neque enim* etc. — *consurgit in ensem.* Cum ense alte sublato etiam totum corpus attollit, quo fortiorem ictum infligere possit. Vid. XII, 729., ubi eadem verba iterantur, X, 797. et XI, 284. Cf. vero etiam adnott. ad VIII, 457. et Hand. *Lehrb. d. lat. Stils* p. 164. ed. II. — **750.** *mediam - - frontem Dividit.* Cf. supra v. 588. et Hor. Sat. I, 1, 99. *At hunc liberta securi Divisit medium.* Ceterum hunc locum ante oculos habuit Ammian. XXXI. p. 481. *Quorundam capita, per medium frontis et verticis mucrone distincta, in utrumque humerum magno cum horrore pendebant.* — Cum v. **753.** cf. Epit. Iliad. 481. *Hic iacet exanimis fuso super arma cerebro.* — **754.** *humi.* Vid. ad I, 193. et V, 481. — **755.** „Vulnus, quale ap. Apollon. II, 104. et ap. Homerum haud uno loco. *Heyn.*“ Cf. etiam Silius IV, 239. *et divisum humeris iacuit caput.* — **757** sqq. „Cf. Hom. Il. VIII, 217 sq. XVIII, 454. et XXI, 544. Si meminisset Turnus portam castri Troiani revellere ad suos admittendos, castrum captum fuisset a Rutulis. At ille occaecata mente ad caedem faciendam ruit.“ *Heyn.* Ceterum cf. Ammiani imitatio supra laud. — *si ea cura subisset.* Cf. II, 560. 575. etc. — **758.** Infinitivi *rumpere* et *inmittere* voci *cura* per appositionem adiiciuntur. — **759.** *Ultimus ille dies - - fuisset.* Cf. II, 248. *quibus ultimus esset Ille dies.* — **760.** *caedis insana cupido.* Cf. supra v. 354. Gud. praebet *inmensa*, haud dubie ex VI, 823. petitum. Conington poetam hic Hom. Il. V, 676. memorem fuisse opinatur. — **761.** *In adversos*, in

Principio Phalerim et succiso poplite Gygen
Excipit; hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum; Iuno vires animumque ministrat.
Addit Halym comitem et confixa Phegea parma,
Ignaros deinde in muris Martemque cientis
Alcandrumque Haliumque Noëmonaque Prytanimque.
Lyncea tendentem contra sociosque vocantem
Vibranti gladio conixus ab aggere dexter
Occupat; huic uno deiectum comminus ictu
Cum galea longe iacuit caput. Inde ferarum
Vastatorem Amycum, quo non felicior alter
Unguere tela manu ferrumque armare veneno,

---

adversarios, hostes omnino, ut X, 412. XI, 389.; aliter enim potius *in aversos* exspectandum esset, cum de fugientibus sermo sit; quod recte observat Conington. — **762**. Servius docet, locum sic esse intelligendum: Excipit (scil. in se irruentem) et succidit poplitem, ut III, 236 sq. *tectosque per herbam Disponunt enses* cett., ubi vid. adnott. — *poplite succiso*. Vid. X, 699. Liv. XXII, 51, 7. Hor. Od. III, 2, 16. al. — **763**. *Excipit*, tamquam feram exagitatam. Vid. ad Geo. II, 207. Aen. III, 332. et XI, 684. — *raptas* de caesorum corporibus, non „ab armigero", ut Donatus censuit immemor v. 729. 758. 783. 815 sqq. (Cf. Ribbeck. Proleg. p. 181.) Ceterum cf. XII, 330., ubi eadem verba repetuntur. — **764**. *In tergum* cum Wagn. edidi, Codd. tantum non omnes et Nonium p. 414, 6. secutus, quibus adde Schol. Horat. Crucq. ad Od. III, 2. Vulgatum *in tergus* exhibent soli Rom, Pal. a m. pr. et Paris. 8. cum Charisio Inst. I. p. 54. et 118 atque Servio ad Aen. I, 211.; ita ut Wagn. vocc. praegressa, quae in eandem literam exeant, *raptas — fugientibus — hastas*, librariis fraudem fecisse putet. Nihilominus ex recentioribus editoribus unus Ribbeck. *tergus* restituit, quod tamen ipse improbare videtur Proleg. p. 206. et 212. Ceterum cf. locus simillimus XII, 330. *vires animumque ministrat*. Cf. Hom. Il. V, 2. et XVI, 259. supra v. 717. et V, 640. — **765**. *Addit H. comitem* etc., sc. occisis; occidit etiam Halym et Phegea. Cum Accus. *Halym* cf. VII, 675. *Othrym*, contra vero I, 183. *Capyn*, IX, 574. *Ityn* etc. Vid. Neue, *Formenl.* I. p. 322 sq. — Gud. et a m. sec. Med. et Pal. pro *confixa* exhibent *confixum*. — **766**. „*Martem cientes*, pugnam agitantes in muris. Scilicet Phlegeum parma transfixa confossum et Alexandrum ceterosque in muris pugnantes *aversos* caedit, at Lynceum *adversum*." *Heyn*. — V. **767**., ad verbum ex Hom. Il. V, 678. translatum, etiam Ovidius Met. XIII, 258. post Maronem in carmen suum recipere non dubitavit. Quare Bryantus eum spurium et ex Ovidio huc translatum censuit; sed vid. Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 67. — De productione *Noëmonaquē* vid. ad Ecl. IV, 51. — **768**. *tendentem contra*. Cf. infra v. 795. — **769**. *conixus ab aggere*. Cf. X, 24. — **770**. Comparant Hom. Il. XIV, 497. et XX, 481. — *deiectum ictu caput*. Cf. X, 753. XI, 642. 665. 833. atque imprimis Hom. Il. XX, 482. et Sil. XIII, 246. *deiectum protinus ense Ante pedes domini iacuit caput*, haud dubie hunc locum respiciens. Nihilominus Ribbeck. ex uno Gud. a m. pr. recepit *desectum* coll. VIII, 338., quem iure posteriores editores non secuti sunt. — **771**. *Cum galea* etc. Cf. Hom. Il. XX, 482. — *ferarum vastatorem*. Verbum *vastandi* simili signif. legimus Geo. IV, 16. et Aen. I, 471., ubi vid. adnott. Heyn. confert Hom. Il. V, 49. — **772**. Conington conferri iubet Hom. Il. V, 49 sqq. — *quo non felicior alter*, ut VI, 164. *quo non praestantior alter*. *felicior*, i. e. peritior. — **773**. *Unguere tela* „Ἰοὺς χρίεσθαι, non nisi admodum barbarorum populorum mos, in Iliade vix commemoratur, sed in Od. I, 260." *Heyn*. Cf. Heins. ad Silium IX, 12. Sic etiam X, 140. *calamos armare veneno*. Bentl. ad Lucan. III, 266. legit *Tingere*, et Peerlk. propter miram Codd. varietatem (*stringere*, *fugere*,

Et Clytium Aeoliden et amicum Crethea Musis,
Crethea Musarum comitem, cui carmina semper
Et citharae cordi numerosque intendere nervis;
Semper equos atque arma virum pugnasque canebat.
Tandem ductores audita caede suorum
Conveniunt Teucri, Mnestheus acerque Serestus,
Palantisque vident socios hostemque receptum.
Et Mnestheus: „Quo deinde fugam, quo tenditis? inquit.
Quos alios muros, quae iam ultra moenia habetis?
Unus homo et vestris, o cives, undique septus
Aggeribus tantas strages inpune per urbem
Ediderit? iuvenum primos tot miserit Orco?

---

urguere) et tautologiam, quae insit verbis *unguere tela* et *ferrum armare veneno*, coni. *Spargere*. Ceterum Ribbeck. cum Med., Gud. a m. sec., Servio, Vel. Longo p. 2223. et Cassiod. p. 2295. scripsit *Ungere*. — *manu*. Vid. supra ad v. 702. — *ferum armare veneno*. Cf. X, 140. XII, 857. Quinct. Inst. VIII, 6, 12. et Hom. Od. I, 261. — **774**. *amicum Musis*. Cf. Intpp. ad Hor. Od. I, 26, 1. — **775**. *Crethea Musarum comitem*. Wagn. confert Hom. Hymn. XXXII, 20. *ἀοιδοί, Μουσάων θεράποντες*, et *θεράποντας Ἄρηος* ap. Hom. Il. II, 110. XV, 733. et *δᾶμον, Ὑπερβορέων Ἀπόλλωνος θεράποντα* ap. Pind. [Ol. III, 17. Boeckh.], quibus locis Conington addit Hom. Od. VIII, 63. *τὸν πέρι Μοῦσα φίλησε* et Hor. Od. I, 26, 1. *Musis amicus tristitiam - - tradam ventis* etc. *Peerlk.* haec adnotat: „Vel *Musis* vel *Musarum* esse corruptum iudico. Non enim recte statim iunguntur *amicus Musis* et *comes Musarum*;“ quae, si de duobus hominibus diversis sermo esset, vere contenderet, sed ad unum eundemque hominem relata haec eiusdem notionis gravis repetitio non potest offendere. De anadiplosi cf. adnott. ad Ecl. VI, 20. et alibi adnott. — **776**. *cordi*. Vid. supra v. 615. — *numeros intendere nervis*. Proprie *intenduntur nervi* s. fides ad numeros, h. e. sonos; pro quibus *numeros* posuit; sunt enim soni numerosi, si arte eliciuntur. Doctius dixit nunc: *intendere numeros nervis*, per nervos intentos. [Heinrich. comparat Pers. VI, 3. Vid. etiam adnot. ad Ecl. IX, 45.] — **777**. *equos*, ut Hom. *ἵππους*, currus dixit, non equestres cursus; nam adiicit *arma* et *pugnas*.“ Haec *Heyn.*, cui totus v. 777. displicet, quem etiam Ribbeck. ut spurium uncis inclusit. Sed verissime censet Wagn., Copulam si desideres, eius vicem repetitum *Semper* sustinere (cf. adnott. ad Ecl. IV, 6. et Geo. II, 260.); Subiecti autem mutationem hic non esse duriorem, quam VIII, 376 sqq. et alibi; de qua re cf. etiam Bach. ad Ovid. Met. XIV, 67. *Equos* autem militares non minus quam arma aptum esse poetarum heroicorum argumentum in promptu est. — **778**. „*Tandem*. Bene *Serv.*: „„Servat *τὸ πρέπον*, ne praesentibus ducibus Turnus tot strages fecisse videntur.““ Geruntur enim superiora alio castrorum loco.“ *Heyn.* — *ductores Teucri*, ut II, 747. *Teucri penates*, V, 530. *Teucri viri* etc. Etiam ap. Catull. 63, 344. Ovid. Met. XIV, 72. et al. *Teucer* s. *Teucrus* adiective usurpatur. — **779**. Cf. supra v. 171. — **780**. *hostem receptum*. Cf. supra v. 727. — Cum v. **781** sq. comparant Hom. Il. XV, 732 sqq. — *deinde*. Quo post hanc fugam, in qua nunc estis, *deinde* (*nachher*) fugam tendetis? quo ulterius fugietis? Vid. ad III, 609. et V, 741. — *quo tenditis*, scil. fugam, ut alibi tendere *iter*, *cursum* cett. Vid. ad I, 410. II, 321. al. Ceterum cf. etiam V, 741. — **782**. Cf. Hom. Il. XV, 735 sq. — *muros - - moenia*. Vid. ad II, 234. — **783**. *et* pro et quidem vel isque. Vid. ad Aen. II, 86. — Cum v. **784** sq. cf. supra v. 526 sq. — *tantas strages per urbem Ediderit*. Cf. X, 602. *per campos edebat funera*, et supra ad v. 526. — **785**. *Ediderit — miserit* indignantis est. Cf. II, 581. (ibique adnott.) IV, 32. 591. etc. — *miserit Orco*. Vid. ad II, 398. et Ecl. II, 30. Apertum autem est, poetam ante oculos habuisse Hom. Il. I, 4. — *iuve-*

Non infelicis patriae veterumque deorum
Et magni Aeneae, segnes, miseretque pudetque?“
Talibus accensi firmantur et agmine denso
Consistunt. Turnus paulatim excedere pugna
Et fluvium petere ac partem, quae cingitur unda.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno
Et glomerare manum: ceu saevum turba leonem
Cum telis premit infensis; at territus ille,
Asper, acerba tuens, retro redit et neque terga
Ira dare aut virtus patitur nec tendere contra
Ille quidem hoc cupiens potis est per tela virosque.

---

num primos. Cf. VIII, 105. — **786.** *infelicis patriae*, i. e. novae patriae, in nova Troia redditae. Cf. I, 380. *Italiam quaero patriam.* — *veterum deorum*, ab antiquissimis temporibus cultorum, i. e. Penatium quae verba pietati Troianorum, Deos e flammis et ruinis Troiae servatos secum portantium, quibus nunc pro aris et focis pugnandum sit, convenientissima esse, iam Wagn. memorat. Wakef. autem ex uno Cod. Ies. Cantabr. recepit *veterumque parentum*, quod etiam Heyn temere praefert, coll. Aen. V, 39. Quid enim est, cur Troianos nunc misereat *veterum parentum*, i. e. maiorum, gentis auctorum dudum mortuorum? Quominus autem de senibus Troianorum adhuc viventibus cogitemus, eodem Wagn. indice, impediunt ea, quae de his in Sicilia relictis legimus V, 713 sqq. Gud. praebet *malorum* haud dubie ex XI, 280. petitum. — **787.** Verba *miseretque pudetque* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 50. Cum v. 788. Heyn. comparat Hom. Il. VI, 106. et XVII, 342. — *Talibus.* Cf. I, 370. etc. — *accensi.* Vid. infra X, 368. et Drak. ad Sil. XII, 351., qui laudat Sil. I, 345. Claud. in Ruf. II, 173. 296. alios. — **789.** „Discessus Turni impavidi et animosi in ipsa fuga egregie ornatus est; nec tamen Aiacis illum nobilem discessum (Il. XI, 543 sqq. 555 sqq.) superatum dicam. — **790.** A dextra parte, si a Laurento venisse Latinos et Rutulos reputes, castra ad Tiberim pertinebant. Vid. sup. v. 469. et ad v. 195.“ *Heyn.* *excedere pugna.* Pal. et Rom. exhibent *pugnae.* Sed vid. V, 380. *excedere palma.* — **790.** Pro *unda*, quod optimos plurimosque Codd. secutus (ut omnes me posteriores praeter Bryceum) cum Iahn. et Wagn. recepi, vulgo editur *amni*, cui tantum recentiores quidam Codd. patrocinantur, ita ut supra e v. 469. huc translatum videatur. — **791.** *Acrius hoc* pro eo *acrius* positum esse, quisque videt. Cf. Geo. IV, 248. — **792.** *glomerare manum.* Cf. II, 315. et IV, 154. ibique adnott. Heyn. comparat etiam Hom. Il. XI, 547 sqq. et XV, 108 sqq. — **793.** *ceu - - cum.* Vid. ad I, 148. *Cum* enim hic Praepositionem esse, nemo, puto, opinabitur. — *telis premit.* Vid. ad I, 324. et VIII, 249. — *at territus ille.* Peerlk., coll. locis Cic. Or. II, 72. Claud. in Ruf. II, 251. Stat. Theb. VI, 794. Senec. de tranquill. 3. et Epist. 22., legendum putat *haud territus ille*, haec adiiciens: „Leo asper et acerba tuens non est *territus.* Retro redit, quia vi multa cogitur, et redit invitus, sine metu. Sic etiam Turnus.“ Sed cum omnino non recederet leo, nisi quodammodo certe consternatus et timefactus esset, Codd. fere omnium lectio (pauci modo *ac* vel *adterritus* exhibent) non sollicitanda. Recedit quidem leo territus, sed truculentus et tetricus. — **794.** „*asper, acerba tuens*, δριμέα δερκόμενος· utrumque ad iram spectat; exasperat ira et exacerbat animum. Sed de terribili adspectu eadem verba iam posuit Lucr. V, 35. de dracone: *asper, acerba tuens, immani corpore serpens.*“ *Heyn.* Cf. etiam Geo. III, 149. ibique adnott., infra XII, 398. et Bach. ad Ovid. Met. IX, 569. Iterantur haec verba in Auth. Lat. I, 172, 30. et *acerba tuens* legimus etiam in Wernsd. P. Lat. min. IV, 593, 4. — *retro redit.* Vid. ad Geo. I, 200. et Aen. VI, 449. — **795.** „Nec ira et virtus patiuntur Turnum dare terga, nec ille, cupiens quidem hoc, potest contra tendere *per tela virosque*, per agmen Troianorum conglobatum.“ *Heyn.* — *tendere contra.* Cf. supra v. 768. — **796.** Ceterum verba *Ille quidem hoc cupiens* vulgo Commatis inclu-

Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Inproperata refert et mens exaestuat ira.
Quin etiam bis tum medios invaserat hostes,
Bis confusa fuga per muros agmina vortit;
Sed manus e castris propere coit omnis in unum
Nec contra vires audet Saturnia Iuno
Sufficere; aëriam caelo nam Iuppiter Irim
Demisit germanae haud mollia iussa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum moenibus altis.
Ergo nec clipeo iuvenis subsistere tantum
Nec dextra valet; iniectis sic undique telis
Obruitur. Strepit adsiduo cava tempora circum
Tinnitu galea et saxis solida aera fatiscunt

---

duntur, ut Participium maiorem vim acquirat; cui rationi etiam Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 424. patrocinatus est. Nos omnem distinctionem omisimus, magis tamen probamus Wagneri rationem, quam eorum, qui sic interpungunt: *nec tendere contra Ille quidem, hoc cupiens, potis est* etc. Cf. etiam X, 385. *Ille quidem hoc sperans.* Conington confert X, 385. *Ille quidem hoc sperans.* — *Ille.* Vid. ad Aen. I, 3. — Arus. Mess. p. 255. Lindem. exhibet *per tela, per ignes*, ut II, 664., et Venet. *per tela, per hostes*, ut II, 358. 527. XII, 682. — (Quae Ladow. prius de h. l. censuit, ea Wagnero, puto, suasore in Philol. Suppl. I. p. 425. nunc retractat.) — **797.** *Haud aliter* post *ceu* redit infra X, 360.; ut *ceu — sic* sibi respondent X, 723. et 729. Cf. Hand. Turs. II. p. 47. — **799.** Plusquamperf. *invaserat* rapiditatem impetus indicari, Conington haud temere suspicatur. Cf. adnott. ad VIII, 219. XII, 430. al. — **801.** *coit in unum.* Vid. ad VIII, 576. et X, 410. Sic etiam XII, 714. *in unum misceri.* — **802.** Iuno igitur, quae iam supra v. 764. *Turno vires animumque ministravit*, et v. 745. hastam venientem ab eo detorsit, etiamnum praesens pugnae interest; quare Iupiter Irim demittit, quae eam recedere iubeat. Ante oculos fuerunt poetae Hom. loci Il. VIII, 397 sq. XV, 157 sqq. alii. — „Non audet Iuno *vires sufficere* (suppeditare, praebere, ὑποσχεῖν, παρέχειν, ut iam II, 618.) Turno contra Troianorum agmen, ut adhuc fecisse est intelligenda v. 764.“ *Heyn.* Unus Cod. Goth. III. *Saturnia Turno*, quod placet Peerlkampio. — **804.** *germanae.* Cf. XII, 830. — *haud mollia iussa*, ut Geo. III, 41. — **805.** *Ni Turnus cedat.* Hand. Turs. IV, p. 193. docet, *ne* propriam obtinere sedem in sententiis, quibus minae atque vehemens indignatio exprimatur. Cf. infra XII, 567. et al. — **806** sqq. Hunc totum locum ex Hom. Il. XVI, 102 sqq. et Ennii Annal. XV. (p. 108. Hessel. [potius XVIII. fr. 2. p. 65. Vahl. cf. Ritter. in Ephem. Darmst. 1840. p. 388.]) translatum esse, iam Macrob. Sat. VI, 3. p. 516. Ian. (p. 173. Bip.) aliique docuerunt. Vergilium rursus imitatus est Statius Theb. II, 517 sq. 602 sq. 668 sqq. — „*nec subsistere* [resistere et statum suum obtinere] *clipeo*, excipiendo tela, *nec dextra*, pugnans ense, *valet tantum* [scil. quantum opus esset]; adeo obruitur telis. Ita vulgarem interpunctionem nunc corrigendam esse vidi, cum [in maiore edit.] esset editum: *Ergo nec clipeo iuv. subsistere tantum, Nec dextra valet.*“ Haec *Heyn.*, post *subsistere* Commate incidens. Wagn. in maiore edit. vulgarem distinctionem servavit, in minore autem cum Süpflio et Gossravio rectius omnem distinctionem sustulit, cum *tantum* ad utrumque sententiae membrum pertineat. Conington comparat Liv. XXVII, 7. *Italiam vix Hannibali atque eius armis subsistentem.* — **808** *strepere* haud raro dicitur de sonitu collisorum armorum. Vid. infra X, 567. — *cava tempora.* Vid. supra v. 633. — Cum v. **809.** cf. Silius I, 522. *Hinc saxis galea, hinc clipeus sonat aereus hastis.* Conington conferri iubet Hom. Il. XII, 160. „*saxis aera fatiscunt*, cedunt ictibus; galea, nam de hac agitur, agit rimas, rumpitur. Cf. ad Geo. I, 180.; itaque cum dilectu adiectum epitheton *solida.*“ *Heyn.* Cf.

Discussaeque iubae capiti; nec sufficit umbo
Ictibus; ingeminant hastis et Troes et ipse
Fulmineus Mnestheus. Tum toto corpore sudor
Liquitur et piceum — nec respirare potestas —
Flumen agit, fessos quatit aeger anhelitus artus.
Tum demum praeceps saltu sese omnibus armis
In fluvium dedit. Ille suo cum gurgite flavo
Accepit venientem ac mollibus extulit undis,
Et laetum sociis abluta caede remisit.

---

etiam Aen. I, 123. (naves) *rimis fatiscunt* ibique Weidner. — **810.** *Discussae iubae capiti.* Wakef. ad Lucr. VI, 417. malit *Decussae*, coll. Stat. Theb. X, 928. — *umbo*, scutum. Vid. ad VII, 633. Cerda comparat Hom. Il. XIII, 397. οὐδ' ἤρκεσε θώρηξ. — **811.** *ingeminant hastis.* Vid. adnott. ad I, 747. — *et Troes et ipse Mnestheus*, i. e. et alii Troes et potissimum M. dux Troianis ab Aenea relictus (cf. v. 171 sqq.). Vid. adnott. ad Geo. I, 498. (IV, 14.) Aen. I, 30. VII, 535. (VIII, 330. 698.) al. — **812.** *fulmineus*, terribilis telis fulmineis (cf. v. 441.); nisi malis, ipsius violentiam et hostibus perniciosam fortitudinem cum fulmine comparari, ut Scipiones haud raro *fulmina belli* appellantur. Vid. ad Geo. IV, 561. et Aen. VI, 844. et XII, 654. Both. edidit *Cum toto*, temere offensus Particula *tum* v. 815. redeunte. Cf. Iahn. ad Aen. I, 315. p. 392. — *toto corpore sudor Liquitur.* Cf. III, 175. *toto manabat corpore sudor.* — **813.** *piceum flumen* sudoris secundum Servium est sordidum pulvere et cruore. Imitatur hunc locum Val. Fl. III, 576. *tum vero pallor et amens Cum piceo sudore rigor.* — *nec respirare potestas.* Vid. ad Geo. I, 305. (II, 73. Aen. I, 701. al.) — *flumen agit*, ut VIII, 258. *undam Fumus agit*, VI, 874. *campus aget gemitus* et similia. — *fessos quatit aeg. anh. artus*, ut V, 432. *Vastos quatit aeger anhelitus artus.* — **814.** *aeger*, quod omnium Codd. nobis cognitorum auctoritas hic et V, 432., ubi idem hemistichion invenimus, tuetur, Heins. mutavit in *acer*, cuius lectionis etiam Servius mentionem facit, sic scribens: „Quidam *acer* legunt et volunt in quinto *aeger* aptius dictum de sene, hic de iuvene *acer* melius convenire.“ Sed iure Wagn. Codd. lectionem restituit, quam iam Voss. l. l. p. 232. propter verba *nec respirare potestas* recte praetulerat atque etiam omnes nobis posteriores editores receperunt. Ceterum cf. Quinct. Decl. XII. *Siccae fauces sunt, aeger anhelitus.* — **815.** *saltu sese in fluvium dedit.* Cf. VIII, 257. *se iecit saltu* et Geo. IV, 528. *se iactu dedit aequor in altum.* — *omnibus armis*, αὐτοῖς τεύχεσιν pro: cum omnibus armis, quae forte gerebat, sive: ut erat armatus. Vid. ad IV, 517. Wagn. in min. edit. comparat Phaedr. V, 7, 36 sqq. — **816.** *cum gurgite* hic non cum verbo *accepit* coniungendum esse, sed cum Pronomine *Ille*, vere docet Wagn. coll. supra VIII, 72. (ubi vid. adnott.) et Ennio versu [Ann. I. fr. 37. p. 11. Vahl s.] p. 43. Hessel. *Teque, pater Tiberine, tuo cum flumine sancto* [allato a Macrob. Sat. VI, 1. p. 499. Ian. s. p. 154. Bip.]. Aliter h. l. intellexit Hand. Turs. II. p. 161., qui cum adiungit exemplis Praep. *cum* pro Ablativo instrumenti positae. Heyn. contra usum dicendi *cum* pro *in* positum censet. Pal., Gud. et Bern. III. pro *flavo* exhibent *vasto*, ut I, 118. III, 197. et VI, 741.; sed Gud. etiam alteram lectionem adiicit. Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 14, 22. — **817.** *mollibus*, leniter fluentibus, *undis extulit*, detulit eum secundo flumine. Cf. supra VIII, 726. *Euphrates ibat iam mollior undis*, et Lucr. II, 375. *qua mollibus undis - - bibulam pavit aequor harenam.* — **818.** *abluta caede*, sanguine. Vid. ad IX, 456.

P. VERGILI MARONIS

A E N E I S.

LIBER DECIMUS.

ARGUMENTUM.

Iupiter postridie mane convocato deorum concilio queritur bellum se nolente concitatum ipsosque ad concordiam adhortatur (1—15.). Mutuae criminationes Veneris de insatiabili Iunonis ira conquerentis tandemque tot calamitatum Troianorum requiem petentis et Iunonis malorum omnium causam in Troianos ideoque in Venerem ipsam reiicientis (16—95.). Quas cum Iupiter inter se reconciliari non posse intelligat, ne aut uxorem aut filiam offendat, se partium studio omisso hoc die omnia fatis permissurum pronunciat (96—117.). Castra acriter oppugnantur a Rutulis, fortiter defenduntur a Troianis (118—145.). Dum haec in Latio geruntur, Aeneas rebus in Etruria ex animi sententia confectis cum magno sociorum exercitu ad suos revertitur (146—162.). Recensentur auxilia, quae Aeneas adduxit triginta navibus vecta (163—214.). Noctu Aeneae apparent Nymphae ex navibus eius transformatae, ex quibus una eum certiorem reddit de classe amissa et de periculo suorum (215—245.). Capto ex subita navium celeritate a Nympha discedente effecta omine Aeneas mane socios ad pugnam se parare iubet, magnaque cum Rutulorum rem primo ignorantium admiratione Troiani classe conspecta alacres colligunt animos (245—275.). Dum Aeneas copias suas in litus exponit, Turnus parte exercitus ad obsidenda castra relicta cum ceteris conatur egredientes hostes litore prohibere. Aeneas primus invadit Rutulos diuque ancipiti Marte res geritur (276—361.). Arcades pulsi Pallantis cohortatione ad redintegrandum certamen inflammantur. Multi utriusque partis cadunt in iisque Halesus (362—438.). Pallas ipse a Turno occiditur (439—509.). Cuius caede audita Aeneas Turnum quaerens multos vivos capit Pallantique inferias mittit (510—601.). Ascanio duce obsessi Troiani castris erumpunt et cum Aeneae copiis se coniungunt (602—605.). Interea Iuno a Iove precibus impetrat, ut Turnum educere e proelio fatoque suo ad breve tempus per dolum subtrahere sibi liceat falsa Aeneae imagine eum decipienti (606—688.) Iovis monitu in Turni locum succedit Mezentius magnamque edit et Troianorum et Etruscorum caedem (689—754.), donec ab Aenea vulneratur, a quo etiam Lausus patrem vulneratum protegens interficitur (755—832.) Mezentius filii caedem ulcisci cupiens conscenso equo in pugnam redit pariterque ab Aenea confoditur (833—908.).

Panditur interea domus omnipotentis Olympi
Conciliumque vocat divom pater atque hominum rex
Sideream in sedem, terras unde arduus omnis
Castraque Dardanidum adspectat populosque Latinos.
Considunt tectis bipatentibus; incipit ipse:

„Dum haec geruntur, dii ad concilium habendum convocantur. Est poetis iam inde ab Homero Olympus accommodatus ad formam aedium priscae vitae (cf. ad Geo. III, 261.): sunt portae, ingens atrium, in quo uegotia vitae et conveutes adeuutium aguntur; ab utraque parte domus exstructi suut thalami s. minora cubicula, aedicula verius, singulis, qui domum iuhabitaut, parata sunt. (Cf. de Priami regia Iliad. VI, 242 sqq.) Eodem modo in Olympo ab utraque parte duodecim maiorum deorum sunt oubicula s. parvae aedes, in media autem domus parte conventus ac consessus deorum fit, sive ad deliberandum de rebus communibus, sive ad epulaudum.“ *Heyn.* — *Panditur domus Olympi*, (i. e. caeli), qui uoctu clauditur (cf. I, 374), mane aperitur. Errat enim Heynius (quem prius secutus sum), cum *domum Olympi* hic tantum „*τὸ δῶμα* s. *τὸ μέγαρον*, i. e. mediam et interiorem aedificii partem, ubi dei couveuiro soleant“ significare neque de matutiuo tempore alterius diei, sed de vespera superioris cogitaudum esse censeat. Immo uunc re vera hic iucipit uarratio rerum, quae altero certaminis die eveuerunt. Cf. quae ad v. 107. 146. et 215. aduotavimus cum iis, quae Gossr. et Ladew. exposuerunt. *interea* igitur uou significat: iuter ea, quao ut primo pugnae die gesta superiore libro narrata sunt, sed post ea et ante ea, quae nunc, altero certaminis die, evenieut. Latiore igitur seusu usurpatum, ut uostrum *währenddem*, indicat tantum temporalem conuexum iuter superiora et sequentia. Sic iterum XI, 1. Cf. etiam Iahuii Nov. Anual. phil. XLIII. p. 18. — *omnipotentis*, quia sedes est deorum omnipotentium. Vid. infra XII, 792. et adnott. ad VI, 595. Wagn. suspicatur, Marouem hoc epitheton sumpsisse a Graeco aliquo poeta, qui Olympum *παγκρατῆ* dixisset, coll. Aesch. Prom. v. 397. ed. Blomf. *ἢ τῷ νέον θακοῦντι παγκρατεῖς ἕδρας*. Certe non opus est ut Peerlkampii couiecturam domus Omuipotentis (i. e. Iovis: cf. IV, 220. X, 615. etc.) *Olympo* amplectamur, vel cum quibusdam Viris doctis aut *omnipatentis* aut *omniparentis* couiiciamur. (Ceterum de h. l. cf. etiam Serv. et Schol. Veron. p. 102, 21. K.) Variavit autem poeta huuc Naevii versum ab Apuleio Gramm. servatum p. 132. ed. A. Maii: *Panditur interea domus altitonantis Olympi*, ubi Osanum p. 46. *Laevii* nomeu pro *Naevii* substituisse memorat Wagn. Ceterum huno versum sic imitatum vide Auth. Lat. II, 193, 45. *Panditur interea caelum coetusque deorum* et II, 194, 55. *Panditur interea caelum sedesque Tonantis.* — 2. *Concilium.* Pauci quidam Codd. *Consilium;* sed cum hic Iupiter uon cousulat deos, sed tantum ad conoordiam adhortetur, vulgaris lectio haud dubie praefereuda. Cf. etiam Geo. I, 25. et aduott. ad II, 89., Heyn. de similibus deorum conciliis conferri iubet Hom. Il. IV, 1 sqq. VIII, 2. et 51. XX, 4 sqq. — Verba *divom pater atque hominum rex* Euniana esse docet Macrob. Sat. VI, 1 p. 153. Bip. s. p. 498. Iau. haec eius verba ex Anu. VI. (fr. 2. p. 20. Vahl.) afferens: *Tum cum corde suo divom pater atque hominum rex Effatur.* Cf. etiam loci Euniani a Varrone L. L. V, 65. M. et Cic. N. D. II, 2, 4. allati (Anu. inc. sed. fr. 101. et 102. p. 82. Vahl. — 3. *Sideream in sedem*, Homeri *εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα* (Il. XIX, 128. al.). Cf. etiam Ovid Met. V, 348. *urget Sidereas ausum sperare Typhoëa sedes*, idemque A. A. II, 39. *Non ego sidereas affecto tangere sedes.* Couiugtou couferri iubet Eurip. Cycl. 353. et Herc. fur. 406. — *terras unde - - adspectat.* Cf. Hom. Il. VIII, 51 sq. — *arduus.* Vid. aduott. ad Geo. II, 145. Aen. VII, 624. IX, 53. Cum toto autem loco cf. Hom. Il. VIII, 52. — 4. *Dardanidûm.* Vid. ad I, 565. II, 242. et III, 21. Cum verbis *terras omnis Castraque* etc. Conington coufert III, 90. *omnia - - Liminque* etc. — *adspectat.* Vid. infra v. 251 — 5. *tecta bipatentia* cum Servio, qui etiam haec verba Enniana esse affirmat (Ann.

„Caelicolae magni, quianam sententia vobis
Versa retro tantumque animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
Quae contra vetitum discordia? quis metus aut hos
Aut hos arma sequi ferrumque lacessere suasit?

I. fr. 44. p. 12. Vahl.), Heynio, Schiracbio p. 348., Iahuio, Coningtone (qui coufert templum hypaethron, descriptum a Vitruvio III, 1, 10. [III, 2, 8.] et delineatum in Stieglitzii *Archaeol. d. Baukunst.* Vol. II.) et aliis intelligo de domo, quae ab antica et a postica parte aditum habet, ut *ναοὶ ἀμφιπρόστυλοι.* Wagn. (cui adsentiuntur Gossr. et Ladew.) cogitat de aedificio, quod habet fores binis valvis apertas, coll. supra II, 330. et Ovid. Met. II, 4. *Argenti bifores radiabant lumine valvae.* — *incipit ipse.* Cf. Hom. Il. VIII, 4. Pronomen Iovem distinguit a ceteris diis, ut Geo. IV, 386. Cyrenen a ceteris Nymphis. — 6. „Oratio Iovis maiestatis plena, ipsa brevitate et antiquae orationis studio. Hortatur deos, contentiones inter se pro Troianis et Latinis deponant." *Heyn.* — *Caelicolae magni*, ut in Anth. Lat. I, 147, 5. — *quianam.* Vid. adnott. ad V, 13. Wagn. suspicatur, Vergilio obversata esse illa Enniana p. 77. Hessel. [Ann. VII. fr. 18. p. 40. Vahl.]: *quianam dictis nostris sententia flexa est?* — 7. *Versa retro*, in peius mutata. Oblitae enim erant Iuno et Venus pacis aeternae paulo ante initae. Cf. IV, 99 sqq. Cf. etiam Ennii fragm. ap. Cic. de Sen. 6. *Quo vobis mentes, rectae quae stare solebant Antehac, dementes sese flexere viai?* — Pro *certatis* unus Menag. II. *certatur;* quare Peerlk. scribendum putat: - - *Versa retro! Tantumne animis certatur iniquis?* quae oratio maiorem indignationem prodat. — 8 sqq. Cum „nusquam poeta commemoraverit in superioribus, Iovem interdixisse, ne dii bellum inter Troianos et Latinos foverent, nec praeter Venerem et Iunonem alii dii eam rem curasse videantur," quin potius Iupiter ipse illud bellum futurum esse praedixerit I, 263. *Bellum ingens geret Italia* cett., Heynius hunc locum inter eos refert, qui Aeneidem nondum absolutam esse arguant. Sed *abnuere* nondum est *interdicere, vetare.* Sensus igitur est: Equidem semper alienus eram ab hoc bello, semper optabam, ut Aeneas sine bello Italiam occuparet; sed (quod tecte modo indicat) Iunonis ira hoc non passa est. Unde patet, hos duo locos sibi non contradicere. Consentit mecum Dietsch. Th. Verg. p. 35., contra Ladew. disputans (qui ex VII, 312 sqq. intelligi opinatur, Iovem Iunoni, ut Latini Troianos armis peterent precanti negasse) et Iovem, postquam bellum illud contra suam sententiam ortum significaverit, callide, ne Iunonem exacerbet, dissimulare sese scire, a quo deo excitatum sit, vere memorans. Wagn. tamen haec adnotat: „*Abnueram*, id quod probatur verbis Iunonis VII, 312. Sed non possunt haec cum iis conciliari, quae I, 261—263. leguntur, ac videtur poeta oblitus esse, quae Iovem loqui ibi fecit;" atque etiam Heyn. hunc locum inter eos refert, qui Aeneadem nondum absolutam arguant. — *Italiam* pro Italis, ut infra v. 365. *Latio* pro Latinis. Vid. ad . . . . — 9. *Quae discordia.* Vid. ad I, 237. Ceterum cf. infra v. 106. — *contra vetitum.* Conington confert Cic. Legg. II, 4, 9. *iussa ac vetita populorum.* — 10. Quis metus vos adduxit, ut bellum utriusque populi iuvaretis, et ita quidem, ut alii (Venus) pro Troianis, alii (Iuno) pro Latinis Rutulisque pugnaretis. Iuno enim metuebat, ne Troiani in Latio sedes figerent et imperii futuri fundamenta iacerent, Venus, ne iidem Italiae incolis succumberent. (Cf. I, 23. et 257.) Schrader praeter necessitatem coniicit *quis deus* coll. v. 72. — *Aut hos, aut hos*, ut Geo. IV, 84. Cf. etiam Geo. I, 445. *Aut ubi — aut ubi.* De geminato *hic* pro *hic — ille* vid. ad Ecl. IV, 56. (et Aen. IX, 572.). — Servio placuit adnotare *hos*, cum *sequi* construendum esse, non cum *suasit* ut XII, 813. *Iuturnam suasi* (ubi vid. adnott.). Quod attinet ad constructionem cf. infra XII, 13. Conington etiam comparat Lucr. I, 143 sqq. *Sed tua me virtus - - quemvis sufferre laborem suadet* et III, 83 sq. (timor) *vexare pudorem - - vincula amicitiai Rumpere et - - pietatem evertere suadet* (ubi *suadet* a Lambino in *fundo*, a Lachmanno in *fraude*

Adveniet iustum pugnae, ne arcessite, tempus,
Cum fera Karthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum atque Alpes inmittet apertas:
Tum certare odiis, tum res rapuisse licebit.
Nunc sinite et placitum laeti conponite foedus."

---

mutetur). — *arma sequi* iam legimus III, 54. 156. et VI, 612., sed non prorsus eodem sensu, cum ibi de certis armis sermo sit, quamquam etiam hunc locum sic supplere possumus *aut hos* Aeneae, *aut hos* Turni *arma sequi*. — *ferrum lacessere*, ut V, 429. (ubi vid. adnott.) *pugnas*, XI, 254. *bella lacessere* (et Sallust. Hist. I, 16., a Coningt. collatus, *irritare bellum*). „Erat antiqua vox *lacere*, movere, unde est *allicere*, *illicere*. Latet ubique notio impellendi, ut toties Lucretius *visum*, *aures lacessere*, uti etiam *movere visum*, *aures* eodem sensu dictum est. Duxit hinc Vergilius VII, 526. *Aera sole lacessita* (cum quo loco cf. Claud. in Prob. Ol. cons. 94. et de cons. Stil. III, 66.) et XII, 85. *manibus lacessunt pectora plausa cavis*." *Heyn.* Adde Hor. Od. I, 35, 7. *pelagus carina lacessere* et similia. — 11. *Adveniet tempus — cum* cett. Cf. Geo. I, 493. Aen. I, 283. cett. et Huschk. ad Tibull. I, 4, 79. — *iustum tempus*. Conington comparat Geo. III, 60. *iustos hymenaeos* et Ovid. Met. X, 36. *iustos annos*. — *ne arcessite*, scil. tempus: nolite festinare et praepropere agere. — 12. *Romanis arcibus*. Vid. ad Geo. II, 172. et Aen. IV, 234. — *olim*, de futuro tempore. Vid. ad I, 203. — 13. *Exitium magnum* ut II, 190. — „*Alpes inmittet apertas*, magnifice: quandoquidem Alpibus patefactis Hannibal ingressus est Italiam. *Exitium* et *Alpes apertas* iunxit, haec enim omnis calamitatis et tot cladium acceptarum causa et origo fuit, quod Alpes perviae erant factae. Ad vulgarem morem oratio est haec: Carthago Romae inmisit exercitum, qui per Alpes transiit cum exitio Romanorum." *Heyn.* Haud raro autem poetae dicunt *immittere* genti alieni *regiones*, *montes*, *fluvios* pro: inmittere agmina populorum, qui ex illis regionibus veniunt, illos montes et fluvios accolunt. Vid. Peerlk. ad h. l., qui inter alia comparat Manil. IV, 659. *Hannibal et Libyam Italicas infudit in urbes*, Silium III, 563. *Alpibus imposuit Libyen finemque minatur Imperio* et Claud. IV. Cons. Hon. 50. *Iam deserta suas in nos transfuderat Arctos*. Cf. etiam adnott. ad Ecl. I, 63. IV, 58. Aen. II, 703. al. Ceterum Maronem ante oculos habuit Claud. B. Get. 471. *Post Alpes iam cuncta sibi promittit apertas*. — *res rapuisse* Heyn. recte videtur explicare per: raptim, turbate agere, praecipitare; quemadmodum alibi dicatur *iter*, *cursum rapere* et similia. Vid. ad VI, 8. Sic ad deos est referendum. Aliter tamen Wagn. de hoc loco statuit, qui, comparans illud *res repetere* de Fetialibus usurpatum, *res rapere* explicat per: „bello lacessere alterum" et in recentiss. edit. per „hostilia facere;" atque etiam Ladew. comparat Lucan. V, 409. *bellum rapere*. Vulgo de populantibus intelligunt, ut sit i. q. praedam facere. De Infin. Perf. ἀοριστικῶς usurpato vid. ad III, 606. VI, 79. al. — 14. *Tum*, oppos. *nunc*. Vid. ad Ecl. III, 10. p. 40. extr. et Kritz. ad Sall. Cat. 51, 40. et 61, 1. Verba *Tum certare odiis* repetuntur in Anth. Lat. III, 81, 19. — 15. *sinere*, rariore hic signif. positum, improbantis et fieri quid nolentis esse docet Wagn., coll. Plaut. Cas. III, 2, 14. *Vin' vocem? Cl. Sine; nolo, si occupata est*, Asin. V, 2, 47. Bach. V, 7, 13. aliis, et e Graecis Aesch. Prom. 340. ed. Blomf. καὶ νῦν ἔασον, μηδέ σοι μελησάτω, cui loco Conington adiungit Hom. Il. XXI, 221. et Soph. Oed. Col. 593. Nos plane eadem ratione: *lass nur!* Hic igitur: nunc quiescite neque amplius certamen iuvate. Ladew. Obiectum ex superioribus verbis *certare odiis* et *res rapuisse* repetendum esse docet. Forcell. per ellipsin minime necessariam explicat: Nunc sinite illos pugnare solos. — *laeti*, i. e. libenter. — „*placitum foedus*. Placita sunt omnia pacta, in quae consensere plures, h. e. quod iis placuit." *Heyn.* Vel potius: quae utrique parti placent, ab utraque parte probantur. Wagn. confert *placitam pacem* ap. Silium I, 11. et in recentiss. edit. locum sic explicat: „laeti (*libenti animo*) ad concordiam con-

Iuppiter haec paucis; at non Venus aurea contra
Pauca refert:
„O Pater, o hominum rerumque aeterna potestas!
Namque aliud quid sit, quod iam inplorare queamus?
Cernis, ut insultent Rutuli Turnusque feratur
Per medios insignis equis tumidusque secundo
Marte ruat? Non clausa tegunt iam moenia Teucros:

---

sentite; nam *placita* dicuntur, in quae consensimus.“ De confusione autem vocc. *placitus* et *placidus* (quod hic praebent Med., Gud. a m. sec. aliique Codd.) cf. Gronov. ad Stat. Theb. VII, 190. et Senec. Herc. Oet. 683. Drak. ad Sil. l. l. et XVI, 130. et Lachm. ad Prop. I, 20 (21), 21. — *foedus conponere*, ut VII, 339. XII, 821. Liv. II, 13. et alibi *pacem conponere*. — **16.** *non pauca*. Nam secundum Catull. 55, 20. *Verbosa gaudet Venus loquela.* Ceterum *non* premendum esse, cum haec paucis Iovis verbis opponantur, non est quod moneam. Cf. etiam adnott. ad IV, 333. — *Venus aurea*, *χρυσῆ Ἀφροδίτη* Homeri Il. III, 64. Od. VIII, 337. et al.; quam Heyn. non pulchram, sed auro ornatam interpretatur, coll. Hom. h. in Ven. v. 7 sqq. Sed vide v. c. Hor. Od. I, 5, 9. *puella aurea*, i. e. formosissima et ab omni parte perfecta, Ovid. Am. II, 18, 36. *aureus Amor*, Mart. XI, 81. *littus aureum* etc. et cf. Broukh. ad Prop. II, 2, 34. *Venerem auream* etiam Auson. in cent. nupt. 43. commemorat. — Cum v. **18.** cf. I, 60. *pater omnipotens* ibique Weidner., qui de Iovis omnipotentia conferri iubet Naegelsb. Hom. Theol. p. 26 sqq. (100. et 120 sqq.) — *o hominum*. De hiatu post Interiect. *o* saepe admisso vid. ad Ecl. II, 65. et Hor. Od. I, 1, 2. — *rerumque* meliorum librorum omnium est lectio, quam cum Iahn. et Wagn. revocavimus, memores infra v. 100., XII, 829. *hominum rerumque repertor* et Val. Flacci IV, 12., Vergilium fortasse imitati his verbis: *rerum mihi* (Iupiter loquitur) *firma potestas.* Vulgo *divomque*, quod nullum inter recentiores editores patronum nactum est. — *potestas*, abstractum pro concreto, pro eo, penes quem est potestas, qui potens est alicuius rei. Cf. infra v. 100. Wagn. confert Iuven. X, 100. *Fidenarum Gabiorumque potestas*, et Gossr. Italicum *podestà*, Conington autem Cic. Tusc. I, 30. [74.] *a magistratu aut a legitima aliqua potestate evocatus* et Suet. Claud. 23. *iurisdictionem potestatibus per provincias demandare.* — **19.** „*Namque* cett. Solus enim tu restas, quem implorare possim, cum fere omnes dii in favorem Iunonis concesserint: ut Servii fero verbis utar.“ *Heyn.* — „*implorare*: auxilium cum miseratione deposcere.“ *Serv.* Cf. VII, 311. Vid. etiam Drakenb. ad Liv. XXIX, 9, 5. Cum verbis *aliud - - inplorare* Conington comparat VII, 311. *inplorare quod usquam est.* Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 178, 214. — **20.** *insultent.* Pauci Codd. *insultant.* Vid. ad Ecl. IV, 52. Cum Med. a m. pr. exhibeat *Turnusque secundo Marte ruat* et Schol. Iuven. VIII, 40., haud dubie hunc locum respiciens, scribat *Tumes - - tumidusque feratur*, Peerlk. haec adnotat: „Quis novit, an Scholiasta scriptum invenerit: *Turnusque secundo Marte ruat insignis equis, tumidusque feratur Per medios?* — **21.** *equis*, Plur. numero, quia Turnus curru vehitur. Vid. infra v. 440. XII, 326 sqq. al. Cf. etiam XII, 477. *medios Iuturna per hostes Fertur equis* et adnott. ad IX, 777. — Ribbeck. verba *feratur - - tumidusque* tamquam spuria uncis includit, cum v. 21. in Med. intra lineas insertus appareat et Turnus non eques, sed pedes pugnaverit, quod Proleg. p. 83. probare studet locis IX, 559. 728. 797. 815. Omnino autem sibi non constat Vergilius in ratione, qua pugnantem Turnum introducit; cum locis enim a Ribbeckio laud. cf. IX, 50. et 269., ubi equo et supra commemoratos, ubi curru vehitur. Recte igitur ceteri recentiores editores Ribbeckium non sequuntur. — *tumidus*, ut IX, 596. — *secundo Marte*. Cf. IV, 45. *Iunone secunda.* — **22.** *iam moenia*. Cod. Iesnit. *non moenia*, quod, Commate post *tegunt* posito, Wakef. (qui praeterea ex Med. a m. pr. *claustra* vult recipi) et Peerlk. praeferunt. „non male“, censet Ribbeck. Sed recte Conington defendit *clausa* cum emphasi dictum pro: quamquam

Quin intra portas atque ipsis proelia miscent
Aggeribus moerorum et inundant sanguine fossae.
Aeneas ignarus abest. Numquamne levari
Obsidione sines? Muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiae nec non exercitus alter;
Atque iterum in Teucros Aetolis surget ab Arpis

---

clausa sunt. — **23.** *ipsis - - Aggeribus*, ut Geo. IV, 75. *ipsa ad praetoria* et Aen. XII, 469. *Vestibulum ante ipsum.* — **24.** *Aggeribus* (vid. IX, 567. 769.) - - *moerorum*, ut infra v. 144. XI, 382. Avien. descr. orb. 382. *aggere moerorum Pelusia moenia surgunt* et *agger montis* ap. Silium IV, 743. *Moerorum* autem ἀρχαϊκῶς pro murorum, ut ap. Lucr. IV, 221. (ubi vid. adnot. mea) mare dicitur *exesor moerorum littora circum.* Vid. etiam locos Verg. modo laud., ubi non minus quam h. l. boni Codd. hanc formam tuentur, quam immerito damnat Krehl. ad Prisc. VIII. 5, 26. Praeterea cf. Prisc. I, 9, 54. p. 563. P. et Schneider. Gr. Lat. I, 1. p. 77 sqq., imprimis p. 83. Bryce, Ribbeck., Conington et Benoist. mecum *moerorum* retinuerunt, quod etiam Servius testatur; Haupt. vero, Wagn. et Ladew. ex Med., Rom., fragm. Veron. a m. pr., Gud. aliisque Codd. receperunt *murorum.* - - *inundant sanguine fossae* poetice pro: sanguis inundat fossas; de quo intransitivo verbi usu cf. Heinsius ad Silium VI, 51. et Bach. ad Ovid. Met. XIV, 195. Pars Codd. (inter quos Pal., fragm. Ver. et Gud.) et Servius exhibent *fossas*, quod Iahn. ad XI, 381., ubi idem versus iteratur, praeferendum censet et cum Ribbeckio Coningt. recepit; sed nostra lectio et difficilior est et Med., Rom., Bern. III. aliorumque librorum auctoritate probatur, quare etiam a Brycco, Hauptio, Ladew., Wagn. et Benoisto retinetur. — **25.** Verba *Aeneas ignarus abest* redeunt infra v. 85. — „*Numquamne* cett.: an ubique ea ipsa fortuna manet, ut obsidione se pressos videant?“ *Heyn.* — **26.** *imminet.* Conington comparat Hor. Od. I, 12, 53. *Parthos Latio imminentis.* Adde praeter alios Curt. III, 1, 10. *Alexander Dario imminens.* — *hostis*, imprimis Turnus respicitur. — **27.** *Nascentis Troiae*, ut rursus infra v. 74. Intelligendum est novum castellum ab Aenea conditum. — Verba *nec non exercitus alter* a Brunckio, Heyn. et Iahnio (ad VIII, 677.) cum seqq. coniunguntur, Semicolo post *Troiae*, Commate post *alter* posito, qua ratione totam sententiam perverti, non temere censet Wagn., cum hic non de duobus exercitibus sermo sit, quorum alter altori se adiungat, neque id queratur Venus, quod tanta sit hostium multitudo, sed unum illud, quod eadem iam sit, quae antea, fortuna Troiae, quod iterum Troia hostilibus armis petatur. Quare per *hostem* solum Turnum intelligit, verba autem *alter exercitus* (*imminet*) post illa *iterum imminet hostis* posita recte explicat: iterum imminet exercitus, coll. Ecl. IV, 34 sqq. et Aen. VII, 721 sq.; ut Venus hoc dicat: „ut olim Atridae cum exercitu ad Troiam oppugnandam venerunt, sic nunc Turnus.“ Süpfl. et Gossr. nobiscum faciunt. Peerlk. et Ribbeck. totum hemistichium, quod sane Servius non interpretatur, spurium censent. — **28.** *Atque iterum* etc. Metuit hoc Venus, quod tamen non factum est; legatio enim ad Diomedem missa (VIII, 9 sqq.) nihil effecerat (XI, 225 sqq.); quod, si dii veterum omnia scirent, Venus scire debebat. — *in Teucros surget*, contra Teucros proficiscetur. *Surget* autem nunc cum Hauptio, Wagn. in recentiss. edit. (qui prius Futurum Grammaticis deberi suspicatus erat), Ladew. (qui supplet: nisi Iunonem quiescere coges) et Benoisto ex Med., Gud., Bern. II. aliisque Codd. recepimus. Etsi enim verum est, etiam Praesens vulgo lectum, quod Bryce, Ribbeck. et Conington servarunt, ea, quam prius indicavi, ratione posse defendi, ut dicamus, agi de re, quae iam in eo sit ut fiat (cf. adnott. ad VII, 98. et IX, 21.), cum Venus Diomedem Turno auxilium recusaturum esse suspicari non possit; tamen cum hoc Iove intercedente re vera fiat (XI, 225 sqq.) atque etiam Silium VII, 484. haud dubie huius loci memorem scripsisse viderim *Aetolae rursus Teucris pugnabitis umbrae*, nunc Futurum praeferendum duco. — *Aetolis ab Arpis*, nobili Dauniae urbe, quam Diomedes ipse cum Aeto-

Tydides. Equidem credo, mea vulnera restant
Et tua progenies mortalia demoror arma!
Si sine pace tua atque invito numine Troes
Italiam petiere: luant peccata neque illos
Iuveris auxilio; sin tot responsa secuti,
Quae Superi Manesque dabant: cur nunc tua quisquam
Vertere iussa potest aut cur nova condere fata?
Quid repetam exustas Erycino in litore classis,

lis suis condidisse fertur (cf. Strab. VI. p. 283); quare etiam ab initio Argos Hippium nominabatur, unde postea demum nomina Argyrippa et Arpi facta sunt (cf. Plin. III, 11, 16.). Eius ruinae etiamnum *Arpi, Arpe* vocantur. Vid. librum meum geogr. III. p. 748. Ceterum cf. supra VIII, 9. et infra XI, 428. — **29.** „Supersunt adhuc cicatrices vulneris a Diomede accepti. Vid. Iliad. V, 334 sqq. Videtur hic locus lectus esse Ovidio Met. XV, 768 sqq. [Verba *credo mea vulnera restant* repetuntur etiam in Anth. Lat. I, 178, 159.] — **30.** *demoror*: ego, dea, iterumne sustinebo ac depellam Diomedis impetum hostilem, et verendum mihi erit, ne a mortali iterum vulnerer! Scilicet *morata* erat Venus Diomedem, cum in Aeneam iam vulneratum ille irrueret eamque iugulaturus esset: haec sunt *mortalia arma*.“ Haec *Heyn.*; sed rectius et simplicius Wagn. (cui etiam Ladew., Conington et Benoist. adsentiuntur) verba *mea volnera restant* interpretatur: „restat, ut ipsa [iterum] volnerer,“ coll. Ovid. Met. X, 372 sqq. (quam explicationem etiam illud *credo* ironice adiectum mihi videtur flagitare et iuvant loci a Coningtone collati Ovid. Fast. II, 827. Met. X, 372. XIV, 439. Pers. III, 97. et Lucr. V, 227.); sequentia autem Wagn. sic capit: „et ego moram facio bello, quippe non desaevituro, priusquam ipsa, filia tua (ut olim ad Troiam, Hom. Il. V, 330 sqq.) mortalium armorum vim sensero.“ Sic igitur hic versus antecedentis sententiam latius persequitur et una cum eo egregie facit ad acerbitatem, cuius plenus est animus deae, significandam. Gossr. *demoror* interpretatur per: me exspectant arma, coll. Hor. Epod. 9, 21. *Tu moraris aureos currus*, atque etiam Serv. perperam explicat per: exspecto, sustineo. Immo recte Conington comparat II, 648. *annos demoror*, III, 481. *demoror austros* et XI, 175. *Teucros demoror armis*. — *mortalia arma*. Cf. XII, 797. *mortale volnus*. II, 605. *mortales visus*. Geo. III, 319. *mortalis cura* etc. — Ceterum Comma, quod vulgo post *equidem* additur, quodque defendit Hand. Turs. II. p. 428., nunc cum ceteris recentioribus editt. omisi, non quidem Wagnero concedens, hanc Particulam apud Vergilium ubique esse primae personae (cf. potius adnott. ad V, 56.), sed quod h. l. hanc rationem simpliciorem esse iudico. — **31.** *sine pace tua*. Vid. ad III, 370. IV, 56. al. — *numine* i. q. voluntate. Cf. I, 133. II, 123. 777. etc. — **32.** *luant peccata*. Cf. Geo. IV, 454. *luis commissa*. — *neque - - Iuveris*. Vid. ad Ecl. II, 34. et VIII. 102. Haudio, qui Turs. IV. p. 118. negat *neque* umquam pro *et ne* usurpari et cum Imperativo aut Coniunctivo prohibitivo coniungi, ibid. p. 122. scribendum videtur *nec*. — *iuvare auxilio*. Cf. II, 452. *levare auxilio*. — **33.** *tot responsa secuti*. Cf. III, 382. *data fata secutus* etc. *Superi* eiusmodi responsa dederunt I, 205. III, 94 sqq. 183. 382. IV, 266 etc. — „*Manes* Hectoris II, 294 sq., Creusae II, 780 sq., Anchisae V, 729 sq.; nisi descensum ad Inferos respexerit.“ *Heyn.* — **35.** Ne quis putet, hunc locum, quo sumi videtur, fata a Iove mutari posse, adversari aliis, ex quibus apparet, fata vel diis esse immutabilia, Dietsch. Th. Verg. p. 35. tenendum esse docet, Venerem summa desperatione correptam timere, ne a Iove decepta fuerit, ne ille, quae in fatis edita sint, reticuerit, aut ipsa fata conditiones posuerint, quae non expletae omnes res converterint. — *vertere*, ut I, 237. et al. — *aut* Ladew. explicat per: aut adeo (*oder sogar*), equidem per: aut potius. Cf. Hand. Turs. I. p. 537. — *nova condere fata* legimus etiam in Anth. Lat. I, 172, 111. Conington comparat *carmen condere* Ecl. X, 50. — V. **36** sqq. Venus Iovi in mentem revocat Iunonis contra Troianos machinationes, quo certius invidiam ei excitet. Cum v. 36. cf. V, 606 sqq., de *Eryce* autem monte

Quid tempestatum regem ventosque furentis
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam Manis — haec intemptata manebat
Sors rerum — movet et superis inmissa repente
Allecto medias Italum bacchata per urbes.
Nil super imperio moveor; speravimus ista,
Dum fortuna fuit; vincant, quos vincere mavis.
Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniunx
Dura, per eversae, genitor, fumantia Troiae
Excidia obtestor: liceat dimittere ab armis
Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.

---

vid. adnott. ad I, 570.; cum v. 37. cf. I, 50 sq., cum v. 38. libri IX. initium. De ordine temporum non servato vid. adnott. ad Ecl. VI, 41. — **37**. Ad rem cf. I, 50 sq. — *tempestatum regem.* Cf. I, 84. *tempestatum potens.* — **38**. *excītos* penultima longa, ut III, 676. Vid. etiam VII, 623. et adnott. ad VII, 642. — *Irim.* Vid. IV, 694. V, 606. et IX, 1 sqq. Hic, cum seqq. verbis *Nunc etiam* etc. indicetur res postremo facta post ea, quae v. 36—38. narrantur, Iris vero prius iam missa fuerit (VII, 324 sq.), non noni, sed quinti libri locus respicitur. Wagn., temporum ordinem non solum a poetis, sed etiam ab historicis (ut Tac. Hist. I, 50.) saepe negligi memorans, seriem rerum si poeta servare voluisset, haec sic ordinanda fuisse docet: *tempestatum regem* (I, 51 sqq.), *actam nubibus Irim* (V, 606.), *exustas classes* (V, 660 sqq.). — **39**. „*Nunc etiam*: ex quo Troiani tandem ad Italiam appulerunt. Antea *mare terrasque metu coelumque* fatigabat Iuno I, 280. Nunc etiam Orcum, qui restabat, adit ad Alecto excitandam. Vid. VII, 323 sqq.“ Haec *Heyn.*, qui etiam conferri iubet Iunonis ipsius verba supra VII, 301. 312. — *Manes movet*, sc. Iuno, quae v. 34. voc. *quisquam* significatur et infra v. 44. diserte nominatur. Ceterum vid. ad VII, 312., ubi *Acheronta movere* legimus. — *Sors rerum*, ut IX, 131. *rerum pars altera adempta est.* — **40**. *et inmissa Allecto* (de qua vid. ad VII, 324.) - - *bacchata*, pro: et immisit Allecto, quae bacchata est; *est* enim melius suppletur ad *inmissa*, quam ad *bacchata*. Cf. de hac inversione orationis Wunderl. ad Tib. I, 3, 70., qui laudat Aen. I, 30 sqq. Tib. I, 8, 54. Sil. II, 543 sqq., de ipsa autem re Aen. VII, 341 sqq. — *inmittere* fere semper est maligno animo mittere, nec dicitur, nisi de malis et perniciosis rebus. Cf. Cort. ad Plin. Epp. VI, 31, 3. Walch. Emendd. Livv. p. 98. et Kritz. ad Sall. Cat. 48, 8. — *bacchata per urbes.* Vid. ad IV, 301. 666. (VI, 78.) Vere Servius: „*Bacchata per urbes*: perfurit; et bene *bacchata*, quia per simulationem sacrorum Liberi patris matres egerat in furorem.“ — **42**. *super imperio*, ab Iove promisso. Vid. I, 257 sqq. De Praep. *super* pro *de* posita vid. ad Geo. IV, 559. — *speravimus ista*, i. e. speravimus, te nobis daturum esse illud imperium; nam *iste* Pronomen demonstrativum est secundae personae; quare tectam his subesse criminationem, vere docet Wagn. Qu. Verg. XIX, 2. Ceterum hic versus totus iteratur in Anth. Lat. I, 178, 223. atque verba *speravimus ista* etiam ibid. I, 170, 145. — **43**. *Dum fortuna fuit*, ut III, 16. — **43**. Verba *vincant, quos vincere mavis* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 93. — **44**. Cf. I, 233. *quibus - - Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.* — *det*, ut V, 798. *si dant ea moenia Parcae.* Verbo *Teucris* in *miseris* mutato hic versus iteratur in Anth. Lat. I, 178, 240. — **45**. *fumantia*, vivide, ac si etiamnum fumarent. Cf. adnott. ad III, 3. Conington comparat Eur. Troad. 8. πόλει, ἣ νῦν καπνοῦται et ibid. v. 585. — **46**. *Troiae excidia*, ut II, 643. — *dimittere incolumem.* Cf. I, 571. *tutos dimittam.* — **47**. „*Ascanium*, scil. *cui* [ut uni Aeneae filio] *regnum Italiae Romanaque tellus debentur* IV, 275. et a quo gens Iulia oriunda.“ *Heyn.* Quare eodem l. IV. loco et IX, 638. sqq. etiam Apollinem, deum tutelarem gentis Iuliae, Ascanii rationibus imprimis consulere et prospicere videmus. — *nepotem.*

Aeneas sane ignotis iactetur in undis
Et, quamcumque viam dederit Fortuna, sequatur:
Hunc tegere et dirae valeam subducere pugnae.
Est Amathus, est celsa mihi Paphus atque Cythera
Idaliaeque domus: positis inglorius armis

Heins. coni. *nepoti;* sed verissime *Wagn.*: „Nou est idem *liceat nepoti* et *nepotem superesse;* illud valet: da hoc nepoti, ut supersit; hoc contra: da hoc mihi, ut supersit ncpos; eamque sententiam requirit hic locns.“ — 48. *sane* vim concedendi habet: per me, si aliter fieri nequit, iactetur Aeneas cett., modo servetnr Ascanius; de qua vi Particulae Wagn. conferri iubet Tursell. p. 926. et Quinctil. Decl. II, 18. IV, 5. Servio autem teste haesernnt in ea iam antiquiores, quare non mirum est, pro *sane* in Rom. et paucis aliis Codd. apparere *procul*, quod non erat cur a Brunckio, Wakef. et Heyn. praeferretur. Iahn. illud *procul* ex Aen. I, 31., vel potins ex Geo. III, 225. huc venisse suspicatur. Peerlk. pro *sane*, quod magis ad versum supplendum, quam ad vim aut gratiam orationi conciliandam positum videri censet, potius *iterum* requiri docet. — „*in undis*. Erat uunc in co, ut rediret, ex Etruria Tiberi dovectus. Hoc tamen respici uon puto. Sed sede in Italia negata iterum conscendeuda fuisset Aeneac navis et errandum per ignotum mare.“ *Heyn.* — Pro *in undis* autem Pal. a m. sec. Gud. Mentel. II. alii *in oris*, qnod, ab iisdem illis triumviris probatum et de terris remotis obscurisque intellectum, Wagn. ex eodem Georg. loco repetitum ceuset [poterat vero etiam ex Aen. I, 331. repeti]; simul vulgatam lectionem ad seusum longe efficaciorem esse memorans: „exclusus Italia rursus naviget.“ *Peerlk.* tamen item lectiouem *oris* praefert, haec adnotans: „Iactari *in undis* minus usurpatum. Vulgo *undis* iactamur, credo, quia ipsae undae nos iactant. Cf. Aen. I, 3. 29. 442. III, 197. Silius III, 560. VII, 474. Claud. VI. Cous. Hon. 140. Nep. Att. 6.“; quae ad reiiciendam optimorum Codd. scripturam profecto non sufficiunt. — Cum v. 49. comparant Hom. Il. XVI, 436 sq. Conington vero conferri iubet IV, 653. V, 22. et XI, 128. Pal. exhibet *quacumque*, fortasse ex II, 388. — 50. *tegere.* Cf. XII, 148. — „Ascaninm saltem liceat subducere, *ὑπάγειν, ὑπεκφέρειν*, Iliad. XI, 163. V, 318.“ *Heyn.* Quare Venus commemorat locos sibi sacros, ubi tnto eum abscondere possit. Cf. similis locus I, 680 sq. ibique adnott. *Subducere pugnae* etiam infra v. 615. et in Anth. Lat. I, 89, 69. legimus. Cf. ctiam infra v. 81. Cum *dira* autem *pugna* cf. *dirum bellum* XI, 217. Rom. praebet *durae*, quod facile ex VII, 807. IX, 726. X, 146. huc transferri potuisse observat Couington. — 51. *Amathus* Cypri oppidum, Citio vicinum, ubi Venus, inde saepe *Amathusia* vocata, celeberrimum templum habuit. Cf. Herod. V, 104. Strab. XIII. p. 590. Catull. 36, 14. Ovid. Mot. X, 220. 530. Tac. Anu. III, 62. all. et liber mens geogr. III. p. 1048. De *Papho* vid. ad I, 415. et dc *Cythera* ad I, 680. Ceterum mutata sententia pro *celsa Paphos atque alta Cythera*, quod prius cum Wagn., Hauptio, Ladew. et Peerlk. edidi, nunc cum Ribbeckio, Coningt. ct Benoisto restitui vulgarem lectiouem et ob Codd. accuratius collatorum (Med., Pal., Rom., Gud., Bern. II. III.) auctoritatem et quia minus beue se habent variatum epitheton *celsa - - alta*, et productio *Paphūs*, (cum pauci modo Codd. scribant *Paphos*), *alta* autem (quod simul cum *mihi* adduut Rom., Gud., Rottend. I., Hamb. I., alii, ita tamen ut iu Gud. punctis suppositis notetur) ex v. 86. facile adiungi potuit. — 52. *Idaliae domus.* Vid. ad I, 681. Wagn., qui Nominativum Pluralis voc. *domus* apud Vergilinm semel tantum legi commemorat Geo. IV, 481. „ubi fuscus ille sonus productae *us* syllabae ad significaudum domns Tartarei horrorem quaesitus videri possit,“ *domus* pro Nomin. Singularis, *Idaliae* igitur pro Geuitivo habet, uon pro Nom. Plur. Adiectivi *Idalius*, quod legitur V, 76. Sic certe etiam I, 693. *Idaliae luci;* quem locum conferens Peerlk. etiam hic scriptum malit *Idaliaeque nemus*. Supra I, 681. (ubi vid. aduott.) locus *Idalium* vocatur. Dicuntur autem dii amare terras eas, frcqnentare et inhabitare, quae ipsis sacratae, et in quibus

Exigat hic aevum. Magna dicione iubeto
Karthago premat Ausoniam; nihil urbibus inde
Obstabit Tyriis. Quid pestem evadere belli
Iuvit et Argolicos medium fugisse per ignis
Totque maris vastaeque exhausta pericula terrae,
Dum Latium Teucri recidivaque Pergama quaerunt?
Non satius, cineres patriae insedisse supremos
Atque solum, quo Troia fuit? Xanthum et Simoenta
Redde, oro, miseris iterumque revolvere casus
Da, pater, Iliacos Teucris." Tum regia Iuno
Acta furore gravi: „Quid me alta silentia cogis
Rumpere et obductum verbis volgare dolorem?

---

templa eorum sunt." *Heyn.* Vid. ad Geo. I, 25. et al. — *inglorius*, ut Geo. II, 486. et Aen. XII, 397. — *positis armis.* Cf. I, 291. *positis bellis.* Cf. adnott. ad I, 302. — **53** sq. Venus Iovis verba respicit v. 12. Cf. etiam I, 19 sqq. — *Exigat aevum.* Vid. VII, 776. XI, 569. Lucr. IV, 1235. et adnott. ad I, 74. — *premat dicione* (ut VII, 737., ubi vid. adnott.) *magna*, potente et duro imperio. Sic autem, non *ditione*, scripsimus cum Wagn., Med. secuti. Vid. ad I, 236. — *urbibus Tyriis*, pro urbe Tyria, i. e. Karthagine. Schrader. praeter necessitatem coni. *acribus*, quod Peerlkampio elegantius videtur. — „*inde*, ab Ascanio et eius posteris, nulla fiet mora coloniae Tyriae, quo minus Italiae imperium nanciscatur." *Heyn.* Rectius cum Wagn. et Ladew. explicueris: ab Ausonia; „nihil enim ab Italia timendum erat Karthagini, si non Troiani imperio Italiae potiti fuerint." — *pestem belli.* Cf. IX, 328. et Liv. XXV, 19. a Coningt. laud., qui etiam confert Homeri Il. XV, 736. λοιγόν. — Cum v. **56** sq. idem Conington comparat Aen. II, 664 sq. et III, 282 sq. — **57.** *exhausta pericula*, ad finem tolerata. Vid. ad IV, 14. Conington confert Liv. XXI, 30. *Quid per octo menses periculi, quid laboris exhaustum esse* et XXXIII, 39. *Romanos per tot annos terra marique tanta pericula et labores exhausisse.* — *pericula terrae* etiam VI, 84. cum *maris periculis* coniunguntur. — **58.** *recidiva Pergama.* Vid. ad IV, 344. et VII, 322. — **59.** *Non satius.* Cf. Ecl. II, 14. *Nonne fuit satius.* — **60.** „*solum, quo Troia fuit*: ut III, 11. Quid profuit Troianis, excisa urbe effugisse, si nunc fortuna similis eos excipit, ut nova urbe capta iterum exscindantur? - - Praestabat sic in Troade, in urbis solo aequatae ruinis, remansisse et iterum easdem aerumnas tolerasse. Erat enim metuendum ibi, ne denuo Achivi incursarent Troadem et easdem iniurias inferrent, quas Troes antea erant experti. Similis color orationis inerat II, 669 *Reddite me Danais.*" *Heyn.* — *Xanthus* et *Simois* etiam III, 497. V, 634. VI, 88. comitantur Troiae commemorationem. — **61.** *revolvere casus* legimus etiam in Anth. Lat. I, 178, 13. et ap. Maximian. Eleg. IV, 1. Sic ap. Silium I, 115. *fata revolvere*, ubi vid. Drak. Cf. etiam Bronkhus. ad Prop. IV, 7, 51. Heins. ad Ovid. Met. II, 654. cum adnott. ad Geo. IV, 509. et Aen. I, 9. Sententia haec est: Permittas Troianis, ut Ilium restituant, quamvis ut iterum a Graecis vincantur fato constitutum sit. Tum enim certe in patria sua morientur. — **62.** *regia Iuno*, ut I, 443. — **63.** *Acta furore*, ut V, 659. In Moret. III. legitur *Icta furore*. Vid. Heins. ad I, 513. et Weichert. ad Val. Fl. VIII, 35. *Peerlk.* apte haec adnotat: „Iuno argumenta Veneris ordine non refutat. Oratio iam nunc satis est rhetorica. Magis esset, si Iuno ad singula respondisset. Et Vergilius Deae iratae ardorem ita expressit, ut aliquid turbati in verbis conspiciatur." — *silentia rumpere* (prorsus ut nostrum *das Stillschweigen brechen*) legimus etiam ap. Lucr. IV, 585. Hor. Epod. V, 85. et Plin. Paneg. 55. Conington coll. locis I, 26. et XII, 801. observat, silere affectus suos et premere dolorem proprium esse Iunoni. — *dolorem* (cuius causae I, 25 sqq. sunt expositae), *obductum.* Conington comparat Cic. Agr. III, 1.

Aenean hominum quisquam divomque subegit
Bella sequi aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam petiit fatis auctoribus, esto,
Cassandrae inpulsus furiis: num linquere castra
Hortati sumus aut vitam committere ventis?
Num puero summam belli, num credere muros?
Tyrrhenamque fidem aut gentis agitare quietas?

---

ne refricare obductam iam reipublicae cicatricem viderer et Ovid. Met. XII, 542. *quid me meminisse malorum Cogis et obductos annis rescindere luctus?* Ceterum totus v. 64. cum altero hemistichio prioris iteratur in Anth. Lat. I, 172, 93 sq. — **66.** *bella sequi*, cum desiderio quodam. Sequimur enim, quae cupimus attingere. Conington comparat *pacem sequi* ap. Lucr. V, 868. et Ecl. II, 64. *cytisum sequitur lasciva capella.* — *se inferre Latino.* Cf. XI, 742. Conington adnotat, ap. Liv. II, 30. et VI, 12. eadem ratione *se inferre* cum Dativo construi. — **67.** „*petiit fatis auctoribus.* Hunc ordinem verborum, quem praeter omnium fere Codd. etiam Prisciani VII, 7, 33. auctoritas tuetur, cum Iahn. restituimus. Vulgo inde ab Heinsio *fatis petiit*, quod etiam Wagn. (in mai. edit.), Peerlk. et Haupt. servarunt (et Lachm. ad Lucr. III, 1042. p. 208. probat), ut Vergilius sibi ipse constet, cum in voc. *fatis* praecipua vis insit, et hic habeamus eandem productionem, de qua ad Geo. II, 211. et alibi, imprimis ad Aen. V, 521. diximus. Sed verissime *Iahn.*: „Nimirum propric scribendum fuit: *Fatis Italiam petiit auct.;* sed cum voc. *esto* sententiae inversionem effecisset, inde etiam id vocabulum, cui maxima vis inest, in fine sententiae collocandum fuit;“ quare non solum Süpfl. et Gossr., sed etiam Wagn. ipse in min. edit., Bryce, Ribbeck., Ladew., Coningt. et Benoist. nobiscum *petiit fatis* ediderunt. — *fatis auctoribus.* Conington confert VIII, 335. *deus auctor Apollo* et XII, 159. *auctor ego edendi.* — *esto.* Vid. ad IV, 35. et VII, 313. — **68.** „*Fata* maligne interpretatur Iuno *Cassandrae furias*, h. e. vaticinia, [rectius: furientis Cassandrae somnia] quae ideo primo omnium loco Aeneam ad iter suscipiendum adegerunt. Cf. III, 183 sqq.“ *Heyn.* Haec verba pro synchoreseos exemplo afferri in Anecdd. Par. ed. Eckstein. p. 6. lin. 14. commemorat Dietsch. Th. Verg. p. 35. not. 265., de omni h. l. accuratius disputans, ut Iunonem, quae re vera, quid in fatis sit, ambigat (cf. I, 39.) atque etiam Aenean ab Apolline de fatis edoctum esse (cf. III, 94 sqq. et 154 sqq.) possit nescire, a mendacii opprobrio tutetur. — *linquere castra*, quod factum est IX, 8 sqq. — *hortati sumus*, ego vel alius quis deus mecum faciens (cf. v, 72.). — „*ventis*, ῥητορικῶς de navigatione in Tiberi, qua Evandrum et inde Etruscos petiit Aeneas.“ *Heyn.* Vid. VIII, 36 sqq. Ceterum cf. XI, 560. *committere auris.* Auctor Medeae in Anth. Lat. I, 178, 264 sq. hunc locum sic imitatur: - - *aut vitam committere ventis Hortati sumus?* — Cum v. 70. cf. Ovid. A. A. I, 182. *Bellaque non puero tractat agenda puer.* Vid. etiam Aen. IX, 620. — *summam belli.* Cf. XII, 572. Conington confert Liv. XLIV, 3., ubi etiam *summa belli* et XXVIII, 9., ubi *summa rerum.* Cf. etiam Aen. II, 322. *summa res* ibique adnott. — **71.** *Tyrrhenam fidem agitare*, Tyrrhenos sollicitando ad foedus ineundum impellere. *Fides* enim interdum est societas fide interposita iuncta. Cf. etiam adnott. ad VII, 235. — *Tyrrhenamque* ex Med., Gud. aliisque bonis libris et ex Donati schol. ad Ter. Andr. IV, 3, 1. cum Wagn. restituimus pro vulgari *Tyrrhenamve*, quod exhibent fragm. Ver., Rom., Bern. III. et in rasura Bern. II. Recte enim Wagn. Qu. Verg. XXXVI, 12.: „*Que* non *ve* scribendum esse, docet ipsa horum versuum sententia, quorum alter illustrat priorem: nam Ascanio Aeneas castra tutanda reliquerat, quod ipse auxilium aliarum gentium petitum abierat. Haec igitur iungenda erant, non, quasi inter se diversa, separanda.“ Vid. etiam ad Geo. I, 442. et Aen. II, 37. Thiel., Peerlk., Süpfl., Gossr. (hic tamen nolens, ut ex adnot. adiecta apparere videtur) et Bryce Particulam *ve* retinuerunt, Haupt., Rib-

Quis deus in fraudem, quae dura potentia nostra
Egit? ubi hic Iuno demissave nubibus Iris?
Indignum est Italos Troiam circumdare flammis
Nascentem et patria Turnum consistere terra,
Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater:
Quid, face Troianos atra vim ferre Latinis,
Arva aliena iugo premere atque avertere praedas?

---

beck., Ladew., Coningt. et Benoist nobiscnm fecer nnt. — *ant gentes*, Rom. *et gentes*, qnod Iahn. praefert; sed vid. ad Aen. II, 127. — **72.** Cf. similis locus IX, 601. *Quis deus egit in fraudem*, i. e. in malnm, in perniciem? (vid. ad IX, 428.) et si qnis dens, num ego? Ut hic *in fraudem agere*, ita ap. Luor. V, 1006. *pellicere in fraudem*. Verba *Quis deus in fraudem* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 262. — *quae patentia nostra*, quod nnmen menm. Heyn. confert I, 8. *quo numine laeso*. — *nostra*, lectio est Pal., Rom., Voron., Gud., Bern. II. III., Servii et Rufiniani de schem. 7. p. 270. R., qnam ob Codd. auctoritatem nunc cnm Iahnio, Ribbeckio et Ladew. praetulimus difficiliori sane Med. a m. pr. aliorumque Codd. lectioni *nostri*, ab Heinsio et Heynio receptae et a Wagn. coll. loco VIII, 514. *spes et solatia nostri* defensae, quae sane etiam in Anth. Lat. I, 178, 265. reperitnr. — **73.** De formula dicendi *ubi est* vel *ubi nunc est*, qna vel vitnperare et exprobrare aliquid, vel doloreu significare soleant veteres, Thiel. conferri iubet Heinsium ad Ovid. Her. IV, 150. Drak. ad Silium VII, 106. Broukh. ad Prop. III, 9, 59. Burm. ad Petron. c. 115. — **74.** „Comparatio ad invidiam instituta. *Indignum est - - - Quid*, pro: Si indignum est: an minns indignum, an tolerabilins est?“ *Heyn.* Ceterum vid. Geo. I, 491. coll. adnott. ad Geo. II, 733. — *Troiam circumdare flammis*. Cf. IX, 153. *igni circumdare muros*. — *Troiam nascentem*, ut supra v. 27. — **75.** *consistere patria terra*, eamque contra advenas defendere. Cf. autem I, 541. VI, 807. et VIII, 10. — **76.** *avus*, potius *abavus*, scil. secundum X, 619. *quartus pater*. — De *Pilumno* vid. ad IX, 4., de *Venilia* ad VII, 56. et Ovid. Met. XIV, 334. Turnum igitur non minus, qnam Aeneam, divinae stirpis esse Iuno memorat, simulque Venerem laedit, simplicem Nympham cum ea eodem habens loco et nnmero. Peerlk. tamen, cum non inter Turnum et Aeneam, sed inter Italos et Troianos comparatio instituatur, omnem versum cum Heinrichio spurium censet, recte adversante Gossravio. — **77.** In promptu est, hnnc versnm cum antecedentibus ita cohaerere: Indignum esse dicis, Troiam nascentem ab Italis flammis circumdari; quid vero et illud (quo nomine id facinus significabis), quod Troiani vim inferunt Latinis seque iam terrae dominos habent? nonne hoc multo indignius? „In hoc et seqq. exaggerat notionem belli per Troianos moti, dum ad invidiam faciendam ea cumnlat, quae in bello fieri solent, esti a Troianis ea facta esse nondum constat; non magis enim praedas egerant Troiani, quam incendia per agros sparserant.“ Haec fere *Heyn.* Similiter Iuno Veneri v. 82 sq. tribnit, quae ab aliis diis acta erant. — *face* (quae vox proprie intelligenda) *atra*, ob fumum atrum. Sic etiam IX, 74. *facibus pubes accingitur atris* et ap. Val. Fl. III, 96. Claud. in Ruf. I, 49. al. Cf. etiam supra VII, 456. — *vim ferre Latinis*. Conington comparat Geo. IV, 330. *fer stabulis inimicum ignem* et Liv. XXVIII, 8. *ut Dardanis* (?) *bellum ferret*. Codd. quidam deterioris notae exhibent *inferre*. — **78.** *Arva aliena iugo premere*. Etiam hic Iuno rem in maius anget et, qnae timet, iam facta esse fingit. Nam Troiani nondnm terrae imperitabant, sed castello condito minabantur demum Latinorum libertati perniciem. Wagn. respici putat ad locum VII, 157. ritusque significari, qno locum urbi condendae designaverint. Conington praeter similem locum VIII, 148. comparat Sen. Agam. 134. *Animum iugo premit Cupido turpis*. Aptius contulisset eiusd. Sen. Octav. 250. *orbem turpi iugo premere*. — *avertere praedas*. Vid. ad I, 472. et VIII, 208. Simplici verbo *vertere praedas* I, 528. legimus. Quod

Quid, soceros legere et gremiis abducere pactas,
Pacem orare manu, praefigere puppibus arma?
Tu potes Aenean manibus subducere Graium,
Proque viro nebulam et ventos obtendere inanis
Et potes in totidem classem convertere Nymphas:
Nos aliquid Rutulos contra iuvisse nefandum est?

---

ad ipsam rem attinct, cf. VII, 477 sqq. — **79.** *legere*, eligere, sumere. Serv. minus recte interpretatur per sublegere, furari. — *soceros.* Vid. ad II, 457. et 579. Peerlk., cum Aeneas socerum non legerit, sed Latinus ipse filiam Aeneae destinaverit, Aeneas igitur causa tantum fuerit, ut Latinus fidem Turno debitam desereret, et duo Codd. versum sic exhibeant: *Quid, soceros lege, et gremiis abducere pactas*, suspicatur, in hac lectione latere aliud quoddam Substantivum, ut sententia huc redeat: abducere socios a fide, paetas a gremiis; quamquam ipse sentit, hoc nimis esse affectatum. Nihilominus etiam Hoffmann. Spicil. crit. p. 20. coniicit *socios.* — *gremiis*, scil. soccrûm, parentum; quam loci explicandi rationem suadent Val. Flacci imitatio VIII, 49. *gremiis abducere natas*, i. e. gremiis matrum, et Ambros. Epist. I, 6. *pactam e gremio matris non abduci.* Peerlk. tamen interpretatur: gremiis eorum, quibus pactae sunt; per se non minus bene. — *pactas*, desponsatas aliis, i. e. Laviniam. Ita autem solere poetas non ipso suo nomine, sed ex re adiuncta appellatos Plurali numero designare, memorat Wagn. coll. adnot. ad Aen. I, 4. Cf. etiam adnott. ad Ecl. IV, 49. Aen. IV, 282. VI, 322. al. Ceterum *pactus* de uxoribus, quae pactione aliqua maritis traduntur usurpatum redit infra v. 722. Cf. Liv. I, 2. *cui pacta Lavinia fuit* et Plin. XV, 30, 40. (de Livia) *cum pacta esset illa Caesari.* Sic etiam *thalami* et *hymenaei pacti* infra v. 649. et IV, 99. — *abducere*, ut VII, 362. *abducta virgine.* — **80.** *Pacem orare manu* (quae verba repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 62.) Gronovio Diatr. p. 307. simpliciter est: protentis manibus pacem orare; Wagn. autem, premens bina opposita *pacem* — *arma*, *manu* — *puppibus* et vim verbi *praefigere* coll. cum VII, 154. et 237., rectius, puto: explicat: „pacem praetentis manu ramis vittatis more sollemni orare." Cf. enim VIII, 116. *paciferaeque manu ramum praetendere olivae* et XI, 332. *pacisque manu praetendere ramos.* — Verba *praefigere puppibus arma* idem Vir doct., comparans infra ad v. 258 sqq. adnott., refert ad posteriorum temporum morem clipeum, vel malo affixum, vel in prora iuxta vexillum positum, tamquam belli pugnaeque signum in nave praetoria proponendi (de quo cf. Scheffer. de mil. nav. p. 178.); ita ut *puppes* omnino pro navibus positae sint, ut infra v. 156. Quae explicatio cui paulo altius repetita videatur, is potius mecum cogitet de armis, scutis potissimum, militum in margine navis suspensis coll. (I, 119, 183.) VIII, 92. et Scheffer. l. l. p. 196. Ceterum in promptu est, haec verba antecedentibus *Pacem orare manu* opposita, nihil aliud significare, quam: et tamen palam hostilem animum prodere, hostilia coeptare. Spectant enim haec verba ad iter Aeneae in Tiberi fluvio ad Evandrum factum, quod, cum eum armati comitarentur (cf. VIII, 80.), utique belli, non pacis erat signum. — Cum v. **81.** conferunt Hom. Il. V, 315 sqq., cum v. **82.** Iliad. XX, 318 sqq. — *subducere.* Vid. supra v. 50. — *ventos obtendere inanes*, auram, ἠέρα, ut VI, 740. Cf. etiam Geo. IV, 196. (*inania nubila*) et Aen. VII, 593. (*aurae inanes*) ibique adnott. Ceterum cf. similis locus V, 809 sqq. — **83.** Markland. ad Stat. Silv. III, 2, 81. pro *Et potes* per anaphoram legi vult *Tu potes;* quam coniecturam Ribbeck. paulo cupidius in contextum recepit; nam Copula ab omnibus Codd. exhibita bene se habet, cum utraque sententia coniuncta opponatur seqq. verbis *Nos aliquid* etc. Vid. Iahn. ad Ecl. VI, 61. Spectant autem haec verba ad ea, quae IX, 82. Cybele fecerat in Veneris gratiam, et quae nunc Iuno calumnians Veneri ipsi imputat. — *in totidem*, scil. quod naves continet classis. Med., Bern. III. et Servii Codd. XII, 320. fortasse propterea *classem* mutant in *classes*, quamquam Plur. etiam ex v. 36. repeti poterat. — Peerlk. hunc versum, qui abest ab uno Franc., spurium censet. **84.** *aliquid Rutulos iuvisse*

Aeneas ignarus abest: ignarus et absit.
Est Paphus Idaliumque tibi, sunt alta Cythera:
Quid gravidam bellis urbem et corda aspera temptas?
Nosne tibi fluxas Phrygiae res vertere fundo
Conamur? nos? an miseros qui Troas Achivis
Obiecit? Quae caussa fuit, consurgere in arma
Europamque Asiamque et foedera solvere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter

est Graec. *ὠφελεῖν τινά τι.* Cf. Ruddim. II. p. 179. not. 75. et adnott. ad III, 56. Conington comparat XII, 872. et quod attinet ad *aliquid* sententiam attenuans I, 463. et II, 89. — **85.** *Aeneas. ignarus abest*, ut supra v. 25. *ignarus*, obsidionis Troiae novae et periculorum Troianis inde exortorum. Sententia haec est: Aeneas, dicis, abest, et ignorat, quid geratur. Quid tum? Absit igitur ignarus. Spero et cupio, ut semper absit omnium ignarus. Formulam *abest et absit* Heinsium illustravisse ad Ovid. Her. IV, 109. et Metam. IX, 623., Peerlk. memorat. — **86** sq. Conington adnotat, poetam hic memorem fuisse Hom. Il. V, 318 sqq. et 428 sqq. „Si, quod ipsa dixisti [supra v. 51 sq.], tibi est Paphos, quo eum abducere possis incolumem: - - quid *urbem* Latini ideoque ipsum Latinum bello illato sollicitas?“ *Heyn.* Cum dubitari non possit, hanc esse loci sententiam, mutavimus interpunctionem, post *absit* Puncto, post *Cythera* autem Colo distinguentes; quam rationem Peerlkampio, Gossravio et omnibus editoribus me recentioribus praeter Wagn. et Süpfl. probatam video. Hi enim post *absit* Colon, post *Cythera* autem Punctum posuerunt. — *gravidam bellis*, bellis fecundam, bellicosam, promptam ad bella. Vid. ad I, 681. et IV, 229. — **88.** „Insurgit oratio et acerbe in ipsam Venerem invehitur: non se, sed ipsam Venerem malorum, quae Troiani experiantur, esse causam, Paridis adulterio.“ *Heyn.* — *corda aspera temptas.* Sic IV, 113. et ap. Liv. XXVII, 15. *animum temptare.* De Pron. *tibi* Conington conferri iubet II, 601. et Madvig. Gramm. §. 248. — *res fluxas*, infirmas, incertas, ut ap. Cic. ad Att. IV, 1, 8. et Tac. Ann. XIII, 19. Sic saepe *fides fluxa.* Cf. Liv. XL, 50, 5. Drak. ad Sil. VIII, 322. Kritz. ad Sall. Iug. III, 2. et Thiel. ad h. l. Conington praeterea confert Sall. Iug. 104. et Liv. XXVII, 17. — *vertere fundo*, i. e. funditus evertere. Vid. ad I, 20. II, 625. V, 810. — **89.** „*an (is) qui* absolute dictum; sed interpretandum de Venere, quae belli Troiani auctor fuit, Helena rapta; mox statim redit ad proprium: *quae causa fuit* cett.“ *Heyn.* Recte tamen Dietsch. Theol. Verg. p. 2. memorat, oblique quidem Venerem significari, vere autem Paridem dici, qui Helenae furto Achivis causam praebuerit belli Troianis inferendi ut ap. Cic. in Vat. 9, 23. *qui consulem morti obieceris* significet: qui in causa fueris, ut consuli paene mors accideret. — *miseros.* ut Venus eos vocaverat supra v. 61. — **90.** *causa consurgere* pro causa consurgendi. Vid. ad I, 704. IX, 739. al. et Vulp. Bachiusque ad Tibull. III, 2. 30. (*dolor - - Coniugis ereptae causa perire fuit.*) — *consurgere in arma*, ut Liv. X, 13, 4. *consurgere ad bellum* Thiel. confert Iustin. XII, 15. *in aemulationem consurgere* et alios locos similes. Aliud quid est *consurgere in ensem* IX, 749. et alibi. — **91.** *Europamque Asiamque*, Graecos et Troianos. Cf. autem VII, 223. — „*foedera* (i. e. pacem, pacatum statum) de hospitio accipit Iul. Sab., sed obstant illa: *consurgere in arma* cett.“ Haec fere *Heyn.* Thiel. conferri iubet Hor. Ep. I, 3, 35. *fraternum rumpere foedus* (*das gute, friedliche Vernehmen*) et Gronov. ad Sen. Herc. fur. 49. Nihilominus etiam Conington, qui putat, poetam hic memorem fuisse Aesch. Agam. 401. *ᾔσχυνε ξενίαν τράπεζαν κλοπαῖσι γυναικός*, de hospitio a Paride violato cogitat (coll. Hom. Il. III, 354. et XIII, 625 sqq.), foedus a Graecis et Troianis iunctum ab Homero non commemorari observans. Sed quid cogit, *foedus* tam stricto sensu capere? — *furto*, furtivo raptu Helenae. Thiel. *furtum* de furtivo amore intelligit. Cf. VI, 24. — **92.** *Spartam expugnavit.* „Gravi et odiosa voce usa est dea (*expugnavit*) ad vim et atroci-

Aut ego tela dedi fovive Cupidine bella?
Tum decuit metuisse tuis; nunc sera querellis
Haud iustis adsurgis et inrita iurgia iactas."
    Talibus orabat Iuno cunctique fremebant
Caelicolae adsensu vario, ceu flamina prima
Cum deprensa fremunt silvis et caeca volutant
Murmura venturos nautis prodentia ventos.

---

tatem raptus declarandam; quasi hoc idem esset habendum, ac si bellum intulisset." *Heyn.* Wagn. poetam consulto hac voce ambigua usum suspicatur, cum veteres etiam dixerint *pudicitiam alicuius expugnare* (coll. Cic. pr. Coel. c. 20., Epit. Iliad. 258 sq., ubi *hospitis expugnare toros,* et Wernsd. ad Poett. L. M. T. VI. P. 2. p. 650.); ut *Spartam expugnavit* dictum sit pro: mulieris Spartanae pudicitiam expugnavit, quod nimis quaesitum videtur. Quare potius cum Conington sumo, Vergilium de vera Spartae expugnatione cogitari voluisse, quam Homero posteriores statuant (cf. Dictys Cret. 1—3. Dares Phryg. 10. Serv. ad h. l. et ad I, 526.) et fortasse iam Homerus ipse Il. III, 46 sqq. tecte significet. Peerlk. tamen sic legendum esse putat: *Me duce Dardaniam* (i. e. Troiam: cf. III, 156.) *Sparta expugnavit adulter?* quam coniecturam non minus supervacaneam quam infelicem his verbis explicat: „Paris fecit, ut propter adulterium Troia ab ultoribus, ex Sparta profectis, expugnaretur." — **93.** Verba *Aut ego tela dedi* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 264. — *fovi Cupidine bella*: feci, ut traheretur bellum per Cupidinem; quod Paris Helenam reddere recusabat. Quinctil. IX, 2. Charisius p. 247. et Diomed. p. 457. hos versus non interrogare, sed per ironiam affirmare censent. — **94.** Cf. locus similis IV, 596 sq. — *metuisse tuis*, ut Geo. I, 186. *inopi metuens formica senectae*, quem locum Conington comparat. Verba *Tum decuit metuisse tuis* repetit Ambros. de Tobia 5. — *querellis adsurgis*, surgis ad querelas fundendas; nisi cum Coningtone, qui confert infra v. 797. et Geo. II, 160., *querellis* Ablativum habere malis. De constructione cf. adnott. ad Ecl. II, 30. Geo. III, 480. Aen. I, 85. al.; *querellis* autem hic scribunt etiam Med., Pal., Rom., alii, quos cum Hauptio, Ribbeckio et Ladew. secutus sum. Vid. ad Geo. I, 378. — Verba *et inrita iurgia iactas* iterantur in Anth. Lat. I, 78, 269. — **96.** *orabat*, loquebatur. Cf. adnott. ad VII, 446. Verba *Talibus orabat Iuno* repetuntur in Anth. Lat. I, 147, 14. — *cunctique fremebant.* Cf. I, 559. et V, 385. — **97** sqq. „In hoc animorum aestu Iupiter tandem decernit et profitetur, se fatali rerum ordini omnia permissurum esse." Haec *Heyn.*, qui cum toto h. l. confert Hom. Il. VIII, pr. Geo. I, 356 sqq. et Ecl. V, 82. Adde infra XI, 297 sqq. Ovid. Met. XII, 49 sqq. XV, 603 sqq. Quinctil. Decl. IV, 16. Thiel comparat Stat. Theb. X, 883 sqq. *Iamque Iovem circa studiis diversa fremebant Argolici Tyriique dei* cett. — *adsensu vario*, aliis Iunoni, aliis Veneri adsentientibus. — **98.** *deprensa*, intercepta, coarctata et oppressa. Vid. etiam Schirach. p. 384. Markland. ad Stat. Silv. I, 2, 45. cum Codd. Parrhas. legi volnit *depressa* (i. e. humili et depresso sono murmurant), ut ap. Lucr. IV, 545. *Cum tuba depresso graviter sub murmure mugit.* Sed verissime Hand. ad Stat. Silv. p. 204. (a Wagn. laud.) sic inanem exsistere comparationem docet. „Ipsa enim, inquit, *caeca murmura*, quae sunt fracta, indicant id, quod Markl. desiderabat. Sed flamina prima fremunt, cum arboribus concipiuntur." Utrumque Participium haud raro confunditur. (Cf. Geo. IV, 421. Aen. V, 52. 273. etc.) Idem Markl. ad Stat. Silv. V, 5, 82., offensus verbo *fremendi* bis posito, pro *fremunt* coni. *gemunt.* Sed vid. ad I, 429. et al., et de hoc ipso loco Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 98. not. — *fremere* de ventis dictum iam I, 56. legimus. — *caeca murmura*, incondita, pressa, fusca. (Bryce explicat voce scotica *sough.*) Sic *murmur caecum* etiam infra XII, 591. et *clamor caecus* ap. Val. Fl. II, 461. Eadem ratione voc. *surdus* dici memorat Thiel. laudatis Drak. ad Sil. X, 236. Heins. et Burm. ad Val Fl. III, 329. eodemque Heins. ad Ovid. Met. I, 307. De silvarum *murmure* vid. Geo. I, 359. ibique

Tum pater omnipotens, rerum cui prima potestas,
Infit; eo dicente deum domus alta silescit
Et tremefacta solo tellus, silet arduus aether,
Tum Zephyri posuere, premit placida aequora pontus.
„Accipite ergo animis atque haec mea figite dicta.
Quandoquidem Ausonios coniungi foedere Teucris
Haud licitum nec vestra capit discordia finem:

---

adnott. — *volutant.* Cf. V, 149. *vocemque inclusa volutant Littora.* — **100** sqq. Heyn. cum his vss. splendidissimis conferri iubet Ennii locum a Macrobio VI. 2. p. 169. Bip. s. p. 513. Ian. servatum (Scip. fr. 4. p. 156. Vahl. s. p. 166 sqq. Hessel.) *Mundus caeli vastus constitit silentio Et Neptunus saevus undis asperis pausam dedit, Sol equis iter repressit ungulis volantibus, Constitere amnes perennes, arbores vento vacant*, et Catull. Epithal. 204 sq. Thiel. addit Stat. Theb. I, 208 sq. et III, 253 sq. — *rerum cui prima potestas*, ceterorum deorum ratione habita: ad quem prae ceteris diis rerum potestas pertinet. Hanc autem lectionem, iam ab Heinsio receptam, sed a Burm. rursus reiectam, Iahnio suasore cum Wagn. et Thielio revocavimus ex Med. a m. pr., Rom., Gud., Goth. II. et Lips. II.; nosque secuti sunt posteriores editores praeter Peerlk. et Bryceum, quos miror vulg. lectionem *summa potestas* (sane etiam a Donato, Macrobio VI, 2, 26. p. 513. Ian. et in Anth. Lat. I, 179, 25. exhibitam) retinuisse; languida enim est et otiosa post *pater omnipotens* et multo facilius lectioni *prima* substitui poterat altera, quam contra. Ceterum cf. Hom. Il. II, 118. Od. V, 4. cett. — **102.** *Infit.* Vid. ad V, 708. — *silescit*, silere incipit, conticescit. Pro *sedari* de ventis, tempestatibus etc. usurpatum legitur hoc verbum apud Ter. Ad. V, 2, 9. Catull. XLVI, 2. Ovid. Trist. II, 151. al. *Peerlk.* haec adnotat: „Iul. Sabinus legisse videtur *quievit.* In Hamb. a m. sec. erat *quiescit*, quod verum puto: *quiescit* a fremitu et vario deorum assensu; nec pulchre se excipiunt *silescit* et *silet.*“ Sed vide ad Aen. I, 315. 429. V, 182. al. Conington confert Eurip. Bacch. 1084. *σίγησε δ' αἰθήρ, σιγᾶ δ' εὔλειμος νάπη Φύλλ' εἶχε* etc. — **102.** *Et* (silescit) *terra* (modo) *tremefacta.* „Adiectum *solo* spectat ad poeticum ornatum; ut *solum terrae, solum telluris* iungi solet; quoniam solum, *οὖδας*, per se notionem habet fundamenti, quod subiectum est: sic etiam *tellus* contremiscere dici potuit *solo* simpliciter, nulla alia notione adiuncta.“ *Heyn.* Cf. adnott. ad Geo. II, 247. Rectius tamen Thiel. (quem etiam Wagn. et Ladew. sequuntur) verba *trem. tellus solo* opposita censet *arduo aetheri*, ut illud sit: *in ihrer Tiefe, ihrem Grunde*, hoc autem *in der Höhe über ihr.* Passerat. in Praef. ad l. IV. Prop. coni. *sono;* Peerlk. autem, cum *solo tremefacta* et *silescit* nimis contraria sint, non dubitat, Vergilium scripsisse *Et trem. silet tellus, silet a. ae.*, quam coniecturam probat Gossr. Ceterum hunc locum respexit Claud. R. Pros. I, 84. *tremefacta silent, dicente tyranno, Atria.* — *arduus aether*, ut Geo. I, 324. Auctor autem Medeae in Anth. Lat. I, 178, 339. hunc versum sic imitatur: *Et tremefacta solo tellus, micat ignibus aether.* — **103.** *Zephyri* (i. e. vel placidissimi venti) *posuere*, ut VII, 27. (ubi vid. adnott.) et Ovid. Her. VII, 49. *Iam venti posuere.* — *premit*, coërcet, arctioribus finibus tenet, ne turbida se extollant et exaestuent. Cf. Lucr. VI, 559. *Incumbit tellus, quo venti prona premit vis.* Conington comparat Hor. Epist. I, 12, 18. *Quid premat obscurum lunae - - orbem.* — *placida aequora* per prolepsin: ita ut placida fiant. Vid. ad II, 736. III, 237. al. — V. **104.** iam legimus III, 250., ubi vid. adnott. De Part. *ergo* in expositionis initio posita vid. Hand. Turs. II. p. 463. Ceterum Serv. haec adnotat: „Totus hic locus de primo Lucilii translatus est libro, ubi inducuntur dii habere concilium et agere primo de interitu Lupi, - - postea sententias dicere.“ Cf. Lucilii fragmm. p. 260 sqq. — **105.** *Ausonios*, Ausones. Vid. ad XI, 253. et XII, 834. — **106.** *capit finem.* Conington confert Ovid. Nuc. 4. *Publica cum*

Quae cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem,
Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo,
Seu fatis Italum castra obsidione tenentur

---

lentam non capit ira moram. — **107.** *hodie*, altero pugnae die, cuius res gestae, exceptis duobus emboliis v. 146—162. et 215—237., hoc libro narrantur, ubi vid. adnott. — *spem secare* nove et insolenter dictum pro sperare. *Wagn.* quaerit: „Locutio *spem secare* an a navigatione desumpta? an Graecum δι' ἐλπίδος τέμνει?" et haec quidem altera ratio mihi maxime probabilis videtur, ut quemadmodum dicitur *viam secare*, hic *spem secare* sit i. q. viam a spe monstratam persequi. Hoc etiam Servius voluisse videtur, cum, *secat* per „sequitur, tenet, habet" explicans, comparet Aen. VI, 900. *Ille viam secat ad naves*, et Ladew. comparat Aesch. Suppl. 788. τίν' ἀμφ' αὐτᾶς ἔτι πόρον τέμνω. Praeter Aen. VI, 900. cf. etiam XII, 364. (et Geo. II, 278.). Heyn. minus apte confert locutiones *spem resecare* et *incidere*. Turnebus *secat* hic accipit pro *sumit:* cum qui aliquid secet, sibi partem sumat; eandemque fere rationem sequitur *Peerlk.*, qui haec adnotat: „Spes incertum negotium est. Priusquam bellum suscipimus, animo et cogitatione vel omnem spem, vel partem maiorem, vel minorem, nobis inde praecipere solemus. Spem cum hostibus quasi dividimus. Plerumque maiorem nobis partem *secamus.* Sumus in re nostra arbitri. Arbitri autem litem et rem *secant*, saepe *mediam*, unde μέσον τέμνειν dicuntur etc." Scaliger et Cerda minus probabiliter explicant: *aperit sibi spem factis*, ut, qui viam secat, aperit. Thiel. denique: quam quisque spem (hostis) secat (incidit, aufert). — **108.** *Tros Rutulusve*, i. e. sive Tros, sive Rutulus. Med., Rom., Pal. aliique Codd. *Rutulusne*, quod quamquam iam Wagn. in Qu. Verg. XXXVI, 1. recte vituperaverat, Ribbeck. tamen, Ladew. et Coningtou receperunt et Dietsch. Theol. Verg. p. 35. defendit. Ceteri recentiores editores omnes nobiscum Part. *ve* retinuerunt, quam exhibent Gud., Bern. III. (II. certe a m. sec.), Minoraug., alii et Diomedes p. 376. (quamquam non in omnibus libris) et Consentius p. 2050. P. Ceterum cf. similis locus I, 574. — *fuat*, per archaismum pro *sit*, ab antiquo *fuo* (Gr. φύω), unde *fui*, *futurus*, *fore* cett. Cf. Nonius II, 330. Voss. Aristarch. V, 36. Drakcub. ad Liv. XXV, 12, 6. Ruhnk. et Perlct. ad Ter. Hec. IV, 3, 4. Bentl. ad Ter. Ad. V, 4, 1. Heusing. ad Cic. Off. III, 21, 82. Neue *Formenl.* II. p. 465. alii. — *nullo discrimine* (ut in illo loco I, 574.) *habebo*, nihil curans, Tros sit an Italus, non intercedam, quin fortuna sua et spe utatur. Cf. II, 102. *uno ordine habetis Achivos.* — **109** sq. „Iungo: *castra tenentur obsidione Italorum; seu fatis*, quod fata iniqua, ut Venus interpretabatur, prosequuntur Troianos etiam in medium Latium, *sive errore malo Troiae* (h. e. Troianorum stultitia, malignitate, qui oracula accepta male interpretati sunt) *monitisque sinistris*, oraculis et vaticiniis falsis (*furiis Cassandrae* v. 67 sq.)." *Heyn.* Ita etiam Wagn. (in mai. certe edit., nam in minore mutata sententia nobiscum facit), qui addit: „*Italum* si ex *fatis* suspensum esse voluisset poeta, inverso haec ordine *Sive Italum fatis* collocaturum fuisse puto." Sed cum admodum ambigue scripsisset poeta, si *Italûm obsidione* coniungi voluisset, equidem cum Vossio *Anm. u. Randgl.* p. 233. et Iahnio iungo *fatis Italûm* (ut VII, 294. *fata Phrygum*, I, 257. *fata tuorum*), quod verborum ordo videtur postulare. Sic *fata Italûm* opponuntur *malo Troiae errori* et sententia haec est: Sive obsidio fit fatis Italûm, sive fit errore malo Troiae; i. e. sive praesens Troianorum calamitas effecta sit fato Italis propitio (ut Venus contendit v. 31 sqq.), sive ipsorum Troianorum culpa vel falsis vaticiniis vel mala oraculorum interpretatione deceptorum (ut Iunoni videtur v. 68 sqq.). Praeter Wagn. in min. edit. consentiunt nobiscum Ladew., Conington, Benoist. et Dietsch. Th. Verg. p. 35., qui de h. l. sic iudicat: „Cum etiam aliis locis Iovem quid in fatis sit, quamvis exitum eorum sciat, explorare debere ostendatur (XII, 725.), non video, cur cum dubium haereret, num ille belli casus fato an culpa Troianorum acciderit, non statuamus." (Ceterum *fatis* pro: secundum fata iam legimus V, 656., ubi vid. adnott. et *obsidione teneri* iam IX,

Sive errore malo Troiae monitisque sinistris.
Nec Rutulos solvo. Sua cuique exorsa laborem
Fortunamque ferent. Rex Iuppiter omnibus idem.
Fata viam invenient." Stygii per flumina fratris,
Per pice torrentis atraque voragine ripas
Adnuit et totum nutu tremefecit Olympum.
Hic finis fandi. Solio tum Iuppiter aureo
Surgit, caelicolae medium quem ad limina ducunt.

598.). Peerlk. vero coniungit *castra Italûm*, ut per castra etiam urbes Italorum intelligantur, quibus nova Troia in Italia nunc condita periculum minetur, et *fata* Troianorum opponantur eorundem *erroribus* hoc sensu: Seu fato Troiani in Italiam venerint et urbibus Italis immineant, seu venerint errore ducti et monitis Cassandrae decepti. Adiicit tamen: „Bonus poeta semper scripsisset: *Italia seu fatis castra* etc." Scilicet propter hanc ipsam ambiguitatem et alias quasdam causas non graviores, de quibus statim sermo erit, totum hunc locum v. 109—112. spurium censet. Ribbeck. certo v. 109. et 110. ut spurios uncis inclusit. Cf. eius Proleg. p. 84. **110.** *errore malo*, ut Ecl. VIII, 41. — **111.** Verba *Nec Rutulos* Wagn. recte interpretatur: „nec R. libero hac condicione, ut, quidquid fata decreverint, id iis eveniat." *Nec R.* igitur i. q. non magis Rutulos quam Troianos. *Peerlk.* hanc loci semel damnati explicationem his verbis studet elevare: Sed nihil erat, cur Iupiter hoc diceret. Etiamsi vellet, Rutulos hac conditione liberare non poterat. Et supra iam dixerat *Tros Rutulusve fuat.* Si nunc solos *Rutulos* appellat, Rutulis magis favisse videretur." At non cogitavit Vir doct., Iovem haec respondere ad Iunonis, Rutulos foventis, preces, quas *cuncti caelicolae vario adsensu* iuverant (v. 96 sq.), apte igitur cum singulari vi haec adiungere: *Nec Rutulos* (tuos) *solvo.* Ribbeck. (a posterioribus editoribus omnibus iure desertus) invitis omnibus Codd. ex uno Nonio p. 390, 33. pro *Rutulos* recepit *populos* et *solvo* ea mente accipit, qua ap. Propert. V, 4, 59. *Commissas acies ego possum solvere*, praetereaque adnotat, Med. exhibere *QUISQ.* liberis *Q* et *S* inductis et punctis superscriptis, quod aut pro *quibusque* haberi, aut ex *quoique* ortum videri possit. — **112.** *laborem Fortunamque*, i. e. vel *laborem* (cladem), vel *fortunam* (victoriam). Vid. adnott. ad Geo. I, 442. Aen. II, 37. et al. *Labor* (*Drangsal, Noth, Unglück*) ut II, 11. IV, 78. Cic. ad Fam. XV, 8. Nep. Hann. 12. Ter. Hec. III, 1, 6. Heaut. I, 1, 30. etc. Conington adnotat, *fortunam* et *laborem* etiam Geo. III, 452. Aen. I, 628. VII, 559. et XI, 416. a poeta coniungi. Verba *Sua cuique exorsa laborem Fortunamque ferent* repetuntur in Ausonii cent. nupt. 10 sq. *Peerlk.* de hoc versu sic iudicat: „Inanis repetitio antecedentium. Male iteratur *fortuna.* Et quid *Rex Iupiter omnibus idem* differt ab iis *nullo discrimine habebo?*" — *omnibus idem*, aequus omnibus. — **113.** *Fata viam invenient.* „Nihil obstabit fatis, fatali rerum ordini; pro: ego non obsistam. Cf. IX, 104—106. [ex quo loco verba *Stygii per flumina - - - Olympum* hic repetuntur]." *Heyn.* Eadem verba iam legimus III, 395. Wagn. conferri iubet Hesiod. Theog. 400. et 783—804. Cf. etiam Stat. Silv. V, 1, 145. *Invenere viam liventia fata* cett. Lucan. I, 33. *Quod si non aliam venturo fata Neroni Invenere viam.* Alterum huius versus hemistichion cum toto versu sequente adfuit iam IX, 104 sq. Cf. etiam VI. 323 sq. — V. **114.** respicit Minut. Felix Octav. p. 330. *Apud poetas etiam ipse rex Iupiter per torrentes ripas et atram voraginem iurat religiose.* — *ripae* pro ipso fluvio. — **115.** Cf. Hom. Il. I, 528 sq. Ovid. Met. XIV, 816. *Adnuit omnipotens - - tonitruque et fulgure terruit orbem.* Catull. 63, 204. et Stat. Theb. VII, 3 sq. — **116.** *Hic finis.* Schol. Hor. Crucq. ad Sat. I, 8, 43. *Haec finis;* sed cum omnibus Codd. consentit etiam Nonius v. *finis.* Vid. ad III, 145. et V, 384. Burm. de mascul. vocis genere in hac formula conferri iubet Drak. ad Liv. I, 40. et Gronov. ad eund. XXIII, 28. — *aureo* duabus syllabis pronuntiandum. Vid. ad I, 698. — **117.** *medium.*

Interea Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere caede viros et moenia cingere flammis.
At legio Aeneadum vallis obsessa tenetur
Nec spes ulla fugae. Miseri stant turribus altis
Nequiquam et rara muros cinxere corona:
Asius Imbrasides Hicetaoniusque Thymoetes
Assaracique duo et senior cum Castore Thymbris,
Prima acies; hos germani Sarpedonis ambo,
Et Clarus et Themon, Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto conixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis, Lyrnesius Acmon,

„Hic Romanum agnosce: tamquam magistratum, Consulem, deducunt Iovem dii.“ *Heyn.* Cf. etiam V, 76. similisque loci. Quod attinet ad ingratam elisionem *quem ad*, Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 387. sic iudicat: „Hunc versum aut inter emendandos reliquisse Vergilius videtur, aut aliquid ex horridiore antiquitate consulto retinuisse, quo pompam talis deductionis insigniorem faceret.“ (Cf. etiam adnott. ad VII, 182. X, 334. et Add. ad Geo. I, 383. Aen. I, 109. 322. 378.) Verba autem *medium quem ad limina ducunt* repetit Auson. in cent. nupt. 67. — **118.** *circum*, Adverb. Vid. ad Ecl. III, 45. et Haud. Turs. II. p. 52. — *instant sternere.* Vid. ad I, 423. Apertum enim est, *portis omnibus* esse Ablat., non Dativ. cum *instant* coniungendum. Iteratur hic versus in Anth. Lat. II, 192, 92. — Cum v. **119.** comparant Iliad. XII, 35 sq. — *sternere caede*, ut XI, 796. *sternere morte.* Alibi sane, ut XII, 464. legimus *sternere morti.* Cf. adnott. ad Geo. IV, 432. Aen. IV, 527. et VIII, 566. — „*moenia cingere flammis*, immittere undique ignes [ut propugnatores de muro depellerentur]. Aliter dictum ac IX, 160., ubi de vigiliis.“ *Heyn.* Cf. potius IX, 153. *igni circumdare muros.* — **120.** *legio*, nomen de militia Romana ductum, ut VIII, 605. Sic II, 441 et IX, 505. *testudo*, infra v. 328. *cohors* et multa alia huius generis. — *vallis* cum *tenetur* coniungendum esse, recte memorat Wagn. coll. v. 236. Ergo i. q. obsessa tenetur intra vallos. — **121.** *Nec spes ulla fugae*, ut IX, 131. — *Miseri stant turribus altis.* Cf. IX, 470. *turribus altis stant maesti.* — **122.** *Nequiquam*, „quippe parum spei in suis armis habentes.“ *Wagn.* — *corona.* Vid. ad IX, 508. et XI, 475. Conington confert Tac. Hist. III, 27. et Liv. XXIII, 49. ubi *circumdare oppidum corona* legitur. — *rara*, cum ad muros implendos exiguus numerus non sufficiat. Cf. adnott. ad IV, 131. Ceterum Ribbeck. Colon post hunc versum tollens *miseri* minus bene coniungit cum nominibus sequentibus. Ceteri editores eum non secuti sunt. — **123.** *Asius*, Imbrasi fil., alibi non commemoratur. Alii viri huius nominis apud Homerum prodeunt Il. II, 835. XII, 95. et XVI, 712. — *Thymoetes* hic et infra XII, 364. commemoratus diversus est ab eo, qui II, 32. iam adfuit. — *Hicetaonius*, i. q. Ἱκεταονίδης, Hicetaonis filius, Laomedontis nepos; ut infra v. 749. *Lycaonius*, IV, 471. *Agamemnonius*, XII, 515. *Echionius* etc. — **124.** Servius adnotat, „amphibologiam“ hic esse, cum *senior* aut ad solum Thymbrim, aut etiam ad Castorem referri possit, si coniungamus verba *et senior cum Castore;* quod mihi argutius videtur. — **125** *prima acies*, i. e. in prima acie, πρόμαχοι, cf. infra v. 561. — De *Sarpedone* vid. ad I, 100. — **126.** *Lycia ab alta*, i. e. montuosa. Cf. liber meus geogr. II. p. 251. — Cum v. **127.** cf. Hom. Il. XII, 378. Od. IX, 481. et Ovid. Met. XIV, 181 sq. — *toto conixus corpore* iam IX, 410. legimus. Conington comparat Liv. I, 33. *omnibus copiis connixus Ancus.* Auctor Epit. Iliad. 367. videtur huius loci memor scripsisse *conatus corpore toto.* — *saxum*, - - *partem montis.* Cf. adnott. ad IX, 569. et infra v. 698. — **128.** Seneca Suas I. p. 9. (loco valde inquinato, in quo emendando desudavit Peerlk.) haec verba sic affert: *rapit haud partem exiguam montis.* — *Lyrnesius.* Sic Med. et alii haud dubie Codd. minus accurate collati, quos (ut omnes recentiores editores) cum Wagn. secuti sumus. Vulgo *Lyrnessius.* Vid. ad Ecl. VI,

Nec Clytio genitore minor nec fratre Menestheo.
Hi iaculis, illi certant defendere saxis
Molirique ignem nervoque aptare sagittas.
Ipse inter medios, Veneris iustissima cura,
Dardanius caput, ecce, puer detectus honestum,
Qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum,
Aut collo decus aut capiti; vel quale per artem
Inclusum buxo aut Oricia terebintho
Lucet ebur; fusos cervix cui lactea crinis

---

29. et Aen. V, 306. *Lyrnessus* (vid. Hom. Il. II, 690. XIX, 16. XX, 92. Strab. XIII. p. 612.) secundum Hierocl. p. 761. Diod. V, 49. al. antiquum erat Adramyttii nomen, oppidi Mysiao maioris ad sinum inde appellatum siti, quod etiam nunc *Adramit* vocatur; ex aliorum tamen opinione aliud oppidum huic vicinum et iam Strabonis tempore devastatum. Cf. liber meus geogr. II. p. 145. (not. 59.) et 146. Cf. Hom. Od. IX, 481. — **129.** Ut Vergilius imitatur Homerionm illud *οὐ πατρὸς ἀμείνων*, ita Vergilium Claud. in Ruf. I, 373. *Nec forti genitore maior, nec fratre corusco.* — **130.** *certant defendere saxis.* Cf. IX, 533. — **131**. De duplici *que — que* (post *hi - - illi*) pro *alii — alii* posito vid. ad I, 701. (et VI, 616.). — Etiam obsessos facibus et phalaricis uti de vallo deiiciendis (velut ap. Liv. XXI, 8.), non mirum videri posse, cum iisdem vel in acie pugnantes utantur (ut ap. Silium IX, 335. 577.), Wagn. observat coll. Lips. Poliorcet. IV, 4. p. 605. et Oudend. ad Lucan. VII, 512. Cf. etiam Aen. I, 150. VII, 692. VIII, 694. IX, 705. — *moliri* autem ignes, ut Geo. I, 329. *moliri fulmina.* — **132.** „*Veneris iustissima cura* [vid. ad I, 678.] quem merito amabat Venus, quia illi debebatur imperium, seu simpliciter, quia dulcissimus puer. Is, etsi iussus abstinere a pugna (IX, 661 sq.) ideoque sine armis incedens, tamen in medio pugnantium e muris repente iterum conspicitur.“ *Heyn.* Iterantur haec verba in Ausonii cent. nupt. 33. — *caput honestum*, h. e. pulchrum (vid. ad Geo. II, 392. IV, 232.) *detectus*, i. e. sine galea. Conington comparat Ovid. Fast. II, 301. *Nunc quoque detecti* (i. e. nudi) *referunt monimenta vetusti Moris.* — **134.** „*Qualis gemma micat.* Emicat inter ceteros adstantes Iulus formosus, ut gemma auro inclusa, aut opus eburnum, buxeo vel terebinthino margine ambiente. *Κειμήλιον* aliquod Homericum s. *ἄγαλμα* cogitat poeta. Cf. I, 592 sq.“ *Heyn.* Cf. etiam Hom. Od. VI, 229 sqq. et imitatio huius loci ap. Silium VIII, 469 sq. *Is primam ante aciem pictis radiabat in armis, Arsacidum ut fulvo micat ignea gemma monili.* Totus hic versus iteratur in Anth. Lat. I, 170, 64. et verba *Qualis gemma micat* etiam leguntur ibid. VI, 84, 40. — **135.** *aut collo, aut capiti decus*, sive ut monili, sive ut diademati inseratur gemma. Cf. I, 654. Conington confert Cul. 135. *navi decus* et (minus apte) infra XI, 657. — **136.** Intellige pocula e buxo aut terebintho facta et ebore distincta. — *per artem*, ut Geo. I, 122. et al. — *buxo aut.* De hiatu vid. ad Ecl. II, 53. et quod attinet ad totum versum Graeca ratione conformatum ibid. ad v. 24. adnott. — *Oricia terebinthus.* Oricus, s. Oricum, urbs Illyridis Graecae ad sinum Ionium sita et postea Epiro adscripta, de qua (nunc *Ericho* adpellata) vid. librum meum geogr. III. p. 851. Iuxta eam nascitur terebinthus nigrum lignum habens, ut Serv. tradit. Cf. Plin. XIII, 6, 12. Theophr. hist. pl. III, 15. Dioscor. I, 9, 79. Cels. V, 26. Ceterum non male hanc rem variasse Silium XII. 226 sqq., iam Heyn. memorat. Memor huius loci etiam Prop. IV, 6. (III, 7,) 49. *Sed Chio thalamo aut Oricia terebintho.* — **137.** Cf. Geo. IV, 337. — Verba *Lucet ebur* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 44. et sequentia ibid. 147, 21. voc. *fusos* in *nudos* mutato. — *cervix lactea* (i. e. candida: vid. ad VIII, 660.) *accipit*, excipit, *crines* per cervicem *fusos.* Pro *Accipit* Schol. Hor. Crucq. Od. IV, 10. legit *Excipit*, quod temere recepit Wakef., eadem ratione peccans etiam Geo. IV, 167. et Aen. II, 434. Cf. idem ad Lucr. IV, 592. Sed vide ad III, 210. et Iahn. ad Geo. I, 340. Ceterum Pal., Gud.

Accipit et molli subnectens circulus auro.
Te quoque magnanimae viderunt, Ismare, gentes
Volnera dirigere et calamos armare veneno,
Maeonia generose domo, ubi pinguia culta
Exercentque viri Pactolosque inrigat auro.
Adfuit et Mnestheus, quem pulsi pristina Turni

---

et Bern. III. inverso ordine exhibent *cervix fusos*. — **138.** *et molli subnectens* cett. „Capillum promissum diadema aureum, quod inter Phrygii luxus ornamenta fuisse videtur, colligit. Val. Fl. II, 130. *aut tereti crinem subnectitur auro*. Fibulam minus bene intelligat aliquis, cum et de circulo, et de crinibus agatur.“ *Heyn*. Cf. Hom. Il. XVII, 52. — *molli auro*, tenui et ductili (nostrum *geschmeidig*), quod opponitur crasso et duro; sermo est enim de bractea aurea. Vid. infra v. 818. IV, 147 sq. et Val. Fl. I, 430. *Eurotan molli bis fuderat auro*. Cf. etiam Wakef. ad Lucr. IV, 592. Haupt., Ladew. et Wagn. in recentiss. edit. ex uno Med. receperunt lectionem *subnectit*. Bryce et Ribbeck. Participium servarunt. — **139.** *magnanimae*. Med. a m. pr. et Gud. *magnanime*, quod, a Brunckio receptum, iam metrum respuit atque etiam propter sequens *generose* stare non posse, Ruhk. docet, qui cum *gentibus magnanimis* confert *urbes magnanimas* Silii I, 29. et sensum loci sic capit: „Etiam tu contra fortes fortissime pugnasti.“ Wagn. per *gentes magnanimas* (quod imitetur Hom. μεγαθύμους Ἀχαιούς) ipsam Ismari gentem, Lydos, intelligit, qui fuerint in exercitu Troianorum; ut *gentes* pro *gens* positum sit (quemadmodum VIII, 328. *Sicanae gentes*), Adiectivum autem loco Pronominis possessivi *tuae*, coll. Iani Arte poet. Lat. p. 334. §. 25 not. Peerlk., qui verbum *viderunt* ad hostes referendum esse indicat, satis audacter coni. *Te quoque Anagninae viderunt* etc. — **140.** *Volnera dirigere* (i. e. tela dirigere, quibus volnera infliguntur) legimus etiam ap. Senecam Herc. Oet. 159. Silium II, 92. et Tac. Hist. II, 35. Sic *ictus dirigere* ap. Stat. Theb. IX, 773. Peerlk. comparat Polyb. I, 58. ἐκβάλλουσι τὰς πληγάς. (De voc. *volneris* pro telo vulnerante posito Thiel. conferri iubet Drak. ad Sil. V, 251. Burm. ad Anth. Lat. I, 147, 18. et Cort. ad Lucan. III, 314. et VIII, 384.). Ceterum *dirigere* (s. *derigere*, ut etiam hic scribit Ribbeck.: vid. ad VII, 497.) verbum proprium de telis, iaculis etc. Cf. Aen. VI, 57. VII, 497. X, 401. XI, 654. XII, 490. Manil. I, 269. Val. Fl. VI, 541. Senec. Hipp. 813. Curt. VII, 4. extr. alios. — *calamos armare veneno*. „Quo iure Ismarum Lydium veneno inungentem tela inducere potuerit poeta, non assequor. Maeones illo tempore non adeo barbari erant. Et iam Amycum simili modo notaverat IX, 773.“ Haec *Heyn.*; sed verissime *Ruhk.*: „Hunc morem esse barbarum, poeta nusquam dixit; et cum Rutulos veneno inungentes vidissent tela, Troiani etiam sibi hoc licere in hostes putarunt. Nec Odysseae auctor pro more barbarico habuit, ut qui ipsum Ulyssem Ephyram profectum narrat (Od. I, 260 sqq.), ut venenum, quo tela sua inungeret, sibi pararet.“ Adde, quod etiam Cretensibus eundem morem Vergilius adscribit Aen. XII, 858. quodque ap. Ovid. Met. IX, 130. et Val. Fl. I, 108. ipse Hercules sagitta venenata utitur. (Saepius sane idem de barbaris refertur. Cf. Aen. XII, 857. Lucan. VIII, 304. Ovid. Trist. III, 10, 64. Silius III, 272. etc.) Peerlk. teste imitatur hunc locum Ambros. Hexaem. III, 9. *armata venenis tela*. — **141.** *Maeonia generose domo*, nate nobili inter Lydos genere. De simplici Ablativo originem indicante vid. infra ad v. 183. — *pinguia culta exerceent viri*. Vid. ad Geo. I, 99. et Aen. VIII, 63. — *Pactolus inrigat auro*. Cf. de hoc Lydiae amne quondam aurifero, qui propterea etiam appellabatur *Chrysorrhoas*, Strab. XII. p. 554. et XIII. p. 625. Tzetz. ad Lycophr. 1352. Plin. V, 29, 30. et e poetis Hor. Epod. 15, 20. Ovid. Met. XI, 137 sqq. Iuven. XIV, 299. Tibull. III, 3, 28. Claud. I, 54. XVIII, 214. alii. Nunc vocatur *Sarabat*. Cf. liber meus geogr. II. p. 174. — **143.** „Iterum studet gentis Memmiae nomini. Vid. V, 117. et ibi not. ad v. 114.“ *Heyn*. De ipsa re vid. IX,

Aggere moerorum sublimem gloria tollit,
Et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi.
Illi inter sese duri certamina belli
Contulerant: media Aeneas freta nocte secabat.
Namque, ut ab Euandro castris ingressus Etruscis
Regem adit et regi memorat nomenque genusque;
Quidve petat quidve ipse ferat, Mezentius arma

---

779 sqq. — *pulsi Turni gloria*, i. e. gloria Turno pulso acquisita. Conington comparat Curt. IV, 58. *sibi quisque caesi regis expetebat decus* (a Madv. §. 426. laud.) et Aen. XI, 790. *pulsae tropaeum virginis.* — **144**. *aggere moerorum.* Vid. supra ad v. 24. et XI, 382. — *sublimem tollit*, ut I, 259. *sublimem feres ad sidera.* Ribbeck. etiam huc invexit Adv. *sublimen.* Vid. ad Geo. I, 242. — **145**. *Capys* cett. „Ex opinione illa veterum nota, a Graecis s. Troianis conditoribus repeti urbium Italiae origines. De Capua a Capy condita cf. Liv. IV, 37.“ *Heyn.* Adde Ovid. Fast. IV, 45. Lucan. II, 393. et librum meum geogr. III. p. 737. Alii tamen Capyn Samnitem fuisse perhibent. (Cf. Liv. l. l.) Omnino Capuae et Campaniae nomen a veteribus vario modo derivari constat. Cf. Liv. l. l. Servius ad h. l. Klausen *Aeneas u. die Penaten* I. p. 550. et Conington ad h. l. — *hinc*, ab eo. Cf. adnott. ad Aen. I, 21. al. — *nomen ducitur.* Similiter I, 19. *progeniem ducere* et V, 568. VI, 834. *genus ducere.* Ribbeckio Proleg. p. 83. haec „satis frigida do Capuae nomine notitia interpolationis suspicionem movet.“ — **146** sqq. „Dum ita [utroque die] pugnabatur utrimque, Aeneas ex portu urbis Caere, unde auxilia adducebat, solvens mari redibat cum navibus inde ab VIII. extr.“ *Heyn.* Continent autem v. 146—162. digressionem de rebus, quae nocte inter primum et alterum certaminis diem intercidente evenerunt. Cf. infra v. 215 sqq. — *duri certamina belli*, ut ap. Lucr. I, 476. *saevi certamina belli.* Conington comparat Hom. Il. XIII, 271. *νεῖκος πολέμοιο* et Soph. Trach. 20. *ἀγὼν μάχης.* — *certamina conferre*, pro manus conserere in certamine, legitur etiam Lucr. IV, 841., ut *pugnam conserere* ap. Tac. Ann. I, 11. et Liv. XXXVII, 30. Cf. etiam Ruddim. II. p. 156. not. 5. ibique Stallbaum. — **147**. „Ordo rerum (quibus interponuntur v. 148—214.) constituitur v. 147, 219 sq., 256 sqq.“ *Wagn.* „*media nocte*, quae diem pugnae memoratae secuta est; nam noctem pugnae supervenisse, facile ex tota narratione intelligitur. [„Hunc alterum esse pugnae diem, superiorem libro IX. contineri, indicat etiam vocula *hodie*, qua Iupiter v. 107. utitur.“ *Wagn.*] - - - Adest Aeneas cum classe postero die orto et pugnam novam in escensu facit v. 260 sqq. — **148**. Verbo commemorat supra exposita VIII, 478 sqq. 603 sqq. et adiungit reliqua deinceps insecuta.“ *Heyn.* Wagn. memorat, sequentia duplici modo coniungi posse, aut, ut prior propositionis pars sit: *ut ab Euandro c. i. Etruscis* (est), et apodosis incipiat a verbis *Regem adit;* aut, ut continuetur protasis usque ad *inmiscetque preces;* hoc magis oratorium, illud, etsi durius, tamen magis poeticum esse. Priorem rationem secuti sunt Wakef. et Iahn., alteram ceteri recentiores editores omnes. — *ingredi* cum Dativo constructum (*castris* pro: in castra) raro et apud scriptores Vergilio antiquiores nusquam legitur, nam Cic. Rep. VI, 24, 26. *vestigiis ingressus patriis* falso huc traxeris. Recte autem cf. Arnob. V. p. 207. Harald. *ingredi moenibus.* Infra tamen v. 763. *campo* Ablat. videtur esse, non Dativus. — **150**. *Quidve petat* etc. Non mirum est, Servio teste iam veteres Grammaticos in hoc loco haesisse et potius *Quidque petat, quidque ipse ferat* scribendum censuisse, quibus adsentitur Iahnius (multa disputans contra Wagnerum, qui Qu. Verg. XXXVI, 5., ubi agit de Part. *ve* in interrogationibus usurpata, Codd., etiam Charisii p. 250., scripturam defendit); cum enim Aeneas narret, *quis sit, quid petat, quid ferat*, ea tantum Copula *que* coniungi, neque vero Particula *ve* disiungi potuisse. Quare Iahn. aut *quidque — quidque* edendum, aut locum sic distinguendum censet: *Quidve petat, quidve ipse ferat Mezentius, arma* etc., i. e. Aeneas primum memorat, quis ipse sit, tum

Quae sibi conciliet, violentaque pectora Turni
Edocet; humanis quae sit fiducia rebus,
Admonet inmiscetque preces: haud fit mora; Tarchon
Iungit opes foedusque ferit; tum libera fati
Classem conscendit iussis gens Lydia divom,
Externo commissa duci. Aeneia puppis
Prima tenet rostro Phrygios subiuncta leones;

---

edocet, quid Mezentius petatve feratve, et quas opes ille collegerit etc. Sed huic rationi cum totius loci conformatio, quae illud *petat* et *ferat* de Aenea intelligi iubeat, tum additum Pron. *ipse* videtur adversari. Quare potius Wagnero adscutior in edit. min. haec adnotanti: „Videtur poeta ita locutus interrogantis ratione habita; Tarchonti enim ex more quaerenti ex Aenea, quis vocetur, qui sit, quidve petat feratve, memorat ea Aeneas.“ Particulae autem *ve* (de cuius usu Vergiliano praeter Wagn. l. l. cf. etiam Freudenberg. Vindic. Verg. p. 9.) et *que* etiam supra v. 71. XI, 592. et alibi confunduntur. Recte igitur omnes recentiores editores Wagnerum secutos esse censeo. — *quid petat*, scil. auxilium. — *quid ferat*, quas opes habeat. Cf. II, 75. — „*Mezentius arma* [i. e. copias, exercitum] *Quae sibi conciliet*, Turni societate, VIII, 7 sq. 492 sq. VII, 647 sqq. — *violenta pectora Turni*. Cf. XI, 354. 376. XII, 9. 45. — **152.** *quae sit fiducia*, h. e. nullam esse: esse rerum humanarum varietatem et vicissitudinem summam: posse ideo fieri, ut Mezentius expulsus iterum in regnum remeet.“ *Heyn.* Rectius, puto, *Peerlk.*: „Se nunc aliena ope indigere: hoc idem accidere posse Tarchonti et Etruscis;“ simul docens, simili argumento uti Livium XXX, 30. De *fiducia* cum Dat. constructa cf. II, 75. *quae sit fiducia capto;* cum *rebus* autem IX, 278. (ibique adnott.) et XI, 335. etc. — *haud fit mora, Tarchon* cett. Vid. ad III, 207. Formam autem *Tarchon* cum Wagn. ex Medic. aliisque Codd. et Servio (qui haec adnotat: „Hoc nomen ubique Graece posuit excepto uno loco [VIII, 603.]“) restituimus pro vulg. *Tarcho*. Vid. ad VIII, 506. — *opes*, copias, milites, ut I, 571. VIII, 171. et al. — **154.** *foedus ferit*, ut etiam *foedus icere, percutere*, et ap. Graecos ὅρκια τέμνειν, pro: ferire porcum ad sanciendum foedus. Cf. Cic. pr. Balbo 15, 34. pr. dom. 50, 129. Iustin. XLII, 3, 4. Liv. I, 24, 8. IX, 5, 3. ibique Intpp. Ribbeck. Proleg. p. 84. docet, quae demum infra v. 238 sqq. legantur, ea proprie hic commemoranda fuisse, ideoque etiam hoc secundas curas exspectasse. — „*libera fati*, a vaticinii necessitate soluti Etrusci [*gens Lydia*: vid. ad VIII, 479.], quo ad persequendum bello Mezentium externum ducem adsciscere debuerant VIII, 495. Vaticiniis et responsis deorum *illigatur* vel *obligatur* is, qui aliquid ex deorum iussu facere debet; *liberatur*, cum res vel conditio locum habet.“ *Heyn.* Clarius etiam *Wagn.*: Ut *voti liber* is dicitur, qui solvit votum, sic *liber fati*, qui fecit, quod voluit fatum. Cf. VIII, 499 sqq.“ Dietsch. Th. Verg. p. 35. haec adnotat: „Liberati sunt Etrusci fato, i. e. ea conditione soluti, quam fatum iis imposuerat.“ De Adi. *liber* (ut Gr. ἐλεύθερος) cum Genit. constructo vid. Hor. A. P. 212. Lucan. IV, 384. VI, 301. VII, 818. Silius II, 441. Sen. Hippol. 490. Barth. Adverss. VI, 25. Gronov. Diatr. Stat. c. 2. Heins. et Drak. ad Silii l. l. — **155.** *iussa divom* non idem esse ac *fata* et vim huius Ablativi maxime ad seqq. verba *Externo commissa duci* pertinere docet Dietsch. l. l. p. 36. Cf. etiam adnott. ad Aen. VIII, 512. — **156** sqq. „Navis Aeneae [i. e. quam Caeretani ex suis navibus Aeneae dederant], quae primum locum tenet (cf. V, 338.), habet insigne s. parasemon in extrema prora montem Idam et sub monte, fortasse in antro, leones binos, matri Idaeae sacros. Sic v. 253. *binique ad frena leones*. Cf. Salmas. ad Solin. p. 403. *Puppis* omnino pro navi; alias puppis tutelam, non parasemon, haberet.“ *Heyn.* Vid. supra ad v. 80. — *externo duci*. Cf. VIII, 503. — De hiatu *duci Aeneia* vid. ad Ecl. II, 53. III, 6. VIII, 81. X, 13. sl. Ceterum cf. infra v. 494. *Aeneia hospitia* et VII, 1. *Aeneia nutrix*. — **157.** *Prima tenet*. Vid. V, 338. — *rostro subiuncta leones*. Cum parasemon plerumque supra rostrum sit, Heyn. verbum *sub-*

Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.
Hic magnus sedet Aeneas secumque volutat
Eventus belli varios, Pallasque sinistro
Adfixus lateri iam quaerit sidera, opacae
Noctis iter, iam quae passus terraque marique.

---

iuncta non urgendum, sed pro: appositos, additos, positum censet. Rectius certe Wagn. Idam modo parasemon, leones autem rostris ita subiunctos fuisse suspicatur, ut ipsum rostrum in leonum faciem abiret, (coll. Scheffer. de mil. nav. p. 126 sq. Didymo ap. Hesych. v. *Σαμιακὸς τρόπος*, ubi legimus: *τοὺς δὲ ἐμβόλους σεσήμανται, ὡς δοκεῖν ῥύγχεσιν ὑῶν ὁμοίως κατεσκευάσθαι*, et Serv. ad v. 166. „*Aerata tigri*: cuius rostrum erat in similitudinem tigridis") et coll. v. 252 sq. suspicatur, Idam et leones ostendere tutelam eius navis fuisse Cybelen. Nescio tamen, an Ladew. latius progressus locum rectissime sic intelligat, ut leones sint insigne s. *παράσημον* navis in prora conspicuum, Ida autem, hic pro matre Idaea s. Cybele ipsa posita, tutela in puppi constituta, quare, cum puppis altior sit, quam prora (quapropter hic legamus *subiuncta* et *Ida super*) navis praebeat imaginem currus Cybeles a leonibus verti. Ceterum eandem sententiam, Ida modo proprie intellecta, iam Ditzen. de locis quibusdam Verg. p. 21 sq. protulerat (de puppi excelsiore quam prora laudans Rueckerti librum *Das röm. Kriegsw.* p. 68.), in cuius tamen explicatione me offendit Ida mons pro tutela navis habitus. Conington tamen, contra Lerschium Ant. Verg. p. 126. disputans, qui etiam *super* de puppi intelligit, et banc Praepos. proprie usurpatam censens („*above the lions*"), de statua vel pictura Idae montis cogitat. Non igitur opus est Peerlkampii coniectura *rostrum Phrygio subiuncta leoni*. De ipsa constructione (*subiuncta leones*) vid. adnott. ad Ecl. I, 54. et Aen. I, 320. — **158**. *Ida - - profugis gratissima Teucris*, haud dubie adspectu gratissima; gaudebant Troiani hoc parasemon, vel potius hanc tutelam intuentes, quod ipsis caram patriam in memoriam revocaret. Peerlk., cui haec verba absona videntur, cum Heynio totum versum exsulare iubet. Ceterum *Heyn.* haec adnotat: „Unde porro haec navis cum insigni ex Troianis religionibus petito Aeneae apud Caeretanos statim parata fuit? Iam veterum Grammaticorum ea fuit dubitatio, quomodo intra unius diei spatium classis adornari potuerit. Dicendum, Caeretanos iam ante ad bellum instructos classem in promptu habuisse (cf. VIII, 494.), Aeneae autem navem festinanter ornasse. Poetam tamen minus cantum in his fuisse arbitror: ut et v. 205. in Ocni Mantuani navi Mincium pro insigni habente. [Peerlk. non inepte putat, selectam hanc navem fuisse ea ipsa de causa, quod forte hoc ipsum parasemum habuerit; idque vel ex religione Idaeae matris, vel ex capta olim nave Troiana, vel ex aliis causis repeti posse.] Sed haec dubitatio evanescit recordanti, binas naves suas (VIII, 79 sqq.) Aeneae se iunxisse ad Caeretanum portum." *Heyn.* Gossr. quoque eos falsos esse censet, qui navem a Tuscis Aeneae exstructam (quidni suppeditatam modo?) putent, et cum opus sit, ut una certe navis relicta fuerit, in qua Aeneas reverteretur, quod Vergilius VIII, 548. commemorare omiserit, cumque Aeneas VIII, 79. duabus adeo navibus ad Evandrum advectus sit, Troianam navem hic intelligendam putat; cui tamen opinioni totius loci conformatio, imprimisque verba illa *profugis gratissima Teucris* vix conciliari possunt. Verissime potius Ruhk. monet, numquam esse obliviscendum, nos in poeta, non in historico versari, illumque contentum esse, si imaginationi nostrae prudenter satisfecerit. — **159**. *Hic*, in puppi, iuxta navis tutelam (cf. Ovid. Trist. I, 10, 1. Heroid. XI, 112. Pers. VI, 30. etc.), *sedet Aeneas*, quia *ipse clavum regit* (v. 218.); gubernatoris autem locus est in puppi. — *secumque volutat Eventus belli.* Cf. VI, 157. *Caecosque volutat Eventus animo secum.* — **161**. *iam — iam.* Vid. ad IV, 157. — *quaerit sidera*, (i. e. nomina siderum, vel: quaerit de sideribus, ut *quaerere aliquid* pro quaerere de aliqua re etiam II, 105. VI, 868. al. legimus) *opacae noctis* (ut VIII, 658.) *iter*, quibus nocturnus per mare cursus regitur.

Pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete,
Quae manus interea Tuscis comitetur ab oris
Aenean armetque rates pelagoque vehatur.
Massicus aerata princeps secat aequora Tigri,
Sub quo mille manus iuvenum, qui moenia Clusi
Quique urbem liquere Cosas, quis tela sagittae
Gorytique leves humeris et letifer arcus.
Una torvus Abas; huic totum insignibus armis
Agmen et aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater

Sidera non sunt ὁδὸς, sed ὁδηγέται. Vid. Wagn. Qu. Verg. XXXIII, 3. *noctis iter*, i. e. iter per noctem, ut II, 359. *urbis* et IX, 391. *silvae iter*. Cf. de hoc appositionis genere adnott. ad Ecl. II, 3. et al. Alibi *noctis iter* aut est, quod ipsa Nox per caelum facit, aut quod homines noctis tempore faciunt, de qua re Peerlk. conferri iubet Intpp. ad Val. Fl. VII, 408. et Lucan. X, 333. — *quae passus*, scil. est. Vid. ad Ecl. I, 54. VIII, 24. Geo. II, 180. Aen. I, 237. al. — V. **163**. iam legimus VII, 641., ubi vid. adnott. Ceterum cf. etiam I, 8. VII, 37. IX, 77. et similes locos. Pro *movete* etiam hic Pal. et Gud. a m. pr. exhibent *monete*. — **166** sqq. „De copiis ex Etruria et de urbibus, unde adducuntur, omnino haec habe. Quatuor earum copiarum turmas edidit: primam Clusinorum et Cosanorum ducit *Massicus*. Infra v. 655. *Osinius* Clusinorum rex (s. Lar) inducitur, quem sub Massici imperio egisse necesse est. Cf. ibi Serv. Alteram ex Populonio et Ilva s. Aethalia insula ducit *Abas;* tertiam ex Pisa *Asilus;* quartam ex Caere et vicinis locis *Astur*. Accedunt auxilia e Liguribus v. 198. Classis omnino erat XXX navium v. 213. Copiae autem M sagittarii a Massico ducti, CM armati sub Abante, M alii sub Asyla et totidem sub Asture: ergo ter mille nongentorum capitum.“ *Heyn*. Conington adnotat, ut hic hominis nomen a monte repetatur, sic alibi vel ab urbe (IX, 412. X, 126. 545.), vel a fluvio (VII, 745. [cui loco adde I, 183. II, 340. VII, 535. IX, 35. etc.] repeti. — *princeps*, primus inter socios. — *aerata Tigri*, nave, quae aeneum rostrum et insigne tigridis habebat. Vide supra ad v. 157. Praeterea cf. V, 116 sqq. et infra v. 205 sq. et 209. — **167**. De *Clusio* s. Camerte, Porsenae sede, nunc *Chiusi* vocato, vid. Strab. V. p. 226. Polyb. II, 25. Liv. II, 19. V, 33, 1. X, 25, 11. Plin. III, 5, 8. alios et librum meum geogr. III, p. 599. sq., de *Cosis* autem s. Cosa (nam saepius Sing. numero dicitur) alio Etruriae oppido, cuius ruinae apud *Ansedoniam* nostrorum temporum inveniuntur, Strab. V. p. 225. Plin. III, 5, 8. Mela II, 4, 9. Rutil. I, 285. Tac. Ann. II, 39. Vellei. I, 14. alios et librum meum modo comm. III. p. 601 sq. Nuper etiam Itasius Lemniacus ad Rutil. l. l. (Berol. 1872.) p. 132 sqq. de ea disseruit. — Cum verbis *Qui - - liquere* cf. VIII, 728. — **169**. *Goryti*, pharetrae. Cf. Ovid. Trist. V, 7, 15. Sil. II, 106. VII, 443. (ubi vid. Drak.) XV, 773. Stat. Theb. IX, 729. (ubi vid. Barth.). Brevi penultima hac voce usus est Sidon. Apoll. XI, 56. Est Graec. γωρῦτός (Hom. Od. XXI, 54. et al.); quare Wagn. cum Med. et Gud. (qui scribit *gorythi*) pro vulg. *Coryti* scripsit *goryti;* quem nunc cum omnibus recentioribus editoribus secutus sum. — *letifer arcus*, ut IX, 631. *fatifer arcus*, ubi plures Codd. (etiam Pal. et Gud.) ex hoc loco *letifer* substituunt. — **170**. *torvus Abas*, qui infra v. 428. *pugnae nodus et mora* dicitur. Alius Albas iam I, 121. commemoratus est. „*insignibus armis*. Heyn. ad arma (i. e. clipeos, thoraces et galeas) ferrea spectari putat, quod Ilva hoc metallo olim clara fuerit. — **171**. *aurato Apolline*, tamquam tutela (vid. supra ad v. 157. et Drak. ad Silium XIV, 543.); de parasemo enim, ut in ceteris navibus hic commemoratis, cogitari non potest, cum, quod etiam Wagn. observat, praeter Tritonem aut simile numen marinum alius cuiusquam dei imago non facile navium parasemon fuerit. — **172**. *Populonia mater*, i. e. patria. Vid. VII, 762. De ipsa autem *Populonia* s. Populonio et Poplonio (*Ποπλωνίῳ*), Etruriae oppido, vid. Strab. V. p. 223. Plin. III, 5, 8. Mela

Expertos belli iuvenes; ast Ilva trecentos
Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.
Tertius, ille hominum divomque interpres Asilas,
Cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent
Et linguae volucrum et praesagi fulminis ignes,
Mille rapit densos acie atque horrentibus hastis.
Hos parere iubent Alpheae origine Pisae,

II, 4, 9. Liv. XXVIII, 45, 15. XXX, 39, 2. Rutil. I, 401. alios, librum meum geogr. III. p. 601 sq. et Itasium Lemniacum l. l. p. 164 sqq. — *Expertos belli.* Conington comparat Tac. Hist. IV, 76. *expertum belli* et Liv. XXIV, 22. *servitudinis indignitatisque expertos.* — **173.** De *Ilva* s. Aethalia, insula notissima, quae nunc *Elba* appellatur, cf. Strab. II. p. 123. et V. p. 223. et 225. Diod. V, 13. Plin. III, 6, 12. Mela II, 7, 19. Liv. XXX, 39, 2. alii et liber meus modo comm. III. p. 615. De historia et hodierno statu insulae egit etiam Itasius Lemniacus l. l. p. 156 sqq. — **174.** *inexhaustis*, quae exhauriri non possunt. Vid. VII, 17. *inaccessus* et adnott. ad III, 275. — *Chalybum.* Vid. ad Geo. I, 58. et Aen. VIII, 421. — Respexit hunc locum Rutil. Itin. 1, 351. *Chalybum memorabilis Ilva metallis.* Ceterum Servio teste Probus eum sic distinxit: *ast Ilva trecentos, Insula inexhaustis Ch. g. m.* Cf. Ribbeck. Proleg. p. 139. — **175.** *Asilas* ut vates hoc uno loco prodit, alibi (IX, 571. XI, 620. et XII, 550.) tantum fortissimus est dux militum. Quare Ribbeck. Proleg. p. 81. haec adnotat: „Nec *Asilam* qui IX, 571. commemoravit, alterius loci X, 175. meminit vel vice versa.“ Fortasse de duobus hominibus eiusdem nominis est cogitandum. — *hominum divomque interpres* secundum Heyn. est arbiter inter deos hominesque; sed praestat altera eaque simplicior interpretatio: qui deorum voluntatem hominibus interpretatur, vel, ut Wagn. explicat, „medius et internuntius inter deos atque homines.“ Cf. III, 359. IV, 356. atque Sen. Troad. 355., ubi vates simpliciter *deorum interpretes* et Cic. Phil. XIII, 5, 12., ubi augures Iovis *interpretes et internuntii* vocantur. Ceterum aptissime Asilae haec vaticinandi ars tribuitur, cum Etruriam iam antiquitus haruspicinae sedem fuisse constet. Quatuor autem praecipua vaticinationis genera commemorantur, extispicium, auspicium, sideralis et fulguralis scientia, de quibus vid. librum meum *Hellas u. Rom* I, 2. p. 194 sqq. Cf. simillimus locus Stat. Theb. VIII, 177 sqq. — „*Cui pecudum fibrae* [quas maxime ab haruspicibus observatas esse constat: cf. Gossr. ad h. l. Mueller. de Etruscis T. II. p. 182. et liber meus modo comm. p. 194. extr.] *parent*: quatenus eos, tamquam pro arbitrio interpretatur in bonam vel in sinistram partem. Sic apud poetas *regere* et *moderari* dicimur ea, quorum scientiam habemus, ut sidera is, qui eorum nomina et cursum tenet. Ita *futura parere* dicuntur iis, qui ea praedicunt, quasi vim in ea habeant: iidem *futura moderari, regere.* Eo enim omnino inclinat hominum opinio, ut, qui praedicunt futura, eos etiam constituere posse futura putent. - - - Comparat Burm. Petron. 134. *Quidquid in orbe vides, paret mihi.* Sed ibi venefica loquitur: hanc autem sibi potestatem in omnium rerum naturam tribuere, nota res est.“ *Heyn.* Aptius Wagn. mentionem facit loci Sueton. Octav. c. 95. *immolanti omnium victimarum iocinora replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt*, et *parent* explicat per apparent, „videlicet ita, ut voluntas deorum ex istis appareat Asilae,“ in quo cum eo consentit Ladew. Ceterum totus v. 176. repetitur in Anth. Lat. I, 178, 152. et ultima eius verba *caeli cui sidera parent* ibid. I, 172, 55. — **177.** De fulminibus in *πυρομαντίᾳ* fatalibus Thiel. conferri iubet Sen. Nat. Qu. II, 50. Plin. II, 53. et Stat. Theb. X, 621. — **178.** *rapit*, celeriter secum ducit. Vid. VII, 725. — *densos acie*, milites gravis armaturae, qui densis pugnant ordinibus. Wagn. comparat Aesch. Pers. 20. *πολέμου στῖφος παρέχοντες.* — *horrentibus hastis.* Vid. ad Geo. I, 151. — Cum v. **179.** cf. Stat. Theb. IV, 178. — Ordo verborum hic est: Pisae urbs, Alpheae ab origine, Etrusca solo, iubent nos parere. „*Pisae* s. Pisa, ab iis condita,

Urbs Etrusca solo. Sequitur pulcherrimus Astyr,
Astyr equo fidens et versicoloribus armis.
Ter centum adiciunt, — mens omnibus una sequendi, —
Qui Caerete domo, qui sunt Minionis in arvis,

---

qui Pisa Elidis [ad Alpheum sita] profecti erant [cf. Strab. V. p. 222. et Iustin. XX, 1.], unde *Alpheae ab origine*, pro: ab origine Alphea s. Eliaca; at *solo*, sede ac situ, urbe Etrusca." *Heyn.* Aliquot Codd. cum ipso Med. et Priscian. p. 587. P. *Alphea ab origine*, quod non erat cur Heinsius revocaret; cum apertum sit, et hic elisionem fraudi fuisse librariis. Diphthongi autem *ae* ante brevem vocalem elisae Wagn. haec exempla collegit: I, 650. VII, 796. X, 360. 691. XI, 618. XII, 227.; longam *a* contra semel tantum elidi a Vergilio memorat XI, 862,, ubi *aciem* duabus syllabis pronuntiandum sit *acjem*. Praeterea etiam Iahn. verissime observat: ut vocc. *ab origine* et *solo*, sic etiam *Alpheae Pisae* et *urbs Etrusca* sibi opponi; ita ut de veritate vulg. lectionis neutiquam sit dubitandum. Nihilominus Haupt. et Ribbeck. receperunt Lachmanni (ad Lucr. p. 160.) coniecturam *Alpheae origine*, cui vide quae Wagn. opponit in Philol. Suppl. I. p. 356. Ceteri recentiores editores nobiscum faciunt, Praepositionem servantes. Ceterum cf. adnott. ad I, 642. De ipsa Pisa, thermis suis celeberrima, quam etiamnum eodem nomine dici constat, vid. Strab. V. p. 222. Polyb. II, 16. III, 41. 56. Plin. III, 5, 8. Mela II, 4, 9. Liv. XXI, 39, 3. Rutil. I, 560. alios, et de Pelasgis, antiquissimis eius incolis, Dionys. Hal. I, 20., omnino autem liber meus geogr. III. p. 569 sq., qui etiam de *Alpheo* conferendus ibid. p. 872 sq. — *solo*, si situs respicitur. Conington conferri iubet Paul. in Digest. XIII, 7, 21. *ius soli sequitur aedificium.* Memor huius loci Rutil. Itin. I, 565. scripsit *Alpheae veterem contemplor originis urbem.* Ceterum de Pisa cf. etiam Itasius Lemniacus ad Rutil. l. l. p. 108. sqq., ut de portu Pisano p. 176 sqq. — **180.** *Astyr.* Sic nunc cum Wagn. in edit. min., Hauptio, Ladew., Coningt. et Benoisto scripsimus, Cod. Med. et Diomedem p. 440. (itemque Rom., Bern. II., et a m. sec. Gud. certe v. 181.) secuti. Bryce et Ribbeck. retinuerunt vulgarem scripturam *Astur*, quam sane Pal. et Bern. III., Macrob. V, 15, 9. p. 441. Ian., Beda de trop. p. 376. C. Claud. Sacerd. I. p. 137. et Servius tuentur, dum Charisii p. 250. P. et Donati (Artis III, 5, 2.) Codd. *Astor* exhibent. De iteratione nominis cf. adnott. ad Ecl. VI, 20. — **181.** *versicoloribus armis*, e diversis metallis confectis, ut Iliad. III, 327. *ποικίλα τεύχεα* et VI, 501. *κλυτὰ τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.* De armis enim *pictis* (vid. ad VIII, 588.) hic non cogitandum. — **182.** Trecentos modo comites adiiciunt, sed *mens* (ardor) *sequendi* (ad bellum eundi) omnibus una est iis, qui etc. — *Ter centum* cett. Heyn. ad quaestionem, cur tam pauci ex tam opulenta Caere venerint, respondet, mille homines inde iam abduxisse Mezentium VII, 652 sq. Ceterum Burm. *tercentum* perperam cum Servio pro Nominativo habet, ad voc. *adiiciunt* supplens Pronomen *se;* cum pateat, verba sic esse coniungenda: *Qui Caerete domo sunt* cett., *adiiciunt ter centum* viros. — *mens omnibus una sequendi*, omnes eodem studio ardent proficiscendi ad bellum. Vid. ad VIII, 400. *mens una*, ut Geo. IV, 213. *mens omnibus una* et ap. Hom. Il. XIII, 487. *ἕνα φρεσὶ θυμὸν ἔχοντες.* — **183.** *Qui Caerete domo*, i. e. qui domo, patria, sunt Caeretani; quemadmodum VIII, 114. *Qui genus? unde domo?* et supra v. 141. *Maeonia generose domo.* Vid. adnott. ad IV, 36. coll. cum iis, quae ad VIII, 597. adscripsimus. Wagn. comparat Herod. V, 92. *Ἠετίων δήμου ἐκ Πέτρης*, IX, 73. *Σωφράνης ἐκ δήμου Δεκελεῆθεν* et Orell. Inscr. 3708. *Flaminius domo Catina.* De *Caere* autem s. Agylla vid. ad VII, 652. et VIII, 600. Servius haec adnotat: „Nec videatur contrarium, quod ait (VII, 652.) *Ducit Agyllina nequidquam ex urbe secutos*: quasi et Turno et Aeneae praestet auxilium. Nam illi Lausum fugientem secuti erant, hi vero communi odio et consilio totius civitatis in Mezentium arma commoverunt." — *Minio*, parvus Etruriae fluvius, nunc *Mignone* appellatus, (diversus a Caeritis amne VIII, 597. commemorato), de quo vid. Melam. II, 4, 9. Ru-

Et Pyrgi veteres intempestaeque Graviscae.
Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello,
Transierim, Cinyre, et paucis comitate Cupavo,
Cuius olorinae surgunt de vertice pinnae —
Crimen amor vestrum, — formaeque insigne paternae.

---

tilium I. 279. et librum meum geogr. III. p. 520. — **184.** *Pyrgi* (*Πύργοι*) fanum Lucinae et portum habebat, quo Caeretani tamquam suo utebantur. Cf. Strab. V. p. 226. Diod. XV, 14. Liv. XXXVI, 3, 8. Mela l. l. Rutil. I, 223. alii. Eius reliquiae inveniuntur apud portum *St. Severo.* Cf. liber meus modo comm. III, p. 606. et Itasius Lemniacus l. l. p. 117 sq. — De *Graviscis* s. Gravisca vid. Plin. III, 5, 8. Mela l. l. Silius VIII, 475. Rutil. I, 281. Vellei. I, 15. Liv. XL, 29, 1. XLI, 16, 6. alios et librum meum modo comm. III. p. 605. Videtur hoc Etruriae oppidum paullulum supra ostium Minionis situm fuisse. Cf. Abeken *Mittelitalien* p. 36. — „*intempestae Graviscae* aëris temperie, cum in humili ac palustri loco essent sitae.“ *Heyn.* Quare Serv. *intempestae* interpretatur per *pestilentes.* De tristi huius regionis litoralis statu, qualis nunc apparet, cf. etiam Itasius Lemniacus ad Rutil. l. l. p. 128. — **185.** sqq. Sequitur locus difficillimus fere totius Aeneidis, in quo etiamnum vitii aliquid reconditioris residere arbitror. *Heyn.* inter alia haec adnotat: „Obscurior locus seu ex interpolatione, quod equidem suspicor, ut totus v. 188. tollendus sit, quo facto sententia bene procedit, (ut sit: non ego te, o Cupavo, comitate a Cinyra et paucis, transierim, olorinas pennas in crista qui gerebas); seu propter obscuriorem fabulam a poeta aliter quam ab aliis tractatam; factum enim videtur, ut ex Oriente fabulam de Phaëthonte, Cinyra et Cubabo (vid. Apollod. III, 14, 3. not.) in Liguriam traduxerint homines; etsi Ligurum diversus plane est Cycnus et Phaëthon. Si Phanoclis elegi, *Ἔρωτες,* superessent (cf. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. X, 83. et Ruhnk. Epist. crit. p. 299.), melius forsan de fabula constaret; nam ex illo ductam eam esse a Lactantio proditum in Narr. fabb. II, 4.; eandem fabulam Ovid. Met. II, 357 [367.] sqq. repetiit. [Cf. etiam Hygin. f. 154. et Voss. *Mythol. Br.* II. p. 50.] - - Ut nunc locus se habet, ut aliquo saltem modo expediatur illud: *Crimen amor vestrum,* statuere necesse est, Cinyram et Cupavonem turpi se amore prosecutos esse [quod etiam Conington et Benoist. sumunt, sed vid. infra].“ Simul Vir doct. locum aut sic distinguendum censet: *Non ego te Transierim, Cinyra* (Vocat.); *et* (pro *nec*) *te, paucis comitate Cupavo, Cuius* cett., aut: *Cinyra* (Ablat.) *et paucis comitate Cupavo,* ut Cupavo Cinyram et paucos comites habuerit. Equidem prius alteram rationem, quam et Pron. *te* semel positum et verba *Cuius olorinae* etc. ad solum Cupavonem relata et Servii silentium de Cinyra commendent, cum Iahnio praetuli, ut unus modo Cupavo primas partes agat, ideoque Comma apud Wagn., Thielium, Peerlk., Süpfl. et Bryceum post Cinyra apparens sustuli. Nunc vero cum Hauptio, Ribbeckio, Wagn. in recentiss. edit. (qui etiam cf. in Philol. Suppl. I. p. 356.) et Benoisto praefero scripturam *Cinyre, et paucis,* cum fragm. Ver., Bern. II. a m. pr. et Bern. III. a m. sec. *Cinire,* Gud. et Bern. III. a m. pr. *cinere,* Med. *Cinyrae* exhibeant, Lachmann. ad Lucr. p. 272. *Cinyra et* vitiosam synaloepham iudicet et homo ap. Macrob. V, 15, 4. et 9. (p. 440 sq. Ian.) *Cinirus* appelletur. (Quare etiam Conington lectionem *Cinyre* fortasse praestare censet.) Minimo vero de turpi amore inter Cinyram aut Cinyrum et Cupavonem cogitandum, sed — si vera est lectio, et Vergilius vere duos homines nominavit, ut sane etiam Macrob. l. l. censet, de qua tamen re, quamquam v. 188. legimus *crimen vestrum,* etiamnum dubitandum, cum Copula *et* non in omnibus Codd. inveniri videatur, in nomine Cinyrae scribendo Codd. mirum quantum fluctuent, et poeta v. 185. unum modo *Ligurum ductorem* alloquatur, v. 194. autem iterum unum modo *filium* commemoret, ut non absonum sit de uno modo homine cogitare et suspicari in corrupta voc. *Cinyra* vel *Cinyre* latere aut cognomen Cupavonis (quod Ladew. censet in Append. p. 264.), aut nomen oppidi, unde *pauci* viri Cupa-

Namque ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati,
Populeas inter frondes umbramque sororum

---

vonem *comitati* sint — Cinyram (vel potius Cinyrum) (qui sane alibi nusquam apparet) et Cupavonem fratres esse putaverim, Cycni patris tristi sorte notos; quamquam non nego, vel sic verba illa *Cinyra* (aut Cinyre) *et paucis comitate* maxime offendere, ut iis potissimum medicina quaerenda videatur. Peerlkampii tamen coniecturam satis audacem *Cinyra, aequales comitate catervas* probare non possum, neque magis placet Hertzbergii *cydaris et paucis*, ut hic commemoretur navium illud genus a Diod. V, 39. et Gellio X, 25. fin. commemoratum, aut Ladewigii (qui in Philol. VII. p. 477 sqq. fusius de h. l. etiam contra me disputat) *miser et* (cui lectioni Grammaticus aliquis superscripserit Graecam translationem *κινυρέ*, unde alii fecerint hunc Cinyrum), quam coniecturam satis spinosam etiam Wagn. l. l. iure impugnat. Quod autem attinet ad v. 188., ab Heyn in suspicionem adductum, Rubk., Iahn. (in priore edit.), Thiel. et Ribbeck. (qui etiam cf. in Proleg. p. 130.) verba sic distinguentes: *Crimen, Amor, vestrum*, paulo impeditiorem amplectuntur Sprengelii explicationem (propositam in libro: *Neue Kritik der klass. Roem. Dichter* p. 139 sqq.): Cupavo in vertice pennas habet, quae pennae vobis, Amor, crimini et insigne paternae formae sunt; ut unum quidem Amorem poeta appellet, matrem tamen Venerem simul intelligat; de quo dicendi usu vid. adnott. ad I, 140. et IX, 525. Non magis probabilem dixerim J. F. Wagneri (de locis quibusd. ap. Verg. etc. p. 7 sq.) explicationem, qui *crimen* hic id significare putat, quo aliquid ab aliis rebus discernatur (*das Unterscheidungsmerkmal*), ut haec sit sententia: nota, qua a reliquis discernimini, amor vester est. Simplicior autem et probabilior mihi videtur Wagneri ratio, qui verba *Crimen amor vestrum* (quae repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 403.) parenthetice interiecta censet, et coll. loco XII, 600. ita interpretatur, ut *crimen* significet causam mali: „amor, quo Phaëthontem amicum suum Cycnus amplexus fuerat, opprobrio vobis est, o pennae olorinae; is enim amor causa fuit Cycni in olorem conversi.“ Sic si locum capiamus, apparere censet Vir doct., minime desiderari posse versum 188. [iam ab Ouwensio defensum in Noctt. Hagan. III, 27. p. 631.], qui causam contineat, cur poeta narrationem de Cycno in avem mutato carmini intexuerit et cur pennas olorinas in galea Cupavo gesserit. Nihilominus fateor, vel sic verba *Crimen amor vestrum* mihi nondum satis defensa, sed futuro emendatori relinquenda videri. Non tamen Ladewigio possum adsentiri, qui verba *Crimen amor vestrum* adiecta censet ad versum imperfectum explendum, quem Verg. sic reliquerit: *Formae insigne paternae;* nullum enim adferri poterit exemplum, ubi versus imperfectus verbis primis adiectis et simul Codd. lectione mutata (*formaeque* pro *Formae*) expletus sit. Cautius Coningtou putat, aut res nobis ignotas hic respici, aut quae tales fuerint, ut poeta non nisi obscure et ambigue de iis loqui vellet. (Sed hoc quoque parum est probabile; Cycnum enim a Phaëthonte non turpiter amatum esse, ex Ovidii l. l. apparet; quis autem opinari potest, poetam sine ulla necessitate tecte significare voluisse, Cinyrum et Cupavonem, homines ab ipso fictos, eiusmodi amoris vinculo coniunctos fuisse?) At vero etiam quae hactenus prolatae sunt coniecturae, minus satisfaciunt. Wakef. parum probabiliter coni. *carmen amor vestrum*, Iahn. *Crimen amore datum*, et Peerlk. satis audacter - - *pennae, Crinibus ornamentum et formae insigne paternae.* Quam praeterea Wagn. proposuit coniecturam, *fortunae insigne paternae*, cum haec verba illis *olorinae pennae* per talem epexegesin addantur, quae Copulam non admittat, *fortuna* autem et *forma* haud raro permutata sint (coll. Drak. ad Liv. XLI, 20. et Oudend. ad Apulei. Met. p. 7.), ea, etsi satis ingeniosa, minus tamen necessaria videtur. Copula *que* enim hic habet vim explicativam: de vertice surgunt pennae olorinae et (quidem tamquam) insigne paternae formae. Cf. adnott. ad II, 722. IX, 110. et al. — **V. 190.** spectat ad Phaëthontis sorores, s. Heliades, in populos nigras electrum exsudantes mutatas, qua de re vid. adnott. ad Ecl. VI, 62. — *umbram sororum*, i. e. umbram

Dum canit et maestum Musa solatur amorem,
Canentem molli pluma duxisse senectam
Linquentem terras et sidera voce sequentem.
Filius aequalis comitatus classe catervas
Ingentem remis Centaurum promovet: ille

arborum, in quas mutatae sunt sorores. Ovid. Met. II, 372. inde fecit *silvam sororibus auctam.* Videtur hunc locum respexisse Seneca Herc. Oet. 187. *Ubi moesta sonat Phaëthontiadum silva sororum.* Gentius p. 53. praeter ullam necessitatem proponit coniecturam *sonoram.* — **191.** *solatur amorem.* Vid. ad I, 238. — *Musa*, cantu. Cf. adnott. ad Ecl. I, 2. et Geo. IV, 464. *Ipse Cava solans aegrum testudine amorem.* De fabuloso cycnorum cantu vid. ad Ecl. VIII, 55. et IX, 29. — **192.** „Ferunt eum *duxisse*, h. e. induxisse, *senectam canentem molli pluma*, ita ut senectam pluma induxerit, ex poetica ratione, cum ipsi seni pluma induceretur; *canentem - - linquentem - - sequentem:* h. e. ferunt eum, iam senem et canum, inductum plumis evolasse. Minus enim placet, ut sit simpliciter: *duxisse*, egisse, eum *senectam, canentem pluma*, sic ut haberet plumas pro canis, h. e. in cygnum mutatus. Ex h. l. ductum illud Nemes. Cyneg. 37. *Cygnum plumamque senilem,* et Claud. VI. Cons. Hon. 171. *Mutatumque senem plumis.*“ *Heyn.* Aliter *Burm.*, qui haec adnotat: „*Canentem* moesto amori iungit apte, quia prae moerore et cura saepe canities contrahitur, ut ex Theocr. Id. XII, 2. observat Dorvill. cett.“ Simplicius autem et verius Wagn.: „Quia senes albo sunt sive cano capillo, is ipse color vocabulo senectae denotatur.“ *Ducere* autem verbum proprium est de personis vel rebus, quae mutatae novam formam, novum colorem etc. induunt. Cf. Ovid. Met. I, 402. *formam*, ibid. III, 485. ut ap. Verg. Ecl. IX, 49. *colorem*, Quinct. I, 2, 18. *situm*, Hor. Od. IV, 2, 59. *notam ducere* et similia. Ceterum Ovid. Met. II, 372. haec verba sic imitatur: *canaeque capillos Dissimulant plumae.* Peerlk., cum unus Iaeckii liber *plumam*, duo autem Codd. *senecta* exhibeant, coni. *Candenti mollis plumas duxisse senecta.* — **193.** Quod attinet ad Part. *Linquentem - - sequentem*, ea pro Infin. et *liquisse - - secutum esse* videntur posita (vid. adnott. ad IX, 488. et al.); quod tamen negant Ladew. in Philol. VII. p. 481. et Ditzen. l. l. p. 9. Hic autem si explicat: „pluma primo induitur, tum linquit terras, deinque sidera sequitur, non video, in quo eius sententia a nostra differat. Rectius haud dubie Ladew.: „*Dadurch, dass Verg. statt des Inf. die Partt. gebraucht, wird dem Zweifel vorgebeugt, in welchen Vogel Cycnus verwandelt wurde, denn nun dient v. 193. zur Bezeichnung der Eigenschaft des Vogels, — also in einen Schwan.*“ Ceterum cum verbis *sidera voce sequentem* cf. I, 406. et IX, 17. (ubi *voce sequi*) et XII, 892. (ubi *astra sequi* legimus). Respexit hunc locum Ambros. de fide resurr. II, 129. (a Wold. Ribbeckio laud.): *dum putant modulis se mulcendo flebilibus albentem molli pluma mutare canitiem.* — **194.** *aequales comitatus catervas* Wagn., comparans v. 185., interpretatur: „Cupavo cum suis comitabatur catervas aequales, i. e. catervas Ligurum, ipse Ligur.“ Heyn. de aequato numero cogitat, coll. v. 182., ut sit i. q. alios trecentos; quod non magis probari potest, quam Servii explicatio: catervas aequaliter per naves distributas, aut ipsi duci virtute pares. Rectius Donatus: aequales aut aetate (ut etiam Peerlk., Ladew., Conington et Benoist. interpretantur), aut armorum cultu. Peerlk. comparat Val. Fl. VI, 497., ubi *aequalis caterva* eodem sensu dicitur, Conington autem Geo. IV, 460. *chorus aequalis Dryadum.* — **195.** *Centaurum*, navem, quae a Centauri parasemo nomen habet. Vid. V, 122. et 155. coll. cum Prop. V. (IV,) 6, 49. *Quodque vehunt prorae Centaurica saxa minantes.* — *saxumque undis inmane minatur Arduus.* Centaurus ita sculptus erat, ut saxum utraque manu alte sublatum proiecturus in fluctus videretur. Sic Heyn., Wagn. et Ladew. rectissime, puto, locum intelligunt, et Ladew. quidem confert similem locum Silii V, 135. de galea: *Scylla super fracti contorquens pondera remi Instabat saevosque canum pandebat hiatus.*

Instat aquae saxumque undis inmane minatur
Arduus et longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicae Mantus et Tusci filius amnis,
Qui muros matrisque dedit tibi, Mantua, nomen,
Mantua, dives avis; sed non genus omnibus unum:
Gens illi triplex, populi sub gente quaterni;
Ipsa caput populis, Tusco de sanguine vires.

Plane aliam, sed nimis artificiosam explicationem (cui tamen adsentitur Bryce) proposuit *Peerlk.*, qui haec adnotat: „Puppi praefixa erat effigies Centauri. Ille Centaurus instat et imminet aquae, post se trahit ingentem navigii molem, quae tanta est, ut saxum, mons, undis innare videatur, Centaurus *minatur saxum*, minantem saxi imaginem refert. Navis est *saxum*, ut alibi [Aen. VIII, 691.] *credas revulsas Cycladibus aut montes concurrere montibus altos.*" — *Arduus.* Vid. ad VIII, 299. Sequentia verba paululum mutata iam legimus V, 158. — **198** sqq. „Tandem *Mantuani* accedunt Etruscis, quippe auctoribus civitatum XII transpadanarum ideoque etiam Mantuae. *Ocnus* dux, *Mantus* nymphae (nam de Manto, Tiresiae filia, cogitasse non videtur) et Tiberis fluvii filius, diversus ab eo Ocno, quem poetae in inferis collocarunt, condidit et a matre appellavit Mantuam." *Heyn.* Cf. Silius VIII, 690. *quondam comes in Laurentia bella Ocni prisca domus.* Ceterum hic *Ocnus* idem habetur cum *Bianore* Ecl. IX, 60. commemorato, ubi vid. adnott. *Mantus* Nymphae alibi non fit mentio, quare Klopfer. in Lex. myth. II. p. 185. (Servium ad h. l. secutus) hanc Manto eandem habet cum Tiresiae illa filia fatidica, de qua vid. Apollod III, 7, 3. Hygin. f. 128. Ovid. Met. VI, 157. Mela I, 17, 2. alii. Idem tamen Servius aliam etiam commemorat etymologiam nominis Mantuae a Manto, Etruscorum Dite s. Plutone, quam sequitur Mueller. *Etrusker.* II. p. 61. Ceterum cum verbis *Ille - - Ocnus* cf. V, 609 sq. et adnott. ad Geo. IV, 457. Aen. V, 262. 521. al. — **201**. De iterato *Mantuae* nomine cf. adnott. ad Ecl. VI, 20. — *dives avis*, i. e. quae multos avos claros et potentes habet, ideoque quae iam avorum tempore potens erat et nobilis. Sic supra VII, 56. *Turnus avis atavisque potens*, ap. Silium VIII, 523. *Campania dives arorum* et ap. Stat. Theb. I, 392. *Adrastus dives avis.* Idem ap. Silium VIII, 382. et XVI, 593. est *avis pollens.* Heins. temere coni. *dives agri.* Cf. Burm. et Wakef. ad Lucr. IV, 1246. — *omnibus*, non avis, sed Mantuanis atque iis, quorum caput erat Mantua; quod ex urbis nomine supplendum. Heyn. *omnibus* minus recte ad *agmen* refert v. 198. commemoratum. Locum cum Wagn. et Iahnio ita capio: Mantuani ex tribus gentibus, Graecis, Etruscis (vid. v. 203.) et Umbris, mixti erant, ita tamen, ut quaeque harum gentium quatuor populos, i. e. civitates (cf. Gron. ad Liv. V, 34. Kritz. ad Sall. Cat. 10, 1. et Weissenborn in Comment. de notionibus, quae Livius voc. *populi* subiecerit. Isenaci 1830., ab Iahnio laud., cum iis, quae ad VI, 706. adnotavimus) comprehenderet, ut igitur omnino quatuor civitates Graecae totidemque Etruscae et Umbricae essent; quae nimia patriae suae celebratio poetae facile condonanda. Cf. Mueller *Die Etrusker.* Vol. I. p. 137 sq. Niebuhr. autem *Roem. Gesch.* Vol. I. p. 328. not. 757. per *gentes* significari tribus, per *populos* δήμους statuit atque etiam Peerlk. observavit, totam rem optime illustrari posse ex reliquiis historiae Etruscae et Doriensis imperii forma, imprimis, quod ad *tres tribus* attineat, ex forma imperii Corinthii aliarumque civitatium. Wyttenb. minus apte comparat Gallo-Graecos in duodecim Tetrarchias distributos. — **203**. *Ipsa caput populis* (ut VIII, 65. *celsis caput urbibus*), potentissima erat inter illas XII civitates et ceteris imperabat; fortasse etiam continebat templum omnibus illis populis commune. Ottfr. quidem Mueller. l. l. duodecim civitatibus Mantuam tertiam decimam praefuisse existimat, sed recte de eo dubitare videtur Wagn., cum ipsos Mantuanos Etrusci generis fuisse etiam Plin. III, 19,

Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,
Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius infesta ducebat in aequora pinu.
It gravis Aulestes centenaque arbore fluctum
Verberat adsurgens; spumant vada marmore verso.
Hunc vehit inmanis Triton et caerula concha
Exterrens freta, cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem praefert, in pristim desinit alvus;
Spumea semifero sub pectore murmurat unda.

---

23. §. 130. testetur. — Huc etiam faciunt verba *Tusco de sanguine vires*, i. e. quamquam Mantuani ex tribus illis gentibus constabant, ex Etruscis tamen urbs plurimum roboris traxit. Quod autem attinet ad constructionem, cf. I, 17. *regnum gentibus esse;* Val. Fl. I, 587. *tunc Aeolus illis Rector erat;* Liv. XXIII, 10, 3. *Brevi caput Italiae omni Capuam fore;* Lucan. II, 388. *Urbi pater est urbique maritus* etc.; in quibus omnibus locis Dativum (pro quo sane etiam Genitivus poni poterat) non a Substantivo, sed a Verbo (plerumque *esse*) sive addito sive intelligendo pendere satis constat. Cf. Gronov. ad Liv. 1. I. Ruhnk. ad Ter. Andr. II, 6, 27. et Rutil. Lup. p. 38. Bentl. ad Ter. Andr. III, 3, 17. Wunderl. et Bach. ad Tibull. IV, 1, 115. Goerenz. ad Cic. Fin. II, 9, 27. Kritz. ad Sall. Cat. 19, 1. Ruddim. II. p. 88. alii. — **204.** *in se Mezentius armat*, ad bellum provocat superbia sua et crudelitate, i. e. odium tyranni effecit, ut populi contra eum arma caperent. — **205** sq. Navis, qua vehitur Ocnus, insigne habet in prora Mincium flumen. (Vid. supra ad v. 157.) Is Geo. III, 15. *teneras praetexit arundine ripas.* De Mincio vid. adnott. ad Ecl. VII, 13. — *arundine glauca*, ut VI, 416. *glauca in ulva.* Ceterum cf. adnott. ad VIII, 33. — „*patre Benaco:* ducit enim ortum Mincius (*Menzo*) ex Benaco lacu (*Lago di Garda*), aut potius ex Alpibus ortus medium eum transit. Cf. ad Geo. II, 159 sq.“ *Heyn.* Vid. etiam ad Ecl. VII, 13. — **206.** *infesta*, quia erat navis bellica. — *pinu.* Vid. ad Ecl. IV, 38. — **207.** *Aulestes.* Sic Heins. hic et XII, 290. ex Med. et aliis bonis libris. Vulgo cum Palat. et paucis aliis *Auletes.* Occiditur hic vir Tyrrhenus infra XII, 290. — „*gravis* propter navem mole sua gravem, in navi C remorum: νηῦς ἑκατόνζυγος, Il. XX, 247.“ *Heyn.* Vid. adnott. ad V, 437. Etiam Donatus epitheton a navis ponderosae amplitudine ad ipsum eius ducem translatum censet; Serv. autem praeter hanc etiam duas alias profert explicationes, ut *gravis* sit i. q. fortis, ut XII, 458. *Ferit ense gravem Tymbreus Osirim*, aut ad animum et aetatem referatur. — *centena arbore*, centum remis. Silius XI, 492. dixit *centeno fractus spumabat verbere pontus* et Prop. V, (IV,) 6, 47. *classis centenis navigat alis.* De usu numerorum distributivorum pro cardinalibus vid. ad Ecl. VIII, 73. et al.; et hic imprimis cf. V, 120. *Terno consurgunt ordine remi.* — *fluctum*, mare. Vid. III, 270. — **208.** *adsurgens.* Cf. adnott. ad III, 207. — *marmore verso.* Vid. ad Geo. I, 254. et Aen. V, 141. VI, 729.; *verso* autem rectius a *verrendi*, quam a *vertendi* verbo deduxeris. Cf. adnott. ad III, 668. — **209.** Huius navis parasemon erat Triton buccinam inflans. — *concha*, qua utitur pro buccina. Vid. ad VI, 171. Ceterum Tritonem descriptum vide ap. Ovid. Met. I, 334 sqq. et Apoll. Rh. IV, 1610 sqq. (iam a Cerda laud.). — **210.** „*frons laterum tenus* pro: ipse a fronte usque ad latera, seu medium corpus.“ *Heyn.* Sic etiam Geo. III, 53. Lucr. I, 939. Cic. Arat. 83. Quinctil. Decl. XXII, 2. cett. *tenus* cum Genit. construitur. Cf. Ruddim. II. p. 323. — **211.** *praefert*, monstrat, ut ap. Curtium VI, 9. in. *dolorem animi vultu praeferre.* Cf. etiam Cic. p. Rosc. Am. 31, 87. ad Div. X, 8. Ovid. Her. XVII, 36. Liv. III, 12. XXVII, 34. etc. — *in pristim.* Vid. ad III, 427. locum nostro similem. — **212.** „Suavissimae modulationis versus ex Apollonio ductus est I, 542 sq.“ *Heyn.* — *Spumea;* unda enim remis vehementer pulsa spumat. —

Tot lecti proceres ter denis navibus ibant
Subsidio Troiae et campos salis aere secabant.
Iamque dies caelo concesserat almaque curru
Noctivago Phoebe medium pulsabat Olympum:
Aeneas — neque enim membris dat cura quietem —
Ipse sedens clavumque regit velisque ministrat.

---

semifero sub pectore, ut VIII, 267. de Caco *Pectora semiferi.* — **213**. *ter denis.* Cf. I, 381. *Bis denis navibus* et adnott. ad I, 71. — *navibus ibant.* Cf. IX, 269. *equo - - ibat* ibique adnott. — **214**. *Troiae*, scil. novae. Vid. ad IX, 13. — *campos salis aere secabant.* Vid. ad I, 35. De *campis* maris vid. ad VI, 724. (et Geo. III, 198.) Sic VIII, 695. *arva Neptunia.* — **215** sqq. „Aeneas navigatione *secunda* appropinquans Troianorum castris o Nymphis, in quas mutatae fuerant naves (IX, 120 sq.), comperit, castra a Turno oppugnari, ideoque se ad pugnam accingit.“ *Heyn.* Redit autem nunc poeta ad ea, quae v. 146. narrare inceperat, et hic habemus alteram digressionem a rebus die secundo certaminis gestis. — *Iamque - - - cum.* Vid. ad III, 135. et cf. Hand. Tursell. III. p. 152. contra Wagnerum disputans, qui Qu. Verg. XXIV, 7. inter *iam - - cum* et *iamque — cum* hoc discrimen finxit, ut illud ponatur, ubi alterum enuntiati membrum priori, hoc ubi prius alteri illustrando serviat. — „*dies:* erat is tertius, ex quo castra reliquerat Aeneas: is ipse dies, quo Rutuli castra oppugnarant, IX, 459 sqq.“ *Heyn.* Cf. eius Exc. I. ad librum XII. Peerlk. (et cum eo Conington) haeret in hoc loco, qui non conveniat cum iis, quae supra v. 147. et 161. legerimus. „His, inquit, nunquam subiungi potest *iamque dies caelo concesserat*, nisi illam noctem, quam supra descripsit, secutus sit dies, cuius diei finem nunc memoret Et tamen est una eademque nox. Iam veteres difficultatem sensisse videntur. Servius annotavit: „„non dicit diem intervenisse; - - describit mediam noctem, et dicit finitum diem secundum Romanum ritum, qui a media nocte diem numerant, et noctem similiter a medio die.““ Vergilium de tali temporis divisione non cogitavisse, cuivis apertum est. *Nox et dies* in cursu maritimo sunt *lux* et *tenebrae.*“ Quare coni. *Iamque decus* etc., ut Luna nunc demum exorta (nam antea „nondum fulgebat [?]; iter ad sidera dirigebant“) caelo *decus concedere* dicatur. Sed, ut omnium Codd. consensum plane taceam, mire et insolenter hoc dictum esse, quis non videt? et quomodo Lunae modo exortae cogitatio conciliari potest cum verbis *Phoebe medium pulsabat Olympum?* Immo, si Servii explicationem probare nolis, quam certe historicis testimoniis niti constat (cf. Censor. de die nat. c. 23. Macrob. Sat. I, 3, 6 p. 17. Ian. Plin. II, 77, 79 Gell. III, 2. etc.), ne Vergilium aliquando dormitasse opinemur, statuendum erit, neque verba *dies concesserat* (i. e. omnino nox erat) nos cogere, ut de ipso initio noctis cogitemus, neque verba *media nocte* tam stricte capienda esse. Certe non opus est, ut cum Coningtone hanc noctem ab illa distinguamus, diem interiectum sumentes. In ipsis verbis, Macrobio teste Sat. VI, 5. 12. p. 529. Ian. poeta secutus est hos Egnatii versus l. I. de rerum natura: *Roscida noctivagis atris labentibus Phoebe Pulsa loco cessit concedens lucibus altis.* De *Phoebe* s. Luna vid. ad Geo. I, 431. — *pulsabat. Pulsare* verbum proprium de equis solum ungulis verberantibus. Vid. Ovid. Met. VI, 219. Prop. IV, 13, (III, 14,) 11. Silius XVII, 136. all.; imprimis autem hic cf. Ovid. Met. VI, 486. *Iam labor exiguus Phoebo restabat equique Pulsabant pedibus spatium declivis Olympi.* Sed etiam Lunae bigas tribui, res satis nota. (Cf. Hom. Il. in eam (XXXII), 9 sq. Eurip. Phoen. 182. Ovid. Fast. IV, 374. III, 110. Rem. Am. 258. Nonnus Dion. VII, 244. alii.) Wagn. conferri iubet Ennium p. 1. Hessel. [Ann. I. fr. 1.] *Musae, quae magnum pedibus pulsatis Olympum* ibique Columnam, et Conington comparat Ciris 37. *Sidera caeruleis orbem pulsantia bigis.* — **217**. *Neque enim - - quietem.* Cf. IV, 5. Silium X, 431. *Sed mens invigilat curis noctisque quietem Ferre nequit*, Stat. Theb. X, 55. *nox addita curas Iungit*, et similes locos. Versum simillime conformatum legimus I, 643. — **218**. Cf.

Atque illi medio in spatio chorus, ecce, suarum
Occurrit comitum: Nymphae, quas alma Cybebe
Numen habere maris Nymphasque e navibus esse
Iusserat, innabant pariter fluctusque secabant,
Quot prius aeratae steterant ad litora prorae.
Adgnoscunt longe regem lustrantque choreis.
Quarum quae fandi doctissima Cymodocea
Pone sequens dextra puppim tenet ipsaque dorso

---

locus parallelus VI, 302. — *Ipse*, ut in similibns locis V, 175. et 868. — *clavum regit.* Cf. supra v. 159. ibique aduott. — *velis ministrat*, ministerium praestat, operam dat, nt *velis* sit Dativus. Vid. ad VI, 302. — **219.** *Atque.* Vid. aduott. ad Ecl. VII, 7. — „*medio in spatio:* uam IX, 121. uovae Nympbae *ponto feruntur.* — *suarum comitum*, quia cum eo veuerant uaves. Cf. IX, 80 sq.“ *Heyn.* Peerlk., cui ridiculnm videtur, Nymphas propterea, quod naves fuerint cum Aenea iu Italiam advectae, eius *comites* dici, coni. *novarum comitum.* Sed recte Wagu.: „*Comes* de animautibus dicitur; hic comites appellantur, quae antea fuerant uaves, quia desierant inanimatae esse.“ — **220.** Cf. quae IX, 107 sqq. narrata sunt. — *Cybebe* (*Κυβήβη*). Hoc Graeco deae nomine, quod Festus dedncit a *κύβηβος* (*furibundus*), utuutur etiam Phaedr. III, 17, 4. Prop. IV, 16, (III, 17,) 35. Lucr. I, 600. alii. Cf. Drak. ad Silii XVII, 8. Heius. ad Prudent. *περὶ στεφ.* X, 196. Broukhus. ad Prop. l. l. alii. Alibi (III, 111. VII, 768.) Verg. eam vocat *Cybĕlen.* Respicitur hic locus in Anth. Lat. II, 193, 41. *hic diva Cybebe Puppes esse suas Nympharum numina iussit.* — **221.** *Numen habere maris*, i. e. numina maris esse. — *Nymphas e navibus esse*, e navibus in Nymphas mutari; *e navibus* igitur i. q. quae antea naves erant. Sic Ter. Andr. I, 1, 10. *feci, ex servo ut esses libertus mihi;* Cic. Part. Or. 17, 57. *ex beato miser;* Manil. IV, 46. *ex exule consul.* Vid. Oudend. ad Lucan. IV, 719. Rnhnk. ad Ter. l. l. Cort. ad Sall. Cat. 5, 9. et Hand. Turs. II. p. 644. (Quod attinet ad eundem usum Graecae Praep. *ἐκ*, Ladew. confert Soph. Oed. Tyr. 454. *τυφλὸς γὰρ ἐκ δεδορκότος.*) — **223.** *prorae.* Med. a m. sec. aliique Codd. *puppis;* quod sane librariis ex multis aliis eiusmodi locis (velut statim supra v. 156. III, 277. VI, 901. al.) erat familiarius; at uou solum e puppi (vid. ad VI, 3.), sed etiam interdnm e prora religatas fuisse naves, verissime observat Wagn. coll. Gronov. Obss. IV, 26. et infra v. 659., nbi Turuus descensu per poutem facto in proram navis de litore religatae deferatnr. Idqne hic eo aptius, quod Troiani in Italia remausuri non cogitabaut de navigatione mox deuno instituenda, ideoque naves prorsus in aridum videntur subdnxisse. Ceterum huuc versum baud dubie invito Vergilio iam legimus IX, 122. — **224.** *lustrant choreis*, circumnatant, circumdaut Aeueae navem per mare lndentes. Cf. VII, 391. ibique et ad Ecl. X, 55. adnott. — V. **225.** (qui conformatns est ad exemplum I, 72.) vulgo (etiam ap. Peerlk. et Bryceum) sic distiuguitur: *Quarum, quae fandi doctissima, Cymodocea Pone* cett.; Wagn., sublata distinctione post *Quarum* et *doctissima*, Comma posuit in fine versus; nos etiam hoc delevimus, ut omnia usque ad verbnm *tenet* uno tenore procedant, cum verba *quae fandi doctissima* simplicis epitheti vice fungantur, Snbiectum autem sententiae, *Cymodocea*, cum Verbo arcte cohaereat. (Gossr., Haupt., Ribbeck., Ladew. et Benoist. nobiscum, Süpfl. et Coningt. cum Wagn. faciunt.) Recte autem Wagn. memorat, verba *quae fandi doctissima*, si virgulis includantur, affirmativam vim accipere, a mente poetae alienam: e quibus Cymodocea, eaque est faudi doctissima cett.; hic autem exprimi tantum Graec. epitheton *πολυφραδεστάτη.* Scilicet uou omnino oratione excellebat Cymodocea, sed tantum inter ceteras Nympbas optime fari sciebat. Ceterum *Cymodocea* etiam ap. Hesiod. Theog. 245. inter Nereides apparet et Silio VII, 428. vocatur *Nympharum maxima natu Italidûm.* Commemoratur etiam Geo. IV, 338. (iu versu spurio) et Aen. V, 826. Ceterum Markland. ad Stat. Silv. II, 2, 19. pro *fandi* male coni. *nandi.* — **226.** *Pone sequens.* Cf.

Eminet ac laeva tacitis subremigat undis.
Tum sic ignarum adloquitur: „Vigilasne, deum gens,
Aenea? Vigila et velis inmitte rudentis.
Nos sumus, Idaeae sacro de vertice pinus,
Nunc pelagi Nymphae, classis tua. Perfidus ut nos
Praecipites ferro Rutulus flammaque premebat,
Rupimus invitae tua vincula teque per aequor
Quaerimus. Hanc genetrix faciem miserata refecit

Anth. Lat. I, 157, 3. *Pone sequens genitor.* — *puppim tenet;* nam Aeneas *clavum regit* v. 218. — *ipsaque dorso*, i. e. cetero corporis trunco, qui opponitur *dextrae*. Vid. ad Geo. II, 297. et Aen. VII, 816. — **227**. *subremigat undis.* Cf. Lucil. Aetna 295. *subremigat undam.* Praeterea hoc verbum raro obvium legitur in Anth. Lat. I, 14, 33., ubi verba *tacitis subremigat undis* ex hoc loco repetuntur, ap. Plin. H. N. IX, 29, 47. *nautilus brachiis subremigans* et metaphorice usurpatum in Calp. Flacci declam. 20. *subremigante seu potius velificante nequitia.* — *tacitis undis.* Cf. VIII, 108. *tacitis remis.* — **228**. „*Vigilasne, deum gens?* Verba sunt sacrorum: nam Virgines Vestae certa die ibant ad Regem sacrorum et dicebant: *Vigilasne, rex? vigila!* Quod Verg. iure dat Aeneae, quasi et regi et quem ubique Pontificem et sacrorum inducit peritum.“ *Servius.* Conington comparat Hom. Il. II, 24. — *deum gens*, i. q. genus, proles, διογενής. Cf. IX, 642. *Dis genite* et ibid. v. 322. *deum proles.* — **229**. *velis inmitte rudentes*, illorum expandendorum causa, quo navis cursus incitetur; ut alibi *equo inmittere frena, habenas.* (Vid. ad Geo. II, 364. Aen. VI, 1. et VIII, 708.), quorum locorum ultimus nostro simillimus. — **230**. Cf. supra X, 449. Comma post *sumus* posuimus cum Wagn., Med. auctoritatem secuti. *Nos sumus*, i. e. pinus illae bene tibi cognitae, (*Wir sind's, die Idaeischen Fichten*, non: *Wir sind die Idaeischen Fichten*); vid. adnott. ad VIII, 62. (Omnes recentiores editores praeter Bryceum nos secuti sunt.) Ceterum Ilgen. ad Copam p. 50. sic struendam orationem contendit: *Nos sumus pinus de sacro vertice Idaeae*, i. e. Cybeles, matris Idaeae; eodemque modo infra v. 252. *Idaea, alma parens deum;* cui Wagn. „non repugnaret, nisi utrobique nomen esset, cui *Idaea* recte adiungas.“ Mihi cum ob verba adiecta *sacro de vertice*, tum propter opposita illa *Nunc pelagi Nymphae* Ilgenii explicatio minime spernenda videtur, imprimis si recordor eorum, quae IX, 80 sqq. legimus. Cf. autem adnott. ad IX, 111. — Cerda et Conington conferunt Catull. LXII, (LXIV,) 1. *Peliaco quondam prognatae vertice pinus.* — **231**. Verba *Nunc pelagi Nymphae* iterantur in Anth. Lat. I, 14, 25. — „*Perfidus*: quandoquidem foedere iam inter Latinos Troianosque facto bellum moverat.“ *Heyn.* Cf. supra VII. 595 sqq. Peerlk. minus recte pro scelesto, crudeli positum censet, et Schrader. praeter necessitatem coni. *Fervidus*, ut IX, 72. et al. — **232**. *praecipites. Wagn.* quaerit: „an in litore stantes adclivi et ad praecipitandum facili? an ex natura navium epitheton sumptum, eo fere modo, quo canis appellatur latrans, equus sonipes, asinus auritulus cett.?“ Haec altera explicatio mihi verior videtur; ut sint naves, quae celeriter promoventur, quaeque etiam in littore stantes hoc quasi perpetuo epitheto insigniri poterant. In min. tamen edit. Wagn. non nisi priorem explicationem repetit. Thiel. explicat: „premebat, ut nos daret praecipites,“ eademque ratione Ladew.: „*Er verfolgte uns zu jähem Verderben*“ ut Adiect. proleptico usurpatum sit, de quo usu vid. adnott. ad IV, 298. neque aliter Conington, qui conferri iubet *praecipitem agere* III, 682. et V, 456. Peerlk. coni. *Praecipiti ferro*, i. e. subito impetu. — **233**. *Rupimus tua vincula*, quibus nos relegasti. Vid. VII, 106. et IX, 118. Codd. quidam (etiam Servii et Nonii p. 382, 17.) minus apte exhibent *Rumpimus.* — *invitae*, cum mallent Aeneae naves quam Nymphae esse. Peerlk. et hunc versum coniectura vexat, *retinacula* legi iubens pro *tua vincula.* — **234**. *faciem* (cf. IX, 122.) *refecit*, pristinam

Et dedit esse deas aevumque agitare sub undis.
At puer Ascanius muro fossisque tenetur
Tela inter media atque horrentis Marte Latinos.
Iam loca iussa tenet forti permixtus Etrusco
Arcas eques; medias illis opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge age et Aurora socios veniente vocari
Primus in arma iube et clipeum cape, quem dedit ipse
Invictum Ignipotens atque oras ambiit auro.

---

faciem in hanc mutavit. Verba enim, quibus *re* - - praefixum, omne genus mutationis et vicissitudinis indicant. Cf. adnott. ad Geo. II, 29. — **235.** ***dedit esse deas.*** Vid. ad I, 66. 79. 319. III, 77. al. — 237. ***horrentes Marte Latinos*** Heyn., qui multa supervacanea adiecit, recte explicat: „habentes arma horrentia, hastas crebras erectas, dum stant in acie densis ordinibus et pugnant", coll. Enniano illo (p. 103. Hessel s. Ann. XIV. fr. 7. p. 58. Vahl.) *Horrescit telis exercitus asper utrinque.* Cf. etiam supra ad v. 178. et infra ad XI, 602. adnott. itemque Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 357. recte, puto, hanc Med., Rom. aliorum Codd. lectionem defendens (contra Ribbeck., qui etiam cf. in Proleg. p. 310., Haupt., Ladew. et Benoist., e Pal. et Gud. a m. pr. recipientes *ardentis*, quod iam Schrader. coniecerat.) Conington nobiscum servavit vulgarem lectionem. Ruhk. comparat Graec. *φρίσσειν*, coll. Toup. Emendd. in Suid. p. 168. (P. 1. p. 140. ed. Lips.). — **238.** sqq. Dum Aeneas e portu Caeretano classe profectus auxilia Etruscorum pedestria adducit, equites Arcades (cf. VIII, 518 sqq.) et Etrusci Pallante duce terrestri itinere praemissi et fortasse ad Pallanteum Tiberim transgressi (quae omnia accurate narrare poetae non necessarium videbatur) castra Troiana versus contenderant et loco, quo iussi erant, h. e. procul dubio illi vicino, ubi Aeneas escensurus erat, ideoque haud procul ab ostio Tiberis, constiterant. Iam ne ipsa castra intrare possint, Turnus obiecta copiarum parte cavere studet. Qui enim a Pallanteo accedebant, ut Troiam pervenirent, Rutulorum castra praeterire coacti erant. *Peerlk.* infra ad v. 374. de hoc Arcadum adventu sic disputare pergit: „Sic Arcades se cum Aenea coniungere poterant. Igitur sinistram castrorum partem equis praetervecti sunt, et adventum Aeneae exspectavere. Mare Tyrrhenum a laeva habebant, Numicium magis a tergo. Turnus aciem opposuit Aeneae, dum Latini Arcades repellunt. Postquam aliquamdiu pugnatum erat, Arcades se cum Aenea coniunxisse videntur. Proelium fit commune. Turnus non amplius contra solum Aeneam stat. Aggreditur Pallantem. Halaesus, qui primum contra Aeneam et Tyrrhenos rem gesserat, nunc etiam contra Arcades gerit." Ribbeckio haec iam supra commemoranda videri, ad v. 154. vidimus. — ***loca iussa***, quae Aeneas eos tenere iusserat. Conington confert Geo. IV, 62. (*iussos sapores*) et Aen. III, 547. (*iussos honores*). — ***tenet.*** Sic omnes Codd. praeter Med., ex quo Heins., Peerlk., Bryce et Ribbeck. (quo teste etiam fragm. Ver. hanc lectionem exhibere videtur) receperunt Pluralem *tenent.* Wagn., qui docet, tum verba *tenent Arcas eques Etrusco permixtus* esse i. q. *tenent Arcas eques cum Etrusco*, hoc loquendi genus a Vergilio alienum esse contendit. Cf. etiam adnott. ad I, 292. Recte igitur iam Iahn. vulgatam restituit, quem posteriores praeter eos, quos supra nominavi, secuti sunt. — **239.** ***Arcas eques.*** Nam *Arcades insuetos* esse *acies inferre pedestris* discimus infra v. 364. — ***Medias*** inter loca illa et castra Troiana. Cf. I, 682. X, 402. al. — **240.** ***iungant***, scil. se. Vid. ad I, 234. et al. — **242.** ***Primus*** Wagn., qui prius interpretatus erat: „protinus, cum exorta erit Aurora", coll. Q. V. XXVIII, 4. et VII, 118., in edit. recentiss. rectius explicuit: „sic, ut nihil sit, quod prius agas." *Primus* enim hic simpliciter i. q. illico, statim, (cf. adnott. ad Aen. VII, 118. al.). Aurora nihil ad rem confert. — ***clipeum cape.*** Vide infra v. 261 sq. — **243.** ***Invictum***, qui vinci non potest. Vid. supra ad v. 174. Conington comparans IX, 323.

Crastina lux, mea si non inrita dicta putaris,
Ingentis Rutulae spectabit caedis acervos."
Dixerat et dextra discedens inpulit altam,
Haud ignara modi, puppim: fugit illa per undas
Ocior et iaculo et ventos aequante sagitta.
Inde aliae celerant cursus. Stupet inscius ipse
Tros Anchisiades, animos tamen omine tollit.
Tum breviter supera adspectans convexa precatur:
„Alma parens Idaea deum, cui Dindyma cordi
Turrigeraeque urbes biiugique ad frena leones,

(*vasta dabo*) et Ter. Heaut. V, 177. (*depexum dabo*) putat, *dedit invictum* positum esse pro: invictum fecit. — *ignipotens.* Vid. ad VIII, 414. — *oras ambiit*, circumdedit, *auro.* Cf. adnott. ad VI, 229. Sic Tac. Ann. XV, 43. *domos muris ambire* cett. (Cf. Boettich. Lex. Tac. p. 57.) Neque dissimilis est locus Ovid. Met. VI, 101. *Circuit extremas oleis pacalibus oras.* Si ad rem magis, quam ad constructionem, spectas, etiam conferri potest Plin. XXXVII, 10, 60. *Gemma pallida ambiente circulo aurei coloris.* Heynio (ut iam Ortuino ap. Burm. et nuper etiam Peerlkampio) hoc hemistichium languidum et ab alia manu adiectum videtur; sed recte a Wagnero (cui et ipsi antea otiosum videbatur: cf. eius adnott. ad Aen. I, 678.) defenditur in Qu. Verg. XXXIV, 4., cum indicet, Vulcanum clipeum **sua manu factum** dedisse. Conington vero paulo subtilius censet, aureum marginem non solum pulchritudinis causa commemorari, sed etiam quod defensioni inserviat (?). Ceterum de Copula inaequalia membra iungente (*quem dedit, atque* cuius *oras ambiit auro*) vid. ad Ecl. VIII, 3. Geo. III, 282. IV, 8. al. — **245.** Med., Pal., Bigot. *spectabis*, librariis haud dubie sono vocc. vicinarum *ingentis* et *caedis* in errorem inductis; quamquam etiam Donatus ad Ter. Hec. III, 1, 6. hanc lectionem testatur, ipse tamen alteram praeferens. Lectio *spectabis* triplici ratione satis artificiosa defenditur, aut ut ad *crastina lux* supplendum sit *aderit, veniet* (quae est mira Burmanni sententia), aut ut *crastina lux* sit Vocativus, aut denique ut ἀρχαικῶς dicatur pro *crastina luce* (ut ap. Lucil. Sat. III, 12. Gerlach. *Palinurum provenio nox* (quas rationes commemorat Serv. ad h. l.). Vid. etiam Bentl. ad Ter. Hec. III, 1, 6. — **245.** *caedis*, i. e. caesorum, *acervos.* Vid. XI, 207. et IX, 456. — Cum v. **246.** Heyn. conferri iubet Apollon. II, 600 sq. et IV, 930 sqq. — **247.** „*Modus* non est ratio propellendi; hoc esset tenue et ieiunum in epico poeta. Sed est, quod bene Serv. observavit, moderatio. „„Impulit navem libramento peritiae (malim *libramenti peritia*) et moderationis, quippe quae fuerat navis""; h. e. cum ipsa Nympha fuisset navis; [ideoque i. q. iusto, non nimio, libramento]." *Heyn.* — **249.** *Inde aliae*, sc. naves, *cel. cursum*, cum Aeneae navem celerrime promoveri vident. Serv. tamen, quem sequitur Wagn., argutius explicat: „inde aliae Nymphae aliarum navium cursus celeriores efficiunt, sicut fecerat Cymodocea." — **250.** *animos tollit.* Vid. IX, 627. — „*omine*, ostento, prodigio [quod capit ex mira celeritate, qua navis promovetur] confirmatus animos sumit. Mox v. 255. simili metonymia *augurium* dixit." *Heyn.* — **251.** *supera convexa.* Cf. adnott. ad IV. 451. Ribbeck. pro *supera adspectans* ex fragm. Ver., Med. a m. pr., Pal. et Gud. a m. pr. recepit lectionem *super aspectans*, quae sane etiam apparet in Anth. Lat. I, 172, 18., ubi hic locus sic mutatus repetitur: *Tunc breviter super adspectans sic voce precatur.* Sed vide ad VI, 241. — **252.** *parens Idaea deum.* Vid. ad IX, 112. 619. — *Dindyma.* Vid. ad IX, 618. — **253.** *Turrigerae urbes.* Lucr. II, 607 sq. propterea de Cybele sic canit: *Muralique caput summum cinxere corona, Eximiis munita locis quia sustinet urbes.* Ceterum vid. adnott. ad VII, 631. coll. cum VI, 786. — *biiugi leones* (ut ap. Lucr. l. l. v. 602.) *ad frena*, scil. iuncti. Sic Geo. III, 50. *ad aratra iuvenci.* Vid. Haud. Turs. I. p. 89 sq. Wagn. potius (coll. IX, 648. *custos ad limina* et similibus locis) sic interpretatur: „qui frenentur currumque Cybelae vehant." Sed etiam in illo

Tu mihi nunc pugnae princeps, tu rite propinques
Augurium Phrygibusque adsis pede, diva, secundo."
Tantum effatus. Et interea revoluta ruebat
Matura iam luce dies noctemque fugarat:
Principio sociis edicit, signa sequantur
Atque animos aptent armis pugnaeque parent se.
Iamque in conspectu Teucros habet et sua castra,
Stans celsa in puppi, clipeum dum deinde sinistra

---

loco non est, quod *custos ad limina* interpretemur: custos, qui limina custodiat, quae mira esset tantologia, sed simpliciter significat: custos ad limina collocatus. — **254**. *pugnae princeps*, prima ad pugnam me impellis. Wakef. ex uno Cod. Ics. ob suaviorem sonum praetulit *nunc princeps pugnae*. Conington confert Cic. ad Att. II, 1. (*te signifero et principe*) et Verr. V, 16. (*ducem te principemque praebere*). — *tu propinques augurium:* h. e fac ostentum hoc matnre eventum suum habeat, fac, eventus ostenti hand longe absit. Cf. etiam supra II, 691. — *rite*, nt III, 36. Wagn. comparat Soph. Trach. 823. καὶ τάδ' ὀρθῶς ἔμπεδα κατουρίζει. — *pede secundo*. Vid. VIII, 302. et adnott. ad Geo. I, 11. Aen. III, 529. et IV, 45. Cum toto loco Conington conferri iubet Hom. Il. X, 284 sqq. — V. **256** sqq. vulgarem interpunctionem, quae haec est: *T. effatus; et interea - - - fugarat. Principio* cett. eum Wagn. mutavimus, ita ut verba *Principio sociis edicit* apodosin contineant illorum: *Et interea* cett. Cf. adnott. ad II, 781. Iahn., quamquam in contextu vulgatam rationem servavit, ad X, 465. tamen locum sic intelligendum esse censet: Cum tantum effatus esset, et interea ruberet dies noctemque fugasset: principio sociis odicit. Ceteri omnes editores nobis posteriores praetor Brycenm Wagneri rationem secuti sunt (quamquam Conington coll. infra v. 877. et VI, 547. proclivis est ad Iahnii rationem probandam). Cf. etiam II, 801 sqq. — *Tantum effatus*. Vid. ad II, 690. et IX, 636. — *revoluta ruebat*, revolvebatur, redibat. Cf. II, 250. VI, 539. et Heins. ad Val. Fl. I, 670. Ribbeck., Pal. a m. sec. et Gud. vestigia secutus, in quo *ru.ebat* legitur, recepit lectionem *rubebat*, quod probat unus Ditzen. l. l. p. 17. coll. loco Aen. III, 521. Ceteri omnes Codd. et Serv. vulgarem scripturam tuentur, quam etiam ceteri editores Ribbeckio posteriores iure servarunt. — **257**. *Matura luce*, adulto, pleno dic. — *noctem fugarat*. Cf. V, 42. *Cum primo stellas Oriente fugarat Clara dies* et Culex 43. *tenebras Aurora fugarat*. — **258**. *edicit, signa sequantur*, ut III, 234. *Sociis tunc, arma capessant, Edico*. *Signa* autem hic non esse vexilla (quod Heyn., Poerlk. et Conington statuunt) per se patet, cum adhuc in navibus versentur socii Aeneae et in sequentibus demum animos armis aptare iubeantur. Immo recte Wagn. explicat: „ut exsequantur, quae per signa imperata fuerint;" neque aliter Benoist. — **259**. *animos aptent armis*, i. e. adiiciant intentosque habeant armis. Wagn. memorat, fore fortasse qui *Atque manus aptent* scriptum malit; sed tutum ab omni emendandi conatu praestari poetam loco Auctoris Epit. Iliad. v. 155. *arma parari Dux iubet, atque animos aptari et pectora pugnae*. Cf. etiam XI, 18. et X, 588. — **260**. Poeta nunc redit ad narrationem v. 145. abruptam. — *habet* pro *habebat*, quod exspectamus. Sed vere Ladew. coll. locis I, 534. III, 356 sqq. Cic. Phil. II, 29, 37. Liv. IV, 32, 1. et XXVI, 18, 6. 7. docet, poetam, cui iam scribenti succurrat, alteram sententiae partem (*clipeum extulit*) graviorem esse priore (*Iamque in conspectu habet* etc.), repente deserere sedatam narrandi rationem et sic pergere, ac si prius illud membrum ut secundaria sententia per Imperf. prolata esset. — **261**. *Stans celsa in puppi*. Cf. III, 527. VIII, 680. — *clipeum* a Vulcano factum. Vid. supra v. 242 sq. Iahn. (quem Thiel. sequitur) locum sic distinxit: - - *in puppi. Clipeum cum d. s. E. ardentem: clamorem* cett.; sed recte vulgarem rationem defendere videtur Wagn. (quem ceteri praeter Ribbeck. post *puppi* Puncto, post *ardentem*

Extulit ardentem. Clamorem ad sidera tollunt
Dardanidae e muris, spes addita suscitat iras,
Tela manu iaciunt, quales sub nubibus atris
Strymoniae dant signa grues atque aethera tranant
Cum sonitu fugiuntque Notos clamore secundo.
At Rutulo regi ducibusque ea mira videri

---

vero Commate distinguentem secuti sunt), cum *τὸ ἀσύνδετον* in tanta orationis et animorum alacritate magis placeat. — *deinde*, scil. postquam Teucros et castra sua in conspectu habuit. — **262.** *Extulit.* Cf. Val. Fl. VI, 845. *ingentem Telamon procul extulit orbem.* De hoc ritu autem ducis navalis cf. Diod. Sic. XX, 51. et Scheffer. de mil. nav. l. III. p. 178. (a Coningt. laud.). — **263.** Peerlk. verba *spes addita - - manu iaciunt,* „quibus interiectis cursus comparationis ingrato modo abrumpatur," eiicienda et sic ex vv. 263. et 264. unum faciendum censet. Sed quomodo haec verba, a Gossr. quoque recte defensa, quorum adiiciendorum cetera ne minimam quidem ansam dederunt, in omnes Codd. venerunt, nisi a Vergilio ipso scripta sunt? Accedit, quod idem ille auctor Epit. Iliad. 507. hunc locum ante oculos habuisse videtur sic scribens: *et spes exacuit languentia militis arma.* — **264** sqq. „Ad clamorem spectare comparationem h. l. recte sensit Servius. [Sed verissime *Wagn.*: „Rectius dices: ad alacritatem animorum per signa quaedam declaratam."] Clamorem tollunt, qualem grues in discessu. Nam Troianorum multitudinem designare non potest, ut VI, 310 sq., cum singuli in muris stent, non agmine incedant (cf. Lucan. V, 711 sqq. Stat. Theb. XII, 515 sqq.); multo minus telorum copiam. Ducta comparatio de Homero Il. III, 3 sqq.; nec dubito, poetam, quia *nubibus atris* apposuit, de abitu gruum in calidiores plagas, ingruente hieme, cogitasse. Vid. ad Aen. VI, 310. Nec aliter Homerus l. l." Haec *Heyn.*, cui prius adsensus sum. Nunc tamen nescio, an ipsi rei aptior sit Gossravii, Wagneri et Ladew. explicatio, qui cogitant de gruibus veris tempore ad sedes suas prope Strymonem ex meridionalibus regionibus redeuntibus. *Atrae* enim *nubes* propterea dici poterant, quia *Notus*, ventus plerumque aestate ingruente et tum iterum post dies caniculares flans, pluvias nebulasque secum adducere solebat (cf. liber meus geogr. I. p. 608 sqq.). Apertum autem est, Statium Theb. V, 11 sqq. sic scribentem *Qualia trans Pontum - - Rauca Paraetonio decedunt agmina Nilo, Cum fera ponit hiemps* locum non aliter intellexisse. Quare non opus est Peerlkampii coniectura *Arctos*, quam vir doctiss. multis verbis studet defendere. — **265.** *Strymoniae grues.* Cf. Geo. I, 120., ubi vid. adnott. Adde Claud. B. Gild. 475. *Ingenti clangore grues aestiva relinquunt Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo.* Lucan. III, 199. *Strymon tepido committere Nilo Bistonias consuetus aves,* ibid. V, 711. *Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt Poturae de Nilo grues,* et similes locos. — *dant,* sc. voce (cf. IX, 394.), *signa* laetitiae et alacritatis. Ceterum cf. Lucr. IV, 182., cuius fortasse hic memor fuit Verg. — *aethera tranant.* Cf. IV, 245. *turbida tranant nubila* et Lucr. IV, 178. *tranantibus auras.* — **266.** Cf. Hom. Il. III, 3 sqq. — *Notos,* i. e., si Gossravii aliorumque interpretationem sequimur, regiones meridionales, unde Notus spirabat. — *Cum sonitu,* cum diserte adiiciuntur verba *clamore secundo,* ad alarum strepitum videtur referendum. — *clamore secundo,* laeto. Sic Ovid. Met. VIII, 419. *Gaudia testantur socii clamore secundo.* Cf. etiam Aen. V, 491. VIII, 90. Hor. Ep. I, 10, 9. et adnott. ad IV, 35. Ceterum Wakef. praeter necessitatem coni. *cupiuntque N. clangore secundo,* et *clangorem* etiam Peerlk. hic vult scriptum, coll. Homerico *κλάγγη*, Ovid. Met. XII, 528. et Heins. ad Claud. B. Gild. 475. — **267** sqq. Ribbeck. Proleg. p. 85. haec memorat: „Mirationem Turni de adpropinquante classe (267—269.) aptissime sequebatur v. 276 sq., fiduciam tamen non ei cessisse etc. Sed quoniam simpliciter transponi haec non possunt, non absolvisse locum statuendus erit poeta."

Ausoniis, donec versas ad litora puppis
Respiciunt totumque adlabi classibus aequor.
Ardet apex capiti cristisque a vertice flamma
Funditur et vastos umbo vomit aureus ignis,
Non secus ac liquida si quando nocte cometae
Sanguinei lugubre rubent aut Sirius ardor,

— *versas ad litora puppes.* Hic *puppes* proprie sunt intelligendae; naves enim ad litus appellendae convertebantur, ut et vectores facilius in terram egredi, et naves rursus profecturae statim recta via promoveri possent, cum e portu solventes proram pelago obverterent. — **269.** *totumque adlabi classibus aequor.* „Vulgari oratione classis adlabitur late per totum mare. Nunc mare ipsum, quam longe prospectus patet, navibus tectum [*mare velivolum*: I, 224.], videtur adfluere ad litus cum *classibus*.“ *Heyn.* *Totus* autem, imprimis vocc. *aequoris, litoris, terrae, caeli* et similibus iunctum, interdum tantum tractum longum et amplum significat. Cf. Bach. ad Ovid. Met. I, 187., qui laudat Handium ad Stat. p. 391 sqq. Respicitur hic locus in Wernsd. Poetis L. min. V, 1344, 19. *Adlabi totum spectabis classibus aequor.* Conington non male comparat Shakspearii adventantem silvam Dunsinaniam. — **270** sqq. „De summo armorum Aeneae, quae a Vulcano erant facta, splendore cogitandum est, quem per ignem et flammam reddi sollemne est. Cf. Hom. Il. V, 4 sqq. XVIII, 205 sqq. XXII, 26 sqq. Comparationem *cometae* de suo adiecit Maro: nam Il. IV, 75 sqq. de stellae traiectione agit, non de cometa. Maronem imitati sunt Sil. I, 460 sqq. et Claud. R. Pros. I, 230 sqq.“ *Heyn.* Cf. etiam similis locus supra VII, 785 sqq. — *apex,* i. e. conus ille, cui crista inserta, ὁ λόφος, hic pro tota galea positus. Memor huius loci scripsit Silius I, 466. *iacit igneus hastae Dirum lumen apex ac late fulgurat umbo.* — *capiti* (sc. Aeneae) quod, cum apex ardens capiti sit ornamento, non opus est, ut cum Gossr. pro Casu locativo, quem vocant, habeamus (vide ad IV, 73.). Etiam Neue *Formenl.* II. p. 245. *capiti* recte Dativum habet. Rom. et alii pauci Codd. cum Macrob. V, 10, 2. (ubi tamen Ian. p. 413. *capiti* edidit) exhibent *capitis*, quod Iahn. recepit, coll. infra v. 476. (ubi vid. adnott.). Ceteri recentiores editores omnes *capiti* retinuerunt. — *a vertice.* Codd. Rom., Gud., Bern. III. aliique et Macrob. l. l. *ac vertice*, quod et ipsum Iahn. recepit. Sed recte, nisi fallor, *Wagn.*: „Mihi quidem, cum apicem et cristas ardere dixerit poeta, supervacaneum et parum elegans videtur, etiam tertium, qui illa complectitur, adiicere verticem.“ (Quod intelligens Iahn in edit. II., ut recentiores omnes, recte edidit *capiti - - a vertice.*) — **271** Ladew. adnotat, notionem quidem verborum *vastos umbo vomit au. ignes* iam supra v. 261. *clipeo ardente* expressam, sed ibi sermonem esse de spe et pugnandi cupiditate, quam adspectus clipei Troianis excitet, hic vero de metu, quem idem adspectus apud Rutulos provocet. — *umbo.* Vid. ad VII, 633. *Aureus umbo* pro toto scuto positus etiam infra v. 884. et a Rutilio Itin. I, 118. (aperte hunc locum respiciente verbis *perpetuosque ignes Aureus umbo vomat*) commemoratur. Quare Med. aliorumque Codd. et Macrobii V, 13, 35. p. 434. Ian. lectio *aereus* reiicienda videtur, imprimis cum Macrobius alio loco, V, 10, 2. (iam supra laud.) et ipse *aureus* exhibeat. Per se utrumque locum habere potest, cum totus clipeus aereus, sed plures eius partes auro obductae essent. — *vomit ignes.* Vid. ad VIII, 620. *Terribilem cristis galeam flammasque vomentem.* — **272.** *liquida nocte,* clara, serena, ut alibi *liquidus aër.* Peerlk., non cogitans, se in poeta interpretando versari, haeret in Plurali *cometae*, cum una eademque nocte non simul plures cometae rubeant, et Plin V, 25. [immo II, 25, 22.] scribat: *Aristoteles* [Meteor. I, 7., quocum consentire videtur Cic. Div. I, 11, 18.] *tradit et simul plures cometas cerni, nemini compertum alteri, quod equidem sciam;* nihilque se reprehensurum dicit, si totus locus ita esset scriptus: *Non secus ac liquida si quando nocte cometes Nascitur et laevo contristat lumine caelum, Sanguineus, lugubre rubens: aut Sirius ardor, Ille sitim morbosque ferens mortalibus aegris.* — **273.** *Sanguinei,* rubro

Ille sitim morbosque ferens mortalibus aegris,
Nascitur et laevo contristat lumine caelum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
Litora praecipere et venientis pellere terra.
[Ultro animos tollit dictis atque increpat ultro:]
„Quod votis optastis, adest, perfringere dextra.

---

et tristi lumine. Vid. ad Ecl. X, 27. et cf. Silium I, 462. *cometes, Sanguineum spargens ignem;* Claud. R. Pros. I, 231. *sanguineo delabitur igne cometes Prodigiale rubens;* Calpurn. I, 18. *igne cruento Spargit et ardenti scintillat sanguine lampas* (sc. cometae) et Plin. II, 25, 22. *cometae horrentes crine sanguineo.* — *lugubre rubent*, quia cometae terrent homines rubore suo mala portendentes. Cf. Geo. I, 488. Claud. R. Pros. I, 232 sqq. eund. B. Get. 243. Sil. I, 464. Voss. ad Verg. Geo. p. 201. Bach. ad Tib. II, 5, 71. alios. Ceterum vid. adnott. ad Ecl. III, 8, 63. et al. — *aut* (scil. *si*, non *si quando*, rubet) *Sirius ardor* pro: Sirius ardens s. Sirii ardor. *Sirius* adiective legitur etiam ap. Colum. X, 289. (*Sirius ardor*) et Prudent. Cath. XII, 22. (*Sirio vapore*). Wakef. locum sic distinxit: *aut Sirius ardor Ille, sitim - - - aegris, Nascitur* cett. atque etiam Vir doct. in Ephem. lit. Ienens. 1832. ch. 57. p. 453. (a Wagn. laud.) interpunctionem post *ardor* delendam conset, cum non recte iungantur *rubet Sirius ardor;* cui tamen iure adversatur Wagn., provocans ad Ovid. Met. IV, 332. *Lunae candor rubens.* Conington adnotat, Wakef. distinctionem fortasse defendi posse Apoll. Rh. II, 523. *ἱερά τ' εὖ ἔρρεξεν ἐν οὔρεσιν ἀστέρῳ κείνῳ Συρίῳ.* De ipso autem *Sirio* morbos afferente vid. Hom. Il. XXII, 26 sqq. et cf. adnott. ad Geo. II, 353. IV, 425. al. — Cum v. 274. cf. simillimus locus Geo. III, 278 sq. — „*Ille nascitur*, oritur [vid. ad Geo. I, 441.], *ferens*, h. e. ortu suo ille affert *sitim morbosque*, nimium aestum et febres. De hac re cf. Apollon. II, 518 sqq. cum Schol. et Cic. de Div. I, 54. ibique Davis.“ *Heyn.* Adde imprimis Hom. Il. XXII, 30 sq., qui de Sirio haec canit: *κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται, Καί τε φέρει πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν* atque Lucr. VI, 1137 sqq. (ibique a me adnott.), praeterea autem Geo. IV, 425. Stat. Theb. I, 635. et Mitscherl. ad Hor. Od. III, 29, 18 sqq. et III, 13, 9. — *mortalibus aegris*, *δειλοῖσι βροτοῖσι*, opp. *μακαρέσσι θεοῖσι.* Vid. ad Geo. I, 237. Aen. II, 268. et XII, 850. — 275. *laevo lumine*, noxio, pernicioso. Vid. adnott. ad Geo. IV, 7. atque Heins. et Drak. ad Sil. V, 660. Hunc locum ante oculos habuere Claud. Idyll. II, 92. *nec laevo Sirius igne nocet* (ubi vulg. *saevo*) et Silius I, 464. *Crine ut flammifero terret fera regna cometes, Sanguineum spargens ignem: vomit atra rubentes Fax caelo radios, ac saeva luce coruscum Scintillat sidus* etc., ubi Rupert. pro *saeva* ex nostro loco *laeva* scribi voluit. Schrader. contra etiam hic *saevo lumine* legendum censet. — *contristat* Heyn. explicat: fulget tristia portendens. Scilicet contristantur s. angore et sollicitudine afficiuntur, qui eum in caelo fulgentem et infaustum aliquid minantem conspiciunt. Ribbeck. (qui etiam cf. in Proleg. p. 84 sq.) Vergilium hunc quoque locum v. 270—275. secundis curis alio loco et quidem post v. 261. aliquo modo inserere statuisse suspicatur, quod Coningtoni „*unfortunately enough*“ videtur sumptum. — V. 276. iam legimus IX, 126., ubi vid. adnott. — 277. *litora praecipere*, ante capere, occupare. Vid. ad Ecl. III, 98. — V. 278. abest a plurimis et optimis Codd. (Med., Pal., Gud., Mentel. II., Moret. I., Minoraug.), in aliis superiori praeponitur, atque etiam a Servio tacetur, ita ut invito Vergilio ex IX, 127. hic iteratus videatur a librariis, qui ex eodem loco hic v. 276. repetitum animadvertissent. Defendunt tamen cum Weichert. de verss. iniuria suspp. p. 67. (et Wilms p. 11.), quia eo absente desideraretur verbum *dicit* vel *inquit*, et Turni oratio nimis abrupte inciperet; cum quo Viro doct. consentire videtur Iahn. Sed vid. adnott. ad II, 657. 675. III, 84. 265. Wagn. quoque et omnes recentiores editores praeter Gossravium, qui rem in dubio relinquit, versum non a Vergilio ipso hic iteratum putant. — 279. Cf. Hom. Il.

In manibus Mars ipse viris. Nunc coniugis esto
Quisque suae tectique memor, nunc magna referte
Facta, patrum laudes. Ultro occurramus ad undam,

XVI, 207 sq. — „*perfringere*, grave verbum, pugnare comminus; cum adhuc castra oppugnasseut. Dictum ut: *aciem perfringere*, perrumpere.“ *Heyn.* Iahn. memorat, *perfringere* hic absolute dictum esse pro: reum penitus frangere, rem conficere. Sed quidni proprie dictum accipiamus? *aciem* adiicere non opus erat. Ladew. explicat: *den Feind zu zermalmen.* In Anth. Lat. I, 178, 181. repetuntur verba *Quod votis optastis, adest.* — *Mars ipse*, qualis quantusque est, (*der leibhaftige Mars*, ut Iahn. reddit), *in manibus*, scil. vobis est, ita praesens, ut manibus quasi tractari possit; i. e. antea eminus castra oppugnantes magis pugnare tentastis, quam vere pugnastis, iam iustae et verae pugnae copia vobis datur, cum manus conserere possitis. Cf. Cic. Rep. II, 37. *milites bellum illud, quod erat in manibus, relinquerunt.* Acn. XI, 311. Caes. B. G. II, 19. extr. Gronov. ad Senec. Ep. 91. et Drak. ad Silium XI, 163. Peerlk., qui aliter Pron. *ipse* otiosum et sine ulla vi positum censet, coll. Hom. Il. XVI, 630. ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, locum potius sic interpretatur: „Habemus, quod dudum optavimus. Datus est hostis, data pugna. Eventus, Mars ipse, secundus an adversus, est in manibus nostris, pendet a nostra virtute.“ Et sane eventus pugnae in aperto campo committendae multo magis in manibus s. virtute pugnantium positus, quam proelii eminus ex navibus vel castellis oppugnatis gerendi. Ceterum respexit hunc locum Silius XII, 196. *Campus et arma Et Mars in manibus.* — 280. Pro Vocativo *viri*, quem prius probavi atque etiamnum probant Wagn. et Ladew., nunc cum Ribbeckio (qui *viri* in uno tantum Rom. invenit), Coningtone et Benoisto recepi Med. et ceterorum meliorum librorum lectionem *viris*, unde haec prodit sententia: viri (qui vero sunt viri) Martem ipsum in manibus, in potestate sua habent, ut iam Peerlk. locum intellexit. Conington praeter Hom. I. iam l. etiam Il. XV, 741. (Aesch. Suppl. 749. et Soph. El. 1243.) conferri iubet. Wagn. tamen hanc lectionem crebro recurrenti in hoc versu literae *s* deberi suspicatur. — *Nunc coniugis esto* etc. Cf. Hom. Il. XV, 662. Ditzen. p. 19. etiam confert Callin. Eleg. v. 6. — 281. „*referto* animo, vel in animum revocato, memor esto, quod modo praecessit; itaque nolim accipere: exprimito, imitator. Cf. Iliad. XVI, 207 sqq. et ad seqq. XV, 661 sqq.“ *Heyn.* Mihi tamen haec altera significatio videtur praeferenda (de qua vid. ad V, 598. coll. adnott. ad IV, 329), ut sit: imitando renovate, repetite egregia maiorum facinora. Gossr. mecum consentire videtur, et diserte consentiunt Wagn. in recentiss. edit., Ladew. et Benoist., dum Bryce et Conington incerti sunt, quid statuant. Ceterum pro *referto* nunc cum Ribbeckio ex Pal. et Gud. recepi lectionem *referte*, cum Ditzen. p. 19. coll. locis Val. Fl. III, 380. Cic. Tusc. III, 28, 70. pro Flacc. 41, 104. de Fin. II, 1. Liv. XXII, 4, 1. et laud. Weissenb. Gramm. Lat. §. 156. recte contendere videatur, certam esse legem linguae Lat., ut *quisque* in altero enuntiato Singularem, in altero Pluralem postulet. Ceteri recentiores editores Singularem retinuerunt. — 282. *Facta, patrum laudes.* Ita interpunxerunt Ruhk. et Iahn., quos (ut etiam omnes me posteriores editt.) cum Wagn. secutus sum, nam *magna facta* fere idem est quod *laudes* (κλέα ἀνδρῶν); quare si Genitivus ille non adiectus esset, voc. *laudes*, quod iam per se tam nude positum offenderet, mirum quantum langueret. Vulgo enim sic distinguitur: *Facta patrum, laudes.* Copula in quibusdam libris addita (vel *et laudes*, vel *laudesque*) Wagnero nihil declarare videtur, nisi iam olim hic offensum esse. Recipiendam tamen esse Copulam, contendunt Wakef. et Both. (a quibus non dissentire videtur Conington), recte adversante Iahnio. Peerlk., cui haec verba additamentum videntur ad versum explendum factum, cum in Codd. quibusdam legatur *ad undas*, satis audacter coni. - - *Facta patrum. Primas ultro occ. ad undas.* Gentius autem p. 54. *patrum. Audentes ultro* etc. — *Ultro*, priusquam hostes nos adgrediuntur, lacessunt, (vid. infra v. 312.); ut nunc Wagn. quoque in min. edit. vocem explicat, qui antea Qu. Verg. XXVII,

Dum trepidi, egressique labant vestigia prima.
Audentis Fortuna iuvat."
Haec ait et secum versat, quos ducere contra,
Vel quibus obsessos possit concredere muros.
Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit. Multi servare recursus
Languentis pelagi et brevibus se credere saltu,
Per remos alii. Speculatus litora Tarchon,
Qua vada non spirant nec fracta remurmurat unda,

2. etiam hic de ulteriore loco cogitavit, ut II, 193., ubi vid. adnott. — 283. *Dum trepidi*, sc. sunt; dum acie uondum instructa et firmata discursitant. Cf. Liv. XXXIV, 14. *tum trepidant acie instruenda* et Gossr. ad h. l. — *egressique labant vestigia prima.* Sic non solum Lutat. ad Stat. Theb. XII, 13., sed omnes Codd., praeter Med. a m. pr. et Palat., quorum lectionem *egressis* prius etiam a Wagnoro servatam et ab Hauptio, Ribbeckio, Ladew. et Benoisto receptam deteriorem censemus ea, quam nos cum Wakef. et Iahn. restituimus. Nominativus enim et melius convenit antecedenti *trepidi*, et propter Accus. illum absolutum *vestigia prima*, i. e. vestigiis primis (cf. adnott. ad Ecl. III, 106. et al.) difficilior et carmine dignior est. Nos secuti sunt Bryce, Wagn. in edit. min. et Conington. — Cum v. 284. cf. Ter. Phorm. I, 4, 26. *Fortes fortuna adiuvat.* Cic. Tusc. II, 4, 11. *Fortes - - fortuna adiuvat, ut est in vetere proverbio.* Claud. Epist. IV. ad Prob. v. 9. *Fors iuvat audentes Cei sententia vatis.* Tibull. I, 2, 16. *Audendum est: fortes adiuvat ipsa Venus.* Ovid. Met. X, 586. *audentes deus ipse iuvat* cett.; cui oppositum est illud *ignavis precibus Fortuna repugnat* ap. eundem VIII, 73. Repetuntur haec verba in Anth. Lat. I, 170, 60. Ceterum Cod. Leid. versum sic explet: *viresque ministrat.* Cf. adnott. ad I, 534. et al. — 285. *secum versat.* Cf. XI, 551. — 286. *obsessos concredere muros*, i. e. concredere obsessionem murorum Cf. autem supra v. 70. *puero - - credere muros?* — 288. Aeneas *pontibus* quibusdam ad naves appositis easque cum litore coniungentibus-qualibus etiamnum escendentes uti constat, suos exponit. De his *pontibus*, ἐπιβάθραις s. ἀποβάθραις, cf. etiam infra v. 654. Frontin. II, 3. e-Scheffer. de mil. nav. III, 6. p. 237 sq. — *servare recursus Languentis pelagi.* Heyn. haec verba non de reflexu reciprocantis maris accipit, sed de locis vadosis litoris, non abruptis, sed declivibus, in quibu-deficiunt extremi fluctus, ut igitur *recursus pelagi languentis* sit i. q. *brevia*, cum res agatur in ostiis Tiberis, ubi mare sese inferat aliquantum amni, turbatum vero et vento adverso spirante adactum, retundat amnem venientem et intra ostia late inmittatur. Ita vero si locum capimus, non video, quomodo de *recursu* maris sermo esse possit. Quare longe simplicior est ea ratio, ut cum Wagn. (et Peerlk.) escensionem sub initium accessus maris fieri cogitemus, quo tempore mare ita aestuat, ut alternis vicibus fluctus procurrant adversus litus et recurrant, quod maxime suadet v. 292. (ad quem vid. adnott.), et epitheton *languentis pelagi* hoc ipsum recessus momentum significare statuamus, quo fluctus nondum satis validi sunt, ut promoti consistere possint, sed languentes quasi hoc certamine rursus loco cedere cogantur, mox tamen maiore animo reversuri. Sensus igitur loci hic est: multi morae impatientes servarunt, i. e. observarunt (vid. ad Ecl. III, 75. Geo. I, 335. et Aen. V, 25), sub primum accessum maris id momentum, ubi fluctus recedebant, et desiluerunt in brevia et vada, unde priusquam proximus fluctus rediret, in terram evaderent. Ceterum cf. locus similis XI, 624. — 289. *brevibus*, brevibus vadis. Vid. ad I. 111. et V, 221. — 290. *Per remos*, remorum ope, scil. se credere saltu; remis, quos solo infigunt, innitentes in terram prosiliunt. — Tarchon denique, speculatus locum litoris depressiorem et vadosum, naves, vel cum earum periculo, eo remis propelli iubet, ut sulco in ipsa arena facto impactae sedeant et ipsum solum pro retinaculo habeant. — 290. *speculatus.* Cf. VII, 477. *arte nova speculata locum.* — 291. *Qua vada*

Sed mare inoffensum crescenti adlabitur aestu,
Advertit subito proram sociosque precatur:
„Nunc, o lecta manus, validis incumbite remis;
Tollite, ferte rates; inimicam findite rostris
Hanc terram sulcumque sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali puppim statione recuso
Arrepta tellure semel.“ Quae talia postquam
Effatus Tarchon, socii consurgere tonsis
Spumantisque rates arvis inferre Latinis,
Donec rostra tenent siccum et sedere carinae
Omnes innocuae. Sed non puppis tua, Tarchon.

---

non spirant, aestuant, fervent fluctibus motis („*gähren*“: Ladew.), nimirum quod fluctus aestuantes in loco vadoso nihil inveniunt, quo offendantur et frangantur. *Spirare* autem verbum proprium de mari aestuante atque in locis vadosis se frangente. Vid. Geo. I, 327. et Claud. in Eutr. I, 226. *mergique fretis spirantibus* (vulgo *spumantibus*) *orat.* Sic Stat. Silv. II, 3, 56. de *aquarum spiritu*, Veget. de re mil. IV, 42. de *pelagi spiramine*, Colum. IX, 11. de *fontis spiraculis* loquitur. Fusius hac de re disputavit Heins. ad h. l. Cf. etiam Wakef. ad Lucr. VI, 890. Iahn. praeferre videtur alteram Rom., Gud. aliorumque Codd. lectionem *sperat* (i. e. non timet, ne locus vadosus sit), etiam a Servio commemoratam, Schirachio p. 598. atque Peerlkampio probatam et a Ribbeckio receptam, quem tamen posteriores editores non secuti sunt. *Spirant* enim Iahn. fortasse ex Geo. I, 327. ortum et interpret. verborum *fracta remurm. unda* esse censet. (In altera tamen edit. haec omisit, et nostram lectionem videtur comprobare.) — ***remurmurat***, cum murmure repellitur. Legitur hoc verbum etiam Stat. Silv. V, I, 153. et Calpurn. IV, 28., sed sensu magis proprio. — **292.** ***mare inoffensum.*** Cf. Ovid. Trist. I, 9, 1. ***inoffensae vitae.*** — ***crescens aestus***, quod Heyn. explicat per fluctus latius provolutos et exundantes, potius est accessus maris maiore cum vi ex alto ad litus redeuntis. Vid. supra ad v. 288. — **293.** Recepi nunc cum Hauptio, Ribbeckio et Ladew. aptiorem Med. a m. sec. lectionem ***proram***, cum etiam Rom. praebeat *prora*, vulg. autem lectio *proras* facillime ex *prorā socios* oriri potuerit, ut v. 297. *puppim* in Pal. et Rom. in *puppes* mutatum videtur, quia sequitur voc. *statione.* (Cf. Wagn. Quaest. Verg. IX, 11.) Ceteri recentiores editores Pluralem ob Codd. auctoritatem servarunt; quamquam etiam Conington Singularem fortasse praestare putat. Waguero sane in Phil. Suppl. I. p. 357. Singularis a librario aliquo versui 297. accommodatus videtur, concedit tamen sententiam utrumque pati, cum et suae navis proram advertat Turnus litori et ceterarum proras adverti velit. — **294.** ***incumbite remis.*** Vid. adnott. ad V, 15. — **295.** ***tollite*** non tam remos antea commemoratos (ut Wagn. et Gossr. explicant), quam potius ipsas rates. Recte enim *Peerlk.*: „Ipsa navis vehementi remorum impulsu in prora tollitur et sublevatur. Sic propius terrae rostrum infigi poterat.“ — ***ferte rates***, impellite, agite; quare et infra v. 300. *rates arvis inferre.* — ***findite rostris terram.*** Heyn. comparat Claud. B. Gild. 491. *Quassatis cupio tellurem figere rostris.* — **297.** ***puppim.*** Vid. ad v. 293. Unus Iahn. recepit lectionem *puppes.* — ***tali statione.*** Cf. II, 23. et Geo. IV, 421. — **298.** ***Arrepta tellure.*** Vid. ad III, 477. — ***Quae talia.*** Vid. ad VII, 21. — Verba *Arrepta tellure* leguntur etiam in Anth. Lat. I, 45, 7. — **299.** ***consurgere tonsis*** (i. e. remis, vid. ad VII, 28.) i. q. supra III, 207. et al. *insurgere remis.* Ceterum cf. adnott. ad VI, 491. — ***Tarchon.*** Sic etiam hic Med. et cum eo Wagn. et ceteri editt. Vid. ad VIII, 506. — **301.** ***siccum***, litus. Cf. Geo. I, 363. III, 433. Lucr. V, 553. *siccum mergus amat* etc. Heyn. confert Homericum (Od. V, 402.) ξερόν s. ξηρόν pro χέρσῳ usurpatum. — ***sedere*** Perf. est verbi *sidendi* et significat i. q. sedent. Cf. adnott. ad III, 565. Conington nihil interesse censet, utrum a *sidere*, an a *sedere* deducamus et comparat VII, 201. *portuque sedetis.* — ***innocuae***, salvae; nam *inno-*

Namque inflicta vadis dorso dum pendet iniquo,
Anceps sustentata diu fluctusque fatigat,
Solvitur atque viros mediis exponit in undis;
Fragmina remorum quos et fluitantia transtra
Inpediunt retrahitque pedem simul unda relabens.
Nec Turnum segnis retinet mora, sed rapit acer
Totam aciem in Teucros et contra in litore sistit.

---

cuus non solum est, qui non nocet, sed etiam cui non nocetur. Cf. Claud. R. Pros. II, 349. *flumen Averni innocuae transistis aves.* id. III. Cons. Hon. 192. Cons. Mall. Theod. 330. Ovid. Fast. IV, 800. Nemes. Ecl. I, 55. etc. Med. a m. pr. et Gud. exhibent *innocue;* sed *innocuae* praeter ceteros Codd. etiam Nonius p. 444, 27. et Serv. testantur. — **303.** *vadis.* Haupt., Ribbeck. et Ladew. receperunt unius Pal. a m. pr et Probi ap. Servium lectionem *vadi.* Sed recte Wagn. in Phil. l. l. ceterorum librorum omnium scripturam commendabiliorem censet, cum verbis *inflicta vadis* causa reddatur, quare fiat, ut pendeat dorso. Ceteri recentiores editores *vadis* servant. Cf. I, 112. *Inliditque vadis.* (Hoffmann. in *Zeitschr. für d. Oestr. G.* 1865. p. 494. etiam de Probi scriptura dubitat, sed Ribbeck. Proleg. p. 140. docet, Thilonem in Cod. Paris. 7929., in quo solo haec Probi notatio inveniatur, re vera *vadi*, non *vadis*, invenisse.) — *dorso iniquo.* „*Dorsum* est durior arena (*θῖν*), quae remeantibus fluctibus plerumque densatur et in modum saxi indurescit, quod a nautis *pulvinus* vocatur.“ *Serv.* Talo *dorsum* in medio mari I, 110. commemoratur. — *iniquum* secundum Peerlk. non est noxium, exitiosum, sed inaequale. „Quia dorsum erat *iniquum*, ideo navis *anceps* agitatur. Si non fuisset iniquum, navem deducere potuissent, ut fecerunt illi Aen. V, 205.“ Verba *dorso dum pendet iniquo* repetuntur in Anth. Lat. I, 146, 10. — **304.** „*pendet anceps sustentata*, suspensa se librat, agitat, quoniam sulcum nullum impressit satis altum, nec firmata carina stabilem habet sedem. Cf. Lucan. IX, 337. [*Pars sedet una ratis, pars altera pendet in undis*].“ *Heyn.* Idem Heyn. malit interpungi post *sustentata*, ut *diu* ad seqq. pertineat. Sed verissime *Wagn.*: „*diu* praegressis adiungendum, ut aliquid novae notionis accedat; aliter verba *anceps sustentata* parum differunt a verbo *pendet.*“ Peerlk. Comma ponendum statuit post *Anceps*, ut *anceps* significet: „modo in sinistram, modo in dextram partem movetur, dubia, utro cadat,“ *diu sustentata* „autem aequilibritatem aliquam servans, quia motus iste est diuturnus et efficit, ut sustentetur.“ — *fluctus fatigat* hoc quasi certamine, quod fluctibus cum navi reluctante sustinendum est. — **305.** *Solvitur*, i. e. frangitur, eliditur, Peerlkampio nimis grave videtur vocabulum, cum mare esset quietum, et praeterea etiam ambiguum, cum metus sit, ne quis accipiat pro: navis dorso solvitur et liberatur; quare coniicit *fluctusque fatigans Volvitur*, quod explicat per ἀνατρέπεται, volvitur in latus, ut transtra soluta fluitent, remis iam antea in dorso fractis; qua coniectura non opus esse quisque videt. In dorso enim inaequali etiam tranquillo mari navis puppi modo inflicta et prora fluctibus allevata frangi potest et contundi. — *exponit.* Cf. VI, 416. *cymba - - vatemque virumque - - exponit in ulva.* — **307.** „*unda relabens*, fluctus litus alluens et ex alliso remeans: qui facit, ut pedem in lubrico figere nequeant.“ *Heyn.* — *retrahit pedem*, „fluctus reciprocatus retrahit eiectos, nec ad litus accedere patitur.“ *Wagn.* Plurimi Codd. (Med. a m. pr., Pal., Rom., Gud. etc.) *pedes*, quod Iahn. et Thiel. receperunt. Quae tamen lectio cum facile oriri potuerit ex litera *s* proxime sequente, Singularis autem melius convenire videatur verbis *unda relabens*, retinuimus Med. a m. sec. aliorumque scripturam ab Heinsio in contextum receptam omnibusque recentioribus editoribus praeter illos duumviros servatam. Conington comparat XI, 627. *unda - - aestu revoluta resorbens Saxa fugit* etc. — **309.** *Totam aciem*, scil. quam exercitu in duas partes diviso et altera ad castra Troiana obsidenda relicta (cf. v. 285 sq. et v. 604.) nunc secum ducit Turnus. Ergo contra morem Turnus nullam partem copiarum suarum in subsidiis collocat.

Signa canunt. Primus turmas invasit agrestis
Aeneas, omen pugnae, stravitque Latinos
Occiso Therone, virum qui maxumus ultro
Aenean petit. Huic gladio perque aerea suta,
Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum.
Inde Lichan ferit exsectum iam matre perempta
Et tibi, Phoebe, sacrum, casus evadere ferri

---

rapit (ut VII, 725.) *acer*, i. e. acriter. *Acer* autem non raro de fortibus bellatoribus. Cf. VII, 672. VIII, 340. 441. 614. X, 441. XI, 518. 869. — **310.** *signa canunt*: classicum canitur. Cf. VII, 512. *Signum canit* autem pro: tubicen signum canit, invenitur etiam ap. Livium I, 1, 7. XXIV, 15, 1. XXVII, 47, 5. et alios pedestris orationis scriptores. Cf. imprimis Kritz. ad Sall. Cat. 59, 1. — „Prudenter in Aeneam pugnantem in ipsis pugnae exordiis animos convertit poeta." *Heyn.* — *turmas agrestis*, Latinos, qui per agros dispersi habitabant. Cf. VII, 482. 504. 573. VIII, 8. et IX, 11. 607 sqq. XI, 367. — **311.** Cf. Hom. Il. VI, 5 sqq. — *omen pugnae.* Quod Aeneas in primo concursu cum Latinis vincit, omen est prosperi exitus totius belli. Latini enim *contra omina* pugnabant. (Cf. VII, 583.) Wagn. confert Liv. XXII, 29. *principium simul omenque belli*, Conington autem supra VII, 174. *regibus omen erat.* Inde apparet, haec verba etiam ad seqq. *stravit Latinos* per appositionem esse adiuncta. Ceterum de hoc parenthetico appositionis genere vid. ad Ecl. II, 3. Aen. VIII, 675. al. et cf. locus nostro simillimus IX, 53. — **312.** *ultro*, non lacessitus. Vid. supra v. 282. — **313.** *perque aerea suta, per tunicam.* Vid. ad Aen. II, 358. VII, 75. (Ecl. IV, 6.) et al. — *aerea suta*, i. q. thorax sutilis, ex pluribus lamellis vel catenulis aeneis contextus. Cf. adnott. ad III, 467. Heins., qui hanc lectionem pro vulg. *scuta* ex plurimis optimisque Codd. restituit, comparat Stat. Theb. III, 585., ubi pariter *aerea suta*, IV, 131., ubi *ferrea suta* leguntur; idemque vocabulum etiam aliis in locis per coniecturam vult restitutum, ut Lucan. VII, 497. *suto sub tegmine* (pro *tuto*) et al. — **314.** *squalentem auro*, ut etiam Geo. IV, 91. et infra XII, 87. Cf. Silium II, 585. et Claud. I, 182. cum adnott. ad Geo. l. l. Gellius II, 6. (a Wagn. laud.) haec verba sic explicat: „Id significat copiam densitatemque auri in squamarum speciem intexti. *Squalere* enim dicuntur, quae in serpentium pisciumve coriis visuntur;" cum quo loco Wagn. conferri iubet Geo. IV, 13. et locos iam supra allatos. — *latus haurit apertum*, i. e. haurit ita, ut aperiatur vulnere facto, de qua prolepsi ad Geo. II, 353. Aen. II, 736. III, 237. et alibi diximus. Ceterum cf. Silius I, 392. *latus haurit Hiberi* et adnott. ad II, 600. — **316.** „*Phoebo sacrum*, quippe deo medico, cuius ope ex matris utero esset servatus." *Heyn.* Secundum Serv. ad h. l. propterea „omnes, qui secto matris ventre procreantur, Apollini sunt consecrati." Quibus defenditur v. **317.** lectio *Quod licuit parvo*, ab Heins. ex melioribus libris restituta, et recentioribus omnibus praeter Iahn. probata, quae significat, Lichan propter id ipsum Apollini sacrum fuisse, quod eius ope parvus ferrum medicorum secantium effugisset. Rom. et alii *Cui*, quod Iahnio probatur, Wagnero autem languidius videtur, cum non talis opposita sit sententia: tum tamen non potuit telum Aeneae evadere. Gud. a m. pr. et Pal. a m. sec. *Quo*, in quod etiam incidit Markland. ad Stat. Silv. I, 2, 188., ut sensus sit: „cui bono fuit illum *parvum* evasisse casus ferri, si iam *iuvenis* ferro interiturus esset?" et sic sane edidit Ribbeck. interrogationis signo adpicto, quod probat Ditzen. p. 19., cum etiam Servius haec adiiciat: „et respexit ad illud, quod ferrum nunc iuvenis vitare non potuit, quod parvus evasit." Sed iure tale acumen a Vergilio alienum censet Heyn. et posteriores editores Ribbeckium non secuti sunt. Ceterum h. l. nemo non recordabitur Bacchi simili ratione servati. (Cf. Ovid. Met. III, 310 sqq.) Magis vero etiam huc pertinent, quae idem Ovidius narrat Met. II, 628 sqq. Omnino autem animadvertas, quo studio poeta, ut languori legentium occurrat, talia

Quod licuit parvo. Nec longe, Cissea durum
Immanemque Gyan sternentis agmina clava
Deiecit Leto; nihil illos Herculis arma
Nec validae iuvere manus genitorque Melampus,
Alcidae comes, usque gravis dum terra labores
Praebuit. Ecce Pharo, voces dum iactat inertis,
Intorquens iaculum clamanti sistit in ore.

---

de origine, fatis, ornatu occisorum adiiciat. — **317.** *Nec longe.* Cum hic loci commemoratio minus apta sit, quam temporis, prius *longe* cum Servio pro *diu* positum accepi (cf. Hand. Turs. III. p. 547 sq.) ut, quemadmodum *haud mora* s. *nec mora* (vid. ad III, 207.), cum sequente verbo *deiecit leto* coniunctum idem sit quod Geo. II, 80. *Nec longum tempus*, et - -, h. e. non multo post, neque aliter Bryce et Benoist. statuunt. Sed cum hoc sensu Compar. modo *longius* (a *longum*, non a *longe* deducendus) dici videatur (vid. adnott. ad V, 406.), nihil sane restat, nisi ut cum Wagn. in min. edit., Ladew. et Coningtone explicemus: non longe ab eo loco, quo Lichas occisus est. — **318.** *Inmanem Gyan.* Wakef. ad Lucr. V, 966. temere coni. *Immani* (clava). — *clava* utuntur, quia Melampus pater Herculis fuerat comes. Similiter Silius II, 155. (ubi vid. Drak.) Therona, templi Herculei custodem, Herculis clava armat. Cf. etiam Stat. Theb. XI, 45. Conington conferri iubet Hom. Il. VII, 141. — **319.** *deiicere Leto*, ut *Leto sternere* VIII, 566., ubi vid. adnott. Vid. etiam ad II, 85. *Deiicere* eodem sensu legitur XI, 642. Schrader. sine causa coni. *Deiecit telo.* — *nihil illos H. arma* etc. Similes locos legimus supra VII, 757. et IX, 328. — **320.** *Melampus* hic commemoratus non confundendus est cum augure illo antiquissimo, Amythaonis et Idomenae filio, ex Hom. Od. XV, 221 sqq. (coll. IX, 291.) et Apollod. I, 9, 12. noto et Geo. III, 550. commemorato. Hic M. cum Hercule in Italiam venisse (cf. Aen. VIII, 201 sqq. et X, 779 sq.) et ab eo relictus in Latio consedisse putandus est. — Ceterum cum vv. *nihil illos - - iuvere* Heyn. conferri iubet Hom. Il. V, 53 sq. et VIII, 142 sq. — **321.** *Alcidae.* Vid. ad Ecl. VII, 61. — *usque - - dum*, omnium Codd. (praeter Med. a m. pr.) lectionem, cum Iahn. et Wagn. restituimus. Heins. ex uno illo Cod. recepit *usque - - cum*, quia Part. *dum* redit v. 322.; qua in re non haerendum esse, aliquoties iam docuimus. *Usque cum* autem naturae Particulae *usque* adversatur, neque ab ullo scriptore Romano dictum est. Posteriores editores praeter Brycenm omnes nos secuti sunt; nisi quod Gossr. Comma post *usque* posuit. — **322.** „*Praebuit* nove dixit, cum bona praeberi dicantur.“ *Serv.* Sed iam Lucr. IV, 721. cecinit: *acremque dolorem Praebent.* Cf. etiam Claud. in Ruf. I, 361. *Adspice - - quas mihi Rufinus strages quantumque cruoris Praebeat.* — *Pharo* (Dat.) cum *Intorquet* coniungendum. Vid. infra. — „*voces inertes*: quia inertis hominis et imbellis est clamare et convicia iactare, ubi pugnando opus erat.“ *Heyn.* Rectius Wagn.: „quibus nihil proficitur.“ Thiel. confert Cic. de fato 13. *genus interrogationis ignavum atque iners.* Cum re cf. IX, 634 et XI, 380. — **323.** *clamanti* Heins. ex aliquot Codd. et Servio revocavit pro vulg. *clamantis*, quod, cum *clamanti* ob sequens *ore* ambiguum esset, restituit Wakef. atque Iahn. propter Codd. consensum recipere malit, quamvis ceteri omnes Dativo patrocinentur. Difficile sane iudicium, cum nesciamus, utrum *Pharo* Dativus sit, an Nominativus, et cum Dat. *clamanti* ante voc. *sistit* non minus facile *s* e proximo vocabulo adsciscere, quam Gen. *clamantis* ultimam literam eadem de causa amittere potuerit. Si *Pharo* est Nominativus, (quod certe librarii quidam putarunt, scribentes *Pharon*) locus sic intelligendus est: Ecce, dum Pharo voces inertes iactat, ille intorquet iaculum et in ore clamantis aut clamanti in ore sistit. Mihi tamen, cum *Pharon* non nisi paucorum Codd. (Pal., Med. a m. sec. et Gud.) auctoritate nitatur, quamvis Serv. utramque scripturam commemoret, *Pharo* Dativus et propterea etiam lectio *clamanti* amplectenda videtur; nam *Pharo clamantis* (τοῦ βοῶντος) in Latino carmine non ferendum esse, vere censet Wagn. Ceterum iam Taubmann. observat:

Tu quoque, flaventem prima lanugine malas
Dum sequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cydon,
Dardania stratus dextra, securus amorum,
Qui iuvenum tibi semper erant, miserande iaceres,
Ni fratrum stipata cohors foret obvia, Phorci
Progenies, septem numero, septenaque tela
Coniciunt; partim galea clipeoque resultant
Inrita, deflexit partim stringentia corpus
Alma Venus. Fidum Aeneas adfatur Achaten:
„Suggere tela mihi; non ullum dextera frustra
Torserit in Rutulos, steterunt quae in corpore Graium
Iliacis campis.“ Tum magnam corripit hastam
Et iacit; illa volans clipei transverberat aera

„Scita est fictio, quod ore convitium faciens et verbis se extollens per os traiicitur.“ Cf. etiam supra IX, 442. — **324** sqq. Phorcus una cum septem filiis pugnae interest, quorum quatuor nominantur, Cydon (v. 325.), Maeon (v. 337.), Alcanor (v. 338.) et Numitor (v. 342.). — *flaventem prima lanugine malas.* Cf. supra VIII, 160. et IX, 181. Stat. Theb. VI, 585. Val. Fl. IV, 233. Markland. ad Stat. Silv. III, 4, 65. et Huschk. ad Tibull. I, 8, 31. Wold. Ribbeck. addit Calpurn. Ecl. IX, 77. (*nulla tegitur lanugine malas*) et Wernsd. P. Lat. min. IV, 489, 14. (*florigenas plenaque decens lanugine malas*). *Flaventes comas* iam supra IV, 590. commemoratas vidimus; de constructione autem vid. ad Ecl. I, 54. III, 106. et al. — **325**. „*nova gaudia* pro eo, qui amatur, τὰ παιδικά, deliciae. [Cf. adnott. ad Ecl. II, 2.] — *nova*, quem primum tunc amare coeperat. — **326**. *securus*, oblitus in morte, nec memor amoris puerorum, qui tibi semper erat.“ *Heyn.* Cf. adnott. ad I, 350. — **327**. Verba *Qui iuvenum tibi semper erant* iterantur in Anth. Lat. I, 170, 145. Wagn., Servium secutus, Commate post *miserande* deleto, coniungit *miserande* (pro: *miserandus*) *iaceres*, ut hic habeamus genus illud attractionis Vocativi, de quo supra diximus ad II, 283. et IX, 485.; idemque mecum fecerunt omnes recentiores editores, cum Cydon, qui non interficitur, sed servatur ab interitu, vix per *miserande* appellari possit. De verbo autem *iacendi* vid. ad. I, 99. — **328**. *cohors.* Vid. VII, 710. XI, 500. et cf. supra adnott. ad v. 120. Conington comparat XII, 277. *fratres, animosa phalanx.* — **329**. Heyn. post *Progenies* Semicolo distinguit; quam interpunctionem non ferunt verba *septem numero* per appositionem adiecta. — **330**. *septenaque tela coniciunt*, pro: conicientes. Vid. ad Ecl. VI, 20. Aen. IV, 63. et al. — **331**. Venus *deflexit* tela, *corpus stringentia* modo, non laedentia, ut Iuno IX, 725 sq. a Turno, Homeri exemplo Il. IV, 129 sqq. V, 187 sq. XI, 437. — *Stringere* eodem sensu legitur IX, 577. Cf. etiam infra v. 344. — **333**. „*Suggere mihi tela*: heroum Homericorum opes: hastarum copia in armario: vid. Il. XIII, 260 sqq. [Ladew. inde concludit, Achaten fuisse Aeneae armigerum.] — *non ulla d. frustra torserit.* Homerica gloriatio Il. XIV, 453 sqq.“ *Heyn.* Sententiam autem hanc esse patet: Graecos ferire potui ante Ilii moenia, multo facilius igitur Rutulos. Recte enim Wagn. et Ladew. adnotant, Fut. exactum exprimere certam de eventu exspectationem. Ceterum verba *Suggere tela mihi* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 397. — **334**. *steterunt quae*, i. e. eorum, quae steterunt. Cf. adnott. ad Ecl. II, 71.; *steterunt*, haeserunt. Cf. XI, 817. Liv. XXVII, 14 Ovid. Met. V, 132. Silius I, 527. (ubi vid. Drak.) et IV, 190. (ubi hunc locum ante oculos habuit) *irrita nulli Spicula torquentur, statque omne in corpore ferrum.* Sic etiam *sedere* ap. Silium I, 540. Flor. IV, 2. al. De correptione *stetĕrunt* vid. ad Ecl. IV, 61. et al. — *in corpore* collectivo pro: in corporibus, ut II, 219. *capite*, V, 558. *humero*, IX, 721. *animo* etc. (Cf. etiam adnott. ad Geo. IV, 227.) Conington comparat Attii Epinaus. fr. 12. *Atque acervos alta in amni corpore explevi hostico.* — **336**. *transverberat*, ut infra v. 484. et XI, 667. Sic etiam *diver-*

Maeonis et thoraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit Alcanor fratremque ruentem
Sustentat dextra; traiecto missa lacerto
Protinus hasta fugit servatque cruenta tenorem
Dexteraque ex humero nervis moribunda pependit.
Tum Numitor iaculo fratris de corpore rapto
Aenean petiit; sed non et figere contra
Est licitum magnique femur perstrinxit Achatae.
Hic Curibus fidens primaevo corpore Clausus

---

berare V, 503. — **337.** Cf. Hom. Il. XI, 435 sqq. — *thoraca - - rumpit.* Cf. XII, 375. *rumpit - - loricam,* Hom. Il. XVII, 314. *Ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον* etc. — **338.** *fratrem* post *frater* cum singulari vi iteratum. Cf. infra ad v. 600. *et fratrem ne desere frater.* — **339** sqq. „Una hasta clipeum et thoracem ac pectus traiicit Maeonis; hasta alia ab Aenea emissa brachium Alcanoris transfigit, et *traiecto lacerto fugit protinus*, porro, *servatque tenorem,* nec remittit quidquam de impetu, quem ex iactu fortis viri habebat; uno verbo, brachium Maeoni suppositum fere totum rescindit, ita ut illud de humero pendeat: reliqua ad ornatum adiecta. Si de una hasta utrumque vulnus faciente accipiantur versus: primum res nimis in miraculum aucta est; tum v. 342. non apparet, quomodo tam alte infixa hasta e corpore evelli possit.“ *Heyn.* Negari tamen nequit, Vergilium, si hoc indicare voluerit, paulo obscurius scripsisse. Servius adnotat: hasta, quae fuerat missa, retro acta;“ quare Peerlk. suspicatur, eum fortasse in suo Codice invenisse *reiecto* [Ribbeck. quaerit: „an *at reiecto?*] (i. e. reducto) *lacerto* (coll. Aen. X, 552. XI, 605. et Ovid. Met. XII, 132., ubi Codd. quidam pro *reducto clipeo* exhibent *reiecto*). Ipse tamen insuper hanc profert coniecturam: *adducto nova missa lacerto* etc., quae paulo audacior censenda. — **340.** *Protinus.* Vid. ad Ecl. I, 13. — *fugit.* Cf. infra XI, 654. Val. Fl. III, 135. *et pectus arundo Per medium contenta fugit*, et adnott. ad Geo. III, 142. et al. — *servat tenorem.* Sic etiam ap. Stat. Theb. VI, 711. *servatque tenorem Discus.* Cf. etiam Lucr. IV, 634. *stomachi - - servare tenorem* et Claud. I, 17. *prolem fata sequuntur Continuum simili servantia lege tenorem.* Vid. adnott. ad Geo. II, 337. — **341.** *nervis.* i. e. musculis et tendinibus, ut ap. Hor. Od. I, 28, 13. Conington confert Hom. Il. XVI, 315. *περὶ δ' ἔγχεος αἰχμῇ Νεῦρα διεσχίσθη* et cum *dextera moribunda* Lucan. IX, 831. *Stat vivus, pereunte manu.* et Iuven. III, 48. *exstinctae corpus non utile dextrae.* — **342.** „*fratris de corpore*, Maeonis puta, si una hasta; sin duae, quod verius, Alcanoris.“ *Heyn.* Peerlk. temere coni. *de pectore.* De more iacula e suo vel socii alicuius corpore tracta in hostem mittendi cf. Silius II, 322. X, 141. 194. all. — **343.** *et*, etiam, scil. ut petiit. De Particulis coniunctis *sed non et* cf. Heins. ad Ovid. Met. IV, 273. et Claud. IV. Cons. Hon. 500. atque Drak. ad Silium XV, 399. — *figere contra*, *ἀντικρὺ πῆξαι*, in adverso corpore. Conington conferri iubet Sallust. Iug. 50. *nec contra feriendi aut conserendi manus copia erat* (et infra XI, 374. *adspicere contra*). — *magnique* cett. pro: sed magni. Vid. ad II, 94. et IV, 76. — **345.** *Curibus* apparet cum *Clausus* esse iungendum et significare Curibus oriundum. (Cf. adnott. ad Ecl. I, 54. et Aen. IV, 36. III, 503.), Iahn. tamen putat, huic rationi obstare verborum ordinem, qui aut (cum Servio) *Curibens fidens* [i. e. multitudini incolarum, ut etiam ap. Ovid. Fast. III, 201. *Cures* pro incolis urbis ponitur], aut *Curibus advenit* (quod ineptam sententiam efficeret) coniungi iubeat, quare satis ingeniose suspicatur, voce *curibus* telorum genus significari, quibus Clausus confisus fuerit. Haud dubie enim Vir doct. memor est locorum Pauli Diac p. 49, 10. Muell. Macrob. Sat. I, 9, 16. p. 72. Ian. et Ovid. Fast. II, 477., ubi de Sabinorum *curi* agitur, unde sunt qui Cures ipsas et Quirites nomen accepisse putent. De *Clauso*, qui Latinis Sabinos adduxerat, vid. ad VII, 706. — *primaevo corpore*, iuventa. Imitatur Maronem Silius XVI, 406. *Confisus primaevo*

Advenit et rigida Dryopem ferit eminus hasta
Sub mentum graviter pressa pariterque loquentis
Vocem animamque rapit traiecto gutture; at ille
Fronte ferit terram et crassum vomit ore cruorem.
Tris quoque Threicios Boreae de gente suprema
Et tris, quos Idas pater et patria Ismara mittit,
Per varios sternit casus. Accurrit Halaesus
Auruncaeque manus, subit et Neptunia proles,
Insignis Messapus equis. Expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi; certatur limine in ipso
Ausoniae. Magno discordes aethere venti

---

flore iuventae. Cf. etiam supra VII, 162. et Val. Fl. II, 653. *Centumque pares primaeva ministri Corpora.* — **346** sq. Cf. Hom. Il. XVII, 47. sq. *rigida hasta.* Sic etiam *rigido ense* infra XII, 304. et Ovid. Met. III, 118., *rigido ferro* ap. Ovid. Rem. Am. 11. et Pind. Theb. 300., *ense rigente* ap. eund. v. 302. cett. — **347.** *graviter pressa,* i. e. impressa. Clausus enim hasta utitur ad ictum, non ad iactum. Cum seqq. verbis cf. Auth. Lat. I, 168, 12. *pariterque loquentis ab ore Occidit exanimis vox ipsa frigida lingua.* — **348.** *animam rapit*, ut IX, 443. *animam abstulit hosti.* Ceterum cf. simillimus locus VII, 533 sqq. — **349.** *Fronte ferit terram.* Cf. infra XI, 418. ibique adnott. et Hom. Il. X, 457. Od. XXII, 86. Pal. et Gud. a m. pr. *premit* pro *ferit.* — **350.** *crassum vomit ore cruorem.* Cf. V, 469. *crassumque cruorem ore eiectantem.* — *Tris.* Ribbeck. hic cum Pal., Gud. a m. pr., Bern. II. et Gellio XIII, 21, 11. *Tres,* v. autem sequ. cum Med., Rom., Bern. III. et eodem Gellio *tris* edidit, quod et ipsum probat Ditzen p. 17., non item editores Ribbeckio recentiores. — *Boreae de gente suprema*, i. e. aut ultima, antiquissima, ut Boreas sit gentis auctor (cf. VII, 49. *sanguinis ultimus auctor*), aut i. q. summa (*erhaben*) ut VII, 220. *Iovis de gente suprema.* Propter similitudinem tamen utriusque loci haec altera explicatio est praeferenda. Ergo de Borea deo cogitandum, non de antiquo aliquo Thracum rege. De Praepos. *de* in genere constituendo usurpata (ubi nos dicimus *Einer von*) cf. Gronov. ad Senec. Suas. I. p. 354. Burm. ad Petron. c. 44. et Ovid.' Hor. XIV, 86. Drak. ad Liv. XXXV, 29, 8. alii; et de poetarum quidem formula *de gente* supra IX, 284. Markland. ad Stat. Silv. V, 3, 126. et Haud. Turs. II. p. 197. — **351.** *patria Ismara* pro Ismarica (cf. adnott. ad III, 602. IV, 552. al.), i. e. Thracia. *Ismarus* enim s. *Ismara* oppidum (Hom. Od. IX, 39. 198. Marc. Heracl. 28. Plin. IV, 11, 18.) et mons huius terrae satis notus, de quo vid. ad Ecl. VI, 30. et Geo. II, 38., ubi *Ismara* Neutrum est, quare Heins. et Heyn. hic invitis omnibus Codd. *mittunt* legi volunt pro *mittit.* Ceterum cum *mittit* cf. VII, 715. 744. — **352.** *Accurrit* Heins. ex Med., Gud. et Montalb. recepit. Vulgo *Occurrit,* quod Iahn. restituit; sed recte, nisi fallor, Wagn. docet, communis pugnae imagini, quae hic, antea singulis viris in certamen productis, paucis adumbratur, aptius esse verbum *accurrit;* contra vero verbum *occurrit*, quod se opponendi notionem sustineret, et spectaret ad Clausum modo memoratum, convenire illis: *Expellere tendunt nunc hi, nunc illi.* (In altera edit. Iahnium ad lect. *Accurrit* rediisse video, quam recentiores omnes receperunt.) — *Halaesus Auruncaeque manus* (vid. VII, 723 sqq.) et *Messapus,* qui Etruscos adduxerat (vid. ibid. v. 691 sq.), sunt inter Turni socios. *Halaesus* autem nunc cum Ribbeckio et recentioribus editoribus omnibus scripsimus pro vulg. *Halesus,* Codd. optimos Med., Pal., Rom., Gud. secuti. — *insignis Messapus equis.* Cf. VII, 691. *Messapus, equum domitor, Neptunia proles.* — **354.** *Expellere,* loco depellere. Conferunt Hom. Il. XI, 417 sq. Hunc locum Statius ante oculos videtur habuisse Theb. VIII, 421 sqq., ubi eadem imago de ventorum proelio sequitur. — **355.** *certatur* etc. Huius loci memor erat Val. Fl. VI, 352. Verba *certatur limine in ipso* iterantur in Auth. Lat. I, 170, 115. — **356.** „Compa-

Proelia ceu tollunt animis et viribus aequis;
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit;
Anceps pugna diu; stant obnixa omnia contra:
Haud aliter Troianae acies aciesque Latinae
Concurrunt; haeret pede pes densusque viro vir.
At parte ex alia, qua saxa rotantia late

---

ratio proeliantinm cnm ventis Homero frequentata, v. c. Il. XVI, 765 sqq. et Ennio [Ann. XVII. fr. 5. p. 64. Vahl.] ap. Macrob. VI, 2. [28. p. 514. Ian.]; sed nunc a Marone ita ornata, ut nihil supra cogitari possit.“ *Heyn.* Cf. etiam adnott. ad II, 415 sqq. — *discordes venti.* Cf. Silius IV, 323. *ubi exercet discordia ventos* et Aetna v. 57. (in Wernsd. P. Lat. min. IV, 100.) *Undique discordes comitum simul agmine venti.* — **357**. *animos* et *vires*, quae et mentis et corporis robnr et praestantiam absolvant, ideo saepe qnasi ex formula coniungi, iam Burm. memorat. Cf. Aen. II, 617. V, 191. IX, 717. 763. Val. Fl. I, 243. Liv. XXIV, 8, 4. Plaut. Capt. II, 3, 27. Val. Fl. IV, 621. Liv. VIII, 38. 8. alios. — **358**. Verba *Non ipsi inter se* hinc repetuntnr in Anth. Lat. III, 81, 86. — *cedit*, qnod omnes Codd. exhibent, non erat cnr Heins. in *cedunt* mutaret, unnm Med. secutns, in quo librarius, cni haud dubie obversaretur sonus praegressi *tollunt*, scripsit *ceduint*, unde alia manus transfixis literis *u* et *n* fecit *cedit.* Wagn., cum quo (ut recentiores omnes) Singularem, ad ultimum modo Subiectum relatum (vid. ad Ecl. I, 59. VI, 30. al.), restituimus, iam triplex *nec* Plurali adversari, vere memorat. — **359**. *stant obnixa omnia contra*, i. e. omnia (venti mari, mare ventis) constanter sibi obnitnntur, nec quidquam cedit; ut *contra obniti* eodem pleonasmo dictum sit, quo alibi *ante praesentire, retro redire* et multa similia. Hanc antem omninm fere Codd. lectionem iam Cuninghamo et Brunckio probatam cum Ruhk., Iahn. et Wagn. restituimus, eamqne etiam editt. me posteriores servarunt. Vnlgo *obnixi*, ut sensns sit: venti stant obnixi contra omnia, nt nihil sit, quod eos in alterutram partem impellat et inclinet. Sed inre quaerit *Wagn.*: „At qnaenam sunt illa *omnia?* nnbila, mare? at illa resistere quidem possnnt, impellere et inclinare non possunt.“ *Obniti contra* legimus etiam V, 21. Ceterum hnins loci aperte memor fuit Val. Fl. VI, 353 sqq., cuins hnc potissimum spectant verba *obnixa virum sic comminus haeret Pugna*, quae et ipsa patrocinantur lectioni a nobis receptae. — **360**. *Haud aliter* post *ceu*, nt IX, 797., ubi vid. adnott. — De repetitione voc. *acies*, qnam Articuli defectus genuit, cf. adnott. ad Aen. I, 554. et al. — **361**. „*haeret pede pes.* Notissimi versns Iliad. XIII, 130 sqq. a Tyrtaeo expressi. Vid. Klotz ad Tyrtaeum II, 31 sqq. p. 33. et 51. Cf. etiam Ennius [p. 303. Hessel.] *Pes pede premitur, armis teruntur arma* [vel potius metro restituto - - *premitur pede pes atque armis arma teruntur*: Vahl. p. 81.], et A. Furins Antias Annal. IV. ap. Macrob. VI, 3 [5. p. 17. Ian.] *Pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.*“ *Heyn.* Wagn. addit Epit. Iliad. v. 295. (ibique Kooten.) et 961. *Collatusque haeret pede pes et dextera dextrae.* Cf etiam Ovid. Met. IX, 44. Silius IV, 355. IX, 322. Stat. Theb. VIII, 398 sq. et alii loci a Drak. ad Silinm IV, 355. collecti cum Aen. V, 584. VIII, 448. 486. XI, 615. et similibns. Contra Vossium antem ad Geo. I, 430. contendentem, *pede* hic esse antiqnnm Dativnm (cui adsentitur Thiel.), idem Vir doct. conferri inbet Burm. ad Ovid. Met. IV, 27. (qui haec adfert exempla verbi *haerendi* et *adhaerendi* cum sexto Casu constructi: Ovid. Met. V, 38. XII, 95. Lucan. I, 507.). Imprimis autem conferendus erat Verg. ipse infra v. 845. scribens *corpore inhaeret.* Antiqui vero illius Dativi (de quo vid. Perizon. ad Sanct. Min. I, 6. p. 26 sqq. Ruddim. II. p. 140. not. 82. et Schneider. Gr. Lat. II, 1. p. 200 sqq.) nulla apud Vergilium vestigia reperinntur. Cf. etiam Struve *Ueber lat. Decl. u. Conj.* p. 28. — **362** sqq. Cf. Hom. Il. XIII, 137 sqq. — *alia ex parte*, alio loco. Ladew. coll. v. 352. et 411. docet, Arcadas haud procul a Troianis pugnasse, et coll. v. 430. et 512. eos statim post exscensio-

Inpulerat torrens arbustaque diruta ripis,
Arcadas, insuetos acies inferre pedestris,
Ut vidit Pallas Latio dare terga sequaci, —
Aspera quis natura loci dimittere quando
Suasit equos, — unum quod rebus restat egenis,
Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:
„Quo fugitis, socii? per vos et fortia facta,

---

nem cum ceteris copiis coniunctos sinistrum aciei cornu tenuisse videri. Ceterum verba *At parte ex alia* hinc repetit Auson. cent. nupt. 27. et 46. Cf. supra v. 238 sq. — *saxa rotantia*, scil. se, ut Geo. I, 163. *volventia* cett. Cf. Lucr. I, 295. *vertice toto Corripiunt rapidoque rotantia turbine portant*, et adnott. ad Aen. I, 233. — **363**. *Inpulerat* Heins. ex Modic. aliisque bonis libris restituit. Plerique tamen praebent *Intulerat*, quod Wagn. ortum censet ex litera *t* saepe hic repetita: rot*antia*, la*te*, *t*orreus. — *torrens* aliquis cogitandus in Tiberim se effundens. Conington conferri iubet Hom. Il. XIII, 137 sqq. — **364**. *insuetos acies inferre pedestres*. „Equi in lubrico et aspero solo consistere non poterant: quare iis relictis pedites pugnabant; verum cum pedestri pugnae parum assueti essent, loco cedebant; cum ecce Pallas eos increpat.“ *Heyn.* Ceterum cf. adnott. ad VIII, 518 sq. et de equitibus Arcadicis supra ad v. 239., de *Pallante* autem ad VIII, 51. — *Latio* (Latinis et Rutulis: cf. adnott. ad Ecl. I, 62. IV, 58. Aen. II. 193. 703. — *sequaci*, qui sequi non desistunt. — **366**. *quis quando* (aliquando), i. e. quandoquidem (*da sie jetzt gerade*). Cf. adnott. ad IV, 291. Quod attinet ad locum, quem obtinet, cf. supra VI, 50. Cod Parrhas. ex interpretamento *quondam*, quod Bothius in contextum recepit. Sed vid. Hand. ad Gronov. Diatr. Stat. I. p. 286. qui cum h. l. confert Nemes. Ecl. III, 19. *qui quando palmite tigres Ducis*. „Secundum consuetudinem dicendum erat *quando iis* aut *quis* omisso *quando*. Sed cum relativum posuisset poeta, adiunxit deinde *quando*, ut causae idoneae notio magis exstaret.“ *Wagn.* *dimittere equos* etiam apud Tac. Agr. 35. et alibi legitur. Idem est *removere equos* apud Sall. Cat. 59. et Caes. B. Gall. I, 25. Cf. Serv. ad h. l. — **367**. *rebus egenis*, „eo adactis, ut iam inopia esset consilii.“ *Wagn.* Vid. ad VI, 91. et VIII, 365. Respexit autem hunc locum Stat. Theb. X, 590. *Quodque unum rebus solamen in arctis.* Peerlk., cum non hoc *unum*, sed plura restarent, (ut fugientes hasta intentata sisteret et in hostes impelleret, vel ut se ipsum moriturum inferret in hostes), v. 367. eiecto et antecedente transposito, audacissimo conamine totum locum sic refingendum censet: *Arcades - - pedestres* (*Aspera equos natura loci dimittere suasit*) *Ut vidit Pallas Latio d. t. sequaci, Nunc prece* etc., cui coniecturae Ladew. in Append. p. 264. recte adversatur, quamquam et ipse putat, Vergilium in altera recensione hunc locum mutaturum fuisse, cum sententia relativa statim post v. 364. ponenda fuerit. Cum v. **368**. comparant Hom. Il. XII, 267 sq. et XI, 232. 240. — **369**. Wagn., cui Ladew., Coningt. et Benoist. adsentiuntur, coll. Tibull. IV, 5, 7. *per te dulcissima furta Perque tuos oculos, per Geniumque rogo*, et Ter. Andr. III, 3, 6. *Per te deos oro*, verba sic construenda esse putat: *Vos* (scil. rogo, obsecro: quod verbum, hic latens in illis *ne fidite* v. 372., sane interdum omittitur: cf. infra v. 597. Lucan. X, 370. ibique Oudend. Silius I, 658. Liv. XXIX, 18, 9. Quinct. Decl. IV. p. 69. V. p. 92. al.) *et per fortia facta* (*vestra*) et *per nomen Evandri;* quae quidem transpositio per se nihil absoni haberet, immo adeo Graecorum Romanorumque usum in obtestando sequeretur (cf. adnott. ad II, 142.), modo ne addita esset Copula *et*, quae, potissimum cum sequantur verba *Per ducis Euandri nomen, devictaque bella* etc., miram profecto efficeret ambiguitatem, si Wagnero adsentiri vellemus; neque sufficiunt, quae Wagn. memorat, alterum *per* Copulae vice fungi (cf. adnott. ad VII, 75.); vix enim puto, virum doct. nobis persuadere velle,

Per ducis Euandri nomen devictaque bella,
Spemque meam, patriae quae nunc subit aemula laudi,
Fidite ne pedibus. Ferro rumpenda per hostis
Est via. Qua globus ille virum densissimus urguet,
Hac vos et Pallanta ducem patria alta reposcit.
Numina nulla premunt, mortali urguemur ab hoste
Mortales; totidem nobis animaeque manusque.
Ecce, maris magna claudit nos obice pontus;

---

per et - - per idem esse, quod supra v. 313. et alibi *perque - - per.* Quare nescio an Hand. Tursell. IV. p. 441. (qui tamen perperam adiungit Tibulli locum modo laud., ubi haud dubie transpositio verborum statuenda est) rectius etiam Accus. *vos* a Praepos. *per* pendere censeat, quam rationem etiam parallelismus loci iuvat. Cui tamen haec paulo insolentior obsecratio per eius ipsius personam, quem adloquimur, displicet (vid. tamen infra v. 597. et Ennius Hect. lustra fr. 16. p. 116. Vahl. *per vos et vestrum imperium et fidem Myrmidonum vigiles, commiserescite*, ubi sane Ribbeck., verbis *Obsecro, mei* ante *Myrm.* ex coni. adiectis, de eadem transpositione *vos obsecro per* etc. videtur cogitare), ei commendamus coniecturam Peerlkampii *per vos ego f. f.*, cum sane in hac obtestandi formula plerumque adiungatur Pronomen *ego* (ut Aen. XII, 56. Plaut. Rud. III, 2, 13. Menaechm. V, 7, 1. Ter. Andr. I, 5, 54. III, 3, 6. Liv. XXIII, 9. Ovid. Her. X, 73. Stat. Theb. VI, 171. X, 694. Curt V, 8. etc.). Heynii enim coniectura *Et ducis* non multum lucramur. — **369.** Cf. Hom. Il. XV, 733 sqq. — **370.** De Praepos. *per* loco Copulae iterata vid. supra ad v. 314. Cum rex Evander non bene *dux* vocetur, Peerlk. paulo cupidius coni. *Per decus Euandri et nomen.* — *devicta bella*, ut bella pugnata, depugnata. Vid. VIII, 629. atque cf. Oudend. ad Apuleii Flor. IV, 18. et Ruhnk. ad Vellei. I, 8. Scilicet *rem vincere* dicitur etiam, qui vincit in aliqua re. Sic ap. Cic. Verr. II, 1, 53. *iudicium*, pr. Caec. 31, 91. *sponsionem*, ap. Ovid. Her. XVI, 76. *causam vincere* et similia. Quare etiam *victor belli* ap. Vellei. II, 55. legitur. — **371.** „*subit*, succedit [cf. VI, 812.], *aemula laudi*, qua virtutem paternam aemulor.“ *Heyn.* Aemulans enim succedit in laudem eius, quem aemulatur. — *patriae* (i. e. patris) *laudi.* Cf. infra v. 524. I, 643. II, 539. etc. — **372.** *Fidite.* Cf. Hom. Il. VI, 505. — *rumpenda via*, ut supra II, 494. *rumpunt aditus.* Sic etiam Liv. II, 50, 9. *eo nisi corporibus armisque rupere cuneo viam* et Sil. IV, 196. *iter ferro rumpere.* Burm. conferri iubet sua ad Val. Fl. I, 3., ubi *cursus rumpere* legitur. — Cum v. **373.** cf. IX, 515. *Qua globus imminet ingens.* — **374.** „*Hac - - reposcit*: ut in patriam [victores] redeatis, et me incolumem reducatis; non fuga quaerendum est, sed hac turba perrupta.“ *Heyn.* Peerlk. et in *patria alta*, et in verbo *reposcit* haerens, quod se non intelligere confitetur, hanc profert, ingeniosam quidem, sed supervacaneam coniecturam: *Troia altera poscit* Sed *alta patria* est nobilis et maiorum rebus gestis clara. Vid. supra v. 126. et XI, 797. — *Pallanta*, pro: me. Vid. ad II, 79. III, 380. VI, 687. — Cum v. **375.** componunt Hom. Il. XXI, 568 sq. et cum v. **376.** Il. XIII, 814. Cf. etiam Silius II, 338. *mortalem sumimus hostem.* — **377.** „Nec mari nec terra fugae locus patet. Mari inclusi sumus; nec est quo tendere possimus, nisi ut aut in mare immittamus nos, aut in castra ab hoste obsessa, qui ab aditu nos intercludit. Cf. Iliad. XV, 504 sq. 734. 740.“ *Heyn.* Wagn., qui accuratius disputavit de discrimine vocc. *maris, ponti* et *pelagi*, haec verba sic explicat: „*Pontus*, i. e. profunditas illa, qua facile mergimur, claudit nos maris, monstri illius, in quo sisti nequit, tamquam obice,“ coll. Hom. Il. XXI, 58. *πόντος ἁλὸς* et Aesch. Pers. 106. *θαλάσσης πόντιον ἄλσος.* Cf. etiam Huschk. ad Tibull. IV, 1, 53. Iahn. laudat Hand. ad Gronov. Diatr. Stat. I. p. 182. — De voc. *obicis* haud raro femin. genere usurpato, quamquam Grammatici masculinum genus praeferunt, cf. Ruddim.

Deest iam terra fugae: pelagus Troiamne petemus?"
Haec ait et medius densos prorumpit in hostis.
Obvius huic primum fatis adductus inquis
Fit Lagus; hunc, magno vellit dum pondere saxum,
Intorto figit telo, discrimina costis
Per medium qua spina dabat, hastamque receptat
Ossibus haerentem. Quem non superoccupat Hisbo,
Ille quidem hoc sperans; nam Pallas ante ruentem,
Dum furit, incautum crudeli morte sodalis,
Excipit atque ensem tumido in pulmone recondit.
Hinc Sthenium petit et Rhoeti de gente vetusta

I. p. 37. et Schneid. Gr. Lat. II, 1. p. 111. (quem etiam vid. ibid. p. 421.). Ceterum cf. VIII, 473. *Tusco claudimur amni.* Verba *claudit nos obice pontus* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 164. — **378.** *Deest*, una syllaba pronuntiandum, ut ap. Hor. Epist. I, 12, 24. (ubi hexameter finitur verbis *bonis ubi quid deest*) et alibi. Vid. ad Ecl. VII, 7. et alios locos. — *Troiam*, scil. novam, castra Troianorum (vid. ad IX, 13.) ab Rutulis obsessa. — Verba *pelagus Troiamne petemus* sunt disiunctiva et alterutrum eligendum, aut pelagus, aut Troiam petendam esse, significant. Fecerant enim hoc iter, ut cum Troianis se coniungerent, qui nondum obsidione sunt soluti (cf. infra v. 604.); sed iam aversi ab eo pelagus, non Troiam petituri videbantur. Sic si locum cum Wagn. capimus, non opus est Schraderi coniecturis parum felicibus *pelago Lernamne petemus?* vel *Pallanteumne petemus?* Quomodo autem Arcades, qui a parte contraria venerint, fuga ad mare compelli potuerint, hoc in carmino non anxie quaerendum. Etiam quomodo Pallas, qui in Aeneae navo advectus est (vid. v. 160.), ad equites suos, qui terra advenerant, pervenerit, poeta exponere omisit. Ceterum cf. adnott. ad v. 238. — **380.** Verba *fatis adductus iniquis* repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 56. Cf. II, 257. *fatis - - defensus iniquis* et III, 17. *fatis ingressus iniquis.* — **381.** Pal., Rom., Gud., Bern. II. III., Minoraug. inverso ordine exhibent *vellit magno*, sed recte etiam recentiores editores usitatiorem verborum ordinem non deseruerunt. — **382** sq. „Vulnus hasta factum, qua parte spina per medium dorsi inter costas procedit, quae intervallis inter se diremptae spinae adhaerent." *Heyn.* — *figit*, transfigit. Cf. adnott. ad Ecl. II, 29., ubi praeter hunc locum adde Aen. XII, 357. et Lucr. V, 1204. *stellis micantibus aethera fixum.* — *discrimina costis* etc. Couington comparat Ciris 498. *qua se medium capitis discrimen agebat.* — **383.** *dabat.* Sic Med., Pal., Gud. a m. pr. aliique boni Codd., quos iure sequuntur Heyn., Iahn. et Wagn. Vulgo *dedit*, quod (a Rom. aliisque Codd. exhibitum) minus huc quadrat, cum non quaeratur, ubi natura hominibus spinam dederit (ἀοριστικῶς), sed ubi Lagus spinam habuerit ab hasta perforatam; quod, tamquam res durans cogitatum, (etiam Wagnero iudice, qui comparat XII, 394.) melius per Imperfectum exprimitur. De productione ultimae syllabae vid. ad Ecl. I, 39. Geo. II, 211. Aen. V, 521. — **384.** *super*, i. e. super hoc, dum in eo est occupatus (*dabei*); non desuper, ac si Hisbo inclinanti se ad recipiendam hastam vulnus desuper inferre vellet, sed a Pallante id antevertente interficeretur; quare, quod iam prius suaseram, nunc, probante etiam Ameisio in Muetzellii Ephem. gymn. VII. (1853.) p. 933., cum Ladew. uno verbo scripsi *superoccupat*, ut alibi *supervenire* et similia. Ceterum cf. Geo. IV, 440. — **385.** *Ille quidem hoc sperans.* Vid. ad Aen. I, 3. et cf. IX, 796. *Ille quidem hoc cupiens.* — *ante* cum *Excipit* coniungendum esse patet. — *ruentem.* Vid. ad VIII, 648. Thiel. comparat similem Lucani locum I, 524. *Nos primi Senonum motus Cimbrumque ruentem Vidimus et Martem Libyes cursumque furoris Teutonici.* — **386.** *incautum morte*, quem ira ex morte sodalis collecta incautum fecerat. Verba *crudeli morte sodalis* repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 49. — **387.** *Excipit.* Vid. ad III, 332. (et Ecl. III, 18.). — **388** sq. *Sthenium.* Sic cum Ribbeckio,

Anchemolum thalamos ausum incestare novercae.
Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in arvis,
Daucia, Laride Thymberque, simillima proles,
Indiscreta suis gratusque parentibus error;
At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas:
Nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abstulit ensis;
Te decisa suum, Laride, dextera quaerit
Semianimesque micant digiti ferrumque retractant.
Arcadas accensos monitu et praeclara tuentis
Facta viri mixtus dolor et pudor armat in hostis.

Coningt. et Benoisto pro vulg. *Sthenelum* (a Bryceo, Hauptio et Wagn. servato) nunc edidi, cum Med. et Pal. scribant *Sthenlum*. Servius ex Avieno et Alexandro Polyhistore haec narrat: Rhoetus, Marrubiorum (vid. VII, 750.) rex, Anchomolo filio Casperiam novercam superinduxerat, quam privignus stupravit, poenaeque et irae paternae metu ad Daunum confugerat, Turni patrem. „Merito ergo, addit Serv., in bello Turni Dauni filio Anchemolus gratiam reddit.“ — *Rhoeti de gente vetusta*, quia secundum Serv. „a Phorco, deo marino, originem ducere legitur.“ Ceterum cf. locus simillimus IX, 284. *Priami de gente vetusta.* Anchemolum huius loci memor commemorat etiam Iuven. VIII, 235. — **390**. *Rutulis in arvis*, ut rursus v. 404., pro: in arvis Latinis. Vid. supra ad IX, 450. Ceterum Ribbeck. pro *arvis* odidit *agris*, unius Pal. et Gud. (qui utramque lectionem commemorat) auctoritatem secutus. Ceteri recentiores editores *arvis* recte servarunt. Silius II, 636. hunc locum sic est imitatus: *Vos etiam primo gemini cecidistis in aevo.* — **391**. *Daucia proles*, Dauci alicuius filii, ita sibi simillimi, ut ne ab ipsis quidem parentibus suis discerni possent, et parentes eo errore ipsi gauderent. Wakef. cum Cod. Med. et Servio minus apte interpungit post *suis*, ut *sui*, i. e. propinqui, a parentibus distinguantur; nam de parentibus solis cogitandum esse, docent etiam huius loci imitationes ap. Silium II, 636 sqq. Lucan. III, 603 sq. Stat. Theb. I, 340 sqq. IX, 292 sqq. Val. Fl. I, 367 sq. Claud. IV. Cons. Hon. 206 sqq. Quinct. Decl. VIII. p. 167. et Ambros. Opp. T. II. p. 1124. Wagn. etiam Handium ad Stat. Silv. I, 2, 120. conferri iubet. Peerlk. tamen, cum *suis* ante *parentibus* plane otiosum sit, cum Wakef. facit, locum sic explicans: „Proles Daucia a suis, affinibus et domesticis et amicis, discerni non poterat, ipsi adeo parentes alterum pro altero saepe salutabant, dulcisque erat iste error.“ *Daucia - - simillima.* De duplici epitheto sine Copula adiecto vid. ad Geo. I, 449. (et Aen. V, 24.), ubi praeter hunc locum addi possunt Aen. II, 542. et X, 408. (hic a Coningt. collati), in quibus pariter alterum Adiect. pro Genitivo nominis proprii positum est. — **392**. Respexit hunc locum Ambros. de exc. fratris I, 38. (a Wold. Ribbeckio laud.) *quam gratus parentibus error!* fortasse etiam Lucan. III, 605. et Claud. IV. Cons. Hon. 209., ab eodem collati. — **394**. *Thymbre.* Supra v. 391. *Thymber* vocabatur. Haec variatio in formis nominum propriorum apud poetas inde ab Homero (cf. Il. XVI, 7. et 11.) haud rara est. Cf. quae ad VIII, 100. adnotavimus. — *capŭt abstulit.* Cf. IX, 332. — *Euandrius ensis*, quem ab Euandro patre Pallas acceperat. Sic etiam infra v. 420. *tela Euandri.* — **395**. *Te decisa suum* (sc. dominum) *dextra quaerit.* Sic apud Ovid. Met. VI, 560. abscissa Philomelae lingua humi iacens *Palpitat et moriens dominae vestigia quaerit.* Cf. etiam Lucr. III, 652. *Inde alius conatur adempto surgere crure, Quom digitos agitat propter moribundus humi pes.* — **396**. Servius confert hunc locum Ennii (Ann. fr. inc. sedis 15. p. 69. Vahl. s. p. 138. Hessel.) *Oscitat in campis caput a cervice revulsum, Semianimesque micant oculi lucemque requirunt.* Cf. etiam Hom. Il. V, 81 sq. Silius IV, 211. et Ovid. Met. V, 117. — *ferrumque retractant*, ut VII, 694., sed alio sensu. Conington hic plures comparat locos, in quibus Verg. iisdem verbis vario sensu utitur. — **398**. *dolor et pudor*, „*dolor*, quod admonendi fuerant, *pudor*, quod videbant praeclare

Tum Pallas biiugis fugientem Rhoetea praeter
Traicit. Hoc spatium tantumque morae fuit Ilo;
Ilo namque procul validam direxerat hastam,
Quam medius Rhoeteus intercipit, optume Teuthra,
Te fugiens fratremque Tyren; curruque volutus
Caedit semianimis Rutulorum calcibus arva.
Ac velut optato ventis aestate coortis
Dispersa inmittit silvis incendia pastor,

---

facta ducis adolescentuli.“ *Wagn.* Cf. Hegesippi (a Peerlk. laudati) imitatio de excid. Hieros. III, 9. *Pudor hos, illos armabat spes ultima.* — **399** sqq. „Pallas Rhoetcum, *praeterfugientem bigis*, ne a Teuthrante et Tyre fratribus interimeretur, hasta traiicit. Ita Ilus mortem effugit, quem Pallas hoc telo petierat.“ *Heyn.* Sed tantum ad breve tempus. Nam Ilum nihilominus paulo post a Pallante interfectum esse, clare docet v. 400.; ubi Heyn. verba minus probabiliter sic coniungit: *hoc tantumque spatium fuit Ilo morae;* cum verba potius sic intelligenda esse pateat: *hoc* (id) *spatium, tantum morae* (ea mora) *fuit Ilo*, scil. priusquam a Pallante iterum petitus necabatur. *Spatium* autem ad locum, *mora* ad tempus referendum videtur. Cf. Peerlk., qui haec adnotat: „Ilus eo spatio solum a morte abfuit, quod spatium Rhoeteus inter ipsum et Pallanta occupavit. Mors exigua hac mora fuit dilatata, ut prius interficeretur Rhoeteus: mox ipse interfectus est. Pallas Rhoetea traiecit: hoc *morae* fuit Ilo, ne statim traiiceretur.“ Non tamen mihi opus esse videbatur, ut cum Wagn. Comma post *spatium* ponerem (quod tamen Virum doct. in recentiss. edit., ut omnes recentiores editores praeter Bryceum, sustulisse video), multo minus autem necessaria videtur Peerlkampii coniectura: *Hoc spatii tantum atque morae fuit Ilo.* — *Ilo - - direxerat* (vel, ut Ribbeck. etiam hic scribit, *derexerat*). Vid. ad Ecl. II, 30. Cf. etiam infra XII, 488 sqq. *Huic - - (hastile) certo contorquens dirigit ictu.* — **403.** *curru*, pro: e curru. — Cum v. 404. cf. infra v. 731. — **404.** *Caedit - - calcibus arva*, ut Acron infra v. 730. — Adiect. *semianimis* legitur etiam IV, 686. X, 396. XI, 635. et XII, 356. Cf. adnott. ad Aen. III, 578. et IV, 8. Servius temere dubitat, unm in hac forma Nomin. Sing., an Ablat. Plur. agnoscat. — **405** sqq. Ut silvis (vid. ad v. 406.) incensis flammae diversae, si ventus incendium propagat, tandem in unum conveniunt, sic socii Pallantem stipantes in unum locum coëunt. Heyn. comparat Hom. Il. XI, 155 sqq. XX, 490 sqq. Geo. II, 303 sq. et supra Aen. II, 304. atque infra XII, 521. — *optato*, i. e. ex voto (*nach Wunsch*). Cf. Ter. Andr. III, 3, 1. *optato advenis.* Optat autem agricola ventos, ut incendium celeriter commune fiat. — **406.** „*Dispersa* epitheton ab eo, quod sequitur, sumptum: quod se dispergit incendium, non quod diversis locis pastor fecit.“ Haec *Heyn.*; sed recte Wagn. hanc alteram explicationem praefert, cum propter verba *Correptis mediis*, tum ob illud *in unum coire* v. 410. „quo declaretur, in eo ipso summam esse comparationis, quod omnia diversa antea et discreta contendant in unum.“ Cf. etiam locus modo comm. XII, 521., ubi legimus *inmissi diversis partibus ignes.* — *silvis*, i. e. pascuis silvarum (*Waldtriften*), quorum gramina incendebantur, ut novum gramen surgeret. Vid. Iahn., qui conferri iubet Aen. X, 406. XII, 522. Silium VII, 365. Lucan. IX, 182. Pallad. VIII, 1. Hor. Ep. II, 2, 186. Colum. VI, 23, 2. Voss. l. c. p. 234. et ad Geo. III, 126. p. 558. (adde Haeckerm. in Muetzellii *Zeitschr.* XII. p. 638.); quamquam etiam nihil impedit, quominus (coll. Lucr. X, 1241 sqq.) cum Gossravio de ipsis arborum silvis cogitemus, quae incendantur, ut agriculturae locus fiat, de qua re Conington etiam Arist. Mir. ausc. 87. conferri iubet. Heyn. *silvam* explicat per „stipulas agri demessi, quas pastor s. omnino agrestis ad solum recreandum incendit, coll. Geo. I, 76. et 152. itemque Lucano IX, 182 sq. Wagn. autem, *silvam* non facile pro stipulis poni memorans, nisi ubi reliqua oratio ad recte intelligendum id vocabulum ducat, fortasse Vergilium ipsum *sti-*

Correptis subito mediis extenditur una
Horrida per latos acies Volcania campos;
Ille sedens victor flammas despectat ovantis:
Non aliter socium virtus coit omnis in unum
Teque iuvat, Palla. Sed bellis acer Halaesus
Tendit in adversos seque in sua colligit arma.
Hic mactat Ladona Pheretaque Demodocumque;
Strymonio dextram fulgenti deripit ense
Elatam in iugulum; saxo ferit ora Thoantis
Ossaque dispersit cerebro permixta cruento.
Fata cavens silvis genitor celarat Halaesum;
Ut senior leto canentia lumina solvit,

pulis scripsisse arbitratur, quod probat Peerlk., Wagn. autem nunc ipse videtur improbare, cum in min. edit. *silvas*, ut nos, explicet. Ceterum cf. infra XII, 521. et qui videtur hunc locum ante oculos habuisse, Silius IX, 605. *incendia pastor Cum iacit - - Collucet iuga dissultans Vulcanius ardor.* — *mediis*, media parte, ut VI, 131. *tenent mediā omnia silvae.* — **408.** *horrida acies Volcania.* Vid. supra ad v. 391. Coniungton cum *Vulcania acie* flammarum confert *agmen aquarum* Geo. I, 322. — **409.** *victor*, voti compos (cf. II, 329. cum Geo. II, 307.) *despectat* (de monte) *flammas ovantis*, quasi successu exsultantes. Cf. infra v. 690. et adnott. ad Geo. I, 346. Ceterum Thiel. confert similem locum Silii VII, 366 sq. — **410.** *sociûm virtus coit in unum:* pugnantes Arcades circum Pallanta in unum locum se conglobant. Ut hic et supra IX, 801. *in unum coire,* sic XII, 714. *in unum misceri*, ap. Ovid. Her. XI, 21. *in unum coniungi*, ap. Val. Fl. VI, 371. *in unum ire* cett. — *Halaesus*, Auruncorum dux, inter Turni socios supra v. 352. commemoratus. „Nimis diversis locis ab Halaeso res geri coll. v. 352. et 362., vidit Heinrich.“ *Wagn.* — **412.** *se in sua colligit arma*, corpus inflectens tegit totum se scuto, quo tela excipiat. Cf. etiam infra XII, 491. Silius X, 128. *Consumit clipeo tela et collectus in arma Sustinet ingentes crepitantibus ictibus hastas* et Sen. de tranq. 8, 6. *Habiliora sunt corpora pusilla* (prius vulg. *in bello*), *quae in arma sua contrahi possunt.* Heyn. comparat Homericum συσταλεὶς ἐν ἀσπίδι vel ὑπ' ἀσπίδος, et Wagn. conferri iubet van Kooten. ad Epit. Iliad. v. 297. Imitati sunt hunc locum Ambros. Hexaem. VI, 4, 20. *Echinus, si quid insidiarum praesenserit, spinis suis clauditur, atque in sua se arma colligit*, et Hegesipp. IV, 1. *Sese in arma colligens, consertis clipeis cum paucis imperterritus stetit*, quos cum Burm. ad Quinct. Decl. p. 48. laudat Peerlk. De voc. *collectus* vid. infra ad XII, 862. et Bach. ad Ovid. Met. XIII, 910. — Cum rhythmo v. **413.** Conington confert prorsus respondentem Hom. Il. XXI, 209. — **415.** „*Elatam in iugulum*, iugulo suo vulnus minitantem. Petebat Strymonius ense vel hasta iugulum Halesi.“ *Heyn.* — *saxo ferit.* Cf. Hom. Il. XVI, 758 sqq. — **416.** Cf. Hom. Il. XI, 97. Od. XII, 412. et Ovid. Met. V, 58. *et fractis confudit in ossibus ora.* — **417.** „Ergo Halesi parens orat vates, qui filium, cuius fata praevidebat, eduxit in silvis [ut vitam pastoritiam, ab armis remotam, coleret]. At vix ille e vivis excesserat, cum filius in bellum procedit. Similis locus Iliad. II, 800 sqq.“ Haec *Heyn.*, vulg. lectionem *canens* respiciens. — *Fata cavens.* Hanc paucorum librorum (Pierii et Hamb. I.) lectionem, etiam Servio cognitam, ut difficiliorem et aptiorem Peerlkampio, Gossravio et Dietschio Th. Verg. p. 36. suasoribus nunc cum Hauptio, Ribbeck., Ladew. et Benoisto recepimus. Wagn. plurimorum sane et optimorum Codd. scripturam *canens* (etiam a Bryceo et Coningtono servatam, qui comparat Hom. Il. II, 831., cuius loci Verg. hic memor fuerit), quae tamen facile ex III, 444. vel VIII, 499. huc potuit transferri, etiamnum strenue defendit. (Vid. Philol. Suppl. I. p. 358.) — **418.** *canentia lumina* Heyn. cum Macrob. Sat. VI, 6., 5. p. 532. Ian. audacter positum censet pro oculis senilibus s. senis canentis;

Iniecere manum Parcae telisque sacrarunt
Euandri. Quem sic Pallas petit ante precatus:
„Da nunc, Thybri pater, ferro, quod missile libro,
Fortunam atque viam duri per pectus Halaesi.
Haec arma exuviasque viri tua quercus habebit.“
Audiit illa deus; dum texit Imaona Halaesus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
At non caede viri tanta perterrita Lausus,
Pars ingens belli, sinit agmina: primus Abantem

---

equidem potius de oculis moribundis, in ipsa morte albentibus intelligendum puto, in quo mihi adsentiuntur Ladew. et Conington, dum Benoist. cum Heynio facit — 419. *Iniecere manum Parcae.* Servius hic de verbo iuris cogitans: „Manus, inquit, iniectio, quotiens nulla iudicis auctoritate exspectata rem nobis debitam vindicamus [cf. Liv. III, 44. et Macrob. III, 7, 3. p. 287. Ian.];“ qua de re cogitasse poetam, dubitat Wunderl. ad Tibull. I, 3, 4., qui ita iam Graecos (ut Callim. Ep. II, 3.) locutos esse memorat, Wagn. vero in min. edit. admodum probabile esse indicat. Cf. etiam Ovid. Am. I, 4, 30. III, 9, 20. et Anth. Lat. IV, 18, 6. *Iniecere suas cum mihi fata manus* et I, 142, 8. *Iniecere manus invida fata mihi.* — „*telis sacrarunt Euandri* [vid. supra v. 394.], ductum ex eo, quod Diis inferis vel Manibus sacrati dicuntur, quibus moriendum sit. Obvium imprimis in Tragicis. Cf. Macrob. III, 7.“ *Heyn.* Ruhk. confert Hom. Il. II, 834. et Hes. Sent. H. 253. Vid. etiam supra IV, 693. — *telis Euandri*, i. e. hastae Pallantis, quam ille ab Euandro patre acceptam attulerat. Vid. supra ad v. 394. — 421. Thybrim invocat Pallas, quia in eius ripa certamen committitur. — *Da - - - habebit* pro: si dabis - - habebit. Conington comparat Iuven. I, 155. *Pone Tigellinum: taeda lucebis in illa.* — *ferro, quod missile libro*, ut infra v. 773. *telum, quod missile libro.* — 422. *viam per pectus.* Cf. infra v. 477. *viam clipei molita per oras.* — 423. Wagn. ante hunc versum recte supplet: Quod si feceris, coll. adnott. ad Geo. III, 562., et tropaeum s. truncum quercus armis Halaesi ornandum Thybrique sacrandum intelligit, coll. XI, 5 sqq. et X, 774 sq. — *quercus tua* igitur i. q. tibi sacra. Thiel. confert Claud. in Ruf. I, 339. *si laetior adsit Gloria, vestita spoliis donabere quercu*, et Lucan. 136. *quercus sublimis in agro Exuvias populi veteris sacrataque gestans dona deûm*, talemque quercum describi memorat a Stat. Theb. II, 707 sq. Ceterum cf. infra XI, 5. *Ingentem quercum decisis undique ramis Constituit - - tibi magne tropaeum Bellipotens.* — 424. „Halaesus, clipeum praetendens amico Imaoni, suum ipsius pectus nudat, ut Pallantis hastae obnoxium esset.“ *Heyn. Wagn.* haec adnotat: „Erit fortasse, qui *Ithemona*, quo nomine utitur Silius V, 546., a poeta scriptum putet.“ — 425. *inermum.* Sic omnes Codd. praeter tres Burm. Constat enim, plura Adiectiva, quae postea duarum erant terminationum antiquitus ut Adiectiva trium terminationum ad leges secundae et primae Declinationis esse flexa, ut *hilarus, sterilus, gracilus, sublimus* cett. Cf. Ruddim. I. p. 164. Drakenb. ad Silium V, 585. Goerenz. ad Cic. Finn. 5, 24, 77. et in Iahnii Annal. a. 1826. Vol. I. fasc. 2. p. 301. Beier. ad Cic. Off. 2, 8, 29. Kritz. ad Sall. Iug. I, 1. et mea ad Lucr. I, 341. II, 845. VI, 729. *Inermus* legitur etiam infra XII, 131., ap. Cic. Fam. XI, 12. X, 34. Sallust. Ing. 107, 1. 113, 6. alibi. Vid. Herzog. ad Caes. B. G. I, 40. imprimisque Kritz. ad Sall. Cat. 59, 5. et cf. etiam adnott. ad Aen. IV, 8. IX, 444. et infra ad v. 587. — 426. *Lausus*, Mezentii fil.: vid. VII, 649. — *caede viri tanta*, pro: caede tanti viri. Vid. ad VIII, 526. Aliter statuere videtur Conington, cum comparet I, 613. *casu viri tanto.* — *perterrita sinit agmina*, Graeca constructione pro perterreri. Vid. ad Geo. II, 10. Aen. I, 385. II, 377. VII, 421. al. — 427. *pars ingens belli*, i. e. in bello pugnantium. Vid. infra v. 737. Silius VIII, 428. *pars belli quam magna* et adnott. ad II, 6. Aliter tamen *Gossr.*: „in quo stat magna vis belli,

Oppositum interimit, pugnae nodumque moramque.
Sternitur Arcadiae proles, sternuntur Etrusci,
Et vos, o Graiis inperdita corpora, Teucri.
Agmina concurrunt ducibusque et viribus aequis.
Extremi addensent acies, nec turba moveri
Tela manusque sinit. Hinc Pallas instat et urguet,
Hinc contra Lausus, nec multum discrepat aetas,
Egregii forma; sed quis fortuna negarat
In patriam reditus. Ipsos concurrere passus
Haud tamen inter se magni regnator Olympi;
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.
  Interea soror alma monet succedere Lauso
Turnum, qui volucri curru medium secat agmen.

---

ut v. 737.“ — *primus* pro primo. Vid. ad Ecl. VI, 1. et al. Wagn. explicat: qui ceteris exemplo est, coll. Qu. Verg. XVIII, 3, h. — *Abantem.* Vid. supra v. 170. — **428.** „*nodum pugnae*, non de densa acie ac militum globo, sed a nodo arboris sub cuneo petitum: de eo accipe, qui fortunam belli diutissime sustinet, longissime resistit. Itaque adiectum *moram.* Sic in noto illo *belli mora concidit Hector.* Cf. ad IX, 155.“ *Heyn.* Vix tamen cum Heynio et Gossr. de nodo arboris cogitandum securis ictibus resistente; sed ut nodus difficilis est ad solvendum, ita Abas hostibus difficilem reddebat victoriam, eamque fortiter resistendo differebat (quare *mora pugnae* vocatur). Cf. etiam Claud. B. Gild. 10. *nullis victoria nodis haesit.* Etiam ceteros recentiores editores mecum consentire video, et Conington quidem comparat Cic. ad Brut. II, 18. *Maximus in republica nodus est inopia rei pecuniariae* et Florum IV, 9. *cum scopulus* (scrupulus?) *et nodus et mora publicae securitatis superesset Antonius*, quem huius loci memorem sic scripsisse patet. Cum voc. *mora* praeterea ad XI, 290. confert Albonii Silonis fragm. a Seneca Suas II. p. 23. nobis servatum *belli mora concidit Hector.* — **430.** *Graiis inperdita corpora*, quos Graeci ad Troiam pugnantes perdere non potuerunt. Eadem appositio invenitur VI, 582. *Aloidas, inmania corpora.* Ceterum cf. adnott. ad I, 193. — *Teucri.* Vid. supra ad v. 362. adnott. — **432.** „Qui in extremis ordinibus collocati sunt, urgent priores ordines, ideoque condensant aciem, ut arma vix moveri possint.“ *Heyn.* — *addensent.* Sic Heins. e pluribus libris (Pal. a m. pr., Mentel. II., Menag. I., quibuscum conspirant Serv. et Prisc. p. 837. et 866.) edidit, quem nos cum Wagn. secuti sumus (idemque post nos fecerunt Peerlk., Gossr. et omnes posteriores editores praeter Iahn., Thiel. et Süpfl., qui vulg. *Addensant* (quod exhibent Med., Rom., Gud., Bern. II. III. et a m. sec. Pal.) restituerunt. Cf. adnott. ad Geo. I, 248. et Aen. VII, 794. — **435.** *Egregii forma.* Cf. VI, 861. *Egregium forma iuvenem.* — **436.** *reditus* Plur. numero, ut II, 118. — **437.** *magni regnator Olympi*, ut VII, 558. *summi regnator Olympi* et II, 779. *superi regnator Olympi.* — **438.** *illos sua fata manent.* Cf. Hor. Epod. XVII, 62. *fata te manent*, et adnott. ad II, 194. *Fata* autem significare vitae exitum fato cuique destinatum, in promptu est. Cf. adnott. ad Aen. I, 222. — *maiore sub hoste*, nam Lausus ab Aenea, Pallas a Turno caeditur. Cf. autem XII, 410. *duro sub Marte cadentem.* Conington memorat, Verg. transtulisse Hom. Il. XV, 613. *ὑπὸ Πηλεΐδαο βίηφιν.* — **439.** *alma soror*, Iuturna nympha. Vid. infra XII, 139 sq. Heinrich. Daunum, Turni parentem, intelligere malit; sed vid. v. 450. — *succedere* Med. omninoque meliorum librorum est lectio, quam loco vulg. *succurrere* cum Iahnio et Wagn. restitui; qui verissime memorant, *succurri* laboranti, Lausum vero, nondum certamen cum Pallante ingressum, non laborare, sed in Turni locum, quem fas sit congredi cum Pallante, *succedere;* coll. infra v. 690. 847. et XI, 826. (Secuti sunt omnes editores nobis posteriores praeter Bryceum.) — **440.** *volucri curru.* Cf. adnott. ad VIII, 461. — *Ut vidit socios.* „In memoriam re-

Ut vidit socios: „Tempus desistere pugnae;
Solus ego in Pallanta feror; solo mihi Pallas
Debetur; cuperem ipse parens spectator adesset."
Haec ait, et socii cesserunt aequore iusso.
At Rutulum abscessu iuvenis tum iussa superba
Miratus stupet in Turno corpusque per ingens

---

vocandum est, binis cum maxime locis pugnari, primum qua parte Aeneae classis appulerat; hic Turnus pugnabat; altero loco, ubi Pallas cum equestri turma pugnabat equis relictis v. 362 sq. Ad hanc igitur pugnam advolat Turnus, ut succurrat; itaque *ut vidit socios* suos, qui hac parte pugnabant, iubet eos pugnam cum Pallante soli sibi servare." *Heyn.* — **441.** *Tempus desistere.* Vid. adnott. ad Geo. I, 305. et al. — *desistere pugnae.* Sic optimi plurimique Codd.; pauci modo cum Rom. *desistere pugna* (ut IX, 789. *excedere pugna*). Ceterum *pugnae* non opus est, ut cum Heyn., Ladew., Drak. ad Sil. X, 84. et XV, 190. atque Lamb. et Orell. ad Hor. Od. II, 9, 17. (qui comparant *desinere irarum* et similia) etiam hic Graecam constructionem statuentes *pugnae* Genitivum habeamus. Cf. potius Stat. Theb. V, 273. *haud umquam iusto mea cura labori Destitit.* Adiectiva sane et Participia saepe a Verg. Graeca ratione construi constat (vid. adnott. ad Geo. IV, 491. multosque alios locos), alias vero Verbi formas sic constructas praeter XI, 126. vix invenies. (Adsentiuntur mihi Bryce, Conington, Duebner. et Benoist.) — **442.** *in Pallanta feror*, pro *ferar*, quia qui certum cepit consilium rei alicuius statim perficiendae, eam sic cogitat, ac si iam faciat. Cf. IX, 21. XII, 13. etc. — **443.** *Debetur*, ex fati voluntate. Cf. autem XII, 317. *Turnum debent haec iam mihi sacra.* — *cuperem ipse parens* (eius, Euander) *spectator adesset*, i. e. interficiam, vel si pater Euander adstaret; ante ora patris eum mactarem. Sic iam Servius locum intellexit, eamque explicationem flagitare videtur v. 450. Alii de Dauno, Turni patre, cogitant, ut sensus sit: quam vellem, ut pater meus spectator esset! Ceterum cf. Ovid. Her. XI, 7. *Ipse necis cuperem nostrae spectator adesset* et Anth. Lat. I, 178, 385. — **444.** *aequora iusso*, i. e. ea parte campi, qua ipsi iussi erant cedere (cf. Macrob. VI, 6, 3. p. 532. Ian.); quare non mirum est, editt quasdam antiquiores exhibere *cesserunt aequore iussi*, vulgari dicendi ratione, atque etiam Probum ad h. l. offendisse (cf. Serv. ad h. l. et Ribbeck. Proleg. p. 151.). De hoc autem passivo verbi iubendi usu cf. Ruddim. II. p. 132. et vide supra 238. *loca iussa tenent*, Ovid. Fast. II, 388. *in loca iussa ferunt*, Val. Fl. I, 66. *qua iussos sic tandem quaerere Colchos Arte queat* etc. — **445.** Verba sic coniunge: *At iuvenis R. abscessu, tum* (i. e. post hunc abscessum) *miratus* (iussa superba) *stupet in Turno.* In Particula *tum* minime hic haerendum esse, docet Iahn. ad V, 455., eandem voculam vindicans etiam locis Geo. II, 296. Aen. III, 198. aliis; de cuius coniunctione cum Participio Perf. Pass. vid. ad II, 391. 697. et V, 655.; a quibus locis hic eatenus non recedit, quatenus *Rutulûm abscessu* idem est quod Rutulis submotis. — *Rutulûm abscessu*, i. e. cum abscessissent. Vid. supra VIII, 215. (ibique adnott.) et 583. Cf. etiam, quae Ditzen. p. 16. disputat. Non igitur opus est Bothii coniectura *abscessum.* Cum tamen in Codd. magna reperiatur varietas (*accessu — dum iussa, tamen ipsa, ea iussa — dicta superba*), Peerlk. hic glossam Grammatici alicuius (talem fere: *Pallas abscessu Rutulorum videt Turnum et miratur*) contextui immixtam atque ex v. 445. et 446. hunc unum faciendum censet: *At iuvenis stupet in Turno, corpusque per ingens;* quod nemo, puto, probabit. — *stupet in Turno*, in Turni obtutu fixus, in Turno intuendo stupet. Constat enim, cum aliis verbis, tum verbis affectuum (doloris, laetitiae, admirationis cett.) haud raro adiungi Praepositionem *in* cum Ablativo personae constructam, quae indicet causam hunc affectum provocantem s. rem, quam admiremur, doleamus cett., in aliquo esse sitam vel in eo apparere; quo fit, ut saepe per *quod attinet ad* vel *propter* explicari possit. Vid. Ruhuk. ad Ter. Eun. III, 5, 19. Goerenz. ad Cic. Finn. IV, 14, 36. et V, 13, 37. Beier. ad Cic. Off. I,

Lumina volvit obitque truci procul omnia visu,
Talibus et dictis it contra dicta tyranni:
„Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis
Aut leto insigni; sorti pater aequus utrique est.
Tolle minas.“ Fatus medium procedit in aequor.
Frigidus Arcadibus coit in praecordia sanguis.
Desiluit Turnus biiugis; pedes apparat ire
Comminus. Utque leo, specula cum vidit ab alta
Stare procul campis meditantem in proelia taurum,
Advolat: haud alia est Turni venientis imago.
Hunc ubi contiguum missae fore credidit hastae,
Ire prior Pallas, si qua fors adiuvet ausum

39, 139. Herzog. ad Caes. B. C. II. 105. Beneck. ad Cic. Cat. II, 9, 20. Kritz. ad Sall. Cat. 51, 35. Hand. Tursell. III. p. 269 sq. alii. Cf. etiam quae de simili usu Praepositionis ad II, 541. adnotavimus. Imitatus est hunc locum Val. Fl. I, 262. *stupet in ducibus.* De ipsa re cf. similem locum IV, 362 sqq. — **447**. *omnia*, scil. in Turno, totum Turnum. Alitor *Peerlk.*: „Rutulos discedere, campum fieri vacuum, solum appropinquare Turnum.“ Respexit hunc locum Silius III, 160. *Quae dum perlustrat crebroque obit omnia visu.* — **448**. *tyranni*, regis, i. e. Turni. Repetit hunc versum Paullin. vid. Mart. I, 150. (a Wold. Ribbeckio laud.). — **449** sq. Aut laudem magnam adipiscar *spoliis opimis*, quae dux duci detrahit (cf. V, 266.), aut certe a viro forti interficiar. Heyn. confert Hom. Il. XXII, 253. XIII, 487. XV, 502. 511. et Macrobium, qui Sat. VI, 1. 56. (p. 505. Ian.) hunc versum ex hoc Attii loco ductum esse memorat: *Non tropaeum ferre me a forti viro pulchrum est; Si autem et vincar, vinci a tali nullum est probrum.* Cerda autem hos Ennii versus (Ann. XIV. fr. 6. p. 58. Vahl.) comparat: *Nunc est ille dies, cum gloria maxima sese Nobis ostendat, si vivimus sive moriamur.* Thiel. addit Catull. 64, 112. et Ovid. Met. X, 602 sqq. Ceterum cf. cum hoc loco Mezentii verba superba infra v. 774. — **450**. „*Sorti* (ferendae) *pater aequus* (par) *utrique*: is est pater, qui utramque fortunam, et victoriae et mortis gloriosae, aequo animo ferat. Dixerat enim Turnus v. 443. *cuperem, ipse parens spectator adesset.*“ *Heyn.* — **451**. *Tolle minas.* Conington comparat Lucr. III, 955. *Aufer hinc lacrimas* et Hor. Sat. II, 7, 43. *Aufer me vultu terrere.* — *in aequor*, in campum. Vid. ad Geo. I, 50. et II, 105. — *Frigidus sanguis.* Vid. ad V, 395. et II, 120. — *coit in praecordia.* Cf. Geo. II, 484. — **453**. „*Desiluit*, ut par pari congrederetur: ita enim heroicae vitae lex fert.“ *Heyn.* Cf. Hom. Il. XVI, 733. etc. — *pedes ire*, ut VI, 880. et VII. 624. — *apparat.* Cf. IX, 147. — **454**. Comparant Hom. Il. V, 161. X, 485. XI, 113. XV, 630. XVI, 487. 823. XX, 164. et, qui rursus Maronem sunt imitati, Silium V, 309 sqq. et Statium Theb. VII, 670 sqq. — *specula ab alta.* Vid. ad Ecl. VIII, 59. — **455**. „*meditantem in proelia*, h. e. parantem se ad pugnam, v. c. spargendo arenam pede, ictum cornu minando, dictum ut *proludere in pugnam* (Geo. III, 234.), *audere in proelia* II, 347., *irasci in cornua* Geo. III, 232. et Aen. XII, 104.“ *Heyn.* Cf. etiam Silius XVII, 439. *Haec dicens Silarum meditantem in proelia telo Praevenit*, et eiusd. V, 315., ubi Heins. pro vulg. *pugnas meditantem* item *in pugnas med.* legendum esse suspicatur. · Nam etiam nostro loco Heinsius demum ex Med. aliisque libris melioribus Praepositionem restituit. Alibi (v. c. ap. Plaut. Stich. II, 1, 34. Cic. ad Fam. I, 3. Verr. I, 40. II, 6. Cat. I, 10.) *meditari ad aliquid* legitur. — **456**. *Turni venientis.* Cf. adnott. ad Ecl. IX, 13. Geo. I, 322. et Aen. III, 138. — **457**. *contiguum missae fore hastae*, intra teli iactum venisse. Verba *Hunc ubi contiguum* iterantur in Anth. Lat. I, 14, 19., ut sequentia *si qua fors adiuvet ausum* ibid. I, 170, 14. — **458**. *Ire prior*, praevertere, φθάσαι. — *si qua f. adiuvet a.*, scil. experturus. Vid. ad I. 181. IV, 110. al. — *ausum.* Coningtoni

Viribus inparibus, magnumque ita ad aethera fatur:
„Per patris hospitium et mensas, quas advena adisti,
Te precor, Alcide, coeptis ingentibus adsis!
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta
Victoremque ferant morientia lumina Turni.“
Audiit Alcides iuvenem magnumque sub imo
Corde premit gemitum lacrimasque effundit inanis.
Tum genitor natum dictis affatur amicis:
„Stat sua cuique dies; breve et inreparabile tempus
Omnibus est vitae, sed famam extendere factis,

---

hic Mascul. videtur, non Neutrum, quod probo propter addita verba *viribus imparibus.* De Subst. *ausum* vid. ad II, 535. et VI, 624. — **459.** *ad aethera fatur,* ut XI, 556. Cf. etiam IX, 24. Conington praeterea conferri iubet Hom. Il III, 364. VII, 178. et Eurip. Electr. 59. — **460.** De ipsa re hic commemorata cf. VIII, 362 sq. et infra v. 516. — *adisti.* Alibi Verg. dicit *abiisse* 4, 281., *periisse* 3, 606. — Verba *per mensas, quas advena adisti, Te precor* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 212 sq. — **461.** *coeptis ingentibus adsis.* Cf. Geo. I, 40. *audacibus adnue coeptis.* — *coepta ingentia* leguntur etiam IX, 296. — **462.** *Cernat,* sc. Turnus. Codd. quidam minoris pretii *cernant,* scil. morientia lumina; cum qua tamen lectione, quae Heynio multo suavior videtur altera et a Wakef. in contextum recepta est, vix conciliari potest Pronomen *sibi,* quod vere adnotat Wagn. — **463.** Moriens Turnus ferat, sustineat me victorem videre. Peerlk. malit *morientis lumina Turni,* quod gravius fore putat. — **464** sq. Cf. locus similis IV, 448 sq. — **465.** *effundit.* Sic plurimi Codd. cum Med., Rom. aliisque melioribus, quos (ut me posteriores omnes) Weicherto suasore de verss. iniur. suspp. p. 78. cum Iahnio et Wagn. secuti sumus. Vulgo *effudit.* — *inanes,* nihil profuturas. — Ceterum Heynium, qui hoc totum hemistichium *lacrimasque eff. inanes* ab aliena manu adiectum suspicatur, recte refutat Weichert. l. l., qui haec adnotat: „Alcides corde premit gemitum, i. e. dolorem continet, quia per fata non licebat Pallanti succurrere, et effundit lacrimas eandem ob causam inanes, nihil profuturas ad mortem fatalem a iuvene avertendam;“ et rectissime iam Heinrich. intellexit, hoc hemistichium rescindi non posse, quod, nisi lacrimae dolorem Herculis prodidissent, nescisset Iupiter, egere eum solatio. Ceterum Iahn. docet, *audiit - - et premit* paulo insolentius dictum esse pro: postquam audiit, premit, coll. locis VI, 746. 499. V, 181. VII, 621. VIII, 83. 506. IX, 432. aliis. Cf. adnott. ad Geo. III, 228. Aen. II, 465. 482. IX, 32. al. et Iahn. ad Ovid. Trist. V, 5. 40. idemque ad Moret. 1. in Seebodii *Archiv für Philol. u. Pädag.* 1836. Vol. IV. p. 629 sq. — *premit.* Cf. IV, 332. *curam sub corde premebat.* — **466.** „Egregie hic Iupiter inducitur, quasi deprecaturus invidiam, quae ipsi fiebat ab aliis diis, quasi suae proli parceret. Vid. Val. Fl. IV, 114 sqq., ubi similes Neptuni querelae de Amyco, filio suo.“ *Burm.* Ceterum hic totus versus iteratur in Anth. Lat. I, 172, 78. — **467.** *Stat,* praefinita, constituta est (vid. ad VII, 553. et al.), *sua cuique dies, τὸ μόρσιμον ἦμαρ* (Hom. Il. XV, 613. et al.). Cf. Silius III, 134. *cunctis stat terminus vitae.* Val. Fl. VI, 628. *Quin habeat sua quemque dies,* idemque V, 12. *dies simul et suus admonet omnes.* Ipsa verba *Stat sua cuique dies* repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 82. I, 178, 74. — *inreparabile tempus.* Vid. ad Geo. III, 284. Cum sententia horum versuum comparant Hom. Il. XVI, 168 sqq. et XXII, 168 sqq. Val. Fl. IV, 114 sqq. et V, 12. alios. Verba *breve et inreparabile tempus omnibus est vitae* iterantur in Anth. Lat. I, 172, 105 sq. — **468.** *famam extendere factis.* Vid. ad VI, 806. Sic *famam extendere* etiam ap. Plin. Ep. V, 8. et *famam producere* ap. Claud. in Stil. I, 36., ubi vid. Heins. Cf. etiam Silium IX, 375 sqq. haud dubie huius loci memorem. In Anth. Lat. IV, 183, 9. legimus *factis adquirere famam.* Ceterum tota sententia ex Hom. Od.

Hoc virtutis opus. Troiae sub moenibus altis
Tot gnati cecidere deum; quin occidit una
Sarpedon, mea progenies. Etiam sua Turnum
Fata vocant metasque dati pervenit ad aevi."
Sic ait atque oculos Rutulorum reiicit arvis.
At Pallas magnis emittit viribus hastam
Vaginaque cava fulgentem deripit ensem.

XIX, 328 sqq. finxit. Wagn. conferri iubet Sall. Cat. 1. Supervacanea igitur Hoffmanni coniectura *famam expendere fatis* in *Zeitschr. f. d. Oestr. G.* 1853. p. 514. prolata et sic explicata: *doch den Tod noch zu nützen, durch ihn Ruhm zu erkaufen, ist Sache der Tugend.* — 469 sqq. Cf. Hom. Od. III, 108 sqq. et Il. XVIII, 117 sqq. — *Hoc virtutis opus.* Cf. VI, 129. *Hoc opus, hic labor est.* — *Troiae sub moenibus altis*, ut I, 95. et III, 322. — **470.** Cf. Hom. Il. XVI, 448. — *Tot gnati cecidere deum*, „Achilles Thetidis, Memnon Aurorae, Ascalaphus Martis." *Serv.* Cf. etiam Martial. IX, 88. — **471.** *Sarpedon.* Vid. ad I, 100. Cf. autem Hom. Il. XVI, 521. *ἀνὴρ δ' ἄριστος ὄλωλεν, Σαρπηδών, Διὸς υἱός.* — *Etiam.* Codd. quidam meliores et Serv. *et iam*, quod Iahn. praeferendum censet, cum aptior sit haec sententia: Cecidere gnati deûm, et (igitur) fata vocant Turnum, ut iam moriatur, altera autem lectio, quae potius comparandi vim habeat, magis conveniat paucorum Codd. lectioni *fata manent*, i. e. ut alii ceciderunt, ita etiam Turnum sua fata exspectant; qua ratione efficiatur communis fere sententia, totius loci vim ac vigorem infringens. Cf. etiam adnott. ad XI, 373. Recentiores tamen editores omnes nobiscum *Etiam* retinuerunt, quod etiam Dietschio Th. Verg. p. 36. aptius ad consolandum videtur. — **472.** *vocare*, ut Graec. *καλεῖν*, verbum proprium esse de fatis, observat Thiel. coll. Broukh. ad Tib. III, 3, 38. Cf. supra v. 438. infra XI, 97. et al. et adnott. ad V, 656. — *metas aevi*, ut I, 278. *metas rerum.* — **473.** „*reiecit*, quasi retro iacit, *πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινώ*, [Hom. Il. XXI, 415.] pro vulgari: retorquet, avertit, tamquam a spectaculo ingrato, quod impedire nec vult nec potest. Cf. XII, 151. et 841." *Heyn.* Thiel. conferri iubet Barth. ad Stat. Theb. XI, 126., Coniungtou autem infra XII, 151., ubi Iuno dicit: *Non pugnam adspicere hanc oculis, non foedera possum.* — *arvis* Ablat. est (vid. ad Geo. II, 520.), non Dativus, ut Servio videtur, qui hanc profert falsam explicationem: „respiciendo fecit partem feliciorem." — **474.** *At Pallas* cett. Redit poeta ad Pallanta, de quo supra canere inceperat; ita ut Particula *at* interruptam narrationem continuet. Vid. Wagn. Qu. Verg. XXXVII, 2, a. coll. cum adnott. ad VIII, 443. — V. **475.**, quem Heyn. tamquam otiosum et absonum asteriscis notavit (ideoque etiam Brycc uncis inclusit), rectissime defendit Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 104., his verbis usus: „Nonne fortis viri erat, emissa hasta gladium stringere et ita se accingere ad pugnam cominus ineundam, si et sua et adversarii hasta incassum esset emissa? Et haec pictura animosi iuvenis valet, si quid sentio, ad movendam miserationem, utpote qui, antequam ipsi ensis usus esset, Turni hasta confossus cecidit." Nihilominus etiam Peerlk. versum damnat, haec adiungens: „Sed cui bono Pallas stricto gladio hastam Turni exspectaret? Statim in Turnum irruere debuerat et gladio contra eum uti. Sic factum est Aen. X, 653. et X, 788." At nonne antea effectum ictus debebat exspectare? et quomodo contra Turnum, hastam adhuc manu tenentem, stricto gladio aliquid se effecturum sperare poterat? Paulo cautius certe Ribbeck. Prol. p. 84. sic iudicat: Versum aut non scripsit Verg. aut cum scripsit paulo aliter pugnam Pallantis cum Turno instituturus erat. Nam ut nunc legitur locus, prorsus otiosum et puerilem ensis, cuius nullus usus futurus est, commemorationem esse concedendum Peerlkampio. — *deripit.* Prius ex Med., Gud. omniumque plurimis Codd. lectionem *diripit* restituendam esse duximus, cum sensus sit: celeriter gladium stringit, ut nudus sit, non ut in alium locum deveniat (*er reisst heraus*, non *er reisst hinweg*: cf. adnott. ad Geo. II, 8.),

Illa volans, humeri surgunt qua tegmina summa,
Incidit atque viam clipei molita per oras
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Hic Turnus ferro praefixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit atque ita fatur:
„Aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum.“
Dixerat; at clipeum, tot ferri terga, tot aeris,
Quem pellis totiens obeat circumdata tauri,

---

nunc tamen, ne solus ab omnibus recentioribus editoribus dissentirem (nam etiam Wagn., qui prius in min. edit. me secutus *diripit* ediderat, in recentiss. edit. ad *deripit* rediit), *deripit* recepi. — **476.** Cf. Hom. Il. XVI, 477. *humeri surgunt* cett., plurimorum et optimorum librorum lectionem, Iahnio suasore cum Wagn. (quem etiam editores me posteriores praeter Gossr. et Bryceum secuti sunt) revocavi pro vulg. *humeris*, quae facillime oriri potuit litera *s* ex sequente voc. adscita. Heyn. scripturam *humeris* defendit, quam suae h. l. interpretationi, *tegmina* de clipeo accipienti, altera accommodatiorem habet. Sed haec ipsa explicatio, quam Wagn. tacite, certis autem verbis Thiel. probat, mihi minus recta videtur. Dubito enim, num clipeus per *tegmina* sive *humeri* sive *humeris surgentia* apte significari possit; quare, imprimis si verba adiecta et ante omnia Adverbium *tandem* considero, *tegmina* potius de thorace capiendum totumque locum sic explicandum puto: Hasta incidit, ubi summus thorax humerum (et quidem laevum) attingit, atque, postquam antea iam per clipei oram viam molita est, per hunc quoque penetrans tandem *etiam de corpore Turni* (aliquid, partem) *stringit;* loco enim sic intellecto demum apparet, cur hasta iuvenis *magnis viribus emissa* tamen strinxerit tantum Turni corpus, quae, si solam clipei oram perforasset umbone plerumque tenuiorem, haud dubie gravius Turno vulnus inflixisset. Neque aliter, atque ego, locum intellexit Silius, qui XV, 757 sqq. haec cecinit: *Illa* (hasta) *per oras Aerati clipei et loricae tegmina summo Incidit haud felix humero, parceque petitum Perstrinxit* cett. Nolo tamen reticere, Süpflinm contra hanc meam (imprimis Participii *molita*) explicationem disputare, et vulgarem rationem defendere, cum id ipsum, quod Pallantis hasta non nisi stringat Turni corpus, minores adolescentuli vires indicare et lectores quasi ad fatum eius praeparare putet, atque etiam Coningtonem non mecum cogitare de thorace percusso, sed tantum de corpore Turni ibi vulnerato, ubi thoracis margo humeros attingat. Gossr. vero totam adnot. meam repetens mihi adsentitur, idemque facit Bryce. — **477.** *viam molita.* Vid. VI, 477. *molitur iter* et adnott. ad Geo. I, 329. Ceterum cf. etiam supra v. 422. *viam per pectus Halaesi.* — **478.** *strinxit de corpore* est Graecum *τοῦ σώματος ἐπέγραψε.* Cf. Hand. Turs. II. p. 188 sq. Heyn. confert Hom. Il. IV, 139. *ἀκρότατον - - ἐπέγραψε χρόα φωτός.* — **479.** *robur ferro praefixum* Heyn. docet esse Hom. *ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ.* [Il. X, 135. XV, 482.] Cf. etiam Aen. I, 313. et XII. 165. — **480.** *diu librans iacit*, postquam diu libravit et collineavit hastam; de quo verbo, quod redit infra XI, 556., vid. Cort. ad Lucan. IV, 386. et VII, 289. Markland. ad Stat. Silv. V, 2, 102. et Ochsner. ad Ovid. Met. II, 311. (T. II. p. 523. ed. Bach.) — **481.** Comparant Hom. Il. XI, 384. 391 sq. — **481.** *mage* Vergilius scripsit, antiquiores poetas, Ennium ap. Cic. Div. II, 56, 116. (p. 58. Hessel.) ad Fam. VII, 13, 5. (p. 80.) et pr. Mur. 14, 30., Lucretium IV, 81. 317. 756. V, 1203., Plautum Asin. I, 1, 51. II, 3, 14., Men. II, 3, 35. alios imitatus, in quibus tamen locis alii (ut Vahlen. in Ennii l. l. Ann. VI. fr. 8. p. 31.) scribunt *magi'*. Vid. Hand. Turs. III. p. 553. et Neue, *Formenlehre* II. p. 523. — *penetrabile telum*, activo usurpatum, ut Geo. I, 93. *penetrabile frigus*, ubi vid. adnott. et adde Schilleri adnot. ad Horat. Odd. sell. p. 10. — **483.** „Variavit structuram, ne eodem tenore sequeretur: tot laminas ferri et aeris (*πτύχας* Homerus dixit), *tot tauri terga*, h. e. tot coria, quibus clipeus erat indutus, et ipsam loricam ac

Vibranti cuspis medium transverberat ictu
Loricaeque moras et pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum frustra de volnere telum:
Una eademque via sanguis animusque sequuntur.
Corruit in volnus; sonitum super arma dedere,
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus super adsistens:

---

pectus perforat telum." *Heyn.* Cf. etiam adnott. v. 785. *tot ferri tergo* etc. i. e. quamvis tot ferri tergis (laminis) etc. constet; quare etiam Coniunct. *obeat.* — **483.** *Quem pellis.* Hanc Med., Gud. aliorumque Codd. lectionem, in quam etiam Markl. ad Stat. Silv. I, 1, 40. coniectura inciderat, quamque iam prius fortasse vulgari *Cum* praeferendam censueram, nunc cum Wakef., Ribbeckio, Wagn., Ladew., Coningt. et Benoisto recepi. Bryce et Haupt. *Cum* retinuerunt. — *pellis obit.* Cf. VIII, 552. *quem fulva leonis Pellis obit totum.* — **484.** *cuspis medium.* Hoc ordine pro vulg. *medium cuspis* Med., Minoraug. et Bern. III. verba exhibent, quos cum Hauptio, Ribbeckio et ceteris recentioribus editoribus praeter Bryceum et Coningtonem secutus sum. — *transverberat.* Vid. supra v. 336. — **485.** *loricae moras*, morantem (telum) loricam, legimus etiam in Wernsd. P. Lat. min. IV, 331, 91. Sic XII, 541. *clipei mora*, ap. Sil. V, 318. *aeris morae*, infra IX, 143. et Sil. IX, 217. *fossarum morae*, Val. Fl. VI, 97. *corticis mora*, Stat. Theb. X, 196. *portarum morae* cett. — „*pectus ingens* Pallantis, tamquam fortis et magnanimi iuvenis. Male argutatur Servius, ut *cuspis ingens* iungatur." *Heyn.* Vid. etiam Markland. l. l. Iahn. quoque haeret in *ingenti pectore* Pallantis pueri, quare suspicatur *ingens* arcte cohaerere cum *perforat* et Adverbii vices sustinere; quae tamen explicatio paulo artificiosior videtur. Ceterum cf. adnott. ad V, 487. — **486** sq. Cf. Hom. Il. XVI, 503 sqq. Ribbeck. ex uno Cod. Gud. (qui tamen utramque lectionem affert) pro *volnere* recepit *corpore* coll. infra v. 744. Posteriores editores non secuti sunt. Ditzen. tamen p. 5. etiam hic Ribbeckii asseclam se praebet. — **487.** *sanguīs*, ultima syllaba producta, ut ap. Lucr. IV, 1046. (1050.) Tibull. I, 6, 66. Ovid. Met. X, 459. XII, 127. Val. Fl. III, 234. Silium IX, 555. X, 23., alios. Alibi a Verg. corripitur: cf. Aen. II, 639. V, 396. Dubii sunt loci, ubi in fine versus ponitur (III, 30. X, 452. XII, 51. 422. 905.), vel ubi positio locum habet (V, 415. VII, 554. X, 819. etc.) Vid. etiam Neue, *Formenl.* I. p. 153. — *animus* pro anima, ut θυμός pro ψυχή. Ceterum cf. IX, 349. — **488.** *Corruit in volnus*, pronus. Cf. Lucr. IV, 1042. *Namque omnes plerumque cadunt in volnus.* — *sonitum super arma dedere*, Hom. ἀράβησε δὲ τεύχ' ἐπ' αὐτῷ. (Il. XII, 396. et al.) Cf. etiam supra IX, 709. Ceterum Macrob. VI, 1. p. 500. Ian. hunc confert Ennii versum (p. 112. Hessel. s. Ann. XVI. fr. 4. p. 60. Vahl.) *Concidit et sonitum simul insuper arma dederunt*, ad quem locum cf. Columna. — **489.** Heyn. confert infra XI, 418. et 669. Silium V, 526. (*appetit ore cruento Tellurem exspirans*) et IX, 383. (ad quos ll. cf. Drak. et adde imprimis Ovid. Met. IX, 60.) atque Hom. illud ὀδὰξ ἕλειν οὖδας [Il. XI, 749 al.]; locum tamen simpliciter sic accipiendum esse dicit: pronus terram ore petiit, concidit ore cruento, cum tali vulnere accepto ore et naribus sanguis erumpat necesse sit [cf. Hom. Od. XXII, 18.], atque etiam Conington fortasse rectius non de terra admorsa, sed tantum fronte attacta cogitat comparans Hom. Od. XXII, 94. Δούπησεν δὲ πεσών, χθόνα δ' ἤλασε παντὶ μετώπῳ et Sen. Herc. fur. 895. *Ultrice dextra fusus adverso Lycus Terram cecidit ore.* *Terram petere* de prostratis legitur etiam ap. Senec. Oed. 340. 480. Herc. fur. 895. al. — **490.** Cod. Rom. et alii supplent: *sic ore profatur*, quae verba haud dubie ex Aen. II, 76. XI, 41. similibusque locis orta sunt; qua de re Iahn. conferri iubet Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 76. et 80. — „Ferocitas veteris aevi ex Homero adumbrata, ut insultet caeso victor; at non in hoc versu: nam *super adsistens* est simpl. adstans; sed. v. 495. *laevo pressit pede*, λὰξ προσβάς, λὰξ ἐν

„Arcades, haec, inquit, memores mea dicta referte
Euandro: Qualem meruit, Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est,
Largior. Haud illi stabunt Aeneia parvo
Hospitia.“ Et laevo pressit pede talia fatus
Exanimem rapiens inmania pondera baltei
Inpressumque nefas: una sub nocte iugali
Caesa manus iuvenum foede, thalamique cruenti,

στήθεσι βαίνων, ut balteum exueret.“ *Heyn.* — Cum v. 491. cf. XI, 176. *Haec memores regi mandata referte.* — V. 492. dupliei modo potest intelligi, aut: qualem Euander meruit, ut sibi remitterem filium, aut qualem Pallas meruit, ut se remitterem, i. e. ut dignus erat audax adolescens. Hano alteram rationem, cui optime respondent sequentia verba, iure praefert Heyn., cui etiam Gossr. et ceteri recentiores editores praeter Peerlk. et Wagn. adsentiuntur, qui priorem amplectuntur explicationem. Et Peerlk. quidem haec adnotat: „Remitto illi Pallantem, non vivum, sed mortuum, qualem sibi Pallantem remitti meruit propter hospitia et amicitiam Aeneae et auxilium ei praestitum.“ — *qualem* pro quomodo, ut οἷον pro ὡς. — *remitto*, scil. sepeliendum in patria terra. Cf. autem V, 871. IX, 485. et similes loci, ibique adnott. — *quidquid* ἀρχαικῶς pro quodcumque. Ladew. confert Hor. Od. II, 13, 9. *ille quidquid usquam concipitur nefas tractavit.* — *honos tumuli.* Cf. VI, 333. *mortis honor.* — Hic totus versus iteratur in Anth. Lat. I, 172, 146. et verba *quidquid solamen humandi est* etiam ibid. I, 168, 22. — 494. *haud stabunt parvo.* Thiel. confert Ovid. Met. X, 547. VI, 487. Her. VII, 47. et Burm. ad Prop. II, 7, 8. et III, 8, 5. Peerlk. haec verba post antecedentia (Hoc tamen solamen Euander habebit, ut filium sepelire possit) absona censet, haec addens: „Si *haud parvo* starent, filium canibus et avibus praedam relinquere debuisset. Sic hospitia etiam pluris stetissent, quam morte Pallantis.“ Quare coni. *Haud illi st. Aeneïa tanti. Hosp.*, scil. ut filius etiam bonore sepulturae privetur. Sed non perspexit Vir doct., hanc esse loci sententiam: Solamine humandi filii patrem non privabo; iam sic haud parvo ei stabunt Aeneïa hospitia, sola filii morte satis luet Aeneae amicitiam. — *Aeneïa hospitia*, active: quod Aeneam hospitem recepit. Sic I, 671. *Iunonia hospitia*, sed sensu passivo. Ceterum vid. supra v. 156. *Aeneia puppis.* — 495. *Et laevo p. p.* Vid. ad I, 82. Pedem autem occiso hosti imponere solent victores, ut spolia detrahant et victoriam indicent. Cf. XII, 356. Ovid. Met. VIII, 424. et Hom. Il. XIII, 618. ὁ δὲ λὰξ ἐν στήθεσι βαίνων Τεύχεά τε ἐξενάριξε etc. — 496. *Exanimem* omnes Codd. exhibent, praeter Gud. et Palat., qui habent *exanimum.* Vid. ad IV, 8. et IX, 444. — *baltei* δισσυλλάβως pronuntiandum. Vid. ad VIII, 553. et alibi. — *impressumque nefas*, scil. Danaidum, quod in balteo caelatum apparebat. Quod attinet ad coniunctionem cum verbo *rapiens*, Ladew. conferri iubet VIII, 731. *Attollens humero famamque et fata nepotum.* — 497 sq. „Brevitatis et varietatis studio structuram orationis, quam orsus erat, deserit poeta, et a quarto ad primum Casum transit.“ *Heyn.* Vid. adnott. ad VII, 741. Proprie enim verbis *Inpressum nefas* per appositionem adiungenda erant haec: *Caesam manum iuvenum*, i. e. L Aegypti filiorum a Danaidibus caesorum, *thalamosque cruentos.* „Sed recte consultoque sic scripsit poeta, i. e. impressum autem (caelatum in balteo) nefas fuit *caesa manus* etc.“ *Wagn.* Cf. etiam Bernhardi *Syntax* p. 69 sq. plures eiusmodi locos colligens. Conington hic confert supra VII, 741. et 785. atque Hom. Il. X, 436 sqq. Bryce vero verba *una sub nocte - - cruenti* exclamationem παρενθετικῶς insertam („*an exclamatory parenthetic clause*“) habet, minus probabiliter. — Verba *thalamique cruenti* legimus etiam in Anth. Lat. I, 168, 5. De ipsa re satis nota cf. Apollod. II, 1, 4. ibique Heyn. p. 105. Hygin. f. 168. et 170. Schol. ad Hom. Il. I, 42. ad Eur. Hec. 837. et Orest. 859. Ovid. Her. XIV. alii et Hermanni

Quae Clonus Eurytides multo caelaverat auro;
Quo nunc Turnus ovat spolio gaudetque potitus.
Nescia mens hominum fati sortisque futurae,
Et servare modum rebus sublata secundis!
Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum
Intactum Pallanta et cum spolia ista diemque
Oderit. At socii multo gemitu lacrimisque
Inpositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor atque decus magnum rediture parenti!

Opuscc. II. p. 319. Idem Danaidum argumentum in clipeo copiosius exsculpsisse Statium Theb. IV, 132., memorat Heyn. Ceterum de *imprimendi* vocabulo vid. ad V, 536., et cum vv. *rapiens - inpressum nefas* cf. similem locum VIII, 731. ibique adnott. Addo, Peerlk., cum *una* otiosum sit, nomen autem historicum aegre desideretur, satis audacter coniicere *Inpressumque nefas Danai: sub nocte* etc. — **499**. „Quod artificis nomen adiicit, ut poeta facit, Homeri quoque exemplo. Artis enim praestantiae fidem hoc facit.“ *Heyn.* Cf. adnott. ad V, 360. (IX, 304. Ecl. III, 37.) — **500**. *ovat.* Vid. ad Geo. I, 346. — *spolio.* Sic Sing. numero etiam XII, 94., ap. Ovid. Met. III, 81. IV, 614. et saepius, Prop. IV (V), 10, 16. Silium II, 190. Sen. Herc. Oet. 786. 1148. alios, adeoque ap. scriptores prosae orationis, Sen. de clem. I, 10, 1. Suet. Caes. 64. Iustin. XIX, 3, 6. alios. Cf. Neue, *Formenl.* I. p. 494. — *gaudet potitus.* Vid. ad Geo. II, 510. — Cum v. **501**. cf. Hor. Od. III, 29, 29. Ovid. Trist. V, 14, 29. Silium VI, 659. Stat. Theb. II, 93. Iuven. VI, 556. ad Herenn. IV, 24. Tac. Hist. II, 7. alios et Ruhnk. adnot. ad Hom. h. in Cer. 256., cum v. **502**. autem Hor. Od. II, 3, 1 sqq. Liv. XXX, 42. Claud. XXII, 160. et plures alios. Conington comparat Hom. Il. XVII, 201. — Verba *fati sortisque futurae* repetuntur in Auth. Lat. I, 172, 153. I. 178. 111. et III, 81, 43. Cf. etiam Lactant. de Phoen. (in Wernsd. P. Lat. min. III, 321.) 161. *at fortunatae sortis fatique volucrem* (a Wold. Ribbeckio laud.). **502**. — *sublata*, quod vulgo *elata*. Cf. Ter. Hec. III, 5, 56. Caes. B. G. I, 15. all. Quod ad sententiam attinet, Ladew. comparat Liv. XXX, 42, 15. *Raro simul hominibus bonam fortunam bonamque mentem dari.* Cf. etiam Silius VIII, 546. hunc locum sic imitatus: *heu rebus servare serenis Inconsulta modum et pravo peritura tumore!* — **503**. Hanc anticipationem quam vocant, rerum, quae infra XII, 940 sqq. narrantur, animum exspectatione futurorum erigere, vere observat Heyn. — *optaverit.* Vid. ad II, 77. IX, 298. al. — *emptum.* Cf. II, 104. *magno mercentur Achivi;* Silius V, 601. *seroque emptum volet impia Roma, Non violasse mei corpus mucrone Sychaei* (ubi vid. Drak. et Rupert.); idem X, 287. *quantive emptum velit Hannibal, ut nos Vertentes terga adspiciat?* Claud. R. Pros. III, 193. *adspectus miserae non ferre parentis Emptum morte velit* cett. Heyn. comparat Hom. Il. XVII, 193 sqq. De coniunctione verborum *emptum intactum* vid. ad Geo. I, 319. Aen. III, 70. V, 764. VIII, 391. 559. al. — **505**. Cum rhythmo huius versus sensui verborum accommodato Conington conferri iubet IV, 667. — **506**. *Inpositum scuto.* Vid. infra v. 841 sqq., quem locum Silius V, 584. sic imitatur: *Interea exanimem moesti super arma Sychaeum Portabant Poeni* cett., ubi Drak.: „Huc pertinet illud matrum Laconicarum filiis clipeum tradentium, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν.“ Cf. etiam Stat. Theb. VIII, 732. et Auson. Epigr. 25. Süpflius docet, ex hoc loco apparere, scutum fuisse oblongum et ovatum, et fortasse etiam ex leviore, quam clipeum, materia confectum. Cf. Aen. VIII, 662. et IX, 706. — **507**. Servius haec adnotat: „hos duos versus plerique a poeta dictos volunt, alii a sociis, qui portant cadaver.“ Priorum autem rationem praestare vix est quod memorem. Ceterum Ribbeck. recte videtur suspicari voc. *duos* (quod in Servii Codd. locum mutat) esse omittendum; nam Scholion etiam ad v. 509. spectare patet. Cf. Martial. XI, 13, (14), 5. *Romani decus et dolor theatri;* Silium XIII, 383. *Fortuna abstulerat Scipiadas magnumque decus magnumque dolorem* et

Haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert,
Cum tamen ingentis Rutulorum linquis acervos!
Nec iam fama mali tanti, sed certior auctor
Advolat Aeneae, tenui discrimine leti
Esse suos; tempus, versis succurrere Teucris.
Proxuma quaeque metit gladio latumque per agmen
Ardens limitem agit ferro te, Turne, superbum

Anson. Epigr. 5. *Et dolor et decus es coniugis.* Praeterea cf. locos similes snpra V, 49 sq. et infra v. 825 sqq.). Verba *O dolor atque decus magnum* iterantur in Anth. Lat. I, 172, 140. — **508**. Thiel. confert inter alios locos Claud. B. Get. 32. *vitae quibus attulit idem Principium finemque dies*, et Sen. Oed. R. 988. *Primusque dies dedit extremum.* Sic iam Sophocles Oed. R. 438. *Ἥδ' ἡμέρα φύσει σε καὶ διαφθερεῖ.* Vid. etiam Ovid. Fast. II, 235. *Una dies Fabios ad bellum miserat omnes, Ad bellum missos perdidit una dies*, et Anth. Lat. I, 115, 2. *Prima dies bello quae dedit, ipsa tulit.* — **509**. Sensns est: postquam tamen antea tot Rutulos in pugna concidisti; quae filii fortitudo debebat patris dolorem aliquo modo lenire. — *tamen.* Vid. ad Ecl. X, 31. (nbi adde Aen. IX, 248. et 315. ubi legimus verba huic loco simillima *multis tamen ante futuri Exitio* et IV, 329. *qui te tamen ore referret*). Ladew. confert Sall. Iug. 98, 2. *cum tamen barbari nihil remittere* et Liv. XXVII, 20, 11. *cum tamen necessarii Claudii obtinuerunt* etc. — **510**. „Pugnabat Aeneas in altero agmine (v. 310—361.), ut interea locus esset pugnae Etruscorum et Pallantis a poeta exponendae. Nunc autem Aeneae virtute res indigent.“ *Heyn.* — *auctor*, i. e. nuntius (cf. Ovid. Met. XI, 666. Prop. V, (IV,) 3, 31. Cic. pr. Planc. 23, 57. al.) opponitnr *famae*, rumori; ut apud Val. Fl. III, 622. *Nec dum fama viri, nec certior exstitit auctor;* Stat. Theb. IX, 39. (antea famae credere uolnerat) *Sed postquam haud dubio clades auctore reperta est* etc.; Ammian. XVIII. p. 129. *Cum haec primo rumores, deinde nuntii certi perferrent* al. Peerlk. praeter necessitatem coni. *Nec iam fama mali tantum.* — *advolat.* Cf. Plaut. Amph. I, 169. *vox mihi ad auras advolavit* et Aen. III, 121. — **511**. *tenui discrimine leti Esse suos*, inter ipsos et mortem modicum esse discrimen s. intervallnm, i. e. haud procul abesse ab exitio, ab extrema clade. Vid. ad III, 685. — **512**. *tempus* (est) *succurrere.* Vid. ad Geo. I, 305. Pro *succurrere* Rom. et duo alii Codd. perperam *succedere*. Vid. supra ad v. 439. — „*Teucris*, immo Arcadibus. Vid. not. ad v. 404. Ut *Teucris* scriberet, poetam induxisse videtur, quod modo posuerat *suos*.“ *Wagn.* Socii autem Teucrorum iure quodam ipsi Teucri vocari possunt. — **512**. *tempus, versis.* Ribbeck. cum Pal. et Gud. inverso ordine *versis tempus.* Posteriores editores omnes servarunt Med., Rom., Bern. II. III., aliorum Codd. lectionem. — **513**. *metit gladio.* Cf. Silius X, 147. *Vesulum - - ense metit rapido* (nbi vid. Drak.) id. IV, 213. 464. XIII, 218. XIV, 135. Ovid. Met. V, 104. Val. Fl. III, 157. Hor. Od. IV, 14, 31. Catull. 64, 353 sqq. Epit. Iliad. 485. (*terga metit gladio*). Sic etiam Graeci *ἀμᾶν*. Pro *latumque* Peerlk. malit *Rutulûmque.* — **514**. *limitem* (*eine breite Gasse*: Ladew.) *agit ferro*, velnti per segetes vel per virgulta. Cf. simillimus locus IX, 323. *lato te limite ducam* ibique adnott. *Limitem agere* proprie dici pro limitem facere, docet Heyn. laudato Gronov. ad Tac. Germ. 29. (*limite acto*), et Silium vestigia Maronis secutum esse memorat IV, 463 sq. *latusque repente Apparet campo limes, metit agmina tectus Caelesti clipeo*, cui loco Wagn. adiungit alterum eiusdem poetae IX, 379. *et in medios, qua dextera concita Poeni Limitem agit, - - fertur.* Vid. etiam Stat. Theb. IX, 182. *ingens limes utrimque datus* et supra IX, 323. *Haec ego vasta dabo et lato te limite ducam.* Conington comparat Homeri Il. XI, 68. *ὄγμον ἐλαύνειν.* Peerlk., haerens in tautologia *metit gladio* et *limitem agit ferro*, suspicatur, illud *latum* ex hoc versu in v. 513. esse translatum Vergiliumque scripsisse *Ardens limitem agit latum.* Ladew. autem probabiliter

Caede nova quaerens. Pallas, Euander, in ipsis
Omnia sunt oculis, mensae, quas advena primas
Tunc adiit, dextraeque datae. Sulmone creatos
Quattuor hic iuvenes, totidem, quos educat Ufens,
Viventis rapit, inferias quos immolet umbris,
Captivoque rogi perfundat sanguine flammas.
Inde Mago procul infensam contenderat hastam.
Ille astu subit; at tremebunda supervolat hasta,

---

censet, *ferrum* post gladium commemoratnm hic significare hastam. — **515.** *Euander.* Sic hoc uno loco appellatur, alibi semper *Euandrus.* Vid. adnott. ad VIII, 100. — *in ipsis oculis*, *gleich, unmittelbar vor den Augen.* Cf. adnott. ad Geo. IV, 75. Conington confert Eurip. Orest. 785. (775.) *Πάντα ταῦτ' ἐν ὄμμασιν.* — Verba *Caede nova quaerens* repetit poeta Anth. Lat. I, 45, 3. *superbum* in *alumnum* mutans. — **516.** *mensae, quas - - adiit.* Vid. supra v. 460. — **517.** „Bene *Tunc*, quod, nt illa *in ipsis oculis*, - - rei praeteritae memoriam acrius refricat; et tempns, per hanc Particulam designatum, definitur praegresso *advena*: cum venisset ad Euandrnm.“ *Wagn.* Cf. etiam Iahn. ad Ecl. III, 10. p. 371. ed. II. Nihilominns otiam Peerlk. in hoc Adverbio haeret et satis andacter coni. *mensae, novus advena primas Quas adiit.* Ceternm similem huic sententiam legimus ap. Silinm VIII, 136. *convivia mente reduxit Festasque adventu mensas.* — *Sulmone creatos.* Heyn. non de Snlmone Volscorum (vid. Plin. III, 5, 9.), sed de Pelignorum illo oppido (etiamum *Sulmona* appellato) cogitandum esse censet, de quo cf. Strab. V. p. 241. Liv. XXVI, 11. Silius VIII, 512. Ovid. Tr. IV, 10, 88. alii et liber meus geogr. III. p. 645. *Wagn.* quaerit: „oppidoue an homino?“ et provocat ad IX, 412, ubi sane vir huins nominis prodncitur, et Ladew. adnotat, hnic explicationi favere sequentia verba *quos educat Ufens.* — **518.** *quos educat Ufens*, i. e. quorum educator est s. quos educavit. Vid. ad Ecl. VIII, 45. Aen. II, 275. VIII, 141. IX, 266. al., et de *Ufente*, Latii flumine (nunc *Uffente* dicto) supra VII, 802. Plin. III, 5, 9. et Sil. VIII, 281. et liber meus geogr. III. p. 519. Strab. V. 233. perperam cum nominat *Aufidum.* — **519.** *quos immolet umbris*, Manibus Pallantis. Cf. XI, 81. *quos mitteret umbris Inferias.* De hoc autem more in sepulcris virorum fortinm ab hostibus caesorum captivos immolandi vid. infra XI, 52. Hom. Il. XXI, 26. XXIII, 175 sq. Liv. VII, 15. Suet. Oct. 15. al. — **520.** *Captivoque - - sanguine*, pro: et quornm captivorum sanguine. Vid. supra ad v. 242. (Ecl. VIII, 3. Geo. III, 283.) et alibi. Sic infra XI, 82. *caeso sanguine* pro caesorum sanguine et II, 765. *captiva vestis* pro captivorum veste. „In ulciscendo Pallante et mox in eo sepeliendo Achillem, qui Patrocli caedem ulciscitur eique inferias facit, Maroni ante oculos fuisse constat. Ad idem exemplum Achillis nunc octonos iuvenes inferias Pallanti destinat et XI, 81 sq. immolat Aeneas. - - - Mihi tamen displicet manifesta nimium imitatio Homeri Il. XXI, 26 sq. XXIII, 175 sqq.“ *Heyn.* Peerlk. memorat, tam immane facinus Aeneae tempore commissum non posse offendere, cum vel bella Romanornm civilia non unum huius crudelitatis exemplum praebuerint et Augustus ipse ap. Suet. c. 15. *trecentos ex dedititiis electos ad aram D. Iulio exstructam hostiarum more mactavisse* dicatur. — Cum v. **521** sqq. cf. Hom. Il. XXI, 64 sqq. VI, 47 sqq. X, 378 sqq. — *Mago* (i. e. in Magum) *procul.* Cf. supra v. 401. — *infensam hastam.* Aliqnot Codd. (inter quos Pal., Rom., Gud.) et Macrob. V. 2, 16. p. 392. Ian. *infestam*, ut infra v. 877. et alibi saepissime (cf. Bentl. ad Hor. Od. III, 8, 19.); sed recte Wagn. vulgatam lectionem (quam recentiores editores omnes servarunt) coll. locis IX, 793. et V, 641. ita defendit, ut rebus haud raro adiungi epitheta doceat, quae proprie ad animum spectent et *infensam hastam* hic esse, per quam mortem minitemur adversario. — **522.** *astu subit*, per astutiam subsidit. Cf. Hom. Il. XXI, 68. *ὁ δ' ὑπέδραμε καὶ λάβε γούνων κύψας.* — *at* Heins. primus recepit ex Med. a m. sec., Gud.

Et genua amplectens effatur talia supplex:
„Per patrios Manis et spes surgentis Iuli
Te precor, hanc animam serves gnatoque patrique.
Est domus alta, iacent penitus defossa talenta
Caelati argenti, sunt auri pondera facti
Infectique mihi. Non hic victoria Teucrum
Vertitur aut anima una dabit discrimina tanta."
Dixerat. Aeneas contra cui talia reddit:
„Argenti atque auri memoras quae multa talenta,
Gnatis parce tuis. Belli commercia Turnus

---

aliis pro vulg. *ac*, quod, cum a paucis modo Codd. (inter quos Gud. a m. sec. et Med. a m. tertia) exhiberi videatur, non erat cur ab Iahnio (qui hanc loco oppositionem inesse censet: „Aeneas Mago hastam contenderat, sed ille astu eam subit atque efficit, ut hasta supervolet") et Ribbeckio restitueretur, imprimis cum apertum sit, cohaerere illa: *Ille subit - - et effatur*, quibus quae de hasta inseruntur, multo aptius a Particula adversativa incipiunt, quam a simplici Copula. Quare non opus erat, quod Iahn. necessarium fuisse censet, si poeta Particulam *at* posuisset, ut v. 523. Pronomen *ille* iteraretur. Etiam ceteri editores me posteriores omnes *at* servarunt et Conington iure premit parallelum Homeri locum supra allatum. — **524**. *Per patrios Manis.* Cf. infra v. 534. — *et spes*, quod Iahn. iam restituendum censuit, ex plurimis Codd. cum Wagn. revocavimus, quem etiam posteriores editores praeter Peerlk. secuti sunt. Vulgo edebatur *per spes*, quod Heins. ex Leid., Moret. II. (quibuscum facit Gud. a m. sec.), Macrob. V, 10, 5. (p. 414. Ian.) et Donato ad Ter. Adelph. II, 1, 28. recepit et Heyn. defendit coll. locis III, 599 sq. et VI, 364. Sed *Manes patrios* et *spem Iuli* hic Copula iungenda, non Praepositionis anaphora distinguenda fuisse, docet v. 525. (*gnatoque patrique*), quod etiam Wagn. adnotat; iterata autem Praepositio facile ex VI, 364. oriri potuit, ubi legimus *Per genitorem oro, per spes surgentis Iuli* Ceterum cum h. l. cf. supra IV, 274. — **525**. *hanc animam*, me. Vid. ad IV, 205. — *gnatoque* Sic omnes fere Codd., quos cum Wagn. secuti sumus; vulgo *natoque*. Vid. ad V, 22. Ceterum *gnatoque* non pro *mihi* positum esse, quod Heinrich. censet, sed filium Magi significare, clamat v. 532. Magus Aeneam per patrios Manes et Iulum obsecrat, ut se patri et filio suo conservet. — **526**. Cf. Hom. Il. VI, 46 sqq. et X, 378 sqq. Servius putat, tria genera auri, argenti, aeris hic commemorari: *signatum* (in nummis), *factum* (in vasis et signis) et *infectum* (rude, grave, in massis); sed vere docet Heyn., et *argentum caelatum* et *aurum factum* indicare vasa opere ectypo elaborata, *talenta* autem simpl. pro ponderibus dici. Cf. etiam Sil. XI, 265 ibique Drak. — **528**. *hic*, in me, in mea caede. Vid. II, 292. Conington, qui explicat per „in hac re," comparat Liv. IV, 31. *In dictatore verti spes civitatis* et cum ipsa sententia Lucan. III, 373. *non pondera rerum, Non momenta sumus.* — **529**. *dabit*, faciet. Cf. supra v. 383. et 393. Conington conferri iubet Munro ad Lucr. II, 119. et IV, 41. — **531**. Sententiam versus ornavit Claud. B. Get. 604–615. Pro *multa* Codd. quidam deterioris notae et Macrob. V, 10, 5. p. 414. Ian. exhibent *magna*, quod fluxit ex IX, 265. — „In vss. **532** sq. ornavit Hom. Il. XXI, 99 sqq., et in v. 534 sq. ibid. v. 115 sqq." *Heyn.* — **532**. *parce gnatis tuis*, i. e. serva filio tuo; nam v. 525. unum modo filium Mago fuisse docet. Wagn. observat, sic etiam Ciceronem aliosque *liberos*, *natos* de uno filio dixisse, laud. Dukero ad Flor. IV, 3, 2., cui adde Ruhnk. ad Ter. Andr. V, 3, 20. et adnott. ad Ecl. III, 7. Cf. etiam Cic. Verr. II, 2, 10. *calumniatores;* pr. Rosc. Am. II, 30. *accusatores;* pr. Sest. 24, 54. in Cat. I, 2, 4. pr. leg. Man. 12, 33. Vell. II, 58. Flor. I, 7, 10. IV, 3, 2. Sen. de ira 3, 15. etc. De verbo autem *parcendi* interdum Accusativo iuncto (siquidem h. l. vere haec constructio obtinet) cf. Cat. R. R. 58. *oleas parcito*, Plaut. Curc. III, 10. *pecuniam parcere*, id. Mil. glor. IV, 6, 5. *parcere vocem* et Ramsh. §. 118. not. 1. Ceterum verba *Gnatis*

Sustulit ista prior iam tum Pallante perempto.
Hoc patris Anchisae Manes, hoc sentit Iulus."
Sic fatus galeam laeva tenet atque reflexa
Cervice orantis capulo tenus adplicat ensem.
Nec procul Haemonides, Phoebi Triviaeque sacerdos,
Infula cui sacra redimibat tempora vitta,
Totus conlucens veste atque insignibus armis.
Quem congressus agit campo lapsumque superstans
Immolat ingentique umbra tegit; arma Serestus

---

parce tuis repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 128. et I, 178, 388. — *Belli commercia T.* etc. Cf. Hom. Il. XXI, 103 sqq. Alludit ad h. l. Tac. Hist. III, 81. *Vitellio rescriptum Sabini caede et incendio Capitolii dirempta belli commercia.* Conington suspicatur, Verg. hic memorem fuisse vocabuli Enniani Ann. 201. (L. IV. fr. 13. p. 32. Vahl.) *cauponantes bellum*, quod reddat Aesch. Sept. 526. *καπηλεύειν μάχην*. — **533.** *iam tum Pallante perempto*, iam tum, cum Pallantem interemit. Cf. v. 517. *mensae, quas advena primas Tunc adiit.* Wagn. et Ladew. praeterea comparant Liv. I, 41. *Anci liberi iam tum comprehensis sceleris ministris, ut vivere regem nuntiatum est, exsulatum ierant.* Peerlkampio haec verba turpe Grammatici alicuius additamentum videntur. — **534.** „Eandem Anchisae Manium et Iuli sententiam esse aio. Respicit ad preces v. 524 sq." *Heyn.* — *hoc sentit Iulus.* Conington comparat Hor. Epist. I, 16, 79. *Hoc sentit: Moriar.* Peerlk. pro *sentit* temere coni. *sancit.* — **536.** Cf. supra II, 553. — **536.** Ribbeck. pro *orantis* edidit *oranti*, quod ex eius Codd. soli Pal. a m. pr. et Bern. II. exhibent. Recte nemo posteriorum editorum secutus est, cum Dativus iam propter sequens *capulo* displiceat. — **537.** *Nec procul Haemonides*, scil. est, versatur; ut III, 479. *Ausoniae pars illa procul*, quem locum iam Wagn. contulit. Heyn. minus recte structuram mutatam esse statuit pro: *Nec procul* Haemonidem *agit* (v. 540.). — *Triviae sacerdos.* Vid. ad IV, 609. VI, 35. et VII, 516. — **538.** *infula - - vitta.* Vid. ad Geo. III, 487. et Aen. II, 430., praeterea etiam III, 81. — **539.** Ribbeck. (qui etiam cf. in Proleg. p. 140.) et Ladew. (qui etiam cf. in Addendis p. 265.) receperunt *albis*, Probi coniecturam a Servio prolatam, ut *insignia alba* idem sit, quod ap. Liv. X, 7, 9. *pontificalia atque auguralia insignia;* sed quamquam *insignia alba* bene dici poterant, recte tamen Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 358. defendit omnium Codd. lectionem *armis*, quae magis convenit verbo *collucens*, quamque etiam Haupt., Bryce, Conington et Benoist. retinuerunt. Cf. etiam supra v. 170. — **540.** *lapsum superstans.* Sic Ovid. Her. X, 123. *Ossa superstabunt volucres inhumata*, et Stat. Theb. II, 713. *Corpora tunc atque arma simul cumulata superstans.* Cf. etiam Burm. ad Val. Fl. IV, 312. Interpp. ad Phaedr. I, 27, 8. et II, 1, 1. atque Ruddim. II. p. 148. Est autem eadem ratione dictum, qua v. 490. *Quem Turnus super adsistens.* — *ingenti umbra tegit* Heyn. satis languide explicat: corporis sui umbra tegit, dum super adstans et inclinans se spolia ei detrahit. Longe rectius *Wagn.* cum aliis: „facit, ut umbra (mors) eum tegat [Hom. *σκότος ὄσσ' ἐκάλυψεν*]; ex noto illo loquendi more, quo, quod per aliquem fit, id ipse facere dicatur; *ingens* autem est umbra, quia nulla alia umbra vel tenebricosior est, vel magis perpetua;" *ingenti* autem, „quod (Wagnero adnotante) nulla nox est tenebricosior aut magis perpetua, quam cuius causa mors est." Cf. autem Hom. Il. XIII, 425. Peerlk. parum feliciter coni. *ingentique umbra legit arma*, ut arma, quae ingentem umbram faciant, i. e. ipsa ingentia, intelligenda sint, coll. Ovid. Met. X, 110. Val. Fl. II, 518. III, 199. V, 156. multisque aliis poetarum locis, ubi magnitudo rerum umbrae longitudine significatur. — **540.** *congressus.* Cf. XII, 342. 510. — **541.** *Immolat*, quasi hostiam Pallanti. „Arma detracta dat Seresto absportanda: ex more v. c. II. XVI, 663 sqq." *Heyn.* Ceterum nescio, an Servius recte duo Serestos intelligendos esse putet,

Lecta refert humeris, tibi, rex Gradive, tropaeum.
Instaurant acies Volcani stirpe creatus
Caeculus et veniens Marsorum montibus Umbro.
Dardanides contra furit. Anxuris ense sinistram
Et totum clipei ferro deiecerat orbem; —
Dixerat ille aliquid magnum vimque adfore verbo
Crediderat caeloque animum fortasse ferebat

---

unum, qui sit cum Aenea, alterum, qui sit in castris (cf. IX, 171.), cum hic Troiani nondum iuncti sint Aeneae. — **542.** *Lecta*, scil. ab Aenea et Serosto tradita. Nam ipsi victores legebant arma. „Spolia, quae aptantur tropaeis, *legi* dicuntur.“ *Serv.* Cf. Liv. V, 36. 39. al. Alii *lecta* hic explicant per splendida (cf. Donat. ad Ter. Phorm. I, 2, 3.), minus recte. — *tibi, rex Gradive, tropaeum*, ut XI, 7. *Mezenti ducis exuvias, tibi magne tropaeum, Bellipotens.* De *patre Gradivo* s. Marte vid. ad III, 35. — **543.** *Instaurant acies;* proelium redintegrant, cum suscepta tanta clade perculsi iam essent Latini et proelium omittere coepissent. Cf. autem supra II, 669. *instaurata proelia* et Liv. XXXVII, 19. *instaurare bellum.* Med. a m. pr. habet Sing. *Instaurat*, „fortasse recte“ ut Ribbeck. censet. — De *Caeculo* vid. VII, 678. 681., de *Umbrone* ibid. v. 750. 752. — Wagn. acute perspexit, v. 545 sqq. hanc esse sententiam: Postquam Anxurem, decisa ante dextra, interfecerat Aeneas, Tarquitus, huius quippe viri caede exasperatus, se obviam illi tulit; quare, mutata loci distinctione, in fine vss. 546. et 549. semicola posuit; vss. 546—549. autem lineolis seclusit; quam rationem nos secuti sumus idemque fecerunt Ribbeck., Conington et Benoist. — *Dardanides*, Aeneas, ut etiam XII, 774. (Cf. II, 241. V, 45. XII, 585. cett.) — **545.** Conington comparat Lucr. III, 649. *amissam laevam cum tegmine.* — **546.** „*totum*, puto, adiecit, quo significetur, ipsum iam hominem totum ad vulnera accipienda apertum fuisse.“ Sic prius *Wagn.*, in recentiss. tamen edit. coniicit *tortum*, i. e. orbem ex textilibus laminis rotundatum, Homeri *ἀσπίδα εὔκυκλον*. Sed *totum* bene adiicitur, ut gravis Aeneae ictus indicetur. Peerlk. tamen, cum *toto clipei orbe* omninoque clipeo post sinistram deiectam commemorato, tum tautologia *ense - - ferro* offensus, parum probabiliter coni. *Et totum* (quantus erat) *clipei ferro* (i. e. umbone ferreo) *deiecerat Orsen*, quod nomen proprium legatur etiam X, 747. — *clipei orbem.* Vid. II, 227. — *deiecerat.* Plusquamperf. respondet Perfecto *obtulit* v. 553. et vv. 547—549., qui vim explicandi habent (quoniam ille magna locutus erat etc.), parenthetice adiiciuntur, hoc sensu: Vix Anxuris sinistram ense deiecerat — et statim alius ei adversarius sese obtulit Tarquitus. — **547.** *aliquid magnum, ἔπος μέγα.* Cf. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 59. Passerat ad Prop. II, 19, 71. Broukh. et Vulp. ad Tib. II, 6, 11. Cort. ad Lucan. I, 262. Burm. ad Val. Fl. I, 262. Mitscherl. ad Hor. Od. IV. 6, 2. alios. Heins. perperam malebat *aliquod magnum;* nusquam enim *magnum* Substantivi vim habet. Ceterum Conington confert dictionem *magna loqui* ap. Tibull. II, 6, 11. et Ovid. Trist. V, 3, 29. *magna dicta* ap. Val. Fl. V, 600. et VII, 557., *magnam linguam* ap. Hor. Od. IV, 6, 1. et *μεγάλην γλώσσην* ap. Soph. Ant. 127., omisit autem Verg. ipsius locum X, 380. *verbis, Quae tibi magna volant.* — **548.** *caelo animum ferebat*, alto spiritu elatus ei cupiens maiora, quam decebat mortalem. Quod attinet ad constructionem, cf. III, 678. *caelo capita alta ferentis.* „Fortasse ille arrogantiorem se gesserat, dum de Aenea victoriam et longam vitam sibi promiserat. - - Ex sollemni poetarum usu - - quae alta sunt, *caelum attingere* dicuntur. Cf. I, 162. III, 678. [IX, 637.] cett. Nec aliter Graeci, imprimis tragici ac lyrici: illustrat *τὸ στηρίζειν οὐρανῷ* Valcken. ad Eur. Hippol. 1106. Iam tropice hoc transfertur modo *ad gloriam.* ut Horat. *sublimi feriam sidera vertice*, modo *ad gloriae opinionem*, h. e. ad superbiam, iactantiam, ostentationem, ut h. l., modo *ad laudes*, quibus quis aliquem supra

Canitiemque sibi et longos promiserat annos; —
Tarquitus exsultans contra fulgentibus armis,
Silvicolae Fauno Dryope quem nympha crearat,
Obvius ardenti sese obtulit. Ille reducta
Loricam clipeique ingens onus inpedit hasta;
Tum caput orantis nequidquam et multa parantis
Dicere deturbat terrae truncumque tepentem
Provolvens super haec inimico pectore fatur:

---

vulgus effert." Haec *Heyn.*, qui etiam conferri iubet imitationem huius loci ap. Silium II, 403 sqq. Imprimis etiam cf. Hor. Od. I, 3, 37. *Nil mortalibus arduum est: Caelum ipsum petimus stultitia.* — *Fortasse* autem hic non esse *ἴσως*, *vielleicht*, sed *πού*, *wohl*, et exprimere poetae indignationem, quod Anxur tam inmoderatam spem aleret, vere observat Wagn. coll. Iliad. V, 472 sqq. et Soph. Oed. R. 355. Ceterum de Plusquamperfecto et Imperfecto in eiusmodi sententiis haud raro coniunctis, quae a Particulis *nam*, *enim*, *etenim* incipiunt, vel in quibus talis Part. causalis supplenda est, ut h. l., cf. Aen. III, 110. IV, 688. VI, 164. VIII, 33. 627 sqq. XI, 33. cett. — **549.** *longos annos*, longam aetatem s. multos annos, ut infra XI, 907. *nec longis inter se passibus absunt.* Similiter ap. Tibull. I, 1, 2. *culti iugera magna soli*, ubi vid. Intpp. Non mirum tamen, Goth. II. ex interpp. exhibere *et multos.* — **550.** *exsultans*, vid. ad II, 386. et X, 813. Wagn. reddit per *sich tummelnd.* — **551.** *Silvicolae Fauno.* Hoc epitheton e Naevii B. Pun. I. et Accio adoptatum esse, Macrob. Sat. VI, 5, 9. p. 528. Ian. est auctor. Cf. Ovid. IV, 746. *Silvicola Pales* et Prop. IV, 12, (III, 13,) 34. *silvicolae viri.* Sic etiam *silvicultrix*, e. g. ap. Catull. 63, 72. *silvicultrix cerva.* — Iul. Sabinus pro *Fauno* legi voluit *Dauno*, cuius coniecturae causam vid. infra ad v. 558. — *Dryope* Nympha alibi non commemoratur. — *crearat.* Vid. adnott. ad VI, 367., ubi adde Geo. I, 279. et Aen. XII, 271. Verba *quem nympha crearat* repetuntur in Anth. Lat. I, 146, 8. — **552.** *Obvius sese obtulit.* Cf. infra v. 734. VI, 879. XI, 498. et Lucr. III, 1054. (1041. Lachm.) *Sponte sua leto caput obvius obtulit ipse*, ubi vid. Wakef. (De similibus pleonasmis vid. ad VI, 449. IX, 47. 89. X, 359. al.) Quare otiosa est Heinsii coni. *sese tulit.* — „*ille*, Aeneas (non Tarquitus), *hasta reducta*, [ut XII, 307. *reducta securi*], quam reduxerat [ita ut maior pars hastilis ei a tergo esset: vid. V, 478.] ideoque magna cum vi immiserat, *impedit loricam clipeique onus*, transfigit Tarquiti clipeum et loricam, sic ut infixa hasta haereret nec retrahi facile posset, [clipeusque et lorica inter se colligarentur]; hinc Aeneas arrepto statim ense caput deiicit. - - Est autem exquisite dictum pro vulg.: *hastam impedit lorica;* nam hasta impedita et fixa tenetur; sicque et ipse clipeus impeditus est nec libere regi ac moveri potest. Cf. v. 794 sq." *Heyn.* Rectius, nisi fallor, *Iahn.*: „Loricam scutumque hasta infixa ita deprimit retinetque, ut Tarquitus iis ad gulam cervicesque obtegere nequiret, - non permittit usui esse ad protegendum corpus." — Ceterum Wagn. pro *reducta* coni. *retusa* vel *redunca.* Sed vid. etiam XI, 605. - V. **554** sqq. ex locis Hom. Il. X, 454 sqq. XI, 452 sqq. et XXI, 120 sqq. adumbratos esse docet Heyn. Thiel. autem cum gravibus et plenis v. 554. numeris (*orantis - - parantis*) confert infra v. 572. Hor. Od. I, 22, 24 sq. (*ridentem - - loquentem*) ei. Ep. I, 1, 105. (*pendentis - - respicientis*) Val. Fl. III, 331. (*haerentem - - trahentem*) et similes locos. — *caput deturbat* (cf. V, 175. Lucr. V, 401. *Phaëthonta repenti fulminis ictu Deturbavit equis in terram.* Caes. B. C. III, 21. B. G. VII, 81. Liv. XXXI, 39. extr. cett.) *terrae*, in terram. Vid. ad Ecl. II, 30. Geo. II, 290. Aen. I, 126. V, 481. IX, 87. 754. XI, 87. al. et Huschk. ad Tib. I, 6, 72. — *truncumque - Provolvens.* Cf. Hom. Il. XXI, 120. — **556.** *super*, insuper. Vid. ad I, 29. II, 71. VII, 462. XI, 226. al. -- *inimico pectore fatur*, ut XI, 685. Cf. etiam XII, 888. *saevo sic*

„Istic nunc, metuende, iace! Non te optuma mater
Condet humi patrioque onerabit membra sepulchro:
Alitibus linquere feris aut gurgite mersum
Unda feret piscesque inpasti volnera lambent.
Protinus Antaeum et Lucam, prima agmina Turni,

---

pectore fatur. Contrarinm est I, 521. *placido sic pectore coepit.* — **557.** *Istic.* Ribbeck. ἀρχαικῶς edidit *Isti,* quod in nno Bern. III. a m. pr. invenit. Vid. adnott. ad Geo. I, 54. — *iace.* Vid. ad I, 99. Verba *super haec* etc. usqne ad *metuende, iace!* iterantnr in Anth. Lat. I, 170, 138 sq. — **558.** Wagn. (coll. adnot. sua ad I, 193.) ex Med. a m. sec. et Dorv. recepit *humo,* quod etiam Wakef. probaverat in Silv. crit. T. II. p. 61. Nos ceterorum librornm omninm lectionom servandam censnimus. Cf XI, 665. *quot humi morientia corpora fundis?* (Respondet nostro *zur Erde bestatten.*) *Humo* semper significat ab vel ex terra. Vid. ad I, 193. Nos secuti sunt plurimi recentiores editores inde a Süpflio, quamqnam Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 358. etiamnum alteram lectionem (quam soli Hanpt. et Conington retinuerunt) defendit, cnm *condere humi* Latinum esse dnbitet. — *patrioque.* Sic optimi Codd. Med. Mentel. I. alii, qnos cnm Wagn. secnti sumns. Vnlgo *patriove,* qnod Gossr. et Bryce rctinnerunt. Ceteri nobiscum facinnt. Weiduero ad Aen. I, 195. dnbium videtnr, utrum *patrio sepulchro* Ablativus sit, an Dativus. Equidem de Ablativo non dubito. Cf. XI, 212. *ossa - - onerabant aggere terrae,* qui locus Weidnerum ipsum non fngit. — „*onerabit.* Scilicet *sepulcrum,* h. l. *tumulus, τύμβος,* impositns corpori sepulto, qnod alias inde tumulo premi dicitnr, cnm sub eo conditnm iaceat.“ *Heyn.* Vid. etiam infra ad v. 620. — Wakef. in Silv. crit. II. p. 61. Schrader. Emendd. p. 151. Wacker. Amoen. Liter. p. 20. et Peerlk. legi malint *ornabit,* quod unus Hugen. a m. sec. exhibet (cf. adnott. ad XII, 344.), ut Acidal. ad Vellei. II, 124. *honorabit.* Etiam Gentius p. 56. coniicit *Condet humo patria atque ornabit membra sepulcro.* Ceterum, nt aliis, sic etiam Waguero Qu. Verg. XL, 2. Vergilins hic dormitasse videtur, cum de sepulcro patris Tarquiti loqnatur, quem snpra v. 551. *Fauni* filium fuisse dixerit. Sed nonne Fannus antequam ab Euandro, qnem ex Arcadia venientem benigne exceperat, deus est proclamatus (cf. Dion. Hal. I, 31. Iustin. XLIII, 5. Serv. ad Geo. I, 11. et Spangenberg. de veteris Latii religg. domest. p. 63.), homo orat, qui ab Hercnle occisus esse traditur? (Cf. Plutarch. Parallel. min. n. 35.) Quidni igitur poetae etiam sepulcrnm eius commemorare licnerit? Quod cni altius repetitum videatur, is per me amplectatur illam explicationem, quam Gossr. praeter hanc mcam proponit: „Aeneas, quis eius pater fnerit nesciens, hominem esse sumit; ut hoc etiam sumit, matrem Tarquiti vivere.“ Minns antem apta censenda est Iahnii ratio, *patrio* „non quod patris, sed qnod in patria est“ interpretantis; quamquam quae Wagn. huic explicationi opponit (non in patria terra humari propterea tantum veteribus adeo miserandnm esse visum, qnod dulce sit, ne morte quidem ab eorum, qnos carissimos habnerimus, parentum, avorum, consortio avelli; aliter Tarquiti nihil interesse potuisse, qua terra ossa sua conderentur), paulo snbtilius dispntata et ipsius patriae amori parum tribucre videntur. Peerlk. tamen, cui haec omnia non satisfacinnt, loco coniectura succnrrendum esse censet, proponens: *Parioque ornabit sepulcro,* i. e. ex marmore Pario exstructo; Aeneae enim marmor Parium cognitum fuisse, apparere ex Aen. III, 126., ubi Parum insulam propterea *niveam* appellet, et Valer. Flaccum V, 188. marmor Parium iam ad Argonautarum tempora retulisse. — Cum v. **559** sq. cf. Hom. Il. XI, 452 sqq. et XXI, 122 sqq., ex quibus locis hic conflatus est. — **559.** *Alitibus linquens feris.* Ladew. comparat Hor. Epod. XVII, 11. *Unxere matres addictum feris Alitibusque atque canibus homicidam Hectorem,* qnem locum fortasse respiciens Heinrich. coni. *ferisque.* — **560.** *pisces lambent,* Hom. ἀπολιχμήσονται (Il. XXI, 123.), sanguinem hauricnt. — **561.** Verbis *Protinus Antaeum*

Persequitur fortemque Numam fulvumque Camertem,
Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri
Qui fuit Ausonidum et tacitis regnavit Amyclis.
Aegaeon qualis, centum cui bracchia dicunt
Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribusque arsisse, Iovis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clipeis, tot stringeret enses:
Sic toto Aeneas desaevit in aequore victor,
Ut semel intepuit mucro. Quin ecce Niphaei

---

incipit etiam versus Anth. Lat. I, 45, 4. — Heyn. praeferendam censet Gud. scripturam *Lucan;* sed in nominibus Latinis, imprimis omnibus Codd praeter unum reclamantibus, Graeca forma non est admittenda. — „*prima agmina Turni*, vel προμάχους, qui pugnant ante ordines, vel qui in prima acie, ἀριστεῖς." *Heyn.* Wagnero poeta utramque notionem hic complecti videtur. Ceterum cf. supra v. 124. *senior cum Castore Thymbris, Prima acies.* — **562.** Alium *Numam* iam Nisus interfecit IX, 454. — *Camers* etiam XII, 224. commemoratur. — *fulvum*, fulva caesarie insignem (cf. XI, 642.). Servius per ξανθόν explicat; Wagn. autem rectius distinguit inter flavum colorem et fulvum (ὑπόπυῤῥον), medium inter flavum (ξανθόν) et rubrum (πυῤῥόν), unde *Fulvii*, ut ab illo *Flavii* sint dicti. — **563.** *satum.* Vid. ad Geo. I, 278. — *ditissima agri*, ut I, 343. (ubi alii *ditissimus auri* edunt) et VII, 537. *ditissimus arvis.* Cf. Ovid. Met. V, 129. et Silius V, 260. Alibi *dives agris, arvis*, ut VII, 537. Hor. A. P. 421. id. Sat. I, 2, 13. Stat. Theb. V, 305. al. — **564.** „*Ausonidûm*, Ausonidarum [vid. ad I, 565. et III, 21.]. *Ausonidas* autem pro Ausonibus dixit, quibus, cum olim omnem Italiam inferiorem tenerent, sedes a Circeiis ad Lirin usque etiam posterioribus aetatibus mansere. Iam in his locis inter Terracinam et Caietam iuxta mare *Amyclae* fuerant, a serpentibus deletae - - incolis urbe excedere coactis. Vid. Serv. ad h. l. Plin. VIII, 29, 43. et Cluver. Ital. ant. p. 1093. (Addo Solin. 2. 32. et quae ipse exposui in libro meo geogr. III. p. 726.) - - Has *tacitas* dixit, epitheto huc retracto ab alteris Amyclis Laconicae, quae ab Achaeis fortiter propugnatae, tandem a Doriensibus expugnatae sunt. Hostium enim adventu saepe temere nuntiato, cum vere hostis veniret, nomine nuntiante et *tacentibus omnibus*, urbs capta est. Nota res vel ex Pervigilii versu [92.]: *Sic Amyclas, cum tacerent, perdidit silentium.*" Haec *Heyn.*; neque aliter Vergilium intellexisse videtur Sil. VIII, 530., ubi vid. intpp. Praeterea cf. Lucilii fragm. ap. Serv. ad h. l. (Fragm. Com. Lat. v. 274 sq. Ribbeck.) *Mihi necesse est loqui; nam scio Amyclas tacendo periisse.* Wagn. (cui adsentitur Conington) eiusmodi Vergilii errorem non statuens, Amyclas Italiae *tacitas* vocari censet, quod olim desertae a suis incolis ferantur, in edit. tamen min. rem decernere non audet, utramque explicationem proponens, idemque faciunt Ladew. et Benoist. Mihi quidem de errore Vergilii vix dubitandum videtur. — **565** sqq. Idem Wagn. verba sic ordinanda esse docet: *Qualis cum Aegaeon* cet. *streperet*, coll. adnot. ad Geo. I, 303. De Aegaeone s. Briareo, quem hic Vergilius, recedens ab Hom. Il. I, 402 sq., inter Gigantes caelum oppugnantes referre videtur, vid. ad Aen. VI, 287. — **567.** „*Pectoribus* addit, quia efflat ignem, ut Cacus supra, ut Typhoeus, et tot alia monstra." *Heyn.* Recte autem post *arsisse* distingui, et *Iovis* cum *fulmine*, non cum *ignem* coniungendum esse, iam Asper intellexit, *ignem* per ardentem animae ex ferocia calorem interpretatus. (Cf. etiam Ribbeckii Proleg. p. 132.) — **568.** *tot paribus*, pari numero, scil. quinquaginta clipeis. Peerlk. haec adnotat: „Fortasse inest notio illius, qui se parem Iovi putabat, ferebat. Nisi legendum sit *Tot pariter streperet clipeis*, i. e. tot simul clipeis." — **569.** *Sic*, ut non unam manum putares. Locum bene transtulit ad Tydeum Statius Theb. II, 595 sq. — *desaevit*, valde saevit. Vid. ad IV, 52. — **570.** *intepuit mucro.* Cf. Hom. Il. XVI, 330. et XX, 476. ὑπεθερμάνθη

Quadriiugis in equos advorsaque pectora tendit.
Atque illi longe gradientem et dira frementem
Ut videre, metu versi retroque ruentes
Effunduntque ducem rapiuntque ad litora currus.
Intera biiugis infert se Lucagus albis
In medios fraterque Liger; sed frater habenis
Flectit equos, strictum rotat acer Lucagus ensem.
Haud tulit Aeneas tanto fervore furentes:
Inruit adversaque ingens adparuit hasta.
Cui Liger:
„Non Diomedis equos nec currum cernis Achilli
Aut Phrygiae campos: nunc belli finis et aevi
His dabitur terris.“ Vesano talia late
Dicta volant Ligeri. Sed non et Troius heros
Dicta parat contra; iaculum nam torquet in hostem.

ξίφος αἵματι. — **571.** *Quadriiuges.* Aliquot Codd. minoris pretii *Quadriiugos*, ut vulgo dicitur; sed vid. v. c. Apulei. Flor. c. 16. *Quadriiuges et seiuges currus ponere alicui* et infra ad v. 587. et cf. Geo. III, 91. et Aen. XII, 355., ubi *biiugis* legimus. Alibi sane Verg. utrumque Adiect. in *us* terminat. (Cf. Geo. III, 18. et Aen. XII, 162.) — **572.** *longe gradientem*, longis gradibus incedentem, μακρὰ βιβῶντα (Hom. Il. VII, 213.), ut infra v. 579. *ingens apparuit.* — *dira frementem.* Vid. ad Ecl. III, 8. IV, 43. Geo. III, 149. al. Sic XII, 398. *acerba fremens.* — **574.** *Effundunt.* Cf. XII, 380. et 532. — Burm. refert, optimos quosque Codd. exhibere *currum*, quod propterea Iahn. recepit. Sed cum non constet, quinam sint illi Codd. optimi (praeter Rom., Vat. et Goth. II.), Med. autem Pluralem agnoscat, hunc cum Wagn. servandum censui, qua in re etiam posteriores nos secuti sunt. Vid. etiam infra ad v. 581. — Cum v. 575. sqq. compara Hom. Il. XI, 101 sqq. et 122 sqq., cum v. 581 sqq. autem Il. V, 217 sqq. et XX, 79 sqq. Cf. etiam similis locus supra IX, 154 sq. Sensus est: Nos non sumus Graeci, qui vos effugere passi sunt; nos Italos vos non effugietis. — *biiugis.* Pal. et a m. pr. Gud. praebent *bigis*, sed *biiugis* praeter ceteros Codd. etiam Serv. testatur. — **576.** *Liger*, iam supra IX, 571. commemoratur. — **577.** *rotat ensem*, ut IX. 441. — **579.** Cf. Hom. Il. VIII, 424. — **581.** *nec currum.* Recte Ladew., qui prius ediderat *non currum*, quod unus Donatus videtur exhibere (nam Pal., cui Ambrogius hanc lectionem vindicat, a Ribb. tacetur), nunc rediit ad omnium Codd. nostrorum lectionem. (Cf. etiam Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 358., qui memorat iteratum *non* fortius videri, quam sententiae ratio patiatur, cum *Diomedis equi* et *currus Achilli* consimilia sint.) — *currum* hic cum eodem Wagn. recepi pro vulg. *currus* (sane etiam a Donato ad Ter. Andr. IV, 4, 48. exhibito), quod saepius hic repetitae literae *s* originem debere videtur. Singularem vero tuentur Codd. longe plurimi cum Med. et quatuor Potter. Gossr. et Bryce Pluralem retinuerunt; reliqui editt. recentiores nobiscum faciunt. Ceterum cf. etiam quae ad VI, 724. adnotavi. — *Achilli.* Vid. ad I, 30. II, 476. al. Iahn. in priore edit. ob potiorum (?) Codd. auctoritatem retinuit formam *Achillis;* in altera autem et ipse *Achilli* edidit, ut ceteri editt. recentiores, praeter Ribbeck. (qui tamen *Achillis* ex uno modo Bern. II. enotavit) et Coningtonem. Sed vid. adnott. ad II, 476. — **582.** *aevi*, vitae tuae. — **583.** *His terris*, quae opponuntur *Phrygiis campis* v. 582., ut sensus sit: hic mortem ab hostili manu non effugies, ut olim in Phrygiis campis effugisti. Dorvill. *telis*, quod, cum *terra* et *tela* saepe confundantur (vid. Burm. ad Val. Fl. VI, 31.), praefert unus Peerlk., ut sensus sit: Mors tua et belli finis simul his telis efficietur. — **584.** *Dicta volant.* Cf. XI, 381. *verbis, Quae tibi magna volant.* Cum seqq. verbis *Sed non* etc. Conington conferri iubet supra v. 16. — **585.** Wagn. tantum prima verba *Dicta pa-*

Lucagus ut pronus pendens in verbera telo
Admonuit biiugos proiecto dum pede laevo
Aptat se pugnae, subit oras hasta per imas
Fulgentis clipei, tum laevum perforat inguen;
Excussus curru moribundus volvitur arvis.
Quem pius Aeneas dictis adfatur amaris:
„Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum

---

rat Vergiliana esse suspicatus, ceteris asteriscos adpinxit. Sed etiamsi negari nequit, verba *iaculum nam torquet in hostem* satis esse languida, ut fortasse in suspicionem vocari possint, voc. tamen *contra* vix abesse potest, et si Servius adnotat: *Potest legi: Edicta parat contra*, i. e. (ex Wagneri emend.) *Potest legi et: Dicta p. c.*, inde nondum colligi potest, eum in suis Codd. invenisse tantum verba *Dicta parat*. Peerlkampium, qui et ipse verba *iaculum - - in hostem* suspecta censet, ita certe mecum video consentire, ut *contra* defendat. Süpfl., Gossr. et ceteri recentiores editores de horum verborum αὐθεντία non dubitant et Conington adnotat, poetam hic memorem fuisse Hom. Il. XX, 256. Ceterum Iahn. etiam hic ex potioribus Codd. cum Heinsio recepit *in hostes*, qui tamen potiores Codd. cum ab Heinsio non nominentur (vid. tamen infra), Med. autem praebeat *in hostem*, hanc lectionem cum Wagn. servandam putavimus, in quo posteriores nos secuti sunt. Aeneas enim solum Lucagum petit; lingua modo fortem Ligerum non curat. (Non tamen reticendum, Pal. a m. sec., Gud. et Bern. III. utique exhibere *hostes* et Pal. a m. pr. et Rom. *hostis*.) Cf. etiam de hoc loco Drak. ad Silium IV, 455. — **586.** *pronus.* Arusianus p. 238. L. *prono*, sed *pronus* praeter omnes Codd. nostros etiam Serv. confirmat. Cf. etiam V, 147., ubi pariter legimus *pronique in verbera pendent*, et Geo. III, 106 sq. *instant verbere torto Et proni dant lora.* „Lucagus gladio pro flagro usus est. Notabile autem hoc, quod Lucago in curru stanti non hastam, ex perpetuo heroum usu, sed ensem in manus dat poeta." *Heyn.* — **587.** *Admonuit.* Cf. Sen. de Clem. I, 14, 1. *liberos admonere verberibus.* — *biiugos*, scil. equos, quod etiam infra v. 595. omittitur. Ceterum *biiugus* et *quadriiugus* Vergilius fere ubique ad secundae Declin. normam formavit (cf. Aen. V, 155. X, 253. XII, 355. Geo. III, 8. Aen. XII, 162.), ter tantum, Geo. III, 91. Aen. X, 571. et XII, 355. legimus *biiuges* et *quadriiuges equi.* Vid. etiam supra ad v. 571. et 425. Laevum pedem proiicit haud dubie, quod Lucago a dextra stetit. Heinrich. cum h. l. conferri iubet Theocr. XXII, 120. et Toup. Adverss. p. 403. Peerlk., coll. supra v. 495., Livio VIII, 8., ubi triarii Romani considunt *sinistro crure porrecto*, aliis, docet, sic „corpore maiorem aequilibritatem et manui dextrae vim conciliari." — **588.** *Aptat.* Ribbeck. ex Pal. et Gud. a m. pr. recepit *Aptet*, sed recte ceteri recentiores editores lectionem Med., Rom. aliorumque Codd. *aptat* retinuerunt. — *subit oras* etc. Ut supra v. 476. hasta superiorem clipei oram perfodiens humerum vulnerat, ita nunc traiecta ima scuti ora inguen transfigit. Cf. infra XII, 924. hasta *orasque recludit Loricae et clipei extremas septemplicis orbes* et Silius IV, 292. *fugit illa per oras Multiplicis lini.* — **590.** *Excussus curru volvitur.* Cf. XI, 615. 640. I, 115. VII, 299. Ovid. Met. XV, 524. *Excutior curru* cett. et infra ad v. 593. — **591.** *pius Aeneas.* Ruhk. hoc epitheton Aeneae tributum censet ob ultionem, qua de Pallantis memoria promeruerit; sed potius est epitheton, quod vocant, perpetuum, quod adversus Schraderum et Marklandum (qui ad Prop. I, 1, 33. p. 21. ed Burm. coni. *prius*) recte tuetur Iahn. — V. **592** sqq., quos Heyn. minus recte interpretatur, apparet arcte cohaerere cum verbis *Arripuit biiugos;* Aeneas enim per sarcasmum significat, ipsius Lucagi esse culpam, quod currus eius in suas manus veniat. Non *segnis fuga*, i. e. tarditas equorum (cf. v. 586 sq.) vel vana aliqua formido ex hostibus veniens et equos consternans *currus tuos prodidit*, i. e. effecit, ut curru everso facile potiri possim; sed tu ipse *rotis saliens*, hastae meae ictu e curru deiectus, *iuga deseris.* Sic etiam Wagn. locum cepit. — *nulla*

Prodidit aut vanae vertere ex hostibus umbrae;
Ipse rotis saliens iuga deseris." Haec ita fatus
Arripuit biiugos; frater tendebat inertis
Infelix palmas curru delapsus eodem:
„Per te, per qui te talem genuere parentes,
Vir Troiane, sine hanc animam et miserere precantis."
Pluribus oranti Aeneas: „Haud talia dudum
Dicta dabas. Morere, et fratrem ne desere frater."
Tum latĕbras animae, pectus mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius torrentis aquae vel turbinis atri

---

fuga. Vid. ad Geo. I, 102. et Aen. II, 583. – *fuga segnis.* Cf. infra v. 700. *volvi segnem sinit.* — **593**. *Prodidit* evertit, ita ut Aeneas facile eo potiri possit (v. 596.). Cf. Heins. ad Ovid. Fast. IV, 715. — *vanae umbrae* (*täuschende Schreckbilder*: Ladew.) *ex hostibus*, scil. venientes, orientes, *vertit*, i. e. evertunt currum equis consternatis, quemadmodum supra Niphaeo accidit v. 572 sqq. Cf. etiam Hom. Il. VIII, 86. Quae hic *vana umbra*, Silio VII, 698. est *cassa* (*Et trepidat cassa sonipes exterritus umbra*). — **594**. Similem sarcasmum vid. ap. Hom. Il. XVI, 745 sqq. — **595**. Heins. ex Palat. et aliis Codd. nescio quibus recepit *inermes;* sed verissime Wagn. adnotat, nullam habere vim *inermes* in auriga eoque curru excusso; contra vero manus *inertes* optime convenire vaniloquo; coll. v. 581. sqq. et 599. Iahn. quoque et hic et XI, 414. lectionem *inertes* restituerat, quod etiam omnes me posteriores editores praeter Bryceum servarunt. Utrumque vocabulum in Codd. haud raro confunditur. Vid. infra XI, 414. Heins. et Drak. ad Silii XIII, 76. N. Heins. et Bach. ad Ovid. Met. V, 175. Obbar. ad Hor. Ep. I, 5, 17. Vol. I. p. 244. alios. — **597**. *Per te* cett., scil. oro, obsecro. Vid. supra ad v. 369. et de coniunctione verborum *per qui te gen. par.* ad II, 142. Iteratur hic versus in Ausonii cent. nupt. 94. — **598**. *„sine hanc animam*, pro: parce; vitam mihi ne eripe, sed relinque. Sic *ἐᾶν* ap. Homerum: *"Ἕκτωρ δ' ἄλλους μὲν Δαναοὺς ἔα οὐδ' ἐνάριζεν."* *Heyn.* Vide supra v. 15. — **599**. *haud dudum, nicht gar lange*, scil. supra v. 581 sqq. Ceterum cf. Hand. Turs. III. p. 23. — **600**. *fratrem ne desere frater.* Vid. ad I, 684. IV, 83. et V, 569. Repetuntur haec verba in Anth. Lat. I, 178, 404. — **601**. Voc. *pectus*, quod tamquam otiosum et languidum offendit viros doctos, Wakef. ad Lucr. I, 416. mutatum voluit in *sectas*, Fr. Iacob. autem (cui adsentitur Peerlk. in Bibl. crit. nova III. p. 243. et in ipsa edit. Verg.) ad Lucil. Aetn. v. 139. in *penitus*, coll. XII, 359. Sed vere observat Iahn., voc. *pectus* iam propterea removeri vix posse, quod alii scriptores animi sedem in capite esse existimaverint; et omnis difficultas evanescit, si cum C. G. Iacobo in Disquiss. Vergg. P. I. p. 13. non *pectus*, sed *latebras* per appositionem adiectum statuimus, ut in loco a Wagn. collato, XI, 508. *O decus Italiae virgo;* quare vulgatam distinguendi rationem (*Tum latebras animae, pectus, m. r.*) cum Ruhkopfio et Wagn. mutavimus. Ceterum imitantur hunc locum Stat. Theb. I, 614. *imas animae mucrone corusco Scrutatus latebras* et Paullin. in vita Mart. 6. *Et latebras tanti sceleris mucrone resolvit.* — *recludit*, aperit. Vid. Geo. II, 423. *unco dente tellurem*, Hor. Epod. XVII, 71. *ense pectus*, Ovid. Met. VII, 285. *iugulum ense*, Colum. VI, 38, 2. *suppurationem ferro recludere* etc. Cf. etiam Aen. IV, 63. Geo. II, 423. similesque loci et Burm. ad Aen. V, 399. Iacob ad Lucil. Aetn. 139. pro *pectus* praeter necessitatem coniicit *penitus*, coll. XII, 389. (quod adnotat Conington). — **602**. *edebat funera.* Vid. ad IX, 526. Sic *edere strages* IX, 785. — Cf. etiam Liv. XXI, 43. et XXV, 16. — **603**. Eandem comparationem invenimus supra III, 305. 496 sqq. XII, 523. ap. Hor. Od. III, 29, 33. IV, 14, 25. Ovid. Met. III, 79 sq. Fast. II, 219 sqq. Silium IV, 522 sqq. XVII, 122 sq. alios; quos omnes praeivit Hom. Il. V, 87 sq. — *turbinis more.* Vid. XII, 923. *turbinis instar*, et

More furens. Tandem erumpunt et castra relinquunt
Ascanius puer et nequiquam obsessa iuventus.
Iunonem interea conpellat Iuppiter ultro:
„O germana mihi atque eadem gratissima coniunx,
Ut rebare, Venus — nec te sententia fallit —
Troianas sustentat opes, non vivida bello
Dextra viris animusque ferox patiensque pericli."
Cui Iuno submissa: „Quid, o pulcherrime coniunx,
Sollicitas aegram et tua tristia dicta timentem?
Si mihi, quae quondam fuerat, quamque esse decebat,

Hom. Il. XII, 40. ἶσος ἀέλλῃ. — **604.** *Tandem erumpunt* etc. Non sine causa in hoc loco offendit Ribbeck. Proleg. p. 84. haec scribens: „V. 604. post funera, quae *per campos* Aeneas edidit enumerata subito haec offendimus: *Tandem erumpunt* etc. Ergo non satis diligenter ac plene haec relata sunt." — **606.** sqq. „Iuno, salute Turni in tempus tantum a Iove impetrata, Turnum elusum per εἴδωλον Aeneae e pugna educit. Eo iam res erat adducta, ut Turnum Aeneas assequeretur, ideoque pugna inter eos fieret. Haec ex rerum in Aeneide ordine destinato adhuc erat differenda. Deorum interventu ad hoc usus est, ut epicus poeta Homeri exemplo semel instituerat facere. — *ultro.* Vid. supra v. 312. — **607** sq. „Amare haec ad Iunonem [cuius respicitur oratio supra v. 63 sqq.]. Non virtute Troianorum, sed Veneris scilicet artibus haec geruntur. Cf. Iliad. XVIII, 356 sqq. et IV, 5 sq." *Heyn.* Venus enim, cum Iupiter omnibus diis interdixerit, ne certamini se immiscerent vel id quocunque modo iuvarent, nunc vere non sustentat Troianorum opes; sed quae efficiuntur, omnia Aeneae et Troianorum virtuti debentur. Unde acerba Iovis ironia manifesta est, quae spectat ad orationem Iunonis supra v. 63 sqq. Temere igitur in hoc loco haeret Peerlk., quem hac coniectura emendandum censet: *Non, ut rere, Venus, (tua te sententia fallit) Tr. sust. opes: sed vivida* etc. — Ceterum verba *O germana mihi* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 356. et appellatione *gratissima coniunx* hinc sumpta utitur etiam Auson. cent. nupt. 70. et 87. — *Ut rebare*, quae forma rarior etiam invenitur ap. Cic. ad Att. XIV, 8. in. Sic VI, 690. ap. Cic. Or. III, 38, 153. ad Att. VII, 3, 10. *rebar.* ap. Liv. XXXI, 39. *rebatur*, ap. Cic. N. D. III, 6, 15. *rebantur.* — **609.** *vivida bello dextra*, ut V, 754. XI, 385. et al. *vivida virtus.* Contrarium est *frigida bello dextera* XI, 338. Ceterum cf. VI, 878. *invicta bello dextera.* — Dat. *viris* possessionem indicare patet. — *animus ferox.* Cf. XII, 19. *ferox virtus.* — *patiens pericli.* Sic *pericula pati* etiam ap. Tac. Hist. II, 77. et Ovid. Trist. III, 2, 7. Ceterum Verba *patiensque pericli* repetuntur in Anth. Lat. I, 14, 17. et I, 172, 16., ut sequens Voc. *o pulcherrime coniunx* ibid. I, 172, 87. et I, 178, 35. — **611.** *pulcherrime coniunx.* Admodum bene Iuno blandiens hac insolentiore utitur coniugis appellatione, quae potissimum spectat ad oris dignitatem maiestatis plenam. — **612.** *tristia dicta*, acerba, utpote exprobrantis. Donatus explicat: „imperiosa et quae prohibentis habeant minas." Medic. tamen *tristia iussa*, fortasse rectius. Vulgatum enim ex II, 115. huc transferri potuisse, memorat Wagn. Legitur vero in Pal., Rom., Gud. aliisque melioribus Codd. *Tristia iussa* legimus etiam ap. Sil. II, 2., ut *tristia dicta* ap. eundem XI, 84. Tac. Ann. VI, 71. et al. Ceterum cf. II, 607. *Iussa time.* — **613.** „*Si mihi, quae quondam fuerat* [cf. V, 397. et de hoc usu Plusquamperfecti pro Perfecto apud poetas Lachmann. ad Prop. I, 12, 29. Iahn. ad Ovid. Trist. III, 2, 25. ad eiusd. Met. II, 570. alii], *Vis in amore foret* pro: si amori meo esset vis. Alibi *potentia* dicitur de amantibus. Vulgaris oratio esset: si tantum valeret amor meus apud te, tantam haberet vim et auctoritatem, ut olim inter amoris nostri primordia." *Heyn.* Iahn. vel *si* optandi vim habere, vel locum per ellipsin apodosis explicandum censet, hoc modo *Si* - - *foret*, non hic rerum status esset. Sed rectius apodosin a verbis *non*

Vis in amore foret, non hoc mihi namque negares,
Omnipotens, quin et pugnae subducere Turnum
Et Dauno possem incolumem servare parenti.
Nunc pereat, Teucrisque pio det sanguine poenas.
Ille tamen nostra deducit origine nomen
Pilumnusque illi quartus pater, et tua larga
Saepe manu multisque oneravit limina donis.
Cui rex aetherii breviter sic fatus Olympi:

---

hoc mihi incipere statueris, et *namque* affirmative positum habueris (*allerdings*). Cf. Hand. Turs. IV. p. 11. (Wagn. tamen, comparans supra VIII, 84., *namque* arcte cum *mihi* cohaerere putat, ut respondeat Graeco ἔμοιγε, ἔμοιγε δή, *mir eben, mir gerade*, mihi, quae sum coniunx tua; quod Hand. l. l. ab usu huius Particulae abhorrere censet.) Quare signum exclamandi, quod vulgo post *foret* ponitur, cum Wagn. (quem etiam ceteri recentiores editores sequuntur) in Colon mutavimus et *non* litera minuscula scripsimus; quamquam non nego, etiam alteram rationem, quam Gossr. amplectitur, ut *si* pro *utinam* positum accipiamus, et signo exclamandi post *foret* distinguentes in seqq. simplicem enuntiationem causalem inveniamus (nam non mihi negares, sc. si me amares) habere, quo se commendet. Peerlk. sic distinguendum censet: - - *Vis in amore foret — non hoc mihi* etc., ut apodosis plane desit et locus hunc sensum habeat: „Si me amares, ut quondam, in eo amore solatium invenirem. Nam mihi hoc non negares, quin Turnum servarem.“ Comparat Vir doct. VI, 187., ubi ad verba *Si nunc se nobis* - - *ostendat* supplet apodosin *quam felix essem!* qua tamen apodosi non opus esse, quisque videt. Bigot. et Zulich. *mihi nempe*, quod recepit Bothius. — 617. „*Nunc pereat* stomachabunda pronuntiat pro: nunc vero ei pereundum est in Troianorum gratiam; etsi ille cett.“ *Heyn. Peerlk.* locum sic interpretatur: „Nunc video ei esse pereundum. Sua enim pietas non servabit. Pium est, arma sumere pro sponsa, quam Aeneas vi parentibus et ipsi eripere conatur.“ — *pio sanguine*. Cf. oppositum *sceleratus sanguis* XII, 949. — *det sanguine poenas*, ut II, 366. — 618. *nomen*, i. e. genus, (quocum vocabulo V, 621. et Geo. II, 240. coniungitur) stirpem; et *nostra origine* est omnino divina, quia Turnus a *Pilumno* deo, Saturni filio, genus duxit; quare etiam adduntur verba *Pilumnus illi quartus pater*. *Pilumnusque* enim positum est pro: *Nam Pilumnus*. Vid. VII, 51. IX, 373. XI, 272. et Wagn. Qu. Verg. XXXV, 5. A Iunone autem ipsa Turnum originem deduxisse, nemo memoriae prodidit; neque perspicio, quid sibi velit Peerlk. haec adnotans: „Quamquam genus a te deducat. Iovi parcit, dicens *nostra*. Si dixisset *tua*, tacitum esset crimen adulterii;“ nisi forte, coll. Aen. VII, 409 sq., Turni genus a Danae repetendum esse putat. De ipso *Pilumno* vid. ad IX, 4. — 619. *quartus pater* legimus etiam ap. Persium 6, 58. — *et tua larga* cett. Eadem sententia, cuius vestigia ex Hom. Il. IV, 238 sqq. et 203 sq. repetit Heyn., saepissime apud veteres invenitur. — *oneravit limina donis*; *onerare* enim etiam de rebus gratis et exoptatis dicitur, et significat omnino largiter instruere, abunde suppeditare. Sic etiam supra III, 485. *donis onerare* et ap. Silium III, 15. *aras Captivis onerat donis*. Similiter ap. Iustin. V, 4, 13. (ubi vid. Beneck.) *honoribus*, ap. Phaedr. V, 5, 20. et Liv. IV, 13, 13. (ubi vid. Drak.) *laudibus*, ap. Liv. XXXV, 11, 6. *spe promissorum*, ap. eund. X, 14, 12. XXIV, 13, 4. XXV. 8, 6. Sall. Iug. 12, 3. et Tac. Hist. I, 25. in. *promissis onerare* cett. Cf. etiam supra III, 485. et adnott. ad I, 195. Quare Schrader. Emendd. p. 151. temere coni. *ornavit*; quod Brunck. et Wakef. receperunt. Vid. supra ad v. 558. — Cum v. 620. cf. supra IX, 406. et similes loci. — 621. „Iuno hoc spectabat, ut Turnum omnino morti eriperet. Huic occurrit Iupiter sic, ut in praesens modo tempus fata Turni differri patiatur. Cf. VII, 313. Est vero totus locus Homericus Il. XVI, 439 sq.“ *Heyn.* Dii enim fata differre possunt, mutare non possunt (cf. VII, 315.); et de illa quidem deorum facultate

„Si mora praesentis leti tempusque caduco
Oratur iuveni meque hoc ita ponere sentis,
Tolle fuga Turnum atque instantibus eripe fatis.
Hactenus indulsisse vacat. Sin altior istis
Sub precibus venia ulla latet totumque moveri
Mutarive putas bellum, spes pascis inanis.“
Et Iuno adlacrimans: „Quid, si, quae voce gravaris,
Mente dares atque haec Turno rata vita maneret?
Nunc manet insontem gravis exitus; aut ego veri

Thiel. couferri iubet Muellerum in libro *Die Etrusker* II. p. 73., de hac autem potentiae divinae cireumscriptione Blueunerum *Ueber die Idee des Schicksals* p. 125. -- *fatus*, utpote Iovis et brevitati et dignitati aptissimum, cum Iahn. et Wagn. restituimus cx Med. a m. sec., Rom., Gud. a m. see. multisque aliis Codd. Vulgo *fatur*, quod Peerlk., Bryce, Ribbeek. et Benoist. retinuerunt, Süpflio, Gossr., Hauptio, Ladew. et Coniugtoue uos sequentibus. — **622**. *mora leti*, ut XII, 74. *mora mortis*. — *tempus*. Cf. IV, 433. *Tempus inane peto*. — „*caduco*, eadenti s. mox casuro, vel oui mox cadendum, moriendum est: ut VI, 481. *bello caduci*, cadentes.“ *Heyn.* Cf. adnott. ad Geo. I, 368. — **623**. *meque hoc ita ponere* (τιθέναι, eonstituere, ordinare) *sentis*: si haec ita accipis, ut putes (*wenn du meinst*), a me rem ita constitui, ut Turni fata differantur, non ut mutentur. Sic etiam Heyn. et Iahn., Heinrich., Voss. *Anm. u. Randgl.* p. 235. et Wagn. *sentis* pro vis, eupis, (ut ita constituam) dictum aceipiuut, et Bothius siue iusta causa coni. *tendis*. Conington memorat, sic Plautum Truc. II, 6. 64. coniungere *sentire* et *intelligere*. — **625**. Verba *Hactenus indulsisse vacat* repetuntur iu Anth. Lat. I, 172, 67. — *vacat*, liberum est, licet. Simili sensu, pro placet, vacat usurpatur I, 373. — **626**. *altior venia*, quam a me rogas, maioris benefieii eoncessio. Hoc sensu *venia* etiam IV, 435. legitur. — *moveri* hie i. q. tolli. Alibi sane (ut Geo. I, 509.) *movere bellum* significat bellum excitare. — **628**. „Belli exitum fatalem immutatum non iri, Iupiter pronuntiaverat; de Turno nil meminerat. Iuno itaque Iovem, quem sibi placatiorem videt, - - eetera de Turni vita et incolumitate eloqui nou audere arbitrata, utinam id, inquit, quod certis verbis promittere mihi gravaris, animo saltem et voluntate annueres, scil. ut Turno in hoc bello vita sit incolumis.“ *Heyn.* *Vox* enim et *mens*, ut alibi *verbum* et *res*, sibi opponuntur. Cf. Aen. IX, 795. — *allacrimans* ex Med. aliisque Codd. restituit Heius. Vulgo *Cui - - illacrimans*, quod Ribbeck. in uno modo Bern. III. iuvenit. Vid. ad IX, 52. *Allacrimare* legitur etiam apud Apul. Met. X. p. 683. Oud. (p. 239. Elmenh.). — „*quid si - - dares* sunt blande ac sollicite preeantis et inter spem metumque voto vel potiundi vel excidendi versautis.“ Haec *Wagn.*, qui simul docet, haec breviter dicta esse pro: Quid facies, si petam a te, ut mente des id, quod voce dare gravaris? coll. Wunderl. ad Tibull. I, 2, 62. Idem Vir doct. pro vulg. *quod* ex Med. aliisque Codd. recepit *quae*, cum non probabile sit, librarios Pluralem e Singulari fecisse, siquidem uua tantum res, vita Turni, respici videatur. Recte secuti sunt ceteri recentiores editores practer Bryceum. *Quod* Ribbeck. ex solis Gud. a m. sec. et Bern. III. enotavit. Ad *gravaris* supple *dare*. Conington confert Plaut. Mil. IV, 6, 15. *Benignus erga me siet; quod cupiam ne gravetur*. — *Mente dare* legitur etiam XI, 795. — **629**. *haec vita*, pro qua ego nunc intercedo. Pronomen enim demonstr. *hic* rationem aliquam rei ad loquentis personam ot quae Iupiter v. 623. respondit pertinentem indicat. Cf. adnott. ad IX, 205. — *rata*. Rom. *data*, quod praefert Peerlk., ut Iuno, ex Iovis verbis coniieiens, Turnum brevi manere mortem, quam modo evaserit, quaerat: „Cur mihi nou spondes hanc vitam, quam Turno nunc dedisti, mansuram? Vereor ne eam eito perditurus sit.“ Ceterum cf. IX, 302. — **630**. *maneret? Nunc manet*. Cf. adnott. ad V, 181. et Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 97. not. — *Nunc*, *νῦν δὲ*, *nun aber*, *so aber*. Vid. ad Ecl.

Vana feror. Quod ut o potius formidine falsa
Ludar et in melius tua, qui potes, orsa reflectas!"
Haec ubi dicta dedit, caelo se protinus alto
Misit agens hiemem nimbo succincta per auras
Iliacamque aciem et Laurentia castra petivit.

X, 44. — *insontem*, quippe qui nihil aliud fecit, quam ut ius suum defenderet. — *manet gravis exitus.* Coningtou comparat Tac. Hist. I, 21. *Si nocentem innocentemque idem exitus maneat.* — *aut ego veri vana feror* (vid. IV, 110.), nisi admodum fallor, a vero aberro, ergo i. q. ap. Hor. A. P. 42. *aut ego fallor.* — *aut*, i. e. alioqui, *sonst*, ubi etiam nos dicimus *oder*. Cf. Ovid. Met. X, 51. Cic. Or. II, 2, 5. Plin. II, 70, 71. XIX, 5, 90. all. et Hand. Turs. I. p. 538. — „*vanus*, qui sibi vana persuadet, [cf. Dissen. ad Tibull. III, 4, 56.]; *vanus veri* graece dictum, ut fallax, falsus veri, h. e. vero. Sic VII, 440. *veri effeta*, a vero vacans, verum haud afferens." *Heyn.* Cf. etiam Silius XII, 261. *nec forsan voti vanus foret* itemque XVII, 138. *vanum fugae.* — **631.** Utinam frustra metuam et tu consilium de Turno mutes. De voc. *quod* Particulis optandi, *ut, utinam*, eadem ratione praeposito, qua *quod si*, *quod nisi*, *quod ubi* dicitur, ut arctior sententiarum nexus indicetur, et fere idem significet, quod: qua in re, quod attinet ad id, cf. Otto ad Cic. Finn. I, 20, 67. Kritz. ad Sall. Iug. 14, 21. et quos laudat Sillig. ad Cir. 149. 272. Wagn. comparat Ciris 150. 228. et Cic. ad Div. XIV, 4. (ubi *quod ut*, *quod utinam* legimus). *ut* autem pro utinam positum invenitur ap. Ter. Heaut. IV, 6, 6. Eun. II, 3, 10. Ovid. Her. XIII, 161. (ubi etiam *quod ut*) al. Cf. Tursell. de partt. p. 950. 7. Wagn. tamen et Gossr. *Quod ludar* hic ea ratione dictum putant, de qua expositum est ad III, 56. — **632.** *qui potes.* Cum ex his verbis, tum ex iis, quae supra v. 614. dixit Iuno, apparet, ab ea sumi, Iovi potestatem esse fata mutandi, quod cum aliis locis adversetur (cf. adnott. ad Aen. I, 39.). Aldenh. p. 29. et Ladew. difficultatem ita removere student, ut posse quidem Iovem fata mutare, sed si id fecerit, suum ipsum imperium deleturum aut sibi ipsum repugnaturum esse statuant, rectius autem Dietsch. Th. Verg. p. 36. (quem in h. l. explicando sequor) sumere videtur, fata in universum quidem ne a Iove quidem mutari posse, sed non singula quaeque praescribere, ut diis imprimisque Iovi in minoribus rebus (tempore et modo, quo expleantur) ea regere et moderari liceat. Sic in fatis erat, ut Aeneas Laviniam uxorem duceret et Latii regnum obtineret, quod sine bello cum Turno gerendo fieri non potuit, ideoque hoc bellum ipsum fatale erat (v. 626.), sed ut Turnus in eo periret, fato non erat constitutum, immo hic insatiabili odio Aeneae flagrans eo, quod contumaciter contra fatum pugnavit, sibi ipse hoc contraxit ut fato abriperetur; quam Turni culpam si Iuno recte perspiceret, non oraret Iovem neque illum morti ab eo subduci posse arbitraretur, Iupiter autem Turni sortem praevidens coniugi negat, se fatum mutare posse. Cf. etiam adnott. ad Aen. VI, 870. VII, 314. VIII, 398. et IX, 94. — *orsa*, dicta. Vid. VII, 435. — *in melius reflectas.* Cf. I, 281. *consilia in melius referet.* — Cum v. **633** sqq., ubi Iuno obiicit Aeneae simulacrum, quo persequendo Turnus ex acie detrahatur, Heyn. confert Hom. Il. V, 449 sq. et, qui Maronem imitatus est, Silium X, 83 sq. et XVII, 528 sqq. 572 sq.; de sensu autem loci haec addit: „Inventum hoc Iunonis eo pertinet, quod, si ei aperte fugam illa suasisset, more viri fortis Turnus fugae mortem praetulisset. Vid. v. 666 sqq." — **634.** *caelo se misit.* Cf. IX, 644. *ab alto Aethere se mittit* atque etiam IV, 254. — *agens hiemem*, turbinem, procellam. Cf. Geo. III, 470. *Non tam creber agens hiemem ruit aequore turbo.* Peerlk. arbitratur, longe elegantius fore: *Misit agens, hieme et nimbo succincta.* — *nimbo succincta*, nube circumdata, involuta. Heyn. conferri iubet Callim. in Apoll. pr. et Val. Fl. II, 115. *Cum dea* (Venus) *se piceo per sudum turbida nimbo Praecipitat.* Cf. etiam infra XI, 596. *nigro circumdata turbine corpus.* De *nimbo*, quo circumfusi apparere solent dii, cf. adnott. ad II, 616. (VIII, 608. IX, 111. XII, 416. Coningtou praeterea conferri iubet Hom. Il. V, 186.) — **635.** *Laurentia*

Tum dea nube cava tenuem sine viribus umbram
In faciem Aeneae — visu mirabile monstrum —
Dardaniis ornat telis clipeumque iubasque
Divini adsimulat capitis, dat inania verba,
Dat sine mente sonum gressusque effingit euntis:
Morte obita qualis fama est volitare figuras
Aut quae sopitos deludunt somnia sensus.
At primas laeta ante acies exsultat imago
Inritatque virum telis et voce lacessit.
Instat cui Turnus stridentemque eminus hastam
Conicit; illa dato vertit vestigia tergo.
Tum vero Aenean aversum ut cedere Turnus
Credidit atque animo spem turbidus hausit inanem:

---

castra. Sic Varro ap. Serv. ad Aen. IX, 8. *Laurens castrum.* Vid. ad VII, 61. et cf. etiam Dissen. ad Tib. II, 5, 41. — **636.** Cf. Hom. Il. V, 449 sqq. Similis locus legitur ap. Ovid. Met. XIV, 358 sqq., ubi, quae hic *tenuis sine viribus umbra*, est *effigies nullo cum corpore.* Constat autem vocem *sine* esse inter eas Praepositiones, quibus Romani liberius utantur, ita ut haud raro a simplici Substantivo suspensa cum Ablativo suo Adiectivum aliquod vel Participium circumscribat. Cf. Aen. I, 279. IV, 588. VI, 534. 777. X, 640. Cic. Tusc. II, 3, 7. *lectio sine delectatione*, Stat. Theb. I, 237. *facinus sine more* etc. cum adnott. ad Geo. II, 243. Aen. I, 160. III, 595. V, 37. al. Ceterum Peerlk. fatetur, si in Cod. aliquo bonae notae legeretur *tum de nube cava*, hoc se praelaturum esse. — *nube cava* est Ablat. materiam indicans. Ceterum cf. I, 516. II, 360. et V, 810. — *tenuem sine viribus umbram.* Cf. VI, 292, *tenues sine corpore vitas.* Conington comparat ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν ἰσόνειρον Aeschyli Prom. 547. — **637.** *In faciem Aeneae* breviter dictum pro: conformatam in faciem. Vid. ad Aen. II, 471. — *visu mirabile monstrum.* Conington conferri iubet similes appositiones VI, 223. VIII, 487. — **638.** *Dardaniis telis.* Cf. VI, 57. *Dardana Paridis tela.* Ceterum *telis* paulo durius pro *armis* positum. In Cod. Dorvill. pro *ornat* legitur *armat*, quod sane magis convenit *telis*. Sed invitis Codd. nihil mutandum. — *iubas*, galeam cum crista. Vid. ad VII, 785. — **639.** *divini capitis;* quia Aeneas est Veneris filius, unde *dis genitis* cett. — *inania verba* poeta ipse explicat additis verbis *sine mente sonum.* Intellige meros sonos verborum, quorum sensum Aeneae effigies non potest perspicere. Mira est Peerlkampii, qui verba *dat inania verba* spuria censet, adnotatio: „*Verba* et *sonus sine mente* sunt contraria. Singula verba habent mentem, aliquid significant. Sonus autem *sine mente* nihil significat. Itaque umbra verbum nullum protulit, sed Turnum voce, i. e. *sono* lacessit, non *verbo*. Si umbra protulisset *verba inania*, quae nec sententiam, nec significationem haberent, stulta adeo et inepta, Turnus fraudem deprehendisset. Nam Aeneas talia verba non loqui solebat.“ — **640.** Cuningh. et Wakef. ex uno Med. receperunt *gressumque*, cum ambigua essent coniuncta verba *gressus euntis!* Sed quis umquam *gressus euntes* dixit? Immo *gressum* originem debet antecedenti *sonum* aut ex V, 649. huc translatum, ubi legimus *qui gressus eunti;* et solere Vergilium diversos numeros nominum coniungere, ad VI, 724. et al. vidimus. Ceterum cf. similis locus I, 690. et Ovid. Met. XI, 634. — **641.** *Morte obita*, etiam ap. Lucr. I, 136. IV, 736. Cic. pr. Sext. 38, 83. et Gellium XV, 20. legimus. Idem haud semel dixit Ausonius (CXC, 4. CCIX, 8. cett.). Vid. Ruddim. I. p. 300. et Drak. ad Silii II, 754. — *figuras*, εἴδωλα. Cf. Lucr. IV, 38. (34.), quem locum iam Macrob. VI, 1, 29. p. 501. Ian. cum nostro contulit. — **642.** *Aut quae*, aut qualia sunt, quae cett. — *primas ante acies.* Cf. IX, 595. — *exsultat.* Cf. II, 470. — **644.** *lacesit.* Cf. infra v. 718. *Missilibus longe et vasto clamore lacessunt.* — **648.** *spem hausit.* Conington confert *haurire dolorem* ap. Cic. pro Cael.

„Quo fugis, Aenea? thalamos ne desere pactos;
Hac dabitur dextra tellus quaesita per undas."
Talia vociferans sequitur strictumque coruscat
Mucronem nec ferre videt sua gaudia ventos.
Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis et ponte parato,
Qua rex Clusinis advectus Osinius oris.
Huc sese trepida Aeneae fugientis imago
Conicit in latebras nec Turnus segnior instat
Exsuperatque moras et pontis transilit altos.
Vix proram attigerat: rumpit Saturnia funem
Avolsamque rapit revoluta per aequora navem.

24, 59. — „***turbidus***, tumens, elatus arrogantia, inquit Serv.; perturbatur scil. mens superbientis tumore, ira, spe, metu." *Heyn.* Hic de spe cogitandum esse patet. Cf. IX, 57. — **649.** ***thalamos*** (nuptias, ut VI, 94.) ***pactos.*** Cf. IV, 99. *pactos hymenaeos.* Hunc versum auctor Medeae in Anth. Lat. I, 178, 447. sic variat: *Quo, moriture, ruis? thalamos ne desere pactos*, et alterum hemistichium etiam repetitur in Centone Vergil. ibid. VI, 84, 34. — **650.** ***Hac dabitur dextra tellus*** etc. Habebis tellurem, sed pro sepulcro. Cf. Aen. XII, 359. *En agros et quam bello, Troiane, petisti Hesperiam metire iacens.* — **651** ***Talia vociferans***, ut II, 679. — ***coruscat***, vibrat. Vid. ad V, 642. — **652.** „***nec ferre videt sua gaudia ventos***, nec sensit, intelligit, exsultationem suam esse inanem." *Heyn.* Vid. ad V, 446. et IX, 312. Conington comparat Hor. Od. I, 26, 2. *tradam protervis in mare Creticum Portare ventis* et Soph. Trach. 467. *ἀλλὰ ταυτα μὲν 'Ρείτω κατ' οὖρον.* — ***sua gaudia***, quod unice cupiebat, summum votum, mortem scil. Aeneae. Ceterum cf. adnott. ad V, 446. et IX, 312 sq. — **653.** Heyn. suspicatur, stetisse fortasse navem ita admotam litori saxoso, ut pons applicatus esset. Cf. supra ad X, 288. — ***ratis coniuncta crepidine.*** Quod attinet ad verbum *coniungere* cum simplici Abl. constructum Conington conferri iubet Cic. de Or. I, 5, 17. et I, 57, 243. Adde ad Div. V, 13. in Phil. V, 7, 20. etc. — „***crepido saxi***, de litore quatenus eminet; lapidibus enim arboribusque riparum ancorae loco naves alligatas esse constat." *Heyn.* Cf. VII, 106. Interpp. ad Hor. Od. I, 32, 7. et Valcken. ad Eur. Hippol. 752. a Thielio laud. — **654.** Cf. supra v. 287 sq. — **655.** Heyn. (cui Wagn., Ladew. adsentiuntur) putat ***Osinium*** fortasse Lartem Clusinorum fuisse, qui sub Massico, totius agminis duce, parti exercitus praeesset, coll. supra v. 166.; Servius autem Osinium et Massicum eiusdem hominis nomina esse censet, ut supra IX, 592. Numanum Remulum. — **657.** ***in latebras***, in locum abditum navigii, ubi lateret. Conington comparat Geo. IV, 423. *Hic iuvenem in latebris - - Collocat.* — ***nec Turnus segnior instat.*** Cf. Anth. Lat. II, 194, 58. *at Aeneas bello non segnior instat.* — **658.** ***moras,*** sc. scalarum. — **659.** ***Vix proram attigerat: rumpit*** cett. Alibi in eiusmodi locis Verg. pro asyndeto utitur coniunctione sententiarum per *vix - - que, vix - - et.* Vid. adnott. ad Aen. II, 692. Ceterum cf. supra ad II, 803. adnott. — **660.** ***aequora revoluta*** Heyn. recte de fluctuum recessu a litore intelligit; eo enim navis in altum abripitur, quae post, redeunte accessu, rursus defertur ad terram. (Cf. infra v. 687 sq.) Sic etiam Wagn. in min. edit. locum explicat, qui antea in mai. edit. haec adnotaverat: „*Revolvere iter* cum supra legamus IX, 391., equidem aequora revoluta acceperim de itinere per aequora revoluto: avulsam Iuno rursus agit per aequor." — Vss. sequentes vulgo minus bene sic collocantur: 663. *Illum* cett. 664. *Obvia* cett. 661. *Tum levis* cett. 662. Sed *sublime* cett., Puncto post *morti* posito; quo tamen versuum ordine contortam effici sententiam, cum iam antiqui Grammatici (ut Urbanus: vid. Serv. ad h. l.) intelligerent, loco correctione succurrere studuerunt, scribentes: *Ille autem Aenean* etc., ut *Aeneas absens* imaginem in nave latentem et *corpora virûm* nautas in nave inventos significet;

Tum levis haud ultra latebras iam quaerit imago,
Sed sublime volans nubi se inmiscuit atrae.
Illum autem Aeneas absentem in proelia poscit
Obvia multa virum demittit corpora Morti:
Cum Turnum medio interea fert aequore turbo.
Respicit ignarus rerum ingratusque salutis
Et duplicis cum voce manus ad sidera tendit:
„Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum
Duxisti et talis voluisti expendere poenas?

---

eamque rationem Iahn. in priore edit. amplexus est. Sed verissime Wagn., Servium secutus, docet, *absentem* parum recte hic dici Aeneam, quem praesentem adhuc existimet Turnus, cum paulo post demum in nubes abeat illa imago, *obvia* autem *multa virûm corpora* non posse designare nautas et remiges, cum heroicis temporibus ipsi pugnatores (tum in acie constituti, non in navibus relicti) remigum officio functi sint. Quare potius cum Wagn. alium restituimus versuum ordinem, iam a Brunckio ingeniose propositum et nuper Codd. Pariss. II. et III. auctoritate comprobatum, quo omnis difficultas tollitur, et narratio aptissime procedit. Quod perspiciens etiam Iahn. in altera edit. (non minus quam Gossr. et omnes recentiores editores praeter Bryceum et Coningtonem) nostram rationem sequitur, simul memorans, in oratione ἀσυνδέτῳ versuum 663. et 664. non haerendum esse, quippe quae hanc sententiam efficiat: „Aeneas absentem Turnum in proelia poscit, multa adeo virûm corpora morti demittit, cum interea turbo illum aufert.“ Nihilominus Süpflius vulgarem versuum ordinem defendere studet, nihil tamen contra Wagnerum proferens, quam versum 663. *Illum autem* etc. sic positum et distinctum minus poeticum videri. Peerlk. denique (qui tamen versus eodem ordine, quo Wagn., in contextu collocavit) pro more suo vv. 663. et 664. tamquam spurios delendos, et Punctum in fine v. 665. post *turbo* positum in Comma mutandum censet. Heyn., Ladew. et Conington v. 663. et 664. connexum turbantes non improbabiliter suspicantur fortasse additamentum esse a poeta post in margine adscriptum. Ceterum cf. etiam Ribbeck. in Emend. Verg. p. 3. et in Proleg. p. 84. et 168. — **662.** *nubi se inmiscuit atrae.* Cf. IV, 570. *nocti se inmiscuit atrae.* — **663.** *absentem.* Vid. ad IX, 63. — *in proelia poscit.* Cf. VIII, 614. *in proelia poscere Turnum* et Silius I, 420. *Ductorem avido clamore in proelia poscit.* — **664.** *demittit corpora morti.* Vid. ad II, 85. 398. V, 691. Ceterum Wagn. post v. 663., Conington vero post v. 664. Punctum ponunt, minus recte; apparet enim, verba *Cum Turnum* etc. continere apodosin et *Cum - - interea* esse i. q. *dum.* — **666.** Turnus respicit ad litus, nesciens, quid hoc esset, neque intelligens, ad suam ipsius salutem se deceptum esse, infesti alicuius numinis fraudem suspicatur. — *respicit.* Vid. ad III, 593. — „*ingratus salutis*, ad Graecorum poetarum morem, ἀχάριστος σωτηρίας; quod ad salutem, vitam servatam attinet. Sic paulo ante *veri vana.*“ *Heyn.* Cf. Ruddim. II, 74. et supra ad I, 178. II, 638. et al. adnott. Poterat autem Verg. eo facilius hac constructione uti, cum praecedant verba *ignarus rerum.* Conington apte comparat XI, 415. *fortunatusque laborum Egregiusque animi* et ibid. v. 280. *veterum memini laetorque laborum.* — **667.** *duplices manus.* Vid. ad I, 93., ubi eadem fere verba leguntur. — *cum voce*, i. e. clara voce ita precans. Sic III, 176. *Tendoque supinas Ad caelum cum voce manus.* Wagn. conferri iubet Tibull. III, 4, 64. *Tu modo cum multa brachia tende prece* ibique Huschk. et Drak. ad Silium X, 432. Adde Ruhnk. ad Ovid. Her. XV, 173. — *ad sidera tendit.* Vid. ad II, 688. — **668** Vir fortis fugae flagitium appellat *crimen* et *poenam.* — *tanton'.* Vid. adnott. ad Aen. VI, 780. Pal. et Gud. exhibent *tanto;* sed *tanton'* testantur Serv. ad h. l. et ad XII, 503. Diomed. p. 430. et Priscian. p. 1032. 1224. Verba *tanton' me crimine dignum Duxisti* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 444 sq., ut sequentia *Quo feror? unde abii?* ibid. v. 313. Hor. Od. III, 27, 37. utramque interrogationem coniungit

Quo feror? unde abii? quae me fuga quemve reducit?
Laurentisne iterum muros aut castra videbo?
Quid manus illa virum, qui me meaque arma secuti?
Quosne — nefas — omnis infanda in morte reliqui
Et nunc palantis video gemitumque cadentum
Accipio? Quid ago? aut quae iam satis ima dehiscat
Terra mihi? Vos o potius miserescite, venti!

---

in hanc unam: *Unde quo veni?* — *quemve*, qualem, quam ignominiosum; i. e. quomodo et qua cum existimatione hominum redibo? Cf. IX, 481. ubi *hunc* i. q. talem. — *reducit* lectio est Med. multorumque aliorum Codd., quam pro vulg. *reducet* cum Iahn., Wagn. et aliis recepi, quamque etiam editores me posteriores Bryceo excepto omnes amplexi sunt (nam Gossravium *reducet* in contextu servari noluisse, ex adnot. adiecta apparet). Supplendum est enim *ex acie*, quod priores editores non viderunt; et Turnus haec eo tempore dicit, quo iam ex acie reducitur. Aliter *Peerlk.*, haec adnotans: „Putabam esse: *ex qua fuga* quis reducor, qualis redeo? Quam turpiter reliqui pugnam, quam turpiter revertor.“ — **672.** *Quid manus illa virûm* cett. i. e. Quid fiet de manu, quae sors erit manus cett. Cf. Geo. III, 258. Peerlk. (quem sequitur Gossr.) minus recto supplet *dicet*, coll. Aen. XII, 40. *Quid consanguinei Rutuli, quid cetera dicet Italia?* — **673.** *Quosne* Heins. ex Med. a m. sec., uno Leid. et Aspro (cf. Ribbeck. Proleg. p. 130.) quibus addendus est Bern. II., restituit, idemque sibi velle videtur ceterorum fere omnium. Codd. (Pal., Gud., Bern. III. etc.) lectio *Quosve*. Med. a m. pr. et Rom. exhibent *Quosque*, quod post Iahnium etiam Süpflius et Peerlk. receperunt, signo interrogandi in fine versus posito: et Peerlkampio quidem *quosne* omnino absonum videtur (cum significet *An eos, quos reliqui?*), Süpflio autem nimis oratorium et propter *κακοφωνίαν quosne nefas* ingratum. Sed in *κακοφωνίᾳ* (in qua iudicanda recentiores veterum interpretes omnino nimis delicatos esse constat: cf. statim post v. 686. et adnott. ad II, 27. XII, 630. al.) eo minus haerendum, cum *nefas*, parenthetice interpositum, brevem in pronuntiando pausam facere nos iubeat: non absonum autem esse illud *quosne*, quod hic vim exprobrandi habet, docet Catull. 8, 15. *quaene te manet vita?* id. 64, 180 sqq. *An patris auxilium sperem, quemne ipsa reliqui? - - Coniugis an fido consoler memet amore, Quine fugit lentos incurvans gurgite remos?* Hor. Sat. I, 10, 21. *O seri studiorum! quine putetis Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti Contigit?* ibid. II, 3, 295. *quone malo mentem concussa?* Plaut. Truc. II, 6, 53. *Quine etiamnum super adducas?* Silius X, 69. *cuine viro mallem memet componere* etc. Scilicet eiusmodi locos ex duabus enunciationibus, interrogativa altera, altera relativa, contractos esse constat (*eosne reliqui* et *quos reliqui*). Cf. omnino Bentl., Heind. et Orell. ad Horatii l. l., Oudend. et Cort. ad Lucan. VII, 301. Ruhnk. ad Ter. Ad. II, 3, 9. Sillig. ad Catull. l. l. Haase in Reisigii Gr. Lat. p. 473. Hand. Turs. IV. p. 78. alii. Wagn. *Quosne* hic vim exprobrandi habere docet coll. Catull. 64, 180 sqq. Omnes autem recentiores editores praeter supra nominatos hanc lectionem receperunt. — **675.** *Quid ago?* Wagn. memorat hic significare cupidum quidem aliquid agendi sed inopem animum, ut XII, 637. Unus Palat. *Quid agam?* quod arridet Iahnio, qui aut scribendum esse censet *quid agam, aut quae - - dehiscat*, aut *quid ago, aut quae - - dehiscet*; sed vid. ad IV, 534. et quae statim subiungemus. Sollemne autem hoc miserorum vel pudore confectorum votum, iam Homero usitatum: *τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών.* Cf. supra IV, 24. *tellus optem prius ima dehiscat*, ubi addi possunt Ovid. Her. VI, 141. Silius IV, 332. Sen. Hippol. 1238. et Petron. c. 81. Ceterum Wagn. (quem recentiores omnes secuti sunt) Coniunctivum *dehiscat* iure praefert alteri lectioni *dehiscet*, cum Turnus id ipsum miserrimum esse dicat, quod, si vel maxime optet, ne possit quidem terra devorari, quippe qui per mare vehatur; unde etiam illud *potius* v. 676. explicandum. — **676.** Rom. omittit *O* et in Pal. erasum est; sed vide XII, 646. *Vos O mihi Manes Este*

In rupes, in saxa — volens vos Turnus adoro —
Ferte ratem saevisque vadis inmittite syrtis,
Quo neque me Rutuli nec conscia fama sequatur."
Haec memorans animo nunc huc, nunc fluctuat illuc,
An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat et crudum per costas exigat ensem,
Fluctibus an iaciat mediis et litora nando

---

boni. — **677**. Comparant Hom. Il. VI, 343 sqq. Nomen *Turni* magna cum vi additur: ego, Turnus ille, qui non facile precibus aliquem obsecrare soleo. Vid. I, 178. V, 194. et Wagn. Qu. Verg. XXXII, 7. extr coll. iis, quae ad II, 79. III, 380. VI, 687. adnotavimus. — *volens*, θέλων, ἑκών, ultro, libenter. Vid. VIII, 133. XII, 203. cett. et cf. adnott. ad III, 457. — *adoro;* venti enim sunt dii. — **678**. *saevisque vadis inmittite syrtis* Heyn. explicat: mittite navem in syrtes, ubi vada saeva, exitiosa sunt; sed praestat cum Servio *syrtis* pro Genitivo habere. *Saxa* autem et *vada* etiam III, 706. coniungi memorat Conington Peerlk. etiam hic brevissimam ingreditur viam difficultatis tollendae; verba censet spuria et ex Aen. I, 111. ficta. Noli autem de Syrtibus Africae, sed de quocunque arenoso maris sinu cogitare. Cf. I, 111. — **679**. „*conscia fama* esse potest, cuius Turnus ipse conscius est, ut *conscia virtus* V, 455. pro vulgari: virtutis conscientia Turnum nec in syrti deseret. Vult se abscondi in loco remoto, quo nec Rutuli eum sequantur, nec fama de eo perveniat, ita ut a nemine agnoscatur. Ergo praeferendum alterum, ut *conscia* sit epitheton famae simpliciter ornans. Omnis fama eius rei, de qua aliquid nuntiat et spargit, est *conscia*. Sic *conscia sidera* supra IX, 419., *agmina conscia*, sc. doli, II, 267." *Heyn.* Cf. Barth. ad Stat. Theb. IX, 733. a Burm. laud. Cum v. 680. cf. IV, 285. *Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.* — **681**. *sese mucrone induat*, paulo insolentius per hypallagen dictum pro: sese mucroni s. in mucronem induat, i. e. mucronem corpori infigat. Wagn. laudat Pind. Nem. VIII, 40. φασγάνῳ ἀμφικυλίειν, (ubi Dissen. comparat Soph. Ai. 828. πεπτῶτα τῷδε περὶ (πέρι?) νεοῤῥάντῳ ξίφει, et Hom. Il. VIII, 86. κυλινδόμενος περὶ χαλκῷ) Davis. ad Caes. B. G. VII, 73. (*se ipsi acutissimis vallis induerunt*) et Oudend. ad Lucan. II, 265. Adde Ovid. Am. II, 10, 31. *Induat adversis contraria pectora telis Miles*, Caes. B. G. VII, 82. *se ipsi stimulis inopinantes induebant*, Colum. IV, 27. *num maiore fructu vitis se induerit* et Verg. ipse Geo. IV, 143. *pomis se fertilis arbos induerat.* Vat., Rom. et a m. pr. Pal. exhibent *mucroni*, quod Ruhk. et Vossius l. c. p. 236. praeferunt, ut *sese induat* sit i. q. irruat. Santen. ad Ter. Maur. p. 272. probat lectionem *sese mucronem induat*, quam libri quidam Prisciani exhibere feruntur. Sed Krehlius in duobus huius Grammatici locis, ubi hic versus citatur, XVIII, 26, 268. (p. 1199. P.) et ib. 27, 284. (p. 1204. P.), nullam adnotat suorum Codd. varietatem, ita ut omnes in scriptura *mucrone* consentire videantur, quam exhibent Med., Pal. a m. sec., Gud., Bern. II, III, alii atque etiam Serv. testatur, quare recte ab omnibus recentioribus editoribus servata est. Praeterea vero etiam *sese* apud Vergilium semper est quartus Casus, numquam sextus, neque hic potest esse, cum verba *fluctibus an iaciat mediis* Accusativum requirant. — **682**. *crudum - - exigat ensem*, i. e. saevum, crudelem. Sic *cruda tyrannis* ap. Iuven. VIII, 223., *cruda bella* ap. Ovid. Am. III, 8, 58., *crudi Getae* ap. Ovid. Trist. V, 3, 8., *crudus leti artifex* ap. Sen. Hipp. 1220. cett. Serv. interpretatur per „cruentum", quod Wagn. non debebat probare adscriptis verbis: „scil. qui, dum exigitur, cruentatur." Immo recte Ladew. adnotat, esse i. q. νηλέϊ χαλκῷ Homeri. Cf. etiam XII, 507. Conington comparat ὠμόφρων σίδαρος ap. Aesch. Theb. 728. — *Exigere* autem *ensem* est ensem totum, quantus est, adigere. Cf. inf. v. 815. Ovid. Met. V, 171. (ubi vid. Bach.) id. Her. IX, 157. Silius I, 515. Lucan. IV, 565. (ibique Cort.) Sen. Herc. Oet. 845. id. Agam. 199. alii. — **683**. *an fluctibus*, in fluctus (vid. ad Ecl. II, 30. et al.), *mediis*, in alto mari, *se iaciat*, iniiciat. Cf.

Curva petat Teucrumque iterum se reddat in arma.
Ter conatus utramque viam, ter maxuma Iuno
Continuit iuvenemque animi miserata repressit.
Labitur alta secans fluctuque aestuque secundo
Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.
At Iovis interea monitis Mezentius ardens
Succedit pugnae Teucrosque invadit ovantis.
Concurrunt Tyrrhenae acies atque omnibus uni,
Uni odiisque viro telisque frequentibus instant.
Ille velut rupes, vastum quae prodit in aequor,
Obvia ventorum furiis expostaque ponto,

---

supra IX, 712. *ponto iaciunt.* — **685.** *utramque viam*, scil. mortis, leti. Vid. ad Geo. III, 482. — **686.** Wagn. prius et hic et supra VI, 332. revocavit vulg. lectionem *animo miserata* (ut Stat. Theb. III, 679. al.), cum *animi miserata*, quod ex plurimis libris Heins. recepit, propterea ferri non possit, quod Genitivus verbo *miserandi* additus nusquam aliud quid significet, quam rem miserationi obiectam, illorum autem *praestans*, *egregius animi* et similium (i. e. qui praestantis, egregii animi est) longo alia sit ratio. Nihil tamen prohibere videtur, quominus sumamus, Vergilium hic, ut VI, 332., ad analogiam dictionum *animi dubius*, *animi pendere* et similium coniunxisse *animi miserari* (*im Herzen sich erbarmen*), nam quod haec ipsa verborum coniunctio apud alios scriptores non invenitur, hoc lectionem omnium fere Codd. infringere non potest. Mihi certe probabilius videtur, paucos quosdam librarios mutata lectione *κακοφωνίᾳ animi miserata* medori voluisse, quam fere omnes ita lapsos esse, ut syllabam *mi* bis scriberent. Omnes recentiores editores, etiam Wagn. ipse in recentiss. editione, nos secuti sunt. Apparet autem Genitivus in omnibus Ribbeckii Codd., ap. Servium et Arusianum p. 246. Lind., qui pro *que* scribit *atque*. Cf. adnott. ad Geo. IV, 491. (ubi adde hunc locum et VI, 332.). Voss. l. l. p. 236. parum feliciter coni. *animis*, quod cum *repressit* coniungi iubet. — **687.** „*aestu secundo*, qui non in altum abripiebat, sed litori admovebat navem.“ *Heyn.* Vid. supra v. 660. et cf. Ovid. Met. XIII, 630. *et utilibus ventis aestuque secundo Intrat Apollineam - - urbem*, et ibid. v. 728. *aestuque secundo - - potitur Zanclea classis arena.* — **688.** *Dauni ad urbem*, Ardeam, de qua vid. ad VII, 411. — **689.** *Iovis monitis*, impulsu, ut IV, 331.; quare Mezentius infra v. 734. iure potest dicere: *ast de me divûm pater atque hominum rex Viderit.* Cf. supra IX, 184 sq. Iupiter autem se utrique parti aequum fore professus est v. 112. Conington putat, Verg. hic memorem fuisse Hom. Il. XV, 592 sqq. — **690.** *Succedit pugnae*, loco Turni, ut XI, 826. Turnus loco Camillae. — *ovantes.* Vid. ad X, 409. et al. — **691.** „Tyrrheni in Aeneae acie, qui sub Tarchonte tenebantur (cf. VIII, 494 sq. et 603 sq.), agmine in Mezentium incurrunt. Ex iisdem sunt, qui v. 696 sqq. occiduntur: qui v. 702 sq., sunt Troiani.“ *Heyn.* — *uni*, *Uni.* Cf. cum hoc gravis anadiplosis exemplo supra v. 180. et 400. infra v. 821 sq. VI, 495. XII, 673. et adnott. ad Ecl. VI, 20. al. — *odiis.* Causa huius odii narrata est VIII, 479—495. Cf. autem infra v. 905., ubi Mezentius *Scio*, inquit, *acerba meorum Circumstare odia.* — **693.** Cf. Iliad. XV, 618 sq. supra VII, 586 sqq. Ovid. Met. IX, 40 sqq. alii. Paulo insolentiore comparationis forma poeta usus est. Ad *Ille* enim ex verbis v. 696. *Ipsa inmota manens* supplendum *inmotus manet.* Mira enim et ridicula esset comparatio: *Ille Hebrum sternit, velut rupes perfert vim et minas caelique marisque.* Peerlk. tamen, cui haec non satisfaciunt, satis violenta medicina loco studet succurrere, v. 695 sq. verba *caelique marisque - - prolem* eiiciens et utrumque versum sic in unum contrahens: *Vim cunctam atque minas perfert, Dolichaonis Hebrum* etc. — *vastum aequor.* Hoc epitheton non abundare, sed ipsi rupis amplitudini designandae inservire, non male indicat Wakef. ad Lucr. VI, 580. — **694.** *Obvia*, ut III, 499. *quae fuerint minus obvia Graiis.*

Vim cunctam atque minas perfert caelique marisque,
Ipsa inmota manens; prolem Dolichaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagum Palmumque fugacem,
Sed Latagum saxo atque ingenti fragmine montis
Occupat os faciemque adversam, poplite Palmum
Succiso volvi segnem sinit, armaque Lauso
Donat habere humeris et vertice figere cristas.
Nec non Euanthen Phrygium Paridisque Mimanta
Aequalem comitemque, una quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit et face praegnans
Cisseis regina Parim; Paris urbe paterna

— **695.** *minas perfert*, ut VI, 113. *Omnes pelagique minas caelique ferebat.* — **697.** *Sternit humi.* Vid. ad V, 481. et IX, 754. Sic *fundere humi* I, 193. et XI, 665. — **698.** *Latagum - - Occupat os faciemque.* „Primo hoc tantum dicturus fuerat: *Occupat Latagum;* deinde adiicit eodem usus, ut fieri solet, casu etiam partem: *os faciemque*". *Wagn.* Vid. adnott. ad XII, 275. et Hom. Il. VII, 14. Ἰφίνοον βάλε δουρὶ - - ὦμον (a Wagn. laud.). Ladew. praeterea conferri iubet Hom. Il. XI, 240. et XVI, 467. Adde Il. V, 79. et ipsius Aen. XII, 275. *Egregium forma iuvenem - - Transadigit costas*, de *occupandi* autem verbo Burmann. ad Petron. c. 86. — *saxo atque fragmine montis*, ut iam supra IX, 569., ubi vid. adnott. -- **699.** Verbis *Occupat os faciemque* utitur Auson. in Centone nupt. 104. — *poplite succiso.* Vid. supra IX, 762. et Hom. Il. XIII, 212. — *volvi.* Cf. IX, 433. — **701.** *Donat habere*, ut V, 262. Vid. adnott. ad I, 319. — **702** sqq. „Mimas, Amyci et Theanus fil., eadem nocte natus, qua Paris ab Hecuba. [Ideoque vulgari ratione dicendum erat: quem Theano eadem nocte peperit, qua Hecuba Parim.] Commentum poetae ad variandam narrationem; quale ab Hom. Il. XVIII, 251. de Hectore et Polydamante. Homero Theano memoratur tamquam Antenoris uxor et Cissei filia Il. VI, 298 sq. XI, 223 sq., contra Hecuba Dymantis filia Il. XVI, 718. Fortasse poeta tragicos secutus. Certe quod Hecuba Cissei filia nunc traditur, ab Euripide accepit in Hecuba v. 3. Potest etiam haec Theano haberi diversa ab illa Homeri. *Heyn.* — **704.** *genitori.* Bentl. maluit *genitore*, quod etiam Peerlkampio melius quadrare videtur ad verba *in lucem dedit.* — *face praegnans Cisseïs.* Vid. VII, 319 sq. De *Cisseo* vid. ad V, 537. Peerlk., cum ex Codd. scriptura Amycus etiam Paridis genitor videri possit, Vergilium potius *Cisseïs Priamo Paridem* scripsisse putat. Sed cui lectori Paridis pater ignotus esse poterat? — **705.** *regina.* Ladew. adnotat., hac appellatione Hecubae non respici Priami uxorem, sed Cissei filiam. Cf. adnott. ad VI, 28. — Codd. hic vitiose exhibent *Parim creat* (Med. a m. pr. *crepat*): *urbe pat.*; quare Wakef. ad Lucr. III, 905. sic legendum esse suspicatur: *ac face - - Parin creat: u. p. Hic cubat.* Quod nos cum Heyn., Iahn. et Wagn. edidimus, debetur Bentleii ingenio (ad Hor. Epod. V, 28.), qui acute perspexit, vulgatam lectionem a librariis profectam esse, qui lacunam Paridis nomine semel omisso ortam ita explendam censerent; qua de re Wagn. conferri iubet Heinrich. ad Cic. Orr. Partt. ined. p. 46 sq. et 105. Haec autem Bentleii coniectura, etiam Marklando ad Stat. Silv. I, 3, 50., Porsoni ad Eur. Hec. I. et Weicherto de verss. iniur. suspp. p. 95. probata, si Potterio fides habenda, egregie confirmatur sex Codd. Pariss. auctoritate. Cum autem verba *Paris urbe paterna* etc. sententiam explicativam efficiant, iteratio verbi explicandi plane convenit poetarum consuetudini. Cf. adnott. ad Ecl. VI, 20. Geo. I, 10 sq. Aen. XII, 858. al. Recentiores editores praeter Gossr. (cui Bentleii emendatio non prorsus satisfacit) et Coningtonem (quem miror ad vulgarem lectionem revertisse Praesens *creat* supra v. 518. Ecl. VIII. 45. et Geo. I, 279. defendentem) omnes nobiscum faciunt. Ceterum formam *Parim* cum Wagn. restituimus ex pluribus Codd. et Charisio.

Occubat, ignarum Laurens habet ora Mimanta.
Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit multosque palus Laurentia, silva
Pastus arundinea, postquam inter retia ventum est,
Substitit infremuitque ferox et inhorruit armos,
Nec cuiquam irasci propiusque accedere virtus,
Sed iaculis tutisque procul clamoribus instant:

Vid. ad Ecl. V, 50. — **706** *ignarum.* Cum hoc Adiect. passivam significationem apud Vergilium praeterea nusquam habeat, Wagn. proponit coniecturam: *Cisseis r. Parim creat: u. p. Occubat hic, Clarium;* in min. tamen edit. mutata sententia *ignarum* hic recte per ignotum explicat, coll. Ovid. Met. VII, 404. *Theseus proles ignara parenti.* Nititur enim haec lectio non solum Codd., sed etiam Servii et Gelii IX, 15, 22. Nonii p. 129. et Macrob. IV, 3, 11. p. 370. Ian. auctoritate. Sic etiam Sall. Iug. 52, 4. *regio hostibus ignara.* Tac. Ann. II, 13. *egressus per occulta et vigilibus ignara* etc. Quare etiam Ecl. VI, 40. *ignaros* pro *ignotos* recepimus. Recte igitur nemo recentiorum editorum de veritate huius lectionis dubitavit. Vid. de hoc usu Cort. ad Lucan. V, 500. et VII, 850. Bötticher. Lex. Tac. p. 223 sq. v. *gnarus,* Kritz. ad Sall. 10, 5. et Iug. 18, 6. Bach. ad Ovid. Met. I, 453. et VII, 404. alios et adnot. meam ad Geo. I, 463. — Cum v. **707** sqq. cf. Hom. Il. XI, 414 sqq., cui loco Conington addit Il. XIII, 471 sqq. et XVII, 61 sqq. — *ille - - aper.* Vid. ad Geo. IV, 457. et Aen. VII, 110. XI, 809. — Cum v. **708** sqq. cf. Silius I, 421 sqq. — *Vesulus* (nunc *Monte Viso* appellatus) notissimus mons in finibus Ligurum, ad Alpes Cottias pertinens, ex quo Padus oritur. Vid. Plin. III, 16, 20. Mela II, 4, 4. et librum meum geogr. III. p. 414. — **709**. *defendit,* tutum praestitit, incolumem servavit. Cf. Hor. Sat. II, 2, 17. *et atrum defendens pisces hiemat mare,* et locus Claud. infra laud. — *multosque,* omnium fere Codd. lectionem, quam Heyn. pro arbitrio in *multosve* mutavit, iam Iahn. et Wagn. restituerunt, quos mecum secuti sunt ceteri recentiores praeter Brycenm et Ribbeck., qui ex uno Pal. recepit *multosve,* quamquam etiam apud Serv. legimus „*multosque pro multosve.*“ Bene enim perspexit explanator, de duobus apris agi. Cum enim Vesulus et palus Laurentia magno intervallo inter se distent, etiam Wagn. recte adnotat, non posse eundem aprum utroque versu significari, ut potius hic sit sensus: et ille aper, quem palus L. multos annos defendit, quod tamen non cogit, ut invitis Codd. Copulam in Particulam disiunctivam mutemus. Cf. etiam Wunderl. ad Tibull. I, 9, 50. Med. praebet *multoque.* — *Palus Laurentia* est tota regio paludosa circa Laurentum, de qua cf. Cluver. Ital. ant. p. 886 sq. — *silva pastus arundinea,* ut ap. Ovid. Met. II, 366. *lupus silvis palustribus exit.* Vid. etiam adnott. ad Geo. I, 76. (ubi *lupini silva*). Heyn. conferri iubet Hor. Sat. II, 4, 42. *aper Laurens ulvis et arundine pinguis* et locos a Bentleio ad Hor. Epod. V, 28. laudatos. Ceterum h. l. ante oculos habuit Claud. laud. Stilich. III, 305. *et si quis defensus arundine Rheni Vastus aper* cett. Haerentes tamen in coniunctione verborum paulo duriore, Bentl. *Pascit* vel *Pavit,* Cuningh. *Pastum in arund.,* et Peerlk., quem praeterea offendit forma Adi. *Laurentius* (pro *Laurens* vel *Laurentinus*), satis audacter coni.: *Defendit*, *Laurensque palus uligine et ulva Pavit arundinea.* — **710**. Apros, qui maxime in angustis vallibus degunt, retibus cinctos a venatoribus videmus etiam ap. Ovid. Met. VIII, 334 sqq. A. A. I, 46. Tibull. IV, 3, 7 sq. alibi. — *inter retia.* Vid. ad Ecl. II, 3. — **711**. *Substitit,* subsistere solet. Vid. ad Geo. I, 49. Heyn. confert Hesiod. Sc. Herc. 386. 391. *Ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας, ἀμφί τε δειρήν,* et Hom. Il. XIII, 471 sqq. — *inhorruit armos,* erexit setas. Sic Ovid. Hal. 59. *Actus aper setis iram denuntiat hirtis.* — **712**. Cf. Hom. Il. XVII, 65 sq. „*irasci,* i. e. audacter animum sumere et cominus congredi.“ *Heyn.* Nam ex ira saepe nascitur audacia. — *propiusque.* Wagn. (quem

Ille autem inpavidus partes cunctatur in omnis,
Dentibus infrendens et tergo decutit hastas:
Haud aliter, iustae quibus est Mezentius irae,
Non ulli est animus stricto concurrere ferro;
Missilibus longe et vasto clamore lacessunt.
Venerat antiquis Corythi de finibus Acron,
Graius homo, infectos linquens profugus hymenaeos;
Hunc ubi miscentem longe media agmina vidit,

Bryce et Haupt. secuti sunt) ex Med. et Rom. edidit *priusce*, quamquam in Quaest. Verg. XXXVI, 7. *que* probaverat, quod haud dubie praestat, cum verba *propiusque accedere* accuratius modo explicent antecedentia. Recte igitur ceteri recentiores editores hanc Pal. et Gud. lectionem mecum receperunt. — **714**. Verba *Ille autem inpavidus* iterantur in Anth. Lat. I, 172, 34. — „*cunctatur*, cunctanter se vertit, dubius quo impetum faciat, [quo prorumpat] et *tergo decutit hastas*." *Heyn.* Imitatus est h. l. Silius I, 421 sqq. (qui etiam vss. proxime antecedentes ante oculos habuit) V, 442. et IX, 613 sqq. — *partes in omnis.* Cf. Statii imitatio Theb. II, 588. *partis pariter divisus in omnis Hos obit atque illos.* — **715**. *decutit hastas*, quippe in terram delabentes. Pauci quidam Codd. *discutit*, quod Voss. l. l. p. 236. temere probavit. De verbo *decutiendi* cf. Cort. ad Lucan. VI, 210. — **716**. *quibus est M. irae*, pro: quibus est odio. Cf. Macrob. VI, 6, 9. p. 534. Ian., qui huic loco citato adscripsit: „*Odio esse* aliquem usitatum; *irae esse* inventum Maronis est." Ceterum in ordinandis his versibus Heyn., Iahn. et Wagn. secutus sum, eundemque versuum ordinem probavit etiam Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 110. In Codd. autem versus sic collocantur: 713. 16. 17. 18. 14. 15.; quem ordinem, si *tergum* veteres simpl. pro scuto posuerint (quod Gossr. sumit), non deserendum esse Wagn. memorat, cum *dentibus infrendens* de Mezentio dictum probari possit locis III, 664. et VIII, 230. Turbatum tamen hic esse in Codd., iam Dorph. V. docet, qui hos versus perverso ordine sic collocat: 513. 17. 18. 14. 15. 16. 19. (Peerlk., Süpfl. et ceteri recentiores editores, praeter Gossr. et Coningtonem, qui vulgarem versuum ordinem servarunt, quem etiam Tittler tuetur in Nov. Annal. phil. LXXXI. p. 287., qui adeo *tergum* de Mezentii dorso intelligi posse putat, cum hastae ex longinquo coniectae (v. 718.) loricam prorsus perforare non potuerint, nos secuti sunt.) Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 390. memorat, imitationes Lucani VI, 208 sqq. et Stat. Theb. II, 588. nihil prodesse ad hanc litem dirimendam. Ribbeck. in Emend. Verg. p. 3. et in Proleg. p. 84. etiam hunc locum ipsius autographi additamentis quibusdam in margine adscriptis turbatum censet haud improbabiliter. — **718**. Cf. supra v. 644. *telis ac voce lacessit.* — **719**. *Corythi finibus*, Cortona. Vid. ad III, 170. — „In hoc aut eandem fabulosam Dardani a Corytho Cortonae originem respexit poeta, aut id, quod a Dionysio I, 20. et 26. nobis servatum est, Cortonam Umbrorum urbem esse captam et habitatam a Pelasgis, qui in societatem belli cum Aboriginibus venerant, atque antiquam formam usque ad paucos ante eam aetatem annos servasse." *Heyn.* — Quare **720**. *Graius homo.* Cf. Ennius Ann. VI. fr. 4. p. 30. Vahl. (p. 70. Hessel.). Lucr. I, 67. alii. — *infectos* („ἀτελέστους. Nempe repente pulsus patria, Graeca aliqua civitate, sponsam ibi reliquerat." *Wagn.*) *Hymenaeos*, nuptias. Vid. ad I, 651., ubi praeter hunc locum addi possunt VII, 398. et Catull. 62, (64), 20. Heyn. confert Hom. Il. XI, 241 sqq. — *profugūs.* Vid. ad Ecl. VI, 53. — **721**. *miscentem*, perturbantem, κλονέοντα, ut Hom. Il. V, 96. (κλονέοντα φάλαγγας). Cf. etiam ibid. v. 166. ἀλαπάζοντα στίχας ἀνδρῶν. Vid. etiam Aen. I, 191. — Pro *media agmina* Goth. *socia agmina*, quod Heynio valde arridet. Sed vere observat Peerlk., maiorem apparere virtutem Acronis miscentis *media agmina*, quam simpliciter *socia*, quod ex II, 371. huc translatum videatur. Sic enim apparet, Acronem iam sibi viam aperuisse in mediam

Purpureum pennis et pactae coniugis ostro:
Inpastus stabula alta leo ceu saepe peragrans,
Suadet enim vesana fames, si forte fugacem
Conspexit capream aut surgentem in cornua cervum,
Gaudet hians inmane comasque arrexit et haeret
Visceribus super incumbens; lavit inproba teter
Ora cruor:
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostis.

---

hostium aciem. – **722.** „Quaesito artificio omnia dicta sunt pro: gestantem purpuream cristam et vestam a sponsa textam: IX, 163. *Purpurei cristis iuvenes.*" *Heyn.* De epitheto *purpureus* ad ipsum hominem relato cf. etiam VII, 483. IX, 270. et XI, 490. ibique adnott. — **722.** *ostro*, veste purpurea. Vid. ad I, 700. (XI, 772.) — Cum v. **723** sqq. Heynius conferri iubet supra IX, 339 sqq. Hom. Il. XII, 299 sqq. et III, 23 sq. et ex imitatoribus Statium Theb. VI, 675 sqq. Coniunge verba *ceu saepe*, non *saepe peragrans*, et cf. adnott. ad VIII, 352. — *impastus.* Vid. supra v. 560. — *stabula*, quae Heyn. proprie dicta putat, Wagn. propter adiectum *peragrandi* verbum rectius de silvis et lustris ferarum accipit, coll. VI, 179. Cf. etiam Aen. IX, 388. Ovid. Met. VI, 521. et Val. Fl. II, 548. — *alta*, ut VI, 179., aut quia in montibus sita, aut propter altas arbores. Ceterum Peerlk., cui *ceu saepe peragrans* nimis ambiguum videtur (?), coll. Geo. II, 279. verba sic transponenda censet: *Impastus ceu saepe leo stabula alta peragrans.* — *ceu saepe.* Vid. ad I, 148. Quamquam hic *saepe* etiam cum *peragrans* coniungere possumus, ut rabida fames eo fortius exprimatur. — **724.** *vesana fames.* Vid. IX, 340. (ubi totum hemistichium iam legimus). Sic *insana fames* ap. Lucan. VII, 413. — *suadet;* quare VI, 276. *malesuada fames.* — **725.** „*surgentem in cornua cervum.* Notio per se obvia est: ferentem cornua ardua, ut fere I, 189 sq. Dictum arbitror pro: assurgere, erigere se cornibus; sed plus ἐνεργείας habet *erigere se in cornua*, ut arbor surgit in ramos, mons in cacumen. Cf. etiam Geo. III, 232. et XII, 104. *irasci in cornua.*" *Heyn.* Praeterea cf. Ovid. Met. X, 538. *celsus in cornua cervus*, et Silius XV, 62. *torvi in cornua tauri*, et vid. supra I, 189 sq. Servio simpliciter est i. q. cornibus eminentem. Sed vere adnotat Ladew., cervos fugientes caput et cornua solere attollere. Conington comparat *consurgere in ensem* IX, 749. et XII, 729. — Cum v. **726.** Heinrich. conferri iubet Hesiod. Scut. v. 427. — *hians inmane.* Vid. ad Geo. III, 149. Aen. VI, 467. al. In Praesente autem *haeret* iuxta Perfectum *arrexit* posito nemo offendet considerans, *haeret* involvere notionem Perfecti momordisse, mordicus prehendisse. (Vid. quae ad II, 12. adnotavimus, ubi nunc etiam Weidner. conferendus nova ratione de hoc usu disputans.) Cum vero antecedat alterum Praesens *gaudet*, praestat fortasse cum Coningtone, qui comparat XI, 150. *procubuit super atque haeret*, propriam vim Perfecti urgere et explicare: comis arrectis haeret. — **727.** *visceribus* (vid. adnott. ad I, 211.) *incumbens.* Sic Med. et Priscian. p. 803. (ut V, 858. *super incumbens*), quos etiam ceteri recentiores editores praeter Coningtonem secuti sunt, qui solus restituit Pal., Rom., Gud. (in quo tamen etiam altera lectio adscripta est) aliorumque Codd. et Macrobii V, 10, 7. p. 415. lectionem *accumbens.* — *lavit - - Ora cruor.* Cf. Hom. Od. XXII, 402 sqq. Cod. Rom. *lavat;* sed Vergilius tertiam Pers. Praes. nusquam aliter format, quam *lavit* (cf. Geo. III, 221. 359. Aen. III, 663.); quamquam in ceteris formis (*lavant, lavabat, lavabo, lavandi:* cf. Aen. VI, 219. XII, 722. XII, 489. Ecl. III, 97. Geo. I, 387.) sequitur primae Coniug. normam. (Iahn. simul memorat, Horatium praeter Particip. *lavantes* ubique uti formis verbi *lavĕre*, Ovidium autem hoc *lavĕre* plane ignorare.) *Lavit* autem praeter ceteros Codd. hic etiam testantur Serv. Prisc. p. 861. Eutych. II, 16. Nonius p. 327, 8. 466, 24. 503, 25. et Schol. Hor. Od. III, 12, 2. — *improba.* Vid. ad Geo. I, 119. et Aen. II, 356. (IX, 62.) — **729.** Forma *alacer* redit XII, 337. (quamquam V, 380. VI, 685. al.

Sternitur infelix Acron et calcibus atram
Tundit humum exspirans infractaque tela cruentat
Atque idem fugientem haud est dignatus Oroden
Sternere nec iacta caecum dare cuspide volnus;
Obvius adversoque occurrit seque viro vir
Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.
Tum super abiectum posito pede nixus et hasta:
„Pars belli haud temnenda, viri, iacet altus Orodes.“
Conclamant socii laetum paeana secuti.
Ille autem exspirans: „Non me, quicumque es, inulto,
Victor, nec longum laetabere; te quoque fata

---

alacris masc. gen. usurpatum legitur); quare errat Servius ad Aen. V, 380. contendens, Vergilium semper *alacris*, nunquam *alacer* dixisse. — **730.** *calcibus Tundit humum.* Vid. supra ad v. 404. et cf. Ovid. Met. IV, 133 sq. — *infracta*, i. e. in ipso corpore fracta. Cf. adnott. ad IX, 499., infra XII, 387. Lucr. V, 1326. *Tela infracta suo tinguentes sanguine saevi* (ubi in Codd. ex interpretamento additur alter versus *In se fracta suo tinguentes sanguine tela*) et Val. Fl. III, 287. *infracta pectore tela.* „Saepe enim, inquit Heyn., hasta in vulnus adacta, inprimis ossi illisa, in ipso ferro, qua illud ligno vinctum est, infringitur ipso hastilis pondere.“ Cf. etiam IX, 412 sq. XII, 1. (et V, 784.) — **732** sq. „Mezentius indignum viro forti arbitratus a tergo hostem caedere, eum cursu antevertit, tunc conversus adverso ore in eum processit. — *fugientem*, aversum, ut tergum petere posset hasta. Recedit, non fugit. Ante alterum incedit. — *caecum volnus*, quod averso infligitur, ideoque non praevisum.“ *Heyn.* Cf. Pers. IV, 44. *ilia subter Caecum volnus habes.* Ovid. Her. IV, 19. *caecum pectora volnus habent* cett. et adnott. ad Geo. I, 89. 464. Aen. I, 356. al. Conington comparat Sall. Iug. 107. *nudum et caecum corpus* (i. e. aversum, tergum) et Xen. Cyr. III, 3, 45. *τὰ τυφλὰ τοῦ σώματος καὶ ἄοπλα.* — **734.** *Obvius adversoque occurrit.* Cf. adnott. ad Geo. I, 142. Aen. III, 619. V, 498. al.; *obvius* autem *occurrit*, ut supra v. 552. *obvius sese obtulit.* — **735.** *furto*, dolo ac fraude. Vid ad Aen. VI, 568. „Adverte non fortuitam, sed dedita opera quaesitam soni similitudinem in illustrandis oppositis *furto - - fortibus armis.* Vid. ad Geo. I, 157.“ *Wagn.* — *furto melior.* Cf. V, 68. *iaculo melior*, XI, 338. *lingua melior.* — **736.** *abiectum*, deiectum, prostratum. Cf. Val. Flacc. IV, 654. *Corripit abiecti remumque locumque Phaleri;* Cic. Cat. II, 1, 2. (Catilina) *se perculsum atque abiectum esse sentit* etc. — **737.** Heyn. comparat Hom. Il. V, 102 sq. et XXII, 391 sqq., quibus locis Conington adiicit Il. XVI, 862 sq. De omisso verbo dicendi vid. ad III, 265. — *Pars belli.* Vid. supra v. 427. et II, 6. — Pro Vocativo *viri* Codd. Menag., Bern. II. (a m. sec.), III. et Minoraug. exhibent *viris*, quod etiam Asprum legisse Serv. testatur. Ribbeck. Proleg. p. 130. memorat, nos nescire, cur et quo fretus testimonio Asper sic legi maluerit, fortasse autem eum respexisse ad illa v. 734. *seque viro vir contulit.* — **738.** *Conclamant paeana*, canunt victoriam. Cf. Hom. Il. XXII, 391. et supra VI, 657. *laetumque choro paeana canentes.* De paeane vid. Teuffel in Pauly *Realencycl.* V. p. 1047 sq. Iunge autem *conclamant secuti*, non *secuti paeana.* Heins. maluit *paeane*, ut *laetum* sit pro Adverbio; Peerlk. autem, coll. IX, 54. 636. et X, 799., coni. *laeto paeane.* contra quem disputat Ditzen. p. 8. — **739** sq. De morientium facultate vaticinandi Thiel. conferri iubet Davis. ad Cic. Divin. I, 31. atque Intpp. ad Plat Phaed. p. 104 et Apol. Socr. p. 39. Steph. Simili autem ratione apud Homerum Il. XVI, 852 sqq. Patroclus Hectori et XXII, 258 sqq. Hector Achilli mortem auguratur. — **740.** *longum* pro diu ex h. l. arripuerunt Ovid. Met. V, 65. *Nec longum pueri fato laetabere* et Stat. Theb. X. 467. *non longum caede recenti Laetatus.* Cf. adnott. ad VII, 510. IX, 125. al. Peerlk., cum *non laetabere me inulto* et *nec longum laetabere* non sint diversa (?), coni.:

Prospectant paria atque eadem mox arva tenebis."
Ad quem subridens mixta Mezentius ira:
„Nunc morere. Ast de me divum pater atque hominum rex
Viderit." Hoc dicens eduxit corpore telum.
Olli dura quies oculos et ferreus urguet
Somnus; in aeternam clauduntur lumina noctem.
Caedicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspen,
Partheniumque Rapo et praedurum viribus Orsen,
Messapus Cloniumque Lycaoniumque Ericeten,
Illum infrenis equi lapsu tellure iacentem,

Non longum victor laetabere, ut *non* cum vi repetatur; qua supervacanea mutatione nihil lucramur. — *fata*, mors. Vid. supra ad v. 438. — **741.** *eadem mox arva tenebis.* in iisdem arvis prostratus iacebis. Vid. similem sententiam supra v. 650. *Hac dabitur dextra tellus.* Ceterum cum his verbis affectus plenissimis Heyn. confert Hom. Il. XXII, 358 sqq. et XVI, 851 sqq. — **742.** *Ad quem* cett., ut I, 64. *Ad quem tum Iuno his vocibus usa est.* Aliquot Codd. (inter quos fragm. Ver., Gud. et a m. pr. Pal., in quo legitur *Atquaec*, ultimis literis transfossis) et Anth. Lat. I, 170, 55. (ubi legimus *Ad quae subridens*) *Ad quae*, quod praestare censent Heins. et Oudend. ad Apulei. Met. II. p. 142. extr. atque receperunt Ribbeck., Ladew. et Benoist. Sed vere docet Wagn., Mezentium nullam prorsus rationem habere eorum, quae Orodes dixerit, eiusque verba non tam esse respondentis, quam poenam ab eo exigentis, qui tam acerbe locutus fuerit. Quare haud dubie praestat Med., Rom., Bern. II. III. et Macrob. V, 12, 10. p. 424. Ian. lectio *Ad quem.* — **743.** Cf. Hom. Il. XXII, 365. „*Ast de me divum pater* cett. ex vulgari loquendi ratione eorum, qui aliquid curare se nolle dicunt: de eo dii viderint, diis haec permissa sunto. Volunt tamen Intpp. per ironiam in Iovem dictum: scil. ut constet sibi Mezentius, *deorum contemptor* (VII, 648.) et *cui dextra deus est* paulo post v. 773. Sed idem v. 835. *Ad caelum tendit palmas.* Videntur Intpp. in *athei* notione argutari." *Heyn.* Antiquum *ast* (de quo vid. Hand. Turs. I. p. 417.) huius orationis pravitati optime convenit. De formula dicendi *de hoc viderit aliquis*, qua abrumpimus orationem, alii curam vel iudicium rei relinquentes, praeter Hom. Il. XXII, 365 sqq. Cic. ad Att. IV, 10. Ovid. Her. XII, 211. Fast. II, 781. ex Pont. I, 2, 9. Stat. Theb. III, 212. etc. cf. Heins. ad hos Ovidii locos, Gronov. ad Senec. de provid. 3., Ruhnk. ad Ter. Ad. III, 3, 83., Gierig. et Bach. ad Ovid. Met. IX, 519. et Iahn. ad Ovid. Trist. V, 2, 43. — **745.** Cf. Hom. Il. XI, 241. — *Olli.* Vid. ad I, 254. — *ferreus somnus*, i. e. mors. Cf. Hom. Il. XI, 241. κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον. Alibi (ut ap. Hor. Od. III, 11, 38. et Silium V, 529., ubi vid. Drak.) eodem sensu *longus*, vel (Hor. Od. I, 24, 5.) *perpetuus somnus* vel *sopor* mors dicitur. — *urguet.* Cf. Geo. III, 523. *oculos stupor urguet inertes*, et Hor. l. modo l. *Quinctilium perpetuus sopor Urguet.* — **746.** *in aeternam noctem.* Cf. Ovid. Her. X, 112. Eadem est *longa nox* Silii VIII, 141. Cf. etiam Hor. Od. I, 4, 16. Catull. V, 5. et similes loci, Broukh. ad Prop. II, 10, 7. et Drak. ad Silium X, 173. Bene autem sibi opponuntur *nox aeterna* et *lumina;* quemadmodum Ovid. Met. I, 720. pro more suo in verbis ludens scripsit: *quodque in tot lumina lumen habebas, Exstinctum est, centumque oculos nox occupat una.* — **747** sq. „Latina nomina Latinos, Graeca Troianos designare videntur." *Heyn.* Idem iam Turnebus Advers. XXIX, 24. observaverat. Peerlk., haerens in nomine *Sacratoris*, coni. *Sarclator*, ut habeamus nomen rusticum a sarculando deducendum, quemadmodum *Caedicus* a caedendo, et *Rapo* a rapis, olere rustico. — **749.** *Lycaonium*, Lycaonis filium. Vid. supra ad v. 123. — *Ericeten.* Rom. et Pal. *Erychaeten*, quare Ribbeck. et cum eo Benoist. ediderunt *Erichaeten* (i. e. Ἐριχαίτην). — **750.** *infrenis equi.* Vid. IV, 41. ibique adnott. Rarior forma *infrenis* etiam ap. Gellium I, 15, 17. et Claud. Nil. 20. legitur. — *equi lapsu*, ut XII, 364. — **751.** *peditem pedes.* Vid. adnott. ad. V, 569. et XII, 139. Nescio ta-

Hunc peditem pedes. Et Lycius processerat Agis;
Quem tamen haud expers Valerus virtutis avitae
Deicit; ad Thronium Salius Saliumque Nealces,
Insignis iaculo et longe fallente sagitta.
Iam gravis aequabat luctus et mutua Mavors
Funera; caedebant pariter pariterque ruebant
Victores victique, neque his fuga nota neque illis.
Di Iovis in tectis iram miserantur inanem
Amborum et tantos mortalibus esse labores;
Hinc Venus, hinc contra spectat Saturnia Iuno.

---

men, an Peerlk. (quem nnnc etiam Ribbeckinm et Benoistum secutos esse video) locnm rectius sic distinguat: *Hunc pedes*: *pedes et Lycius* etc., cum nulla sit causa, cur Messapus peditem occidisse dicatnr *pedes*, Messapus autem supra v. 353. subeat *insignis equis* atque etiam XI, 464. equitatui praesit, et cum verba *et Lycius* vix habeant, quo referantur. Ex Peerlk. vero ratione haec melior prodit sententia: Lycins Agis et ipse pedes contra Messapnm processerat, ut etiam Ericetes fecerat; Agin tamen non Messapus, sed Valerus occidit. Non tamen reticendnm, Val. Fl. VI, 554. imitationem *peditem pedes haurit Amastrum* favere vnlgari loci distinctioni. — *processerat* Wagn. interpretatur per Graec. προυμάχετο, καὶ οὗτος ἦν ἐν προμάχοις. — 752. *virtutis avitae*. Cf. Silins XII, 257. *Decus macte o virtutis avitae, Macte Antenoride*, et quos praeterea Thiel. confert, Stat. Theb. VIII, 432. Val. Fl. V, 457. alios. Vid. etiam supra III, 342. — 753. *deiicit*. Vid. supr. v. 319. V, 542. XI, 580. 665. 852. Verbum proprium esse et de hominibus in pugna et de feris in venatione prostratis, docent Scheffer. ad Phaedr. II, 1, 3. Drak. ad Silium IX, 39. XV, 466. Bünemann. ad Lactant. de fals. rel. 9, 2. Staveren. ad Nep. Thras. 3. in. alii. Cf. etiam adnott. ad Aen. V, 542. — 754. *Insignis iaculo*, nt IX, 572. *iaculo bonus*. Ribbeck. (quem etiam hic sequitur Benoist.) ex plurimis sane Codd. recepit lectionem *Insidiis*, quae minus aptum praebet sensum et facile ex XI, 783. (vel VII, 478.) hnc potuit transferri. — *longe fallente sagitta*. Vid. ad IX, 572., ubi idem paene versus legitur. — Cum v. 755. comparant Hom. Il. XI, 67—77. Respexit hunc locum Stat. Theb. IX, 566, 59. *Sic anceps dura belli vice mutua Grais Sidoniisque simul nectebat funera Mavors*. — 756. *pariter pariterque*. Vid. ad VIII, 545. — *ruebant*, cadebant; nt apnd Silinm XVI, 71. *hinc tantum caedentem atque inde ruentem*, qui procul dnbio hunc locum ante oculos habebat, et ap. Val. Fl. VII, 642. *sed cuncta iacebant Agmina nec quisquam primus ruit, aut super ullus Linquitur*. Servius haec adnotat: „Legitur et *cedebant*, [sic sane in Pal., Rom. et Gud.] i. e. *terga vertebant*: secundum quod *ruebant* significat *insequebantur*.“ Sed his aperte adversantur, quae sequuntur: *neque his fuga nota, neque illis*. Peerlk. nescit, quidni Vergilius potius cum alliteratione scripserit: *caedebant pariter pariterque cadebant*, quomadmodnm Ammian. XXXI. p. 486. *Caedebant cadebantque nostrorum non pauci*. Huius loci memor Silius XVI, 71. scripsit *Hinc tantum caedentem atque inde ruentem*. Ceterum alio sensu *pariter ruebant* iam IX, 182. legimus. — *neque his fuga* etc. Haec non adversari supra v. 732., Wagn. docet his verbis: „Nempe etsi, ut fit in proeliis, singuli paucique ab utraque parte fugiebant, nulla tamen fuit universa fuga.“ — Cum v. 757 sq. cf. Hom. Il. XI, 70 sqq. — 758. „*iram inanem*, qua neutra acies proficiebat quidquam; neutra enim alteram impellere poterat.“ *Heyn*. — *amborum*, utrarumque partium. — De mutata constructione verborum *miserantur iram et tantos esse labores* vid. ad Ecl. VI, 74. Aen. II, 5. VIII, 92. et al. adnott. — 760. Sententiae sic cohaerent: Venus et Iuno ab utraque parte de caelo spectant, quomodo Tisiphone media inter pugnantes saeviat: sed in medio pugnae ardore Mezentius et Aeneas ad certamen singulare procedunt. Oratio fracta et incisa totius loci vim et vigorem mirum quantum auget. — *hinc* - -

Pallida Tisiphone media inter milia saevit.
At vero ingentem quatiens Mezentius hastam
Turbidus ingreditur campo. Quam magnus Orion,
Cum pedes incedit medii per maxuma Nerei
Stagna viam scindens, humero supereminet undas,
Aut summis referens annosam montibus ornum,
Ingrediturque solo et caput inter nubila condit:
Talis se vastis infert Mezentius armis.
Huic contra Aeneas speculatus in agmine longo
Obvius ire parat. Manet inperterritus ille
Hostem magnanimum opperiens et mole sua stat

hinc pro: ab hac - - ab illa parte. Vid. ad Ecl. IV, 56. et Geo. I, 5. — **761**. Ut apud Homerum *Ἔρις, Ἐννυώ, Κὴρ* (cf. Il. XI, 73. XVIII, 535. al.), sic ap. Vergilium Tisiphone, per acies volans, pugnantium furorem instigat; de qua re vid. ad Geo. III, 552. et Aen. VI, 570. Heyn., qui conferri iubet Hesiod. Scut. 248 sq., hunc versum ceteris non beno accommodatum censet, atqno Peerlk. non intelligens, qnis hic locus sit Furiae, cum Iupiter omnem deorum interventum vetuerit, totum versum spurium et ex VIII, 700. ortum censet; sed recte Wagn. nihil hic esse demonstrat, quod reprehendas. Vide supra. — *Pallida Tisiphone*, iam Geo. III, 552. commemorata occurrit nobis etiam in Anth. Lat. I, 170, 3. — **762**. Ribbeck. etiam hic scripsit *Medientius*. Vid. ad VII, 654. — **763**. *turbidus*, ira, furore. Vid. supra v. 648. IX, 57. XI, 742. Silius XIII, 214. Stat. Theb. VII, 669. VIII, 539. all. — *campo*. Med. *campum*, qnod ab hoc loco alienum, quia Mezentius iam versatur in campo, non nunc primum in campum procedit. De prodigiosa Orionis proceritate et incessu per mare Heyn. laudat Apollod. I, 4, 3. ibique adnott. et Theocr. Id. VII, 54., ubi Orion oriens *Ὠκεανῷ πόδας ἴσχει*. Cf. etiam Hom. Od. XI, 572. De ipso Orione post inter astra posito vid. ad I, 535. III, 517. al. Ceterum cf. similem de Polyphemo locum III, 664 sq. — **764**. *pedes* cum emphasi. Conington comparat Lucr. I, 200. *pedibus qui pontum per vada possent Transire*. — *Nerei stagna*. Vid. I, 126. ibique adnott. Conington confert Catull. 29, (31,) 3. *quascumque in liquentibus stagnis Marique vasto fert uterque Neptunus* et Apollonidem in Anth. Gr. IX, 269, 2. *Νηρῆος Λαθρίοισιν ὑποπλεύσας τενάγεσσιν*. — *medii*. Cf. III, 664. *graditurque per aequor Iam medium*. — *viam scindens*, quod alibi *viam secans*. Vid. ad VI, 900. — *supereminet undas*. Vid. ad VI, 856. — **766**. „*Aut* (cum) *ingreditur*. Etiam Homerus Orionem venatorem exhibet Od. XI, 571.“ *Heyn*. — *referens* igitur, quando redit ex venatione. Videtur autem *orno* pro baculo uti, ut III, 659. Polyphemus *pino*. Alii minus probabiliter ad *referens* supplentes „corporis statura“ de comparatione Orionis cum *orno* cogitant coll. IX, 675. et 679 sqq. Cf. quae Conington de h. l. disputat. — *annosam montibus ornum*. Cf. II, 626. *summis antiquam montibus ornum*. — V. **767**. iam supra IV, 177. legimus in loco de Fama, *campo* tantum in *solo* mutato. — **768**. *vastis armis*. Dubium est, utrum hic Ablat. deducendus sit a Nomin. *arma*, an ab *armi*. Illud suadet *ingens hasta* supra commemorata, hoc omnis comparatio cum Orione et infra v. 771. — **770**. *Obvius ire parat*. Vid ad IV, 118. Quinctil. Inst. I, 5, 65. (ubi vid. Spalding.) vocem *inperterritus*, quo praeter Maronem utitur etiam Silius XIV, 187., tamquam duabus Praepositionibus inter se pugnantibus compositam vituperat. Verbis *manet inperterritus ille* turpiter abutitur Auson. in Cent. nupt. 123. — **771**. *mole sua stat*, ipsa moles corporis facit, ut firmiter stet, tamquam rupes suo pondere librata. Cf. etiam VII, 589. et II, 639. Wagn. comparat Lucan. I, 136 sqq. *quercus - - Pondere fixa suo*, et elephantos *ipso pondere stabiles* in flumine ap. Liv. XXI, 28. Ceterum cf. etiam III, 656. (Polyphemum) *vasta se mole moventem*. De monosyllabae autem clausulae gravitate vid. ad Geo. I, 181. (Aen. I, 105.

Atque oculis spatium emensus, quantum satis hastae:
„Dextra mihi deus et telum, quod missile libro,
Nunc adsint! Voveo praedonis corpore raptis
Indutum spoliis ipsum te, Lause, tropaeum
Aeneae.“ Dixit stridentemque eminus hastam
Iecit; ut illa volans clipeo est excussa proculque
Egregium Antoren latus inter et ilia figit,
Herculis Antoren comitem, qui missus ab Argis
Haeserat Euandro atque Itala consederat urbe.
Sternitur infelix alieno volnere caelumque

V, 181.) et al. — Cum v. **772.** cf. supra v. 457. — **773.** Rectissime Servius: „Non alium sibi putat deum esse sacrilegus, quam dextram et fortitudinem;“ ut igitur alii ad certamen procedentes deos in auxilium vocare solent, sic hic *divûm contemptor* (VII, 648.) dextram suam hastamque, quasi numen suum, adesse sibi vult: neque erat, cur Peerlk. huic explicationi verbosissima disputatione adversaretur, ut coniecturam suam commendaret: *Dextra mihi, et deus.* Delevimus autem Commata, quibus Heyn. et Wagn. cum vulg. editt. verba *mihi deus* includunt, cum ordo verborum hic sit: *Dextra et telum mihi adsint deus.* Mecum faciunt Süpfl. ceterique recentiores editores, etiam Wagn. ipse in min. edit., dum Peerlk., Gossr. et Bryce vulgarem rationem sequuntur. Cum tota sententia Heyn. confert Apollon. I, 466 sq. et infra XII, 95 sq., Conington autem Aesch. Theb. 529. De hasta dei instar culta cf. etiam Herald. ad Arnob. p. 196. et Ruhnk. Ep. crit. II. p. 195. Similes loci inveniuntur ap. Silium V, 118. VI, 137 sqq. Iustin. XLIII, 3. Stat. Theb. III, 615. et IX, 548. — *telum, quod missile libro*, ut supra v. 421. — **774.** „Cum alii tropaea in deorum honorem consecrent, Mezentius vovet, se armis induturum esse Lausum filium, ut ideo ille tamquam tropaeum adstet, quod erat truncus armis indutus.“ *Heyn.* Quid sit *tropaeum*, docet ipse poeta XI, 5 sqq. Cf. etiam supra v. 423. — *Aeneae* Genitivus est cum *praedonis* coniungendus, quo nomine Aeneam etiam VII, 362. et XI, 484. appellatum videmus. Peerlk. minus recte *Aeneae* pro Dativo habet, ut Mezentius ironice loquatur: voveo, polliceor Aeneae tropaeum. Ceterum non male adiungit: „Poeta hoc dicentem facit patrem, quia mox Lausus revera factum est tropaeum Aeneae, sed ab eo occisus.“ Ladew. poetam propterea fortasse consulto ambigue scripsisse suspicatur. — **777.** *Iecit; at* lectio est plurimorum Codd., quam cum Iahn. et Wagn. restituimus, in quo posteriores omnes nos secuti sunt. Vulgo *Iniicit.* Alii Codd. *Coniicit, Eiecit, Iniecit;* quae tota varietas inde orta videtur, quod voc. *at* casu omissum fuerat post similem syllabam *it.* — 777 sq. „Intelligo hastam, magna vi actam, superficiem convexam clipei, divina (Vulcani) arte facti, tantum strinxisse, hinc resiliisse transversum actam et in Antorem adstantem aberrasse, ὀλισθεῖν.“ *Heyn.* — Servius docet *Antōrem* esse Accus. nominis *Antores*, nam si Nomin. esset *Antor*, literam o corripiendam fuisse, ut in omnibus Casibus obliquis Graecorum nominum in *or* terminatorum. — **779.** *Herculis comitem*, ut supra v. 320. Melampus. — *missus*, profectus. Cf. VI, 812 sq. et VII, 762. — **780.** *Haeserat Euandro*, comes fuerat. Cf. Hor. Od. I, 32, 9. *Veneremque et illi Semper haerentem puerum canebat*, Catull. 21, 6. *iocaris una, haeres ad latus, omnia experiris*, Ovid. Am. III, 11, 17. *Quando ego non fixus lateri spatiantis adhaesi?* et similes locos (Conington conferri iubet Plin. Ep. VII, 27, 2. et Suet. Gramm. 14.); de *haerendi* autem verbo cum Dativo constructo vid. adnott. ad IV, 73. — **781.** *alieno volnere*, non sibi intentato. Heyn. confert Silium VIII, 630. *telo non in sua volnera misso.* — *caelumque adspicit.* Servius, coll. IV, 691. et X, 899., „Naturaliter, inquit, morientes cupiunt satiari extremo lucis adspectu:“ Wagn. autem, nescio an rectius, suspicatur, Antorem caeli fatorumque crudelitatem tacite incusantem exhiberi; ut Ecl. V, 23. *Atque deos atque astra vocat crudelia mater.* — *moriens reminiscitur Argos.* Constat enim, quam miserum

Aspicit et dulcis moriens reminiscitur Argos.
Tum pius Aeneas hastam iacit; illa per orbem
Aere cavum triplici, per linea terga tribusque
Transiit intextum tauris opus imaque sedit
Inguine, sed viris haud pertulit. Ocius ensem
Aeneas viso Tyrrheni sanguine laetus
Eripit a femine et trepidanti fervidus instat.
Ingemuit cari graviter genitoris amore,
Ut vidit, Lausus lacrimaeque per ora volutae.
Hic mortis durae casum tuaque optuma facta,
Si qua fidem tanto est operi latura vetustas,

---

veteribus visum sit in aliena terra mori. — Cum v. **782**. cf. Stat. Theb. VIII, 436. *dilecta genis morientis oberrant Taygeta.* — 783. sqq. „Cf. Hom. Il. III, 355 sqq. Clipeus Mezentii septemplex fuit; ex triplici aere, ex tegumento lineo, triplicique corio taurino compactus.“ *Heyn.* — **784**. ***aere cavum*** concavum et ex aere factum. Cf. V, 663. ibique (et ad III, 618. IV, 517. al.) adnott. — **784**. ***linea terga***, ut supra v. 482. *ferri terga.* — **785**. ***Transiit.*** Haupt., Ribbeck., Ladew. et Benoist. etiam hic ex Lachmanni praecepto ediderunt *Transit.* Sed vide quae disputavimus ad Geo. II, 81. et Aen. II, 497. Ribbeck., qui omnium fere Codd. lectionem *Transiit* ex Med. *Transiet* (i. e. *Transit*) ortum censet, quaerit: „an *transilit?* cf. v. 817.“, in Proleg. autem p. 367. prodit, se hanc coniecturam propterea in textum non recepisse, „quod hasta, quamvis per clipeum penetraverit et in inguine sederit, tamen vires haud pertulisse narretur, ut minus veloci videatur impetu aes et taurina terga superavisse.“ — ***tribus tauris***, i. e. tribus pellibus taurinis. Sic Stat. Theb. VII, 310. *clipei septemplice tauro.* Cf. etiam ibid. III, 592. id. Achill. I, 470. Lucan. IV, 131 sqq. all. cum Hom. Il. XII, 137. *βόας αὔας ὑψόσ' ἀνασχόμενοι.* Ceterum vid. supra ad v. 483. XII, 925. et all. — **786**. ***vires haud pertulit.*** Cf. infra XII, 907. *Nec pertulit ictum.* Silius V, 326. *letalem pertulit ictum* ibique Drak. et Barth. Advers. V, 5. — **788**. ***a femine.*** Sic ex omnibus fere Codd. (Med., Pal., Rom., Gud., Bern. II. III.) et Charisio p. 66. et Servio. Heins. edidit pro vulg. *a femore.* Cf. etiam Heins. et Drak. ad Sil. I, 540. *Femore* legitur modo in Codd. quibusdam minoris pretii (inter quos Minoraug.) et ap. Prisc. p. 701. Cf. etiam Ribbeck. Proleg. p. 214. et in Opusc. phil. II. p. 437. — ***trepidanti***, in extrahenda hasta. Cf. infra v. 794 sq. et XII, 403. — Turpiter iteratur hic versus in Anth. Lat. VI, 84, 65. *trepidanti* in *fragranti* et *instat* in *infert* mutato, verbisque *Eripit a femore* etiam Auson. in Cent. nupt. 109. foede abutitur. — **789** sqq. *Heyn.*, qui etiam Pind. Pyth. VI. conferri iubet, inter alia haec adnotat: „In hoc poetae acumen observari velim, quod tantam pietatem tribuit filio hominis saevi et iniusti, quodque hunc ipsum patrem, hominem impium et odiosum, naturae affectu et amore in filium mollissimum exhibuit; - - tanto magis enim movemur pietatis hoc affectu in homine, qui nullam talis humanitatis sensus spem de se fecerat. [Conington non improbabiliter suspicatur Verg. hic respexisse Scipionem, qui patrem defendit in proelio ad Ticinum commisso. (Liv. XXI, 47.)] — **791**. Non absurde poeta epicus suam ipse personam prodit et interponit; advertit enim animum lectoris, dum ipse poeta miseratione contactum se significat.“ — ***mortis durae***, utpote adolescentis; quare etiam *casum* adiicitur, nihil enim miserabilius, quam adolescens eiusmodi casu oppressus. Wagn. Cic. Cat. mai. c. 19. et Huschk. ad Tib. III, 2, 27. conferri iubet. Conington comparat similem dictionem *casus periculorum* ap. Catull. 21, (23), 11. — ***tua optima facta.*** Cf. Val. Fl. II, 262. *Stabilem quando optima facta Dant animum* et Aen. II, 547. — **792**. ***Si qua vetustas***, posterior aetas, posteritas, (ut ap. Cic. pro Mil. 35. *De me*

Non equidem, nec te, iuvenis memorande, silebo.
Ille pedem referens et inutilis inque ligatus
Cedebat clipeoque inimicum hastile trahebat.
Proripuit iuvenis seseque inmiscuit armis
Iamque assurgentis dextra plagamque ferentis
Aeneae subiit mucronem ipsumque morando
Sustinuit; socii magno clamore sequuntur,
Dum genitor nati parma protectus abiret,
Telaque conieiunt proturbantque eminus hostem
Missilibus. Furit Aeneas tectusque tenet se.

---

nulla unquam obmutescet vetustas) ***fidem latura est***, habebit, ***tanto operi***, tantae Lausi pietati et virtuti. Wagn. tamen, (et eum eo Ditzen. p. 1., qui nostrae explicationi obstare antecedentia verba *tuaque optima facta* sine iusta causa contendit coll. Ovid. Met. XV, 871., cum Donato *opus* de ipso Vergilii carmine intelligit, quod *tantum* vocetur, quippe hominum summorum ac fortissimorum rerumque maximarum memoriae consulturum; eamque explicationem probat Thiel., qui provocat ad simillimum locum IX, 446. Consentiunt mecum Ladew., qui simul conferri iubet supra IX, 79. et Ovid. Met. I, 400. *Quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?* Duebner., Conington et Benoist., et Duebner. quidem locum recte sic explicat: „Si tanto facto, hodie propemodum incredibili, fidem allatura s. conciliatura est vetustas facti aliqua.“ Peerlk. vero, cui neutra harum explicationum satisfacit, coll. Ovid. Met. I, 445. *Neve operis famam possit delere vetustas*, quem putat hunc locum imitatum esse, satis audacter coni. *Ne qua fidem tantam possit delere vetustas.* Ceterum Heyn. confert Cic. pr. Mil. 35. *de me nulla unquam obmutescet vetustas.* — **793.** ***Non silebo*** facta tua, ***nec te, iuvenis.*** Peerlk., cui hoc ridiculum videtur, cum nemo facta alicuius laudare et de ipso homine tacere possit, coni. *Non equidem, aeternum iuvenis memorande, silebo.* — **794.** ***inutilis***, ad pugnandum, scil. volnere debilitatus. Cf. II, 467. Plenius Ovid. Her. I, 105. *inutilis armis* et Silius VII, 105. *inutilis bello.* — „***illigatus***, sc. hastae, quae clipeo transfixo in inguen penetrarat [idque cum illo colligabat]. Cf. Hom. Iliad. V, 664 sq.“ *Heyn.* De tmesi vid. ad IX, 288. (ubi *inque salutatus* invenitur) et al. — **796.** ***Proripuit*** ex Med. ceterisque Codd. fere omnibus cum Wagn. restituimus, qui nullum verbum loco nostro aptius esse censet; celeritate enim magis opus fuisse ad immineus periculum a patris capite depellendum, quam vi, cuius significatio insit in vulg. *Prorupit*, cui Pal. et Rom. favent. Secuti sunt posteriores editores omnes praeter Ribbeck., qui ex duobus illis Codd. recepit *Prorupit.* (*Proripere* legimus Ecl. III, 19. Aen. V, 741., *prorumpere* Aen. VII, 32. X, 379.) — ***seseque inmiscuit armis***, ut Geo. IV, 245. et Aen. XI, 815. — **797.** „*Aeneas assurgit* dextra, ad ictum inferendum insurgit manu eleveta ac reducta.“ *Heyn.* Vid. supra IX, 749. — Verba *cumulantque altaria donis* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 418. — **798.** Lausus excipit ictum patri minantem. — ***morando Sustinuit***, „moram iniiciendo eius impetum lusit.“ *Serv.* — **799.** ***sequuntur*** Lausum ***magno clamore***, „qualis tollitur ab iis, qui alacri animo vadunt in hostem.“ *Wagn.* — **800.** ***dum - - abiret.*** Vid. adnott. ad Aen. I, 5. — **801.** Ex v. 802. 809. et 810. apparet, Aeneam non proturbari, sed fortiter resistere, quare Wagn. vocem ***proturbant*** recte interpretatur per proturbare student, conantur; cum et Imperf. et Praes. Verborum interdum consilium et voluntatem rei gerendae indicent; qua de re conferri iubet Ramsh. §. 163. 3, b. et de Graecis Elmsl. ad Eur. Heracl. 1003. et Herm. ad Viger. p. 746. §. 161. (Ladew. affert Hor. Ep. I, 18, 7. *quae se commendat*, i. e. se commendare studet.) Cf. etiam adnott. ad VI, 468. et XII, 152.; de ipso autem *proturbandi* verbo supra IX, 441. — **802.** Conington putat, Verg. hic memorem fuisse Hom. Il. XVI, 359 sqq. — ***Furit Aeneas***, ob ereptum sibi hostem. — ***tectus tenet se***, sub clipeo. Cf. supra v. 412. Peerlk., cui totus, qui

Ac velut effusa si quando grandine nimbi
Praecipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis et agricola et tuta latet arce viator
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit in terris, ut possint sole reducto
Exercere diem: sic obrutus undique telis
Aeneas nubem belli, dum detonet omnis,

---

seqnitur, locus (vv. 803-809.) sine iusta causa spnrius videtur, pro *tenet se* coni. *tenens se*, nt hoc Participium arcte cohaereat cum verho *Sustinet* v. 810., qnod absolute positnm censet, coll. Gronovio ad Liv. XXXIX, 31. et Oudend. ad Caes. B. G. II, 25. — Cum v. **803** sqq. Heyn. conferri inhet Hom. Il. XII, 156 sqq. XIII, 405. et Qnint. Smyrn. VIII, 379 sqq. E Latinis adde Silium VI, 321 sqq., qni Maronem sic imitatus est: *Omnis et agricola et nemoroso vertice pastor.* Cf. etiam Aen. IX, 688 sqq. et XII, 611. Wagnero hic locns, qui offendat parum grata copia in verbis *arator - - agricola*, geminato *omnis* et ὁμοιοτελεύτῳ *aratur - - viator*, a poeta in emendandis relictns videtur. Iahn. vero ad Ecl. VI. 81. p. 382. ed. II. eum nimis morosum fnisse indicat. Tamen negari nequit, displicere ingratam verborum abundantiam, quare Ribbeck. Proleg. p. 84. v. 804. et 805. sic contrahere suadet: *Praecipitant, omnis tuta latet arce viator.* Nobis locus, ut in Codd. legitur atque etiam a Silio lectum esse snpra vidimus, explicandus est. — *grandine nimbi.* Cf. IV, 120. V, 458. — **804**. *Praecipitant.* Vid. ad II, 9. — *diffugit*, non ἀοριστικῶς positum esse, quod Heyn. censet, sed veram vim Perfecti habere (arator, postquam diffngit ingruentem tempestatem praevidens, tntus est a nimbis), vere docet Wunderl. in Epist. ad Heeren. p. X. (Cf. etiam Geo. I, 330.) — De ὁμοιοτελεύτῳ *arator - - viator* vid. adnott. ad Aen. IV, 256.; quod autem attinet ad anaphoram verbi *omnis*, cf. Senec. Hippol. 1052. *omnis e saltu Diffugit, omnis frigido exsanguis metu Venator horret;* Albinov. Eleg. I, 202. *adsumus omnis eques; omnis adest aetas* cett. et adnott. ad Ecl. I, 74. Geo. I, 225. Aen. IV, 138. al. — Ceterum *arator* et *agricola* non sunt synonyma, sed hoc latiorem habet significationem et apte Conington comparat Geo. I, 316. ubi *agricola messorem arvis inducit.* — **805**. „*tuta arce*, latebris, refugio, cavo ripae vel antro; quatenus *arx* ab *arceo* dedncitur et locum designat, ubi qnis se tuetur, defendit.“ *Heyn.* Vid. ad II, 322. — **806**. *amnis ripis*, cavo torrentis vi effecto. — **807**. Cf. Lucr. VI, 630. *Cum pluit in terris et venti nubila portant.* Verba *in terris* opponnntur vv. *ripis* et *fornice*, sensusque hic est: Latet viator sub ripis aut sub fornice, dum in terris pluvia est. Wagn. verbis *in terris* late diffusam tempestatem indicari suspicatur. Mira est Servii adnotatio, qnem haud dubie fugit Lucr. l. modo l.: „*Dum pluit*: hic distinguendum. Nam si iunxeris *dum pluit in terris*, erit anachronismus; debuit enim dicere *in terras.*“ — **808**. *Exercere diem*, opere exercendo transigere diem. Similiter *diem fatigare* VIII, 94., ubi vid. adnott. et VIII, 94. *remigio noctemque diemque fatigare.* Vid. etiam ad Geo. I, 99. Aen. III, 281. et al. Herzog. et Kritz. ad Sall. Cat. 11, 1. Bach. ad Ovid. Met. VI, 145. alios. — Pro *possint* Med. et Rom. a m. pr. cum aliquot aliis *possit*, quod praefert Santen. ad Terentian. p. 261.; quare etiam Iahn. (in priore edit.) *possint* fortasse a correctore ortum censet. Sed vero *Wagn.*: „Mihi satius videtur, in loco non satis elaborato nihil mutare; nec satis commode ad alterutrum tantnm viatorem, qui extremus commemoratur, aut agricolam, quem proprie *diem exercere* dicimus, verbum accommodes;“ quare etiam Iahn. (ut reliqui omnes) in altera edit. Pluralem recepit, Servii maxime auctoritatem secutus. — **809**. *nubem belli*, πολέμοιο νέφος (Hom. Il. XVII, 243. Pind. Nem. X, 16. Plut. Mar. 16. al.), belli molem, procellam; hic tamen maxime telorum multitudinis ratione habita, ut etiam auctor Epit. Iliad. 746. (*volat undique nubes Telorum*) hunc locum videtur intellexisse. Conington conferri iubet

Sustinet et Lausum increpitat Lausoque minatur:
„Quo moriture ruis maioraque viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua.“ Nec minus ille
Exsultat demens, saevae iamque altius irae
Dardanio surgunt ductori extremaque Lauso
Parcae fila legunt: validum namque exigit ensem
Per medium Aeneas iuvenem totumque recondit.
Transiit et parmam mucro, levia arma minacis,

Tac. Hist. III, 2. *Nunc sedecim alarum coniuncta signa pulsu sonituque et nube ipsa operient.* Cf. autem Silius XVI, 651. *Excepit nubem belli, solusque ruenti Obieci telo caput*, Iustin. XXIX, 3. *Videre se ait consurgentem in Italia nubem illam trucis et cruenti belli*, et Claud. laud. Seren. 196. *Si bellica nubes ingrueret.* — *dum detonet omnis*, mutata etiam distinctione, cum Wagn. (quem posteriores editt. praeter Bryceum omnes hic sequuntur) restituimus pro vulg. *detonet, omnem*, quod Palat. modo cum duobus Pariss. exhibent. Ceteri omnes aut *omnis* aut *omnes.* Verissime enim Wagn. docet, vulgatam requirere Indicativum *detonat;* nam *nubem omnem sustinet* significare: sustinet hoc incommodum usque ad finem, dum detonat; Coniunctivum autem consilium indicare sustinendi, dum omnis detonet. De verbo *detonandi* cf. Val. Fl. IV, 293. Flor. II, 6. et IV, 2. Ovid. Trist II, 35. Petron. 17. etc. Conington comparat Liv. XXX, 39. *stetissetque ibi, dum reliquum tempestatis exsaeviret.* Addere debebat ipsum Verg. Aen. IV, 52. *Dum pelago desaevit hiemps.* — **810** sqq. „Ut ingenium, sic oratio Aeneae diversa ab ea, qua simili in congressu cum Pallante utebatur Turnus paulo ille ferocior v. 442 sq. 490 sq.“ *Heyn.* — *Lausum incr. Lausoque minatur*, nomine hominis cum singulari vi iterato, ut IX, 438. et al. Cf. etiam quae supra ad v. 705. adnotavimus. — **811**. *moriture* pro moriturus. Vid. ad II, 283. IX, 485. (X, 327. XII, 947.) et de signif. voc. *moriturus* ad Geo. III, 501. Thiel. de hoc usu Participii Futuri Activi, ubi sermo est de re, quae ut fiat fatale vel necessarium est, conferri iubet Hor. Od. II, 3, 4. (*moriture Delli*), Met. Ovid. XIII, 411. et A. A. I, 15. Lucr. I, 33. Tib. II, 1, 61. Prop. IV, (V,) 11, 35. aliosque locos et Iahn. ad Ovid. Trist. I, 7, 20. Cf. etiam XI, 856. *Huc periture veni.* Ceterum verba *Quo moriture ruis?* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 47. I, 178, 447. et III. 81, 99. — *maioraque audes* pro Participio *audens.* Vid. ad Ecl. VIII, 3. Geo. III, 282. IV, 8. et al. — **812**. *Fallit.* Pal. et a m. pr. Gud. *Fallet*, „fortasse recte,“ censet Ribbeck. — **813**. *Exsultat*, ferociter se agit, quamquam pater iam in tuto est. Vid. II, 386. et supra v. 643. — *irae surgunt.* Vid. ad XII, 494. — *extrema fila legunt.* „Leguntur, puto, inter nendum fila, dum in fusum colliguntur, h. e. dum lana de colo in filum ducta in fuso glomeratur. Quare si Parcae *fila extrema* ducunt, etiam ea *legere* recte dicuntur, colligere, ut penso iam absoluto ea rumpant.“ *Heyn.* Ceterum cf. Claud. in Eutrop. II, 461. *Tandem fila tibi neverunt ultima Parcae* et similes loci Conington comparat Theocr. I, 139. *τά γε λίνα πάντα λέλοιπε Ἐκ Μοιρᾶν* et cum lectis filis *lectum stamen* ap. Prop. V, (IV,) 4, 42. Recte *Peerlk.*: „Parcae nunc *fila legunt extrema*, quando venerunt ad ultimam filorum partem, quae Lauso debebantur. *Fila* leguntur tamdiu, quamdiu non superest, quod legas, lana consumpta est, unde fila nentur. Theseus in Labyrintho fila legebat ultima, cum finem viae attigerat. Cf. Heins. ad Ovid. Her. X. 104. et Fast. III, 462., ubi h. l. Vergilii explicat.“ Ceterum Pal. et in margine Gud. pro *fila* scribunt *lina;* sed *fila* melior est Med., Rom. aliorumque Codd. lectio. — **815**. *exigit ensem.* Vid. ad v. 682. — **816**. *recondit.* Cf. supra v. 387. — **817**. *Transiit.* Haupt., Ladew. et Benoist. etiam hic *Transit* scribunt cum Cod. Rom., Ribbeck. autem (qui etiam cf. in Proleg. p. 367.) edidit *Transilit*, quod exhibent uterque Mentel., Bern. III, Minoraug. et alii quidam Codd. Ceteri recentiores editores cum Med., Pal, Gud. aliisque libris acquiescunt in vulg. scriptura

Et tunicam, molli mater quam neverat auro,
Inplevitque sinum sanguis; tum vita per auras
Concessit maesta ad Manis corpusque reliquit.
At vero ut voltum vidit morientis et ora,
Ora modis Anchisiades pallentia miris,
Ingemuit miserans graviter dextramque tetendit
Et mentem patriae subiit pietatis imago.
„Quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis,

Transiit. — *levia arma*, quia parma (de qua cf. liber meus *Hellas u. Rom.* I, 1. p. 114.) minor et levior est scuto. Servius adnotat: „Ordo est *mucro minacis*, Aeneae scil.; aut si ad Lausum referas *minacis*, num audacis et fortis?" Hoc alterum praestare, quisque videt. — **818.** *mater quam neverat.* Cf. de hoc more Barth. ad Stat. Theb. VIII, 565. — *molli auro*, i. e. ductili, filis aureis. Vid. ad Ecl. II, 72., supra ad v. 138. et Heins. ad Ovid. Ibin 76. Hoc autem vestimenti genus Etruscis frequentatum fuisse, memorat Heyn., qui etiam hic Hom. Il. XX, 470 sqq. conferri iubet. Ceterum hunc versum repetit Auson. in Cent. nupt. 50. — **819.** *Inplevitque sinum sanguis.* Med. a m. pr. et Gud. a m. sec. scribunt *sinus*, haud dubie quia sequitur *s anguis.* — *vita* pro anima Cf. infra XII, 952. — *maesta.* Cf. Hom. Il. XVI, 856. ψυχὴ - - Ἄϊδόσδε βεβήκει ὃν πότμον γοόωσα. — **821** sqq. „Ad miserationem egregie facit ipsa Aeneae miseratio et respectus Ascanii et in alterius fortuna cogitatio de casu, qui sibi accidere posset." *Heyn.* — Heyn. malit *Ut vero vultum*, Peerlk. autem *Tum vero ut vultum.* Voces *voltum atque ora* iam IX, 251. coniunctas legimus. Quomodo *voltus* (*die Gesichtszüge*) et *os* (*das ganze Gesicht*) differant, res est vel tironibus nota. — **822.** De voc. *ora* cum vi iterata vid. supra ad v. 691. imprimisque ad Ecl. VI, 20. — *ora modis pallentia miris.* Vid. ad Geo. I, 477. et Aen. I, 354. — **823.** *Ingemuit graviter*, ut supra v. 789. Plures Codd., inter quos Med., inverso ordine *graviter miserans;* sed Adverbium hic pertinere ad Verbum finitum, non ad Participium, quod minus grave est, et tota huius loci ratio, et locus simillimus supra v. 789. docet. Verbis autem sic positis: *Ingemuit graviter miserans*, constans poetarum usus, qui Adverbium Participio, cuius significatie per illud intendatur, praemittere solent (cf. praeter Wagn. ad h. l. Iahn. in *Archiv für Phil. u. Päd.* 1836. IV, 4. p. 634. et Obbar. ad Hor. Ep. I, 2, 41. Vol. I. p. 119.), coniungi iuberet *graviter miserans.* — *dextram tetendit*, ut iuvenem terra sublevaret. Peerlk., qui putat, mortuo tendi manus non posse, cum nostram manum accipere nequeat, coni. *dextramque prehendit.* Cf. XI, 672. *dextram labenti tendit inermem.* — **824.** „*patriae pietatis imago*, amoris sui in Ascanium recordatio, et quem ipse dolorem suscepturus sit in simili casu. Ea, quae recordamur, poeta per *imaginem* effert animo obiectam. Cf. IX, 294." *Heyn.* Adde II, 560. Simplicius vero et rectius Wagn.: „pii erga patrem amoris," haec ad Lausum referens. — *subiit* ex plurimis et optimis Codd. (inter quos Rom.) cum Wakef., Iahn. et Wagn. (qui etiam cf. in Phil. Suppl. I. p. 390.) revocavimus loco vulg. *strinxit*, ab Heinsio ex Med. et utroque Rottend. in contextum recepti, quod facile ex IX, 294. repeti poterat, ubi idem fere versus legitur. Peerlk. tamen contendit, imaginem pietatis non esse recordationem, sed ipsam pietatem tam illustri exemplo ante oculos positam, et Aeneam hac pietatis imagine admoneri potuisse, quid suo patri deberet, non quid deberet filio; quare lectionem *strinxit*, i. e. vehementer commovit, defendit, quam etiam Gossr. servavit, sed invitus, ut ex adnot. adiecta videtur apparere. Süpfl., Ribbeck. et Conington nobiscum, Bryce. Haupt., Ladew. et Benoist. cum Heinsio et Peerlk. faciunt. — **825** sqq. Peerlk. totam, quae sequitur, Aeneae orationem minus probabiliter ipsius Vergilii esse putat, imprimis ob v. 830. (ubi vid. adnott.). — *miserande puer*, ut VI, 882. et XI, 42. — *pro laudibus istis.* Vid. ad VIII, 273. et IX, 197. et 252. Wagn.

Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
Arma, quibus laetatus, habe tua; teque parentum
Manibus et cineri, si qua est ea cura, remitto.
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem:
Aeneae magni dextra cadis." Increpat ultro
Cunctantis socios et terra sublevat ipsum
Sanguine turpantem comptos de more capillos.
  Interea genitor Tiberini ad fluminis undam
Volnera siccabat lymphis corpusque levabat

hic sua ad Elegiam ad Messal. p. 61. consuli iubet. — **826.** *tanta indole*, tanta pietate. — **827.** „*Arma habe tua.* Magnus scil. honos in illo aevo habitus, si victum victor non spoliaret. Cf. Iliad. VI, 417." *Heyn.* Praeterea recte *Servius*: „Moris fuit, nt cum his rebus homines sepelirentur, quas dilexerant vivi." Cf. VI, 221. — *laetatus*, scil. *es.* Quare Ribbeck. edidit *laetatu 's.* Vid. adnott. ad I, 237. — **828.** Remitto corpus tuum, ut in patrio sepulcro condatur. — *Manibus et cineri*, ut IV, 34. et 427. Conington comparat Soph. El. 1159. *σποδόν τε καὶ σκιὰν ἀνωφελῆ.* — Verba *si qua est ea cura* Heyn. (et cum eo Conington) minus recte interpretatur vel: si modo sensum huius rei habes, coll. IV, 34., vel: si modo est, qui te inferendum curet. Rectius locum sic intellige: si forte haec te morientem (cf. v. 821.) cura torquet tibique mortem etiam acerbiorem reddit. Wagn. Aeneam his verbis muneris pretium extenuare censet, ut haec sit sententia: quidquid s. quantumcumque id est (cf. VII, 4. *si qua est ea gloria* ibique adnott.); in min. tamen edit. locum rectius sic capit: „si qua id curas, si tibi gratum est," quod fere eodem redit, quo mea explicatio, et probari potest loco Sophoclis El. 355. *ὥστε τῷ τεθνηκότι Τιμὰς προσάπτειν, εἴ τις ἔστ' ἐκεῖ χάρις* (quem Conington affert). Peerlk. denique, poetam hic loqui putans, totum locum sic corrigendum esse censet: *teque parenti, Manibus et cineri si qua est ea cura, remittit.* — **829** sq. Heroës maximum in eo mortis solatium inveniebant, si fortis viri manu cadebant. Cf. supra v. 450. XI, 688. Ovid. Met. IX, 7. XII, 81. Silius II, 704. IV, 674. V, 561. IX, 425. X, 302. Claud. B. Gild. 381. all. — **830.** *Aeneae magni dextra cadis.* Nescio, quo iure *Peerlk.* haec adnotet: „Dicat de se: *Sum pius Aeneas, fama super aethera notus.* Hoc ibi rationem habet. Quod se ipsum *magnum* appellat, nimia est simplicitas vel sarcasmus a misericordia abhorrens. Vergilius recte dicit: *cadis manu Aeneae magni.*" Immo etiam Aeneas ipse sic loqui poterat. Talia non sunt ex nostra modestiae notione indicanda. Homericorum heroum de se persuasio aliena est a tali verecundia. Cf. etiam XI, 688., ubi simili ratione Camilla de se loquitur. — **830.** *Increpat*, advocat et excitat, *ultro.* Vid. ad II, 145. — **831.** *cunctantes*, scil. adire, ut sublevarent et auferrent caesum. Imitatur h. l. Val. Fl. III, 613. *Iamque morae impatiens cunctantes increpat ausus Tiphys.* — Verba *et terra sublevat ipsum* iterantur in Anth. Lat. I, 45, 8. — V. **832.** redit infra XII, 952. Conington cum h. l. comparat Ovid. Met. VII, 845. *Semianimem et sparsas foedantem sanguine vestes.* — „*de more*, scil. Etruscorum, quod ex vasis aliisque monumentis intelligitur." *Heyn.* De ipsa dicendi formula *de more* vid. III, 65. VII, 357. XI, 35. 142. Ovid. Met. XII, 11. Lucan. I, 584. Suet. Galb. 18. all. Cort. ad Luc. l. l. Ruddim. II. p. 265. Haud. Turs. II. p. 215. — **833** sqq. Cf. similis locus Hom. Il. V, 692 sqq. — *ad fluminis undam*, ut III, 389. et VI, 714. — **834.** „*Volnera siccabat lymphis*, sanguinem sistebat frigida aqua. Ignoramus, an primus hoc ausus sit Maro; imitatus est Stat. Theb. I, 527. [*siccati vulnera lymphis*]." *Heyn.* Adde eiusd. X, 716. *undantem lacrimis siccare cruorem* et Anth. Lat. I, 168, 18. *Vulnera siccabat* et cf. imprimis Drak. ad Silium VI, 91. Conington confert Hom. Il. XI, 848. *τέρσεν ἕλκος.* — *corpus levabat* (er liess ruhen) *adclinis* Servius explicat per: inclinatione recreabat. Haud pauci Codd. cum Med., Pal. et

Arboris adclinis trunco. Procul aerea ramis
Dependet galea et prato gravia arma quiescunt.
Stant lecti circum iuvenes; ipse aeger, anhelans
Colla fovet fusus propexam in pectore barbam;
Multa super Lauso rogitat multumque remittit,
Qui revocent maestique ferant mandata parentis.
At Lausum socii exanimem super arma ferebant
Flentes, ingentem atque ingenti volnere victum.
Adgnovit longe gemitum praesaga mali mens.

Rom. *lavabat*, quod miror receptum esse Iahnio, cum verbis antecedd. *Volnera siccabat lymphis* originem debere appareat. (Quod intelligens Iahn. in edit. II. *levabat* restituit, quod etiam Servius testatur et recentiores editt. omnes receperunt.) — **835.** *arboris adclinis trunco* idem fero, quod Geo. III, 233. et Aen. XII, 105. *arboris obnixus trunco.* Cf. etiam Callim. h. in Del. 208. *ἀπὸ δ' ἐκλίθη ἔμπαλιν ὤμοις Φοίνικος ποτὶ πρέμνον*, Claud. de Cons. Prob. et Ol. 114. *Arbore fultus Acclines humeros* et Val. Fl. I, 147. *acclinisque tapeti.* Plures Codd. perperam *acclivus* vel *acclivis*, quod de locis dicitur, non de hominibus. Cf. Drak. ad Silium V, 470. — *procul.* Vid. Ecl. VI, 16. et Geo. IV. 424., ubi adde Drak. ad Silium XI, 275. et Orell. ad Hor. Sat. II, 6, 105. et Ep. I, 7, 32. — **836.** Loricam et scutum in prato deponit, galeam suspendit in arbore. — *quiescunt*, otiosa iacent. — **838.** *Colla* lassata *fovet*, sustinet, levat caput arboris trunco adclinans (*den Kopf stützend*). Thiel. confert Ovid. Met. X, 268. et Claud. VI. Cons. Hon. 105. — „*fusus barbam*, habens barbam propexam, in pectus promissam, dum ad truncum acclinatus capite demisso recubat.“ *Heyn.* De constructione vid. adnott. ad Ecl. I, 54. III, 106. al. Ablat. autem *in pectore* (h. e. ita ut barba in pectore posita sit) cum Participio Perf. *fusus* eadem ratione iunctus, qua Aen. VI, 339. *effusus in undis* et similia. Quare non opus erat, ut Heinrich. et Peerlk. (qui confert Ovid. Fast. I, 259. *mulcens propexam ad pectora barbam*, Silium XIII, 310. *propexis in pectora barbis* et multos similes locos) mallent *in pectora*. Ceterum ut hic *propexa barba*, sic in fragm. Accii a Servio ad XII, 605. servato *propexi crines* commemorantur. — Cum v. **839.** cf. I, 750. — *multumque* (*viel*, i. e. *oft*) *remittit*. Hanc difficiliorem lectionem ex optimis Codd. (Med., Rom., Gud., Mentel. I. aliis) Heins. recepit, quem cum Heynio et Wagn (in mai. et in recentiss. edit., nam prius in min. edit. ad alteram lectionem deflexerat) secuti sumus. Iahn., Süpfl. et Gossr. cum Burm. retinuerunt vulgatum *multosque*, quod praebent Palat. et tres Pariss., Bern. II., Gud. et Bern. III. a m. sec. alii. Ceteri recentiores editores nobiscum faciunt. Peerlk. haec verba *multumque remittit* cum toto versu sequente spuria habet. — **840.** *maesti.* Hoc epitheton bene exprimit Mezentii affectionem, qui, prius ferox et superbicus, nunc, cum in adversarium inciderit se potiorem, subito fractus et demissus omnem ferociam deponit. — **841.** *exanimem.* Vid. supra ad v. 496. — *super arma*, in clipeo. Cf. supra v. 506. — **842.** *ingentem - - ingenti volnere victum.* Heyn. confert Hom. Il. XVI, 776. *Κεῖτο μέγας μεγαλωστί.* Cf. Lucr. I, 742. *Et graviter magni magno cecidere ibi casu;* Ovid. Met. III, 60. *magnum* (molarem) *magno conamine misit* et similes loci. Vid. etiam ad Geo. II, 327. Aen. V, 447. et XII, 640., ubi totus hic versus primo pede excepto repetitur. Ceterum quisque sentit, ipsis versus numeris apte depingi incedentium tarditatem et tristitiam. — **843.** *longe*, *von weitem her.* Cf. v. c. Ovid. Met. X, 719. *Agnovit longe gemitum morientis.* Conington comparat Lucr. I, 230. *Unde mare, ingenui fontes externaque longe Flumina suppeditant* (ubi tamen Lachm. pro *externaque* ex coni. edidit *extentaque*, quae si vera est, hic locus huc non quadrat). — *praesaga mali mens* legitur etiam Val. Fl. I, 694. al. Repetitur hic versus in Anth Lat. I. 172, 86.

Canitiem multo deformat pulvere et ambas
Ad caelum tendit palmas et corpore inhaeret.
„Tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas,
Ut pro me hostili paterer succedere dextrae,
Quem genui? Tuane haec genitor per volnera servor,
Morte tua vivens? Heu, nunc misero mihi demum
Exitium infelix! nunc alte volnus adactum!
Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen
Pulsus ob invidiam solio sceptrisque paternis.

— **844.** De hoc more lugentium cf. Hom. Il. XVIII, 23 sqq. — *multo pulvere* Heins. ex optimis Codd. (etiam Med. a m. pr.) et Macrob. IV, 3, 5. p. 369. Ian. restituit pro vulg. *immundo pulvere*, quod, a paucis modo et recentioribus Codd. exhibitum, ex simillimo loco XII, 611. ortum videri potest. Lectio autem *multo* etiam Val. Flacci III, 716. imitatione firmatur: *Illacrimat multaque comas deformat harena.* Ceterum cf. XII, 611. *Canitiem inmundo perfusum pulvere turpans* et Ciris v. 283. *Intonsos multo deturpat pulvere crines.* Catull. 64, 224. *Canitiem terra atque infuso pulvere foedans* ibique Doering. Heyn. comparat Homer. κατεχεύατο Od. XXIV, 315. Adde Il. XVIII, 23 sq. — **845.** Alternis vicibus modo ad caelum tendit manus, modo mortuo iniicit. — *corpore inhaeret*, prostratus supra corpus occisi filii. Cf. XI, 150. et de constructione supra v. 361. Ovid. Met. V, 38. etc. atque Ruddim. II. p. 142. Aliquot Codd. *corpori*, male et contra Vergilii usum, longam vocalem nusquam elidentis, nisi post aliam syllabam longam. Eodem sensu Lucan. VIII, 727. (ubi vid. Cort.) dicit *incumbere in corporibus carissimis.* — **847.** *hostili succedere dextrae*, dextram, h. e. vulnus excipere alterius loco. Cf. supra v. 690. *succedere pugnae.* — **848.** *per volnera*, volnere. — **849.** *Morte tua*, i. e. pretio mortis tuae. Cf. Stat. Theb. X, 768. *At Tyriis templa, arva - - Reddite morte mea* et Quinct. Decl. VI. p. 128. *Parum est, quod iuveni singularis exempli causa mortis fui, et tam pretiosa redemptus anima senex odiosus morte filii mei vivo.* — *vivens*, servatus. Verba *Morte tua vivens* repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 156. — **850.** *Exitium*, plurimorum et optimorum Codd. lectionem multo fortiorem cum Wagn. praetuli vulgatae *Exsilium*, quae ex interpret. orta videtur. Exsilium enim paulo post v. 852. a Mezentio certis verbis commemoratur; in verbis autem *exitium infelix* librarii facile haerere poterant. Eadem verba iam supra VII, 129. confusa vidimus. Sensus loci, quem bene perspexit Wagn. (comparans etiam Plaut. Amph. II, 1, 43. *Miserrima istaec miseria est*), hic est: Exitium, quod antea magis externum erat corporis malum ideoque aequiore animo ferebatur, nunc demum, cum etiam intimum animum mordeat, verum et infelix (intolerabile) exitium videtur; *nunc* enim *alte volnus adactum* etc., quibus verbis hic animi dolor patrem miserum pungens latius exponitur. Consentiunt nobiscum inde a Süpfl. et Gossr. omnes recentiores editores praeter Bryceum; Thielius vero et Iahn. vulgatam multis verbis defendunt, quae etiam Peerlkampio probatur, in contextu tamen *exitium* edenti. Ea probata sententia haec esset: Antea exsilium meum filio vivente ac praesente consolabar neque prorsus desertus eram, sed nunc vere exsul desertusque sum, nunc demum exsilium infelix est. — *nunc alte volnus adactum*, volnus, quod Aeneas corpori inflixit (cf. v. 783 sqq.), non curo; hoc demum, quod Lausi morte accepi, gravissimum et mortiferum mihi accidit. Sic etiam Nepos Dion. 6. *Accepit parens gravissimum morte filii vulnus* et Sen. Cons. ad Helv. 3. *Gravissimum est ex omnibus, quae unquam in corpus tuum descenderunt, recens vulnus.* Ceterum cum verbis *alte adactum* etc. cf. Aen. XI, 804. Stat. Silv. II, 5, 19. Lucan. I, 32. Silius VI, 580. IX, 153. X, 115. al. *Ensis adactus* supra IX, 431. commemoratur. — **851.** „*crimine*, criminatione et odio: te infamem et odiosum feci meis sceleribus. — **852** *Pulsus ob invidiam* [ut rursus XI, 539.]. Cf. v. c. Cic. Lael. 12, 42. (Themistocles) *cum - - propter in-*

Debueram patriae poenas odiisque meorum:
Omnis per mortis animam sontem ipse dedissem!
Nunc vivo neque adhuc homines lucemque relinquo.
Sed linquam." Simul hoc dicens attollit in aegrum
Se femur et, quamquam vis alto volnere tardat,
Haud deiectus equum duci iubet. Hoc decus illi,
Hoc solamen erat; bellis hoc victor abibat
Omnibus. Adloquitur maerentem et talibus infit:

---

vidiam in exsilium expulsus esset. — 853. *Debueram* omisso *si;* inversa oratio. Si debebam poenas civibus meis, si merebar mortem: utinam ipse vitam, vel omnibus suppliciis expulsam, reddidissem, superstite te! At nunc vivo, te erepto." *Heyn.* Cf. XI, 160 sq. et adnott. ad IV, 678. Sic etiam Ladew. et Bryce locum recte intelligunt; Conington vero v. 853. non conditionalem, sed affirmativam agnoscit sententiam, et Peerlk. signum interrogationis post *meorum* poni iubet. Neutrum probare possum. — 854. *Omnis per mortes,* per omnia mortis genera. Sic apud Graecos *πάντες* (Hom. Od. XII, 341.) vel *πολλοὶ θάνατοι,* de quo Thiel. conferri iubet Stallb. ad Plat. Crit. c. 6. Peerlk. confert illos locos, ubi *animam per vulnera reddere, profundere, efflare* dicitur (Ovid. Fast. V, 469. Senec. Octav. 375 Sabini Ep. I, 77. Oros. III, 17.). — *dedissem* optantis est. „Utinam ipse (ultro poenis me offerens) omnibus suppliciis mactatus periissem." *Wagn.* Sic etiam XI, 162. *animam ipse dedissem!* Vid. ad IV, 678. — 855. *Nunc vivo* etc. Haec cum summa indignatione et desperatione loqui Mezentium, in promptu est. — 856. Wagn. vere memorat, *simul dicens* (*ἅμα εἰπών*) non *simul attollit* iungenda esse, coll. Liv. XXII, 3. *Haec simul increpans* cett. et Apulei. Met. VI. *Et simul dicens libellum ei porrigit,* ibique Oudend. p. 394. Cf. etiam infra XII, 758. et XI, 827. atque adnott. ad VI, 547. — 857. *tardat* Heins. pro se tardat s. tardatur positum censet; sed rectius Heyn. verba sic explicat: vis adempta, h. e. virium defectus, ex alto vulnere tardat. *Tardare* enim etiam intransitive usurpari pro tardum esse, docent Cic. Ep. ad Att. VI, 7. ad Brut. I, 18. et alii loci a Lexicis suppeditati (cf. C. F. Hermann. in Vindiciis Latinitatis Epistt. Cic. ad Brutum. Gotting. 1844. p. 12., verissime disputans contra Marklandum, qui *tardandi* verbum apud quemquam scriptorem Latinum ante historiae August. auctores intransitivam significationem habere negaverat); et *vulnere tardus* legimus Aen. II, 436. et Ovid. Met. X, 49. Recte igitur *tardat*, ut „verbum neutrum" etiam Nackius ad Catonis Ecl. 18. tuetur. Hoffmann. vero in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 518. coni. *ardet,* cum Med. a m. pr. *ardat* exhibeat, simulque pro *alto volnere* legi vult *alti volneris,* cum Serv. de alti vulneris violentia loquatur. *Tardandi* verbum ex XII, 746. huc transferri potuisse suspicatur, de qua re nemini facile persuadebit. *Vim* autem, utpote vocem mediam, etiam defectum virium indicare, docent eiusmodi loci, quales sunt Liv. II, 19. *Tarquinius Superbus, quamquam iam aetate et viribus erat gravior, equum infestus admisit* et Ovid. Met. VII, 573. *aut si prohibent consistere vires, Corpora devolvunt in humum.* Ceterum pro *tardat* plurimi Codd. *tardet,* quod probari non potest, cum Vergilius *quamquam* cum Coniunctivo construere non soleat, secundae autem Coning. verbum *tardere* (de quo Gossr. cum aliis cogitat) nullius nec scriptoris antiqui nec grammatici auctoritate confirmetur. Praeterea cum Codd. hic varient (*sese alto, alto sese, quamvis alto se*) Peerlk. suspicatur, illud *vis* inde ortum esse, quod in nonnullis Codd. *quamvis* fuerit pro *quamquam;* quare coni. *quamvis dolor alto vulnere tardat,* eamque coniecturam Ribbeck. adeo in contextum recepit, a posterioribus omnibus desertus. — 858. *Haud deiectus,* consilio in mortem ruendi et lucem linquendi haud deiecto. Thiel. comparat Cic. Phil. IX, 4. *de sententia deiicere,* Sen. Herc. fur. 110. *mente deiectus* et similia. — *equum duci iubet.* Cf. VIII, 552. (equum) *Ducunt exsortem Aeneae.* — 859. *bellis omnibus* pro ex proeliis. Vid. ad II. 439. — 860 sqq. „Non defendam hanc ad equum suum Mezentii

„Rhaebe, diu — res si qua diu mortalibus ulla est —
Viximus. Aut hodie victor spolia illa cruenta
Et caput Aeneae referes Lausique dolorum
Ultor eris mecum aut, aperit si nulla viam vis,
Occumbes pariter; neque enim, fortissime, credo,
Iussa aliena pati et dominos dignabere Teucros."
Dixit et exceptus tergo consueta locavit
Membra manusque ambas iaculis oneravit acutis
Aere caput fulgens cristaque hirsutus equina.
Sic cursum in medios rapidus dedit. Aestuat ingens
Uno in corde pudor mixtoque insania luctu

orationem Homeri exemplo Il. VIII, 184 sqq. et XIX, 399 sq. aut Statii [Theb. IX, 211 sqq.] imitatione vel Silii [IV, 266 sqq.]; quae ad alias aetates pertinere videri potest. Sed in naturae humanae indole hoc ipsum videtur alte insitum esse, ut cum iis ipsis animantibus, quibus diu adsuevimus, tamquam cum familiaribus et sodalibus agamus et confabulemur. - - Non vero pro epici carminis dignitate nimis humile hoc videri debet in equo bellatore. In Mezentio accommodatum erat hoc commentum, quia mox equi vulnere ipsi sessori caedes paratur." *Heyn.* — *maerentem.* Equus enim ipse cum domino luget. Cf. adnott. ad Ecl. V, 27 sqq. et imprimis infra XI, 89. et Hom. Il. XVII, 426. — *Rhaebe.* De hoc equi nomine *Wagn.* paulo argutius adnotat: 'Ῥαιβός, crura habens introrsum spectantia. At laudantur recta crura in equis. Sed raro equum reperiri aiunt periti omnibus numeris perfectum, atque illud quidem vitium etiam in praestantibus equis reperiri." — 862. *spolia illa* (sc. Aeneae), de re diu sperata et optata, ut etiam IX, 481. Cf. Wagn. Qu. Verg. XXI, 1, 6. Peerlk. tamen explicat: quae illic sunt, ut Mezentius haec dicens digito monstret locum, ubi pugnetur. Videtur hunc locum ante oculos habuisse Stat. Theb. I. 461. Unus Ribbeck. pro *cruenta* edidit *cruenti*, cum in Pal. legatur CRVENTAI. — 863. *Lausi dolorum* duplici modo potest intelligi, aut: doloris mei propter Lausum, Lausi caede provocati (ut II, 784. *lacrimae Creusae*: cf. adnott. ad I, 462. II, 413. al.) aut: ipsius Lausi dolorum, i. e. vulneris ac mortis eius. Hoc cum Heinr. et Wagn. praestare dixerim: neque aliter locum intellexisse videtur librarius ille, qui (in Moret. 3.) ex interpret. scripsit *Lausi laborum.* Consentit nobiscum Benoist.; Conington vero alteram rationem videtur probare, cum comparet Cic. Phil. VIII, 6, 18. *dolores suarum rerum* et Liv. VIII, 13. *agri ademti dolorem*, simul tamen observat, Verg. hic fortasse memorem fuisse versuum Hom. Il. II, 356. et 590. non minus ambiguorum. Ceteri interpretes rem in dubio relinquunt. Peerlk. malit *Lausique dolorumque*, ut sensus sit: mecum ulcisceris et Lausum et meos dolores. — 864. *aperit si nulla viam vis.* Vid. ad II, 494. et cf. XI, 884. *aperire viam.* — 865. *pariter*, i. q. una mecum. Cf. IX, 192. *pariterque in bella ruebant* et Haud. Turs. IV. p. 390. — Wagn., cui durum videtur *credo iussa pati* pro *credo te iussa passurum esse*, voc. *credo* recte parenthetice interiectum censet ad negationem intendendam, velut I, 387. VI, 368.; *iussa pati* autem pendere ex *dignabere*, ut hic habeamus eandem structurae mutationem, de qua diximus ad Geo. I, 25. Aen. II, 5. III, 234. al. Eadem est Peerlkampii, Süpflii, Gossravii ceterorumque recentiorum interpretum sententia. — 866. Verba *Iussa aliena pati* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 13. — 867. *exceptus tergo* cett. Cf. Silius V, 146. *Inde exceptus equo.* — 868. *iaculis oneravit acutis.* Cf. XI, 574. *iaculo palmas armavit acuto.* — 869. *crista equina*, λόφος ἱπποδάσεια, ex more illorum temporum. Cf. Ovid. Met. XII, 88. Silius VIII, 427. all. — 870. *cursum dedit*, irruit, ex dicendi genere Maroni usitatissimo. Vid. adnott. ad V, 276. VII, 560. 701. IX, 323. XII, 367. al. — 871. „Pudor, furor, luctus una et coniunctim [*in uno* eodemque *corde*] eum inflammant; *pudor* quidem ex eo, quod filium pro se cadere passus erat." *Heyn.* Cf. v. 846 sqq. Iteratur hic versus infra XII, 667. Pro

[Et Furiis agitatus amor et conscia virtus].
Atque hic Aenean magna ter voce vocavit.
Aeneas adgnovit enim laetusque precatur:
„Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo!
Incipias conferre manum."
Tantum effatus et infesta subit obvius hasta.
Ille autem: „Quid me erepto, saevissime, nato
Terres? haec via sola fuit, qua perdere posses.
Nec mortem horremus nec divom parcimus ulli.

Uno in corde, quod Heins. ex optimis libris restituit, vulgo cum Palat. et paucis aliis legebatur *Imo in corde*, idque revocavit Wakef. et defendit Scheller Observv. p. 315.; sed minus recte *insaniam in imo corde aestuare* dicas, quod etiam Wagn. indicat, conferens praeterea Geo. IV, 184. et Heynii not. ad Ecl. X, 55. Pro *pudor* Codd. quidam Heinsii et Med. Pierii *dolor* exhibere feruntur, sed *pudor* meliorum Codd. est lectio, quam etiam Serv. testatur. *Dolorem* et *luctum* num mirum esset *Uno in corde* versari? Immo recte Servius: „Tribus affectibus conturbatum significat, pudore, ira, dolore." — *mixto insania luctu* pro pedestri insania luctu mixta. Cf. XII, 340. *mixta cruor harena*. — V. **872.**, qui et ipse iteratur XII, 668., hic in omnibus Codd. melioribus et in Servii commentario desideratur, in Menag. autem post v. 875. collocatur, quare, cum etiam ab h. l. alienus sit, haud dubie spurius est censendus. Cf. etiam Weichert. de verss. iniur. suspp. p. 60 sq. et Iahn. ad Geo. II, 129. p. 411. ed. II. Peerlk. hanc totam sententiam a verbis *Aestuat ignis* usque ad finem v. 872. spuriam et ex illo l. XII. loco huc translatam putat. — **873.** *magna voce vocavit.* Vid. ad IV, 680. Etiam in Anth. Lat. III, 81, 73. legimus verba *atque cum magna ter voce vocavit* hinc exscripta. — **874.** Heyn. *enim* pro enimvero, γάρ τοι, δὴ γάρ τοι positum accipit. Scilicet hoc *enim*, cum emphasi adiectum, instar est totius sententiae explicativae: Aeneas agnovit vocem — qui enim non agnosceret, cum iam antea cum eo manus conseruisset? — et precatur. (Cf. VI, 317. VIII, 84. Geo. II, 509. al.) Wagn. propterea prius utrumque verbum *agnovit enim* parenthesi inclusit, Copulam *que* ob hanc ipsam parenthesin adiectam putans, qua de re vid. ad V, 113.; in recentiss. tamen edit. parenthesin recte sustulit. Ex recentioribus editoribus solus Bryce haec verba lineolis a ceteris seiunxit. Ladew. conferri iubet VIII, 84. et supra v. 614. Ceterum pro *enim* pauci quidam Codd. minoris pretii cum Palat. *eum*, quod Iahn. cum Bothio et Vossio *Anm. u. Randgl.* p. 236. recepit, coll. Aen. I, 413. IV, 479. et adnot. sua ad Hor. Od. III, 4, 17. Peerlk. tamen, Süpfl., Gossr. et omnes posteriores editores nobiscum faciunt; quamquam Gossr. lectione *eum* omnem difficultatem tolli censet. — **875.** *pater ille.* Cf. II, 779. VII, 110. 558. Conington praeterea confert *ille Iupiter* ap. Plaut. Most. II, 1, 51. et Pseud. IV, 1, 19. — Vulgo post *Apollo* Comma ponitur, ut iungenda sint: *Sic - - faciat, - -* (ut) *incipias.* Quam nos cum Wagn. secuti sumus rationem, eam iam Heyn. iure praeferendam censuit, eandemque etiam omnes editt. me posteriores amplexi sunt. — *Sic faciat*, scil. ut tecum congredi, manus conferre liceat. De Part. *sic* in precationibus usurpata vid. Ecl. IX, 30. X, 3. Hor. Od. I, 3, 1. etc. Heinrich. coni. *faveat*, Peerlk. autem *facias* et post *Incipiat.* — *pater ille deûm.* Vid. ad VII, 110. — *altus Apollo*, ut VI, 9. ubi vid. adnott. Sic *altus Iuppiter* Ovid. Met. XV, 866., *alta Iuno* ibid. III, 284. et XII, 505. cett. Vid. etiam ad IX, 697. — Cum v. **876.** (qui in Codd. nonnullis sic expletur: *et mihi iungere pugnam*) cf. IX, 741. Peerlk., coll. Aen. IX, 741. Val. Fl. IV, 205. et Senec. Herc. fur. 100., ubi *incipere* absolute usurpatur, verba *conferre manum* spuria habet. — **877.** *Tantum effatus et* cett. Cf. VI, 547. ibique adnott. — *subit obvius*, simpliciter i. q. procedit obvius. — **879.** *haec via* (i. e. ratio: cf. IX, 67. et al.) *sola*, scil. erepto nato. Verba *Haec via sola fuit* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 455. — **880.** *Nec*

Desine; nam venio moriturus et haec tibi porto
Dona prius." Dixit telumque intorsit in hostem;
Inde aliud super atque aliud figitque volatque
Ingenti gyro; sed sustinet aureus umbo.
Ter circum adstantem laevos equitavit in orbis
Tela manu iaciens, ter secum Troius heros
Inmanem aerato circumfert tegmine silvam.
Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula taedet

---

mortem horremus, vita enim post filii necem mihi est nullius pretii. Ceterum haec verba repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 58. et 172, 112. — *nec divom parcimus ulli.* „Sunt haec ad invocatos ab Aenea v. 875. deos referenda et ita accipienda: Nec ego, si moriendum est, mortem horreo, nec tibi dei, quos invocas, quidquam profuerint mecum pugnanti. Proprie cum non ipsis diis, sed ei, qui deos adiutores habet, parcitur." *Wagn.* „*Kein Gott soll mich abhalten mit dir zu kämpfen.*" Süpfl. Cf. Val. Fl. IV, 218. *Nec lacrimae nec forte preces superique vocati Pectora nostra movent.* Conington suspicatur, Vergilio hic obversatum esse Hom. Od. IX, 277. Bryce vero in h. l. invenit acerbam irrisionem divinae Aeneae originis, ut sensus ei hic esse videatur: nec tibi parco, quamquam deae filium te esse gloriaris et Venus in certamine cum Diomede tibi auxilium tulisse fertur. Peerlk. tamen, cui *diis parcere* nihil aliud significare posse videtur, nisi deos dictis factisque non laedere, quae sententia ab hoc loco plane aliena sit, verba *nec divom parcimus ulli* „pro additamento hominis habet, qui, quid ipse velit, ignoret." Ceterum Santen. ad Ter. Maur. p. 267. temere verba sic vult transposita: *divom nec.* Vid. adnott. ad IX, 138. — **881.** *Desine*, sc. me terrere, moriturum enim nihil terret. — Prius cum Wagn. pro vulg. *nam* edidi *iam*, cum *nam* facile ex antecedentibus literis *ne* oriri potuerit, *iam* vero, ut nostrum *eben*, affirmandi aliqua vi praeditum, quae proficiscatur ex ipsa rei praesentis ideoque certae et conspicuae demonstratione, (cf Hand. Turs. III. p. 137.) longe fortius esse appareat, ut locus germ. sic reddendus sit: *ich komme ja eben als ein Sterbender*; in quo Süpfl. et Bryce me secuti sunt. Nunc vero ob meliorum Codd. (Med., Pal., Rom., Bern. II. III aliorumque) et Schol. Stat. Theb III, 71. auctoritatem cum Iahnio, Gossr., Hauptio, Ribbeck., Ladew., Coningtone et Benoisto *nam* restitui, quod sane et ipsum bonum sensum praebet. Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 390. *iam* etiamnum strenue defendit. — **883.** *figit volatque* pro figit volans. Vid. ad VII, 658. IX, 489. et al. Hanc autem lectionem vulgatam cum Heyn. bene defendit Weichert. de versu hyperm. p. 18. Heinsius ex cod. Gud. a m. pr. *figitque volutatque*, et Both. ex cod. Med. et Voss. *fugitque volatque* recepit. — *volat ingenti gyro*, summa velocitate in orbem equitat. Vid. ad Geo. III, 115. — **884.** *sustinet* (tela) *aureus umbo.* Sic Med. a m. pr. et Gud.; ceteri *aereus*. Vid. supra ad v. 271. — **885.** „Laevam in partem ideo maxime equitabat, ut, ipse laeva clipeo tectus, et dextra expedita, Aeneae, qui ei semper a laeva in interiore gyri orbe stabat, dextrum latus peteret, quod a clipeo tectum non erat. Sed Aeneas clipeum circumfert et hunc quidem v. 787. oneratum infixis hastis: is exceperat et sustinuerat tela." *Heyn.* Conington comparat Ovid. Met. XII, 468. *certumque equitavit in orbem.* — **886.** *Tela manu iaciens*, ut supra v. 264. — **887.** *aerato tegmine.* Ne quis malit *aurato*, cf. supra ad v. 271. adnott. Videtur autem de scuto ligneo aere obducto cogitandum esse, ut tela aere perforato in ligno inhaesisse opinemur. Etiam Conington, *aeratum tegmen* s. scutum hic non χάλκεον, sed χαλκόδετον esse censens, comparat Aesch. Theb. 160. χαλκοδέτων σακέων. — De *silva* iaculorum clipeo infixorum (cf. v. 808.) vid. adnott. ad Geo. I, 76. et Interpp. ad Flor. IV, 11. Imitatur hunc locum Lucan. VI, 205. *tot vulnera belli Solus obit, densamque ferens in pectore silvam*, ubi vid. Cortius. — **288.** *tot traxisse moras.* Sic *moras ducere*, *producere* ap. Quinctil. IV, 2, 58. et Ter. Andr. III, 5, 9. Ut hic *morae*

Vellere et urguetur pugna congressus iniqua,
Multa movens animo iam tandem erumpit et inter
Bellatoris equi cava tempora conicit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes et calcibus auras
Verberat effusumque equitem super ipse secutus
Implicat eiectoque incumbit cernuus armo.

---

trahuntur, sic ap. Stat. Silv. I, 1, 61. ipsae *trahunt*. — **889.** *pugna iniqua*, peditis contra equitem. — **890.** *Multa movens animo*, qua ratione adeat Mezentium. Iam legimus haec verba III, 34. — *iam tandem erumpit*. Imitatur Vergilium Ios. Iscanus de bello Troi. V, 269. *Subit obvius Aiax Iam tandem erumpens*, quem Peerlk. laudat. — **891.** *Bellator equus* legitur etiam Geo. II, 145. (ubi vid. adnott.). Aen. XI, 89. Tac. Germ. 14, 5. al. Sic infra XII, 751. *canis venator*, ap. Mart. XII, 1. *Molossus latrator* cett. Cf. etiam adnott. ad Ecl. VIII, 13. — *inter tempora conicit hastam*, in frontem. Sic Liv. VIII, 7. *Spiculum inter aures equi fixit.* Ceterum hic comparant similem Homeri locum Il. VIII, 81 sqq. — *cava tempora*, ut IX, 633. et 808. — **892.** „Equus primum prioribus cruribus elevatus se erigit: tum prae dolore calcibus calcitrat; sic eques effunditur et h. l. quidem in latus (non in caput, nec resupinus; neutrum reliqua admittunt); mox ipse equus in caput procumbit et armo suo incumbit prostrato Mezentio. - - - *tollit se arrectum*, prioribus pedibus erectis haud dubie. Cf. XI, 637 sqq. Livius VIII, 7. et Silius IX, 595., ubi res ad elephantum traducta.“ *Heyn.* Auson. in Cent. nupt. 103. his verbis impudice abutitur. — „*calcibus* de posterioribus pedibus accipio: quis enim neget, equi naturam sic ferre, ut prae dolore calcitret?“ Haec fere *Heyn.* Cum tamen equus se arrectum tollere et simul recalcitrare non possit, Peerlk. *calces* de anterioribus pedibus intelligit, coll. Silio XVII, 133., qui hunc locum sic imitatur: *erexitque ore cruento Quadrupedem, elatis pulsantem calcibus auras.* Et sane locus sic melius videtur accipi, quam si cum Heynio sumamus, equum primum arrectum se tollere, tum vero prioribus pedibus innitentem calcitrare. (Consentiunt mecum omnes recentiores editores.) Wakef. ad Lucr. VI, 689. (ubi legimus: *Tollit se, ac rectis ita faucibus eiicit alte* cett.) etiam hic legi vult: *Tollit se ac rectus quadrupes ita calc. auras V.* — **893.** Equus retro cadens, ipse fusus super effusum equitem, eum quasi constringit corpore suo et facit, ut se expedire non possit. — **894.** Verba *eiectoque* etc., quae antecedentia explicant, vulgo sic interpretantur: *eiectoque* equiti (qui ad latus equi exciderat) *incumbit cernuus armo* suo, neque aliter Bryce, qui *armo* explicat „*with his shoulder*“. Donatus autem rectius coniungit verba *eiecto armo*, quae interpretatur: porrecto altero crure („*mit ausgerenktem Vorderbug*“: Ladew.); quod etiam Peerlk. probat, collatis Scribonii Largi verbis: *Ad luxatum omne et eiectum et expositum articulamentum.* Nam sane negari nequit, *eiecto*, si paulo insolentius pro *deiecto* positum ad equitem refertur, post illa *effusum equitem* etc. plane otiosum esse. Ladew. comparat Silii X, 255. *quamquam Cernuus inflexo sonipes effuderat armo* et *eiicere armum* eodem sensu ap. Veget. II, 45, 7., *eiicere* autem *cervicem* ap. eundem III, 41, 1. legi memorat. — „*Cernuus* dicitur equus, qui cadit in faciem; quasi in eam partem cadens, quam cernimus.“ Haec *Serv.;* Nonius autem p. 20 sq. „Cernuus dicitur propr. inclinatus, quasi quod terram cernat.“ Legitur etiam ap. Silium X, 256., qui Maronem sic imitatur: (Poenum) *Cernuus inflexo sonipes effuderat armo*, Lucil. Sat. III, 20. XXVII, 24. Gerl. (quae fragmenta Nonius l. l. affert) et Apulei. Met. IX, 38. p. 666. Oud., ubi alii *cernulum* exhibent. Imprimis cf. alter Lucilii locus: *Modo sursum modo deorsum tamquam collus cernui*, unde apparet, non opus esse, ut ex hac voce concludamus equum pronum cadere, quod videtur esse contra naturam equi in fronte vulnerati et adversatur verbis *effusum equitem super ipse secutus Implicat;* immo eques et ipse retro effunditur et *cernuus* videtur significare equum, qui se volutans caput collumque modo sursum modo deorsum movet. Verbum *cernuare* de equis legitur ap. Varr. de

Clamore incendunt caelum Troesque Latinique.
Advolat Aeneas vaginaque eripit ensem
Et super haec: „Ubi nunc Mezentius acer et illa
Effera vis animi?“ Contra Tyrrhenus, ut auras
Suspiciens hausit caelum mentemque recepit:
„Hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?
Nullum in caede nefas, nec sic ad proelia veni,
Nec tecum meus haec pepigit mihi foedera Lausus.
Unum hoc per, si qua est victis venia hostibus, oro:
Corpus humo patiare tegi. Scio acerba meorum

---

vita pop. Rom. I. (ab eodem Nonio allatum) et Solinum 45. Ceterum Wakef. ad Lucr. VI, 1141. sine causa coni. *eiectum*, quia *incumbere* interdum etiam cum quarto Casu construitur. — **895**. Cf. infra XI, 147. Heyn. contendit, poetis *incendere* esse i. q. angere, magnum facere, ut *incendere clamorem* significet magnum clamorem movere; quemadmodum *incendere luctum* IX, 500. (ubi vid. adnott.), *vires* V, 455. cett. Ductum autem esse ex Tragicorum *φλέγειν, ἐπιφλέγειν*, pro *ἐγείρειν* posito, v. c. Soph. Ai. 196. Aesch. Pers. 393., ubi vid. Brunck. Proprie igitur *clamor* ipse *incenditur*, pro eo autem poetae etiam dicere licebat *caelum clamore incendere*, i. e. caelum implere ingenti clamore, ut XI, 147. *incendunt clamoribus urbem*. Ladew. comparat etiam Iustin. XXXVIII, 8, 14. *quae res tantum maerorem festivissimo convivio intulit, ut regia omnis repentino luctu incenderetur.* Aliter tamen *Peerlk.*, qui hanc proposuit explicationem satis artificiosam: „Proprie *incendimus lignum* flamma admota, h. e. facimus, ut lignum ardeat, sicuti flamma, quam admovemus, ardet. *Incendimus in aliis luctum*, facimus ut lugeant, sicuti nos lugemus. *Incendimus caelum clamore*, facimus, ut caelum clamet, sicuti nos clamamus, nostro clamori respondeat.“ Ceterum cf. Stat. Theb. V, 553. *longoque profundum Incendit clamore nemus.* De versu hypermetro cf. adnott. ad Geo. I, 295. II, 344. al. — **897**. *super haec*, insuper, ut supra v. 556. XI, 226. et al. Cf. adnott. ad Aen. I, 29. II, 71. al. — **898**. Verba *Effera vis animi* repetuntur in Auth. Lat. III, 81, 6. — **899**. Cf. Hom. Il. XXII, 475. Sunt qui coniungant *auras hausit, suspiciens caelum;* sed ipse ordo verborum docet, coniungenda esse *auras suspiciens* et *hausit caelum*, i. e. caelum oculis quasi bibit; quod etiam vidit Wakef. ad Lucr. II, 1038., comparans Iuven. III, 84. *nostra infantia caelum Hausit Aventinum*, et Curt. V, 5, 19. *alium domi esse caeli haustum, alium lucis adspectum.* Cf. etiam Geo. II, 340. Aen. IV, 661. XII, 945. et adnott. ad IV, 359. Peerlk. coni. *caeli*, hac addita explicatione: „Mezentius sub equo iacebat, adeo ut spirare non posset. Hinc eluctatus suspicit et auras aetherias caeli trahens animam recipit.“ — *mentemque recepit* ex animi defectu. Conington confert Lucr. III, 505. *Paulatim cedit in sensus animamque receptat.* — **900** sq. *quid increpitas* etc., non opus est verbis; immo *Nullum in caede nefas*, (quae verba repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 395.), non nefas, nullum crimen erit, me interficere; i. e. interfice me, mortem non deprecor. — Ceterum hic totus versus repetitur in Anth. Lat. I, 170, 56. et priora eius verba *Hostis amare, quid increpitas* ibidem I, 178, 396. — **901**. „*nec sic ad proelia veni*, h. e. nec Lauso a te caeso pugnae haec conditio nobis proposita est; immo vero, dum Lauso superstes esse non sustineo, mori decrevi.“ *Heyn.* Rectius et simplicius *Peerlk.*: „ea cogitatione, ut putarem nefas esse me occidi, si vincerer,“ coll. Quinct. Decl. III. p. 60. *Neque in militiam ita venit, ut nesciret sibi mortem in procinctu habere.* Ceterum cf. similis dictio *aut haec in foedera veni* IV, 339. — **902**. „*nec - - - Lausus*: Lausus meus pugnaturus non ita tecum pactus erat, ut ne me interficeres, aut ego ut mortem deprecer.“ *Heyn.* Interfecisti filium. Cur patri parceres? — Conington recte videtur suspicari, Verg. hic memorem fuisse verborum Achillis ad Hectorem Il. XXII, 265 sqq. — **903**. *per, si qua est* cett. Vid. ad II, 142. — *venia* i. q. gratia, beneficium. Vid. ad v. 626. — **904**. *Corpus humo tegi*. Cf.

Circumstare odia; hunc, oro, defende furorem
Et me consortem nati concede sepulchro."
Haec loquitur iuguloque haud inscius accipit ensem
Undantique animam diffundit in arma cruore.

---

supra v. 558. et IX, 214. — **905.** *meorum Circumstare odia*, i. e. meos, qui me oderunt. Cf. II, 559. et Langius in *Verm. Schriften* p. 11. Conington confert Tac. Hist. I, 18. *Circumsteterat interim palatium publica exspectatio.* — „*defende* [scil. mihi] *furorem*, propulsa odia et iras, quominus corpus meum insepultum abiiciant et male mulceant: est *αἰκίζεσθαι*." *Heyn.* Wagn. de hoc usu verbi *defendendi* conferri iubet Groebelii Obss. in Scriptt. Rom. class. Spec. XII. p. 13. Vid. etiam adnott. ad Ecl. VII, 47. — **906.** *me consortem concede sepulchro nati* pro vulg. me consortem facias sepulcro nati. Cf. etiam Macrob. IV, 6. — **907.** *haud inscius.* Cf. IX, 552. *seseque haud nescia morti Inicit.* — **908.** Heyn. verba sic coniungit: *animam diffundit* cum *cruore undanti in arma*, i. e. thoracem vel clipeum, coll. v. 487. Sed ipse verborum ordo suadet, ut iungamus *animam diffundit in arma* et per *animam* sanguinem intelligamus, quo vita continetur, ut IX, 349., ubi vid. adnott. Cf. etiam Cort. ad Lucan. VII, 622. Eadem est Wagneri sententia, qui verba *undanti cruore* ex usitata poetici sermonis ubertate adiecta censet pro: undantem animam diff. in arma. Cf. etiam Wakef. ad Lucr. IV, 88. Cum *undanti* autem *cruore* cf. supra IX, 700. Ceterum non reticendum, unum Menag. I. pro *in arma* exhibere *in arva*, quod Ribbeckio Proleg. p. 356. non sine causa pulchrius videtur.

P. VERGILI MARONIS

A E N E I S.

LIBER UNDECIMUS.

ARGUMENTUM.

Occiso Mezentio victor Aeneas proximo die Marti tropaeum erigit et Pallantis mortui corpus multo cum honore ad Euandri urbem remittit, ubi summo et patris et suorum et omnium luctu excipitur (1—99.). Interim oratores a Latinis missi dierum duodecim indutias ab Aenea impetrant ad suos sepeliendos (100—138.). Euander advectum Pallantis occisi corpus excipit oratione et doloris et gratiae erga Aeneam eiusque socios plena (139—181.). Utraque pars, et Troiani et Etrusci Latinique, suos in pugna caesos supremis honoribus persequuntur. Praecipuus dolor est Laurenti, ibique Turnus in magnam adducitur invidiam (182—224.). Eodem quoque tempore Venulus, quem sub belli initium legatum ad Diomedem miserant Latini, Arpis ad suos reversus auxilia sibi denegata renuntiat (225—295.). Audita legatione varioque fremitu excepta Latinus, spe sua destitutus, consilium convocat legatosque de pacis condicionibus, quas satis aequas proponit, ad Aeneam mittendos censet (296—335.). Ibi primum Drances orationem habet pacis amicam, Turno inimicam (336—375.), tum Turnus, Drancis argumenta et criminationes confutans (376—444.). Interim Aeneas, bipartito divisis copiis, levis armaturae equites planis itineribus ad urbem praemittit: ipse cum reliquo exercitu per loca silvis montibusque impedita ad editiorem oppidi partem contendit. Cuius rei nuntio Laurentum perlato tota urbe trepidatur, consilium dimittitur, paranturque ad urbis defensionem necessaria (445—485.). Turnus cognito per exploratores Aeneae consilio et arrepta pugnandi opportunitate bifariam et ipse suas copias partitur; equitibus Messapum et Camillam praeficit, eosque hostium equitibus opponit, ipse cum peditibus angustias Aeneae peragrandas breviori itinere occupat atque ibi in insidiis subsistit (486—531.). Interponitur episodium de Camilla. Diana enim instante Camillae interitu commota Opim Nympham ad ulciscendum eius interfectorem excitat (532—596.). Interim equestre proelium committitur diuque dubio utrimque eventu pugnatur (597—647.). Ipsa Camilla excellit fortitudine magnamque edit stragem hostium (648—724.). Tum Tarchon a Iove suscitatus proelium restituit et Camilla, dum Chloreum, Cybeles sacerdotem, incautius sequitur, ab Arunte ex insidiis hasta traiicitur (725—835.). Quam tamen sacrae virginis caedem Aruns ipse paulo post ab Opi, Dianae ministra, sagitta traiectus capite luit (836—867.). Camillae nece consternati Volsci Rutulique fugam arripiunt: Troiani urbis oppugnationem parant, in qua defendenda ipsae matronae viris strenue opitulantur (868—895.). Calamitatis nuntio ab Acca, Camillae comite, ad Turnum perlato, hic relictis, quas obsederat, angustiis, suis auxilio accurrit. Subsequitur Aeneas parvo intervallo; sed cum nox iam ingruens proelium differre cogat, utrique castra ante urbem collocant.

Oceanum interea surgens Aurora reliquit.
Aeneas, quamquam et sociis dare tempus humandis
Praecipitant curae turbataque funere mens est,
Vota deum primo victor solvebat Eoo.
Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuvias, tibi, magne, tropaeum,
Bellipotens; aptat rorantis sanguine cristas

---

1. „Altero mane post superioris diei pugnam, cuius exitum poeta non diserte memoravit, Mezentii caede territos Rutulos in fugam se dedisse, facile unus quisque assequitur. Brevitatisne studio hoc dederit poeta, qui sempor ad eventum festinat, et, quae ornari non possunt, omittit, an secundis curis reservarit, quis pro certo affirmet?“ *Heyn.* Wagn. Qu. Verg. VII, 10. h. l. sic explicat: „Proximo mane, postquam Aurora Oceanum reliquit“, cui adversatur Haud. Turs. III. p. 417., Part. *interea* cum Perfecto constructam sic intelligi posse negans, quae potius poetis epicis et historicis usurpetur in transgrediendo ad alias res continuo tempore factas. Vid. Aen. I, 124. V, 1. X, 1. ibique adnott. et imprimis quae ad X, 1. de hoc loco iam disputavimus. Peerlk., hoc nimio brevitatis studio vel potius hac negligentia poetae offensus, coll. Aen. III, 588. IV, 6. V, 42. VII, 148. et XII, 113., paulo audacius coni. *Postera ut Oceanum surgens* etc. non respiciens, hunc versum simpliciter esse repetitum ex IV, 129. — *surgens.* Vid. ad IX, 460. Hic versus bis respicitur in Anth. Lat., II, 193, 49. *Oceano interea surgens Aurora videbat Mezenti ducis exuvias* et ibid. 194, 61. *Oceanum interea Phoebus superaverat ortu.* — 2. *Quamquam* etc. Servius haec adnotat: „Consuetudo Romana fuit, ut polluti funere minime sacrificarent. Si tamen contingeret, ut uno eodemque tempore funestaretur quis et cogeretur operam dare sacrificiis, elaborabat, ut ante sacra compleret, quam funus agnosceret.“ Aeneas igitur utrique officio et vota solvendi et caesos humandi satisfacit, sed servato iusto utriusque actionis tempore. — Pro *et*, quod Parrhas. omittit, Ribbeck. sine ulla causa coniicit *ei* (*hei*) coll. infra v. 57. — *sociis dare tempus humandis.* Cf. Val. Fl. V, 276. *Datus et sociis utrimque cremandis Ille dies alterque dies.* *Tempus dare* legimus etiam ap. Ovid. ex P. II, 9, 50. — 3. *curae praecipitant*, valde urgent, premunt, ut impendat tempus humandis caesorum corporibus. Cf. Stat. Theb. I, 679. *Sed si praecipitant miserum cognoscere curae.* De Infinitivo (*dare*) inde pendente vid. ad II, 33. — „*funere*, dolore ex funeribus suorum, imprimis Pallantis.“ *Heyn.* Wagn. tamen Servii verbis „*funere*, Pallantis κατ' ἐξοχήν“ haec adiicit: „nisi forte (uti equidem statuo) ea verba ita accipienda sunt, ac si poeta dixerit: eâque curâ turbata mens est.“ Peerlk. vss. 2. et 3. sine iusta causa spurios censet, recte ab Iahnio in Annal. phil. XLIII. p. 18. refutatus. — 4. *vota deum*, quae diis voverat. Cf. adnott. ad III, 717. — *Primo Eoo*, i. e. Lucifero (vid. ad III, 588.), s. primo mane Aeneas diis vota persolvit et in Martis honorem tropaeum erigit, quod quomodo construatur, hic locus imprimis nos docet. Imitatur h. l. Stat. Theb. II, 704 sqq. — *solvebat - - Constituit.* Vid. ad III, 588. (I, 223. II, 1. al.) adnott. — 5. Cf. X, 423. (et 775.). — 6. *Constituit* etc. Cf. Anth. Lat. II, 192, 101. *Constituit Marti spoliorum ex hoste tropaeum.* — *tumulo*, in colle aut super terra ad hunc finem aggesta. Stat. l. l. v. 708. dixit *aggere camporum medio.* Tropaea autem, si natura loci ferebat, in collibus aut certe in tumulo aggestae terrae erecta esse, per se consentaneum est. Serv. confert Sallustii fragm., ubi de Pompeio: *Devictis Hispanis tropaea in Pyrenaeis iugis constituit.* — 7. *tibi, magne, tropaeum* etc. Cf. X, 542. *tibi, rex Gradive, tropaeum.* — *Bellipotens*, Mars, qui IX, 717. *armipotens* vocatur. Eodem Martis nomine utuntur Ennius ap. Cic. Div. II, 56, 116. (Ann. VI. fr. 8. p. 31. Vahl.) Stat. Theb. II, 716. et Silius X, 548. Sic etiam Vulcanus *ignipotens* VIII, 414., Pallas *bellipotens* dicitur Stat. Theb. II, 715. cett. — *aptat*, scil. quercui. — *rorantis sanguine*

Telaque trunca viri et bis sex thoraca petitum
Perfossumque locis clipeumque ex aere sinistrae
Subligat atque ensem collo suspendit eburnum.
Tum socios — namque omnis eum stipata tegebat
Turba ducum — sic incipiens hortatur ovantis:
„Maxuma res effecta, viri; timor omnis abesto,
Quod superest; haec sunt spolia et de rege superbo
Primitiae manibusque meis Mezentius hic est.
Nunc iter ad regem nobis murosque Latinos.
Arma parate animis et spe praesumite bellum,

---

cristas. Cf. VIII, 645. *rorabant sanguine vepres* et XII, 512. *capita rorantia sanguine.* — **9.** *Tela trunca viri*, i. e. fractas Mezentii hastas (cf. X, 882 sqq.). — *bis sex locis*, h. e. omnino saepius. Statius l. l. v. 711. *perfossaque vulnere crebro arma.* Ceterum Heyn. de vulneribus per totam pugnam illatis cogitandum esse docet, coll. X, 691 sq. et v. 715 sq. De *perfodiendi* verbo cf. Heins. et Drak. ad Silii II, 17. — **10.** *clipeum ex aere*, pro *aereum*, ut V, 266. *geminos ex aere lebetas.* — **11.** *ensem eburnum*, capulo eburneo vel potius vagina ebore ornata instructum, ut IX, 305. Heyn. comparat Hom. Od. VIII, 404. Gud. a m. sec. *eburneum*, quod temere placuit Heinsio; cum Verg. hac forma prorsus abstineat. — *collo suspendit.* Cf. VIII, 459. ibique adnott. et IX, 303. — **12.** *tegebat*, ut tutus esset ab hostibus. Conington confert Stat. Silv. V, 1, 25. — **14** sqq. Heins. minus recte locum sic distinxit: *Maxima res effecta viri. Timor omnis abesto. Quod superest: haec sunt* cett. Sed *viri* aperte est Vocativus, non Genitivus, quem alii non magis probabiliter cum *timor* iungunt; *quod superest* autem significat τὸ λοιπόν, quod attinet ad reliquum belli tempus, et *haec sunt spolia* illustrant illa *Maxuma res effecta;* quod iam Heyn. perspexit, qui confert Hom. Il. XXII, 391 sqq. — Verba *timor omnis abesto* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 181. — **15.** *spolia de rege superbo*, Mezentio, (non Turno, ut Serv. et alii) scil. capta. Vid. adnott. ad III, 288. — **16.** *primitiae*, quia bellum inchoatum modo est, nondum confectum. „Mea virtute de Mezentio nihil superest, quam hoc tropaeum, haec eius arma trunco-imposita. Paulo durior est oratio verborum iunctura: *meis Manibus Mezentius hic est*, virtute mea talis est, [hoc est, quod superest de Mezentio; viri antea tam terribilis nil superest, nisi arma in trunco suspensa, quae eum nobis repraesentant. Ladew. verba simpliciter sic reddit: *„Errichtet durch mich steht dieser Mezenz hier*", quod mihi satis siccum videtur. Melius Conington haec verba habet *„equivalent to* manibus meis in tropaeum conversus est", qui simul memorat, Vergilio hic obversatum esse locum Aesch. Agam. 1404 sqq.] - - Si cadaver ostenderetur, expeditior res esset: nunc tropaeum ostenditur, quod Mezentium esse ait. Cf. tamen X, 775. et infra v. 173. — *hic M.*, οὗτος, ἐκεῖνος ὁ *M.*, ut supra IX, 481. *Hunc ego te, Euryale, adspicio.* Alii pro Adverbio *hic* accipiunt, minus bene." *Heyn.* Peerlk., cum Cod. Voss. exhibeat *in manibusque*, non minus audacter quam infeliciter coni. *immanis quercus M. haec est*, i. e. haec quercus est immanis ille M. — **17.** Verba *Nunc iter ad regem nobis* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 272. — V. 18. vulgo sic distinguitur: *Arma parate, animis et spe* etc., aptior autem videtur ea ratio, quam Wagn. ex Med. et Servii auctoritate praetulit, et nos cum Süpflio et Iahnio secuti sumus. Sic enim non solum parallelismus membrorum — *parate animis*, i. e. armorum usum animo vobiscum ante peragite (cf. VI, 105. et II, 799.), *ne qua mora ignaros impediat* et *spe praesumite bellum* (cf. IX, 158. et infra v. 491.), *ne segnes metu sententia tardet* —, verum etiam connexus sententiarum iuvatur. Cum enim Aeneas ante omnia caesos sepeliri velit, vix suis imperare potest, ut iam nunc vere arma parent certamini. Wagn. memorat, Vergilium, si illud voluisset, potius scripturum fuisse: *Arma parate, animisque et spe* etc., docetque hanc esse sententiam: „animi vestri defixi sint in armis parandis, ne, quando pugnandum erit, mora sit in vobis, et

Ne qua mora ignaros, ubi primum vellere signa
Adnuerint superi pubemque educere castris,
Inpediat segnisve metu sententia tardet.
Interea socios inhumataque corpora terrae
Mandemus, qui solus honos Acheronte sub imo est.
Ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
Muneribus maestamque Euandri primus ad urbem
Mittatur Pallas, quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies et funere mersit acerbo."
Sic ait inlacrimans recipitque ad limina gressum,

---

ne metus vos segnes reddat, toti estote in cogitatione belli futuri." Conington minus recte interpretatur per: arma parate animose, coll. infra v. 438. *ibo animis contra.* *Animis* autem *parati* iam legimus II, 799. Gossr. nec post *parate*, nec post *animis* Commate distinxit. — Cum verbis *spe praesumite bellum* cf. infra v. 491. *spe iam praecipit hostem.* — **19.** *vellere signa* iam legimus Geo. IV, 108. Thiel. de hac dicendi formula ap. Romanos conferri iubet Rosini Antiqq. Rom. X, 14. p. 979. Schweigh. ad Appian. T. III. p. 40. et Ruhnk. dict. in Suet. Claud. 13. Hic omnino est i. q. cum exercitu proficisci. — **20.** *Adnuerint superi.* Apud Romanos enim exercitum contra hostes ducere non licuit nisi auspiciis adsentientibus. — **21.** *sententia segnis metu*, i. e. segne consilium; *tardet*, scil. vos. Respicit hunc locum Paulin. vit. Mart. II, 27. *Vel mortis si dura preces sententia tardet* (a Wold. Ribbeckio laud.). Quod attinet ad voc. *sententia*, cf. infra XII, 238. *Talibus incensa est iuvenum sententia dictis.* — **22.** *socios inhumataque corpora* poetice pro: inhumata corpora sociorum. Vid. adnott. ad Aen. I, 2. — **23.** „*qui solus*: notissimum illud Homericum: *τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων* Iliad. XVI, 675. et al." *Heyn.* — *Acheronte sub imo*, in Orco, in inferis. *Imus Acheron* etiam ap. Ovid. Met. XI, 503. Manil. I, 93. Sen. Hippol. 97. al. legitur. — **24.** *ait.* Verbi dicendi iterationem in media oratione, quam Servio teste fuerunt qui vituperarent, *Burm.* sic defendit: „Prior pars orationis ad duces fuit habita, qui eum stipabant (v. 13.); nunc ad alios, qui funera curarent, se convertit; et hinc voc. *ite*, quo militibus aut famulis imperat, ut IV, 593." Rectius vero Iahn. memorat, repetitum dicendi verbum indicare, Aeneam verbis prioribus dictis pausam fecisse, atque verba *Ite; egregias animas* etc. ita locutum esse, ut quasi novam orationem exordiri videretur. Cf. enim III, 480. et V, 551. Peerlk. tamen, verbo *ait* imprimis propterea offensus, quod poeta orationis Aeneae initium fecerit verbis *sic incipiens hortatur* et finem *Sic ait illacrimans*, coni. *Ite, agite.* — *egregias animas.* Cf. Stat. Theb. X, 444. Macrob. IV, 4, 9. p. 372. Ian. et Schol. Hor. Crucq. ad Od. III, 2. *qui* exhibent pro *quae*, quod cupidius arripuit Wakef. ad Lucr. V, 5.; Macrob. enim et Schol. ille, omittentes verba *egregias animas*, vix aliter scribere potuerunt, quam *qui*; quod iam Wagn. docuit. Huius loci memor Silius XV, 394. scripsit *vos ite superbae Exsequias animae.* — **25.** *hanc patriam*, novas sedes in Latio. — *sanguine peperere suo.* Cf. VII, 423. *quaesitas sanguine dotes.* — *decorare* verbum proprium hac de re. Cf. Walch. ad Tac. Agr. c. 46. p. 431. et supra IX, 215. — *supremis muneribus.* Vid. ad VI, 213. et al. et infra v. 61. 76. — **27.** *quem non virtutis egentem* cett. (i. e. fortitudine egregium) Enniana esse, Serv. memorat. (Cf. Ennii ed. Vahlen. p. 85., ubi etiam p. 104. hoc legitur fragm. ex eius Alex. a Cic. Tusc. III, 19, 44. nobis servatum: *Ex opibus summis opis egens, Hector, tuae.* Post Ennium haud pauci *egere* cum Gen. construxerunt.) Cf. etiam Homericum *οὐδέ τι ἀλκῆς δευόμενον* (Il. XIII, 785. al.). — V. **28.** iam supra legimus VI, 429., ubi vid. adnott. — **29** sqq. „Corpus Pallantis pompa funebri ad patrem Euandrum ducitur. — *ad limina* [scil. sua, domum suam cf. v. 36 sq., quo post profectio-

Corpus ubi exanimi positum Pallantis Acoetes
Servabat senior, qui Parrhasio Euandro
Armiger ante fuit, sed non felicibus aeque
Tum comes auspiciis caro datus ibat alumno.
Circum omnis famulumque manus Troianaque turba
Et maestum Iliades crinem de more solutae.
Ut vero Aeneas foribus sese intulit altis,
Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt
Pectoribus maestoque inmugit regia luctu.

---

nem suam pedem nondum intulerat, ut verba *recipit gressum* tantum priora tempora respiciant], in receptis castris s. nova Troia. — *ubi*, in vestibulo ex more: ἀνὰ πρόθυρον Iliad. XIX, 212." *Heyn.* Thiel. conferri iubet Kirchmann. de funer. I, 12. Lips. ad Tac. Ann. III, 5. et ad Sen. Ep. 12. Si *limina* strictiore sensu posita accipimus, quod non opus est, sane de vestibulo erit cogitandum, ubi tamen apud Romanos raro tantum mortuorum corpora proponebantur, quod vulgo fiebat in atrio. Vide librum meum *Hellas u. Rom.* I, 1. p. 118. cum adn. 333. Ceterum Wagn. Qu. Verg. XL, 2. hunc quoque locum adnumerat iis, quos Verg. „emendaturus, si licuisset, erat;" cum vix credibile sit, Aeneam nunc demum, tota nocte interposita, quam ubi transegerit nemo perspiciat, domum suam revisere et interemptum Pallanta conspicere. Sed haud dubie Aeneas noluit se polluere cum mortuo in eadem domo pernoctans. — **30.** *exanimi.* Vid. ad IV, 8. et IX, 444. — *positum.* Vid. ad II, 644. — **31.** *Servabat*, ne laederetur. Lersch. Ant. Verg. §. 86. hunc comparat Apuleii locum Met. II. p. 39. Bip. [II, 21. p. 143. Oud.] *Si qui mortuum servare vellet, de pretio liceretur* (quam miram locutionem Hildebr. mutavit in *se pretio locaret*). Verba *Servabat senior* hinc repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 142. De hiatu *Parrhasio Euandro* vid. ad Ecl. II, 24. Aen. I, 617. et al., et de Adiectivo *Parrhasius* ad VIII, 344. — **32.** *Armiger ante fuit*, ut IX, 648. — *Armiger* et *comes* (θεράπων), de quo nobili et honorato hominum genere Wagn. conferri iubet Huschk. ad Tib. II, 6, 2. (Cf. Aen. I, 188. II, 477. IX, 648. X, 333.) Particip. tamen, quod additur, *datus*, scil. a patre, suadere videtur, ut comitem magis de custode et rectore iuvenis intelligamus. Vid. ad V, 546. — *Comes ibat.* Vid. II, 704. VI, 159. 448. VIII, 466. cett. — *datus alumno*, scil. comes. Ergo Pallantem educaverat et armorum usum docuerat. — **34.** *famulum.* Eadem (rarior tamen in hac voce) Genitivi contracti forma legitur ap. Val. Fl. I, 752. III, 20. 282. Stat. Silv. III, 4, 57. Theb. I, 554 XI, 327. Cf. *equum* Geo. II, 542. Aen. VII, 189. 651. 691. et saepius atque Neue *Formenl.* I. p. 113. — V. **35.** fere totus iam adfuit III, 65. — „An recte *Iliades* memoratae sint, vid. ad IX, 217. et III, 65. Mos autem perpetuus cum veteris aevi, ex Homero notus, tum barbarorum populorum, ut lamenta super mortuo facerent non viri, sed feminae." *Heyn.* Wagn. docet, intelligendas esse mulieres, quae maritos suos secutae sint earumque filias. Sic haec bene conciliari possunt cum V, 715. 750. et IX, 217., ex quibus locis, una excepta Euryali matre, non nisi mulieres longaevas et itinere maritimo fessas in Sicilia relictas esse discimus. — *maestum crinem*, qui prodit maestitiam. Sic *maestae comae* ap. Ovid. Fast. IV, 854., *maestae arae* Aen. III, 65., *maesta vestis* ap. Prop. III, 4, 13, *maestae tubae* ap. eund. IV, 11, 9. etc. — **36.** Heyn., ad naturae veritatem pertinere memorans, quod Aeneae adventu renovetur luctus, confert Stat. Theb. VI, 37 sqq. et Val. Fl. III, 389 sqq. Adde Livii locos I, 29. et 48., a Peerlk. collatos. — **36.** Verba *foribus sese intulit altis* repetit Auson. in Cent. nupt. 46. Contra XII, 441. legimus *portis sese extulit ingens.* Cf. etiam infra v. 462. — **37.** *tunsis Pectoribus.* Cf. I, 481. — **38.** *inmugit regia.* Vid. ad II, 488. — *maesto luctu.* Eodem pondere dicendi *maesti questus* Geo. IV, 515., *maestae querelae* Tib. I, 8, 53., *maesti fletus* Prop. I, 5, 15., *miserae querelae* Ovid. Met. II, 342., *tristes lacrimae* Tib. I, 1, 62. (ubi vid. Dissen.) et similia. Ceterum non erat, cur vox *maestus* post breve inter-

Ipse caput nivei fultum Pallantis et ora
Ut vidit levique patens in pectore volnus
Cuspidis Ausoniae, lacrimis ita fatur obortis:
„Tene, inquit, miserande puer, cum laeta veniret,
Invidit Fortuna mihi, ne regna videres
Nostra neque ad sedes victor veherere paternas?
Non haec Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam, cum me conplexus euntem
Mitteret in magnum imperium metuensque moneret

---

vallnm repetita (vid. v. 35.) adeo displiceret Peerlkampio, nt etiam coniecturam proponeret Vir doct. *mistoque* (i. e. luctus famulorum turbae Troianae et Iliadum effecit, ut regia mugiret), cum etiam Aen. XI, 807. Cod. Rom. pro *mixtoque metu* habeat *maestoque* atque apud Lucan. VII, 37. haec legantur: *Te misto flesset luctu iuvenisque senexque.* De talibus enim repetitionibus eiusdem vocis post breve intervallnm vid. annot. ad Ecl. VI, 16. Aen. I, 315. 429. II, 207. 633. al. Nihilominus etiam Ribbeck. Peerlkampium *misto* „fortasse recte" coniecisse memorat. — **39.** Cum verbis *caput et ora*, quae „*semi-pleonastically*" posita censet, Conington comparat VI, 109. *Conspectum genitoris et ora;* sed neque semipleonasmum hic statuerim. — *Niveus* (de quo voc. cf. Wagn. ad Eleg. ad Messal. p. 23.) non minus, qnam statim sequens epitheton *levis,* quo utroque prima iuventus iudicatur, Wagnero iam observante, praeclare facit ad augendam inmaturae mortis miserationem. — **40.** *levi* Serv. recte explicat: pnlchro, puerili, nondnm setoso. Cf. aduott. ad VII, 815. Heyn. minus recte de corpore loto et a cruore purgato cogitat. Iacob. Disquiss. Vergg. P. 1. p. 10. confundit *lēvis* et *lĕvis;* Peerlk. antem coni. *laevo,* ut Pallas dicatnr in corde vulneratus. — *volnus Cuspidis Ausoniae.* Cf. VII, 756. *Dardaniae cuspidis ictum* et II, 436. *volnere Ulixi.* — **41.** *lacrimis obortis.* Vid. IV, 30. Coningtou confert Hom. Il. XVIII, 235. — *fatur - - inquit.* Vid. ad II, 78. et V, 551. Non igitur erat, cur Bothius (iam ab Iahnio refutatus) coniiceret *lacrimis affatur obortis.* — **42.** *miserande puer,* ut VI, 882. et X, 825. — *cum laeta veniret* Fortuna, quamqnam ab initio Fortuna mihi arrisit. Obloquitur mihi Conington; non tamen perspicio, quomodo eius explicatio „*The meaning is that fortune in the moment of victory grudged that Pallas should share the triumph*" a mea valde differat. Thiel. *laeta* explicat per laetitiam afferens, coll. Markl. ad Stat. Silv. IV, 8, 27. — **43.** *Tene - - Invidit mihi.* Serv. comparat Ecl. VII, 58. *Liber pampineas invidit collibus umbras.* De Fortunae *invidia* idem Thiel. confert Sen. Herc. fur. 524. Claud. in Ruf. I, 194. Stat. Silv. V, 1, 137. Iuven. XV, 95. alios. — *ne r. videres, neque - - veherere* non sunt disiuncta, sed alterum ex priore sequitur. Cf. Wagn. Qu. Verg. XXXVI, 15. Obbar. in Muetzellii Ephem. gymn. a. 1850. p. 908 sqq. Hand. Turs. IV. p. 120. et aduott. ad Ecl. II, 34. — Cum v. **45.** cf. simillimus infra 152. Aeneas haud dubio Euandro promiserat, Pallantem victoria parta incolumem esse rediturum seque vitam eius, qnantum posset, tuiturum. Servius adnotat: „*κατὰ τὸ σιωπώμενον* hoc intelligimus. Nam abscedens nusquam est Euandrum allocutus Aeneas." — **47.** „*in magnum imperium.* Do Latio et de novis in eo sedibus parandis accipiendum. Aucta res magnifice a poeta; *magnum,* respectu fatorum ac vaticiniorum, quibus Aeneae eiusque posteris magnum in Italia imperinm promissum erat. Hinc ducti plures loci IX, 267. IV, 267. 275." *Heyn.* Sic igitur *ad imperium* esset i. q. ad magnum imperium parandum, fundandum; atque ita etiam Wagn. et Ladew. explicant. Vid. ad VII, 757. et al. Peerlk. tamen, hand scio an rectius, interpretatnr: „ut magnum illnd imperinm exercitus Tyrrheni capesserem et sio Rntnlos adorirer," coll. Aen. VIII, 509. et 513. et hac causa adiecta: „Sed ad hoc imperium [in Italia condendum] fata Aeneam mittebant, [non Evander], et iam miserant, cum esset in Italia." Cui quamvis non multum tribnerim, quia verba *cum mitteret in magnum im-*

Acris esse viros, cum dura proelia gente.
Et nunc ille quidem spe multum captus inani
Fors et vota facit cumulatque altaria donis;
Nos iuvenem exanimum et nil iam caelestibus ullis
Debentem vano maesti comitamur honore.
Infelix, nati funus crudele videbis!
Hi nostri reditus exspectatique triumphi?
Haec mea magna fides? At non, Euandre, pudendis
Volneribus pulsum adspicies nec sospite dirum

---

perium etiam hoc significare possunt: cum dimitteret me, ut magnum illud imperium ex fati voluntate conderem, versus tamen 48. Peerlkampii explicationem magis iuvare videtur, quam Heynianam. Ceterum cf. supra VI, 812. *Missus in imperium magnum.* Prorsus diversa ratione Bryce hunc locum intelligit, qui immemor loci modo comm. perperam censet *mittere in aliquid* semper hostilem indicare animum, et premens verba *metuens moneret, acres esse viros, proelia cum dura gente* collatis locis I, 263. IV, 229. et X, 87. potius de magno Latini et Turni imperio cogitat, et explicat „*against a mighty empire* (*or nation*).“ Sed hanc sententiam Verg. profecto aliter neque post illum locum l. VI. tam ambiguo expressisset. — *metuens* absolute sine casu obiecti, ut XII, 21. — **48.** *cum dura gente.* Cf. V, 730. *Gens dura atque aspera cultu.* — Cum v. **49** sq. Heyn. conferri iubet Soph. Ai. 589 sq. Wakef. ad Lucr. II, 1093. coniungit *multum inani,* comparans Lucr. II, 1093. *multum serenus,* Hor. Od. I, 25, 5. *multum facilis,* Plaut. Capt. II, 2, 22. *multum molestus,* Aul. II, 1, 5. *multum loquax.* Sed praestat coniungere verba *multum captus.* Vid. etiam adnott. ad Geo. III, 226. et Aen. IV, 390. (Adsentiuntur mihi Conington et Benoist.) Peerlk. praeter necessitatem et satis audacter coni.: *spe mulcet pectus inani; Fors* etc. Ceterum verba *spe multum captus inani* repetita legimus in Anth. Lat. I, 170, 96. et I, 178, 112. — **50.** *Fors et,* ut II, 139., ubi omnino cf. adnott. de voce *fors* adverbialiter usurpata. — *cumulat altaria donis.* Cf. supra VIII, 284. XII, 215. Tibull. II, 5, 6. Curt. V, 1. all. — **51.** „*nil iam caelestibus ullis Debentem.* Animose dictum! Referendum autem ad v. 50. Qui vota fecit, *debere* dicitur *diis,* si rata sunt; sin irrita sunt, nihil debet. Itaque iuveni iusta persolvunt Troiani, pro quo vota ab Euandro patre frustra suscepta fuere, et quem dii salvum et incolumem esse noluerunt. - - - Cf. ad X, 880. Plerique eo referunt sententiam, quod Pallas iam sub deorum inferorum potestatem venit.“ *Heyn.* Imitatus est h. l. Silius XV, 370 sq. *Circumdata postquam Nil restare videt virtus, quod debeat ullis Iam superis.* Cf. etiam Intpp. ad Priap. 83, 15. et Gronov. ad Senec. Phoen. 194. Peerlk. praeterea comparat Tac. Germ. 46. Plin. Pan. 30. et similes locos. — *vano,* aut qui mortuum non revocat in vitam, ut Heyn. interpretatur (cf. VI, 886. et Bach. ad Ovid. Met. II, 340.), aut qui ipsum nihil iuvat, quippe qui nullum eius rei sensum habeat, ut Wagn. explicat. — **53.** Verba *funus crudele videbis* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 121., ut totus versus, qui sequitur, ibid. v. 207. — **54.** *Hi nostri reditus, - - triumphi,* a nobis promissi. Cf. VIII, 532 sqq. — **55.** *Euandre.* Vid. ad VIII, 100. Sic X, 394. *Thymbre,* paulo ante autem v. 391. *Thymber.* — „*at non pudendis* (sed pulchris et honestis, adverso corpore, cf. Il. XIII, 288 sqq.) *volneribus pulsum, πληγέντα,* percussum.“ *Heyn.* Conington rectius, puto, explicat: fugientem cum vulneribus. Sic certe etiam Servius locum intellexit: „Si fugisset vulneratus a tergo, ipse ei optares interitum.“ *Pudendus* autem praeterea legimus ap. Ovid. Fast. I, 392. III, 500. IV, 598. VI, 112. Her. V, 44. et alibi, etiam apud prosae orationis scriptores. Cf. Neue *Formenl.* II. p. 483 sq. Wagn. corr. *Volneribus fusum,* cum *pulsum* non satis Latinum sit. Sed *pulsum,* i. e. *πληγέντα,* defendi ex v. 783. et ex Sen. Herc. Oet. 208., memorat Iahn; ac magis etiam defenditur Conringtonis explicatione modo proposita. — „*so-*

Optabis nato funus pater. Hei mihi, quantum
Praesidium, Ausonia, et quantum tu perdis, Iule!“
Haec ubi deflevit, tolli miserabile corpus
Imperat et toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui supremum comitentur honorem
Intersintque patris lacrimis, solatia luctus
Exigua ingentis, misero sed debita patri.
Haud segnes alii cratis et molle feretrum
Arbuteis texunt virgis et vimine querno
Exstructosque toros obtentu frondis inumbrant.
Hic iuvenem agresti sublimem stramine ponunt:
Qualem virgineo demessum pollice florem
Seu mollis violae seu languentis hyacinthi,
Cui neque fulgor adhuc nec dum sua forma recessit,

---

spite - - nato, scil. cum infamia, turpi fuga e pugna servato: cuins dedecoris dolore exardesceus pater infaustus sibi mortem, *dirum funus*, optat.“ *Heyn.* Sic iam Servius: „Nou talem habes filium, qno sospite tibi dirum funus optares.“ Peerlk. tameu, qui putat, mortem, quam sibi optent infelices liberorum culpa pareutes, *miseram*, uon vero *diram* vocari posse, paulo artificiosius interpretatur: *nec pater, sospite nato, Optabis dirum funus* uati (quem Genit. propter atrocitatem voti omissum pntat), ut tale funus *dirum* dicatur, quod dirus et impius sit, qui optet. — **57.** *Hei mihi.* Vid. ad II, 274. — **59.** *Haec ubi deflevit*, postquam haec cum fletu dixit et fleudo finem fecit: de qua signif. Burm. conferri iubet Cauuegicter. ad Avian. fab. I. Conington comparat supra VI, 220. Lucr. III, 907. Tac. Anu. III, 5. Iterantur haec verba in Anth. Lat. I, 172, 55. — *tolli.* Cf. infra v. 206. — *corpus miserabile* legimus etiam Ecl. VI, 22. — **60.** Pro *agmine* Pal. et Rom. cxhibent *ordine*, qnod ex VII, 152. huc translatum videtur. — **61.** *qui supremum comitentur honorem*, qui supremum honorem ei habeaut comitaudo. Cf. infra v. 76. — V. **64** sq. ante oculos habuerunt Silius X, 561 sqq. et Stat. Theb. VI, 54 sqq. Cf. etiam Gronov. Diatr. Stat. c. 17. et Kirchmann. de fuu. II, 9. — *crates et feretra*, ἓν διὰ δυοῖν, pro crate, qna pro feretro uterentur. — *molle*, quia viminibus erat textum. — **66.** „*obtentu frondis*, obteutis froudibus ac ramis, qui umbram desuper corpori facerent posito in feretro e crati, ex virgis et viminibus coutexta.“ *Heyn.* Voc. *obtentus* legitur etiam ap. Gellium XI, 18. (*obtentu togae*) ot Sallust. Or. de rep. ord. II, 19. (*obtentui esse*). Cf. Rnddim. I. p. 235. et vid. aduott. ad I, 160. (ubi *obiectu laterum* legimus). — **67.** *Hic - - agresti stramine.* Vid. ad Ecl. I, 53. — *agresti stramine* autem Wagn. recte interpretatur „virenti fronde substrata.“ Cf. Silins l. l. *Sublimem educere pyram mollesque virenti Stramine composuere toros*, ct Statius l. l. *feretrum Texitur: ima virent agresti stramina cultu.* Ribbeck. etiam hic *sublimen* cdidit. Vid. ad Geo. I, 242. et Aen. I, 259. — **68** sq. Cf. similis locus IX, 435 sqq. ibique adnott. — *demessum pollice florem.* Iam Cerda comparat Catnll. 60 (62), 43. *Idem* (flos) *cum tenui carptus defloruit ungui*, Wold. Ribbeck. autem Colum. de cultu hort. 303. *duro qui pollice molles Demetitis flores*, quibus locis Conington addit Prop. I, 20, 39. *Quae modo decerpens tenero pueriliter ungui Proposito florem praetulit officio.* Similem comparationem iam legimus IX, 435 sqq. — **69.** *mollis viola* non *das Veilchen*, quae *viola nigra* dicitnr, sed *die Levkoje.* Vid. Ecl. V, 38. VI, 53. et adnott. ad Ecl. II, 47. — *languens hyacinthus* (de quo vide ad Ecl. II, 18. et III, 106.) videtur esse, qui caput demittit, qnod huic flori eiusqne origini fabulosae accommodatissimum. *Languere* de floribus et aristis legitnr ap. Prop. V, (IV,) 2, 46. Val. Fl. VII, 24. al. — **70.** *Cui neque fulgor*, scil. recessit; noli supplere *est.* — *sua forma*, sua pulchritudo. „Qui nondnm marcidns elangnit, uec tamen pristiuo

Non iam mater alit tellus virisque ministrat.
Tunc geminas vestes auroque ostroque rigentis
Extulit Aeneas, quas illi laeta laborum
Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat et tenui telas discreverat auro.
Harum unam iuveni supremum maestus honorem
Induit arsurasque comas obnubit amictu,
Multaque praeterea Laurentis praemia pugnae
Aggerat et longo praedam iubet ordine duci.
Addit equos et tela, quibus spoliaverat hostem.
Vinxerat et post terga manus, quos mitteret umbris
Inferias, caeso sparsurus sanguine flammas,

---

vigore uitet.“ *Heyn.* — Peerlk., tamen et in verbo *est* post *adhuc* omisso et in ipsa sententia haerens, cum, qui formam suam servaverit, non amiserit fulgorem (?), coniecit *Cui neque fulgor adhuc, neque adhuc sua forma recessit.* — V. **71.** iteratur in Anth. Lat. I, 45, 12. Cf. autem Geo. II, 286. *viris dabit omnibus aequas Terra.* — **72.** De hoc more antiquitatis defunctis comburendis vestes aliaque munera addendi Heinrich. conferri iubet Burm. ad Valesii Emendatt. c. 19. p. 25. Vide etiam, quae exposui in libro meo *Hellas u. Rom* I, 1. p. 120. — *geminas vestes.* Vid. ad I, 162. — *vestes auro ostroque rigentes.* Vid. ad I, 426. 648. et cf. Ovid. Met. III, 556. similesque locos. — **73.** *extulit.* Cf. V, 424. — *laeta laborum;* „ideoque illa sibi placens in opera sua et operis successu: quo ipso intelligitur, praeclari fuisse artificii opus. Nec dicas delectatam opere, quod in amantis Aeneae gratiam parabat.“ Sic *Heyn.* rectissime. Cf. etiam Claud. IV. Cons. Hon. 393. *laetusque laborum Discedam* et Haeckerm. Explic. Verg. p. 11. Wagn. latiore sensu dictum vult pro *laboriosa* (*πολύτεχνος, kunstreich*). Vid. adnott. ad Aen. I, 441. Vid. Arus. Mess. p. 244. et adnott. ad I, 441. et infra v. 280. — **74.** *Ipsa - - Dido.* Vid. ad Geo. III, 395. et de legitima verborum collocatione *ipsa suis* cf. VI, 185. XII, 393. 638. 660. Ovid. Met. II, 282. III, 229. X, 111. XI, 118. cett. — **75.** *fecerat et - - discreverat,* pro: fecerat discernens. Vid. ad X, 811. Ecl. VIII, 3. Geo. III, 283. al. De hac ipsa autem veste vid. IV, 262 sqq., ubi totum hunc versum iam legimus. — **76.** Quod ad constructionem attinet, cf. supra VII, 668. *tegumen leonis - - Indutus capiti.* — **77.** *arsurasque* cett., i. e. altera autem veste caput velavit; de quo usu simplicis Copulae vid. ad Ecl. I, 65. Aen. I, 701. al. Peerlk. praeter necessitatem coni. *alteriusque comas.* — **78.** *Laurentis praemia pugnae,* praemia, quae de praeda Laurentis pugnae sustulerat. — **79.** *longo ordine,* pompae causa, „ne in globum collecta ambitionem ac pompam funeris minueret.“ *Donat.* — **80.** *Addit equos,* comburendos. Cf. Hom. Il. XXIII, 171. 242. — *spoliaverat,* non Aeneas, sed Pallas. Ribbeck., qui prius de hoc versu iudicaverat: „deleturus fuisse videtur poeta, ut cuius vice v. 78 sq. et 83. sq. fecerit,“ postea in Proleg. p. 86. eum spurium esse censuit. — **81** sqq. Cf. X, 518 sqq. ibique adnott. — *manus, quos* pro manus eorum (iuvenum), quos cett. Vid. infra ad v. 172. ad Ecl. II, 71. Aen. IV, 597. al. — *mitteret umbris Inferias.* Cf. X, 519. *inferias quos immolet umbris.* — **82.** „*caeso sanguine* adspersuros audacter pro caesorum, ut X, 520. *captivo sanguine.*“ *Heyn.* Conington conferri iubet Soph. fr. inc. 726. Nauck. *αἷμα συγγενὲς κτείνας.* — *sparsurus.* Sic optimi Codd. Med., Rom., Gud. etc. Macrob. VI, 6, 3. p. 532. Ian. et Lactant. Inst. V, 10., quorum auctoritatem cum Brunck., Wakef., Iahnio, Wagn. et ceteris recentioribus editoribus praeter Bryceum secutus sum. Vulgo *sparsuros.* *Spargere* autem pro conspergere. Vid. ad Ecl. V, 7. et Aen. IV, 635. Sic Lucr. V, 1200. *aras sanguine spargere.* — *flammas.* Sic nunc edidi cum Ribbeckio, Ladew. et Benoisto Codd. Med., Pal., Bern. II. III. Minoraug. et Macrob. VI, 6, 3. p. 532. Ian. auctoritatem secutus. Cf. X, 520. Wagn., Haupt. et

Indutosque iubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces inimicaque nomina figi.
Ducitur infelix aevo confectus Acoetes
Pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora;
Sternitur et toto proiectus corpore terrae.
Ducunt et Rutulo perfusos sanguine currus.
Post bellator equus positis insignibus Aethon
It lacrimans guttisque humectat grandibus ora.

Conington servarunt Rom., Gud. aliorumque Codd. lectionem *flammam*. — **83**. „Fercula describit in triumphis gestari solita humeris: arma caesorum truncis infixa vel perticis cum titulis s. nominibus eorum, quorum arma fuerant. Sunt hi *τροπαιοῦχοι;* quali specie et nomine ipse Mars exhiberi solet.“ *Heyn.* Quisque autem videt, hic posteriorum temporum morem ad aetatem heroicam transferri. Ceterum non opus est, ut doceam, verba sic esse construenda: *Iubet ipsos duces ferre truncos* cett.; ut igitur contra notissimum illud grammaticae praeceptum ap. Quinctil. Inst. VII, 2, 16. hic, ubi ambiguitas locum habere non possit, Infinitivo duplicem Accusativum, Subiecti et Obiecti, additum habeamus. — **84**. *inimicaque nomina figi.* „Dicit affixos tropaeis titulos cum nominibus occisorum.“ *Serv.* — *figi.* Cum Med. a m. pr. exhibeat *figot*, Peerlk. coni. *figit.* — **85**. Ribbeck. post *Acoetes* Colo distinguit et post v. 87. lacunam sumit et Proleg. p. 85. poetam Acoetis querellas additurum fuisse suspicatur, Ladewigio autem v. 86. et 87. non iniuria displicent, qui parum conveniant homini aevo confecto et ab aliis ducto. — *Ducitur*, quia *aevo confectus* nimioque luctu et dolore fractus ire non potest, quare etiam statim collabitur. Cf. IV, 599. *confectum aetate parentem.* — Cum v. **86**. cf. IV, 673. *Unguibus ora soror foedans et pectora pugnis.* — **87**. „*Sternitur et* pro: nunc stratus et proiectus humi: ut solebant facere doloris impatientia', ut in terram proiecti caput quoque pulvere foedarent: cf. ad v. 191.“ Haec *Heyn.*, qui provocare poterat ad Ovid. Met. VIII, 526. *Wagn.* in mai. edit. haec adnotat: „Hoc tantum si poeta significare voluisset, non adiecisset haec: *et toto proi. c. terrae.* Itaque potius dicemus, Acoeten animi deliquium esse passum;“ in min. tamen edit. recte cum Heynio facit. Cum eodem viro doct. ad *proiectus* supplemus Verbum substantivum (quemadmodum Geo. IV, 444. *redit atque - - locutus* et alibi). Ita etiam evanescit ambiguitas illa, quam Huschk. ad Tib. I, 6, 72. in h. l. invenit, dubius, utrum *terrae* (i. e. in terram: vid. ad Geo. II, 290. Aen. V, 481. IX, 754. al.) a *proiectus*, an a *sternitur* pendeat, cum utrumque dicatur. (Cf. X, 555. *deturbat terrae.*) Wakef. ad Lucr. III, 895. sic legendum esse suspicatur: *Acoetes: - - ora, Sternitur, ex toto* cett., ut *ex toto corp.* sit i. q. cum toto corp.; et Peerlk. coni. *Sternitur aut toto* etc., ut sensus sit: Acoetes modo ducitur, modo non vult duci, sed sternitur. — **88**. *Rutulo sanguine*, ut VII, 318. — *currus*, non ipsius Pallantis, sed quos ille hostibus eripuerat; quod docent verba adiecta *Rutulo perfusos sanguine.* Cf. X, 399. Aliter tamen Wagn., qui explicat: „Pallantis currum rotae per stragem Rutulorum actae multo sanguine resperserant,“ atque etiam Ladew. de ipsius Pallantis curru cogitat, quamquam in superioribus non commemoratus sit, et si de curribus hosti ereptis sermo esset, hunc versum post v. 80. ponendum fuisse censet. Sed Pluralis *currus* et equus Pallantis v. 89. commemoratus me movent, ut in explicatione mea persistam, quamvis etiam Conington alteram sequatur coll. Hom. Il. XX, 498 sqq. Bryce et Benoist. mecum faciunt. Ceterum verba *perfusos sanguine currus* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 433. — **90** sq. Comparant Hom. Il. XVII, 426 sq. 437 sq., ubi Achillis equi lacrimant. Heyn. Suetonii adhuc tempore hoc creditum esse memorat, coll. loco vitae Iul. Caes. c. 81., ubi de imminente Caesaris caede equi flevisse perhibentur. Praeterea de equorum lacrimis cf. Plin. VIII, 42, 64. Isidor. XII, 1. alios. — *bellator equus.* Vid. supra ad X, 891. (et Geo. II, 145.). De voc. *bellatoris* Thiel. conferri iubet Hessium ad Tac. Germ. c. 14. — *positis*

Hastam alii galeamque ferunt; nam cetera Turnus
Victor habet. Tum maesta phalanx Teucrique sequuntur
Tyrrhenique omnes et versis Arcades armis.
Postquam omnis longe comitum processerat ordo,
Substitit Aeneas gemituque haec addidit alto:

insignibus, phaleris potissimum, de quibus vid. ad V, 310. Ut igitur principes Romanorum viri honorum insignia in funeribus deponebant (cf. Kirchmann. de fun. II, 17.), ita hic etiam Pallantis equus; cui, ut supra X, 861. Mezontii equo, proprium erat nomen. — *Aethon* etiam Hectoris equus ab Hom. Il. VIII, 185. appellatur, itemque Solis equus ab Ovid. Met. II, 153. — *humectat ora.* Cf. Stat. Theb. IV, 591. Sen. Hippol. 827. alios atque Heins. et Drak. ad Sil. V, 5. — Verba *guttisque humectat grandibus ora* repetuntur in Anth. Lat. III, 81, 112. — 91. „*nam cetera Turnus victor habet.* Supra X, 496 sq. balteum tantum commemoraverat, e quo ensis pendere debuit. Reliqua tum reticuit.“ *Heyn.* — 92. Comparant Interpp. Il. XXIII, 129 sqq. — 93. *Tyrrheni omnes* lectio est Med., Pal., Gud. aliorumque Codd. a Wagn. iure revocata, quippe quae non solum conveniat praegresso *phalanx*, sed etiam probetur v. 171. Vulgatum *duces* (quod legitur in Rom., Goth. I. III., Bern. II., Minoraug., ap. Serv. et Schol. Lucani VIII, 735., sed nemini recentiorum editt. praeter Bryceum probatur) deberi videtur librariis delicatioribus, qui temere haererent in eodem vocabulo paulo post repetito, et facile ex v. 171. substitui potuit. Ceterum Peerlk. (quocum facit Gossr.) rectius fortasse locum sic distinguendum censet: *Tyrrhenique, omnes et versis Arcades armis*, hac adnot. adiecta: „Omnes Tyrrheni Pallantis funus non comitabantur. Aeneas ex toto exercitu legit *mille viros.* Exercitus autem Tyrrhenus solus efficiebat milia. Vide VIII, 496. Sed Arcades tantum erant quadringenti, ut apparet ex VIII, 518. Fuerunt igitur trecenti Phryges, totidem Tyrrheni, quadringenti Arcades, exceptis paucis, qui ceciderant. Bene *Arcades omnes*, qui sequerentur popularem, regis filium.“ Wagn. tamen coll. infra v. 171. memorat, mille quidem viros ab Aenea delectos esse, qui Pallantem prosequerentur ad Euandrum, verum ceteros quoque cum funere processisse e castris, sed haud dubie substitisse cum Aenea atque illuc revertisse. Sic si statuamus, haec non contradicere v. 60 sq. — „*versis armis*, h. e. hastis, haud dubie de suis temporibus sumpsit poeta. Cf. Tac. Ann. III, 2.“ *Heyn.* Vid. Lips. ad Tac. l. l. Ruhnk. ad Consol. ad Liv. 142. et Kirchmann. de fun. III, 3. Cf. etiam Abinov. ad Liv. 114. Tac. Ann. III, 2. Stat. Theb. VI, 213. Serv. haec adnotat: „Lugentium more mucronem hastae, non cuspidem [i. e. lignum] contra terram tenentes. Et scuta invertebant propter numina illic depicta, ne eorum simulacra cadaveris polluerentur aspectu.“ — 94. *processerat;* sic Palat. et pauci alii Codd. Iahn. (in priore editt.) ex plurimis Codd. recepit *praecesserat*, coll. VIII, 462. Sed illius loci plane alia est ratio. Quem enim hic *praecedit omnis ordo comitum?* Immo voc. *Substitit* et v. 99. flagitant *procedendi* vocem, quae praeterea sollemni pompae propria est (cf. v. c. Hor. Od. IV, 2, 49.); quod intelligens Vir doct. in altera edit. *processerat* restituit. Ex recentissimis editoribus Süpflius modo, Ribbeck. et Benoist. *praecesserat* servarunt. — 95. *addidit* Wagn. ex Med. (a m. pr.) aliisque bonis Codd. recepit, hoc verbum non solum ad orationem praegressam, sed etiam ad ea quae Aeneas antea fecisse memoretur, referri docens, coll. locis II, 593. et XII, 358., totumque locum sic explicans: „ingemit alte et haec addit;“ et sic iam Donatus: „Post ingentes gemitus haec addidit.“ *Iahn.* tamen (quem prius secuti sumus) vulgatam *edidit* defendens contra Wagn. haec disputat: „Quae si voluisset dicere Vergilius, debuit Dativum scribere, quem in voc. *gemitu alto* vix quisquam Romanorum agnoverit. - - Sed inepta haec est sententia: non solum substitit ac discessit, sed insuper valere iussit Pallantem; quasi discedentes ab amico taciturni abire solerent, atque Aeneas aliquid singulare fecisset, quod amico valedixit.“ Sed noli putare, Vergilium coniungi

„Nos alias hinc ad lacrimas eadem horrida belli
Fata vocant: salve aeternum mihi, maxume Palla,
Aeternumque vale.“ Nec plura effatus ad altos
Tendebat muros gressumque in castra ferebat.
Iamque oratores aderant ex urbe Latina
Velati ramis oleae veniamque rogantes:
Corpora, per campos ferro quae fusa iacebant,
Redderet ac tumulo sineret succedere terrae;

---

voluisse verba *gemitu* (gemitui) *addit verba*, quod sane absurdum esset; immo Aeneas cum gemitu (cf. II, 323.) ad ea, quae antea fecerat (v. 59 sqq.), nunc etiam addit verba; sic autem loco intellecto nihil inest, quod offendere possit, quare nunc cum Wagnero (qui etiam cf. in Phil. Suppl. I. p. 359.) meliorum Codd. lectionem restituimus, ad quam etiam Ladew., qui prius cum Hauptio ex Mod. a m. sec. et Rom. *edidit* receperat, nuper rediit, quamque Bryce, Ribbeck., Coningt. et Benoist. retinuerunt. — **96.** *alias ad lacrimas*, quibus alios interfectos deflebimus, i. e. ad ceteros cum lacrimis sepeliendos, qui eodem proelio ceciderunt; ut iam Servius hunc locum recte intellexit. Facile igitur supersedemus Bothii coniectura *Nos alios hinc a lacrimis.* Interpp. conferunt Silium X, 573 sqq. et Stat. Theb. IV, 600 sqq. Respexit hunc locum Seneca Herc. Oet. 178. *Alio nostras fortuna vocat Lacrimas.* Peerlk., qui negat sese intelligere, quae sint *belli fata*, post *lacrimas* Commate vult distingui et pro *belli* legi *bella*, ut appositio locum habeat et haec sit sententia: Fata nos vocant ad eadem bella, quae novarum lacrimarum causa erunt. Sed tum, imprimis Praepositione non iterata, admodum ambigue scripsisset Vergilius. *Belli fata* sunt „casus, qui bello non accidere non possint,“ ut Dietsch. Th. Verg. p. 86. cum Aldenh. p. 20. recte explicat. — **97.** Cf. Hom. Il. XXIII, 19. — *Salve aeternum - - Aeternumque vale*, ut ap. Stat. Silv. III, 3, 208. *Salve supremum, senior mitissime patrum, Supremumque vale.* Vid. de hac formula notissima Kirchmann. de funer. III, 9. Stat. Silv. III, 3, 208. et adnott. ad Aen. III, 68. V, 80. VI, 506. coll. cum Aen. IV, 650. et VI, 231. Servius haec adnotat: „Varro dicit ideo mortuis salve et vale dici, non quod aut valere aut salvi esse possint, sed quod ab his recedimus eos numquam visuri. - - Ergo cum mortuo dicitur vale, non etymologia consideranda est, sed consuetudo, quod nullis vale dicimus, nisi a quibus recedimus.“ De voc. *aeternum* pro *in aeternum* posito vid. ad Geo. II, 400. — *Palla.* Vid. X, 411. infra v. 152. 169. Ovid. Fast. I, 521. et Schneideri Gramm. Lat. II, 1. p. 302. — **99.** *gressum ferebat.* Vid. adnott. ad Geo. IV, 360. et Aen. VI, 677. — **100** sq. „Cf. similis legatio Iliad. VII, 381 sqq. Bene ea usus est poeta ad illustrandum Aeneae nomen. Erat enim ea tacita confessio Latinorum, victos se esse a Troianis.“ *Heyn.* — *Iamque.* Vid. infra ad v. 213. — *oratores.* Vid. ad VII, 153. — *ex urbe Latina*, ut IX, 367. — **101.** „*Velati*, ἐστεμμένοι, gestantes ramos vittatos manibus. Vid. ad II, 249. V, 72. 366. VII, 154. 237.“ *Heyn.* Cf. Stat. Theb. II, 389. *ramus manifestat olivae Legatum*, Val. Fl. III, 423. *Tempora tum vittis et supplice castus oliva Implicat*, alios. — *veniam*, scil. hanc ipsam, ut corpora caesorum redderet, quae sibi liceret sepelire. Cf. adnott. ad I, 519. et X, 626. — Pro *rogantes* Rom. et Serv. ad X, 31. exhibent *precantes*, quod ex v. 106. ortum vel ex III, 144. huc translatum videtur. — **102.** *ferro fusa.* Conington confert IX, 316. *somno vinoque per herbam Corpora fusa.* — *iacebant* Indicativo modo scribi poterat, quia haec verba non arcto cohaerent cum ipsa rogatione legatorum, sed a poeta explicationis causa adduntur, quia non ex mente legatorum loquentium, sed magis tamquam sua a Vergilio afferuntur. Cf Gernhard. ad Cic. Off. I, 9, 28. Brem. ad Nep. Milt. 3, 4. Walch. Emendd. Liv. p. 191 sqq. Boetticher. Lex. Tac. v. Indicat. p. 253. Kritz. ad Sall. Cat. 14, 7. 27, 4. ad Iug. 63, 1. Beneck. ad Iustin. IX, 2, 10. XXX, 4, 11. Matthiaei Progr. de Anacoluthis p. 6. Krueger. *Untersuch.* Fasc. I. p. 63 sqq. multique alii. — **103.** *tumulo succedere terrae.* Cf. V, 93. *Suc-*

Nullum cum victis certamen et aethere cassis;
Parceret hospitibus quondam socerisque vocatis.
Quos bonus Aeneas haud aspernanda precantis
Prosequitur venia et verbis haec insuper addit:
„Quaenam vos tanto fortuna indigna, Latini,
Inplicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacem me exanimis et Martis sorte peremptis
Oratis? equidem et vivis concedere vellem.
Nec veni, nisi fata locum sedemque dedissent,
Nec bellum cum gente gero: rex nostra reliquit
Hospitia et Turni potius se credidit armis.
Aequius huic Turnum fuerat se opponere morti.
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat, his mecum decuit concurrere telis;
Vixet, cui vitam deus aut sua dextra dedisset.
Nunc ite et miseris supponite civibus ignem."
Dixerat Aeneas. Illi obstupuere silentes
Conversique oculos inter se atque ora tenebant.

---

cessit tumulo. — **104.** *cum victis*, scil. morte. Conington confert Soph. Ai. 100. *θανόντες ἤδη τἄμ' ἀφαιρείσθων ὅπλα.* — *aethere cassis.* Vid. ad II, 85. — **105.** „*soceris*: quae ad reges (Latinum h. l.) pertinent, saepe referuntur ad populos." *Wagn.* Cf. VII, 367. *gener petitur Latinis.* Ladew., observans hanc attractionem Praedicati Part. Perf. expressi admodum raro in Dativo locum habere, comparat Suet. Oct. 17. *remisit tamen (Antonio) hosti iudicato necessitudines amicosque omnes.* — **107.** *Prosequitur venia.* Coningto[n] conferri iubet Caes. B. G. II, 5. *Rhemos cohortatus liberaliterque oratione prosecutus.* — *insuper addit.* Vid. ad II, 593. — *qui nos fugiatis amicos?* Cf. VII, 202. *Ne fugite hospitium.* — **110.** *pacem* i. q. v. 101. *veniam*, indulgentiam et concessionem. Vid. ad Aen. IV, 56. — *Martis sorte*, ut XII, 54. *pugnae sorte.* — **111.** *Oratis.* Vid. ad Ecl. I, 39. Geo. IV, 454. et al. — **112.** *Nec veni, nisi -- dedissent*, ut etiam nos: „*Ich kam sicherlich nicht, wenn nicht* etc." Vid. ad Geo. II, 54. Aen. II, 54. IV, 19. VIII, 522. al. Ceterum cf. etiam IV, 225. *fatisque datas non respicit urbes.* Hic versus totus iteratur in Anth. Lat. I, 178, 249. — *rex nostra reliquit Hospitia*, quae ipse Aeneae obtulerat. Vid. VII, 202. 264. — **115.** *Aequius fuerat.* De hoc Indicativo Thiel. conferri iubet Krueger. *Untersuch.* Fasc. II. p. 347 sqq. et Gernhard. Excurs. I. ad Cic. Lael. p. 341. Cf. etiam adnott. ad Ecl. I, 79. — „*se opponere morti*, se obiicere morti, periculum mortis subire. Cf. II, 127. — *huic*, qua hi caesi occubuerunt. Iam autem Turnus videri poterat navi aufugisse: X, 665 sq." *Heyn.* Aeneas enim Turnum, qui unsquam inventus esset, iam proelio cessisse putat. Gossr. *huic morti* minus recte explicat: morti per me — **117.** *his telis concurrere*, i. e. hoc (hodierno) proelio, ut v. 115. *huic morti.* — **118.** *Vixet*, vixisset. Vid. ad IV, 606. 682. V, 786. omninoque ad I, 201. et adde Scriver. ad Martial. III, 22. et 67. Heins. ad Claud. B. Gild. 297. Drak. ad Silium XVI, 84. et Orell. ad Hor. Sat. I, 5, 79. *Vixisset* autem vim optandi habet (vivere debuerat). Vid. adnott. ad IV, 678. — *deus;* dei alicuius, quicunque est, praesidium (cf. VII, 498.), *aut sua dextra*, aut sua ipsius fortitudo. — **120.** *Illi* nunc ex plurimis Codd. (inter quos etiam Med.) cum omnibus recentioribus editoribus praeter Bryceum (qui etiam hic edit. meam 3. secutus est) restitui; prius enim cum Cod. Pal. scripsi *Olli.* Vid. ad I, 254. Ceterum verba *illi obstipuere silentes* iterantur in Anth. Lat. III, 81, 85. — **121.** „*conversi -- tenebant* pro vulg. conversos oculos, h. e. converterant oculos, alter in alterum." *Heyn.* Vid. tamen ad II, 1. (*intenti ora tenebant*) et VIII, 530. (*defixi ora tenebant*). Imita-

Tum senior semperque odiis et crimine Drances
Infensus iuveni Turno sic ore vicissim
Orsa refert: „O fama ingens, ingentior armis,
Vir Troiane, quibus caelo te laudibus aequem?
Iustitiaene prius mirer belline laborum?
Nos vero haec patriam grati referemus ad urbem
Et te, si qua viam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi. Quaerat sibi foedera Turnus.
Quin et fatalis murorum attollere moles
Saxaque subvectare humeris Troiana iuvabit.“

---

tur hunc locum Val. Fl. IV, 188. *Atque oculos cuncti inter se tenuere silentes.* Cf. etiam Stat. Theb. II, 173. *fixosque oculos per mutua paulum Ora tenent.* — **122** sq. „Drances, qui infensum Turno animum eo probabat, ut hunc sempor odiis et criminationibus persequerctur. — *Odiis*, dictis vel factis ab odio proficiscentibus, nt *inimicitiae, irae*, cet.“ *Wagn.* — **124**. *ore - - Orsa refert.* Cf. VII, 435. — *ingentior.* Hic Comparativus legitur etiam ap. Symmach. Ep. VIII, 31., nt Superl. *ingentissimus* ap. Veget. de re mil. IV, 8. Alia exempla rariorum Comparativorum collegit Neue *Formenl.* II. p. 93 sqq. Ceterum Macrob. VI, 2, 33. p. 514. Ian. hunc insolentiorem Comparativum commemorans haec adnotat: „Nempe hoc ait, Aeneam famam suam factis fortibus snpergressum, cum plerumque fama sit maior rebus. Sensus hic in Catono Ciceronis [p. 487. Orell.] est his verbis: *Contingebat in eo, quod plerisque contra solet, ut maiora omnia re quam fama viderentur! id quod non saepe evenit, ut expectatio cognitione, aures ab oculis vincerentur.*“ Ribbeckio igitur adsentiri non possum, qui Proleg. p. 184. allatis Pauli Diac. p. 114. M. verbis *Ingens dicitur augendi consuetudine* etc. haec adscripsit: „Ergo non sane nihili est quod negavit Donatus comparationem hoc nomen recipere.“ — *armis*, pro factis, rebus gestis. Cf. Macrob. l. modo l. — **125**. *caelo te laudibus aequem.* Vid. ad I, 287. — **126**. Cum sententia Conington confert I, 544. — *Iustitiaene*, Graeca constructione, θαυμάζειν τινά τινος. Cf. infra ad v. 280. et 416. supra v. 73. et X, 441. Heind. ad Hor. Sat. II, 6, 84. Ruhnk. ad Ter. Phorm. V, 7, 78. Vechner. Hellenol. I, 2, 24. Orell. ad Hor. Sat. II, 6, 84. et Wuellneri lib. *Die Bedeut. der sprachlichen Casus u. Modi* p. 32 sqq. Sic antem Palat., Gud., Lips. uterque, Bern. II. III., Minorang. et alii hand dubio Codd. minus accurate collati. Med. tamen, Rom., Reg., alii *Iustitiane*, quod etiam Prisc. XVI, 2, 12. XVIII, 25, 219. 224. et 237. agnoscere videtur, qui tamen XVII, 16, 102. (ut etiam Serv.) ntramque lectionem commemorat, sed vulgatam praefert, qnod „quaeque Coniunctio dubitativa vel interrogativa similes exigat Casus.“ Tertia denique lectio, quam plures Codd. recentiores exhibent, est *Iustitiam;* et sic etiam pauci quidam Codd. *laborem*, cnm plurimi et optimi *laborum* exhibeant. De variis Casibus uni Verbo adiunctis cf. Cort. ad Sall. Cat. 33. Oudend. ad Hirt. B. G. VIII, 46. et ad Apulei. Met. p. 79. Seobodii *Archiv f. Phil. u. Paed.* II. fasc. 2. p. 372. Obbar. in Ephem. schol. Darmst. 1830. ch. 31. Iahnii Annall. 1830. II, 4. p. 420. et Walch. ad Tac. Agr. p. 145. et 274. Ruhk. et Iahn. Genitivum sic tuentur, nt enm non a *mirer*, sed a voc. *laudibus*, quod ex antegressis verbis repetendum sit, aptum esse censeant. De duplici autem *ne* pro *ne* — *an* posito vid. ad I, 308. — *belli laborum.* Cf. infra v. 416. et XII, 435. — **128**. *si qua viam dederit fortuna.* Cf. III, 395. X, 49. 864. et similes locos. — **130** sq. „Quin nos parati sumus in exstruenda urbe, fatis tibi in Latio destinata, ipsi operas nostras adiungere.“ *Heyn.* Peerlk. vv. 130. et 131. se non additurum fuisse memorat, quos tamen propterea non videtur spurios habere. — *murorum attollere moles.* Cf. II, 185. — *fatales.* Vid. supra v. 112. — **131**. *Saxa subvectare Troiana*, ad condendam urbem Troianam, quae tum tantum inchoata erat. Ceterum cf. I, 424. *manibus subvolvere saxa.* —

Dixerat haec unoque omnes eadem oro fremebant.
Bis senos pepigere dies et pace sequestra
Per silvas Teucri mixtique inpune Latini
Erravere iugis. Ferro sonat alta bipenni
Fraxinus, evertunt actas ad sidera pinos,
Robora nec cuneis et olentem scindere cedrum
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.
Et iam Fama volans, tanti praenuntia luctus,
Euandrum Euandrique domos et moenia replet,
Quae modo victorem Latio Pallanta ferebat.

---

132 sqq. Conexus sententiarum hic est: Cum haec dixisset unoque ore omnes eadem fremerent, pepigere bis senos dies etc. *Fremere* autem *aliquid* hic i. q. fremitu aliquid indicare; alibi (ut VII, 460. XI, 453.) cum fremitu poscere. Cf. autem I, 559. *Cuncti simul ore fremebant.* — **133.** „*pace sequestra*, h. e. induciarum fide et auctoritate. *Sequester*, s. arbiter inter duo litigantes, fidem facit eius, de quo convenitur, vel eius arbitrio constituitur. [Cf. Festus p. 339, 21. Muell. et Barth. ad Stat. Theb. II, 245.] *Pax*, pactio, tutos praestabat Latinos et Troianos, ut permixti discurrerent. Numerum XII dierum ab Homero arripuit Il. XXIV. [664 sqq.] nec aliud quid quaerendum.“ *Heyn.* Haud dubie hunc locum respexit Lucan. IV, 196. *Pax erat et miles castris permixtus utrisque Errabat.* — **134** sqq. *Per silvas* cett. Cf. Iliad. VII, 419. et similem locum supra VI, 180 sq. coll. cum imitatione Statii Theb. VI, 88 sqq. — *Teucri mixtique Latini*, ut V, 293. *Teucri mixtique Sicani.* — *inpune*, sine damno et periculo. — **135.** Cf. VI, 180. *Sonat icta securibus ilex.* — *alta* lectio omnium fere est Codd., a Wagn. iure revocata, qui in verbis *Fraxinus sonat ferro* sine Participio non haerendum esse docet, coll. locis V, 866. et Ovid. Her. X, 15. *Protinus adductis sonuerunt pectora palmis;* iteratam autem altitudinis mentionem defendit loco Aen. III, 680 sq. Vulgatum *icta* (quod fortasse ex VI, 180. huc translatum) Heins. ex paucis modo et deterioris notae Codd. recepit, ab editoribus Wagnero posterioribus omnibus praeter Bryceum desertus. — *Bipennis*, quo saepius substantive utuntur, hic primam habet vim suam Adiectivi, ut in fragm. Varronis a Nonio p. 79, 19. servato *bipennem securem* (quod Conington affert). — **136.** *pinos* pro vulg. *pinus* idem Wagn. restituit ex Med. et aliis bonis libris. Sic enim ubique Accusativo Pluralis hoc vocabulum a Vergilio formari docet (Ecl. VIII, 22. Geo. II, 443. IV, 112.), qui semel tantum (IX, 116.) ex omnium Codd. auctoritate scripserit *pinus* propter adiectum *vos.* Peerlk., Gossr., Haupt., Ladew. et Conington Wagnerum secuti sunt; Süpfl. vero, Bryce, Ribbeck. et Benoist. *pinus* retinuerunt, quod sane Pal., Rom., Gud., Bern. II. III. et Priscianus p. 717. exhibent. — **137.** *olentem*, odoratum. Vid. VII, 13. Geo. III, 414. et adnott. ad Ecl. II, 11. De *cedro* Graecorum et Romanorum vid. ad VII, 13. Heyn. praeterea conferri iubet Victorii Varr. Lectt. XXXVIII, 1. — *plaustris gementibus* sub pondere. Cf. Geo. III, 183. Aen. VI, 413. et adnott. ad Geo. III, 133. et Aen. II, 631. — **139** sqq. „Pallantis corpus adductum a patre Euandro cum planctibus excipitur. Redit narratio ad v. 29—99.“ *Heyn.* — *iam* respondet sequenti *modo* v. 141., cui opponitur, (quod tamen negat Conington). Sic Geo. IV, 253. *iam non dubiis signis*, scil. quae antea dubia fuerant. Cf. Hand. Turs. III. p. 126. — **140.** *Euandrum Euandrique domos.* Cf adnott. ad I, 554. — *replet* ex omnibus fere Codd. cum Wakef., Iahn. et Wagn. restituimus, a ceteris recentioribus editoribus non deserti (nam etiam Ladew., qui prius ex Med. a m. sec. *complet* ediderat, postea ad alteram lectionem rediit. Cf. IV, 189. Vulg. *complet*, quae est altera Med. lectio (in Pal. vero, cui Wagn. eam vindicat, non reperitur, qui Ribbeckio teste a pr. m. *reflet*, ab alt. *replet* exhibet), ex IX, 39. facile huc trahi potuit a librariis in producta syllaba *re* haerentibus; de qua re vid. adnott. ad IV, 214. et XII, 450. Ex recentioribus solus Peerlk. *complet* retinuit. — **141.** Peerlk., qui voc. *Latio* nullam propemodum vim habere

Arcades ad portas ruere et de more vetusto
Funereas rapuere faces; lucet via longo
Ordine flammarum et late discriminat agros.
Contra turba Phrygum veniens plangentia iungit
Agmina. Quae postquam matres succedere tectis
Viderunt, maestam incendunt clamoribus urbem.
At non Euandrum potis est vis ulla tenere;
Sed venit in medios. Feretro Pallanta reposto

---

putat, non male quidem, sed praeter necessitatem coniicit *late*. — **142** sqq. „Refert h. l. poeta ingeniose ad veterem Arcadum morem, quod Romanis sollemne erat, ut facibus et cereis accensis pompam funebrem ad rogum ducerent. Omnino nocturno tempore exsequias facere mos erat.“ Haec inter alia *Heyn.* Cf. Kirchmann. de fun. II, 3. — *ad portas.* Cum Serv. adnotet: „Multa tamen exemplaria: *Arcades at portis ruere* habuerunt, ut Coniunctio sit, non Praepositio,“ Ribbeck. Proleg. p. 189. quaerit: „an *ec portis?*“ — *ruere - - rapuere.* Vid. ad II, 134. et 400. Ladew. conferri iubet III, 666. et X, 457., ubi, ut hic Infin. absol., sic Praes. histor. per Copulam cum Perf. coniungatur. Verba *de more vetusto* omnino spectant ad usum illum Romanorum ab Heynio supra commemoratum; et revera etiam hic de nocte adpropinquante cogitandum esse, docent v. 143. et 144. Peerlk. vero etiam verbum *rapiendi* premit (quod nihil aliud significare videtur, quam arripere, celeriter sumere) et morem aliquem vetustum fingit, cuius apud veteres nec vola nec vestigium reperitur. Collato enim Servii scholio, qui ex Varrone et Verrio Flacco haec narrat: *Si filius familias extra Urbem decessit, liberti amicique obviam procedunt, et sub noctem in Urbem infertur cum cereis facibus praelucentibus, ad cuius exsequias nemo invitatur*, sic pergit Vir doct.: „Notum est in Urbe funus appropinquare. Obviam eunt liberti et amici (nemo invitatur) sine facibus. Faces inveniunt in pompa funebri, fortasse in curru vectas. Quisque, ut advenit, facem rapit, incendit, et funus sequitur. [Sed apud Servium legitur *facibus praelucentibus.*] Tales faces recte appellantur *funereae*. [Cur tales modo? *faces funereae* sunt, quae pertinent ad funus.] Eodem respexit [?] Ovid. Met. VI, 430. *Eumenides tenuere faces de funere raptas.*“ — **143.** *lucet via* etc. Conington confert Tac. Ann. III, 4. *collucentes per campum Martis faces* (in funere Germanici). — **144.** *discriminat agros*: „eximit agros ab ea, quae tegit cetera, caligine.“ *Wagn.* — **145.** Comparant Iliad. XXIV, 707 sqq. — *agmina iungit*, (sibi) ut II, 267. et IV, 142. Sic Wagn. ex Rom. et Pal. auctoritate pro vulg. *iungunt* edidit, cum Vergilius collectivis raro adiiciat pluralem Verbi numerum, qui hic praedicato plur. numeri *plangentia agmina* originem debere videatur. Et sane Vergilius iis tantum nominibus collectivis Pluralem Verbi addere solet, quibus nomen aliquod plurale in partes dividitur (ut Geo. II, 10. IV, 378. Aen. I, 212. II, 400. IV, 406. VI, 642. IX, 505. XII, 277.), aut quibus duo Verba praedicati adiiciuntur, ubi primo loco Singularem verbi numerum, altero Pluralem ponit (ut Aen. II, 31. 64. III, 675. IV, 404. etc.). Cf. Wagn. Qu. Verg. VIII, 4. et Iahn. ad Aen. XII, 741., voc. autem *turba* saepe usurpatam nusquam cum Plurali numero Verbi iungit. Quare et nos iam in altera edit. Singularem recepimus, quod nobiscum fecerunt Süpfl., Peerlk., Haupt., Ribbeck., Conington et Benoist., dum Gossr., Bryce et Ladew. Pluralem retinuerunt. Ceterum cf. adnott. ad IV, 142. et 154. — *plangentia* autem pro: se vel pectora plangentia. Imitatur h. l. Stat. Theb. V, 651. *Subit obvia mater, Femineos coetus plangentiaque agmina ducens.* — **146.** *succedere tectis*, ingredi urbem. Alio sensu I, 627. — **147.** *incendunt clamoribus urbem.* Vid. ad X, 895. — **148.** *potis est.* Vide exempla huius vocis, quae collegit Neue *Formenl.* II. p. 467. et cf. III, 671. — **149.** *Feretro reposto* Euander *procubuit super Pallanta.* Iahn. tamen, cum in lectione recepta Praepositionis collocatio ab usu Vergilii aliorumque poetarum prorsus discrepet, pro *Pallanta* (quod exhibet Med. a m. sec.)

Procubuit super atque haeret lacrimansque gemensque
Et via vix tandem voci laxata dolore est:
„Non haec, o Palla, dederas promissa parenti.
Cautius ut saevo velles te credere Marti!

---

restitnendam censet ceterorum Codd. omninm et Servii scripturam *Pallante*, nt sensns sit: postquam Pallas feretro repostus, i. e. depositns, est, Euander snper incnbuit. Sed mihi haec constructio altera etiam impeditior videtur, et *Pallanta* ob seqnens *reposto* facillime in *Pallante* mutari potuit. Quare etiam me posteriores editores omnes Accnsativum retinnerunt. — **150.** *Procubuit super Pallanta*, ἀοριστικῶς, *atque haeret*, praesenti tempore, quia est durans actio. Cf. adnott. ad II, 482. III, 3. infra ad v. 272. et al. Rom. et Palat. male *Procumbit*. De Praep. postposita vid. ad Ecl. VI, 19. Geo. I, 161. (Aen. IV, 257.) al., et de verbo *haerendi* vid. ad X, 845. et al. — Verba *lacrimansque gemensque* repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 114. — **151.** Prius pro vulg. *voci* cum Iahn. (quem vid. ad X, 476.) ex optimis Codd., Med (in quo a m. pr. *voces* legitur, postea in *vocis* mutatum), Gud., Rom., aliis receperam *vocis*, in quo Gossr., Ladew. (qui et ipse postea sententiam mutavit) Conington et Benoist. nos secuti sunt; nunc vero cum Wagn., Peerlk., Süpfl., Haupt., Ribb. et Bryceo alteram lectionem restitui; quamquam enim per se utrumque stare potest, recte tamen Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 359. *voci* rei multo convenientius esse docet verbis sic expositis: „prae dolore vix patefacta est via voci ad pronuntianda scilicet, quae ille loqui volebat.“ Non tamen reticendum, ap. Lucr. VI, 1148. utique legi *ulceribus vocis via saepta coibat*. — *dolore*, i. e. per, propter dolorem. Cf. II, 411 sq. et adnott. ad III, 83. Heins. temere coni. *Et via vocis laxata dolori est*, Peerlk. autem alias addit mutationes, ut hic versus prodeat: *Et sua vix tandem vox est laxata dolori*. Sed cf. Stat. Theb. V, 606. *tandem laxata dolore Vox invenit iter, gemitusque in verba soluti;* Claud. de VI. Cons. Hon. 265. *Ergo ubi praeclusae voci laxata remisit Frena dolor;* id. Rapt. Pros. 179. *postquam suspiria tandem Laxavit frenosque dolor;* Iustin. XLII, 4. *Post ubi dolor vocem laxaverat, nihil aliud quam Pacorum vocabat* et similes locos, qui fortasse omnes ad huius exemplum formati sunt. — **152.** Iahn., qui Semicolo distinxit post *parenti*, in priore edit. locum sic explicat: *Non haec promissa dederas parenti;* sed potius promiseras, fore, *ut cautius et Marti credere velles;* (eandemque explicationem tamquam suam proponit Süpflius). In altera autem edit. Iahn. hanc profert interpretationem: „Potui equidem exspectare, te interfectum iri. Etenim non haec promissa dederas parenti, ut velles cautius te credere Marti; praeterea haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis posset, i. e. quo abriperet gloria novum militem! Igitur evenit, ut primitiae iuvenis sint miserae etc. (*Freilich hattest du mir nicht solche Versprechungen gegeben, dass* etc. *Ja ich wusste recht gut, wie viel* etc.)“ Sed quomodo haec sedata et sobria patris fere philosophantis oratio cum totius reliqui loci natura et colore conciliari potest? Etiam Ribbeck., locum sic intelligens: „quae mihi promiseras, ut cautus fores, non congruunt cum his quae nunc video“ (contra quem disputat Ladew. in Append. p. 265.) et Conington post *parenti* Comma ponunt. Voss. autem in *Anm. u. Randgl.* p. 237. et Thiel. cum Servio (qui tamen etiam alteram proponit explicationem: „non mihi talia promittebas, ut crederem cautius te dimicaturum“) interrogationem esse putant: Nonne haec promissa dederas, ut - - velles? Mihi nulla harum rationum placet, (in quibus iam offendit constructio paulo insolentior *promittere, ut* etc.); sed cum abrupta et incisa oratio dolori sit convenientissima, utrumque versum per se intelligendum, *ut* autem pro *utinam* positum esse censeo, in quo Haupt., Ladew., Bryce et Benoist. mecum consentiunt. (Vid. supra ad X, 631.) Non tamen adsentior Heynio, qui orationem dolore loquentis turbatam, et *velles* pro *voluisses* positum arbitratur; immo *velles* significat: utinam velles tum, cum te Marti credidisti, cautius ei te credere; quod etiam Wagn. observavit, docens in eiusmodi locis, ubi significare velimus, irritum esse, quod optemus, loco Plus-

Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis
Et praedulce decus primo certamine posset.
Primitiae iuvenis miserae bellique propinqui
Dura rudimenta et nulli exaudita deorum
Vota precesque meae! tuque, o sanctissima coniunx,
Felix morte tua neque in hunc servata dolorem!
Contra ego vivendo vici mea fata, superstes

---

quamperfecti ita poni Imperfectum, ut tempus indicetur, quo, quid factum cupiamus, praesens fuerit. Cf. adnott. ad VIII, 643. et mox ad v. 162. Ceterum Serv. tradit, alios pro *parenti* legisse *petenti* (scil. mihi), quod, Heinsio et Heynio probatum, recepit Wakef. Idem hic invenisse Silium, VI, 584. sic scribentem: *Quoties, heu nate, petebam, Ne patrias iras animosque in proelia ferres*, suspicatur Peerlk., qui tamen ipse hic scribendum putat *precanti*, *Cautius ut* etc. — **154.** *Haud ignarus eram* etc. Prosae orationis scriptor addidisset Part. *quamquam.* — *quantum nova gloria - - posset.* Cf. Stat. Theb. IV, 246. *tantum nova gloria suadet.* — **156.** *Primitiae iuvenis*, prima specimina iuvenilis virtutis. — *belli propinqui;* si enim bellum non fuisset propinquum, Euander filium non misisset. Solent autem, ut Wagn. adnotat, errore quodam mentis pericula in propinquo adeunda minora, maiora vero videri, quae in terris longe remotis suscipiantur. — *nulli exaudita deorum.* Conington comparat Aesch. Agam. 396. *λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὔτις θεῶν.* — **158.** *Vota precesque*, ut VI, 51. — *tuque, o sanctissima coniunx* etc. De ipsa sententia cf. Interpp. ad Sall. Ing. 14. Tac. Agr. 45. et Ovid. Met. XIII, 521., qui hunc locum respexit, sic canens: *Felix morte sua, nec te, mea nata, peremptam Adspicit.* — *Sanctissima* autem *coniunx* (quae verba hinc repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 140.) hic non est castissima, ut Serv. et Macrob. III, 3, 6. p. 271. Ian. arbitrantur (cf. Sen. Troad. 697. Burm. ad Phaedr. III, 10, 30. Drak. ad Sil. XV, 282. Schaefer. ad Plin. Ep. I, 12, 5. Gierig. et Bach. ad Ovid. Met. XV, 836.), sed potius i. q. beata (*verklärte*); *sanctus* enim saepe de mortuis nobis carissimis usurpatur. Cf. V, 80. et XII, 648. coll. cum Val. Fl. VI, 288. Cic. Top. 23. Gesner. ad Claud. R. Pros. III, 115. Bronkh. ad Tib. II, 7, 15. Burm. ad Val. Fl. l. l. Heyn. et Dissen. ad Tib. II, 6, 31. alii. — *Felix morte tua.* Conington confert Tac. Agr. 45. *Felix opportunitate mortis.* — *in hunc dolorem servata.* *Servari in aliquid* legitur etiam ap. Quinct. Inst. VIII, 3. Silium XI, 361. Senec. Octav. 70. et alibi. Wold. Ribbeck. comparat imitationem Ambros. de excessu Satyri I, 33. *quia non est in hunc servatus dolorem.* — **160.** *vivendo vici mea fata.* „Consuetus et naturalis fatorum ordo cum sit, ut parentes prius, quam liberi moriantur, Euander vicit suа fata, diu vivendo ordinem illum pervertens.“ *Wagn.* Dietsch. Th. Verg. p. 37., qui huic rationi adiectum *mea* obstare docet, cum illud, ut patres ante filios moriantur, non Euandri proprium, sed commune omnium hominum fatum sit: „Cum quod fata decreverunt, evenire necesse sit, - - nihil aliud dicere potest Euandrus, nisi sese, cum iam prius mori debuisset, tamen a fatis ut vita sibi prorogaretur, impetrasse; et cum ex VIII, 574–582. vitam ei in senectute miseram et aerumnosam esse satis appareat, sane sibi videri poterat ultra terminum fato sibi statutum vixisse, nec minus cum filii gratia ut vita sibi prorogaretur, optasset, *fata sua vicisse.*“ Sed recte Ladew., qui Euandri sortem non male comparat cum Ahasveri non morientis miseria, *fata* hic latiore sensu accipit de omnibus malis vitae minantibus, morbis, periculis etc., quae fato homini constitui possunt; quae explicatio Pron. *mea* satis tuetur. Videtur autem poeta memor fuisse Lucr. I, 203. *vivendo vitalia vincere saecla*, cum quo loco cf. etiam Geo. II, 295. et Plaut. Epid. II, 1, 8. *vivendo tibi licitum eam est vincere.* Ceterum hic versus totus repetitur in Anth. Lat. I, 172, 155. *Vincere fata* de eo, qui mortem effugit, morti non succumbit, legitur etiam Ovid. Met. II, 617. et al. Peerlk., qui fatetur, se Codd. scripturam non intelligere, coni. *vivendo vidi mea fata*, quod ita explicat: „Vidi ipse meam mortem, meum funus. Vivus

Restarem ut genitor. Troum socia arma secutum
Obruerent Rutuli telis! animam ipse dedissem
Atque haec pompa domum me, non Pallanta, referret!
Nec vos arguerim, Teucri, nec foedera nec quas
Iunximus hospitio dextras; sors ista senectae
Debita erat nostrae. Quod si inmatura manebat
Mors gnatum, caesis Volscorum milibus ante
Ducentem in Latium Teucros cecidisse iuvabit.

---

vidensque sepelior. - - Felix tua morte, uxor, quae hunc dolorem ipsa morte graviorem non videris. Ego contra vivendo, mea vivacitate miserrimus, vidi meam ipso mortem;" in quam sententiam confert Lucr. III, 1059. Quinct. Inst. IX, 4. Senec. Ep. 30. Senec. Phoen. 94. alios. Ceterum de alliteratione in verbis *vivendo vici* vid. Naekii Diss. de Alliterat. sermonis Lat. in Mus. Rhen. Vol. III. fasc. III. p. 375 sq. (a Wagn. laud.) cum adnott. ad II, 494. et XII, 254. — V. **161**. Peerlk. sic corrigendum censet: *Restarem ut genitor, natum socia arma secutum* etc. — *socia arma* ut VIII. 120. — *secutum Obruerent*, utinam secutus essem et obruissent! Vid. supra ad v. 153. et cf. similes locos IV, 678. VIII, 643. X, 854. Wagn. autem explicat: „debebant me telis obruere tum, cum te obruerunt." Iahn. tamen, vel sic Imperfectum locum habere negans, et praeterea offensus omisso Pron. *me*, potius Part. *si* subaudiendam censet (coll. adnot. sua ad Hor. Ep. I, 1, 28.) ut sensus sit: Utinam, si Rutuli - - obruerent, ipse vitam dedissem. Vere autem Ladew. memorat, Pron. *me* facile omitti potuisse, cum Euander in superioribus de se modo locutus esset, et conferri iubet Silium XVII, 559 sqq. — *animam ipse dedissem*. Cf. Geo. IV, 204. et Aen. X, 854. — **164**. *Nec*, i. e. non tamen. — **165**. *Iunximus hospitio dextras*, ut III, 83. — *sors ista* etc., nam fatalis necessitas mihi seni hunc casum attulit. Iahn. locum falso sic explicat: „Non vobis culpae dederim, quod filius interfectus est; sed ista mortis sors mihi seni debita erat, — ego senex debebam interfici, non filius adolescens." — **166**. *Debita*. *Deberi* enim dicitur de iis, quae fatum irrevocabilia constituit, ut ap. Val. Fl. III, 571. *namque bis Herculeis deberi Pergama telis Audierat*. Cf. etiam Aen. VI, 714. XI, 759. XII, 795. Liv. XXIV, 25. *homo morti debitus destinatusque* et similes locos. — **166** sqq. Si semel pereundum fuit Pallanti, vellem certe eum vobis ante maius commodum parare potuisse (caesis multis millibus hostium). — **167**. *gnatum* cum Wagn. scripsimus, Med. et quatuor Pariss. auctoritatem secuti, cum quibus haud dubie alii Codd. conspirant minus accurate collati. Vid. ad Ecl. V, 22. Vulg. *natum* ex recentioribus editoribus unus Bryce retinuit. — *Volscos* Heyn. omnino pro hostibus commemoratos censet, sed rectius Wagn. proprie dictos putat, ut inimicissimos nomini Romano. Postea vero etiam hanc alteram adiunxit causam: „quod res ab iis gerendas proximae pugnae poeta reservavit; nam adhuc soli Rutuli Latinique vim Pallantis senserant." — **168**. *in Latium*, in possessionem imperiumque Latii. — Revocavi nunc cum Iahnio (in alt. edit.), Hauptio, Bryceo, Ladew., Ribb., Coningt. et Benoisto vulgarem plurimorum Codd. (Pal., Gud., Bern. II. et III. a m. pr., aliorum) et Servii lectionem *iuvabit*, i. e. solatium erit, filium non cecidisse, nisi multis hostibus caesis et aditu Troianis in Latium facto. Prius cum Wagn. ex Med. et Rom. (in quo *iuvare* legitur) receperam *iuvaret*, quod etiam Thiel., Peerlk., Süpfl. et Gossr. fecerunt. Heyn. hanc lectionem sic explicat: „Quodsi - - iuvaret saltem hoc, si non ante cecidisset filius meus, quam Teucris in Latium ductis, eorum rebus ac sedibus firmatis." Sed vide, quae Ladew. in Append. p. 266. contra hanc lectionem disputat, quae parum conveniret gandio patris sequentibus verbis expresso, quod filio ob fortitudinem suam ab Aenea tantus habitus est honor. Quod autem Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 359. opponit: „Illa mihi videtur nimia ac nullo modo ferenda hyperbole, si Euander Pallantem admodum brevi ἀριστείᾳ usum caesis Volscorum milibus cecidisse sperat," id paulo

Quin ego non alio digner te funere, Palla,
Quam pius Aeneas et quam magni Phryges et quam
Tyrrhenique duces, Tyrrhenum exercitus omnis.
Magna tropaea ferunt, quos dat tua dextera leto;
Tu quoque nunc stares inmanis truncus in armis,
Esset par aetas et idem si robur ab annis,
Turne. Sed infelix Teucros quid demoror armis?

---

argutius esse dixerim, praesertim eum non opus sit, ut de *milibus* ab uno Pallante *caesis* cogitemus, quae sane nimia esset hyperbole, sed omnino de magna Volscorum strage edita, ad quam etiam Pallas multum contulerit. Ceterum cf. similis sententia X, 509. — **169** sqq. Hoc certe affirmo, nihil honorificentius tibi accidere potuisse, quam tale funus, quod tibi per Aeneam eiusque socios ita contigit, ut equidem nesciam, quid tali honori adiiciam. — **170**. *Quam pius Aeneas*, pro: quam quo te pius Aeneas dignatus est. — **171**. Editt. veteres, Codd. invitis et metro adversante, exhibent *Tyrrhenûmque*, quare alii correxerunt *Teucrûmque* vel *Tuscûmque;* sed Wagn. repetitum voc. *Tyrrhenum* Copulae vice fungi verissime statuit, ut *Tyrrhenique duces, Tyrrh. exercitus omnis* sit idem, quod ex vulgari ratione ducesque et omnis exercitus Tyrrhenûm. Cf. adnott. ad Ecl. IV, 6. Aen. VII, 65. et al. coll. cum Iahnii adnott. ad Ecl. VI, 61. p. 382. ed. II. Quare non opus est, ut cum Heyn. verba *et quam - - exercitus omnes* spuria censentes versum imperfectum quinque pedum efficiamus, qualis apud Vergilium nusquam invenitur, aut cum Weicherto de verss. iniur. suspp. p. 78 sq. (quem sequitur Iahn.) locum sic distinguamus: *et quam Tyrrhenique duces*: *Tyrrhenûm exercitus omnis Magna tropaea ferunt;* quae ratio, ut nihil dicam contra Pluralem Verbi Nomini collectivo adiectum, propterea tamen quam maxime offendit, quod nemo videt, quid sibi velit duplex Copula *et — que*, et quod tum plane otiosum est adiectum *omnis*, quo aptius graviusque sententia clauditur. Ceterum cf. locus simillimus infra v. 598. — V. **172**., qui a Codd. quibusdam antiquis abesse fertur, etiam Ortuino et Brunckio tamquam insulsissimus expungendus, Heynio autem, si Vergilianus, certe non satis elaboratus videtur; sed rectissime eum defendit Wagn., cum monumenta illa insignis virtutis a Pallante ipso prodita maximam vim habere debeant ad deleniendum Euandri dolorem. Sententia autem, quae, Particula causali, ut saepe, omissa, prioribus tamquam causa adiici videtur, haec est: (Nam) Troiani et Tyrrheni magna tropaea ferunt eorum, quos filius meus leto dedit. Atque adeo te, Turne, interfecisset teque tropaeum fecisset, si pari aetate et pari robore fuisset. Quare absonum *ferant* (ab aliquot Codd. exhibitum), quod Iahn. in priore edit. fortasse recipiendum censuit, ut hic sensus esset: Melius funus, quam Aeneas, Troiani et Tyrrheni, parare nequeo: ferant igitur Troiani tropaea cett. In altera tamen editt. Indicativum recte retinuit et locum, ut nos, interpretatus est. Peerlk. totum, qui sequitur locum v. 172—175. admodum levibus de causis spurium censet, atque etiam Ribbeck. Proleg. p. 85. sq. in eo inde a v. 170. usque ad v. 181. multa invenit reprehendenda. — *tropaea, quos* pro: tropaea eorum quos; ut supra v. 81. *manus* (eorum), *quos*. Cf. adnott. ad Ecl. II, 71. — *dat leto* pro dedit; scil. quos te leto dantem etiam nunc conspicere mihi videor. Vid. ad II, 275. IV, 228. et IX, 266. De dictione autem *leto dare* vid. adnott. ad Geo. III, 480. — **173**. *stares truncus in armis*, armis indutus (vid. IX, 581. et XII, 938. et adnott. ad III, 595. IV, 518. V, 37.), i. e. tropaeum esses. Vid. supra ad v. 5 sq. 16. 83. et X, 775. Heins., quod iteratur v. 175 vox *armis*, male coni. *in arvis*. — **174**. Part. *si* postpositam pertinere etiam ad prius sententiae membrum *Esset par aetas*, quisque videt. Cf. adnott. ad I, 544. coll. V, 512. et VI, 692. Sententiam loci iam supra exposuimus, unde patet, *esset* pro fuisset esse positum. (Vid. ad III, 187.) Thiel. aliique minus recte explicant: Si mihi, patri, esset par aetas etc. — *ab annis*. Vid. ad Ecl. I, 8. et al. Coniungtou comparat Lucr. II, 51. *fulgor ab auro*, ad quem locum de hoc usu Praepositionis uberius diximus. — **175**. *quid*

Vadite et haec memores regi mandata referte:
Quod vitam moror invisam Pallante perempto
Dextera causa tua est, Turnum gnatoque patrique
Quam debere vides. Meritis vacat hic tibi solus
Fortunaeque locus. Non vitae gaudia quaero,
Nec fas, sed gnato Manis perferre sub imos."
    Aurora interea miseris mortalibus almam

---

demoror armis, quid ab armis tractandis, a bello continuando retineo? Heins. coniicit *Teucros quid demoror ultra?* atque etiam Peerlk. putat, Euandrum Teucros, qui iam armati essent, non potuisse *armis demorari*. Sed ut Statius Theb. IV, 774. dixit: *Sed quid ego haec? fessosque optatis demoror undis?* i. e. cur impedio, quominus statim undis potiantur, ita Vergilius: *quid Teucros demoror armis*. — **176.** *memores regi mandata referte*. Cf. X, 491. *memores mea dicta referte Euandro* et Anth. Lat. I, 178, 373., ubi hic totus versus iteratur. Conington confert Geo. II, 347. *memor occule terra*. — **177.** „Vitam mihi adeo invisam esse necesse est, ut eam quocunque modo abrumpam. Ut tamen eam tolerem, causa est *dextera tua*, spes de virtute tua, qua Turni caede Pallantis mei mortem es ulturus. Hanc *dextram*, hanc ultionem debes patri filioque." *Heyn.* — **178.** *gnatoque patrique*, ut IV, 605. *natumque patremque* et VI, 116. *gnatique patrisque*. — **179.** *Quam debere vides*. Cf. X, 442. *soli mihi Pallas Debetur*. — „*Meritis* (tuis) *fortunaeque* (tuae) *hic solus vacat locus*, s. restat tibi, optime de me iam merito, una haec res, qua feliciter peracta demereri de me possis." Sic *Wagn.*, Servium secutus, rectissime locum capit, qui de duplici Dativo *meritis — tibi* conferri iubet supra VI, 474 sq. Hom. Il. V, 125. Eur. Heracl. 63. 475. et Oudend. Apulei Met. II, p. 165. Vid. etiam Liv. III, 67. *hoc posteris memoriae traditum iri*, et adnott. ad V, 172. *Meritis* et *fortunae* per epexegesin adduntur Dativo *tibi*. Alii coniungunt *locus meritis*, ut III, 109. et IX, 237.; quam rationem iure reiicit Wagn., quod ita Euander Aeneam, tamquam nondum quidquam de se ipso meritum, admoneret, venisse et illi bene merendi tempus, cum tamen vel honorificum funus Pallanti factum magni instar meriti esset. Postea tamen, nescio qua de causa, Vir doct. mutavit sententiam, *locus meritis* explicans per: locus ad merita, et solum Dat. *tibi* a verbo *vacat* pendere censens. In multis denique Codd. sic distinguitur: *Quam debere vides meritis: Vacat hic* cett.; ut *meritis* sit: natoque patrique, qui de te meriti sunt; sed partim offendit nudum illud *meritis*, partim vehementer languent verba *vacat hic tibi locus*, voc. *meritis* non addito. — **180.** *vitae* ut tertium Casum habeamus, oppositionis rationem suadere, vere observat Wagn.; sententia enim haec est: non vitae meae, h. e. mihi viventi, quaero gaudia — hoc enim seni eique filio orbato non fas esset, — sed nato meo interempto; non, ut vitae iucunditate diutius fruar, eam produco, sed ut nuntium de Turno interfecto ad inferos deferre eoque filii Manes consolari possim; qua de re vid. adnott. ad II, 587. et IV, 386. (Consentiunt nobiscum Bryce et Conington, dum Ladew. et Benoist. *vitae* Genitivum habent.) Peerlk., temere in hac sententia haerens, haec verba una cum toto versu sequente spuria censet. — **181.** „*Sed quaero*, in votis habeo, *nato perferre*, nuntiare (scil. hoc, de Turno sumptam esse poenam) *Manes sub imos*, ut in simili loco IV, 387., in morte, quam sibi brevi obeundam esse auguratur. [Cf. etiam III, 565. et XII, 884.] Unum illud paulo durius est, quod *perferre* absolute pro *perferre nuntium* dictum est." Haec *Heyn.*, qui propterea et ipse aut totum versum spurium, aut *hoc* vel *haec* ante *Manes* inserendum esse censet. Sed admodum dura est haec elisio, Bothio probata, et simplex *perferendi* verbum iam supra V, 665. sic usurpatum vidimus, ut alibi *adferre* et *deferre* (vid. IV, 298.) absolute ponuntur. De constructione autem mutata vid. ad Ecl. VI, 74. Geo. I, 25. Aen. II, 5. III, 234. al. et de verbo *quaerere* cum Infin. constructo IV, 631. VI, 614. et VII, 449. Wagn. tamen poetam concinnius scripturum fuisse censet: *Manis portanda sub imos*. Ceterum etiam hic *gnato* scripsimus cum Med. et utroque Lips. — Cum v. **182.** cf. Ciris

Extulerat lucem referens opera atque labores:
Iam pater Aeneas, iam curvo in litore Tarchon
Constituere pyras. Huc corpora quisque suorum
More tulere patrum, subiectisque ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine caelum.
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter maestum funeris ignem

---

v 348. *Postera lux ubi laeta diem mortalibus almam - - quatiebat.* Verg. videtur memor fuisse loci Iliad. VII, 422 sqq. — *Aurora interea* cett. Vid. supra ad v. 1. De tempore, quo singula hic enarrata eveniant, Conington ad h. l. accuratius disputat. — **183.** Cum Wagn. in fine versus pro vulg. Puncto Colon posuimus, cum videantur sibi respondere Particulae *interea — iam.* Etiam Peerlk., Gossr., Ladew., Haupt., Conington et Benoist. Wagnerum secuti sunt, dum Süpfl. et Bryce Punctum retinuerunt. — *miseris mortalibus, δειλοῖσι βροτοῖσι* (vid. ad X, 274. et cf. II, 268. *mortalibus aegris*), quibus *opera et labores refert* ut legimus in Auson. Perioch. XI. Iliad. (*Aurora - - Spargebat terras referens opera atque labores*). Simili ratione *Lucifer* Ovidio Met. IV, 664. vocatur *admonitor operum;* magis vero etiam huc pertinent eiusd. Am. I, 6, 65. *pruinosos molitur Lucifer axes, Inque suum miseros excitat ales opus*, et Manil. I, 244. *orta dies sopitas excitat urbes Et cum luce refert operum vadimonia terris.* — **183.** *Extulerat lucem.* Cf. V, 64. *Diem mortalibus almum Aurora extulerit.* Serv. hanc miram profert adnotationem: „Asinius Pollio dicit, ubique Vergilium in dici descriptiono sermonem aliquem ponere aptum praesentibus rebus, ut hoc loco, quia funerum et sepulturarum res agitur, dicit *extulerat.*" — *referens opera atque labores.* Cerda comparat Hom. Hymn. in Merc. 98. *ὄρθρον δημιοεργόν*, Conington autem nos delegat ad Hesiod. Op. et D. 579 sqq. — **184** sqq. De his ritibus funebribus aetatis heroicae Heyn. conferri iubet Hom. Il. VII, 420—432. XXIII, 1—27. 110—257. XXIV, 777 sqq. et Od. XXIV, 57. — *litore curvo*, ut III, 16. — *Tarchon.* Sic (vel *Tarcon* et *Tharcon*) Med. pluresque alii Codd., quos cum Wagn. secutus sum. Vulgo *Tarcho.* Vid. ad VIII, 506. — **185.** Servius haec adnotat: „*Pyra* est lignorum congeries [scil. in qua mortui alicuius corpus comburatur]; *rogus*, cum iam ardere coeperit; *bustum* vero iam exustum. Quem ordinem servat poeta, dicens *constituere pyras*, item v. 189. *subiectis ignibus accensos decurrere rogos*, atque v. 260. *semiusta servant busta.*" — **186.** *subiectis* (cf. VI, 223. et supra v. 119.) *ignibus atris*, propter fumum (quo etiam III, 582. *caelum obtexitur*). Vid. ad IV, 384. VIII, 198. et Geo. II, 309. Wagnero nimia videtur ubertas orationis: *ignes atri, tenebrae, caligo.* Peerlk. malit cum Burm. *atras.* — **187.** *Conditur in tenebras - - caelum.* Cf. Anth. Lat. I, 170, 123. *campus Conditur in tenebras* et Epit. Iliad. 474. *pulvere caelum Conditur.* Conington confert Geo. I, 442. (sol) *Conditus in nubem.* — **188—190.** Describitur decursio funebris, *ἡ περιδρομή.* „Praeivit in hoc decursu Apollon. I, 1059. IV, 1535. Cf. Tac. Ann. II, 7." *Heyn.* Poterat iam Hom. Il. XXIII, 13. et Od. XXIV, 68 sqq. conferre. Vergilium imitatus est Val. Fl. III, 347. Praeterea vid. Lips. ad Tac. II, 5. Doering. ad Liv. XXV, 17. et Kirchmann. de fun. III, 3. (quos iam Thiel. laudavit). Cf. etiam liber meus *Hellas u. Rom.* I, 2. p. 37. — *ter.* De numero ternario in rebus ad Manes pertinentibus frequentato vid. Hom. Il. XXIII, 13. et adnott. ad Ecl. VIII, 78. Geo. I, 345. Aen. IV, 510. VI, 229. 506. — *cincti fulgentibus armis.* Cf. II, 794. *cingor fulgentibus armis.* — **189.** *Decurrere* Heynio „vi oppositi ad pedites spectare videtur" et recte quidem, cum etiam ap. Appian. Hisp. 75. (quem locum Conington comparat) legamus: *κατὰ ἴλας δέ τε πεζοὶ καὶ οἱ ἱππεῖς ἐν κύκλῳ περιθέοντες αὐτὸν ἔνοπλοι βαρβαρικῶς ἐπῄνουν.* — *Rogos* autem a *pyris* v. 185. commemoratis non diversos esse, docet Becker in Gallo III. p. 291. ed. 2. coll.

Lustravere in equis ululatusque ore dedere.
Spargitur et tellus lacrimis, sparguntur et arma.
It caelo clamorque virum clangorque tubarum.
Hic alii spolia occisis derepta Latinis
Coniciunt igni, galeas ensisque decoros
Frenaque ferventisque rotas; pars munera nota,
Ipsorum clipeos et non felicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora Morti
Saetigerosque sues raptasque ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes. Tum litore toto

Cic. Legg. II, 23. -- **190.** *Lustravere in equis*, ut V, 578. -- V. **191.** ex Il. XXIII, 15. translatus. — *Spargitur* (conspergitur) *tellus lacrimis* prono ac demisso vultu incedentium. Ceterum vid. supra ad v. 82. — **192.** *It caelo clamor*, ut V, 451. — *clangor tubarum.* Vid. ad II, 313. et VIII, 526. De tubarum et tibiarum usu in funeribus cf. Hor. Sat. I, 6, 44. Pers. III, 103. et liber meus modo comm. I, 1. p. 118. cum adn. 342. — **193.** *Hic*, i. e. dum haec fiunt, inter clamorem et clangorem. Hanc autem lectionem. quae novam repente imaginem oculis offerens vividiorem efficit orationem, pro vulg. *hinc* ob Med., Pal., Rom., Gud., Bern. II. III. aliorumque Codd., Macrobii VI, 6, 5. p. 532. Ian. et Servii auctoritatem cum Iahn. in 1. edit, Süpflio, Ribbeckio, Ladew. et Benoisto nunc recepimus. Vulgarem lectionem, quae in quo libro inveniatur, Ribbeck. se nescire fatetur. retinuere Iahn. in alt. edit., Wagn. (qui conferri iubet locos similes Val. Fl. III, 311 sqq. et Suet. Caes. c. 84. atque etiam in Phil. Suppl. I. p. 391. *hinc* contra Ladew. defendit), Gossr., Peerlk., Bryce, Haupt. et Conington. De more autem hic commemorato vid. adnott. ad VIII, 562. – *derepta* Heins. ex Med. aliisque bonis Codd. (quibus accedit Macrobii l. l. auctoritas) restituit pro vulg. *direpta*, quod Iahn. in priore edit. servavit, coll. adnot. sua ad Geo. II, 8., in altera autem edit. ad eundem l. lectioni *derepta* recte postposuit. Etiam me posteriores editores omnes *derepta* receperunt. Cf. adnott. ad Aen. I, 211. et al. — **194.** *Igni coniciunt.* Vid. supra ad X, 683. et ad Ecl. II, 30. – *enses decoros.* Peerlk. memorat, *decoros* neutiquam esse inane epitheton, sed significare, in rogos mortuorum pulcherrima quoque spolia iniecta esse. — **195.** *ferventes* Wagn. parum aptum huic loco censet epitheton, quo poeta usus videatur, ut bellicorum curruum, quorum quidem summa sit concitatio, rotas apertius significaret. Significat *rotas* (currus: vid. ad Geo. III, 170.), quae antea in proelio ferbuerant, vel etiam, quae fervere solent, ut Serv. explicat. Sic Hor. Od. I, 1, 4. *fervidae rotae.* (Ceterum cf. adnott. ad Geo. I. 92.) Peerlk. sine iusta causa coni. *ferratas*, coll. Geo. III, 361. – *munera nota* Heyn. explicat: „quibus populares, mortui Troiani usi erant;“ sunt potius arma ipsis nota, ab ipsis, dum erant in vivis, geri solita. Cf. VI, 221. *velamina nota*, ibique adnott. *Munera* autem omnia dicuntur, quae ad honorem funebrem pertinent. Verba *et non felicia tela* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 458. — **196.** *non felicia*, quibus mortem sibi defendere non potuerunt. Contra *felicia arma* commemorantur VII, 745. — **197.** „*Morti*, tamquam deae [ut fortasse etiam Aen. IV, 451., ubi vid. adnott.]. Sic Serv. quoque, qui laudat similes locos Statii Theb. IV, 528. et Lucan. VI, 600. Notabile tamen hoc: alias Orco vel Manibus et Inferis victimae hae mactari solent.“ *Heyn.* Aliter haec intellexit Heins. (videndus etiam ad Sil. X, 463.), qui *morti* scripsit litera minuscula, ut *morti* sit Ablat. pro *morte* positus, de qua forma diximus ad Geo. IV, 165. Sed haud dubie praestat altera explicatio, in qua omnes recentiores editores nobiscum consentiunt, et Conington quidem adnotat, Morti hic esse fere i. q. Orco, et comparat Liv. IX, 40. *eos se Orco mactare dictitans.* — *boum corpora.* Vid. ad Aen. I, 193. II, 18. V. 318. VII, 650. al. et Geo. III, 369 — **198.** *Saetigerosque sues*, ut VII, 17. — **199.** Verba *In flammam iugulant pecudes* iterantur XII, 214., ubi vid. adnott. Conington comparat Aesch. Agam. 1057. *ἕστηκε μῆλα πρὸς σφαγὰς πυρός.*

Ardentis spectant socios semiustaque servant
Busta neque avelli possunt, nox humida donec
Invertit caelum stellis ardentibus aptum.
    Nec minus et miseri diversa in parte Latini
Innumeras struxere pyras et corpora partim
Multa virum terrae infodiunt avectaque partim
Finitimos tollunt in agros urbique remittunt;
Cetera confusaeque ingentem caedis acervum
Nec numero nec honore cremant; tunc undique vasti

— **200**. *Ardentes spectant socios.* Idem Conington conferri iubet Iuven. X, 253. *videt acris Antilochi barbam ardentem.* — *servant busta*, ub iis non abscedunt. Vid. ad Ecl. III, 75. — **201**. „*busta*, snnt loca, in quibus iam corpora urserunt. Primo enim *pyrae* dicuntur et *rogi;* nbi vero arsernnt, *busta* vocantur. Spectabant ergo, donec seminsta, h. e. non plene usta, plenissime consumcrentur.“ Haec *Donat.* Vid. etiam supra ad v. 185. De verbo *servandi* cf. adnott. ud Ecl. III, 75. et Geo. I, 335. — „Usqne ad auroram: ad sensus errorem dictum poetarum more, ac si per noctem caelum circumagatur ab occidente versus oricntem. Cf. II, 250 sq. {IV, 482.} Iliad. XXIII, 154. 226 sq. XXIX, 788 sq. [Thiel. etiam Cort. ud Lucan. I, 15. conferri inbet.] Interdiu struitur rogus; nec accenditur nisi vesperi: ardet per noctem. Altero die vel tertio, nt h. l. v. 210., ubi rogus refrixerut, legebantur cineres.“ *Heyn.* — *nox humida*, ut II, 8. — **202**. *invertit caelum.* Cf. II, 250. *Vertitur interea caelum.* — *stellis ardentibus aptum*, ut IV, 482. ct VI, 797.; *ardentibus* antem, quod cum Iahn. et Wagn. revocavimus, lectio est omnium Codd. praeter Rom. et paucos alios deterioris notae, *fulgentibus* cxhibentes, quod vnlgo editur, sed glossema videtur, ne idem vocabulum statim recurrat, imprimis cum alibi Muro puululnm variare soleat versus variis locis repetitos. Ex recentioribus editt. solae Gossraviana (sed invito auctore, nt ex eius adnot. colligo) ct Bryceana *fulgentibus* exhibent. — *aptum.* Vid. ad IV, 482. — **204** sq. „De industria hoc memorasse videtur, quoniam in Italia semper variavit sepultura, modo crematione, modo bumatione in usum reccpta, prout vel ipsu silvarum copia vel iuopia suadebat.“ *Heyn.* — *partim -- partimque.* Wagn. confert Eleg. ad Messal. 45. *Immoderata pati iam frigora, iamque calores.* Alteram partem eo ipso loco infodiunt, ubi ceciderant, alteram (et nobiliorem quidem) avebunt in finitimos agros et singulas urbes, ubi habitaverant. Antiquioribus enim temporibus apud Romanos corpora mortuorum, qnae postea comburi solebant, saepius terrae infodiebantur. — **205**. *avecta tollunt*, pro: tollunt atqne in currus snblata uvebunt. Peerlk., cui cnm tale hysteron proteron non ferendum videtur, tum duplex verbnm *tollunt — remittunt* ct Singularis *urbi* scrupulum movet, paulo audacius coni. *Finitimos plaustris in agros urbisque remittunt.* — **206**. *urbi remittunt*, scil. suae quemqne nrbi; ut iam Serv. locum intellexit. Heyn. (cui Conington adsentitur) de solo Laurento cogitat. — **207**. *Cetera*, scil. corpora, *confusaeque* etc. Haec verba per epexegesin adduntur. De vi explicativa Copulae vid. adnott. ad Ecl. III, 34. Geo. I, 498. Aen. I, 30. IX, 307. al. — *caedis*, caesorum (vid. ad X, 245.). Peerlk. tamen malit *Ceteraque, ingentem confusae caedis acervum.* Ceterum cf. simillimus locns VI, 504. *confusae stragis acervum.* Conington conferri inbet Hom. Il. VII, 424. *Ἔνθα διαγνῶναι χαλεπῶς ἦν ἄνδρα ἕκαστον.* — **208**. *nec numero nec honore*, nullo numero, nullo honore habito (sunt enim Abl. absol., qui Participio vel Adiectivo non uddito sane possunt offendere, quamquam dici potest, Particulam *nec* repraesentare vicem Adi. *nullus*); nec numerabantur singuli nec singulari honore ab aliis distinguebantur, non singuli singulis rogis cremabantnr. Altera, quam Heyn. profert, explicatio: caesorum, qui nec nnmero erant, nec in honore, minus probanda, quamqnam etiam Wagn. adnotat: „Dnctum hoc ab eo, quod, quorum nulla esset dignatio, eos Romani nullo numero atque honore esse dicebant;“ de

Certatim crebris conlucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam caelo dimoverat umbram:
Maerentes altum cinerem et confusa ruebant
Ossa focis tepidoque onerabant aggere terrae.
Iam vero in tectis, praedivitis urbe Latini,
Praecipuus fragor et longi pars maxima luctus.
Hic matres miseraeque nurus, hic cara sororum
Pectora maerentum puerique parentibus orbi
Dirum exsecrantur bellum Turnique hymenaeos;
Ipsum armis ipsumque iubent decernere ferro,

---

quo usu cf. IX, 343. *plebs sine nomine* et Caes. B. G. VI, 13. *aliquo sunt numero et honore.* Iahn. ex uno Reg. recepit *neque honore.* — Cum v. **209.** cf. Hom. Il. I, 52. — **210.** Vid. modo ad v. 202. *Tertia lux* etc. Servius adnotat: „Mos enim erat tertio die ossa crematorum legi." Cf. etiam Schol. Crucq. ad Hor. Epod. XVII, 48. — *lux dimoverat umbram.* Cf. Ovid. Met. IV, 81. *Postera nocturnos Aurora removerat ignes* et similes locos; cum *gelida umbra* autem cf. Ecl. VIII, 14. ibique adnott. — **211.** *cinerem et ossa ruebant,* i. e. ossa de cineribus eruebant, i. e. legebant. *Ruere* cum Accus. obiecti constructum legitur etiam Geo. I, 105. Aen. I, 35. et 85. Hor. Sat. II, 5, 22. (ubi vid. Orell.) alibi. *altum* autem *cinerem,* quia multorum est corporum combustorum. — *focis* pro pyris. — „*tepido,* translate, cui tepida ossa inferebantur." *Heyn.* Rectius Wagn. intelligit humum ab incendio rogorum adhuc tepentem. Cf. autem de hoc ossilegio Broukh. aliique Intpp. ad Tibull. III, 2, 17 sq. et 26. Kirchmann. de fun. III, 8. et liber meus *Hellas u. Rom* I, 1. p. 120. — **213.** *Iam* a poetis maxime usurpatur saepe in transitu ad novum et a superioribus diversum argumentum, imprimis si res narranda inter ea accidit, quae antea narrata sunt. Cf. adnott. ad Geo. III, 541., ubi adde Oudend. ad Lucan. II, 214. et Hand. Turs. III. p. 147 sq. — *in tectis, praediv. urbe Latini.* Hanc appositionem, iam Marklando in Praef. ad Stat. Silv. V. aliisque improbatam, minus quidem placere, sed tamen fortasse defendi posse ex X, 601. et defensam esse ab Iacobo Disquiss. Verg. P. I. p. 12 sq., memorat Wagn., ipse coniiciens *in tecto et praediv.* cett., vel potius locum a poeta inter emendandos relictum esse statuens. Burm. malit *in tristi praedivitis* vel *in tectis et divitis,* quod in textum recepit Bothius; et Peerlk. satis audacter coni. *Iam vero tectis ardescit in urbe L.;* Thiel. autem, appositionem non agnoscens, ante *urbe* poetice omissa censet verba *et in;* quod probare non possum. Ego potius iuxta cum Iahnio omnia bene se habere puto. *Tecta* opponuntur campo, in quo prius enarrata gerebantur; ne quis autem haec de solo regis palatio intelligat, poeta appositionis loco addit verba *praed. urbe Latini.* Vid. etiam Voss. in *Anm. u. Randgl.* p. 238. — *praedivitis Latini.* Cf. VII, 170 sqq. et XII, 23. Covingtou conferri iubet Hom. Il. XVIII, 288. — **214.** *fragor,* confusus strepitus et iucunditus clamor. Cf. Val. Fl. I, 753. *regem fragor per moenia differt, mille ciere manus.* — *pars maxima luctus.* Vid. ad VII, 266. et al. — **215.** *cara sororum pectora,* quemadmodum apud Stat. Theb. VII, 495. *nunc ipsam urgens, nunc cara sororum Pectora* et in Anth. Lat. I, 170, 108., ubi eadem verba *hic cara sororum Pectora* repetuntur, ut seqq. verba *puerique parentibus orbi* ibid. v. 106. *Cara* autem, i. e. quae ipsis fratribus, dum illi vivebant, cara fuerant, imitari videtur latiorem illum voc. φίλος usum apud Homerum. Peerlk. tamen, haerens in hoc epitheto ad sorores relato, coni. *hic cara sorores Pectora maerentes;* illudque *cara pectora maerentes* simul ad matres, nuros et pueros referendum esse censet. — *dirum bellum,* ut X, 50. *dirae pugnae.* — *Turnique hymenaeos,* ut VII, 398. — **218.** *Ipsum* hic fere l. q. *solum;* vid. v. 220 sq. Cf. Wagn. Qu. Verg. XVIII, 2, 9. et adnott. ad Geo. IV, 201. et Aen. V, 201. cum adnott. ad IV, 475. et VIII,

Qui regnum Italiae et primos sibi poscat honores.
Ingravat haec saevus Drances solumque vocari
Testatur, solum posci in certamina Turnum.
Multa simul contra variis sententia dictis
Pro Turno, et magnum reginae nomen obumbrat;
Multa virum meritis sustentat fama tropaeis.
Hos inter motus, medio in flagrante tumultu,
Ecce super maesti magna Diomedis ab urbe
Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
Tantorum inpensis operum, nil dona neque aurum
Nec magnas valuisse preces; alia arma Latinis
Quaerenda aut pacem Troiano ab rege petendum.

---

111. — *armis*. Bryant., ut otiosa evitaretur tautologia, coniecit *animis*, quod recepit Wakef., neque displicere videtur Heynio. Sed recte adversatur Wagn., qui, coll. infra v. 220 sq. et Geo. III, 269 sq., poetas in graviore oratione bis idem dicendo vim verbis conciliare docet. — *decernere ferro*, ut XII, 282. et 695. — **219**. *regnum Italiae*, ut IV, 275. — „*primos honores:* ut praeferatur in Laviniae matrimonio cumque ea in regni successione.“ *Heyn.* — **220** sq. Cf. supra v. 115 sq. — *Ingravandi* verbum legitur etiam ap. Silium IV, 671. et Ovid. Trist. III, 4, 60. — *solumque vocari* (scil. ab Aenea) cett. Cf. locus simillimus XII, 466. et praeterea infra v. 442. — **221**. *posci in certamina*. Cf. VIII, 614. *in proelia poscere Turnum*. — **222** sqq. „Contra etiam multae sententiae diversae erant pro Turno; eumque et regina Amata, quae ei studebat, et fama magnarum rerum gestarum sustentabat.“ *Heyn.* — *simul* cum non satis clarum sit quid sibi velit, Peerlk. non sine aliqua probabilitatis specie verba *simul* et *virum* (v. 224.) transponenda censet; imprimis cum Medic. a m. pr. vere exhibeat *Multa simul meritis*. — **223**. *magnum reginae nomen*. Sic etiam VII, 581. *neque enim leve nomen Amatae*. — *obumbrat*, tuetur eum et defendit. Wagn. apte confert Liv. VII, 30, 18. *Itaque umbra vestri auxilii, Romani, tegi possumus*, ibique Drak., et Ladew. addit eiusd. XXXII, 21. *sub umbra auxilii vestri latere volunt*. — *meritis tropaeis*, quae meruerunt; non fama, quae tropaea meruerunt, quam explicationem addit Conington, qui simul adnotat *virum* cum emphasi positum esse, ut VI, 890. — Cum v. **225** sqq. cf. supra VIII, 9 sqq. et Ovid. Met. XIV, 457 sqq. — Verba *Hos inter motus* repetuntur in Auth. Lat. I, 170, 110. — **226**. *super*, insuper, super haec omnia. Vid. ad Aen. II, 71. VII, 462. al. — *magna*. Aliquot Codd. (qui etiam Servio noti) *magni*, quod fortasse ex VIII, 9. huc translatum. Magnam urbem dixisse videtur, ut magnum ab ea auxilium exspectari significaret; quae etiam Gossravii est sententia. — **227**. *Legati*, ad Diomedem Argyrippam missi. Vid. loc. modo laud. Verba *Legati responsa ferunt* repetuntur in Auth. Lat. II, 194, 64. — *nihil actum*. Peerlk. comparat Val. Fl. V, 300. *Nil domitis actum Symplegados undis* et Sulp. Sever. Hist. p. 610. *Nihil actum morte Priscilliani*. Conington addit Vellei. II, 66. *Nihil tamen egisti, M. Antoni*. — **228**. *Tantorum inpensis operum*, tanta opera in legationem inpensa. *Opus* enim i. q. opera, ut ap. Cic. Off. II, 3. de N. D. II, 40. Orat. 44. ad Div. III, 2. Cat. ap. Gellium VII, 3. etc., imprimis cum *tanto*, *quanto*, *maximo* coniunctum. — **229**. *alia arma Quaerenda*. Cf. II, 99. — **230**. *pacem - - petendum*. Sic (pro *petendam*) multi Codd. cum Med. a m. sec. et Grammatici (Servius, Donatus ad Terent. Andr. I, 5, 19. Eun. I, 2, 17. Adelph. IV, 8, 11. Rufin. de Schem. Lex. p. 256. all.), quorum auctoritatem cum Heins., Wakef., Iahnio, Wagn. et reliquis recentioribus editt. praeter Bryceum secutus sum. (Cf. etiam Ribbeck. Proleg. p. 207.) Eandem lectionem recte defenderunt Gernhard. ad Cic. Cat. mai. c. 2. (ubi legitur: *quam viam nobis quoque ingrediendum sit*), Ruhnk. ad Rufin. l. l. et Pauly *Beitr. z. Sprachwissensch.* p. 107. Quamvis enim ex vulgari Grammaticorum

Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus.
Fatalem Aenean manifesto numine ferri
Admonet ira deum tumulique ante ora recentes.
Ergo concilium magnum primosque suorum
Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli convenere fluuntque ad regia plenis
Tecta viis. Sedet in mediis et maxumus aevo
Et primus sceptris haud laeta fronte Latinus.

---

praecepto hic *petendam* scribi debeat, cum Verbo siugularis quaedam vis nou insit, sed voc. *arma* et *pacem* sibi oppouantur, verissime tameu Iahn. docet, latius patere Gerundii usnm, imprimis apud historicos et, qui illorum sermouem saepe imitaudo exprimant, poetas epicos; quamquam etiam apud alios scriptores huius usus exempla inveuiuntur, ut ap. Cic. l. l., Varr. R. R. I, 21. (*canes habendum*). Liv. XXVI, 43. (*ad unam urbem oppugnandum*) etc. De hoc Graeco diceudi genere praeterea cf. Arntzeu. ad Paneg. Mamert. Maxim. dictum c. 5. p. 115. Grouov. Obss. I, 7. Drakenb. ad Sil. XI, 562. (ubi legimus: *Nunc pacem orandum, nunc - - Arma reponendum*) Zinzerling. Promuls. crit. iuv. c. 32. Ruddim. II. p. 492. et mea ad Luc. I, 112. (ubi *poenas timendum*). — 231. Verba *Deficit ingenti luctu* repetita vides in Anth. Lat. I, 172, 102. — Cum. v. 232. cf. VII, 272 sq. Seutentia loci est: nou posse dubium esse, quin Aeueas secundum fata in Italiam veniat; hoc enim manifesta voluntatis deorum significatione prodi. — *manifesto numine*, i. e. deorum consilio et voluntate, vel potius cum deorum potentissimo auxilio, ut Dietsch. Theol. Verg. p. 5. explicat. Vid. ad I, 8. et II, 623.; de Adiect. autem *manifestus* ad III, 151. — *tumuli recentes*, clades nobis inflicta. — 234. *concilium cogit*, ut rursus infra v. 304. et 460. — 235. Comparant Hom. Il. II, 51 sqq. — *imperio accitos* Heyn. interpretatur: cum iis imperatum esset, ut veuirent et sic etiam Wagn.: „suo iussu"; rectius fortasse Peerlk. *imperio* fere idem esse censet, quod *pro imperio*, cum pars regii imperii sit patres et populum convocare, et maiestas regia iu eo cernatur. Errat autem Heiurich., qui *imperio* pro Dativo habet et explicat: quos adsciverat ad imperium, quorum opera et consilio utebatur in re publica gereuda; ac si *adscitos* a poeta scriptum esset. — *alta intra limina*. Servius louga aduotatioue palatium Latini (VII, 170 sq. *Tectum augustum* etc. *Laurentis regia Pici*) intelligendum esse docet. — 236. *fluuntque*. Aliquot Codd. cum ipso Med. *ruuntque*, quod, ex syllaba finali verbi praecedentis ortnm, uon satis convenire dignitati principum virorum in curiam couvenientium, vere iudicat Wagn. Cf. etiam XII, 444., ubi saue etiam praecedit *ruunt*, unde fortasse huc translatum statues. Thiel. conferri iubet Claud. in Rufin. II, 427. et Drak. ad Silium XII, 619. Haupt. tameu, Ladew. et Benoist. receperunt Medicei lectiouem, quam Ladew. sic defeudit: „*Ruere bezeichnet die grosse Aufregung der Gerufenen, die sie zu einer ihrer Würde nicht angemessenen Hast verleitet.*" Sed recte Wagn. in Phil. Snppl. I. p. 391. contendit, hanc explicationem, qua poeta culpetur, quod priucipes viros decori oblitos fecerit, adversari placidae orationi et sedatis uumeris huius versus *Ollī cōnvēnēre*, qui prorsns couveuiant dignitati istius concilii, a quo abhorreat nimiae et prope servilis festinationis indicium. Recte igitur ceteri recentiores editores acquieveruut in Pal., Rom., Gud. aliorumque Codd. lectioue. — 237. *Sedet in mediis*. Vid. ad VII, 169. — *maxumus aevo*, ut V, 644. *maxuma natu*. — 238. „*primus sceptris*, imperio et dignitate iuter reges ac duces copiarum, qui auxilio veuerant." *Heyn.* Wagn. vero verba *primus sceptris* omnino ad regiam dignitatem declarandam, non ad ceterorum, qui aderaut in isto concilio, regulorum comparatiouem spectare putat, quam tamen sententiam postea videtur deposuisse, cum in min. edit. hoc adiiciat Servii scholiou: „primus inter sceptriferos; uamque apud maiores omnes duces cum sceptris ingrediebantnr curiam." *Peerlk.* denique utramque rationem recte sic coniungit: „Latinus convocaverat primos suorum. Ergo sedebat primus, medius, loco honoratiore, qui cum propter

Atque hic legatos Aetola ex urbe remissos,
Quae referant, fari iubet et responsa reposcit
Ordine cuncta suo. Tum facta silentia linguis,
Et Verulus dicto parens ita farier infit:
„Vidimus, o cives, Diomedem Argivaque castra
Atque iter emensi casus superavimus omnis
Contigimusque manum, qua concidit Ilia tellus.
Ille urbem Argyripam patriae cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis arvis.

---

aetatem iam Latino deberetur, si esset inter pares, etiam debebatur regi, cui erat prima potestas." — *haud laeta fronte.* Cf. VI, 862. *Frons laeta parum.* — — 239 sqq. Cf. Hom. Il. VI, 667 sqq. Verbis *Atque hic* prius cum Wagn. putabam Latinum opponi *illis*, qui convenerint v. 236. (cf. adnott. ad Ecl. IX. 16.); nunc vero Coningtoni concedo, aptius esse *hic* pro Adverbio habere. Cf. VI, 494. et 860. — *Aetola ab urbe*, quam condidit et incolit Diomedes Aetolus eum Graecorum colonia. Vid. ad VIII, 9. et X, 28. (ubi *Aetolis ab Arpis* legimus). — *remissos*, a Diomedo, nec consecutos, quod petierant. — 241. *cuncta*, ut ne quid reticeretur. — *Tum facta silentia linguis*, ut I, 730. *Tum facta silentia tectis*, eo tamen discrimine, ut hic *linguis* sit Dat. (ut ap. Pers. IV, 7. *calidae fecisse silentia turbae*, quem locum Conington comparat), aut Ablat. instrum., quem vocant, ibi autem *tectis* Ablat. loci. — 242. *dicto parens*, ut I, 695. — *farier.* Vid. ad VII, 70. IX, 231. al. — *infit.* Vid. ad V, 708. — 243. *Diomedem* ex Parrhas, Reg. et Dorvill. cum Both., Iahn. et Wagn. (in mai. edit.) restituimus (in quo nos sequuntur Bryce, Haupt., Ladew. et Conington), cum Med., Pal., Rom., Gud. aliorumque Codd. lectio *Diomeden* metro adversetur, quae autem vulgo editur Graeca Accusativi forma *Diomede* (*Διομήδη* pro *Διομήδεα*), a parte Codd. (etiam Bern. II. et III.), Servio et Macrob. V, 17, 19. p. 455. Ian. exhibita, Romanis prorsus inusitata sit. Cf. Schneider. Gr. Lat. II, 1. p. 296. et Lachm. ad Lucr. I, 739. p. 50. Nihilominus Wagn. (qui etiam cf. in Phil. Suppl. 1. p. 337.), Ribbeck. et Benoist. receperunt Graecum Accus., quem Wagn. Vergilio, Homeri imitatori, vindicat ex locis Il. IV, 384. (*Τυδῆ*), Od. XIX, 136. (*Ὀδυσῆ*) et Il. XV, 339. (*Μηκιστῆ*). — *Argiva castra*, urbs Argyrippa, de qua vid. ad VIII, 9. Sic nova Troia ab Aenea condita saepe *Troïa castra* vocatur. Cf. e. g. infra v. 350. — 245. *Contigimus manum* ad dextram datam referendum. Cf. supra VIII, 124. Conington putat, Vergilium hic memorem fuisse Aesch. Agam. 907. et Hom. Il. XXIV, 478. — *Ilia tellus* (cf. IX, 285. ibique adnott.) pro urbe Ilii: ut statim v. 246. *gentis* pro urbis. Haec autem *patria urbs* est Argos Hippium, Peloponnesi oppidum, unde nova urbs a Diomede in Apulia condita nomen accepit (cf. VIII, 9. et X, 28.); *patriam* autem gentem s. urbem Argos appellat poeta improprie; fuit enim Diomedes Aetolus; sed Adrasti filia, Aegialea, in matrimonium ducta in regno Argivorum successerat. Cf. v. 269. — 247. „*Victor*, armis eum Dauno adversus Messapios iuvetis, ea conditione proposita, ut pro auxiliis latis agri partem acciperet. Vid. Anton. Liber. Met. c. 37." *Heyn.* De *Gargano*, Apuliae monte satis noto, vid. Plin. III, 11, 16. Mela II, 4, 6. Strab. VI. p. 284. alii et liber meus geogr. III. p. 494. — *Iapyx* pro Iapygius, ut etiam ap. Ovid. Met. XIV, 458. (ab Heyn. collatum) *Daunus Iapyx.* Cf. Bentl. ad Hor. Od. II, 13, 8. et Iahn. ad Ovid. Met. VII, 394. eum adnott. ad I, 686. III, 602. IV, 552. IX, 285. al. Iapygiae autem nomen, quo proprie meridionalis tantum Apuliae pars dicebatur, ad quam Garganus non pertinebat, a poetis ad totam Apuliam transfertur. — Retinuimus vulgarem lectionem *arvis*, ab Heinsio restitutam, quae magis respondet montis notioni, quam altera *agris*. Wagn. enim de discrimine utriusque vocabuli haec adnotat: „*Ager* est terra culta, aut quae coli solet, *arvum*, i. e. *arativum*, quod arari potest, vel secundum Varr. R. R. I, 29, 1. quod aratum, nec satum est. Vid. Schmid. ad Hor. Epist. I, 6, 6." Accedit, quod etiam Ovidius et Silius hic *arvis*

Postquam introgressi et coram data copia fandi,
Munera praeferimus, nomen patriamque docemus,
Qui bellum intulerint, quae causa attraxerit Arpos.
Auditis ille haec placido sic reddidit ore:
„O fortunatae gentes, Saturnia regna,
Antiqui Ausonii, quae vos fortuna quietos
Sollicitat suadetque ignota lacessere bella?
Quicumque Iliacos ferro violavimus agros, —
Mitto ea, quae muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois premat ille viros, — infanda per orbem
Supplicia et scelerum poenas expendimus omnes,
Vel Priamo miseranda manus; scit triste Minervae
Sidus et Euboicae cautes ultorque Caphareus.

---

videntur legisse; ille enim Met. XIV, 458. sic scribit: *Ille quidem sub Iapyge maxima Dauno Moenia condiderat dotaliaque arva tenebat*, hic autem IV, 554. *Argyripa Dounique profectus ab arvis.* Secuti nos sunt Bryce, Haupt., Wagn. et Ladew.; Ribbeckius vero (qui sane *arvis* in uno modo Bern. II. videtur invenisse), Coningt. et Benoist. *agris* receperunt. — V. **248.** iam legimus I, 520. Iteratur etiam in Anth. Lat. I, 170, 45. — **249.** *Munera praeferimus*, prae nobis ferimus, ea primum udituri. — *docemus.* Cf. III, 717. *Fata renarrabat divom cursusque docebat.* — **250.** *attraxerit*, scil. nos. — *Arpos.* Vid. ad X, 28. et infra ad v. 428. De mutata constructione *nomen p. docemus, Qui bellum intulerint* cett. vid. ad v. 181. et al. — **251.** De Adverbio *sic* post Pron. demonstr. *haec* fere redundante cf. III, 463. omninoque adnott. ad Ecl. I, 53. Wagn. adnotat: „Asseverat sententiam loquentis cum fide expressam esse." — **251.** *Auditis* malim Dativum habere, quam Ablat. absol. — *placido ore*, ut VII, 194. et *placido pectore* I, 521. — **252.** *Saturnia regna.* Vid. ad Ecl. IV, 6 et Aen. VIII, 319. — **253.** *Ausonii* (scil. viri, populi) pro Ausonibus. Cf. X, 105. et XII, 834. Heyn. confert XI, 677. *Phrygios viras.* Ausones autem pro Latinis, qui ab iis oriundi erant. Cf. VII, 39. — *quietos.* Cf. VII, 46. 623. 693. — **254.** *lacessere bella*, ut X, 10. *lacessere ferrum*, ubi vid. adnott — *ignota*, aut propter exitum dubium et incertum, aut quia cum ignoto populo geruntur, cuius virtutem et fata ignorant; quam alteram explicationem priori praefero, ut etiam Wagn. in min. edit. Summa res sane eo redit, ut sit bellum, cuius difficultatem nondum cognoverint, quemadmodum Ladew. et Benoist. explicant. Ceterum hic versus repetitur in Ausonii cent. nupt. 84. — **255.** Cf. Hom. Od. III, 86. 102 sqq. — „*violavimus*, tamquam sacros: nam *violare* de religionibus dicitur." *Serv.* Quam in rem Thiel. conferri iubet Ovid. Met. VIII, 741. Iuven. XIII, 219. Petron. c. 130. Cic. pr. C. Rabir. 2, 7. alios et Barth. ad Stat. Theb. V, 750. Cf. etiam infra v. 277. 592. II, 189. etc. Diomedes igitur Troianos habet populum singulari deorum gratia et tutela gaudentem. — **256** sq. „Ne memorem ea, quae urbe expugnanda ab Achivis tolerata sunt: quot viri in locis illis circa Simoentem occubuerint." *Heyn.* — *exhausta.* Vid. ad IV, 14. — **257.** *Quos Simois premat.* Cf. I, 100. ibique adnott.; *premat*, scil. mersos. Vid. Bentl. ad Hor. Od. I, 14, 10. — **258.** „*Supplicia et poenas*: atrocibus vocabulis utitur pro malis et aerumnis, quasi hae pro poena excisi Ilii fuerint; et antea *violavimus* dixerat, tamquam in sacrilegio." *Heyn.* — *poenas expendere* iam legimus X, 669., ut *supplicia pendere* VI, 740. et *scelus expendere* II, 229. Cf. etiam Silius VI, 588. et XIII, 698. — *poenas omnes*, ut V, 786. *poenam traxe per omnem.* — **259.** *Vel Priama miseranda manus.* Servius laudat hunc Pacuvii locum: *Si Priamus adesset, et ipse eius commisereseeret.* Similes loci de miseriis vel hosti infestissimo deplorandis haud rari. Cf. Ovid. Met. XIV, 474. Trist. III, 9, 59. Silius II, 652. Senec. Agam. 521. cett. et Vergilius ipse Aen. II, 6 sq. — **260.** *scit*, i. q. testis est. Conington confert Geo. III, 474. —

Militia ex illa diversum ad litus abacti
Atrides Protei Menelaus adusque columnas
Exsulat, Aetnaeos vidit Cyclopas Ulixes. 263
Ipse Mycenaeus magnorum ductor Achivom 266
Coniugis infandae prima intra limina dextra

---

triste Minervae sidus, tempestas a Minerva commota (cf. I, 39 sq.); sidera enim causae tempestatum babebantur. Vide ad IV, 309., infra ad XII, 451. et Bach. ad Ovid. Met. V, 281. Cf. etiam loci Hom. Od. I, 326 sq. III, 134 sqq. et supra I, 39 sq. II, 163 sqq. Servius de fulmine, Cerda autem non magis probabiliter de face a Nauplio, Palamedis patre, in frandem Graecorum elata cogitat. — „*Caphareus*, promontorium Euboeae versus orientem, propter latentia sub undis saxa et vortices marisque aestum, imprimis propter naufragia Graecorum a Troia redeuntium infame.“ *Heyn.* Vid. Herod. VIII, 5. Plin. IV, 12, 21. Mela II, 7, 9. Silius XIV, 144. al. et cf. Prop. IV, 6, (III, 7,) 39. Nunc *Cavo d' Oro* s. *Xylofago* appellatur. Vid. librum meum geogr. III. p. 1020. — „*ultor* omnino ornat, tamquam calamitosum saxum; nisi placet ad Aiacis Oilei naufragium referre, quo Minerva eum ulta est: I, 59 sq. Cf. Prop. IV, I, 14 sq. Multa congessit Lennep. ad Phalar. Epp. p. 89.“ *Heyn.* Hanc alteram explicationem praestare, vel v. 258. indicare videtur. — 261. *diversum ad litus.* Vid. ad III, 4. — *abacti* (i. e. vi tempestatis abrepti et a cursu suo delati in remotas oras) ex omnibus fere Codd. cum Iahn. et Wagn. revocavimus, quos etiam omnes editores me posteriores praeter Bryceum secuti sunt. (Cf. I, 512. *alias avexerat oras.*) Vulg. *adacti*, cui nullus liber praeter Med. a m. pr. Moret. I. et Paris. 2. opitulari videtur, baud dubie originem debet antecedenti Praepos. *ad.* Cf. etiam Cort. ad Lucan. VI, 150. et supra adnott. ad I, 512. et III, 601. (ubi Med. a m. pr. aliique item *adducite* pro *abducite*). — 262. De Menelai erroribus vid. Hom. Od. IV, 81 sqq. et 351 sqq. — „*Protei adusque columnas*: novavit paulo audacius poeta pro finibus Aegypti, nam Proteus [de quo vid. ad Geo. IV, 388.] ad Pharum insulam sedem habebat, ut ex Od. IV, 351. 354. [et 363 sqq.] satis constat: *columnas* autem *Protei* dixit, ut extremas terrae plagas significaret; quemadmodum *Herculis columnas* extremas versus occidentem terras dicere mos est.“ *Heyn.* De synizesi *Protei* vid. adnott. ad Ecl. VI, 78. et Aen. VII, 532., de Part. autem *adusque* a poetis inde ab Augusti aetate et recentioribus pedestris orationis scriptoribus usurpata cf. Hor. Sat. I, 1, 97. I, 5, 96. Ovid. Met. IV, 20. Am. I, 5, 24. alios, Hand. Turs. I. p. 189. et Neue *Formenlehre* II. p. 525. Sic etiam *abusque* VII, 289. et infra v. 317. *super usque.* — 263. *Exsulat*, errat, *vidit.* Cf. adnott. ad IX, 9. et al. — *Aetnaeos Cyclopas.* Vid. ad VIII, 440. et III, 678., ubi *Aetnaei fratres* appellantur. Vulgo nunc sequuntur v. 264. et 265. loco minime apto, quare eos cum Ribbeckio, Ladew. et Benoisto transposuimus post v. 268., ubi vide. — 266 sqq. De Agamemnone Clytaemnestrae uxoris et Aegisthi insidiis interfecto. — *Mycenaeus ductor* s. *dux* Agamemnon etiam Ovidio Trist. I, 400. dicitur. Sic Agamemnonis exercitus Ovid. Her. V, 2. *manus Mycenaea*, classis autem Prop. III, 16 (II, 22), 32. *rates Mycenaeae*, et Iphigenia, Agamemnonis filia, Ovidio Met. XII, 34. simpliciter *Mycenis* vocatur. — 267. *Coniugis infandae* legimus etiam in Anth. Lat. I, 168, 11. — „*prima inter limina* puto dictum pro: in primo statim limine, h. e. primo aedium ingressu, cum vix domum intrasset. - - Ad locum aedium referre non licet, ut in atrio occisus sit: etsi convivia in celebriore aedium loco habebantur, inter quae caesus ille fuit. Vid. Odyss. XI, 408 sqq.“ *Heyn.* Vid. adnott. ad V, 375. coll. cum iis, quae ad I, 442. II, 497. VI, 811. adscripsimus. Peerlk. tamen, cum Homerus et Tragici Agamemnonem non in primo limine domus, sed in convivio caesum faciant (coll. Odyss. XI, 408. et Senec. Agam. 875.), et in loco nostro defectus vocabuli *domus* offendat [? vid. supra v. 235. X, 117. et al.], nimis audacter coni. *C. inf. Bacchi inter munera dextra* etc. Ribbeck. pro *intra* ex Rom., Gud. a m. pr. et Bern. III. „sex septemve Heinsianis“ et Macr. IV, 4, 22. p. 375. Ian. rece-

Oppetiit; devictam Asiam subsedit adulter. 268
Regna Neoptolemi referam versosque Penatis 264
Idomenei? Libycone habitantis litore Locros? 265
Invidisse deos, patriis ut redditus aris
Coniugium optatum et pulchram Calydona viderem? 270

---

pit *inter*, coll. infra v. 882. *inter tuta domorum.* — 268. *Oppetiit.* Vid. adnott. ad I, 96. — „Victorem Troiae *subsedit*, i. e. excepit insidiis adulter.“ *Heyn.* *Devicta Asia* pro victoria ex Asia, i. e. Troia, reportata, et hoc pro ipso victore, ut apud Silium IX, 226. (quom Ladew. comparat) *imperium* pro imperatore. — *Subsidere*, quod proprie dicitur de venatoribus, qui in statione sedentes feris insidiantur, interdum etiam transfertur ad eos, qui insidiando aliquam rem intercipiunt. Qua de re cf. Cort. et Oudend. ad Lucan. V, 226. Drak. ad Silium XIII, 221. Iani Art. poet. Lat. p. 296. alios. Lectionem autem *devictam Asiam subsedit* ex Med. aliisque bonis Codd. pro vulg. *devicta Asia subsedit* recepit Heinsius, suasore Gronovio Obss. I, 17. (p. 74. Frotsch.) *Subsidere* cum Accus. construxerunt etiam Livius I, 4, 9. Silius XIII, 221. Lucan. V, 227. Ammian. XXVIII, 4. alii. Cf. Drak. et Cort. ad Sil. et Luc. ll. ll. — 294. „*Regna Neoptolemi*: novum regnum Pyrrhi in Epiro. Vid. III, 296. 319. 325 sqq. — *versos Penates Idomenei*, eversam domum et regnum. Vid. III, 121 sqq. ibique not. — 265. [*Idomenei.* Vid. ad III, 121 sq.] *Libycone h. l. Locros.* Aiacis Oilei comites Locros [Opuntios, Hom. Il. II, 531.], delatos in litora Africae, in his locis consedisse (in *Νόστοις*) tradidisse olim videntur nonnulli nobis prorsus ignoti, quos tamen poeta h. l. sequitur. - - - Alii ex Locris his in Bruttiis consederant. Vid. III, 399. ibique Serv.“ *Heyn.* Ladew. in Append. p. 266. suspicatur, verba *Libycone - - - Locros* esse spuria, quod tribus causis fusius expositis probare studet. — V. 264. et 265. cum Ribbeckio suasore (Emend. Verg. p. 6.) huc transposuerimus, reticeri quidem poterant, quae de v. 269 sq. prius adnotavimus, eorum tamen causa, quibus haec transpositio audacior videatur, nihilominus repetenda esse censuimus. *Invidisse deos* Heyn. per exclamationem dictum putat, ut supplendum sit *an referam* vel *credatne aliquis?* Wagn. tamen, cui hoc vel interrogationis vel exclamationis genus, utpote quod in miratione tantum aut indignatione locum habeat, ab h. l. alienum videtur, vel interrogationum seriem, versibus 266—268. interruptam, v. 269. continuari existimat, ut ex v. 264. repetendum sit *referam* (quod etiam Heinrich. et Thiel. censent), vel pertexta iam hac carminis parte Vergilium vss. 266—268. allevisse, vel denique v. 266. post *magnorum* excidisse Particulam *ut*, et sententiam variata eiusdem verbi structura (qua de re vid. modo ad v. 181. et 250.) sic procedere: „Regna Neoptolemi referam? referam, ut Agamemnon oppetiit? referam illud, quod mihi accidit?“ Peerlk. nihil omnino mutandum esse et sententias sic procedere putat: Quid tibi referam Idomenea, quid Locros? Ipse Agamemnon occisus est ab uxore (i. e. cum ipse A. occisus sit). Deos et mihi invidisse, ut - - viderem! (i. e. cur et ego patria carere debebam? Nonne poena illorum sufficiebat?) — Transpositis autem his versibus verba *Invidisse deos* simplicissima ratione pendent a voc. *referam.* Quod autem attinet ad constructionem paulo insolentiorem *invidisse, ut viderem*, eam pro invidere desiderium videndi positam esse, in promptu est. *Invidisse deos* legimus etiam ap. Val. Fl. II, 375. Ceterum cf. Conington, qui longa adnot. vulgarem versuum ordinem defendere studet. — *patriis aris.* Sic Heins. ex praestantissimis Codd. (Med., Pal., Rom., Gud., utroque Mentel., aliis) restituit, neque erat cur Burm. revocaret vulg. *patriis oris*, quod etiam Peerlk. defendit. Ceteri recentiores editores omnes iure *aris* retinuerunt, quod etiam defendi potest Catull. LXII (LXIV), 132. Cf. supra III, 332. Silius XIII, 81. Stat. Achill. II, 367. Theb. VI, 610. Ovid. Met. XIV, 476. cett. Videtur autem *oris* ex v. 281. huc translatum, quamquam omnino utrumque vocabulum saepissime confunditur. Cf. Interpp. ad Ovid. Met. XIV, 476. et Silii XIII, 81. Nonnulli denique Codd. *patriis Argis*, quod hic absonum esse, quisque videt. — *redditus.* Cf. VI, 18. *Redditus his terris.* — 270. *Coniugium*, i. e. coniugem. Vid. adnott. ad. II, 579. — „*Caly-*

Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur
Et socii amissi petierunt aethera pinnis
Fluminibusque vagantur aves — heu dira meorum
Supplicia! — et scopulos lacrimosis vocibus inplent.
Haec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore, cum ferro caelestia corpora demens
Adpetii et Veneris violavi volnere dextram.
Ne vero, ne me ad talis inpellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama nec veterum memini laetorve malorum.
Munera, quae patriis ad me portatis ab oris,

---

dona viderem. Hic sui non satis memor fuit Maro. Argos redire Diomedes debuit, quibus regnabat et ubi Aegialea uxor degebat, non Aetoliam, unde genus ducebat: imprimis cum v. 243. *Argiva castra* memorasset. Etiam Homerus Od. XI, 180 sqq. reditum ad Argos diserte memorat. Rectius Ovidius Met. XIV, 470. *patriis sed rursus ab Argis Pellor.*“ *Heyn.* Vulgo enim Diomedem ipsius uxoris adulterae, Aegialeae, scelere patria rursus pulsum esse tradunt. Sed alios bic Vergilius rerum Diomodis auctores secutus est, quod iam Ruhk. perspexit. De *Calydone* autem, Aetoliae urbe, vid. ad VII, 306. *Pulchra Calydon* est Homeri Il. IX, 531. et 577. *Καλυδὼν ἐραννή.* — **271** sqq. „Aves Diomedeae certum avium genus in insulis Diomedis conspici solitum, quae litori Apuliae contra montem Garganum obiacent. Aves bas in iis locis adhuc frequentes *Artenas* appellant. *Procellariam Puffinum* Linn. esse aiunt.“ Haec *Heyn.*, qui singulari excursu (ad hunc librum I.) de his avibus disseruit, de quibus cf. Ovid. Met. XIV, 441 sqq. Plin. X, 44, 61. *Lycophr.* 597. et Auct. de mirab. auscult. c. 60. ibique Beckmann. — *portenta horribili visu*, i. e. specie. Sic Hor. Serm. I, 5, 84. *immundo somnia visu.* Cf. etiam Wunderl. et Dissen. ad Tibull. III, 4, 3. — *Et socii*, pro *Nam socii.* Vid. ad X, 618. — **272**. Pauci libri *admissis*, quod tamquam elegantius praetulerunt Heins., Davis. ad Caes. B. G. I, 22. et Wakef. Sed optimi Codd. omnes *amissi* exhibent, idque multo significantius est, nam hoc imprimis durum erat, quod amisit socios et tali quidem modo amisit. (Cf. etiam adnott. ad II, 148.) Peerlk., quem non solum ipsum voc *amissi*, sed etiam vox *pennis* sine epitheto posita offendit, coni. *sumtis.* — *petierunt*, eo tempore, quo in aves mutati sunt, *ἀοριστικῶς*, - - *vagantur*, - - *inplent*, etiam nunc tamquam aves. Cf. supra ad v. 150. Ceterum verba *petierunt aethera pinnis* repetuntur in Anth. Lat. I, 168, 24. Conington conferri iubet Geo. II, 210. *altum nidis petiere relictis.* — 373. *Fluminibus*, circa flumina. Vid. ad Ecl. I, 51. — **275**. *Haec adeo, diess eben.* Vid. adnott. ad Ecl. IX, 59. et Aen. IV, 96. 533. VII, 427. — *speranda*, metuenda. Vid. ad Ecl. VIII, 26. Aen. I, 543. et IV, 419. — Vss. 276. et 277. ex Hom. Il. V, 330 sq. repetiti. Cf. etiam supra X, 29. et Ovid. Met. XIV, 477. — **276**. *caelestia corpora*, Veneris et Martis. Cf. Hom. Il. V, 330 sqq. et 793 sqq. — *ferro demens Adpetii.* Memor buius loci auctor Epit. Iliad. 408. scripsit *Et neque, quem demens ferro petat, inspicit ante Caelestemque manum mortali vulnerat hasta.* Cf. etiam infra XII, 797. *Mortalin' decuit violari volnere divum?* — **278**. Part. *ne* cum singulari vi itersta. Thiel. confert supra VIII, 532 Stat. Theb. IV, 512. et X, 696. — **279**. Conington confert supra v. 104. *Nullum cum victis certamen et aethere cassis.* — *nec memini*, „arceo animum a memoria borum laborum s. recuso meminisse. Vid. v. 73. et 126.“ *Wagn.* **280**. *laetor malorum* defendi potest ex iis, quae supra ad. v. 73. et v. 126. adnotavimus; praestat tamen verba sic coniungere: memini veterum malorum et (dum memini) laetor, i. e. laetus memini. Cf. vero etiam Hoffmann in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 873., qui de Verbis intrans. cum Genit. constructis, quia Adiectiva cognata (bic igitur *laetus*) sic construuntur, conferri iubet Reisigii *Vorles. über d. lat. Sprachwiss.* p. 526 sq. Gossravius censet locum ex illa breviloquentia explicari posse, qua v. c. Cic. pr. Cluent.

Vertite ad Aenean. Stetimus tela aspera contra
Contulimusque manus: experto credite, quantus
In clipeum adsurgat, quo turbine torqueat hastam.
Si duo praeterea talis Idaea tulisset
Terra viros, ultro Inachias venisset ad urbes
Dardanus et versis lugeret Graecia fatis.
Quidquid apud durae cessatum est moenia Troiae,
Hectoris Aeneaeque manu victoria Graium
Haesit et in decimum vestigia retulit annum.
Ambo animis, ambo insignes praestantibus armis;
Hic pietate prior. Coeant in foedera dextrae,

---

2. *unaquaque de re dicam et diluam*, Sall. Cat. 51, 38. *imitari, quam invidere bonis malebant* dixit etc. — *mala* sunt belli Troiani labores. De epitheto *veterum* cf. adnott. ad Aen. I, 23 et VI, 449. — **282** sq. Congressi Diomedes et Aeneas singulari certamine. Cf. Hom. Il. V, 239 sqq. — *Stetimus tela aspera contra.* Vid. ad V, 414. V. 283. iteratur in Anth. Lat. III, 81, 26. — *experto credite.* Cf. Silius VII, 395. Ovid. A. A. III, 511. Fast. V, 674. cett. — *quantus*, quanta vi. — **284**. *quo*, quanto. Sic *qui* haud raro in eadem sententia coniungitur cnm *quantus* et *qualis*. Cf. Aen. I, 752. VI, 575. 692. 771. VII, 222 sq. VIII, 537 sq. XII, 32 sq. et Iahn. ad Ecl. I, 19. p. 360. ed. II. — *in elipeum adsurgere* Heynio is videtnr dici, qui dato in altum clipeo hastam rotatam vibrat; rectins autem *Wagn.*: „qui gladio feriebant hostem, altius efferre clipenm solebant atque etiam umbone nrgere adversarinm. Sic duplex genus pugnae, et eminus et cominus commissae, significari putabimus; quae explicatio egregie confirmatur XII, 711 sq. et ibid. 723 sqq.“ et conferri iubet Liv. IX, 41. XIII. 34. Cf. etiam dictio *insurgere* vel *consurgere in ensem*, de qna vid. adnott. ad V, 442. (IX, 749. XII, 729.), *surgere in hastam* ap. Stat. Achill. I, 485. et Oudend. ad Appul. Met. I. p. 93. Silins I, 642. simili sensu dixit *et quantus crescit in armis.* — *quo turbine torqueat hastam.* Cf. Silins IV, 542. *intorquens directo turbine robur.* Lncan. III, 465. *teneo ballistae turbine rapta Lancea.* — **285** sqq. Heyn. confert Hom. Il. II, 371 sqq. Maronem imitatns est Silius X, 29 sq. — *praeterea*, praeter Aeneam et Hectorem. Cf. infra v. 289. — *Idaea terra.* Cf. VII, 222. *Idaeos campos.* — **286**. *ultro venisset.* Vid. ad II, 193. — *Inachias ad urbes*, i. e. Argivas (vid. adnott. ad VII, 372.), Graecas omnino. — **287**. *Dardanus*, i. e. Dardanii, Troiani. Vid. adnott. ad Aen. III, 602. IV, 662. VI, 877. IX, 285. al. — *versis lugeret Gr. fatis*, ad exitium, quod fato Troiae paratnm est, Graecia potius dedita fuisset. — **288**. „*Quidquid*, quantnm [temporis], ἐφ' ὅσον, per omne tempus, per qnod *cessatum est;* quae mora excidii facta: *haesit*, retardata est, substitit victoria Achivorum [cf. Lucan. VII, 547. *Constitit hic bellum fortunaque Caesaris haesit*] et *retulit vestigia* [i. e. pedem], relapsa est, ideoque dnbia et incerta fuit Hectoris et Aeneae opera. Cf. IX, 155. et ibi not. Hectorem autem et Aeneam Troianorum fortissimos ipse Homerus pronuntiavit Il. XVII, 513. cf. Il. V, 467 sq.“ *Heyn.* Adde Il. VI, 77 sqq. Quod Tnrnns IX, 155. de solo Hectore, id hic Diomedes etiam de Aenea praedicat. Ante ocnlos habnit h. l. Ovidins Met. XIII, 665 sq. Messala ap. Senec. Suas. II. p. 23. (p. 17, 20. B.) dicebat, verba *et in decimum v. r. annum* esse explementum et Vergilinm debuisse desinere in *haesit*; sed recte contra Messalam dispntant Wagn. et Peerlk., Ribbeck. vero Proleg. p. 86. cnm Messala consentit. Idem Seneca etiam affert hoc Abronii Silonis fragm. *belli mora concidit Hector.* — **291**. *Animi* et *arma* haud raro iunguntur, ubi de fortibns bellatoribus sermo est. Vid. infra XII, 788. Liv. VI, 24, 10. Stat. Theb. VII, 727. X, 571. Vellei. II, 119. et adnott. ad II, 799. Cf. etiam VI, 403. *pietate insignis et armis.* Ceterum hunc versum repetitum vides in Ausonii Cent. nupt. 2. — **292**. *prior*, melior, prae-

Qua datur; ast armis concurrant arma cavete.
Et responsa simul quae sint, rex optime, regis
Audisti et quae sit magno sententia bello."
Vix ea legati, variusque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor; ceu saxa morantur
Cum rapidos amnis, fit clauso gurgite murmur
Vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.
Ut primum placati animi et trepida ora quierunt,
Praefatus divos solio rex infit ab alto:

---

stantior. Thiel. conferri iubet Stat. Theb. V, 671. X, 655. Hor. Od. IV, 10, 4. et Obbar. ad Hor. Epist. I, 1., 88. — *Coeant in foedera.* Cf. VII, 546. *In amicitiam coeant et foedera iungant.* — **293.** *Qua datur*, quacunque conditione pax vobis offeratur, eam arripite. — **294.** *responsa regis* (ut IX, 369.). Sic optimi plurimique Codd., quos iure secuti sunt recentiores editt. Vulgo *rex optime regum* cum paucis libris, quod ex v. 535. adscitum videtur. — *rex optime.* Cf. VI, 669. ibique adnott. — **295.** *Wagn.* haec adnotat: „*bello* est Ablativus structura ad Graecam rationem non satis recte, ut videtur, accommodata. Soph. Electr. 311 sq. Erf. *καὶ δή σ' ἐρωτῶ, τοῦ κασιγνήτου τί φῄς, ἥξοντος ἢ μέλλοντος;* vid. Bernhardy *Syntax* p. 151 sq. coll. Herm. ad Viger. p. 880. Buttmann. ad Soph. Phil. 439." Sic igitur *bello* pro *de bello* positum esset; quae tamen ratio paulo artificiosior videtur; quare, si *bello* hic vere est sextus Casus, potius cum Süpflio de Ablativo convenientiae, quem vocant, cogitaverim et locum sic explicuerim: *bei der Grösse dieses Krieges*, i. e. quid sentiat Diomedes, cum bellum tam magnum sit, scil. abstinendum esse a tanto bello, (eamque explicationem adoptavit Wagn. in min. edit.). Praestat tamen, nisi fallor, *bello* pro Dativo accipere, ut bello, tamquam personae cogitato, ipsi sententia aliqua tribuatur: quae bello stet sententia, qua sententia bellum geri velit, i. e. in pedestrem orationem mutatum: ex qua sententia bellum gerendum sit. Thiel. mecum consentire videtur, quamquam eius adnotatio paulo obscurior est et perplexior; atque etiam Gossr. *bello* pro Dativo habet. Peerlk. coni. *et quae de magno s. b.* Ladew. vero suspicatur, Vergilium fortasse scripsisse *magni belli*, cum ap. Silium VII, 223. legamus *stat pensata diu belli sententia.* — **296** sqq. Cf. Hom. Il. II, 144 sqq. supra X, 96 sqq. Geo. I, 356 sqq. Ovid. Met. XII, 49 sqq. XV, 603 sqq. Quinctil. Decl. IV, 16. — *Vix ea legati* (scil. dixerant) *variusque* cett. Vid. ad II, 692. XI, 907. (et XII, 81.). — *cucurrit per ora fremor*, ut alibi (IV, 443. 665. VIII, 595. IX, 664.) *stridor, clamor ire* dicitur (cf. Barth. ad Stat. Theb. IV, 804.); *fremor verborum* autem legitur etiam ap. Arnob. I. p. 40. Harald. (cf. etiam Varro L. L. VI, 67. p. 244. Sp. s. p. 99. Müll. et adnott. ad I, 559. V. 555. al.) et cum *cucurrit* cf. II, 120. *gelidusque per ima cucurrit Ossa tremor.* Ceterum vide similem locum X, 96 sq. — *ceu saxa morantur* etc. Cf. Hom. Il. II, 144 sqq. — *Ausonidûm.* Vid. adnott. ad Aen. I, 565. — **298.** „*clauso gurgite*, praecluso aquarum cursu saxorum obiectione." *Heyn.* Cf. Lucr. VI, 197. (venti) *magno indignantur murmure clausi Nubibus.* Ceterum Santen. ad Ter. Maur. p. 267. verba sic voluit transposita: *clauso fit;* sed vid. ad IX, 138. — **299.** *fremunt ripae crepitantibus undis*, ut IX, 105. (ubi vid. adnott.) et X, 114. *pice torrentes ripae. Fremere* de undis legitur etiam in Ennii fragm. (Ann. fr. inc. sedis 39. p. 73. Vahl.) ap. Serv. ad h. l. et Geo I, 12. Val. Fl. VI, 329. al., ut de ventis supra I, 56. Ovid. Tr. I, 2, 25. al. De *imbrium fremitu* loquitur Ennius Androm. fr. 13. p. 107. Vahl. Cum undarum autem epitheto *crepitantes* cf. Hor. Epod. XVI, 47 sq. *montibus altis Levis crepante lympha desilit pede*, et Ovid. Met. XI, 604. *Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.* Temere igitur Heyn. malit *strepitantibus.* Ceterum ad literam *r* in his quatuor verss. toties redeuntem nos attentos facit Barth. ad Stat. Theb. I, 1. Cf. adnott. ad Aen. I, 87. — Cum v. **300.** cf. simillimus locus VI, 102. — **301.** *Praefatus* (i. e. ante affatus) *divos*, „more antiquo: nam maiores nullam orationem nisi invocatis numinibus inchoabant. Sicut

„Ante equidem summa de re statuisse, Latini,
Et vellem et fuerat melius, non tempore tali
Cogere concilium, cum muros adsidet hostis.
Bellum inportunum, cives, cum gente deorum
Invictisque viris gerimus, quos nulla fatigant
Proelia, nec victi possunt absistere ferro.
Spem si quam adscitis Aetolum habuistis in armis,
Ponite. Spes sibi quisque; sed haec quam angusta, videtis.

---

sunt omnes orationes Catonis et Gracchi etc." *Serv.* Cf. etiam Plin. Pan. 1. Livius Praef. §. 13. Ovid. Met. XV, 593. Heins. ad Ovid. Fast. VI, 303. (Demosth. c. Aesch. in., a Coningt. laud.) et Dissen. ad Tib. III, 2, 15. — *solio ab alto.* Vid. VIII, 541. — *rex infit.* Vid. ad V, 708. Ceterum cf. locus simillimus II, 2. — **302.** „Ingenium placidum et mite cum prudentia senili praeclare hac oratione elucescit. Latinus de bello temere suscepto conquestus et spe omni melioris fortunae deiectus, pacem suadet cum Aenea iucundam. — [*summa de re.* Vid. ad II, 322.] — *statuisse,* pro vellem nos deliberasse. Nam bellum aggressi sunt Latini tumultuario modo, cum nihil ipse rationibus, quibus dissuadebat, efficeret: VII, 591 sq." *Heyn.* — **303.** *tempore tali*, tam tristi, periculoso. Cf. Lucr. I, 94. VI, 1250. Val. Fl. II, 144. V, 535. Silius VII, 227. VIII, 112. XII, 211. — **304.** *cum muros adsidet hostis*, hyperbolice dictum de eo, quod minantur hostes facere. Ruhk. comparat Graec. *ἐφιζάνειν, προσιζάνειν*, e. c. ap. Aeschyl. Suppl. 696. Cf. simillimus locus in Ciri v. 264. *nostris qui moenibus adsidet hostis.* — *Adsidet* autem est lectio Pal., Rom., Gud. aliorumque Codd.; Med. vero, Bern. II. III., Minorang. aliique exhibent *obsidet*. Sed *adsidere muros* pro obsidere legitur etiam ap. Silium XII, 453. et al. Alia exempla verbi *adsidendi* cum Casu quarto iuncti e Ciceronis et Sallustii libris affert Arusianus p. 211. ed. Lindem. Cf. Sall. Iug. II. eiusd. fragm. IV, 9. Tac. Ann. IV, 58. VI, 43. etc. Memor autem loci nostri Val. Fl. V, 535. scripsit *cuperem haud tali vos tempore tectis Advenisse meis, quo me gravis adsidet hostis.* — **305.** *cum gente deorum, σὺν παισὶ θεῶν*, cum Aenea. Vid. supra X, 228. — **306** sq. Quod ad sententiam attinet, hanc rationem vere Romanam, a Vergilio etiam ad eorum proavos translatam, latius persequitur Hor. Od. V, 4, 50 sqq. Cf. etiam Liv. XXVII, 14., ubi Hannibal: *Cum eo nimirum hoste res est, qui nec bonam nec malam ferre fortunam potest. Seu vicit, ferociter instat victis: seu victus est, instaurat cum victoribus certamen.* Ceterum simile Iunonis de Troianis indicium iam supra legimus VII, 294 sqq. *Invicti* autem vocantur Troiani, quod non fortitudine, sed insidiis Graecorum oppressi sunt. Servius tamen haec adnotat: „Sed *invictis* ideo dicit, quia sequitur *Nec victi possunt absistere ferro*" et hoc affert Ennii (Ann. inc. sedis fr. 35. p. 72. Vahl.) *Qui vincit non est victor, nisi victus fatetur.* — **307.** Comparant Homeri *μάχης ἀκόρητοι*, Il. XIII, 639. XX, 117. — „*nec possunt absistere ferro*, non sustinent, non ferunt animo, non possunt sibi temperare, ne rebellent." *Heyn. Posse* pro: a se impetrare, mox redit v. 325. Vid. etiam Ovid. Met. XIV, 567. Tibull. IV, 11, 6. et al. Wagn. conferri iubet Geo. III, 453. et Liv. XXVII, 14. (vid. supra). — **308.** Comma vulgo post *Spem* positum cum Wagn. delevimus. — *adscitis.* Ita Heins. ex optimis Codd. pro vulg. *accitis* restituit, quae varietas lectionis etiam XII, 38. deprehenditur. *Adscire* est i. q. adsciscere, *accire* autem i. q. arcessere. Vid. idem Heins. ad Ovid. Met. XV, 625. — *Aetolûm.* Vid. supra ad v. 246. — **309.** „Nunc unum quemque in se omnem spem repositam habere necesse est: non alienam opem exspectare." *Heyn.* Vide eandem sententiam ap. Sallust. Iug. 60., Livium IX, 23. et alibi prolatam. — *Ponite: Spes sibi quisque*, scil. est, ut Quinct. Decl. XII. p. 247. *sibi quisque cura est* Sall. Iug. 85. *mihi spes omnes in memet sitae* et similia. Serv., Donat., Prisc. p. 557. et Marc. Capella III, 278. male sic distinguunt: *Ponite spes sibi quisque,* quam rationem probare videtur Bach. ad Ovid. Met. I, 59. Sed vide Bentl.

Cetera qua rerum iaceant perculsa ruina,
Ante oculos interque manus sunt omnia vestras.
Nec quemquam incuso: potuit quae plurima virtus
Esse, fuit; toto certatum est corpore regni.
Nunc adeo, quae sit dubiae sententia menti,
Expediam et paucis — animos adhibete — docebo.
Est antiquus ager Tusco mihi proxumus amni,
Longus in occasum, finis super usque Sicanos;

---

ad Manil. III, 364. Ceterum fuerunt, qui ambigerent, an ultima syllaba verbi *Ponite* ante *sp* prodncenda fnerit (cf. Davis. Miscell. crit. p. 5. Dorvill. ad Charit. p. 312. Irmiscb. de versn Saturn. p. 21. Wakef. ad Lncr. IV, 77. Nobbius in Syntagm. Locc. parall. p. 63. et 122.); quare adeo Heyn. cum Porsono aliisque verba *spes - - videtis* spuria censuit, quae tamen Ruhk. et Weichert. de verss. iniur. snspp. p. 79. recte defenderunt. Vid. enim adnott. ad IX, 37., ubi addendi sunt Heindorf. ad Hor. Sat. I, 2, 30. Ochsner. et Bach. ad Ovid. Met. I, 38. in Append. p. 516. imprimisque Hermanni Elem. doctr. metr. p. 46 sq. et 63. *Ponere* autem pro deponere. Vid. ad VIII, 639. — **310.** *cetera*, copiae ad bellum gerendum necessariae. Cf. v. 419 sq. Habemns autem hic attractionis quoddam genus pro: Ante oculos interque manns vestras est, qua ruina cetera omnia perculsa iaceant, de qno Thiel. conferri inbet Kruegeri *Untersuch.* cett. Fasc. III. p. 445. — *inter manus* (πρὸ χειρῶν): vid. ad IX, 592. et X, 280. et cf. hic imprimis II, 681. — Verba *Ante oculos interque manus sunt* hinc repetit Auson. in Cent. nupt. 21. — **312.** *Nec quemquam incuso*, Turnum cavillans. Conington confert Ecl. III, 53. *Nec quemquam fugio.* — *quae plurima*, h. e. quanta maxima, ὅση πλείστη. Vid. ad VIII, 427. IX, 210. al. — **313.** *fuit* Serv. explicat per „exhausta et consumpta est;“ sed recte Conington nihil esse censet, nisi Verbum subst. — *toto corpore regni*, omuibus viribus, copiis regni. Vid. infra XII, 835. Claud. in Eutrop. I, 393. *ne toto conspiret corpore regnum.* Silius XII, 317. *Corpore sic toto ac membris Roma omnibus usa.* Ovid. Trist. II, 231. Cic. Off. I, 25, 85. Liv. XXXIV, 9, 3. Flor. IX, 3. Tac. Germ. 39, 6. aliosque locos, ubi *corpus imperii* vel *regni* legitur et Heins. ad Lucan. VII, 406. Sic etiam Graec. σῶμα. — **314.** *Nunc adeo, jetzt nun.* Vid. ad Aen. II, 567. (IX, 156. al.). — Cum v. **315.** cf. IV, 116. et VIII, 50. *paucis, adverte, docebo.* Ovid. Met. XV, 238. *Quasque vices peragant, animos adhibete, docebo.* Serv. etiam comparat Lucr. II, 1023. *Nunc animum nobis adhibe veram ad rationem.* — **316** sqq. Ager iste *antiquus* (i. e. dudum occupatus et cultus) Laurento septemtrionem versns, haud longe ab ipsa urbe, ad Tiberim situs erat, ab oriente in occasum vergens, et trans fines usque Sicanorum productus; quod Wagn. docet, provocans etiam ad Bonstettenii *Voyage sur la scène des six derniers livres de l' Enéide* p. 147., cuius explicationem ipse Heyn. comprobaverit in censura illius libri Annall. liter. Gotting. a. 1804. inserta fasc. 168 p. 1671. — Verba autem *est mihi ager* aut omnino ad terram regis imperio subiectam, aut ad τὸ τέμενος regis (cf. Hom. Il. XII, 313.), ad privatam regis possessionem referri possunt; illud tamen videtur praestare. Non dubium enim est, quin poeta respiciat ad rem a Catone narratam, quam ad v. 320. vides commemoratam. — *Tusco amni*, Tiberi. Vid. ad Geo. I, 499. et Aen. VIII, 473. Idem est *Lydius Thybris* II, 781., ubi vid. adnott. — **317.** *Longus in occasum*, longe porrectus in occasum. Conington comparat Colum. de arb. 16. *sulcum in quatuor pedes longum.* — *Super usque* autem, quod Heyn. male explicat per *usque ad*, vi Praepositionis *super* plane neglecta, eadem ratione iungitur, qua alibi *ad usque, ab usque, sub usque, trans usque,* et valet i. q. continuo tractu usque ad fines atque etiam super fines. (Cf. supra v. 262.) Sic etiam Stat. Theb. IV, 568. *Fugit illa per avia Lethes Et Stygios super usque lacus.* — *Sicanos* autem ad Tiberim aliquando incoluisse, vidimus iam ad VIII, 328. Servius hic ad-

Aurunci Rutulique serunt et vomere duros
Exercent collis atque horum asperrima pascunt.
Haec omnis regio et celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiae Teucrorum, et foederis aequas
Dicamus leges sociosque in regna vocemus;
Considant, si tantus amor, et moenia condant.
Sin alios finis aliamque capessere gentem
Est animus possuntque solo decedere nostro,

notat: „Sicani a Liguribus pulsi sunt, Ligures a Sacranis, Sacrani ab Aboriginibus," ad VII, 795. vero Sicanos ipsos ab Aboriginibus pulsos esse memorat; ideoque varios auctores secutus videtur. — **318.** *Aurunci Rutulique serunt.* „Videtur ager ab his conductus significari. Cf. XII, 520." *Wagn.* Cum *serunt* cf. III, 14. (campos) *Thraces arant.* De *Auruncis* vid. VII, 206. 723., de *Rutulorum* autem sedibus VII, 412. et 793 sq. — *vomere duros* etc. „Extenuat agri meritum, ut vile videatur esse, quod donat." *Serv.* — *Exercent colles*, ut VII, 798. — **319.** Heyn. colles Albanos intelligendos esse censet, quos ager iste Laurentinus attingere debuerit. Donatus et, qui eum secutus est, Cluver. Ital. ant. p. 789. haec omnia ad agros circa Ufentem fl. in Volscis referunt. — *horum* (collium) *asperrima*, ut *caerula caeli*, *strata viarum* et multa similia. Cf. adnott. ad I, 422. Geo. I, 393. et al. — *pascunt*, depascunt. (Cf. Geo. I, 112.) Conington comparat Martial. X, 58, 9. *Dura suburbani dum iugera pascimus agri.* Peerlk., cui Pron. *horum* humilius videtur (quamquam ipse confert Aen. VII, 94. et Ovid. Met. I, 479.), Vergilium elegantius scripturum fuisse arbitratur: *Exercent colles et saxa asperrima pascunt.* Gentius autem p. 58. pro *atque horum* coniicit *nemorumque.* — **320** sqq. „Cato, ut apud Serv. legitur, in Origg. narraverat, Troianos a Latino accepisse agrum, qui esset inter Laurentum et castra Troiana, iugerum DCC. [in aliis Servii Codd. rectius legitur *duo millia septingenta*]. Domitius l. I. historiae suae D iugera ediderat, auctore Victore O. G. R. c. 12.; quem numerum repetit Solinus c. 8. Stadiorum XL agrum a colle, cui Lavinium impositum, quaqua versus patentem per foedus cum Latino pactum cessisse Troianis, memoraverant alii ap. Dionys. I, 59. At apud Appian. I. pr. Faunus, Martis f., cum filia Lavinia Aeneae CCCC stadiorum agrum in circuitu dat. Me de iugerum numero parum laborare facile intelliges; hoc volebam, ut constaret, fuisse fabulam antiquam, quam in rem suam vertit ac traduxit Maro." *Heyn.* — *plaga pinea montis*, plaga montana pinis consita. Conington confert Lucr. V, 1374. *olearum caerula plaga.* — **321.** *aequas* satis explicatur verbis seqq. — **322.** *Dicamus leges*, constituamus conditiones foederis. Vid. ad XII, 112. — *in regna vocemus.* Vid. VII, 256. 578. coll. cum IV, 214. VII, 424. cett. — **323.** *si tantus amor*, ut VI, 133. vid. ad VIII, 327. et al. — **324.** „Ponit id, quod ipse fore non credit; sed vult Turno persuadere hoc etiam fieri posse, ut abscedere malint, quam invitis se coniungere." *Gossr.* — *aliam capessere gentem*, i. e. terram alius gentis. Ceterum cf. IV, 346. V, 703. IX, 366. XI, 466. — *Est animus*, ut IV, 639. De Infin. adiecto vid. ad Geo. I, 305. — **325.** *possuntque discedere*, si a se impetrare possunt (ut supra v. 307.), quod dubito; in qua loci interpretatione consentiunt nobiscum Gossr., Süpfl., Ladew. et Wagn; Iahn., Coningt. et Benoist. minus recte: „si licet per fata." (Bryce utramque affert explicationem, incertus, utra sit praeferenda.) Hanc autem omnium fere Codd. et Servii lectionem cum Iahnio et Wagn. restituimus. Inde ab Heinsio enim vulgo editur *poscuntque*, i. e. si poscunt a nobis naves, quibus decedere possint, cum ipsi nullas iam habeant (cf. IX, 117 sqq.), ut Wagn. vulgatam rectissime explicat; quae tamen paucorum modo Codd. (Moret. II. Bigot. al.) auctoritate nititur ideoque recte ab omnibus recentioribus editoribus praeter Bryceum reiecta est. — **325.** *Si - - capessere animus est.* Cf. X, 717. X, 282. all. et adnott. ad Geo. I, 305.

Bis denas Italo texamus robore navis,
Seu pluris conplere valent: iacet omnis ad undam
Materies; ipsi numerumque modumque carinis
Praecipiant; nos aera, manus, navalia demus.
Praeterea, qui dicta ferant et foedera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet pacisque manu praetendere ramos,
Munera portantis aurique eborisque talenta
Et sellam regni trabeamque insignia nostri.
Consulite in medium et rebus succurrite fessis!“

Aen. I, 704. al. — **326.** *Texamus naves.* Quomodo enim Troiani naves suas amiserint, supra legimus IX, 120. *Texere* autem de navibus compingendis satis usitatum. Sic ap. Ennium Alex. fr. 8. p. 100. Vahl. *Iamque mari magno classis cita Texitur,* ap. Plin. XIII, 11, 22. *navigia ex papyro texere;* et *pinea texta* ap. Ovid. Fast. I, 506., *pineae texta carinae* ap. Catull. LXIV, 10. Serv. autem laudat Ennii locum (Ann. VII, 33. ap. Spang. Ann. inc. sedis fr. 19. p. 69. Vahl.) *Idem campus habet textrinum navibu' longis.* Cf. etiam Aen. II, 16. 186. et similes locos. *Roboribus texere* legimus etiam II, 186. — **327.** *Seu,* i. e. *vel si:* vel plures etiam texamus, si eas complere valent. Cf. e. g. Val. Fl. I, 480. Turs. de Partt. p. 821. n. 13. et Ruhnk. ad Ter. Andr. I, 2, 19. Saepius *sive* pro *vel si* ponitur. — *complere* Servius verbum proprium esse dicit de sociis ac copiis navalibus. Cf. Caes. B. C. I, 56. — **328.** *modum,* aedificandi rationem; quam longas, latas, altas esse velint. — **329.** *aera,* ut rostra, ancorae etc. inde fiant. Peerlk. confert Curt. X, 1, 9. *Materia in Libano monte caesa, - - ingentium carinas navium ponere. - - Cypriorum regibus imperatum, ut aes stuppamque et vela praeberent.* — *manus,* operas, qui construant naves. Cf. I, 592. *Quale manus addunt ebori decus.* — *navalia* secundum Serv. sunt res navales, pix, cera, funes, vela et alia huiusmodi, i. e. quae vulgo *armamenta* dicuntur. Ipsa *materies* iam ante commemorata. Cum toto loco Conington conferri iubet Liv. XLV, 23. *Navalibus, armis, iuventute nostra - - ad omnia paratos fore.* — **331.** *Centum oratores.* Vid. ad VII, 153. — *prima de gente,* primis de gentibus, genere nobilissimos; nam *primus* etiam ad dignitatem et nobilitatem transfertur. Cf. VIII, 6, 105. IX, 453. al. — **332.** *pacis praetendere ramos,* ut VIII, 116. et 128. Intellige autem *olivae ramos.* Vid. VII, 154, 418. Ceterum cf. etiam X, 80. — **333.** *Munera portantis* etc., i. e. portantes talenta auri et eboris, ut munera sint. In verbis *auri eborisque talenta* fuerunt qui male chiasmum invenirent, ut sensus esset: portantes auri talenta et eboris sellam. Sed *talenta* simpliciter ad pondus sunt referenda (cf. V, 112.), nam ebur quoque ad libram aestimabatur. Cf. etiam Weichert. de versu hyperm. I. p. 27. Peerlk. sine iusta causa coni. *aurisque aerisque talenta.* Nam *aurum* et *ebur* etiam III, 464. coniunguntur, ubi de muneribus offerendis sermo est. Hunc totum versum cum principio sequentis Auson. inseruit Cent. nupt. 50 sq. — **334.** *sellam regni,* sellam curulem, quae (ut *trabea*) apud Romanos ad insignia imperii pertinebat. Wagn. coll. Liv. XXXI, 11. et XLII, 14. adnotat, Masinissae regi a senatu Rom. inter alia dona etiam „togam praetextam cum curuli sella“ missam esse. — De *trabea* vid. ad VII, 187. 612. De hoc dono externis regibus a Romanis oblato Lersch. Ant. Verg. §. 7. conferri iubet Liv. XXVII, 4. — **335.** *Consulite in medium* (εἰς μέσον) i. q. *consulite in commune,* i. e. in communem utilitatem; capite consilia omnibus salutaria. Sic *consulere in medium* etiam ap. Liv. XXVI, 12. et *quaerere in medium* Geo. I, 127. Idem est ap. Ter. Andr. III, 3, 16. *consulere in commune* et ap. Plin. Ep. IX, 13. *consulere in publicum.* Vid. adnott. ad Geo. I, 127. Gronov. ad Sen. Ep. 95. Drak. ad Liv. XXIV, 22. Ruhnk. ad Ter. l. l. et Boetticher. Lex. Tac. p. 23. Conington tamen, comparans

Tum Drances, idem infensus, quem gloria Turni
Obliqua invidia stimulisque agitabat amaris,
Largus opum et lingua melior, sed frigida bello
Dextera, consiliis habitus non futilis auctor,
Seditione potens; genus huic materna superbum

---

dictiones *venire* et *procedere in medium*, potius pro publice (*openly*) positum censet. — *rebus succurrite fessis*, infirmis, debilitatis. Vid. supra III, 145. et cf. praeter Plinii l. ibi laud. Tac. Ann. XV, 50. *delegendum esse, qui fessis rebus succurreret*, coll. Boetticheri Lex. Tac. p. LXXIX. Ovid. Met. I, 380. *mersis fer opem, mitissima, rebus*, ubi Bach. praeter h. l. confert *trepidas res* ap. Tib. II, 3, 21. et *lapsas* ap. Ovid. Trist. I, 4, 35., quibus adde Verg. Geo. IV, 449., ubi item *res lapsae*. — 336 sqq. „Male ingeniose nonnulli in Drance Ciceronem, ut in Turno M. Antoninm, quaesivere. Ursinus in Drance Polydamantem Il. XII, 210 sqq., Macrobius V, 2. [15. p. 391. Ian.] Achillem redhibitum volebant, utrumque nimis sedulo.“ Haec *Heyn.*, qui potius Drancem cum Thersito (Il. II, 212 sqq.) comparat, sed omni turpitudine liberato. — *idem infensus*, Wagn. putat, Pron. *idem*, quod hic paulo difficilius est ad explicandum, spectare ad omnia, quae hic de Drance praedicentur, quemadmodum III, 80. IX, 327. et al., ac si scriptum esset: infensus, invidus, idem largus, ut sensus sit: Drances, *et* infensus, *et* invidus, *et* largus opum cett.; quamquam negari nequit, aegre desiderari Copulam ante vv. *Largus opum*, quae in locis modo collatis adiicitur, cuius defectum Ladew. fortasse interiecta sententia relativa excusari posse censet, quae Vergilium inducere potuerit, ut coeptae constructionis oblivisceretur. (?) Gossr. vero *idem* fortasse rectius explicat per: idem ille, qui iam supra memoratus est; cum Drances, ut iam antea v. 129., sic nunc iterum arripiat occasionem Turno obtrectandi; et sic etiam Serv. („idem videlicet, qui supra apud Aeneam egerat“), Conington et Benoist. Peerlk. legendum putat *pridem infensus*, quod adoptavit Duebner. — 337. *obliqua invidia:* „hoc est, qui non ex aperto impugnabat Turnum, sed eum reipublicae simulata defensione lacerabat.“ *Serv.* Wagn., qui comparat Pind. I, 97. Heyn. *πλάγιος χόρος*, conferri iubet Baumg. Crusii Clav. Sueton. v. *obliquus*, Conington autem Flor. IV, 2. *adversus potentes semper obliquus*. Alibi *obliqui* tantum *oculi* invidiae tribuuntur, ut ap. Hor. Epist. I, 14, 37. (ubi vid. Schmid.) coll. cum Ovid. Met. II, 776. Quod attinet ad invidiae stimulos cf. Silius VII, 512. *mentes invidiae stimulo fodit*. — *stimulis agitabat amaris*, ut ap. Silium XI, 546. *studio iam dudum agitabat amaro*. — 338. *Largus opum*, abundans opibus; quo indicatur, non levem et contemnendum eum fuisse adversarium. De constructione vid. ad Geo. IV, 310. 491. Aen. I, 178. al. — *lingua melior*, fortior, quam manu. Quare Turnus infra v. 378. *largam copiam fandi* ei tribuit. Etiam Ovid. Met. IX, 29. *melior mihi dextera lingua* et Sall. Ing. 44. *lingua quam manu promptior*. Ceterum cf. V, 68. 153. 430. IX, 556. X, 735. et similes loci. — *frigida bello dextera*. Cf. Geo. III, 97. et adnott. ad Aen. V, 395. Contra *invicta bello dextera* legimus VI, 878. et *bello vivida virtus* V, 754. *Bello* Dat. videtur, i. q. ad bellum, et *Dextera* per appositionem adiicitur ad *Drances*, ut II, 348. *iuvenes, fortissima frustra Pectora*. — 339. *futilis*, inanis, inutilis. Sic Cic. de Div. I, 19. in. *futilis haruspex*, Ter. Andr. III, 5, 3. *futilis servus*, Gellius I, 15. in. *futilis locutor* etc. Ap. Cic. de Fin. III, 11, 38. coniunguntur epitheta *vanus, levis, futilis*. Cf. Serv. ad h. l., qui memorat vas futilo dici, quod stare non possit, sed positum statim effundatur, unde hoc Adiect. transferatur ad homines, qui commissa non retineant. — 340. *Seditione potens*, potentiam sibi quaerens seditionibus. Adsentiuntur mihi Wagn., Bryce et Benoist.; Ladew. vero et Conington praeferunt Servii explicationem „praepotens in movenda seditione.“ — *genus huic maternum* etc. „Poetam hoc ad ornatum excogitasse probabile est. Iulius tamen Sabinus, nescio unde, haec adnotavit: ‚filius sororis Latini, patre rustico‘.“ *Heyn.* Peerlk. confert Silium III, 246. *cui vano corda tumore*

Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat;
Surgit et his onerat dictis atque aggerat iras:
„Rem nulli obscuram nostrae nec vocis egentem
Consulis, o bone rex; cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.
Det libertatem fandi flatusque remittat,
Cuius ob auspicium infaustum moresque sinistros —
Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur —
Lumina tot cecidisse ducum totamque videmus
Consedisse urbem luctu, dum Troia temptat
Castra fugae fidens et caelum territat armis.

Maternum implebat genus et Hegesipp. de excid. Hieros. I, 44. *quibus materni generis nobilitas animos dabat.* — **341.** *ferebat.* Aliquot Codd. (Rom., Pal. a m. pr. etc.) *ferebant* (quod Peerlk. praefert, cui *genus ferre* non satis Latinum videtur); sed vulgata ceteris recentioribus omnibus probata est exquisitior. Thiel. *ferebat*, quod fortius dicit, quam *habebat*, explicat per: proprium et semper habebat, tenebat, „*es hing ihm an von Seiten des Vaters.*“ Ladew. confert Hor. Epist. I, 6, 15. *Insani sapiens nomen ferat, aequus iniqui.* Verba *genus incertum de patre ferebat* iterantur in Anth. Lat. I, 170, 14. — **342.** *dictis onerat* et *aggerat iras.* Sunt enim gravia et acerba dicta. Quod ad verbum *onerat* attinet, Conington comparat Tac. Hist. II, 52. *onerabat paventium curas ordo Mutinensis arma et pecuniam afferendo* (cf. etiam adnott. ad X, 620. et Ruhnk. ad Ter. Andr. V, 1, 8), et *dictis iras aggerare* iam legimus IV, 197. — **343** sqq. Macrob. V, 2, 15. p. 391. Ian. satis probabiliter opinatur, Vergilium hic imitari voluisse Achillis et Agamemnonis altercationem in Iliade. — *nostrae nec* etc. „Ubi per metrum licet, *nec* in principio enuntiatorum a Vergilio collocari solet. Recte tamen h. l. *nostrae nec* ad distinguendam personam. Non est, quod *ego* multis verbis, quid sentiam, declarem, cum *omnibus his*, qui adsunt, quid censeant, liqueat.“ *Wagn.* — Cum v. **344** sqq. cf. Silii imitatio II, 279 sqq. — **345.** „*ferat* [tamquam faciendum ideoque i. q.], postulet, petat [vid. e. g. Cic. ad Div. I, 7, 15. Verr. II, 3, 23. et 5, 10. al. et quae Conington de huius verbi usu disputat]: *sed dicere mussant*, cunctantur, non audent dicere: proprie de iis, qui submissa ac depressa voce loquuntur; quod fieri potest metus causa.“ *Heyn.* Wagn. confert Paneg. Constantino dictum c. 2. *ducibus non solum tacite mussantibus, sed etiam aperte timentibus*, ibique Arntzen. p. 469. Vid. etiam infra v. 454. et XII, 718. Ennius Ann. X. fr. 8. p. 52. Vahl. *Exspectans si mussaret* (legio) et cf. adnott. ad Geo. IV, 188. — **346.** *flatus*, arrogantia, superbia, Gr. φύσημα, unde etiam proficiscuntur *mores sinistri* hominis pertinacis, qui Latino obtemperare noluerat. — *flatus remittat.* Cf. Cic. pr. Flacc. 22, 53. *Remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent arrogantiam.* Conington conferri iubet Eur. Phoen. 454. et Soph. Ant. 929. — **347.** *auspicium*, i. e. imperium. Auspicium enim more Romano erat penes summum exercitus ducem. Invidiose autem Drances Turni auspiciis imputat, quod tantus periit exercitus. — **348.** Verba *licet arma mihi mortemque minentur* (vel *mineris*) repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 69. et I, 147, 36. atque etiam Silius II, 281. huius loci memor videtur scripsisse *mortem licet arma propinquent.* — **349.** *Lumina ducum.* Cf. Cic. Catil. III, 10, 24. *Clarissimis viris interfectis lumina civitatis exstincta sunt*, id. de Fin. II, 70. in. *Negat Epicurus* (*hoc enim vestrum lumen est*) etc. — **350.** „*Consedisse urbem luctu*, in luctum demersam esse, ut bene Serv.: scil. ut συνιζάνειν. Cf. supra II, 624. et IX, 145. [*considere in ignes*]. Saltem *considere luctu* dictum erit, ut collabi, concidere, iacere calamitate, dolore.“ *Heyn.* — **351.** *fugae fidens*, quae narratur X, 659 sqq. coll. v. 624. — *caelum territat ar-*

Unum etiam donis istis, quae plurima mitti
Dardanidis dicique iubes, unum, optime regum,
Adicias, nec te ullius violentia vincat,
Quin natam egregio genero dignisque hymenaeis
Des, pater, et pacem hanc aeterno foedere iungas.
Quod si tantus habet mentis et pectora terror,
Ipsum obtestemur veniamque oremus ab ipso:
Cedat, ius proprium regi patriaeque remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula civis
Proicis, o Latio caput horum et causa malorum?
Nulla salus bello; pacem te poscimus omnes,

---

mis, tamquam provocans terribili armorum sonitu, dum ipse ignavus fugit. Cf. locus similis X, 895. Ceterum Erasmus Adag. II, 4, 6. haec verba, in quibus Servius nimium orationis tumorem invenit, proverbialiter dicta esse memorat. — **352.** *Unum etiam*, i. e. uuum praeterea, insuper, *eins noch*. Cf. Ter. Eun. V, 8, 54. Heaut. V, 1, 22. Phorm. V, 5, 3. Pers. VI, 58. Hor. Epist. II, 1, 45. cett. et Hand. Turs. II. p. 550. De anaphora autem voc. *unum* vid. ad III, 435., et de verbis *quae plurima* supra ad v. 312. — *mitti* ad aurum, ebur, sellam cett. v. 333 sq., *dici* (i. e. promitti, de qua verbi signif. Thiel. nos adire iubet Beier. ad Cic. Off. I, 9, 34. et III, 15, 94.) ad agrum et naves spectat, quod iam Serv. intellexit. — **354.** *vincat*, tantum valeat, ut te prohibeat, quominus etc. — Verba *nec te ullius violentia vincat* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 86. — V. **355.** et **356.** iterantur in Anth. Lat. VI, 84, 50. *Quin* in *Cui*, *Des* in *Dat* et *iungas* in *iungit* mutatis; verba autem *genero dignisque hymenaeis* etiam in Anth. Lat. I, 178, 77. atque *dignis hymenaeis* in Ausonii Cent. nupt. 12. — **355.** His Aeneae laudibus simul Turnum utpote illo longe inferiorem notari, in promptu est. — **356.** *pater* (tamquam pater) eum singulari vi adiectum, cum secundum Donatum „summa potestas nuptiarum in patre puellae sit.“ *Wagn.* haec adnotat: „*pater* hic, ut v. 410. honoris est vocabulum, de quo vid. IX, 449., item *mater* XII, 74.“ Ceterum Coniugtou *pater* pro Nomin., non pro Vocat. habet ideoque omittit Comma post *Des* positum. — *foedera iungas.* Med. a m. sec., Rom. multique, alii Codd. *f. firmes*, quod ab Iahnio receptum praetulerunt etiam Peerlk., Haupt., Ladew. et Conington; et sane iuvari videtur v. 363., cum *pignore firmetur fides* secundum III, 611., cuius loci Wagn. mentionem facit; tamen cum ceteris (etiam Ribbeckio) retinui vulgatam (etiam Med. a m. pr.) lectionem, cum *firmes* ex v. 330. repetitum videri possit et *pacem iungere* exquisitior et raro usurpata sit dictio. Cf. etiam Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 359. Coniugtou tamen *iungas* facile ex locis IV, 112. V, 56. XII, 822. huc transferri potuisse opinatur. — **357.** Quodsi, quominus hoc facias, Turni metus obstat. Ne Latinum violet, pro *si te habet* in universum loquens *mentes et pectora* commemorat. — *habet* (i. e. tenet) *pectora terror* legimus etiam Ovid. Fast. III, 288. Cf. adnott. ad Ecl. VII, 40. Aen. III, 147. V, 734. VI, 521. al. — **358.** *Ipsum - - ipso.* Vid. adnott. ad (Ecl. IV, 6. Aen. I, 315.) Aen. I, 750. — *veniam*, benevolentiam, concessionem. Vid. IV, 50. et supra ad X, 626. — **359.** „*regi*, Latino, *patriaeque*, populo Latinorum, *remittat ius proprium*, quod Latinus Latinique in regiam puellam habent, ut possint eam matrimonio iungere, cui velint.“ Haec *Heyn.*, qui tamen, non minus quam Brunck. et Peerlk., potius *regique patrique* legendum esse suspicatur. Sed aptissime etiam *patria* commemoratur, cuius salus secundum oraculum (vid. VII, 96 sqq.) pendebat ab Laviniae cum Aenea coniugio. — **361.** *in pericula proicis* fortius quam *periculis obicis*, cum *proicere* dicatur de rebus vilissimis et despectis. Cf. adnott. ad VI, 436. — *caput* i. q. auctor. Vid. ad XII, 600. Imitatus est hunc locum Lactant. ·Inst. II, 8. *quod tandem sic caput hoc et causa malorum* atque verba *caput hoc et c. mal.* repetuntur etiam in Anth. Lat. I, 170, 153. — Cum v. **362.** cf. Ovid.

Turne, simul pacis solum inviolabile pignus.
Primus ego, invisum quem tu tibi fingis et esse
Nil moror, en supplex venio. Miserere tuorum,
Pone animos et pulsus abi. Sat funera fusi
Vidimus, ingentis et desolavimus agros.
Aut, si fama movet, si tantum pectore robur
Concipis et si adeo dotalis regia cordi est,
Aude atque adversum fidens fer pectus in hostem.
Scilicet, ut Turno contingat regia coniunx,
Nos, animae viles, inhumata infletaque turba

Am. I, 2, 21. *Nil opus est bello; pacem veniamque rogamus.* — **363.** *pacis pignus*, Laviniae et Aeneae matrimonium. Cf. supra v. 355 sq. — **364.** „Hoc dixit: Nou snm quidem iuimicus; sed si velis (putes) esse, non recuso.“ *Serv.* — *invisum*, i. e. inimicum, active. Ladew. comparat Lucan. I, 9. *quae tanta licentia ferri, Gentibus invisis Latium praebere cruorem?* et 488. *invisaque belli Consulibus fugiens mandat decreta senatus.* Cf. autem de hac duplici et activa et passiva Adiectivorum signif. Drak. ad Sil. II, 98. Cort. ad Sall. Cat. 39, 2. et ad Lucan. V, 500. VII, 850. Vechner. Hellenol. p. 420. Brem. ad Nep. Ages. 8, 1. Matth. ad Cic. Rosc. Am. 11, 30. Iahn. ad Ovid. Met. VII, 421. Kritz. ad Sall. Cat. 10, 4. Ing. 49, 5. alii cum iis, quae nos ad Ecl. VI, 40. et alibi aduotavimus. — **365.** *Nil moror.* Conington comparat Attii Myr. fr. 1. *Nam pervicacem dici me esse et vincere* (vincier ?) *Perfacile patior, pertinacem non moror*, ibi tamen *nil moror* „*I do not like*,“ non, ut hic „*I do not obiect*“ significare memorans. — *supplex venio*, ut VIII, 382. — *Miserere tuorum*, ut XII, 653. — **366.** *Pone animos*, i. e. superbiam. Cf. I, 302. *ponantque ferocia Poeni corda* ibique adnott. — „*pulsus abi*: patere te repulsam ferre. Sin sqq. respicias et v. 392 animo teneas [ubi Turnus ad haec respondet] *Pulsus ego?* recte erit: pugna victum te fatere ac cede.“ *Heyn.* Sic *repulsus abibis* ap. Sall. Iug. 110. et *missus abibis* ap. Hor. Serm. II, 1, 86. Cf. etiam Aen. V, 305. et 314. Verba *Pone animos et pulsus abi* iterantur in Anth. Lat. 170, 51. adiectis ex superiore versu *miserere tuorum*, quae etiam repetuntur ibid. I, 172, 59. — *Sat funera vidimus.* „*Sat videre*, ut *sat esse*, *sat habere*, unius verbi instar est. Theocr. X, 13. ἐγὼ δ' ἔχω οὐδ' ἅλις ὄξος.“ Sic *Wagn.*, rectius quam prius, ubi censuerat, *satis funera* significare i. q. „funera, quae satis essent,“ ut *satis* vim Adiectivi habeat, cui explicationi iure adversatur Conington, apte comparans II, 642. *Satis una superque Vidimus excidia.* — **367.** *desolavimus agros*: nam secundum X, 310. *turmae agrestes* contra Aeneam arma ceperant. Cf. autem Stat. Theb. VI, 917. *desolavimus urbes* et similem locum supra VIII, 8. *vastant cultoribus agros.* Cum vero Pal. et a m. pr. Gud. pro *desolavimus* exhibeant *designavimus*, Ribbeck. opinatur, olim scriptum fuisse *Sat funera fusos Vidimus ingentis et designavimus agros*, quod coll. v. 385 sq. sic explicat: „satis multos ut funera stratos vidimus eorumque corporibus agros velut tropaeis distinximus et ornavimus;“ quod mihi magis ingeniosum, quam verisimile videtur. — **368.** Verba *si tantum pectore robur* cum toto, qui sequitur, versu iterantur in Anth. Lat. I, 172, 25 sq. et hic excepto primo vocabulo etiam ibid. I, 178, 450. (et v. 203.). — **369.** *dotalis regia*, regnum Latini, quod dotem accipit, qui ducit Laviniam. Sic ap. Ovid. Met. IV, 705. *promittunt regnum dotale parentes.* — *cordi est.* Cf. VII, 326. et X, 252. — 270. *Aude.* Conington confert Pers. VI, 49. *quis vetat? aude.* — **370.** *adversum* ob collocationem verborum coniungo cum *hostem*, ut XII, 266. et 456. (cf. etiam infra v. 389.) Alii fortasse coniungent *adversum pectus*, ut IX, 347. et X, 571. — **371.** De ironica vi Part. *scilicet* (*das wäre! ei ja doch!*) vid. ad Geo. I, 382. 493. Aen. II, 577. Thiel. hic confert Stat. Theb. VI, 652. — *regia coniunx*, ut II, 783. Auctor carminis in Anth. Lat. I, 89, 57. hunc versum sic imitatur: *Scilicet ut coniunx viduo reddatur Atridi.* — **372.** „Expressit vulgare Graec. ἡμεῖς, ἄθαπτος καὶ ἄκλαυστος ὄχλος,

Sternamur campis. Etiam tu, si qua tibi vis,
Si patrii quid Martis habes, illum aspice contra,
Qui vocat."
Talibus exarsit dictis violentia Turni;
Dat gemitum rumpitque has imo pectore voces:
„Larga quidem, Drance, semper tibi copia fandi
Tum, cum bello manus poscunt, patribusque vocatis
Primus ades. Sed non replenda est curia verbis,
Quae tuto tibi magna volant, dum distinet hostem

---

quasi tam viles habiti, ut proiiciantur vel insepulti." *Heyn.* Cf. Sen. Troad. 81. *vulgus dominam vile sequemur* et *sanguine viles* ap. Stat. Theb. II, 458. Wagn. confert *nos animas faciles* ap. Val. Fl. I, 151. et videre nos iubet aliorum h. l. imitationes ap. Van Koeten. et Weyt. ad Epit. Iliad. v. 264. — *inhumata* (ut VI, 325.) *infletaque turba.* Adiect. *infletus* legitur etiam ap. Val. Fl. VI, 651., idemque Orosio III, 9. pro vulg. *inflictae* restituit Lautius, (ubi Havercampio accidit, ut hoc vocabulum ab ipso Lautio fictum putaret. Cf. Peerlk. ad h. l.). Ceterum huuo locum citat Schol. Iuven. XIII, 142. Conington confert Soph. Ant. 29. *ἄκλαυτον, ἄταφον*. Idem vir doct., comparans XII, 570. hanc totam sententiam malit indignabundam habere quaestionem. — **373.** *Iahn.* verissime haec adnotat: „Verba *etiam tu* cum vi quadam opposita sunt verbis *scilicet nos sternamur* et significant: quin tu quoque - - age, tu quoque illum adspice contra. In his necessariam esse Part. *etiam* (nostrum *doch*), iam Servius adnotavit, „hortantis adverbium" esse docens et comparans Ter. Andr. V, 2, 8. *Etiam responde.* Nihilominus Heinsius aliique [etiam Wagn. et nos ipsi in edit. I.; scil. ut Copula sit hortantis (vid. Wagn. Qu. Verg. XXXV, 7.), *iam* autem Imperativo iunctum (vid. eiusd. Qu. Verg. XXIV, 3.); quae tamen ratio sane aliam verborum collocationem requirere videtur] *et iam tu* edunt, verborumque sententiam efficiunt, in qua aut Part. *iam* abundat, aut certe scribendum fuit: *Et tu iam* etc." Quare in edit. II. *etiam* scripsimus, atque etiam Wagn. in min. edit. Ladew., Ribbeck., Coningt. et Benoist. sese nobis adiunxerunt, dum Peerlk., Süpfl., Gossr., Haupt. et Bryce. *Et iam tu* retinuerunt. — **374.** *patrii Martis*, patriae virtutis. — „*aspice contra*, forti animo resiste homini, *ἀντιβλέπει, ἀντοφθαλμεῖ*, attolle oculos. Cf. Bentl. ad Hor. Od. I, 3, 18." *Ruhk.* Est Homer. *ἄντην εἰσιδέειν* Il. XIX, 15. et al., quod est signum audaciae. — **375.** *Qui vocat.* Vid. infra v. 442. Verba *illum aspice contra, Qui vocat* repetuntur in Anth. Lat. VI, 84, 29. Masculino in Femin. mutato. — In Cod. Leid. hic versus sic expletur: *audacem solum te in proelia dura.* — **376** sqq. Iam Turnus per singula eundo refutat Drancis orationem. Comparant Hom. Il. I, 188. et supra VII, 445. 796. — *violentia Turni*, ut XII, 45. — **377.** *Dat gemitum.* Vid. ad II, 698. — *rumpit pectore voces.* Vid. adnott. ad II, 129. (III, 246. et X, 63.) — Cum v. **378.** cf. Hom. Il. II, 796. et supra v. 338. Ante Heins. verba sic collocabantur *semper, Drance.* — **379.** *manus*, fortia facinora; de quo verbi usu Thiel. conferri iubet Stat. Theb. V, 282. X, 194. Gronov. Diatr. Stat. p. 410. ed. Hand. et Daehn. ad Nep. Epam. 3, 1. Vid. etiam adnott. ad II, 434. et VI, 683. — *patribus vocatis*, ut V, 758. — **380.** Conington putat, Verg. hic respexisse Hom. Il. IV, 343. — „Sed nunc non tempus est orationi in curia faciendae. — **381.** Magna loqueris, dum intra moenia tutus ab hoste lates, necdum murorum oppugnatio facta." *Heyn.* Verba *Quae tuto tibi magna volant* i. e. quae tutus iacis (scil. cum telis comparata, quibus in pugna opus est), quibuscum cf. X, 584. *late Dicta volant Ligeri*, obversabantur et Val. Flacco V, 600. *non frustra magna superbo Dicta volant* et Statio Theb. III, 661. *tibi tuto Nunc eat iste furor*, ex quibus locis etiam apparet, Servium parum considerate quaerere: „Tuto Dativus an Adverbium?" — *distinet.* Med. cum paucis aliis *detinet*, quod ortum videtur ex corrupta Rom. et Paris. 3. lectione *destinet;* quare non erat, cur ab Iahnio (in priore edit., nam in altera et ipse edidit

Agger moerorum nec inundant sanguine fossae.
Proinde tona eloquio, solitum tibi, meque timoris
Argue tu, Drance, quando tot stragis acervos
Teucrorum tua dextra dedit passimque tropaeis
Insignis agros. Possit quid vivida virtus,
Experiare licet, nec longe scilicet hostes
Quaerendi nobis; circumstant undique muros.
Imus in adversos! quid cessas? an tibi Mavors
Ventosa in lingua pedibusque fugacibus istis
Semper erit?
Pulsus ego? aut quisquam merito, foedissime, pulsum
Arguet, Iliaco tumidum qui crescere Thybrim
Sanguine et Euandri totam cum stirpe videbit
Procubuisse domum atque exutos Arcadas armis?

---

destinet) reciperetur, Krehlio iam ad Prisc. VIII, 5, 26. (p. 798. P.) probatum. Wagn. verissime docet, *detinere* esse morari aliquem, *distinere* autem prohibere disiuncta, ne in unum coire possint, et hic qnidem, quod iam vv. *nec inundant sanguine fossae* (i. e. implentur sangnine) declarent, poetam hoc dicere: „tu magna loqueris, dum seiunctus ac procnl es ab hoste; non: dum hosti conatus fossam superandi nondum successit.“ De verbis *distinendi*, *destinandi* et *destinendi* saepe permutatis cf. Heins. ad Ovid. Epist. VIII, 69. Ondend. et Cort. ad Lucan. IV, 675. Drak. ad Liv. V, 19, 4. Obbar. ad Hor. Ep. I, 2, 5. Vol. I. p. 109. et mea ad Lncr. V, 204. — **382.** *Agger moerorum.* Vid. ad X, 24. (ubi hunc versnm iam legimus) et 144. *Agger murorum* invenitur etiam in Avieni Descr. 382. Med., Pal., Rom., Gud., alii hic perperam exhibent *Aggere*, quod ex X, 144. huc translatnm. Pro *moerorum* Rom., Gud., Bern. III., alii *murorum.* Priscianus l. l. hnnc versum sic citat, ut *fossas* exhibeat, diserte docens, in quibusdam Codd. scriptum esse *fossae;* sed fortasse confnndit hnnc locum cnm parallelo illo libri X., ubi vere in multis Codd. *fossas* scriptnm apparet. — **383.** *tona eloquio*, „non strepitu armorum.“ *Serv.* Thiel. comparat Claud. R. Pros. I, 83. eiusd. Epist. 3, 4. et Plin. Ep. I, 20. coll. Cic. Orat. 9. Cf. etiam adnott. ad IV, 510. *Eloquium* etiam ap. Ovid. Met. XIII, 63. 322. legitur. — *solitum tibi* (quod tibi est solitum), pro vulg. nt soles. Conington confert Tac. Hist. IV, 23. *machinas etiam, insolitum sibi, ausi*, simul observans, difficile esse decernere, ntrum Verg. *solitum* Nomin. an Accns. haberi voluerit. Equidem Nomin. esse pntaverim. Cf. adnott. ad VI, 223. — **384.** *quando* pro qnandoquidem. Vid. ad IV, 291. et al. — *stragis acervos*, ut VI, 504. atqne X, 345. et XI, 207. *caedis acervos* pro caesorum. — **385.** Peerlk. pro *Teucrorum* malit *Dardaniae*, nt dura per duplicem Genitivum constructio evitetur. — *dedit* Cf. Geo. III, 247. *stragem dedere.* — **386.** *vivida virtus*, ut V, 754 Sic etiam X, 609. *vivida bello dextra.* — **389** sq. „Comparant Hom. Il. II, 226 sq. — *Imus.* Quin imus? Age eamus adversus hostem: ἀλλ' ἴομεν.“ *Heyn.* Cf. supra IX, 424. *Ibat in Euryalum.* Ladew. signum interrogationis, non exclamationis adpinxit; et sane etiam ironica interrogatio locnm habet. — *an tibi Mavors* etc. Non manu (in qua viris fortibns Mars est: X, 280.), sed lingua et pedibus fortis es. — V. **391.** in Medio. a m. pr. sic expletur: *nequidquam armis terrebimus hostem*, in Leid. autem haec adiicinntur: *nunquamne sines fallacia verba.* — **392** sqq. „Omnia in maius aucta. Arcadas dixit, cnm de nno dnce Euandro cogitaret. Ante oculos esse potuit Iliad. VIII, 153 sqq.“ *Heyn.* — **392.** *Pulsus ego?* Haec interrogatio respicit Drancis verba v. 366. — **393.** *crescere Thybrim* etc. Cf. VI, 87. *Thybrim multo spumantem sanguine cerno.* — **394.** *cum stirpe.* „Occiso enim Pallante interiit eius cuncta posteritas.“ *Serv.* — **395.** *exutos armis.* *Exuere* aliquem *armis* verbnm militare esse observat Conington coll. Caes. B. G. III, 6. et V, 51.

Haud ita me experti Bitias et Pandarus ingens
Et quos mille die victor sub Tartara misi
Inclusus muris hostilique aggere saeptus.
„Nulla salus bello.“ Capiti cane talia, demens,
Dardanio rebusque tuis. Proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu atque extollere viris
Gentis bis victae, contra premere arma Latini.
'Nunc et Myrmidonum proceres Phrygia arma tremiscunt,
Nunc et Tydides et Larissaeus Achilles,
Amnis et Hadriacas retro fugit Aufidus undas.

Adde e. g. Liv. XXXIV, 28. — **396**. Cf. Hom. Il. VIII, 153 sqq. — *ita*, tamquam victum. — *experti*. Vid. VII, 434. De *Bitia* et *Pandaro* vid. IX, 672. Ceterum cf. imitatio h. l. ap. Silium XII, 501. *Non ita me experti Fabius Fabiique magister*. — Cum v. **397** sq. Cf. similis sententia IX, 783 sqq. — *die*, unius diei spatio, ut alibi *anno, mense*. Vid. Quinct. Inst. X, 3, 8. Cic. N. D. II, 9, 24. Liv. XXV, 39. Hor. Sat. II, 4, 4. Mueller. ad Cic. de Or. I, 62, 260. Brem. ad Nep. Them. 8, 7. Frotscher. in Addend. ad Quinct. l. l. p. 269. et cf. adnott. ad Ecl. II, 42., ubi tamen, cum *bis* addatur, res paulo aliter se habet. Peerlk. temere coni. *quos mille alios victor* etc. — *sub Tartara misi*. Cf. IV, 243. VIII, 563. et XII, 14. — **399**. *Nulla salus bello*. Repetit Turnus cum irrisione ipsius Drancis verba supra v. 362. Cum his arcte cohaerent illa: *Proinde omnia magno* etc.; sed Turnus, priusquam ad alterum sententiae membrum pergit, quasi responsionis loco interponit verba *Cane talia - - rebusque tuis*. Iahn. comparat simile interruptae sententiae exemplum ap. Cic. Phil. I, 10. extr. — „*Cane talia*, ominare hoc, nullam salutem esse bello, pugnando salvos esse nos non posse, Aeneae et tibi. Vertant dii in tuum caput! Comparant Odyss. II, 178 sq.“ *Heyn*. Cf. adnott. ad IV, 14. et IX, 621. Recte autem Wagn., quem secuti sumus, *demens* Commatibus seclusit, ut sit Vocativus, et haec sententia prodeat: „demens es, qui, quae Aeneae occini oportuit, nobis occinas.“ Ex vulgari enim ratione (quam servarunt Süpfl., Gossr., Bryce et Benoist.) si coniungimus *demens cane*, Turnus Dranci dementiam exprobraret, qui tale quid Aeneae possit occinere. Ceterum de verbo *canendi* vid. ad II, 124.. et IX, 621. coll. Livio XXX, 28. Stat. Theb. X, 724. aliis. — *capiti Dardanio*, ut IV, 640., i. e. Dardanio Aeneae. Cf. VIII, 570. — *rebus tuis* idem fere esse memorat Peerlk., quod *tibi*, coll. Plaut. Psend. III, 1, 13. Nep. Ages. 2. Hor. Epod. IX, 37. aliis. — *Proinde*, quoniam sentis, nullam a bello sperari posse salutem. Cf. v. 399. — **401**. *extollere* et *premere* (i. e. deprimere, elevare, detrahere de gloria armorum Lat.) eadem ratione sibi opponuntur ap. Liv. XXII, 12. extr. (ubi vid. Rupert. et 59, 10. Vid. etiam Quinct. Inst. XI, 1, 16. XII, 10, 14. et cf. Schmid. et Orell. ad Hor. Epist. I, 19, 36. — **402**. „*gentis bis victae*, ab Hercule primum. Cf. ad IX, 599 sqq. *Bis capti Phryges*. Adde VII, 295. et II, 642 sq. [Cf. etiam Val. Fl. II, 571.] — **403** sqq. Auget per ironiam, quod Diomedes belli societatem detrectaverat: erat is inter Graecorum principes, pro quibus *Myrmidonum* posuit, quibus solus Achilles imperabat.“ *Heyn*. Conington confert locum simili ratione conformatum IV, 376 sqq. — *Nunc*: ex quo tu dicendo omnia turbas et pervertis. Significat nimirum, narrationi illi, Diomedem recusavisse auxilium, fidem non esse habendam, sed legationem Drancis perfidia esse frustratam. Quis enim, inquit, credere potest, victoribus victos metum incutere? etc. — *arma tremiscunt*. Vid. ad III, 648. Peerlk. reprehendit repetitum voc. *arma*. Sed vid. adnott. ad Ecl. VI, 16. Geo. II, 125. et al. — **404**. *Tydides*, Diomedis, a quo regio ad Aufidum sita nomen habuit (*campi Diomedei*). — *Larissaeus Achilles*. Vid. ad II, 197., ubi hunc versum fere totum iam legimus. — **405**. Wagn. adnotat, nos hic habere proverbialem sermonem de eo, quod fieri nequeat, et quod Euripides universe dixerit *ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χω-*

Vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit
Artificis scelus et formidine crimen acerbat.

ῥοῦσι πηγαί, id Vergilium ad certum flumen traustulisse, quia Aufidus regnum Diomedis attingat. — *Hadriacas.* De hac vocis orthographia, quam iuvant inscriptiones et numi veteres (ut in Monum. Ancyrano p. 375. Voll. II. Sueton. a Wolf. ed.), vid. Broukh. ad Prop. I, 6, 1. Drak. ad Sil. It. VIII, 439. id. ad Liv. XXIV, 10, 10. Wessel. ad Anton. It. p. 308. Duker. ad Flor. II, 5, 1. Tzschuck. ad Melam Vol. II. P. I. p. 166. Unger. de Valgio Rufo p. 418. et Schneid. Gr. Lat. I, 1. p. 186. — *Aufidus*, Apuliae fluv., Cannas praeterfluens et in mare Hadriaticum se effundens (nunc *Ofanto* dictus). Vid. Mela II, 4, 7. Liv. XXII, 44, 2. Hor. Od. III, 30, 10. Sat. I, 1, 58. Flor. II, 6. all. et liber meus geogr. III. p. 508. Ladewigio, qui comparat Silium X, 170. *atque ea dum iuxta Tyrius stagna Aufida ductor Molitur*, hic *Aufidus* videtur Adiectivum, cum Vergilius vocc. *amnis, fluvius, flumen* nomen non soleat Nomin. Casu adiungere, nisi addito aliquo epitheto, ut VI, 550. VII, 516. 729. — Lucan. II, 407. hunc versum sic imitatur: *Hadriacus, qui verberat Aufidus undas.* — *retro fugit*, terrore nominis Aeneae auditi. Conington apte confert Psalm. 114, 3. Cf. etiam loci similes Geo. III, 30. Aen. VIII, 726. Hor. Od. III, 30, 10. etc. cum adnott. ad Geo. I, 509. II, 225. 497. al. Ceterum per fluvium Apuliae hic Diomedem regem tecte indicari in promptu est. Sine iusta causa in hoc loco, tamquam geographo magis quam poeta digno, haeserunt Faber. in Epist. p. 309. (contra quem disputavit Vir doct. in Miscell. Obss. critt. Vol. I. p. 23.), hanc coniecturam proponens: *Amnis et H. retro fugit Appulus undas* (quam probare videtur Gossr.), Bentl. ad Manil. III, 272., Cuningham., qui coni. *Omnis et Hadriacas* etc., et Peerlkamp., qui legi vult: *Agmine et Hadriacas verso fugit A. undas.* — **406**. Quinctil. Inst. IX, 3, 14. in hoc versu archaismum aliquem sibi videtur invenisse, quem Spalding. ad illum locum, Thiel., Iahn. et Peerlk. recte in vocc. *Vel cum*, pro *quid? quod* vel simili augendi formula positis, Wagn. autem, qui coll. Hor. Epod. XII, 13. *vel* transitum parare ad alia, *cum* autem ad antecedentia respicere et in repraesentanda rerum memoria positum esse, ut alibi *vidi cum, audivi cum*, docet, minus probabiliter in verbis *pavidum contra iurgia* quaerit. Cf. potius Orell. ad Hor. Epod. XII, 13. et Sat. II, 7, 95., qui simul indignationis quandam significationem accedere memorat, et Peerlk. ad h. l., qui ostendere studet, *iam* hic respondere fere Graec. *αὐτίκα γὰρ, εὐθὺς γὰρ* et significare „quid opus est longe exempla quaerere? hoc, verbi causa, statim sufficit.“ Heyn. respici hic v. 348. et 364., abrupta autem oratione iram hominis ad alia transeuntis apte significari docet. Scilicet poeta protasin modo sententiae scripsit, cui deest apodosis, et *vel cum*, pro *quid? quod* vel *quin etiam* positum, respondet nostro *ja vollends wenn*; quamquam Wagn. v. 408 sq. pro apodosi accipiendos vel, si quid supplendum sit, simplex *scito* (*ἴσθι*) cogitatione adiiciendum censet; contra quem disputans Ladew. in Append. p. 266. recte memorat, sic in seqq. quam maxime offendere secundam Personam, cum antea de Drance tertia Persona sermo fuerit, simulque locum Hor. Epod. XII, 13. a Wagn. collatum ut comprobaret usum Particularum *vel cum* in simplici transitu ad novam rem, huc non quadrare et ab hoc loco prorsus diversum esse. Donatus hanc supplet apodosin: „quale illud scelerati commentum est.“ Süpflius autem interruptam orationem sic explet: *vel* qualem se gerit, *cum se fingit.* — *contra mea iurgia*, contra me obiurgantem, minantem (cf. v. 348.). — *fingit.* Quinct. l. l. et duo Vergilii Codd. *iactat*, quod praefert Peerlk., et propterea pro *pavidum* scribi vult *impavidum.* — **407**. *Artificis scelus*, artifex ille scelestissimus. Thiel. confert Ter. Eun. IV, 3, 3. et Val. Fl. III, 172. Vid. etiam adnott. ad II, 125. et 585. *Artifex* autem pro fallaciarum machinatore et architecto legitur etiam supra II, 125. Ovid. Met. XI, 634. al. Peerlk. etiam hunc versum coniectura vexat, legi iubens *Artifici scelere*, totumque locum sic explicans: „Sed sensus populi metu perturbare ei non satis est: me cum accusat, hanc accusationem formidine

Numquam animam talem dextra hac — absiste moveri —
Amittes: habitet tecum et sit pectore in isto.
Nunc ad te et tua magna, pater, consulta revertor.
Si nullam nostris ultra spem ponis in armis,
Si tam deserti sumus et semel agmine verso
Funditus occidimus neque habet Fortuna regressum,
Oremus pacem et dextras tendamus inertis.
Quamquam o si solitae quidquam virtutis adesset!
Ille mihi ante alios fortunatusque laborum

---

astute simulata acerbat. Qnid plura de Drance dicam? Vel hoc, quod praecipnum est, cognoscite: ex eo enim, qualis sit, indicabitis." — **408.** Cum sententia cf. Phaedr. I, 29, 10. *Facilis vindicta est mihi. Sed inquinari nolo ignavo sanguine.* — *animam talem*, tam vilem: *hac dextra*, tam forti, quae tantum fortes homines occidere consuevit. Ego, vir fortis, ignavnm nolo interficere; vivas tu in tnum dedecus. — *absiste moveri.* Vid. ad VI, 399. (Ladew., qui prins ex coni. ediderat *movere*, propterea a Wagn. in Phil. Snppl. I. p. 413. vitnperatus, postea *moveri* recte restituit.) — **409.** Verba *sit pectore in isto* repetuntur in Anth. Lat. I, 147, 17. — **410** sqq. „Utitur Tnrnus callido et snbtili aditn ad persuadendnm id, quod non andet palam dicere: melius esse interire, quam pacem rogare, ut bene observavit Servius." *Heyn.* — *magna, pater* Heins. restituit ex Rom. aliisqne bouis libris. (Cf. infra v. 469. *magna incepta* cett.) Vulgo cum Med. et aliis *magne pater*, qnod Wagn. ex IX, 495. huc translatum suspicatur. — *magna consulta* autem etiam ap. Tac. Hist. II, 4. inveniri observat Ladew. — Cum v. **411.** cf. II, 276. *Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis.* — **412.** „*tam deserti*, propter Diomedem, qui solus negavit auxilia; ut idem Serv." *Heyn.* Cf. v. 419 sq. 428 sqq. — *semel agmine verso* cett. Thiel. confert Liv. IX, 19. *uno proelio victus Alexander, bello victus esset.* — **413.** *habet fortuna regressum*, redire, nos denuo revisere potest. Vid. Bnrm. ad Ovid. Met. VI, 450. Gronov. in Diatr. Stat. I. p. 339. et Schirach. p. 562. Videtur antem hnnc locum ante ocnlos habnisse Stat. Silv. III, 3, 157. *Seu blanda diu Fortuna regressum Maluit.* Verba *neque habet fortuna regressum* repetuntnr etiam in Anth. Lat. I, 172, 106. et I, 178, 239. — **414.** *dextras inertis.* Vid. snpra ad X, 595. et infra v. 672. Ante Heins. edebatur *inermis*, qnod etiam Serv. ad I, 487 exhibet; sed *inertis* legitur in omnibns Ribbeckii Codd. et *inermis* facile ex v. 672. hnc poterat transferri. — **415** sqq. „Sen turbavit affectus sen calliditas inflexit orationem, qnae sic procedere debebat: *quamquam*, nisi inertissimi essemus, debebamns illnm habere fortunatissimum cett., h. e. etsi deberemus mortem praeferre tali dedecori." Haec *Heyn.*, qui tamen loco sic distincto: *Quamquam o! si solitae -- adesset* — (sc. quisquamne sustineret hoc facere) — *Ille mihi*, et coll. loco V, 195. etiam aposiopesin statui posse censet, quam Conington quoque statuit. Sed prior ratio praestat. Turnns a generali sententia (Utinam solitae virtutis quidquam adesset! quisque enim, cui virtns inest, eum felicissimum indicabit, qui ante dedecus conceptum occnbuit), ne ceteros Latinos offendat, deflectit ad suum nnins iudicium (Ille mihi ante alios fortunatns etc.). De Part. *quamquam* in ennntiatione simplici, quae apodosin non habet, posita et vi corrigendi restringendiqne praedita (nostro *doch, indessen, wiewohl*) praeter viros doctos iam a Kritzio ad Sall. Iug. 85, 15. laudatos cf. Goerenz. ad Cic. Acad. I, 2, 6. Beneck. ad Cic. Cat. I, 9, 22. et III, 8, 18. idemque ad Iustin. XLI, 1, 8. alii. — **416.** *mihi*, i. e. meo iudicio, mea sententia, qno sensn hic Dativus Pronn. personall. apnd Graecos et Latinos haud raro ponitur. Vid. Ecl. III, 104. VII, 70. et cf. Wopkens. Lectt. Tull. p. 170 sq. Erfurt. ad Soph. Oed. R. 40. et Foss. in Quaestt. critt. de Tac. Agr. c. 6. Hist. I, 30. et Soph. Oed. Col. 553. Altenb. 1837. emissis. — *fortunatus laborum*, *εὐτυχὴς τῶν πόνων*, felix in malis suis et calamitatibus, ut v. 73. *laetus laborum*, ubi vid. adnott. Sic etiam Stat.

Egregiusque animi, qui, ne quid tale videret,
Procubuit moriens et humum semel ore momordit.
Sin et opes nobis et adhuc intacta iuventus
Auxilioque urbes Italae populique supersunt,
Sin et Troianis cum multo gloria venit
Sanguine: — sunt illis sua funera parque per omnis
Tempestas — cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies variique labor mutabilis aevi

Theb. I, 638. *fortunatus animi* cett. — 417. *egregius animi*, i. e. fortissimus. Cf. Geo. IV, 491. Aen. II, 61. IV, 203. 529. IX, 246. XII, 19. al. ibique adnott. — *ne quid tale videret.* Cf. Ovid. Met. II, 812. *Saepe mori voluit, ne quidquam tale videret.* — 418. *semel* (cui aliquot Codd. et Burm. ad Anthol. Lat. I. p. 88. satis frigide substituunt *simul*) est nostrum *einmal*, et dicitur de eo, quod factum mutari iam nequit, ut apud Hor. Od. I, 24, 16. III, 5, 29. Prop. V, (IV,) 11, 3. Val. Fl. III, 709. Stat. Theb. VII, 550. Cf. Oudend. ad Lucan. III, 296. Cort. ad eund. VI, 756. Burm. ad Ovid. Met. VI, 511. Bach. ad Ovid. Met. XIII, 101. alios. Servius potius explicat „cito, confestim, i. e. quia tota mortis celeritate consumptus est, quasi nihil ultra passurus." Ribbeck. cum Pal. scripsit *semul*, cum etiam Med. et Rom. *simul* exhibeant. — *humum ore momordit.* Cf. Hom. Il. II, 418. Πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν, et XI, 749. Φῶτες ὀδὰξ ἕλον οὖδας cum adnott. ad Aen. X, 349. et 489. Servius hanc causam profert: „Vulnerati solent vel terram vel arma mordere, ne dolorem eorum indicet gemitus." — Vs. 419 sq. spectant ad verba Latini v. 309 sqq. — 420. „*urbes Italae*: iterum respectu Diomedis, tamquam advenae Graeci externi nominis." *Heyn.* Cf. v. 428 sqq. — *supersunt*, de abundantia dictum ut Ecl. VI, 6. — 421. Cum sententia h. l. Heyn. conferri iubet Hom. Il. XVII, 361 sqq. — *gloria*, scil. victoriae, pro ipsa victoria. — *cum multo sanguine.* Coniungtou comparat Hom. I. l. v. 363. οὐκ ἀναιμωτί. — 422. Iahn. et Peerlk. cum Heins. aliisque praeferunt Cod. Rom. lectionem *suntque*; sed parenthesis, cui ceteri omnes libri favent, orationem longe fortiorem reddit. — 423. *Tempestas*, scil. belli; ut ap. Stat. Theb. III, 229. *et tota perfusum pectora belli Tempestate videt.* Vid. supra VII, 222 sqq. — *indecores*, ut VII, 231. — 424. *in limine primo* (ut II, 485.: sc. belli) *Deficimus?* i. e. animum despondemus. Sic *deficere* etiam supra v. 231. XII, 2. Caes. B. C. III, 2. B. Afr. 11. Cic. ad Att. I, 16, 9. ad Div. XIV, 3. Sall. Iug. 51. (55.) etc. Peerlk. conferri iubet Heins. ad Ovid. Her. XX, 41. — *ante tubam*, scil. auditam s. priusquam tuba audiebatur, legitur etiam ap. Iuven. I, 169. Claud. in Ruf. I, 333. et Silium IX, 52. (ubi vid. Drak.); et sic alibi etiam brevitatis causa simplici Nomini additur Praepos. *ante*, omisso Participio, quod plena sententia requirit, v. c. ap. Val. Fl. VII, 10. *ante tuos vultus* pro: priusquam te videram. Lucan. VI, 164. *ante feras gentes* pro: priusquam cum feris gentibus bellum gesserunt. — *tremor occupat artus*, ut Geo. IV, 100. *sopor occupat artus.* Cf. Haud. Turs. I. p. 368. — 425 sq. Comparant Hom. illud νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας Il. XXII, 339. Macrob. autem VI, 2, 16. p. 510. Ian. hos profert versus Ennianos (Ann. VIII. fr. 23. p. 44. Vahl. s. p. 87. Hessel.), qui Maroni ante oculos fuerint: *Multa dies in bello conficit unus; Et rursus multae fortunae forte recumbunt. Haudquaquam quemquam semper fortuna secuta est.* — *Multa* Neutr. Plur. esse, non Nom. Sing. cum *dies* coniungendum, ut ap. Hor. A. P. 293., in promptu est. — *dies*, i. e. temporis diuturnitas. Vid. ad V, 783., ubi adde VI, 745. IX, 281. Hor. Od. II, 10, 17 sq. III, 6, 45. Claud. in Rufin. II, 331. Plin. Ep. VIII, 3. in. Schmied. ad Hor. Ep. II, 1, 34. et Kuehner. ad Cic. Tusc. III, 30, 74. hic a Thielio laud. — *labor varii aevi* dictum videtur pro aevo, in quo varii labores tolerantur, in quo varia fortuna iactamur, ut sensus sit: Multi labores, qui antea irriti fuerunt, postea ta-

Rettulit in melius, multos alterna revisens
Lusit et in solido rursus Fortuna locavit.
Non erit auxilio nobis Aetolus et Arpi:
At Messapus erit felixque Tolumnius et quos
Tot populi misere duces, nec parva sequetur
Gloria delectos Latio et Laurentibus agris.

---

men optatum habnerunt eventum, in qua explicatione mibi adsentitur Conington. Etiam *Wagn.* sic interpretatur: „labor alio tempore alius, i. e. qni ante irritus fnit, post prospere procedit," et *Ladew.*: *„des bunten Lebens wechselnde Mühe."* Peerlkampio tamen, qni cogitat de formnla dicendi *tempus, aevum labitur*, et inter alia confert Val. Flaccnm II, 619. et Cland. in Entrop. I, 187., nihil alind est, qnam „perpetnus ille motus aevi, qui numqnam cessat, adeo ut aevum neque stet neque qniescat;" in qno ei adsentitnr Gossr. Multi Codd. (ex Ribbeckianis Bern. III. et Minorang.), Macreb. l. l. et Nonius p. 380, 32. exhibent *variusque*, quod Brunck. et Ribbeck. recepernnt. Sed cnm optimi Codd. (interque eos Rom. et a m. pr. Med. et Pal.) *varii* exhibeant, librarios autem constet admodnm proclives fuisse ad epitheta proximo vocabulo accommodanda, vulgatam lectionem cum Wagn. (qnem etiam ceteri recentiores editores omnes secuti sunt) retinuimns. *Wagn.* confert *variae tempore vitae* ap. Catull. XIII, 1. — **426.** *Rettulit in melius.* Cf. I, 281. *in melius referet.* — *multos alterna* cett. „Fortuna, vices rerum alternans, enndem nunc decipit, nunc iuvat." *Wagn.* Peerlk., cnm qnes Fortuna *revisat*, eos nen *ludat*, sed beatos reddat, coni. - - *revisens Iuvit* etc. Sed qnid tum sibi vult voc. *alterna*? qnod non Neutr. Plur., ut Heyn. putet, sed cnm *Fortuna* coninngendum qnodammodo adverbialiter usnrpatum esse, nt Geo. III, 192. et Aen. III, 423., recte observat Conington. — *revisens.* Cf. Ecl. I, 28. et Aen. III, 318. — **427.** „*Lusit*, illusit spe meliore deiectos, et *rursus in solido, ἐν σταθερῷ*, in firmo, integro statu antea in lnbrico labantes *locavit;* in incolnmem statum, in integrum restituit." *Heyn.* — *in solido locavit.* Cf. Ammian. Marc. XIV, 2. *quorum tutela securitas poterat in solido locari cunctorum.* Conington comparat Sen. de Ben. III, 4. *Praesentia bona nondum tota in solido sunt.* Repetitur hic versns cum altero prioris hemistichio in Anth. Lat. III, 81, 19 sq. — **428** sq. Comparant Homericnm *παρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, Οἵ κέ με τιμήσουσι.* — *Aetolus et Arpi.* Cf. v. 239 sq. et 246. — De *Arpis* vid. ad X, 28. — **429.** De *Messapo* vid. ad VII, 691 sqq. et al. — *felix*, h. e. potens, florens opibus, (oppositus Diomedi infelici). *Wagn.* haec adnotat: „Tolnmnius cum esset angnr, nescio an felix hic dicatnr is, qui felicia angnratur;" eademque iam Servii et Heinrichii erat sententia, nt etiamnum est Coningtonis. Sed cum infra demum, XII, 258. *augur* appelletur, poeta vix potest hic a lectore postulare, nt epitheton sic intelligat. Peerlk. coniicit *fidusque Tolumnius.* — **430.** *nec parva* ob omnium fere Codd. anctoritatem cum Wagn. restitui. Sententia enim haec est: Praeter Messapum, Tolnmnium et alios, magnam sibi comparaturos gloriam, etiam Latini non parvam sibi gloriam parabunt. Inde ab Heinsio vulgo editnr *nec tarda*, quam vulgatam lectionem Thiel. non male defendit, *tardam gloriam* explicans per non invitam, non morantem; Iahn. autem, qui et ipse eins patronus exstitit, et aptiorem censet hanc sententiam: „nec ultimi ad gloriam sibi parandam advenient Latini," cum Messapus invictus (Aen. VII, 692.) felixqne Tolnmnius aperte opponantur Diomedi inerti et infelici, probat Servii explicationem: „Latina pnbes celerrime victoriam adipiscotur, quam vix Graeci post decenninm adepti sunt." Codd. tamen anctoritas ante omnia respicienda; qnare etiam editores me posteriores praeter Bryccum omnes *parva* receperunt. — *sequetur Gloria.* Cf. VI, 756. *Dardaniam prolem quae deinde sequatur Gloria.* Pro *sequetur* unus Bigot. exhibet *sequentur*, quod Peerlk. verum pntat, *delectos* in *delecti* mntandum esse statuens, ut sensus sit: „seqnentur nos Latini et Laurentes, haud parvum

Est et Volscorum egregia de gente Camilla
Agmen agens equitum et florentis aere catervas.
Quod si me solum Teucri in certamina poscunt
Idque placet tantumque bonis communibus obsto,
Non adeo has exosa manus Victoria fugit,
Ut tanta quidquam pro spe temptare recusem.
Ibo animis contra, vel magnum praestet Achillen
Factaque Volcani manibus paria induat arma
Ille licet. Vobis animam hanc soceroque Latino
Turnus ego, haud ulli veterum virtute secundus,
Devovi. Solum Aeneas vocat. Et vocet oro;
Nec Drances potius, sive est haec ira deorum,
Morte luat, sive est virtus et gloria, tollat."
Illi haec inter se dubiis de rebus agebant

---

decus; Latini et Laurentes, quibus sociis multum gloriamur." — **432** De *Camilla* vid. VII, 803 sqq. — **433**. *florentes aere catervas.* Vid. ad VII, 804., unde Heyn. hunc totum versum a nescio quo huc translatum censet; sed sine eo nimis tenuem exsistere orationem, vere censet Wagn. — **434**. *me - - in certamina poscunt.* Cf. VIII, 614. *in proelia poscere Turnum.* — *me solum.* Vid. supra v. 220. — **435**. *Idque placet*, scil. vobis, si id vos ipsi vultis. — Verba *tantumque bonis comm. obsto* Heyn. cum Servio recte sic interpretatur: „et in tantum obsum commodis publicis, ut, nisi solus dimicavero, concidat universa respublica." — **436**. Saepe iam victoriam reportavi, quare sperare possum, id etiam nunc factum iri. — *Non adeo* cum restrictione dictum: nostrum *eben nicht*. Cf. Hand. Tursell. I. p. 146. Sic supra VI, 498. *vix adeo*. Obloquitur tamen Conington, *adeo* ad *ut* referendum esse statuens. — **437**. *tanta pro spe*, scil. gloriosae victoriae, qua solus dicar servasse rempublicam. — **438**. *animis*, forti et fidente animo, animose. Verba *Ibo animis contra* iterantur in Anth. Lat. I, 172, 21. — *praestet Achillen*, alterum se exhibeat Achillem, par ei appareat. Alii interpretes cum Servio *praestet* per *superet* explicant. Conington censet difficile esse iudicatu, utra ratio praeferenda sit, et cum sententia totius loci conferri iubet Hom. Il. XVIII, 305 sqq. — **439**. *Volcani manibus*. Vid. VIII, 382. 615 sqq. — *paria*, scil. armis Achillis. — **441**. *haud ulli v. secundus*, i. e. inferior. Sic Liv. XXIII, 10, 7. *nulli Campanorum secundus;* Silius VII, 55. *nulli quisquam virtute secundus;* Anth. Lat. II, 192. 11. *nulli pietate secundus*. cett. — **442** sq. *Devovi* ἀοριστικῶς pro *devoveo;* sed mente et cogitatione iam devovit. Vid. adnott. ad Geo. I, 49 et al. „Et *vocet* Aeneas, ut ego solus cum eo congressus de summa belli transigam. - - *morte luat* sua, [ut rursus infra v. 849.] occidat communi clade, *si haec ira deorum est*, ut eventus huius belli sit infaustus, nec, *sive est virtus et gloria*, si hoc bello laudem virtutis et gloriam consequi dabitur, *tollat*, auferat hanc laudem pro sua parte." *Heyn*. Loci sententia haec est: Laetor, me ab Aenea ad certamen singulare provocatum esse, non Drancen (cf. supra v. 122 sq.), cui, si qua deorum ira intercedit in hoc certamine, mortem, qua illa luatur, non minus invideo, quam gloriam hoc certamen secuturam, si virtuti gloria est parata. Wagn., nescio quo iure, haec verba cum irrisione dicta putat, ut sensus sit: „Ego me solus obiiciam communi periculo, ne Drances scilicet cogatur pugnare, et aut vitam, qua nihil illi carius, amittat, aut fortitudine sua, quae nulla est, palmam virtutis mihi praeripiat." (In edit. min. tamen non aliter, atque ego, locum interpretatus est.) — **445** sqq. Comparant Hom. Il. I, 304 sqq. et II, 786 sq. 807 sq. „Secundum pedestrem rerum narrandarum structuram res sic erat exponenda: Aeneam interea castris motis duplici agmine adversus urbem Laurentum incessisse, pedestri per saltus montium, equestri per planitiem camporum. Poeta vero singula singulis locis commode dicenda servavit. Vid. infra v. 511 sq. 522

Certantes: castra Aeneas aciemque movebat.
Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit magnisque urbem terroribus inplet:
Instructos acie Tiberino a flumine Teucros
Tyrrhenamque manum totis descendere campis.
Extemplo turbati animi concussaque volgi
Pectora et arrectae stimulis haud mollibus irae.
Arma manu trepidi poscunt, fremit arma iuventus,
Flent maesti mussantque patres. Hic undique clamor
Dissensu vario magnus se tollit ad auras:
Haud secus atque alto in luco cum forte catervae
Consedere avium piscosove amne Padusae

---

sqq." *Heyn.* Cum rhythmis horum versuum Conington confert X, 146 sq. et cum sententia Hom. Il. I, 6. *διαστήτην ἐρίσαντε.* — **446.** *castra - - movebat.* Cf. III, 519. — **447.** *Nuntius* utrum sit „*the messenger*" an „*the message*," Conington non audet decernere. Mihi ob verba adiecta de altera significatione non magis dubitandum videtur, quam IV, 237., ubi vid. adnott. — **450.** *descendere* in campum, vox propria de iis, qui in bellum procedunt. Cf. Geo. II, 497. Aen. VI, 831. Liv. XXIII, 29. XXIV, 8. Val. Fl. III, 517. et Barth. ad Stat. Theb. V, 145. VIII, 464. — *concussa pectora.* Cf. IX, 498. *concussi animi.* — **452.** „*et arrectae stimulis irae*: de virtute bellica; exasperati sunt animi: ut v. 727 sq. [ubi verba *stimulis haud mollibus irae* iterantur]. Nam ira erigitur, arrigitur et stimulatur, h. e. movetur." *Heyn.* Cf. Geo. III, 105. Aen. V, 643. infra v. 639. XII, 251. Drak. ad Silium IV, 280. et adnott. ad Aen. I, 579. — *haud mollibus*, duris, qui penetrant, infixi haerent. — **453.** *manu* ornatus causa pleonastice additum videri potest, quia arma manu tractantur, quae est Wagneri, Conington is aliorumque sententia. Vid. adnott. ad IV, 344. coll. iis, quae ad II, 645. et Geo. II, 247. adscripsimus. Non male tamen Servius: „praeter vocem gestum etiam flagitantis expressit." Heins. coniicit *arma manus trepidae poscunt*, Peerlk. autem *Arma, arma intrepidi poscunt.* — *trepidi*, *vor Ungeduld zitternd;* simili igitur sensu, quo infra v. 893., sed alio, atque X, 282. — *fremit arma*, cum fremitu postulat. Vid. VII, 460. (qui locus nostro simillimus), adnott. ad V, 555. et Markland. ad Stat. Silv. IV, 8, 15. De repetito voc. *arma* praeter l. VII. l. c. cf. Hor. Od. I, 35, 15. Ovid. Met. XI, 377. XII, 241. all. *Wagn.* haec adnotat: „Cum trepidatione arma poscunt; at dum arma fremit iuventus, patres inopes consilii flent mussantque. Non est igitur otiosum, ut opinari possis, alterum hemistichion." — **454.** Pro *flent maesti* Gentius p. 59. temere coniicit *flent matres.* — *mussant*, in occulto lamentantur. Cf. supra v. 345. Verba *Flent maesti mussantque patres* repetita vides in Anth. Lat. I, 170, 108. — *Hic* de tempore. Vid. ad I, 728. — **455.** *Dissensu vario*, ut contra X, 97. *Adsensu vario.* — *ad auras* Wagn. ex Med. et duobus aliis Codd. restituit, quem recentiores praeter Ribbeck. et Benoist. omnes secuti sunt. Vulgo *in auras*, quod illi duumviri ex Pal., Rom., Gud., Bern. II. III. receperunt; et Ribb. quidem conferri iubet Geo. III, 109. Aen. V, 257. 520. et Wagn. Qu. Verg. X, 1. Sed vide ad Ecl. I, 56. — **456.** Cum hac comparatione cf. VII, 699 sqq. Peerlk. miratur, Vergilium non potius addidisse nomen luci pro *alto*, ut addiderit nomen amni *Padusae.* Sed luci raro habent propria nomina. — **457.** „*Padus* cycnorum copia apud poetas celebratus: in septem ostia cum tempore diductus, binis primum ostiis in mare delatus est, quorum alterum septemtrionem versus erat *Volana*, alterum a meridie *Padusa* (nunc *il Po d'Argenta*) prope Spinam a mari exceptum. Cf. Comment. Acad. Bonon. T. VII. p. 470. Ostium hoc *amnem* dicit. [Ab aliis *Padusa* rectius una eademque habetur cum *Asconis fossa* ap. Iornand. Get. 29., per Ravennam ducta et olim *Messanico* appellata, quam alii nunc *canali di S. Alberti* vocari, alii autem evanuisse perhibent. Cf. etiam Mannert.

Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.
„Immo, ait, o cives, arrepto tempore Turnus,
Cogite concilium et pacem laudate sedentes:
Illi armis in regna ruunt.“ Nec plura locutus
Corripuit sese et tectis citus extulit altis.
„Tu, Voluse, armari Volscorum edice maniplis;
Duc, ait, et Rutulos. Equitem, Messapus, in armis,

Geogr. d. Gr. u. R. IX, 1. p. 104. et liber meus geogr. III. p. 504 sq.] - - Facit illud quibusdam locis *stagna*, quae *loquacia* dixit a loquacibus cycnis, ut XII, 457. *nidos loquaces* hirundinis et Ecl. VIII, 22. *pinos loquentes* [ubi vid. adnott.] - - Transtulit haec Claud. XXXI, 109 sq.“ *Heyn.* Cf. etiam Pervigil. Ven. 85. *iam loquaces ore rauco stagna cygni perstrepunt.* De cycnorum cantu vid. ad Ecl. VIII, 55. et IX, 29. — V. **459** sq. ironice capiendos esse, quisque videt. Ante *Immo* talem fere sententiam: Euge! nolite arma capere! supplendam esse, in promptu est. Comma prius post *tempore* positum (quae distinctio mihi acerbae ironiae, qua Turnus Drancis ignaviam exprobrat, aptior videbatur, qua in re mecum cousenserunt Iahn. in edit. II. et Peerlk.), nunc cum ceteris recentioribus editoribus omisi, Wagnerum secutus, qui haec adnotat: „Iunge *ait tempore arrepto.* Gratus nimirum et εὔκαιρος erat Turno adventus hostium; deserit igitur concilinm arripiens opportunitatem exercitus in aciem educendi, dum patribus aqua haeret; *arrepto tempore*, statim usus commoditate rei. Lucan. X, 580. *tempore rapto Caesar semper feliciter usus.*“ Cf. etiam Wilms. p. 6. De formula dicendi *tempus arripere*, i. e. opportuno tempore celeriter uti, Thiel. couferri iubet Burm. ad Anthol. Lat. I, 173, 63. — **460**. *concilium.* Vid. infra ad v. 469. *Cogere concilium* iam supra legimus v. 304. — *sedentes*, nihil agentes, otiosi (vid. ad IX, 4. et XII, 15.), dum illi armis rem gerunt, armati iam accurrunt. — **461**. Pro *ruant* (i. e. sinite illos ruere), quod Heins. ex (Pierii) Codd. quibusdam receperat, cum ceteris recentioribus editoribus inde ab Hauptio (qui *ruont* scripsit) (etiam Wagn. in recentiss. edit.) ex melioribus Codd. (Med. omnibusque Ribbeckii) nunc restitui lectionem *ruunt.* — **462**. *Corripuit sese.* Vid. ad VI, 472. — *citus.* Vid. ad VIII, 642. — *tectis* (*sese*) *extulit.* Cf. supra v. 36. ibique adnott. — **463**. *Voluse.* De antiquo nomine *Volusi, Volesi, Valusi, Valerii* Peerlk. conferri iubet Interpp. ad Ovid. Pont. III, 2, 105. Silium II, 8. et Niebuhr. *Roem. Gesch.* I. p. 563. Respexit hunc locum Rutil. I, 169. sic scribens *qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen Et reges Rutulos teste Marone refert.* — Formam *edice* invenimus etiam ap. Stat. Theb. XII, 598., eodemque modo *addice* et *indice* rectius adeo dicitur, quam *edic*, *addic* cett. Cf. Plaut. Poen. II, 50. Pseud. I, 5, 143. all. Ramsb. §. 62, 6. p. 144. et Neue *Formenl.* II. p. 336 sq. Alia ratio est verbi simplicis; quare non erat, cur etiam v. 464. *Duce* scribi iuberet Wakef. ad Lucr. II, 484. quamquam *duce* (ut *abduce*, *adduce* etc.) ap. Plautum aliquoties legitur. Cf. Neue l. l. Vid. adnott. ad I, 753. Peerlk. coni. *dice maniplos. Dice, ait.* — *maniplis.* Vid. ad Geo. III, 166. Aen. IV, 59. al. Ribbeck. (quem etiam hic Benoist. sequitur) ex Pal. et Gud. a m. pr. recepit *maniplos*, „ne quatuor deinceps versus in *is* terminent.“ Sed constat, Vergilium non nimis delicatum esse in ὁμοιοτελεύτῳ vitando; quare plurimorum Codd. (inter quos Med. et Rom.), Servii, Donati ad Ter. Adelph. III, 4, 36. et Diomedis p. 341. auctoritatem non spernendam duximus. — **464**. *equitem in armis*, armatum, ut supra v. 173. III, 595. VII, 434. al. et *sub armis* V, 440. Vid. adnott. ad III, 595. IV, 518. V, 37. 440. Peerlk. temere coni. *equitum, Messape, catervas, Et cum fratre, Cora, latis diff. campis.* — *Messapus* pro Messape et *Coras* pro Cora. De Nominativo autem in carminibus et formulis antiquis (cf. e. g. Liv. I, 24, 7.) pro Vocativo usurpato cf. Prisc. VII, 5. extr. p. 471. P. Vechuer. Hellenol. p. 240. Ruddim. I. p. 55. not. 61. et II. p. 11. not. 32. Schneider. Gr. Lat. II, 1. p. 65 sq. Oudend. ad Lucan. II, 116. Iani ad Hor. Od. I, 2, 43.

Et cum fratre Coras, latis diffundite campis.
Pars aditus urbis firmet turrisque capessat;
Cetera, qua iusso mecum manus inferat arma."
Ilicet in muros tota discurritur urbe.
Concilium ipse pater et magna incepta Latinus
Deserit ac tristi turbatus tempore differt
Multaque se incusat, qui non acceperit ultro
Dardanium Aenean generumque adsciverit urbi.

Gierig. ad Ovid. Fast. IV, 731. et mea ad Lucr. I, 45. E Vergilio huc pertinent Ecl. VII, 46. et Aen. VIII, 77. Inde etiam excusandum, quod Vocativo haud raro Nominativus per appositionem adiungitur. Vid. adnott. ad Aen. I, 664. — *cum fratre*, Catillo. Vid. VII, 672. — **466.** *firmet - - capessat* lectio est Med. aliorumque bonorum Codd. quam cum Wagn. revocavimus, quamque etiam me posteriores Bryceo excepto omnes servarunt. Cf. adnott. ad Geo. IV, 378. Vulgo *firment - capessant;* ut etiam VII, 686. pauci Codd. deterioris notae pro *pars - - spargit*, *pars - - gestat* exhibent *spargunt — gestant*. Verissimo autem Ladew. Wagnerum Qu. Verg. VIII, 4, 6. secutus adnotat, Vergilium Subst.• collectivis omnino raro Plur. Verbi adiungere, et voc. *pars* tum tantum Plur. construere, ubi alius Plur., quo *pars* referatur imprimis *alii*, praecedat, ut II, 460. IX, 507. XII, 278. — **467.** *iusso* pro iussero, ut alibi *levasso*, *amasso*, *declarasso* et similia. Cf. etiam *faxo* IX, 154. et XII, 316. Ruddim. I. p. 327. not. 14. Ramsh. §. 62. p. 142. Madvig. §. 115 f. Neue *Formenl.* II. p. 425. et adnott. ad IV, 606. 682. V, 786. al. Formam *iusso* ex h. l. arripuit Silius XII, 175. Cf. etiam Sen. Epist. 58. *Dicebant antique si iusso*, i. e. *si iussero. Hoc nolo mihi credas, sed fide Vergilio.* Barth. Adverss. XXII, 14. XXXV, 3. et Turnebi Adverss. XV, 15. Quod autem attinet ad usum Futuri exacti, cf. adnott. ad II, 77. — *inferat arma*, ut III, 247. et VII, 604. *bellum inferre.* — **468** sq. Comparant Hom. Iliad. II, 808. — *Ilicet.* Vid. ad II, 424. — **469.** *concilium* pro *consilio* (*berathende Versammlung*) etiam X, 2. XI, 234. 304. 460. al. legimus. Non igitur erat, cur Ribbeck. invitis plurimis Codd. ex Med. a m. pr., Reg. et duobus Macrobii V, 14, 3. (p. 436. Ian.) Codd. *consilium* ederet, quem posteriorum editorum nemo secutus est. Vix enim credibile est, Vergilium v. 460. *concilium*, hic vero *consilium* scripsisse. — *patēr.* De hac productione in penthemimeri s. prima syllaba tertii pedis praeter alios egit Huschk. ad Tib. II, 2, 5. Cf. etiam adnott. ad V, 521. VII, 398. IX, 9. multosque alios locos. — *magna incepta*,. quod voluit Italiae pacem reddere. — **471.** *multa*, i. e. valde, vehementer. Vid. ad IV, 390. — **472.** Heyn. haerens in verbo *urbi*, quod explicat per: in urbis, regni utilitatem, hanc proponit coniecturam: *Dardanium Aenean generumque adsciverit: urbis Praefodiunt alii portas;* qua misera fractum effici versum, verissime censet Wagn., immo tueri vulgarem lectionem VII, 367. et quomodo haec intelligi voluerit poeta, ipsum significare VII, 255 sq. Scil. *urbi* idem est quod *in urbem, in regnum; adsciscere urbi* igitur i. q. adsciscere consortem regni. *Urbi* autem *generum adsciscere* non magis potest offendere, quam supra VII, 367. *gener externa petitur de gente Latinis.* Peerlk. transpositis verbis locum sic constituendum censet: *qui non adsciverit ultro Dard. Aenean generum, atque acceperit urbi* (quae sit antiquior forma pro *urbe*), atque Ribbeck. eum secutus Verba re vera transposuit. Sed recte Ladew. in Append. p. 267. opponit, *generum acceperit* tum tantum dici potuisse, si Aeneas Laviniam in matrimonium petiisset, et sedes in ipsa urbe ab eo neutiquam esse postulatus. Regerit quidem Ribbeck. Proleg. p. 368.: „se non magni facere, quae Ladew. opposuerit, cum *generum* ad utrumque Verbum spectet, nam et adsciscendum generum et accipiendum regni socium fuisse sero Latinum intellexisse." Adverbium autem *ultro* non recte componi censet cum *accipiendi* verbo, contra bene dici *adsciscere ultro*, ut etiam XII, 613. Quae tamen mihi non tanti esse videntur, ut propterea omnium

Praefodiunt alii portas aut saxa sudesque
Subvectant. Bello dat signum rauca cruentum
Bucina. Tum muros varia cinxere corona
Matronae puerique; vocat labor ultimus omnis.
Nec non ad templum summasque ad Palladis arces
Subvehitur magna matrum regina caterva
Dona ferens iuxtaque comes Lavinia virgo,
Causa mali tanti, oculos deiecta decoros.
Succedunt matres et templum ture vaporant
Et maestas alto fundunt de limine voces:

Codd. auctoritatem spernamus; quare ceteros recentiores editores vulgarem verborum ordinem recte retinuisse censeo. Praeterea Ribbeck. Proleg. p. 85. v. 469—472. post v. 476. vel potius 485. transponendos censet, ut „melius coniungantur, quae rebus inter se apta sint." — **473.** *Praefodiunt portas*, ante portas fossas faciunt. Idem voc., sed alio sensu, legitur ap. Ovid. Met. XIII, 60. *quod iam praefoderat aurum*, i. e. ante fodiendo occultaverat. — *saxa sudesque convectant*, quae Heyn. de vallo intelligit, Wagn. coll. infra v. 891 sqq. rectius explicat: „saxa et sudes subvectant, quibus pro telis utantur." Cf. etiam Liv. XXIII, 37. Caes. B. G. II, 29. VII, 81. et Flor. III, 21, 7. — **474.** *Bucina.* Vid. ad VII, 519. — *muros cinxere corona*, ut X, 122. Vid. ad IX, 380. — **476.** „*vocat labor ultimus omnes*, re ad summum discrimen adducta. [Cf. II, 11. *Troiae supremum laborem.*] Procurritur autem in muros, uti factum esse Troiae narrat Homerus proelio cum Achivis propius urbi admoto." *Heyn.* — *vocat.* Vid. adnott. ad IX, 172. Conington comparat II, 668. *vocat lux ultima victos.* — **477** sqq. Cf. Hom. Il. VI, 68 sqq. 269 sqq. Miratur Heyn., Palladem hic iam ante Troianorum adventum in Latio cultam exhiberi; Ruhk. autem haec adnotat: „nisi forte poeta deam in Latio coli solitam et eam Palladi similem innuisse dicendus est, qualem v. c. Fortunam Antiatem novimus ap. Hor. Od. I, 35.; sed haec observatio etiam de aliis Graecorum deis, e. c. Baccho, Apolline, valet, quippe qui hoc tempore nondum ab Italis hisce colebantur." — *templum* et *arces Palladis*, ἓν διὰ δυοῖν; templum in colle conditum, ut plerumque Minervae templa. Cf. II, 226. *Tritonidis arcem.* De voc. *arces* pro collibus et locis excelsis posita vid. ad Geo. I, 240. et de Pallade πολιούχῳ ad Ecl. II, 61. — **478.** *Subvehitur*, sursum curru invehitur, ut et alibi matronae sacra adeunt. Cf. VIII, 666. — *magna caterva.* De hoc simplici Ablat. vid. ad VII, 284. — **480.** *Causa mali tanti*, ut VI, 93. Wold. Ribbeck. comparat Sulpic. Sev. Hist. I, 27. *mulierem tanti mali causam.* Verba *Causa mali tanti* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 63. Rom. aliique Codd. *malis tantis*, quod, cum etiam Med. exhibeat *mali tantis*, Heyn. iam recipiendum censuit et vere receperunt Iahn. (in priore edit., ubi vide eius adnot. ad Geo. I, 340. et Aen. X, 476.) et Thiel., qui de Dativo voc. *causae* adiuncto conferri iubet Ruhnk. ad Ter. Andr. II, 6, 27. et Kritz. ad Sall. Cat. 19, 1. Sed haec lectionis diversitas non minus, quam reliqua (*tantique* et *tanti atque oculos*), hiatui evitando originem debere videtur; quare vulgatam cum Wagn. retinui, quam Iahn. quoque in edit. II. restituit atque Peerlk., Süpfl., Gossr. et omnes recentiores editores receperunt. Cf. etiam XI, 93. Cuningh. coni. *Tanti causa mali;* sed *causa*, cui praecipua vis inesset, in principio versus collocandum fuisse, iam Wagn. observavit. Peerlk. denique Vergilium scripsisse putat: *Causa mali, tacita atque oculos* etc. — *oculos deiecta.* Heyn. confert Hom. h. in Cerer. 194. κατ' ὄμματα καλὰ βαλοῦσα ibique Ruhnk. Iteravit haec verba Mart. Capella IX. p. 306. Grot., ubi vulgo male legitur *oculos delecta decoros.* Cf. etiam Ovid. Am. II, 7, 11. Stat. Theb. II, 232. Val. Fl. II, 470. VII, 514. Sen. Epist. 11. supra I, 561. multosque locos similes et adnott. ad Ecl. I, 54. Sic infra v. 507. *oculos fixus.* Ceterum verba *oculos deiecta decoros* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 68. et I, 178, 416. — **481.** *Succedunt*, ascendunt in templum. — **482.** „*de limine.* Nihil argutandum; est

„Armipotens, praeses belli, Tritonia virgo,
Frange manu telum Phrygii praedonis et ipsum
Pronum sterne solo portisque effunde sub altis.“
Cingitur ipse furens certatim in proelia Turnus.
Iamque adeo rutilum thoraca indutus aënis
Horrebat squamis surasque incluserat auro,
Tempora nudus adhuc, laterique accinxerat ensem
Fulgebatque alta decurrens aureus arce
Exsultatque animis et spe iam praecipit hostem:

---

pro: ingressae templum. Nam ex more in prima templi parte vota faciunt, qui deos adeunt, nec intrant interiora, ut nos. [Ceterum cf. Hand. Turs. II. p. 194 sqq.] — **483** sqq. Preces fere ad verbum conversae ex Hom. Il. VI, 305 sqq.“ *Heyn.* — *Armipotens.* Vid. ad II, 425. (et III, 544.). — *praeses belli.* Sic Statio Silv. IV, 5, 23. Pallas *regina bellorum* vocatur. — *Tritonia virgo.* Vid. ad II, 171. — **484**. *Frange manu telum*, „aut tua manu, aut in eius manu tela confringe.“ *Serv.* Illud rectius esse patet. — *praedonis.* Cf. VII, 362. et X, 774. — **485**. „*effunde* de prolapso, prostrato ante urbis obsessae muros.“ *Heyn.* Cf. XII, 276. Magis proprie *effundere* dicitur X, 574. et XII, 532. Macrob. V, 3, 10. p. 394. Ian. exhibet *portisque effunde sub ipsis*, vel aberrans ad ultimum versus antecedentis vocabulum, vel confundens hunc versum cum v. 499. — Cum v. **486** sqq. Heyn. conferri iubet Hom. Il. III, 330 sqq. XI, 15 sqq. XVI, 130 sqq. XIX, 369 sqq. — *Cingitur in proelia*, sc. armis, quod additur infra v. 536. Cf. etiam II, 510. 520. 749. al. Conington comparat Hom. (Il. XI, 15. al.) ζώννυσθαι. — **487**. *Iamque adeo.* Vid. ad II, 567. V, 268. VIII, 585. al. — *rutilum thoraca* difficilior et aptior est lectio Rom., Bern. II. a m. pr. aliorumque Codd., item Macrobii V, 10, 11. p. 416. et VI, 7, 18. p. 540. Ian. atque Gellii II, 6, 22., quae iam Iahnio et Peerlkampio arrisit et quam nunc cum Wakef., Hauptio, Ladew., Ribb., Coningt. et Benoisto pro vulg. *Rutulum thoraca* (quod sane praebent Med., Pal., Gud., alii) recipiendam duximus, cum *Rutulus thorax* quid ab aliis thoracibus diversi habuerit nesciamus et hominem Rutulum Rutulo thorace indutum fuisse per se consentaneum sit, *rutilum* autem *thoracem* etiam Val. Fl. VII, 620. commemoret (cui loco addi potest Claud. Gigant. 92. Minerva *ostendens rutila cum Gorgone pectus*). Wagn. etiamnum tuetur alteram scripturam et in Phil. Suppl. I. p. 360. poetamque significare voluisse putat, Rutulos thoracas tum praestantissimos in Italia esse habitos. (?) Conington conferri iubet Hom. Il. XVI, 134. — „*thoraca indutus a. H. squamis* pro: thoracem induerat ex aere in squamarum speciem contextum, horrentem aspera superficie. — Verba *surasque incluserat auro* (i. e. ocreas aureas induerat) redeunt XII, 430. Cf. etiam VIII, 624. *ocreas electro auroque recocto.* — **489**. *Tempora nudus adhuc.* Prae festinatione oblitus erat galeam induere, quod alias primum fieri solebat. Servius tamen haec adnotat: „Praeocconomia est: quia mox Camillam adloquitur, et ut orans et incendens ceteros facilius nosceretur.“ — *lateri accinxerat ensem.* Cf. II, 393, *lateri - adcommodat ensem.* — **490**. *alta decurrens arce.* Cf. II, 41. *summa decurrit ab arce.* — Heyn. haeret in epitheto *aureus*, cum thoracem aereum indutus fuerit; sed Wagn. verissime observat, aliud esse *auro fulgere*, aliud *aureum fulgere*, i. e. ut aurum. Sic *aurea mala* Ecl. III, 71. VIII, 52., *aurea sidera* Aen. II, 488., *aureus amellus* Geo. IV, 274. legimus. Itaque etiam splendidis armis aeneis indutus *aureus fulgere* potest. Cf. etiam supra IX, 270. Peerlk. temere coni. *dec. arduus arce*, coll. Aen. II, 41. et VIII, 299. Conington memorat, Verg. hic videri respexisse Hom. Il. VI, 512. *Πάρις κατὰ Περγάμου ἄκρης τεύχεσι παμφαίνων, ὥστ' ἠλέκτωρ, ἐβεβήκει.* — **491**. *Exsultat animis.* Vid. ad II, 386. Legimus haec verba etiam in Anth. Lat. I, 147, 26. — *spe praecipit hostem*, pro vulg. praecipit spem victoriae; prae nimia spe iam superasse hostem sibi videtur. Sic supra v.

Qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis
Tandem liber equus campoque potitus aperto
Aut ille in pastus armentaque tendit equarum
Aut assuetus aquae perfundi flumine noto
Emicat arrectisque fremit cervicibus alte
Luxurians luduntque iubae per colla, per armos.
Obvia cui Volscorum acie comitante Camilla
Occurrit portisque ab equo regina sub ipsis
Desiluit, quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis; tum talia fatur:
„Turne, sui merito si qua est fiducia forti,
Audeo et Aeneadum promitto occurrere turmae

---

18. *animis et spe praesumite bellum.* Servius simpliciter explicat: „mente praeoccupat hostis adventum.“ *Praecipere* autem eodem sensu legitur v. c. supra VI, 105. et ap. Caes. B. C. III, 87. *iam animo victoriam praecipiebant.* Cf. etiam Cic. Off. I, 23, 91. *Ingenii magni est praecipere cogitatione futura et aliquanto ante constituere, quid accidere possit in utramque partem.* Vid. Held. ad Caes. B. G. III, 1. et VIII, 51. — V. **492—497.** ex Hom. Il. VI, 506—511. conversa sunt. Eundem locum Macrobio teste Sat. VI, 3, 8. p. 517. Ian. (p. 173. Bip.) iam ante Vergilium Ennius (p. 47. Hessel. s. Ann. fr. inc. sedis 51. p. 74. Vahl.) sic reddiderat: *Et tum, sicut equus, qui de praesepibus fartus Vincla suis magnis animis abrupit, et inde Fert sese campi per caerula laetaque prata Celso pectore; saepe iubam quassat simul altam; Spiritus ex anima calida spumas agit albas.* Conington etiam conferri iubet Apoll. Rhod. III, 1259 sqq. — *Aut ille.* Vid. ad I, 3. et V, 457. — **495.** *perfundi flumine noto*, ut Geo. II, 147. *perfundi flumine.* Praeterea cf. Ecl. I, 51. *inter flumina nota* ibique adnott. — **496.** *cervicibus*, ut II, 219., ubi tamen de duabus serpentibus agitur. Alibi Verg. ubique Singulari huius vocis utitur. Cf. Neue *Formenl.* I. p. 466. — *alte* cum *arrectis* coniungendum esse, iam Serv. intellexit. — **497.** *Luxurians*, exsultans, ferociens; Hom. κυδιόων. — *luduntque iubae* cett. Heyn. praeter Hom. l. l. ἀμφὶ δὲ χαῖται ὤμοις ἀΐσσονται etiam hic Apollon. l. supra l. confert. Vid. etiam Claud. X, 290., qui h. l. aperte imitatus scripsit: *quatiens decoras Turbata cervice iubas.* Videtur hunc locum respexisse Stat. Silv. I, 1, 48. *cui rigidis stant colla iubis vivusque per armos Impetus.* Wold. Ribbeck. praeterea conferri iubet Petron. in Wernsd. P. Lat. min. IV, 763, 58. *ceu uti solet Duro remissus Thessali quadrupes iugo Cervicem et altas quatere ad excursum iubas.* — **499.** *sub ipsis portis.* Vid. ad III, 5. — **500.** *Desiluit*, honoris et reverentiae significandae causa, ut apud Romanos, qui patrono aut magistratui occurrebant, facere consueverant. Vid. Serv. ad h. l. Heyn. conferri iubet Winckelm. *Monum. ined.* n. 137. — *cohors*, scil. equitum, ideoque pro turma positum; quamquam interdum etiam de equitum cohortibus sermo est. (Cf. Lersch. Ant. Verg. p. 58.) Vergilius autem hoc vocabulo omnino latiore significatione utitur. Cf. III, 563. VII, 710. X, 328. — **501.** *defluxit* hic sponte; infra autem v. 828. *Ad terram non sponte fluens*, et sic sane plerumque. Macrob. VI, 4, 10. p. 521. Ian. e Furii l. l. hos comparat versus: *Ille, gravi subito devinctus vulnere, habenas Misit equi, lapsusque in humum defluxit, et armis Reddidit aeratis sonitum.* Cf. etiam Liv. II, 20. *Moribundus Romanus ad terram defluxit* et Ambros. de Elia 13. (quem Peerlk. laudat) *Imponunt equo. Vulnere icti in terram defluunt.* — **503.** Cf. Hom. Il. (XIII, 73 sqq. et) X, 220. — *Promitto sola ire* pro: me solam ituram, ut IV, 487. *promittit solvere.* Cf. adnott. ad IV, 306. et al. Quamquam Nomin. cum Infin. *sola ire* non solum a *promittendi*, sed etiam ab *audendi* verbo pendet, quibus coniunctis notio inest: parata sum. Cf. vero etiam adnott. ad II, 377. et IV, 306. Ceterum *sola* non minus ad *occurrere* etc., quam ad *obvia ire* etc.

Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra.
Me sine prima manu temptare pericula belli;
Tu pedes ad muros subsiste et moenia serva."
Turnus ad haec oculos horrenda in virgine fixus:
„O decus Italiae virgo, quas dicere grates
Quasve referre parem? sed nunc, est omnia quando
Iste animus supra, mecum partire laborem.
Aeneas, ut fama fidem missique reportant
Exploratores, equitum levia inprobus arma
Praemisit, quaterent campos; ipse ardua montis
Per deserta iugo superans adventat ad urbem.
Furta paro belli convexo tramite silvae,

---

pertinet. Cf. II, 432. et VI, 716. — *ire obvia contra.* Cf. supra v. 438. *ire contra* et X, 770. *ire obvius.* — **506.** *pedes,* ipse cum peditatu. — *moenia serva.* Cf. IX, 43. 161. — **507.** *oculos fixus,* ut supra v. 480. *oculos deiecta.* — „*horrenda in virgine,* h. l. admiranda, nam quae *admirationem, stuporem, horrorem* faciunt, ad idem fere genus referri possunt." *Heyn. Horrere* pro admirari prae verecundia legitur etiam apud Catull. LXIV, 159. Cic. Acad. II, 38, 121. alibi. Vid. Barth. ad Claud. VI. Cons. Hon. 33. Cort. ad Lucan. III, 411. et Hor. Ep. I, 7, 64. Vol. I. p. 368. coll. adnot. nostra ad Aen. VI, 10. — *in virgine,* ut X, 446. *in Turno.* — Cum v. **508** sq. Thiel. conferri iubet Val. Fl. IV, 629 sq. et Stat. Theb. IX, 49. — *decus Italiae virgo,* appositione eadem ratione praemissa, qua X, 601. *latebras animae, pectus,* ubi vid. adnott. — *dicere grates* pro usitatiore *grates agere* vel *persolvere* (I, 600. II, 537.). Verba *quas dicere grates Quasve referre parem* iterantur in Anth. Lat. I, 172, 152 sq. — **510.** *Iste animus,* pro: *tuus,* ut IX, 205. (ubi vid. adnott.) *hic animus* pro: *meus.* — *animus est supra omnia* (sic enim verba construenda esse patet), i. e. elatus supra omnia pericula, omnes labores et fortunae casus. Cf. XII, 839. Heins. coniicit *Ista animus supra,* Peerlk. autem *iste omnia quando Est animus supra.* Ribbeck. unum Cod. Prisc. p. 1064. respiciens scripsit *supera* (nam Med., qui a m. pr. exhibet SUPERAT literis E et T expunctis, nihil fere probat). — *partire laborem;* quia Camilla v. 504. dixerat: *Solaque - - - contra.* Dicit igitur Turnus: Partiemur laborem ducis, imperii. Tu Tyrrhenos excipe, ego Aeneam excipiam. Verba *mecum partire laborem* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 350. — **511.** „*fidem* eleganter pro nuntio. Nam, quae nuntiantur, fidem facti faciunt. [*reportant*: cf. VII, 285. *pacem reportant.*] — **512.** *levia arma,* ut X, 817. — *inprobus* accipio pro audax: proprie qui nimium audet." *Heyn.* Vid. infra v. 767. et cf. adnott. ad Geo. I, 146. et Aen. IX, 62. Nescio tamen, an rectius Wagn. (cui etiam Ladew. adsentitur) nunc comparet Hom. ἀκόρητος πολέμου et conferri iubeat Geo. I, 119., cui loco adde Aen. II, 356. (et X, 727.) — „*levia arma,* equites expeditos, praemisit ad hoc solum, ut ungulis [sic enim pro *iaculis* legendum esse patet] verberent campos ostentationis causa et propter tegendam fraudem." *Donatus.* — **513.** *Praemisit,* (ut) *quaterent campos,* simpl. pro: praemisit in campos. Verg. memor fuit Lucr. II, 330. *equites - - Tramittunt valido quatientes impete campos.* Cf. etiam Avien. descr. 284. *nunc quatiunt campos.* De *quatiendi* verbo vid. Gronov. ad Senec. Herc. Oet. 1523. et adnott. ad VIII, 596., et de simplici Coniunctivo Optativi loco posito sine Coni. *ut* adnott. ad IV, 683. Drak. ad Liv. I, 17, 11. X, 41, 8. Kritz. ad Sall. Cat. 29, 2. Iug. 28, 1. Iahn. ad Ovid. Trist. I, 1, 119. multique alii. — *ardua montis,* ut VIII, 221. — **514.** „Struc: Per deserta montis ardua ad urbem adventat, iugo ea superans: i. e. per iugum ardui desertique montis appropinquat." *Wagn.* Cf. etiam infra v. 905. *Superans* autem Heins. ex Med. et ceteris libris praestantioribus iure revocavit pro vulg. *properans.* Heyn. de extremis Albanorum montium partibus cogitandum esse putat. — **515.** Wagn.

Ut bivias armato obsidam milite fauces.
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis;
Tecum acer Messapus erit turmaeque Latinae
Tiburtique manus; ducis et tu concipe curam."
Sic ait et paribus Messapum in proelia dictis
Hortatur sociosque duces et pergit in hostem.
Est curvo anfractu valles, adcommoda fraudi
Armorumque dolis, quam densis frondibus atrum
Urguet utrimque latus, tenuis quo semita ducit

---

memorat, egregie callideque hoc a poeta inventum esse, ut probabili causa Aeneam et Turnnm a pugna segregaverit atque ita Camillae prae ceteris excelleudi locum reliquerit. — *Furta*, insidias. Vid. ad IX, 150. et X, 735. Serv. coufert fragm. Sall. Hist. I. (a Nouio p. 310, 13. plenius oxhibitum) *gens ad furta belli peridonea*, quod adnotat Conington. Enarrantur autem haec furta infra v. 522--531. — *convexo tramite silvae*, iu curvo anfractu vallis (v. 522 sqq.) inter silvas. Cf. etiam I, 310. et 612. — **516**. *bivias fauces*, ad quas dnae viae (ab utraque parte) ducunt. Vid. ad v. 522. Sic *bivium portae* IX, 238. — *armato milite*, ut II, 20. — **517** sqq. „Adversus equitatum Aeneae, in quo turmae erant Arcadum ab Evaudro missae (VIII, 518.) et Etruscae (X, 238 sq.), per planitiem camporum incedeutem mittitur Messapus: qui nunc non suas copias, sed Latiuas et Tiburtinas turmas equestres [*Tiburti manus*: vid. ad VII, 670 sqq.] dncit, cnmque eo Camilla." *Heyn.* — *equitem* Sing. numero pro Plurali, ut X, 239. — *collatis signis*, ideoqne iusto proelio. — **519**. *Tiburti* autem ex Med., Rom., Pal. a m. sec. aliisqne bouis libris cum Wagn. restitni pro vulg. *Tiburni*. Vid. ad VII, 671. Secuti snut omues posteriores editores praeter Bryceum. — *ducis et tu c. c.* Turnus, laborem cum Camilla partiturus (v. 510.), hoc dicit: ut ego illic, sic tn (meo loco) hic obi ducis provinciam. *Curam* et *curare* verba propria esse de ducibns cxercituum, Thiel. docet coll. Walch. ad Tac. Agr. 16. p. 228. et Kritz. ad Sall. Ing. 100. — **520**. *Messapnm in proelia dictis Hortatur.* Cf. VII, 472. *Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.* — *et* (statim, extemplo) *pergit.* Vid. adnott. ad I, 82. et V, 504. — **522** sqq. „Insidiarum locus et ratio huiusmodi animo repraeseutanda. Via Troianorum agmini pedestri, quod Aeueas ipsc ducebat (cf. v. 446.), erat facienda per montinm iuga et saltus: in his erat vallis *curvo anfractu*, sinnoso flcxn, qnae ex advorsa veuienti Aeueae parte iu clivum assurgebat; isque erat agmine superandus: ab utraque vallis parte silvac. Has insedit Turnus: equitatum autem Messapo et Camilla duce praeuittit, ut manus cum praemisso ab Aeuea Etruscorum equitatu conserat, qui per camporum planitiem incedebat Tarchontis ductu. Hic pugna equestris fit, iu qua, Camilla caesa, equites Latiui fugiunt ad nrbem. Audita Camillae caede equitatusque fuga, Turnus consilio iusidiarnm abiecto ex saltibus obsessis in campum procedit, nt fugam Latinorum equitatu sistat urbemque, ne primo incursn capiatur, pracsidio firmet. Quo facto Aeueas liberas saltus angnstias superat v. 896 sqq." *Heyn.* — *curvo anfractu.* Couington conferri iubet Varr. L. L. VII, 15. [p. 124 M.], ubi *anfractum* explicatur per *flexum* [„ab originc duplici dictum, ab ambitu ct frangondo"]. — *valles*, quod Heins. ex Med., Rom. aliisque Codd. optimae uotae restituit pro vulg. *vallis*, antiqua est Nominativi forma, nt iam supra VII, 565. Cf. Prisc. VI, 10, 55. p. 703. Valer. Prob. iu Cathol. p. 1470. Servius ad h. l. Voss. Art. gramm. II, 39. Drak. ad Liv. IV, 25, 3. Wakef. ad Lucr. VI, 1031. Schneider. Gr. Lat. II, 1. p. 468. alii. Ceterum cf. imitatio huius loci ap. Claud. IV. Cons. Hou. 327. *quae fraudi accommoda vallis.* **523**. *atrum.* Vid. ad I, 165. — **524**. *quo* (in quam vallem) Hcins. ex melioribus Codd. edidit pro vulg. *qua*, quod Heynio praestare videtur. Sed vero *Wagn.*: „*quo* satis defenditur verbis *ducit, ferunt, aditus;* uecdum ibi est Turnus, sed iturus eo." Turpiter abutitur his verbis Au-

Angustaeque ferunt fauces aditusque maligni.
Hanc super in speculis summoque in vertice montis
Planities ignota iacet tutique recessus,
Seu dextra laevaque velis occurrere pugnae
Sive instare iugis et grandia volvere saxa.
Huc iuvenis nota fertur regione viarum,
Arripuitque locum et silvis insedit iniquis."
Velocem interea superis in sedibus Opim,
Unam ex virginibus sociis sacraque caterva,
Conpellabat et has tristis Latonia voces

---

son. in cent. nupt. 110. — **525.** *aditus maligni*, angusti ideoque difficiles et periculosi. Sic in loco Stat. Theb. II, 498 sqq. (ad huius exemplum formato) *malignae fauces;* sic *portus maligni* ap. Lucan. V, 651., *colles maligni* Geo. II, 179. (*lux maligna* Aen. VI, 270.) cett. Thiel. conferri iubet Barth. ad Stat. Theb. I, 374. — **526.** „*in speculis*, in collis vertice, ut *σκοπιά*. Erat is collis planus ideoque ex omni parte opportunus seu ad procurrendum (v. 528.), seu ad hostem propulsandum, si collem superare vellet (v. 529.)." *Heyn.* Cf. Ecl. VIII, 59. et Homericum *περιωσκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ.* — *summoque in vertice montis.* Cf. Ciris 306. *summo volitantem in vertice montis.* — **527.** *Iahn.* haec adnotat: „*Ignota* planities appellatur, non quod Troiani eam ignorabant, sed quod ab iis, qui illas fauces transgrediebantur, conspici cognoscique non poterat Unde etiam tuti illic recedere poterant, quicumque insidias transeuntibus parabant." Heyn. conferri iubet similem locum Stat. Theb. II, 469 sqq. — *recessus* lectio est Med. a m. sec., Rom. aliorumque librorum pro vulg. *receptus* a Wagn. iure revocata, quem recentiores editores praeter Ribbeck. et Benoistum omnes secuti sunt. *Recessus* enim est locus ab hominum conspectu remotus, ubi bene lateas; quod ipsum nunc vult Turnus; *receptus* autem vocatur locus, in quem se recipiunt, qui aut turbas hominum aut pericula volunt effugere. *Tuti* autem recessus sunt, unde tuto, sine ullo periculo, hostem adoriri possis. Ceterum etiam quae sequuntur verba, *Seu - - saxa*, quippe quae ad impetum faciendum, non ad salutem fuga pariendam spectent, magis convenire lectioni *recessus*, Wagn. verissime iudicat. — **528.** *occurrere pugnae*, i. e. hosti dextra aut sinistra parte venienti. — **529.** *instare iugis*, quod Heyn. explicat: „desuper de iugo urgere hostem assultantem," Wagn. rectius pro consistere in iugis positum accipit. — *volvere saxa.* Cf. IX, 512. — **530.** *iuvenis*, Turnus. — *nota regione viarum.* Vid. ad Aen. II, 737. Abutitur hoc versu Auson. in cent. nupt. 115. — **531.** *Arripuit locum.* Vid. ad III, 477. IX, 13. et X, 298. — *silvis iniquis*, scil. Aeneae per eas iter periculosum facturo. Cf. X, 303. *dorsum iniquum* et V, 203. *spatium iniquum* — **532.** *Opis*, Ὦπις, quo nomine alias Diana ipsa appellatur, hic est nympha Dianae, quae infra v. 858. *Threissa* vocatur. Heyn. memorat, ap. Callim. in Del. 292. Opin esse inter puellas Hyperboreas, quae frugum primitias olim Delum apportaverint et cum Diana ibi mauserint, coll. etiam Apollod. I, 4, 4.; idemque memorabile esse ait, Dianam *cum Nymphis suis*, quibus silvae soleant pro sedibus assignari, hic in Olympo sedere, unde Opis v. 595 sq. devolet in terram. Wagn. autem et Ladew. coll. Hom. Il. XX, 8. et Od. XII. 374 sq. docent, etiam Nymphas in Olympum venire. vel ad concilium deorum vocatas, vel nuntium aliquem ferentes. — *velox* dicitur Opis, ut Nympha. Sic etiam Geo. IV, 344. *velox Arethusa.* — **534.** *Latonia.* Vid. IX, 405. et infra v. 557. — *Has voces ore dabat.* Vid. ad VII, 560. — Pro *tristis* Heius. ex Rom., Vat. et aliis edidit *tristi;* sed *tristis*, quod praeter plurimos Codd. (inter quos Med.) tuetur Macrobii V, 22, 2. p. 490. Ian. et Donati auctoritas, ab Heyn. epicae gravitati magis convenire merito iudicatur. *Tristes* sunt *voces*, quia de instanti morte Camillae agunt. Cf. etiam II, 115. *haec tristia dicta.* Iahn. ob verborum ordinem *tristis* cum *Latonia* iungendum esse censet;

Ore dabat: „Graditur bellum ad crudele Camilla,
O virgo, et nostris nequiquam cingitur armis,
Cara mihi ante alias. Neque enim novus iste Dianae
Venit amor subitaque animum dulcedine movit.
Pulsus ob invidiam regno virisque superbas
Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe,
Infantem fugiens media inter proelia belli
Sustulit exsilio comitem matrisque vocavit
Nomine Casmillae mutata parte Camillam.

---

quod mihi languidius videtur, quamquam etiam Conington dubius est, utrum Nom. Sing., an Accus. Plur. habendus sit. — 535. *bellum ad crudele.* Cf. VIII, 146. — 536. „*nostris armis*, quibus Camilla in morem Dianae et Nympharum utitur. Cf. infra v. [652. et] 844.“ *Heyn.* — *cingitur armis*, ut II, 749. Tib. II, 3, 50. et al. — 537. *neque enim novus* etc. Cf. ultimos libri VII. versus. — *Dianae*, pro mihi. Vid. ad II, 79. III, 380. al. — *iste amor*, „quo me illi conciliatam sentis,“ ut explicat Wagn. Qu. Verg. XIX, 2. — 538. *venit*, oritur. Cf. infra v. 733 et adnott. ad Geo. I, 37. — Verba *subitaque animum dulcedine movit* iterantur in Anth. Lat. I, 147, 24. — 539. Hanc de Camilla eiusque patre, Metabo, narrationem Dianae sermoni, quo Opi mandata iniungat, non satis commodo loco insertam esse, non temere censet Heyn. Accedit, quod Diana hic Opi res narrat, quae ei iam satis notae esse debebant, et quod vv. 557., 566. et 582. Dianae narranti vix convenire videntur. Quare Heinrich. putat, v. 539—586. a Vergilio carmini iam absoluto esse insertos, et Peerlk. suspicatur, hunc locum ab ipso poeta destinatum fuisse fini libri VII, ut ibi post v. 811. sequerentur haec: *Priverno antiqua - - urbe, Pulsus ob invidiam* etc. usque ad - - *Intemerata colit* (v. 583), quae deinde exciperet v. 812. *Illam omnis tectis* cum seqq.; hoc autem loco post v. 538. statim collocandum esse versum 587., cum vss. 584–586. a Tucca et Vario vel aliis inserti sint, quibus ista ad suam opinionem ordinarent. Ribbeck. autem, Peerlkampio adsentiens, cum verba *Cara mihi ante alias* v. 537. et *vellem haud correpta fuisset* v. 584. bene in unum versum coeant, totam narrationem interiectam a poeta secundis curis in schedas coniectam esse suspicatur. Cf. etiam eiusdem Proleg. p. 85. — *pulsus ob invidiam*, scil. crudelitatis causa. Legimus haec verba iam X, 852. — *vires superbas* Serv. recte interpretatur: quibus superbe utebatur; haec enim explicatio optime convenit *feritati* infra v. 568. commemoratae. Idem est igitur, quod *superbum imperium* Mezentii VIII, 481. Heynio *superbus* hic est i. q. ingens, nimius. — 540. *Privernum*, olim Volscorum, postea Latii oppidum, haud procul ab Amaseno fluvio situm, et nunc *Piperno Vecchio* appellatum, de quo cf. Steph. Byz. p. 563. Liv. VII, 15, 11. 16, 3. VIII, 19, 9. all. et librum meum geogr. III. p. 641. Peerlk. pro *Priverno* malit *Priverni*, et hanc totam orationem magis poetae convenire censet, quam Dianae; Opim enim, unam ex sacra caterva Dianae et intimam deae amicam, res Camillae ignorare non potuisse. — 541. Heyn. miratur, saevum tyrannum tanto filiae amore teneri; ipse tamen confert simillimum de Mezentio locum supra X, 839 sqq. — *Metabus.* Serv. haec adnotat: „Nomen sumptum de historia: Metabus enim fuit dux Graeci agminis, qui iuxta Hadriaticum mare urbem Metapontum condidit.“ Conington conferri iubet Strab. VI, 1. p. 265. Cas. (ubi sane Metabus commemoratur, sed non ut Metaponti conditor). — 543. „Tribuit igitur poeta patris voluntati, quod emollita pronuntiatio posterioribus aetatibus attulit, ut pro *Casmilo Camillus*, pro *Casmila Camilla* diceretur. Vox illa a Pelasgis in Italiam illata Etruscis quoque fuit frequentata, qui Mercurium Casmilum apellarunt, tamquam *ministrum* deorum. Vid. Schol. Apollon. ad I, 917. Macrob. Sat. III, 8. [5. p. 290. Ian.] et Serv. ad h. l.“ *Heyn.* *Camilli* enim erant pueri, ministri, ad sacra facienda adhibiti. Cf. Plutarch. Num. c. 7. (qui simul memorat, propterea etiam Mercurium, utpote ministrum deorum, a

Ipse sinu prae se portans iuga longa petebat
Solorum nemorum; tela undique saeva premebant
Et circumfuso volitabant milite Volsci.
Ecce fugae medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis; tantus se nubibus imber
Ruperat. Ille innare parans infantis amore
Tardatur caroque oneri timet. Omnia secum
Versanti subito vix haec sententia sedit:
Telum inmane, manu valida quod forte gerebat

---

nonnullis Camillum vocari). Festus p. 43. Muell. Varr. L. L. VII, 34. p. 231. Sp. s. p. 133. M. Dion. Hal. II, 22. Muelleri lib. *Die Etrusker.* Vol. II. p. 73. Hartung. *Relig. d. Römer* I. p. 157 sq. et liber meus *Hellas u. Rom* I, 2. p. 113. adn. 218. Peerlk., cui talis etymologia gravitatem carminis epici dedecorare videtur, verba *matrisque vocavit - - Camillam* spuria censet. Sed vid. ad I, 109. 268. 367. III, 335. VIII, 322. 344. al. Etiam Gossr. *αὐθεντίαν* huius loci recte defendit. — **544**. ***Ipse sinu p. s. portans.*** Sic Ruhk., omisso Commate, quod vulgo post *Ipse* ponitur, rectissime; ut *ipse sinu* dictum sit eadem ratione, qua alibi *ipse manu, mit eigener Hand* (vid. ad IX, 587. et al.); quae etiam Wagneri est sententia Qu. Verg. XVIII, 2, 1. Me posteriorum editorum soli Peerlk. et Bryce Comma post *Ipse* positum retinuerunt. — ***iuga longa,*** longo tractu continuata. Gossr. cum Servio interpretatur: „longe posita, remotiora.“ — **545**. ***solorum nemorum.*** Vid. infra ad v. 569. Ceterum cf. *iuga silvarum* VI, 256. — ***tela premebant.*** Vid. adnott. ad II, 530. et Geo. III, 413. — **547**. ***fugae medio,*** in media fuga, in media fugae via. Cf. VII, 59. et similes loci. — ***Amasenus abundans*** aquis ***spumabat*** in ***summis ripis,*** ad summas ripas. De *Amaseno* vid. ad VII, 685. — **548**. ***tantus*** (vid. ad V. 404.) ***imber se ruperat,*** pro eruperat, proruperat, *ἐῤῥάγη*. Vid. ad Geo. I, 446. III, 428. Aen. II, 416. — ***nubibus.*** Sic etiam supra v. 377. simplex Abl. adiicitur *rumpit pectore voces.* — **550**. ***caro oneri timet.*** Cf. II, 729. *pariter comitique onerique timentem.* — In Anth. Lat. I, 170, 128. verba *timet omnia secum* mire in unam contrahuntur sententiam. — **551**. „Cum omnia secum versasset [cf. X, 285.], vix tandem ***haec sententia sedit,*** menti infixa, probata [vid. ad II, 660. (IV, 15. V, 418) et VII, 611.], quae *subito* animum subierat.“ *Heyn.* Sic etiam Conington similiterque *Servius:* „*vix*, quia naturale est, ut, quoties multa simul cogitamus, vix aliquid comprobemus“ et *Ladew.:* „***subito vix,*** *d. h. plötzlich noch im letzten Augenblicke; denn bei vix ist an die Sache zu denken, welche beinahe nicht statt fände.*“ Equidem potius sequor priorem Wagneri explicationem: „***Subito*** sententia sedit, et ***vix*** sedit, *cum*, captum consilium [sine mora] exsequens, telo natam implicat“, ut *Vix*, in protasi usurpatum, Coniunctionis *simulac* vice fungatur, (cf. Aen. III, 90. VIII, 337. X, 659. XII, 650.). Valcken. ad Ammon. p 67. (ut iam Serv. et Donat. atque in recentiss. edit. etiam Wagn.) minus probabiliter coniungit *versanti subito*, putans, Vergilium exprimere voluisse vim vocabuli Homerici *φράσσατο*, et Peerlk., multa de hoc loco disputans, sine iusta causa coni. *subito* ***fixa haec*** *sent. sedit.* — Pron. ***haec*** adiectum indicat, statim expositum iri, quae sit ea sententia. — Ceterum iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 170, 76. sic mutatus: *Versanti potior vix haec sententia sedit.* — **552**. Quae in seqq. narrantur, non iniuria iam Probo parum veri similia visa sunt. Cf. Ribbeck. Proleg. p. 143. — ***Telum quod gerebat - - Huic natam inplicat.*** Hanc perturbationem structurae verborum praeclare accommodatam esse ad significandam Metabi trepidationem, vere observat Wagn. Unus Ladew. propter adiectum *forte* et alliterationem pro ***gerebat*** recepit Med. a m. sec. lectionem *ferebat*, cum *gerere* tantum de armis dici possit, quae ad perpetuam militum armaturam pertineant. (?) Lectionem *gerebat*, quam ne Hauptius quidem, alias fere semper Mediceo obtemperans, deseruit, Wagn. etiam in Phil. Suppl. I. p. 360. recte, puto, defendit, neque video, quomodo locus

Bellator, solidum nodis et roboro cocto,
Huic natam libro et silvestri subere clausam
Inplicat atque babilem mediae circumligat bastae
Quam dextra ingenti librans ita ad aethera fatur:
„Alma, tibi hanc, nemorum cultrix, Latonia virgo,
Ipse pater famulam voveo: tua prima per auras
Tela tenens supplex hostem fugit. Accipe, testor,
Diva tuam, quae nunc dubiis committitur auris."
Dixit et adducto contortum bastile lacerto
Inmittit: sonuere undae, rapidum super amnem
Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.
At Metabus magna propius iam urguente caterva
Dat sese fluvio atque bastam cum virgine victor

XII, 206., ubi legimus *dextra sceptrum nam forte gerebat*, valde a nostro differat, uam etiam sceptrum reges soleut gerere. — **553**. Vid. ad v. 89. — *solidum nodis*. Cf. VII, 507. VIII, 220. Val. Fl. III, 126. II, 534. cett. — *robore cocto*, igni durato, ustulato. Cf. adnott. ad VII, 524. De *coquendi* verbo vid. ad VII, 636., ubi adde Bentl. ad Hor. Od. I, 35, 39. et Gronov. Obss. IV, 21. (p. 504. Frotsch.), quos Thiel. bic laudat. — **554**. *libro et silvestri subere* (ἓν διὰ δυοῖν). — *„clausam*, involutam cortice. Suberis copiam in Priverui agris nasci observavit Sponius. — **555**. *habilem*, ita ut haberi, tractari, pro iaculo emitti cum hasta posset puella. Cf. I, 318. IX, 305. et 365." *Heyn*. — **556**. *librans*. Vid. ad X, 480. — *ad aethera fatur*, ut X, 459. — **558**. *ipse pater*. Pronomen adiicitur, quia, cum alii patres nihil magis in votis habere soleant, quam ut sobolem ex filiabus suscipiant, hic *ipse*, a nemine coactus, neque ipsius filiae voluntati cedens, eam Dianae famulam ideoque perpetuae virginitati devovet. Sic etiam Wagn. statuit Qu. Verg. XVIII, 2, c. Aliter *Servius:* „Bene *ipse pater*, quia auctorandi [liberos homines in famulatum dandi] potestatem nisi patres non habent;" quocum consentiunt Ladew. et Conington (fortasse etiam mutata sententia Wagn. ipse, qui in recentiss. edit. simpliciter adscripsit Servii scholion). — *tua tela*, ut v. 536. *nostra arma*, quibus tu uti soles. Servius coniungere videtur *tua supplex*, ex Graecismo; cf. e. g. Plut. Them. 38. *Σώσεις μὲν γάρ ἱκέτην σόν*. — *prima*, nunc primum. Vid. ad Ecl. VI, 1. Geo. 1, 12. Aen. I, 442. 613. VI, 811. al. Peerlk., sine iusta causa in h. l. haerens, verba *tua prima - - hostem fugit* spuria et locum sic contrahendum censet: *Ipse pater famulam voveo, famulam accipe, testor, Diva tuam* etc. — *tuam*, i. e. *famulam* (v. 558.). — **560**. „*dubiis auris*, per quas ipsa infans dubia salute fertur. [*Committitur*. Cf. X, 69. et Lucr. V, 782. *incertis committere ventis*.] — **561**. Hastae illigatum pondus in alteram ripam transmittit, ut ipse liberis manibus transnatare possit, hasta autem sic missa alteri ripae infixa haereret." *Heyn*. — *adducto lacerto*. Cf. V, 141. Ovid. Met. VIII. 38. *Torserat adductis hastilia lenta lacertis* et infra v. 605. — **562**. *Inmittit* auris. Conington confert Geo. II, 364. — *„sonuere undae:* graviter commoto aëre aquae superficiem impellente et undae fremitum movente: quid? quod transvolans cum infante iaculum sibilum vel strepitum facit in aëre (cf. v. 595 sq.) quem ipsi amni tribuere potuit." *Heyn*. Paulo subtilius *Donatus*: „ut aqua quoque ipsa mittentis vim fortitudinemque sensisset." — **563**. *Infelix*, quae tam tenera aetate tantum vitae discrimen subit. Thiel. autem per anticipationem, quam vocant, hoc epitheton explicat, ut sit tristi fato destinata, quondam infelix futura. — **565**. *Dat sese fluvio*, in fluvium (vid. ad Ecl. II, 30. et al.), ut Geo. IV, 528. *se dedit aequor in altum* et Ovid. Met. XI, 784. *se dedit in pontum*, ubi plura Heins. Sic IX, 56. *aequo dare se campo*, ubi vid. adnott. — *victor*, voti compos, flumine feliciter traiecto et filia servata. Vid. ad Aen. II, 329. VIII, 61. et X, 409. et Hor. Epist. I, 13, 11. *victor propositi*. Verbis *cum virgine victor* utitur poeta Auth.

Gramineo, donum Triviae, do cespite vellit.
Non illum tectis ullae, non moenibus urbes
Accepere neque ipso manus feritate dedisset;
Pastorum et solis exegit montibus aevum.
Hic natam in dumis interque horrentia lustra
Armentalis equae mammis et lacte ferino

Lat. I, 170, 149. — **566.** *donum.* Heyn. douum ex voto Triviae explicat; rectius vero Peerlk., qui locum sic distiugui suadet: *Gramineo, donum Triviae, de cespite vellit*, hac explicatione adiecta: „In *hasta cum virgine* imprimis *virgo* cogitatur, quasi legeretur *virgo cum hasta*. Virgo orat donum Triviae, quam Diana servatam [audaci iactu uou violatam] patri donasset. - - Tale est illud Ovidii Met. V, 543. *Cereris sumus omnia munus;*" qnem cum Hauptio, Ladew. et Wagn. secutus snm. Hio autem in Phil. Suppl. I. p. 425. sic iudicat: „Sed tamen ea iuterpunctione non prohibetur, ne quis Triviae donum ita intelligat, ut intellexit Heynius; quamquam, qui vulgares appositiones nullis commatis a reliqua oratione separant, perspicuitati servient, si ita interpunxerint." Similem appositionem ad totam sententiam pertiuentem supra v. 76. invenimus. Cf. adnott. ad VI, 223. — *Triviae.* Vid. ad IV, 609. — *vellit.* Pal. et Gud. exhibent *tollit*, quod Ribbeck. ex Geo. IV, 273. huo translatum esse suspicatur. — **567.** *Non illum* etc. Wagn. coll. infra v. 581. adnotat, odium Metabi a Volscis manasse ad Etruscos, qui antiquitus Volscis ceterisque circa populis imperitaverint. Axtius in libro *Astrologie des Manetho* etc. p. 37., Iahuio teste, coni. *tectis villae*, eandemqno coniecturam etiam Peerlk. protulit. Sed villarum commemorationem ab illa aetate alienam dixerim. Vox *villae* iu tota Aeneide nusquam legitur; quod huic emeudatioui per se facillimae et felicissimae atquo etiam Ribbeckio et Ladewigio Append. p. 267. probatae videtur obstare. — *Tecta* (privatae domus) et *moenia* (urbs, civitas) eadem ratione coniuuguntur, qua I, 600. dicitur *urbe, domo socias.* Respexit huno locum Silius VIII, 322. *non hic domus hospita tecto Invitat patrio, non fidae moenibus urbes Excipiunt.* — **568.** Etiamsi Volsci cum Metabo reconciliari voluissent, ipse tamen pro feritate, ferocia sna manus tendere seque victum agnoscere noluisset. *Heyn.* haec aduotat: *manus dat* proprie victus, tum omnino qui cedit [non diutius repugnat], qui placatur, h. l. qui, quod humanitas aliorum vel hospitalitas offert, accipit." — **569.** Brunck. sustulit Copulam *et*, Wakef. autem ei substituit *at*, quod non est huius loci; immo Copula, cum ab omnibus Codd. praeter Oudart. exhibeatur, retinenda, quamvis potius exspectes adversativam *sed*, cum poeta hoc dicat: Non illum urbes accepere; solitariam pastorum vitam egit. Sed vid. aduott. ad Aen. II, 94, IV, 76. IX, 622. et cf. etiam Voss *Anm. u. Randgl.* p. 239. et Schmid. ad Hor. Ep. II, 1, 53. Heyn. et Couington (qui confert Geo. III, 476.) minus recte iungunt *Pastorum montibus;* coniungenda enim sunt *Pastorum aevum*, i. e. vitam pastoritiam, ut Metabus ex bellatore pastor factus esse dicatur. Quare Iahnium non errare puto, per voc. *et* copulari statuentem *pastorum* cum *solis*, ac si duo Adiectiva posita essent: in montibns pastorum et in montibus solis. Metabus pastorum exegit aevum et (insuper ab omni hominum convictu remotus) in solis montibus hoc aevum exegit. Sic non opus est, ut Copulam postpositam habeamus. (Vid. ad Ecl. I, 35. IV, 63. al.) Peerlk. malit *Et pastor solis* etc. — *solis montibus*, i. e. solitariis. Vid. Ecl. X, 14. Geo. III, 249. IV, 465. Aen. V, 613. VI, 268. XI, 545. Catull. LXIV, 154. Ovid. Met. III, 10. 394. Fast. I, 502. Ter. Andr. II, 4, 3. Phorm. V, 7, 87. Silius III, 429. Martial. IX, 61, 13. Cic. Div. I, 28. Sall. Iug. 103. Nep. Eum. 8. etc. Broukh. ad Prop. II, 19, 7. Drak. et Rupert. ad Sil. III, 429. Ruhuk. ad Ter. Andr. II, 4, 3. Bremi ad Nep. Eum. 8, 6. Cort. et Kritz. ad Sall. Iug. 103, 1. Dissen. ad Tibull. I, 2, 73. Gebauer Progr. Quatenus Verg. etc. p. 12 sq. Cf. etiam aduott. ad VI, 268. — *exegit aevum.* Vid. X, 53. — **570.** *in dumis* (i. e. inter dumos: cf. Geo. IV, 130.) cett., i. e. in silvis. — *horrentia lustra* (ferarum) propter umbram, caliginem. Vid. I, 165. Ceterum cf. III, 646. *in silvis inter deserta ferarum Lustra.* — **571.** *lacte ferino;* nam equum quoque *ferum* dici vidi-

Nutribat teneris inmulgens ubera labris.
Utque pedum primis infans vestigia plantis
Institerat, iaculo palmas armavit acuto
Spiculaque ex humero parvae suspendit et arcum.
Pro crinali auro, pro longae tegmine pallae
Tigridis exuviae per dorsum a vertice pendent.
Tela manu iam tum tenera puerilia torsit
Et fundam tereti circum caput egit habena
Strymoniamque gruem aut album deiecit olorem.
Multae illam frustra Tyrrhena per oppida matres
Optavere nurum; sola contenta Diana
Aeternum telorum et virginitatis amorem

---

mus ad II, 51. et V, 818. — **572.** *Nutribat* pro nutriebat. Vid. adnott. ad VIII, 160. et al. — *teneris inmulgens* etc. Conington confert Liv. Andr. fragm. 9. *Quem ego nefrendem alui, lacteam inmulgens opem* et Aesch. Cho. 897. — **573.** „Proprie erant *vestigia prima*, in quae, quibus institit plantis pedum. Sed doctius alterum pro: ut primum infans pedibus institit.“ *Heyn.* Vid. ad Geo. III, 130. et al. Ceterum de verbo *insistendi* cum Accus. constructo (hic pro insistendo facere) cf. adnott. ad Geo. III, 164. et Aen. VI, 563. Conington comparat duo Lucretii locos I, 406. *Cum semel institerunt vestigia certa viai* et III, 4, *Fixa pedum pono vestigia signis.* — *pedum plantis*, ut VIII, 458. — **574.** *armavit* ex omnibus fere Codd. cum Iahn. et Wagn. revocavimus, quos Bryceo excepto etiam me posteriores editores omnes secuti sunt, (nam etiam Ladew., qui prius *oneravit* ediderat, in recent. edit. ad illam lectionem rediit). Vulgo *oneravit*, quod (Bern. II., Moret. I. aliisque Codd. et Serv. exhibitum) ex X, 868. huc illatum esse docet Wagn., unde etiam in duo Codd. irrepsit Pluralis *iaculis acutis*. Neque erat, cur Heynio *oneravit* venustius videretur, cum de puellae tenerae manibus sermo sit. Eadem enim venustas inest in verbo *armavit* et in Plurali *palmas;* vir nimirum unum iaculum una palma tenet, et verissime Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 360. adiicit: „Nempe Metabus vel venatricem vel bellatricem instituere, armare eam, non onerare, voluit,“ atque ibid. XVII. p. 171. etiam hoc premit, v. 578. Camillae *puerilia* modo *arma* tribui. — *iaculo acuto*, ut X, 868. -- **576.** *crinale aurum* aut de acu crinali intelligendum, aut potius de aureo retiolo, ut IV, 138. *crines nodantur in aurum*, ubi vid. adnott. vel diademate, ut ap. Ovid. Met. V, 53. (*ornabat*) *madidos myrrha curvum crinale capillos.* Cf. etiam Koenig. ad Claud. I, 85. — De *palla* vid. ad I, 648. et VI, 555. — **577.** *Tigridis exuvias* unde fugitivus Metabus nancisci potuerit, non quaerendum esse memorat Heyn. Vid. autem ad IX, 307. — **579.** Funda circumacta ictus vis augetur. Cf. IX, 587. — *tereti*, bene nexa, plexa. Conington conferri iubet Catull. LXII (LXIV), 65. *tereti strophio lactentis vincta papillas* (qui locus, ubi *teres* i. q. bene textus, minus huc quadrat, quam alter) et Hor. Od. I, 1, 28. *rupit teretes Marsus aper plagas.* — **580.** *Strymoniam gruem.* Vid. ad Geo. I, 120. et Aen. X, 265. Cum autem grues aves sint, quae peregrinatione laetentur, terrae, unde venerint, commemoratio non absona iudicanda. — *deiecit.* Vid. ad V, 542. — **581**. *Multae illam* cett. Idem orationis color VII, 54. Cf. etiam Pindar. Pyth. IX, 188 sqq. Catull. LX (LXII), 42 sqq. (qui praeivit in his: *Multi illum pueri, multae optavere puellae*). Hor. Od. I, 4, 20. Ovid. Met. I, 478 sqq. III, 353 sqq. Stat. Theb. II, 161 sqq. Claud. R. Pros. I, 135. — „*Tyrrhena per oppida:* Amaseno traiecto Metabus ad Campanorum fines accedebat: hos insedere olim Etrusci.“ *Heyn.* Cf. Müller *Die Etrusker. Einleit.* p. 4. — **582.** *Peerlk.* haec adnotat: „*Sola contenta Diana.* Verba ista non recte Dianae tribuuntur, ut neque supra *Latonia virgo* nec *donum Triviae*, quae, ut alia, satis declarant, totam hanc orationem a Vergilio huic deae non fuisse destinatam.“ Vid. supra ad. v. 539. — **583.** *virgini-*

Intemerata eolit. Vellem haud correpta fuisset
Militia tali eonata laeessere Teueros:
Cara mihi comitumque foret nune una mearum.
Verum age, quandoquidem fatis urguetur acerbis,
Labere, Nympha, polo finisque invise Latinos,
Tristis ubi infausto committitur omine pugna.
Haec eape et ultrieem pharetra deprome sagittam:
Hac, quieumque sacrum violarit volnere eorpus,
Tros Italusve, mihi pariter det sanguine poenas.
Post ego nube cava miserandae eorpus et arma
Inspoliata feram tumulo patriaeque reponam."

---

tatis amorem. Cf. Ovid. Met. I, 694. *Ortygiam studiis ipsaque colebat Virginitate deam* et Anth. Lat. I, 170, 20. *et virginitatis amore Contendunt petere.* — **584.** *Intemerata.* Dicitur haec vox imprimis de castis et pudicis. Cf. Ovid. Am. III, 4, 23. *Penelope mansit, quamvis custode carebat, Inter tot iuvenes intemerata procos.* Stat. Theb. II, 724. *intemeratae equae*, i. e. virgines, quae currum Minervae trahunt, cett. — *Vellem haud correpta fuisset* sqq. Peerlkampii et Ribbeckii de hoc loco indioia vid. supra ad v. 539. — *correpta.* Schirach. p. 369. haec aduotat: „*Corripere* h. l. exprimit improvisum facinus et damuum, praecipitatam caedem hoc bello et vim fati, quae arripuit eam illigatam subito huic militiae.“ — **586.** Wagnero videtur poeta significare, cum morte perire caritatem, et caritati tantum erga vivos esse locum; ut hic locns uou repugnet versui 537.; quamquam etiam licere putat, ut poetam hano unam sententiam *cara mihi nunc comes foret* in duas partes, *cara mihi et comes foret*, dispescuisse statuamus; et sic etiam recte Donatus: „Si hoo non fecisset, posset adhuc mihi cara et comes esse cum ceteris.“ Goth. III. lectione *Cura mihi*, quam Wakef. recepit, nihil lucramur. Iteratur hic versus in Anth. Lat. VI, 84, 42. — **587.** *Verum age.* Vid. infra XII, 832. et cf. aduott. ad. I, 627. — *fatis acerbis.* Cf. supra v. 28. et VI, 429. Gud. et alii quidam Codd. exhibent *iniquis*, qnod ex II, 257. III, 17. X. 380. facile huc transferri potuit. — **588.** *Labere polo.* Cf. Geo. I, 366. *caelo labi.* — Cnm v. **589.** cf. Ovid. Met. VI, 448. *fausto committitur omine sermo.* Dietsch. Theol. Verg. p. 37. hacc adnotat: „Non mirum esse, quod qnale illud *omen* fuerit, nou commemorari, scite mouitum est ab Gossravio.“ *Pugnam committere* iam legimus V, 69. — **590.** *Haec cape*, arcum, quem una cnm pharetra haec dicens Diana Opi in manum tradit. — *pharetra deprome sagittam.* Cf. V, 501. *depromunt tela pharetris.* — **591.** *sacrum corpus*, utpote virginis Dianae oonsecratae. Heyn. haec adnotat: „Praeparatur his hoc unum, ue illa impune necetur, cum servari a dea non posset.“ — **592.** *Tros Italusve.* Med., Rom. aliique Codd. *Italusque*, quod Iahn. recepit, Commate post *Italusque* deleto. Sed vere *Wagn.*: „At non uterque, et Tros et Italus, poeuas dabit, scd alteruter, sive Tros, sive Italus, i. e. *Tros Italusve;*“ comparans etiam X, 108. *Tros Rutulosve*, et, cuius loci plane alia sit ratio, I, 574. *Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.* Peerlk., Süpfl., Boyce, Haupt. et Conington nobiscum Wagnerum sequuutur, Grossr. autem, Ribbeck., Ladew. et Beuoist. Iahnium. Heyn. confert Hom. Il. XVI, 453. — *det sanguine poenas*, ut II, 366. — **593.** *nube cava.* Cf. II, 360. et V, 810. — **594** Cf. Hom. Il. XVI, 667 sqq. — *feram tumulo.* Vid. ad Ecl. II, 30. VIII, 101. Geo. III, 306. al. — *reponere* hic est reddere, quare iure quodam additur Dativus *patriae;* de qua constructione cf. Val. Max. V, 10. ext. 2. Tac. Ann. XVI, 23. Claud. XXIV, 129. et X, 304. Drak. ad Sil. V, 533. Heins. ad Ovid. Met. II, 503. et Meuken I. p. 856. (a Thielio laud.). Cf. tameu etiam adnott. ad Geo. II, 290. et al. Conington mihi non concedit, *reponere* hic esse i. q. *reddere* et comparat potius IV, 392. *Marmoreo referunt thalamo stratisque reponunt.* — Heyn. in Volscis antiquum

Dixit; at illa levis caeli delapsa per auras
Insonuit nigro circumdata turbine corpus.
At manus interea muris Troiana propinquat
Etruscique duces equitumque exercitus omnis,
Conpositi numero in turmas. Fremit aequore toto
Insultans sonipes et pressis pugnat habenis
Huc conversus et huc; tum late ferreus hastis
Horret ager campique armis sublimibus ardent.
Nec non Messapus contra celeresque Latini
Et cum fratre Coras et virginis ala Camillae
Adversi campo adparent hastasque reductis

Camillae sepulcrum moustratum fuisse suspicatur. — **595**. *delapsa* Heins. ex Med. aliisque bonis libris restituit. Antea edebatur *demissa*, quod legitur in Pal., Rom., Gud., Bern. III, aliis et a Couingtone receptum est; sed demitti Opim iam scimus e v. 587 sqq. et *caelo delapsus* legimus etiam V, 722. et VII, 620. Verba *at illa levis caeli delapsa per auras* repetuntur in Epit. Iliad. 95., ut *delapsa per auras* ibid. v. 464. Quare ceteros recentiores editores *delapsa* recte retinuisse censeo. — **596**. *Insonuit*, celeri volatu auras secando. Cf. supra v. 562. Conington coll. Hom. Il. I, 46. potius de crepitu sagittarum et pharetrae cogitat. — *nigro turbine*, nimbo nigro. Cf. Geo. I, 320. Aen. I, 511. X, 603. XII, 923. — **597**. „*manus Troiana*: de pedestri agmine, quod Aeneas ducebat, accipe, ut sequentia v. 598. de equitatu. Cf. ad v. 522. Coustabat autem equitatus maxime ex Etruscis (v. 450. 517. et not. ad v. 519.); isque per campos incedebat: hiuc *aequore toto*.“ *Heyn.* Vid. adnott. ad Geo. I, 50. et II, 105. Ladew. tamen coll. infra v. 592. et 768 sqq. fortasse rectius de Troianis equitibus cogitat et de iis quidem, qui a Latino (VII, 276.) et Euandro (VIII, 551.) equos acceperint. Sic etiam Gossr., Coningt. et Benoist. statuunt. — *equitum exercitus omnis.* Cf. supra v. 171. II, 415. V, 842. — **599**. *Conpositi numero.* Cf. VII, 698. *Ibant aequati numero.* — **600**. *Insultans.* Vid. ad Geo. III, 117. — *sonipes.* Vid. IV, 135. — *pressis habenis.* Vid. adnott. ad I, 63. Verba autem *pugnat habenis* [quibuscum Couington confert Aesch. Prom. 1010. πρὸς ἡνίας μάχει] i. e. „contra habenas, ut μάχεσθαί τινι [vid. ad IV, 38] spectant ad reluctationem equorum, qui frenis cohiberi se vix patiuntur et repugnant: hinc *huc obversus et huc*, [cui lectioni Med., Gud. aliique Codd. minus apte substituunt *conversus*]. — *huc et huc.* Vid. ad XII, 558. Prudent. Psychom. 194 *Huc illuc frendens obvertit terga* cett.“ *Heyn. Pugnare* igitur *habenis* i. q. *repugnare habenis* ap. Ovid. Met. II, 67. et Remed. 514.; *premere* autem *habenas* iam I, 63. legimus. — **601** sq. Cf. Hom. Il. XIII, 339. — *ferreus hastis Horret ager*, i. e. ferreis hastis. Vid. ad Ecl. IX, 46. — *horret.* Vid. ad Geo. I, 151. II, 142. al. Cf. similis locus VII, 525. — V. **602**. Servio teste est Ennianus; et haud dubie errat Dacerius ad Hor. Serm. I, 10, 56., qui sibi persuadere non potest, Vergilium versum Ennii secundum Servium a Lucilio vituperatum in carmen suum transtulisse. Ceterum versus Ennianus (p. 33. Hessel. s. Sat. fr. 6. p. 156. Vahl.) apud Macrob. VI, 4. p. 175. Bip. (s. p. 519. Ian.) sic legitur *Sparsis hastis longis campus splendet et horret.* Macrob. l. l. cum hoc loco comparat praeterea duo alios Ennianos, ubi vel *exercitus telis horrescit* vel *tela* ipsa *horrescunt* (Ann. XIV. fr. 7. p. 58. et Erechth. fr. 6. p. 111. Vahlen.). Imitatur Vergilium Ambros. Epist. II, 68. (a Peerlk. laud.) *terra est ferrea, telorum segetibus inhorrens.* — *ardent*, refulgent. Wagn. comparat δούρατα παμφανόωντα et λαμπόμενα. Hom. Il. V, 619 et VI. 319. — **603**. sq. Cf. supra v. 518 sq. — *celeres Latini.* Servius putat, poetam alludere ad nomen Celerum Romuli, (de quibus vide locos in libro meo *Hellas u. Rom* I, 3. p. 294. allatos). — **604**. *cum fatre*, Catillo. Vid. VII, 672. et supra v. 465. — *Alas* de equitatu dici constat. Cf. v. 730. 835. XII. 851. 868. (IV, 121?) et Gellius XVI, 4. — **605**. *hastas protendunt reductis longe dextris*, ut cum

Protendunt longe dextris et spicula vibrant,
Adventusque virum fremitusque ardescit equorum.
Iamque intra iactum teli progressus uterque
Substiterat: subito erumpunt clamore furentisque
Exhortantur equos; fundunt simul undique tela

---

impetu eas iufigere possiut hostibus; nam comminus cum iis pugnari, apparet infra ex v. 612 sq. Cf. etiam supra v. 561. et vid. ad IX, 423. *Longe* autem cum *reductis*, uou cum *protendunt* coniungeudum esse, per se patet, cum reductis dextris hastae louge proteudi omnino nou possint, quamvis ipsae lougae siut. (Cf. v. 667.) — *spicula*, iacula, *vibrant*, rotaut, celeri motu quassaut proludentes ad pugnam. Schrader. et vau Kooteu ad Epit. Iliad. v. 380. coui. *librant*; sed iure Wagn. vulgatam defendit coll. Liv. XXI, 28, 1. *Ceterum alii protendunt hastas, alii spicula vibrant.* Lucan. VII, 82. *Vibrant tela manu; vix signa morantia quisquam Exspectat*, et Oudeud. ad Apulei. Met. IV. p. 316., quibus adde Cort. ad Lucan. IV, 386.; ueque erat, cur Arntzon. Epist. crit. p. 72. *vibrant* ueutrali sensu accipiendum esse suspicaretur, ut IX, 769. *vibranti gladio.* — **607.** „*Adventus virum ardescit*, h. e. strepitus ex adventu s. strepitus adveuientium maior maiorque ad auros accidit et iucrebescit, quo propiores invicem sibi turmae fiuut. Cf v. 911. Eteuim quae augentur, inprimis motu, iucalescere ideoque et exardescere dicuntur, ut inceudi. Vid. ad X, 895.“ *Heyn.* Wagn. uotiouem strepitus ab adveutautibus excitati repetendam esse docet ex voc. *fremitus*, quod sequitur. Similis est locus VIII, 289. ubi *auxilium adventusque dei* est i. q. adveutus dei auxiliantis. Hoffmauu. in *Zeitschr.* eto. 1853. p. 518. pro *ardescit* coniicit *crudescit.* Ribbeck. totum versum ut suspectum uucis inclusit, quem Proleg. p. 86. post v. 599 sqq. prorsus otiosum et praeterea admodum durum esse iudicat, cum *ardescere* ue de equorum quidem fremitu, nedum de hominum adveutu commode dici possit. Beno tamen Codd. lectionem defeudit Couington. — **608.** sqq. Servius haec aduotat: „Enniaua est ista omuis ambitiosa descriptio;“ quare Spangeub. hunc totum locum v. 608—611. posuit in fragmm. Euuii Annal. XV. p. 158., Vahlen. vero omisit. Heyn. couferri iubet Hom. Il. IV, 446 sq. — *uterque*, scil. exercitus. — **609.** *Substiterat.* Recte fortasse Wagn. ex uuo Med. a m. pr. (iu quo falso scriptum est *constituerant*) edidit *Constiterat*, cum *subsistere*, quod significet gressum inhibere et pausam facere euudi (II, 243. VIII, 87. XII, 622. Caes. B. C. II, 41. [Ovid. Met. XII, 146 sqq.] Burm. ad Suet. Vitell. c. 6.), non sit huius loci, ubi agatur de pugnandi cupidis et dudum ad pugnam paratis, *consistere* autem verbum proprium sit de iis, qui ad pugnam parati processerint (V, 423. Caes. B. C. II, 17. III, 14. Tac. Ann. II, 80. Curt. X, 9, 13. Burm. ad Val. Fl. VIII, 133. [quibus adde Liv. XXI, 46, 4. et Cort. ad Lucan. V, 461.]; ita ut probabile sit, *substiterat* ortum esse ex sequeute *subito.* Quare etiam Peerlk., Süpfl. et Haupt. *Constiterat* receperuut; Gossr. autem, Bryce, Ribb., Ladew. et Coningt. nobiscum Codicum fere omnium lectionen servaruut, quae et ipsa iuxta Part. *progressus* bene se habet. Nou euim mirum est, utrumque exercitum, cum eo usque accessisset, ut tela possent couiici, paululum iter iutermisisse, quo acriori impetu post in hostes posset irruere. Beue igitur *erumpunt.* Cf. X, 890. — *furentisque* lectio videtur Codd. omnium praeter Palat. et Frauc., qui soli exhibent vulgatum *frementesque*, post *fremitum* equorum bis commemoratum v. 599. et 607. quam maxime offendens et longe languidius. *Furentes* autem *exhortari* dictum est, ut alibi *incitare furentem, impellere currentem, terrere timentem* (XII, 875.) et similia, quae Wagn. commemorat, coll. Hom. Il. VIII, 293. (σπεύδοντα ὀτρύνειν) Cic. Or. II, 44, 186. pr. Clueut. 26, 70. Lucan. VII, 559. et Erasmi Adag. s. t. *Proclivitas* p. 593. edit. a. 1643. Cf. etiam aduott. ad II, 653. et al. Instimulaut igitur equos iam ipsos summo ardore procurrentes. Ceterum de versu hypermetro cf. aduott. ad Geo. I, 295. (II, 69. 344. Aen. IV, 629. al.) — **610.** *Exhortantur equos.* Cf. Ovid. Met. V, 403. 421. VII, 35. et ex Pont. II, 11, 22. Sic etiam Geo. III, 164. *vitulos* et ap. Ovid. Her. IV, 42, *canes hortari.* — Cum verbis,

Crebra, nivis ritu, caelumque obtexitur umbra.
Continuo adversis Tyrrhenus et acer Aconteus
Conixi incurrunt hastis primique ruinam
Dant sonitu ingenti perfractaque quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt; excussus Aconteus
Fulminis in morem aut tormento ponderis acti
Praecipitat longe et vitam dispergit in auras.
Extemplo turbatae acies versique Latini
Reiciunt parmas et equos ad moenia vertunt.
Troes agunt; princeps turmas inducit Asilas.
Iamque propinquabant portis rursusque Latini

---

quae sequuntur, cf. Hom. Il. XII, 156 sqq. 278 sqq. et supra V, 458. X, 803 sqq. al. — *caelum obtexitur umbra.* Cf. XII, 678. *et obumbrant aethera telis;* Lucan. III, 545. VII, 519. Claud. in Ruf. II. 122. et Cic. Tusc. I, 42. Ceterum ut hic *caelum obtexitur umbra*, sic. III, 582. *subtexitur fumo.* — **612** *Tyrrhenus* hic est nomen viri Etrusci proprium, ut *Aconteus* Latini. Saepe autem Vergilium Latinis Rutulisque Graeca nomina dedisse, memorat Wagn. coll. IX, 344. 573. 672. X, 315. 338. 388. 400. XII, 75. Cum rhythmo vorsus Conington comparat XII, 661. *Messapus et acer Atinas.* — **613**. *Conixi hastis*, ut IX, 769. *gladio conixus.* — Aliquot Codd. praebent *ruina Dant sonitum*, quod praefert Wakef. ad Lucr. V. 348. atque etiam Ribbeck. (quem hic quoque sequitur Benoist.) ex Moret. II. IV. et Pal. a m. sec. recepit lectionem *ruina* et v. 614. ex iisdem Moret., Med., Pal. et Gud. a m. pr. *sonitum*, servato tamen Ablat. *ingenti*, cui Pal. et Gud. a m. pr. pariter Accus. substituunt. Sed praestat plurimorum Codd. lectio *ruinam dant sonitu*, i. e. corruunt, uterque cecidit. (Vid. ad II, 310. et 465.) In primo autem concursu id potissimum quaeritur, quis primus ceciderit, i. e. *ruinam dederit*, non, qui primi sonitum ediderint; quod Wagn. verissime observat. Cadunt autem non ipsi mutuo vulnerati, sed solo equorum in se ipsos irruentium conflictu prostrati. Ladew. *ruinam dare* hic transitive usurpatum censet, ut XII, 453. Ceteri recentiores editores nobiscum retinuerunt vulgarem lectionem. — **614**. „*perfracta -- rumpunt*, frangendo rumpunt, pro: perfringunt. Scilicet equi concitati summo impetu pectoribus obnixi et illisi invicem confligunt; quo conflictu labefactatus Aconteus equo deiicitur: fortasse simul hastae ictu percussus.“ *Heyn.* Cf. etiam adnott. ad Geo. II, 353. Aen. I, 69. et plures alios locos. — *quadrupedantum* substantive pro: equorum. Vid. adnott. ad VIII, 596. — **615**. *pectora pectoribus.* Vid. ad X, 361. — *Excussus Aconteus* etc. Acontei mortem nunc iterum commemorari, non potest offendere, cum antea Tyrrheni et Acontei mors in universum modo indicata sit, hic autem ratio mortis accuratius describatur et simul fuga Latinorum eam secuta adiungatur; quod etiam Süpfl. monuit. Quare non erat, cur Peerlk. nomen *Acontei* ex v. 612. male repetitum censeret et coniiceret *excussus uterque.* — **616**. *Fulminis in morem.* Vid. ad IX, 706. — *tormento ponderis acti.* Cf. Ovid. Met. IX, 217. (Lichan) *Corripit Alcides et terque quaterque rotatum Mittit in Euboicas tormento fortius undas.* Quanti autem ponderis saxa tormentis emissa fuerint, disces ex libro meo *Hellas u. Rom.* I, 3. p. 292. Ceterum cf. etiam XII, 921. — **617**. *Praecipitat*, scil. se. Vid ad II, 9. coll. adnot. ad I, 234. — *vitam dispergit in auras.* Sic Silius IX, 167. *In vacuas senior vitam disperserat auras.* Cf. etiam Aen. IV, 705. — **619**. *Reiciunt parmas.* Fugientes *reiicere parmas* in tergum, res satis nota. Cf. Stat. Theb. IX, 173. *reiecta caerula parma fugit* et Burm. ad Ovid. Met. II, 582. Conington confert Hom. Il. XI, 545. (Aiax) *ὄπισθεν σάκος βάλεν ἑπταβόειον* et Cic. ad Div. X, 30, 3, ubi Galba scribit: *Repente equum inmisi ad eam legionem tironum, quae veniebat ex castris scuto reiecto.* — **620**. *agunt* fugientes Latinos persequuntur. Cf. V, 265. VIII, 818. infra v. 734. X, 540. Caes. B. G. IV, 12. Suet. Caes. 68. Iustin. II, 9. — *Asilas.* Sic etiam hic Medic. pro vulg. *Asylas.* Vid. adnott. ad IX, 571. et cf. X, 175 sqq. — **621**. *Iamque propinquabant portis*,

Clamorem tollunt et mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt penitusque datis referuntur habenis,
Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terram scopulosque superiacit unda
Spumeus extremamque sinu perfundit harenam,
Nunc rapidus retro atque aestu revoluta resorbens
Saxa fugit litusque vado labente relinquit.

---

ut II, 230. — **622.** „Ante urbem subsistunt Latini, contra fugiunt Troiani et Etrusci. — *mollia colla* equorum; qui quoniam domiti, ut facile flecti queant, hinc colla *mollia*, ut Geo. III, 204. et ibid. v 76.“ *Heyn.* — Cum v. **623.** cf. Silius IV, 315. *Nunc Itali in tergum versis referuntur habenis* etc. — *penitus* cum *referuntur*, non cum *datis* coniungendum esse, ut Gossravio videtur, recte observat Conington. — *datis habenis.* Contrarium est supra v. 600. *pressis habenis.* Ribbeck. post *habenis* Puncto, post *relinquit* vero v. 628. Colo distinxit. Conington et Benoist utroque loco Punctum ponunt. — **624.** „Fugiunt et redeunt equites, quemadmodum mare litus modo alluens modo fluctu recedens.“ Haec *Heyn.*, qui etiam conferri iubet Hom. Il. XI, 305 sqq. et Quinct. Calabr. XI, 226 sqq. Imitatus est h. l. Silius IV, 323 sqq. — *Qualis ubi.* Vid. ad II, 471. — *alterno gurgite*, alterno fluctu. Cf. etiam adnott. ad Aen. I, 118. — **625.** Cum Wagn., Peerlk., Süpflio, Hauptio, Ladew., Ribbeck. et Conington nunc pro *terras*, quod prius edidi, recepi lectionem *terram;* non quidem eo motus, quod Wagn. contendit, Vergilium *ad terras* non dixisse, nisi subiecta vocali, cum etiam Geo. IV, 52 scripserit *sub terras caelumque*, Aen. IV, 523. *per terras silvaeque*, et VIII, 428. *in terras; pars*, simili autem loco Aen. V, 243., quo collato rem confici putat Wagn. Qu. Verg. IV. p. 413., opponi possit magis etiam similis XII, 451., ubi ex omnium Codd. consensu legitur *ad terras;* sed solam Codd. auctoritatem secutus, ex omnibus cum Ribbeckii Codd. unus modo Med. exhibet Pluralem, qui fortasse ex simillimo loco Geo. III, 239. huc translatus, a Gossr. autem, Bryceo et Benoisto servatus est. — Idem Wagn. pro vulg. *undam* ex Med., tribus Mentell. aliisque bonis libris recepit *unda*, cum illud horridius sit et a cultu Vergilianae orationis alienum, etsi Plautus Cas. IV, 4, 1. similiter dixerit *super attolle limen pedes* [cf. etiam Ruddim. II. p. 129.], Maronem autem ante oculos habuerit Silius XV, 154 sq., ubi pro vulg. *Isthmon - - suberigit unda* legendum sit *Isthmon - - superiicit* vel potius *supericit;* quam Viri doct. coniecturam non statim probaverim, ob meliorum tamen Codd. auctoritatem Ablativum *unda* praetuli, quem Wagn. eadem ratione positum censet, qua VI, 229. *socios pura circumtulit unda* (*er übergiesst die Klippen mit Wasser*). Nobiscum faciunt Peerlk., Süpfl., Haupt., Ladew. et Conington, dum Gossr., Bryce et Benoist. Accusativum retinuerunt. Ceterum *superiacere* pro superfundere legitur etiam in fragm. Sallustii a Nonio p. 503, 32 servato (*superiactis fluctibus*). — **626.** Quod attinet ad collocationem vocis *Spumeus* cf. II, 419. et adnott. ad VII, 465. — „*arenam extremam*, in interiore litore, *perfundit sinu*, fluctu undas iam languentes in sinum curvante.“ *Heyn.* Vid. ad I, 107. Peerlk., sine iusta causa in hoc loco haerens, transpositis vocabulis et coniectura in auxilium vocata sic legendum esse censet: *extremamque aestu perfundit arenam* (coll. Aen. I, 107. et III, 557.); *Nunc rapidus retro atque in se* (pro *sinu*: coll. Geo. II, 480. et Senec. de prov. 1.) *revoluta resorbens Saxa, fugit.* — **627.** Verba sic construe: *Nunc rapidus atque resorbens saxa aestu revoluta retro fugit*, ut *retro fugit* etiam supra v. 405. legimus. Heyn. perperam coniungit *rapidus retro;* neque magis recte ad *resorbens* supplet *se*, *saxa* a *fugit* pendere putans, quod languidum esse iure censet Wagn., qui coll. VI, 551. construit *resorbens saxa*, quo rapida vis recipientis se fluctus bene declaretur; atque ad *revoluta saxa* adnotat: „quae fluctus provolvit, idem recedens revolvit.“ Thiel. tamen cum Heyn. consentit, *revoluta* minus probabiliter explicans per rursus detecta, fluctibus nudata. — **628.** „*vado labente*: cum vis aquae fluctu provolutae rediit, paulum

Bis Tusci Rutulos egere ad moenia versos,
Bis reiecti armis respectant terga tegentes.
Tertia sed postquam congressi in proelia totas
Inplicuere inter se acies legitque virum vir:
Tum vero et gemitus morientum et sanguine in alto
Armaque corporaque et permixti caede virorum
Semianimes volvuntur equi; pugna aspera surgit.
Orsilochus Remuli, quando ipsum horrebat adire,
Hastam intorsit equo ferrumque sub aure reliquit.
Quo sonipes ictu furit arduus altaque iactat
Volneris inpatiens arrecto pectore crura.
Volvitur ille excussus humi. Catillus Iollan
Ingentemque animis, ingentem corpore et armis
Deicit Herminium, nudo cui vertice fulva
Caesaries nudiquc humeri; nec volnera terrent;

---

vadi relinquitur et ipsum, sed tardius, relabens." *Wagn.* Cf. etiam X, 307. *unda relabens.* — **629.** *egere ad moenia versos.* Cf. Geo. III, 120. *fuga versos ille egerit hostes.* — *Rutulos*, potius Latinos. Cf. adnott. ad IX, 450. — **630.** *armis* (i. e. parmis) *terga tegentes* (Nomin.). Cf. Epit. Iliad. 543. *tergaque nuda tegit.* Conington adnotat, Burmannum ad Ovid. Met. II, 582. *reiecti* explicare per „parmas reiectas habentes," qnod recte vituperat. Immo haec notio inest verbis *armis terga tegentes.* (Cf. supra v. 619.) — **631.** Aliquot Codd. *totasque*, quod, ab Heinsio receptum, Wagn. satis probabiliter a Grammaticis adiectnm snspicatur, qni vererentnr, ne qnis apodosin ab illo *totas*, non ab eo, nnde deberet, *Tum vero* ordiretur. — *Tertia in proelia.* Conington comparat III, 37. *Tertia hastilia.* — **632.** *Inplicuere inter se acies.* Cf. Sall. Iug. 59. *inplicare ac perturbare aciem.* — *legitque virum vir*, scil. qnem hasta confoderet. Hom. Il. IV, 472. ἀνὴρ δ' ἄνδρ' ἐδνοπάλιζεν (cni loco Conington addit Il. XV, 328.). Heyn. etiam confert Tyrtaeum II, 20 sq., Conington autem Liv. IX, 39. et X, 38., nbi item *vir virum legit*, et praeterea Tac. Hist. I, 18. Cic. pro Mil. 21, 55. et Suet. Aug. 35. 54. Vid. adnott. ad IV, 83. V, 569. et X, 361. — **633.** *Tum vero*, scil. ortus est, fuit, *gemitus;* de qna verbi substantivi omissione vid. ad I, 639. IV, 202. et al. Heyn. hic conferri iubet Hom. Il. IV, 450 sqq. et Eur. Phoen. 1196 sqq. Ceterum cf. adnott. ad V, 719. — **634.** „Versus πολυσύνδετος: et bene belli faciem demonstravit multa enumerando, quae in alto sanguine velnt natarent." *Servius.* Numeri scil. huius versus bene respondent rebus narratis. — **635.** *Semianimes* ex Med. et Rom. cum Wagn. restitui. Vnlgo *Semanimes*, quod ex recentiorihns unus Bryceus servavit. Vid. ad III, 578. — *pugna aspera surgit*, (vid. IX, 667.) ut alibi *tempestas surgere* dicitur (e. g. Stat. Theb. IX, 460.) et similia. — **636.** *Orsilochus* (qui interficitur infra v. 690.) est Troianus, *Remulus* Latinus, diversus tamen ab eo, qui IX, 593 sq. commemoratns est. — *ipsum horrebat adire.* Contra V, 579. *Audet adire virum.* — Cum v. **637** sqq. cf. similis locns X, 890 sqq. — *Hastam intorsit equo*, equnm hasta figit. Cf. II, 231. — **638.** sqq. Cf. similis locus X, 892. — **639.** *Volneris inpatiens* legimus etiam in Anth. Lat. I, 14, 1. — **640.** *Volvitur.* Cf. IX, 414. 433. et X, 590. (ubi item legimns *excussus volvitur*). Cf. etiam supra v. 619. De *Catillo* vid. snpra v. 519. et VII, 672. — *Iollan.* Sic nomen huius Troiani cum Wagn. scripsimus, Med. Rom. aliorum Codd. auctoritatem secuti; neque aliter ceteri recentiores. Vulgo *Iolan.* Vid. adnott. ad Ecl. II, 57. — **641.** *Ingentem animis.* Conington confert Hom. Il. XXI, 395. μέγας θυμός et cnm verbis *ingentem corpore* snpra VII, 483. *cornibus ingens.* — *corpore et armis.* Cf. infra v. 644. et IV, 11., fortasse etiam IX, 676.; *armis* enim hic a Nomin. *armus* deducendum puto, aliter atque snpra v. 124. *ingentior armis.* — **642.** *Deicit*, ex equo, nt rursns infra v. 665. et 832. Vid. ad X, 753. et V, 542. — *nudo cui vertice* cett. „Habebat nudum caput et humeros nndos, ut satis appareret, eum vulnera non timere;

Tantus in arma patet. Latos huic hasta per armos
Acta tremit duplicatque virum transfixa dolore.
Funditur ater ubique cruor, dant funera ferro
Certantes pulchramque petunt per volnera mortem.
At medias inter caedes exsultat Amazon,
Unum exserta latus pugnae, pharetrata Camilla,
Et nunc lenta manu spargens hastilia denset,
Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem;
Aureus ex humero sonat arcus et arma Dianae.
Illa etiam, si quando in tergum pulsa recessit,

---

tantus, tanta sui parte, patebat in vulnera s. in tela hostilia, [vide infra].“ *Heyn.* Peerlk. tamen tum potius *armis* vel *ad arma* (rectius etiam *telis* vel *ad tela*) scribendum fuisse censet, et *in arma* satis mire explicat per: quod attinet ad arma; i. e. tanta pars viri nuda erat armis. — **644.** *Tantus in arma patet*, „tanta sui parte expositus est vulneribus.“ *Wagn.* Ladew. comparat Sen. Agam. 99. *patet in vulnus maxima cervix*, (ubi tamen Peiper et Richter pro *patet* ediderunt *placet;* cf. potius ibid. v. 97. *corpora morbis maiora patent*). Ribbeck. putet ex Servii scholio „*tantus*, i. e. tantum patebat in vulnera (sic enim pro *in vulnere* legendum videtur), i. e. in hostilia tela totus patebat“ fortasse triplicem lectionem eliciendam esse, *tantus in arma*, *tantum in tela* et *totus in arma*. — *per armos*, per humeros. Vid. Interpp. ad Ovid. Met. VI, 293. Val. Fl. II, 421. VI, 509. atque Stat. Theb. VII, 634. et adnot. nostra ad Aen. IV, 11. — **645.** „*duplicat virum*, incurvat, ut reddatur Homericum ἰδνοῦν. Ἰδνώθη τε πεσών Iliad. XIII, 618.; hinc adiectum: cum s. prae *dolore*. Et sic *duplicatus poples* XII, 927. Niobes filia collapsa dicitur *duplicata vulnere caeco* ap. Ovid. Met. VI, 293., ubi vid. Burm., et Val. Fl. VI, 509. Apud Graecos πτύσσεσθαι sic usurpari memini.“ *Heyn.* Cf. etiam Stat. Theb. III, 89. *et ingentem nixu duplicatus in ictum corruit.* — **646.** *dant funera*, occidunt, et *mortem petunt*, occiduntur. Duo Codd. *dant vulnera.* Cf. Geo. III, 246. *funera stragemque dedere.* — **647.** *pulchram mortem*, pro patria obitam. Vid. IX, 401. et Geo. IV, 218., unde hic totus fere versus iteratur. Thiel. inter alia confert Stat. Theb. X, 628. Sil. I, 377. et X, 308. — **648.** *medias inter caedes.* Cf. VIII, 709. — *Amazon*, i. e. ut Amazon. De Amazonibus vid. ad I, 490. — **649.** *unum exserta latus*, i. e. alteram mammam: cf. infra v. 803. et supra ad I, 492. Videtur hunc locum respexisse Claud. Prob. et Ol. cons. 87. *dextrum nuda latus, niveos exserta lacertos.* — „*pugnae*, ad pugnam, ut expeditior esset ad pugnandum, imprimis arcu sagittam emissura.“ *Heyn.* — *pharetrata*, ut Geo. IV, 290. — **650.** *lenta hastilia.* Vid. ad VII, 165. — *spargens* (vid. XII, 51. *ferrum - - dextra Spargimus* et Ennii fragm. supra ad v. 601. allatum) *denset*: i. e. dense spargit; tot iacit hastilia, ut densa perveniant in hostem. Pars Codd. (Med. a m. pr., Rom., Gud., al.) *densat.* Vid. ad Geo. I, 248. et Aen. VII, 794. *Denset* etiam Serv. testatur. — *rapit*, raptim capit, celeriter arripit. Cf. VII, 510. 520. VIII, 111. IV, 763. XII, 330. Conington, coll. Sen. Oet. 122. *Violentus ensem per latus nostrum rapit*, memorat quidem etiam posse significare „celeriter movet,“ praefert tamen explicationem a nobis propositam. — *bipennem* (vid. ad II, 479.), telum Amazonibus proprium. Cf. Hor. Od. IV, 4. 20. Ovid. ex P. III, 1, 95. Suet. Ner. 44. Plin. VII, 56, 57. Omnino cum h. l. cf. Sen. Agam. 217. *picta pharetras et securigera manu peltata Amazon.* — Cum v. **652.** cf. IV, 149. *Tela sonant humeris* et Hom. Il. I, 45. — **653.** *in tergum pulsa recessit* etc., si tergum vertit, i. e. fugit, tamen ore in hostem converso tela iacit. De quo pugnandi genere (Parthis imprimis usitato) cf. Barth. ad Claud. laud. Stilich. I, 68. et ad Stat. Silv. I, 4, 78. Conington observat, dubium esse, utrum *in tergum* significet in tergum (i. e. novissimum agmen) exercitus, an sit i. q. tergo dato; iure tamen hanc alteram explicationem praefert. Ribbeck. (iure ab omnibus posterioribus editoribus desertus) ex uno Bern. II.

Spicula converso fugientia dirigit arcu.
At circum lectae comites, Larinaque virgo
Tullaque et aeratam quatiens Tarpeia securim,
Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit pacisque bonas bellique ministras:
Quales Threiciae cum flumina Thermodontis
Pulsant et pictis bellantur Amazones armis,
Seu circum Hippolyten, seu cum se Martia curru

---

ordinem verborum sic mutavit *in tergum si quando.* — **654.** *spicula fugientia*, quia ipsa fugit, ideoque a fugiente emissa. Peerlk., cum *tela fugientia* vulgo sint volantia, emissa, coni. *Spicula conversa fugiens sua dirigit arcu.* Ribbeck. etiam hic edidit *derigit*, in quo eum secutus est Benoist. Cf. adnott. ad VII, 497. et X, 140. — **655.** Verba *At circum lectae comites* in Anth. Lat. I, 14, 10. mutantur in *At circum late comites.* — **656.** *aeratam* i. q. aeream. — *securim*, omnium fere Codd. scripturam, cum Wagn. revocavimus, quem Bryceo et Ribbeckio exceptis etiam me posteriores editores omnes sequuntur. Cf. adnott. ad II, 224. Vulg. *securem* nititur tantum Gud. a m. pr., Mentel. II. et Prisciani VII, 10, 53. p. 758. auctoritate, cui Wagn. opponit Gellii testimonium XIII, 20.: „Vergilius *turrim* dicit, non *turrem*, et *securim*, non *securem.*“ Infra quoque v. 696. omnes Codd. praeter Gud. *securim* exhibent. Cf. etiam Schneider. Gr. Lat. II, 1. p. 209. Ceterum securis in bello usum a Vergilio nemini tribui, nisi pastoribus Italicis (VII, 510. 627. XII, 306.) et Camillae utpote inter pastores Italicos educatae (XI, 569.) eiusque comitibus (XI, 569. 651. Sil. Ital. VIII, 592.), ideoque agreste telum fuisse, observat Wagn. Rectius fortasse cum Ladew. statueris, Camillae securim dari a poeta, quia ipsam eiusque comites tamquam Amazones producat. Cf. igitur Hor. Od. IV, 4, 20. *Amazonia securis* et Ovid. Her. IV, 117. *securigerae puellae.* — **657.** *Italides.* Sic etiam Silius VII, 429. et Mart. XI, 54, 4. Ceterum cf. Ecl. IV, 1. Aen. V, 36. VIII, 368. etc. — **658.** *ministras*, comites; ut Quintus Cal. I, 33. (quem totum locum Heyn. cum nostro conferri iubet) Penthesileae dat δμωΐδας. Ruhk. laudat Tychsenii comment. sect. III. editioni illius poetae ab ipso procuratae praemissam. Peerlk. praeter ullam necessitatem malit *pacique bonas belloque ministras.* — **659.** sqq. Cf. similis locus Claud. R. Pros. II, 62 sqq. — *Threïciae Amazones;* quia Amazones in septemtrionalibus terrae regionibus (et proprie quidem in Sarmatia ad Tanaim) habitare putabantur, quas poetae antiqui communi vel Scythiae vel Thraciae nomine complectuntur. Vid. Voss. ad Geo. IV, 518. p. 907 sq. et Fabri Epist. I, 51. Cf. etiam V, 312. Wakef. in Silva crit. III. p. 94. sine causa coni. *Threïcii.* — *flumina Thermodontis* glacie obducta (cf. XII, 331. *gelidi flumina Hebri*) *pulsant* equorum ungulis, quibus vectae amnem transmittunt. Sic iam Claud. R. Pros. II, 62 sqq. et Sil. II, 73 sq., quibus apertum est Maronem ante oculos fuisse, h. l. recte intellexerunt. Heinrich. male de saltatione cogitat. De *Thermodonte*, Ponti flumine, apud Themiscyram in mare se effundente (qui nunc *Termeh* vocatur) vid Herod. IX, 27. Strab. XII. p. 547. Plin. VI, 3, 4. alios et librum meum geogr. II. p. 416 sq. et de Amazonibus in eius ripis habitantibus Apollon. II, 370—966. cum Schol. Strab. XI. p. 505. et Iust. II, 4, 2. — **660.** *bellantur* antiqua Deponentis forma pro vulg. bellant, quae etiam invenitur ap. Silium II, 349. (*Et nudis bellantur equis*), ut Geo. II, 425. *nutritor* pro nutrito, ubi vid. adnott. coll. cum iis, quae ad Aen. III, 61. adscripsimus. Deponens *bellari* ex hoc loco testantur Diom. I. p. 377. Nonius p. 472, 9. et Prisc. VIII, 4, 24. p. 796. VIII, 5, 24. p. 798. et XVIII, 29, 291. p. 1007. Cf. etiam Neue *Formenl.* II. p. 203. et Madvig. §. 147. b. — *pictis armis.* Vid. ad VII, 588. et VIII, 588. Wakef. l. modo l. et hic inani coniectura scribi voluit *fictis armis.* — **661.** *Hippolyte* (ut Penthesilea) regina Amazonum et Martis filia, quam vel Theseus cepit et

Penthesilea refert magnoque ululante tumultu
Feminea exsultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primum, quem postremum, aspera virgo
Deicis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Euneum Clytio primum patre, cuius apertum
Adversi longa transverberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens rivos cadit atque cruentam
Mandit humum moriensque suo se in volnere versat.
Tum Lirim Pagasumque super; quorum alter habenas
Suffosso revolutus equo dum colligit, alter

---

uxorem duxit (Iustin. II, 4, 13.), vel Hercules interfecit. — *seu cum se - - Penth. refert*, h. e. sou circum Penthesileam, cnm se refert sive redit. — „*Martia Penthesilea*, proprie. Iustin. l. l. *duae reginae - - ne successibus deesset auctoritas, genitas se Marte praedicabant.*“ *Heyn.* De *Penthesilea* vid. ad I, 491. — **662.** *tumultu ululante*, dnm ipsae ululant cnm tumultu. *Ululare* autem bono seusu dictum pro ovare, nt etiam Graec. ὀλολύζειν, qna de re cf. Hemsterh. ad Lncian. T. I. p. 177. Bip. et Spanhom. ad Callim. in Del. 258. — *se refert*, scil. victrix e proelio. — **663.** *exsultant*, prosiliunt pugnantes et hnc illnc celeriter discurrunt. Cf. Claud. R. Pros. II, 63. *Qualis Amazonidum peltis exsultat aduncis pulchra cohors*, et Val. Fl. IV, 607. *ludo volitans cum turma superbo Pulvereis exsultat equis, ululataque tellus Intremit.* — De *pelta lunata* Amazonibus propria cf. Aen. I, 490. (VII, 743.) Petit. de Amazou. c. 25, et 26. Drak. ad Sil. II, 80. et Staveren aliique ad Nep. Iphicr. 1, 4. — **664** sq. „Variatus orationis color Homeri exemplo Il. V, 703. XVI, 692.“ *Heyn.* — *aspera*, sc. bello. Cf. VIII, 318. — **665.** *Deicis.* Cf. snpra v. 642. — *humi corpora fundis.* Cf. I, 192. (*corpora fundat humi*) et IX, 592. ibique adnott. — **666.** Cnm Wagn. (qnem omnes recentiores editores praeter Peerlk. et Bryceum seqnuntur) nunc scripsimus *Euneum*, quod Serv. Dresd. et Bern. III. praebent (cf. Stat. Theb. VI, 343.); nam sane Euneus (*Εὔνηος* s. *Εὔνεως*, *Εὐνεύς*), non Eunaeus (*Εὐναῖος*), est inter heronm nomina (cf. Heyn. ad Apollod. I, 9, 17. §. 3. et Intpp. ad. Hyg. f. 15.). Codd. tamen (Med., Rom., Gud., alii) favent scripturae *Eunaeum.* Ceternm *Euneum* esse e Troianis, *Lirin* et *Pagasum* ex Etruscis, reliquos v. 673 sqq. rursus Troianos, recte memorat Heyn. — **666.** *Clytio patre*, sc. natnm, ortum. Vid. ad (III, 614.) IV, 36. X, 183. 205. al. Clytinm iam X, 129. commemoratum vidimus. — *apertum pectus* videtur esse scuto non tectum, ut X, 425. *pectus inermum*, nisi locum explicare volnmus, ut X, 314. — **667.** *transverberat*, nt X, 336. — *abiete* (*abjete*). Vid. ad I, 73. VII, 96. al. Quod attinet ad abietem pro hasta positam, Ladew. comparat Silinm IV, 255. *pronum effundit in armos Fata extrema ferens abies* et Homeri *μελίην* Il. XII, 143. — *longa.* Cf. Hom. Il. VIII, 494. *ἔγχος ἐνδεκάπηχυ.* — **668.** *sanguinis rivos*, ut IX, 456. Plnralis multam sanguinis copiam et vehementiam, qua effunditur, significat. De voc. *rivi* ad alios humores translato cf. Geo. I, 132. Aen. V, 200. Hor. Od. II, 19, 10. III, 13, 7. Iuven. VI, 630. cett. Ceterum cf. locus similis IX, 414. — **669.** *Mandit humum.* Vid. supra ad v. 418. et ad X, 489. — *se in volnere versans.* Cf. Silins V, 577. *et versantem in vulnere sese Transigit*, ubi vid. Drakenb. — **671.** „*habenas* (quae modo laxae fuerant) *dum colligit*: ut equnm ex vulnere cernuum retrahat. — *suffossus equus*, vulnere subtus iaculo vel hasta accepto: nt Tac. Ann. I, 65.“ *Heyn.* Adde Tac. Ann. II, 11. Caes. B. G. IV, 12. Liv. XLII, 59. Curt. IV, 13, 33. Wagnerus paulo subtilius contendens, inter Camillae socios nou fuisse pedites, a qnibus suffodi possent eqni, equumque vulneratum ab eqnite potius omitti, quam collectis habenis erigi, prius recepit Med. a m. sec., Rom. aliorumque lectionem *Suffuso* (etiam a Servio commemoratam, qui adnotat, *suffusos equos* esse, qui vnlgo *cespitatores* vocentur) coll. Veget. Mulomed. II, 10.

Dum subit ac dextram labenti tendit inermem,
Praecipites pariterque ruunt. Hic addit Amastrum
Hippotaden sequiturque incumbens eminus hasta
Tereaque Harpalycumque et Demophoonta Chromimque,
Quotque emissa manu contorsit spicula virgo,
Tot Phrygii cecidere viri. Procul Ornytus armis
Ignotis et equo venator Iapyge fertur,
Cui pellis latos humeros erepta iuvenco
Pugnatori operit, caput ingens oris hiatus

---

sive I, 38. et II, 25. s. I, 53. et Schneideri aduot. ad I, 26., ubi de *suffusione*, morbo quodam eqnorum, sermo est. Sed quis tandem bic ferat equum *suffusum*, i. e. tumore pedum laborantem, a poeta commemoratum, qualem ne gregarii quidem milites in pugnam adducere soleant? et quomodo Part. *revolutus* cum hac lectione apte potest conciliari? Nemo autem intelligit, quidni eqnes, quamvis sciat, equum esse suffossum, periculum facere possit, etiam vulnerato equo certe ad tempns amplius utendi, dum viribus prorsus deficiens corruat. Quare nec Peerlkampii coniectura *Effuso* opus est, qnam Vir doct., coll. Aen. XII, 499. et Liv. XXXVII, 20., sic explicat: „Liris omnes habenas equo effuderat, equus adeo ipse effusus, cursn effuso ferebatur. Subito habenas colligit, equus stabat. Subiti mutatione motus Liris excutitur;“ neque Gesneri aliorumqne interpretatione, ex qua *suffossus* equus bic sit calcaribus fossus et incitatus; qnod si poeta voluisset, addidisset haud dubie Abl. *calcaribus*. Nihilominus Gossrav. (qui *suffuso* parum probabiliter explicat per „casu aliquo prolapso“) et, qnod miror, Ribbeck. quoque lectionem *suffuso* retinuerunt, dum Iahn. in alt. edit., Süpfl. (qui putat, equum ab ipsa Camilla esse vulneratum), Haupt., Bryce, Ladew. et Couington atque adeo nunc Wagn. ipse (cf. Phil. Suppl. I. p. 361.) nobiscum faciunt. Et bic quidem in min. edit. baec adnotavit: „Puta rem ita se habuisse: Equus - - tollit se arrectis anterioribus pedibns praebetque Camillae locum, ubi suffodi possit; suffossus cum saeviat intolerantius, sessor sede exturbatus retrorsumque actus (*revolutus*) amittit habenas, quas dum labens recipere (*colligere*) tentat, interficitur a Camilla;“ eademque explicatio repetitur a Ladew. — **672.** *Dum subit*, dum appropinquat. Cf. X, 338. XII, 471. Ovid. Met. VII, 115. cett. — *labenti*, equo decidenti. — *inermem* Heins. reduxit e Codd. pro vulg. *inertem*. Vid. ad X, 595. (*tendebat inermes palmas*) et praeterea cf. X, 823. *dextramque tetendit*. Cf. etiam locus simillimus X, 338. — **673.** *Praecipites pariterque ruunt*. Vid. ad Geo. I, 142. II, 290. al. — *ruunt*, a Camilla alter post alterum occisi. Repetuntur haec verba in Anth. Lat. III, 81, 48. — **674.** „*sequitur incumbens* refertur ad nisum emittentis hastam, qua illa insequitur eminus, h. e. petit, Tereum et alios.“ *Heyn.* Sic alibi *incumbere remis*, e. g. X, 294., ubi vid. adnott. — Cum v. **676** sq. cf. Hom. Il. VIII, 297 sq. XVII, 631. Thiel. confert Stat. Theb. X, 656. *Omne sedet telum: nulli sine caedibus ictus.* — **677** sqq. Süpfl. non temere adnotat, locum, qui sequitur v. 677—684., minus placere, et poetam nimia effectus captatione ipsius rei narratae perspicuitati et veritati nocuisse. Videtur autem eius memor fuisse Silius IV, 556 sqq. — *Ornytus* ex Etruscis. Cf. v. 686. Idem nomen legitur apud Hor. Od. III, 9, 14. Apoll. Rhod. II, 65. Plut. Thes. 8. al. — **678.** „*armis ignotis*, h. e. novis, inconsuetis, insolentiore specie: nam habebat exuvias tauri pro thorace et rictum lupi pro galea, ut VII, 666 sq. Aventinus. Cf. etiam Apollon. I, 324 sq.“ *Heyn.* — *equo Iapyge*, i. e. Iapygio, Apulo. Vid. v 247. Apuli autem equi erant nobiles. Cf. Varr. R. R. II, 7. — **679** *Cui pellis* etc., ut supra VII, 666. Aventino. — *latos humeros*, ut II. 721. — **680.** *iuvenco pugnatori*, i. e. silvestri, cum quo pugnaverat. Cf. XII, 716. et adnott. ad X, 891. Heinrich., Wagn. et Conington *pugnatori* coniungunt cum *Cui*, ut *pugnator* significet pugnam obeuntem; quam tamen rationem et collocatio verborum et voc. *iuvenci* tum sine ullo epitheto positum dissuadet. Immo *iuvencus pugnator*

Et malae texere lupi cum dentibus albis
Agrestisque manus armat sparus; ipse catervis
Vertitur in mediis et toto vertice supra est.
Hunc illa exceptum — neque enim labor agmine verso —
Traicit et super haec inimico pectore fatur:
„Silvis te, Tyrrhene, foras agitare putasti?
Advenit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueerit. Nomen tamen haud leve patrum
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae.“
Protinus Orsilochum et Buten, duo maxuma Teucrum
Corpora: sed Buten aversum cuspide fixit

---

est qui semper paratum ee praebet ad pugnam ineundam (*ein Kampfstier*), ut ap. Plin. XXX, 15, 49. *gallus pugnator* (*ein Kampfhahn*). — Cum vv. *caput ingens* cett. cf. Hom. Il. X, 336 sq. supra VII, 666 sqq. et Interpp. ad Val. Fl. I, 34. — **681**. *cum dentibus albis*. Vid. ad VII, 667. Conington cum h. l. conferri iubet Hom. Il. X, 261 sq. et Eurip. Herc. fur. 361 sqq. — **682**. *sparus* secundum Serv. erat rusticum telum in modum pedi recurvum. Cf. Cic. pro Mil. 23, 64 (ibique Moeb.) Sall. Cat. 56, 3. (qui distinguit inter *militaria arma* et *sparos*). Nep. Epam. 9, 1. Silius III, 388. VIII, 523. al. His levibus armis Ornytus prodit hostium contemptum. — **683**. *Vertitur*, versatur, adiuncta tamen agilitatis notione, ut verba addita *in mediis* hominis audaciam significant. — *toto vertice supra est*. Cf. VII, 784. (ubi hunc versum fere totum iam legimus) IX, 29. et Silius III, 264. *celsumque caput super agmina tollit*. — **684**. *exceptum*, in fuga, nam adduntur verba *agmine verso*; facile igitur erat eum tamquam feram excipere et non resistentem sine labore traiicere. Similiter infra v. 718 sqq. Camilla Aemi filium, supra X, 732 sqq. Mezentius Oroden excipit. Ceterum vid. ad Aen. III, 332. IX, 763. al. Dubito tamen, num Wagn. coll. locis III, 332. et X, 386. recte adiiciat: „*exceptum*, Gallice *surpris*, nihil tale metuentem.“ — **685**. *super*, pro insuper. Vid. ad Geo. III, 263. (Aen. I, 29. II, 71. V, 482. X, 556.) — *inimico pectore*, ut X, 556. (ubi fere totus hic versus iam apparuit), et ap. Silium V, 207., ubi vid. Heins. et Drak. — **686**. *Silvis te, Tyrrhene*. Brunck. e paucis Codd. edidit *Silvisne te, T.*, et Peerlk. malit *Silvisne, o Tyrrhene*. *Tyrrhenum* autem hic non esse nomen proprium, ut supra v. 612., sed gentile, et Ornytum v. 677. commemoratum significare, vix est quod memorem. Tyrrhenos autem venandi studiosos fuisse, iam ad VII, 651. vidimus. — *feras agitare*. Cf. VII, 478. — **687**. Verborum ordinem hunc esse patet: *Dies advenit, qui verba vestra redargueerit muliebribus armis*. Cf. adnott. ad VIII, 168. — *Advenit dies*. Cf. VII, 145. X, 11. Lucan. VII, 131. cett. — **688** sq. Cf. supra ad X, 829., ubi Aeneas fere eadem dicit. — *qui redargueerit*, i. e. qui, si quid video, certissime redarguet. Vid. ad (Geo. II, 51.) Aen. II, 77. IX, 282. 298. al. Sic autem Heins. primus edidit, aliquot Codd. atque Prisc. X, 2, 10. p. 881. P. auctoritate motus; vulgo *redargueret*, i. e. advenit dies, qui ut verba vestra redargueret in fatis erat; per se non minus recte. Sed recepta lectio tamquam difficilior mutationi magis obnoxia erat, quam altera. — *verba vestra*, scil. superba et magniloqua, quod ex v. 686. concludere possumus. — **689**. *patrum Manibus*, ut X, 827. *parentum Manibus*. Ceterum cf. similem locum X, 829 sq. *miseram solabere mortem: Aeneae magni dextra cadis*. — **690**. *Orsilochum*. Vid. supra v. 636. — *Butes* hic diversus ab eo, qui V, 372., fortasse autem idem cum eo, qui IX, 647 sqq. commemoratur. — *maxima corpora*. Cf. Geo. III, 369. et adnott. ad Aen. I, 193. II, 18. VI, 22 al. — **691**. Respexit hunc locum Silius I, 381. *Qua corpus loricam inter galeamque patescit - - cuspide sistit*. — *aversum* Heins. ex melioribus libris, Rufinian. de schem. lex. p. 32. et Macrobio Sat. VI, 6, (10. p. 534 Ian.) rectissime recepit pro vulg. *adversum;* nam vulneris locus aversam corporis partem satis declarat. Heyn. etiam conferri iubet Hom.

Loricam galeamque inter, qua colla sedentis
Lucent et laevo dependet parma lacerto;
Orsilochum fugiens magnumque agitata per orbem
Eludit gyro interior sequiturque sequentem;
Tum validam perque arma viro perque ossa securim
Altior exsurgens oranti et multa precanti
Congeminat; volnus calido rigat ora cerebro.
Incidit huic subitoque aspectu territus haesit
Appenninicolae bellator filius Auni,
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.

Il. XXII, 324 sqq. Hesiod. Sc. Herc. 416 sqq. et infra XII, 381 sq. Ceterum recte *Gossr.*: „*Aversum* non est quod fugientem intelligas; nam in proelio equestri, solutis et permixtis ordinibus facile alius alium a tergo potest aggredi." — **692.** *sedentis*, scil. in equo, quae tamen ellipsis paulo durior censenda. — **693.** *Lucent*, apparent nuda. „Vulnus infertur supra sinistrum humerum in ipsam cervicis vertebram, quae attollitur paulatim in capite prominente, qualis habitus sedentis est." *Heyn.* Rufinian. de Schem. Lex. p. 241. pro *Lucent* exhibet *Invenit;* quae varia lectio, coniuncta cum „inani" epitheto *sedentis* et verbis *et laevo d. p. lacerto*, quae et ipsa sensum minus aptum praebeant, cum parma non potuerit ibi dependere a laevo lacerto, ubi collum esset [sed vid. infra], Peerlkampium movit, ut v. 693. spurium, versumque 692. sic scribendum censeret: *L. galeamque inter, qua colla, sedenti* (scil. cuspide). — *dependet parma*, quae in tergum erat reiecta. Vid. supra v. 619. — **694** sq. *Eludit gyro* cett. Cf. Stat. Silv. V, 2, 121. — „*gyro interior*, ideoque ab laeva Orsilochi (cf. V, 170.); quo facto cursu aequato illa, eius lateri iuncta, dextra sublata capiti ictum bipenni infligit." *Heyn.* In ludis enim Circensibus *interiores* dicebantur, qui metae, quae erat certantibus ad sinistram, propiores breviore cursu ferebantur, quam qui exteriore et ampliore orbe illam circumvehebantur. Cf. Hor. Sat. II, 6, 26. *Interiore diem gyro trahit;* Ovid. Am. III, 2, 12. *Nunc stringam metas interiore rota* etc. — **695.** *sequiturque sequentem* legimus etiam ap. Manil. I, 304. Cf. similes locos a Marklando ad Stat. Silv. II, 2, 198. collectos. — *securim*. Pal. et Gud. a m. pr. *securem.* Sed Gellius XIII, 20 (21), 6. testatur, Vergilium non nisi *turrim* et *securim* dixisse. Cf. Aen. II, 224. et XI, 656. et Neue *Formenl.* I. p. 203. — **697.** *Altior insurgens* legitur etiam XII, 902. ap. Sil. V, 294. et Prudent. Psychom. 31., ut *alte insurgens* ap. eund. Sil. I, 400. et *arduus insurgens* ibid. X, 260. et infra v. 755. Vid. supra ad v. 284. ad V, 278. 443. et al. — *oranti et multa precanti*, postquam primo ictu vulneratus est. Iterantur haec verba in Anth. Lat. I, 172, 22. Ceterum cf. similis locus X, 554. Peerlk. malit *horrenti et m. pr.* — **698.** *Congeminat* securim is, qui iterum iterumque eam impingit. Imitatus est hunc locum Val. Fl. IV, 378. *gravem nodis auroque securim Congeminans.* Praeterea autem cf. infra XII, 714. *ictus congeminant* et Val. Fl. III, 140. *duplicataque ora securi Disiecit.* — **699.** *Incidit huic* pro vulg. in hunc; de qua constructione Thiel. conferri iubet Lutat. ad Stat. Theb. VIII, 1. et Drak. ad Silium V, 632. — *aspectu territus haesit*, ut III, 597. — **700.** *Appenninicola* alibi non legitur; *Appenninigena* autem invenitur ap. Ovid. Met. XV, 432. et Claud. VI. Cons. Hon. 505. Ceterum *Appennini* duplici *p* contra vulgarem scribendi rationem (de qua vid. Oudend. ad Suet. Iul. Caes. c. 44. et Schneid. Gramm. I, 2. p. 423.) ex Med. auctoritate hic et XII, 703. cum Wagn. exarandum curavimus, in quo posteriores editores nos secuti sunt. Cf. adnott. ad l. XII. l. l. Wagn. hoc epitheton sic probat: „Appenninus mons incipiebat a Genua, quae est urbs Liguriae." — *filius Auni*, fortasse et ipse Aunus appellatus, quia nomen eius non additur. Servius enim ad IX, 362. haec adnotat: „Nam quotiens aperte non ponitur nomen filii vel nepotis, cognominem eum esse intelligimus avo vel patri, quorum nomen aperte positum invenimus." — **701.** *Haud Ligurum extremus*, scil fraude, arte fallendi.

Isque, ubi se nullo iam cursu evadere pugnae
Posse neque instantem reginam avertere cernit,
Consilio versare dolos ingressus et astu
Incipit haec: „Quid tam egregium, si femina forti
Fidis equo? Dimitte fugam et te comminus aequo
Mecum crede solo pugnaeque accinge pedestri:
Iam nosces, ventosa ferat cui gloria fraudem.“
Dixit; at illa furens acrique accensa dolore

„Ligures fraudibus et perfidia omnino infames fuere: fortasse quia montium latebris hostium incursus eludere eosque inter silvarum ambages et saltus in insidias allicere solebant. *Ligures omnes fallaces*, verba Catonis Origg. l. II. excitat Serv. ad h. l.“ *Heyn.* Adde Nigidii fragm. (de sphaera?) *Nam et Ligures, qui Appenninum tenuerunt, latrones, insidiosi, fallaces, mendaces* ab eodem Servio ad v. 715. prolatum. — *dum fata sinebant*, dum vivebat. Cf. I, 18. IV, 651. VI, 870. — **702.** *evadere pugnae*, insolentior constructio (cf. Madvig. §. 243.); quare non mirum, Codd. quosdam exhibere *pugna* vel *pugnam*. Sed *pugnae*, quod in omnibus Ribbeckii Codd. apparet, iam Heins. recte restituit. Coningtou comparat Hor. Od. III, 29, 5. *Eripe te morae;* sed *eripere* haud raro cum Dativo construitur. — **703.** *avertere*, i. e. cogere, ut se avertat. Cf. Liv. VII, 16, 6. XXII, 15. XLII, 59, 4. Interdum additur *in fugam*, ut Liv. XII, 19, 11. XXXIV, 15, 2. — **704.** *Consilio.* Coningtou confert Caes. B. G. VII, 22. *Singulari militum nostrorum virtuti consilia cuiusque modi Gallorum occurrebant.* — *versare dolos.* Vid. ad Aen. II, 62. — *ingressus* pro vulg. aggressus. Cf. IV, 107. VI, 868. — *astu.* Cf. X, 522. — **705.** *Incipit haec.* Vid. ad VIII, 373. — *Quid tam egregium*, i. e. nihil egregii, immo indignum est. Cf. v. c. Stat. Theb. X, 871. *Et quid tam egregium prosternere moenia molli structa lyra?* Hor. Sat. II, 3, 283. *Quid tam magnum?* etc. — *forti equo.* Eodem equi epitheto usi sunt Ennius ap. Cic. Cat. mai. 5. (Ann. XVIII. fr. 7. p. 66. Vahl. p. 126. Hessel.) et Lucr. III, 8. Praeterea cf. Iuven. VIII, 56 sqq. et Nonius p. 306, 9. Merc. Imprimis tribuitur equis curulibus. Peerlk. tamen coniicit *fortis*, ut sensus sit: Indignum est, si tam fortis femina, viris par, equo fidis. — **706.** *fugam* Heyn. explicat per cursum equestrem; accuratius sic cape locum: Dimitte cogitationem facilis fugae, renuntia facili fugae, quam equi velocitas te sperare iubet. — *te aequo Mecum crede solo*, desiliamus uterque ex equis. Similiter IX, 42. dicitur *credere campo*, et ibid. v. 56. *aequo dare se campo.* — **707.** *accinge* scil. te. Vid. ad II, 235. — **708.** *Iam nosces.* Vid. ad Aen. (I, 272.) IV, 566. (VIII, 42.) — *cui ferat*, num tibi ferat. Quod ad unam Camillam referendum erat, ex more poetarum ad totum genus eorum hominum refertur, cui illa a Ligure adnumerabatur, gloriosorum scil. et vaniloquorum, quos victoria non soleat comitari. Peerlk. sine iusta causa coni. *ferat quam gloria laudem.* — *fraudem.* Sic plures Codd., inter quos Med. a m. pr., Rom., Bern. III. (fortasse etiam adiungi potest Pal. exhibens . LAVDEM, literam vero L in rasura), quos nunc cum Iahnio, Gossr., Ribb., Ladew., Coningt. et Benoisto secutus sum, cum etiam Serv. adnotet: „Haec est vera et antiqua lectio, ut sit sensus: Pedes congredere: iam agnosces, cui inanis iactatio afferat poenam“ et plures Codd. revera *poenam* exhibeant ex interpretamento. *Fraus* autem pro pernicie positum iam X, 72. legimus, ubi vid. adnott. Peerlk., Wagn., Süpfl., Bryce et Haupt. retinuerunt vulg. lectionem *laudem*, i. e. decus ex victoria, ironice usurpatum. Ladew. vero in Append. p. 267. conferri iubet Kappesium in *Eos* I. p. 324. — „*ventosa*, vana, inanis gloriatio: nam pugnae equestris successus magna ex parte equi virtuti debetur. Non male comparant *ἠνεμόεν φρόνημα* ap. Soph. Antig. 353.“ Haec *Heyn.;* rectius tamen, puto, Thiel. *gloriam* pro gloriae studio positam et epitheton *ventosa* eo referendum esse censet, quod femina cum viro congredi audeat. — **709.** Comparant Hom. Il. VIII, 318 sqq. — *acri accensa dolore.* Cf. VII, 291. *acri*

Tradit equum comiti paribusque resistit in armis,
Ense pedes nudo puraque interrita parma.
At iuvenis vicisse dolo ratus avolat ipse,
Haud mora, conversisque fugax aufertur habenis
Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.
„Vane Ligus frustraque animis elate superbis,
Nequiquam patrias temptasti lubricus artis,
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno."
Haec fatur virgo et pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu frenisque adversa prehensis
Congreditur poenasque inimico ex sanguine sumit:
Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pinnis sublimem in nube columbam

---

fixa dolore. — **710.** *resistit* Heyn. pro simplici *stat* positum censet, coll. adnott. ad Geo. IV, 424.; sed hic etiam hostis, cui resistit virgo, rationem haberi, quisque videt. Heins. coni. *se sistit*, coll. infra v. 852 sq. — *paribus armis*, ut VI, 827. — **711**. *Ense pedes nudo.* Cf. VII, 187. XII, 306. — *parmam puram* Heyn. recte explicat per: nullo insigni ornatam, ut IX, 548. *parmam albam*, ubi vid. adnott. (cui opponitur *picta:* VII, 796.) Iacob. Disquiss. Vergg. P. I. p. 9. interpretatur: „sola parmula tecta, neque, ut antea, ab ipso equo defensa;" quod nimis argutum videtur. Wagn., qui etiam confert Cic. Verr. IV, 23, 52. *Sic Haluntini excussis deliciis* (i. e. emblematis) *cum argento puro domum revertuntur*, suspicatur, Silium hunc locum respexisse, IV, 545. sic canentem: *niveis Varenus in armis;* ubi tamen Ernest.: „*nivea arma* vix aliter intelligas, ac de clipeo et lorica albis taurorum pellibus contextis." — **712**. *avolat*, dum illa *resistit* (v. 710.). — **713**. *Haud mora, conversisque* etc. Vid. ad III, 207. — **714**. *ferrata calce.* Sic etiam Silius VII, 696. XIII, 169. et XVII, 541. Codd. aliquot et antiquae editt. *ferrato;* sed vid. Charis. I. p. 72. P. Nonius p. 199, 19. Merc. et Ruddim. I. p. 37. Ceterum Vergilium hic ad sua, non ad heroum tempora spectasse, quae κέντρον, stimulum, non calcar novissent, vere observat Wagn. Wakef. ad Lucr. I, 996., *citum* usquam adiective usurpatum fuisse iniuria negans, locum sic distinxit: *Quadrup., citum ferrata calce, fatigat.* — *fatigat.* Cf. IX, 610. *iuvencum Terga fatigamus hasta.* — **715**. *Ligus*, Λίγος, pro Ligur; ut ap. Pers. VI, 6. Cic. Sext. 31, 68. Tac. Hist. II, 13. Claud. VI. Cons. Hon. 363. al. Cf. Voss. de Anal. I, 36. p. 363. et Heins. ad h. l. — Verba *frustraque animis elate superbis* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 140. — **716**. *lubricus*, fallax. Sic Val. Fl. II, 555. *acri lubricus astu rex subit.* — *patrias artes.* Vid. ad v. 701. *Patrius* autem hic non ad patrem solum, sed ad totam patriam est referendum. — **718**. *ignea*, i. q. valde celeris. Cf. infra v. 746. Silius III, 306. *Autolobes, levibus gens ignea plantis;* Catull. 64, 334. *Flammea praevertet celeris vestigia cervae;* praeterea autem eund. Silium VI, 208 sq. Ovid. Met. II, 392. et XVI, 512. Stat. Theb. IX, 736. Manil. IV, 657. etc., atque etiam Cic. N. D. II, 9, 24., qui de *ignea celeritate* loquitur. — *pernicibus plantis.* Vid. ad Geo. III, 93. et 230. — **719**. „*Transit equûm cursu.* Haec de eius celeritate praestruxerat VII, 808 sq." *Heyn.* — **720**. Cf. XII, 949. *poenam scelerato ex sanguine sumit.* — Idem Heyn. cum v. **721**. conferri iubet Hom. Il. XXII, 139 sqq. Adde Odyss. XV, 525 sqq. Alcman. fr. 21. Welck. s. fr. 22. Schneider. p. 243. *Λῦσαν δ' ἄπρακτα νεανίδες ὥστ' Ὄρνεις ἱέρακος ὑπερπταμένω.* Hor. Od. I, 37, 17. *accipiter velut Molles columbus* (adurget, premit) Ovid. Met. V, 606. *Ut solet accipiter trepidas agitare columbas.* — *sacer ales*, tamquam avis auguralis. Cf. Odyss. l. l. κίρκος, Ἀπόλλωνος ταχὺς ἄγγελος. Wakef. *sacrum alitem* de aquila accepit, et locum sic mutavit: *accipiter saxo aut sacer ales.* Sed aquila non captat columbas. — **722**. Idem Wakef. ad Lucr. VI, 453. locum sic con-

Conprensamque tenet pedibusque eviscerat uncis;
Tum cruor et volsae labuntur ab aethere plumae.
At non haec nullis hominum sator atque deorum
Observans oculis summo sedet altus Olympo.
Tyrrhenum genitor Tarchonem in proelia saeva
Suscitat et stimulis haud mollibus inicit iras.
Ergo inter caedes cedentiaque agmina Tarchon
Fertur equo variisque instigat vocibus alas
Nomine quemque vocans reficitque in proelia pulsos.
„Quis metus, o numquam dolituri, o semper inertes
Tyrrheni, quae tanta animis ignavia venit?
Femina palantis agit atque haec agmina vertit!

---

stituendum censet: *Consequitur, pennis s. in nube, columbam* cett. — *sublimem in nube.* Cf. Geo. I, 404. *sublimis in aëre.* — **723.** *eviscerat.* Cf. Silius XIII, 847. *et polluto eviscerat ungue.* Ennius Thyest. fr. 16. p. 144. Vahl. *Thyestes - - evisceratus.* Cic. Tusc. I, 44, 107. et II, 9, 21. — **725** sq. „Homericum *Οὐδ' ἀλαοσκοπίην εἶχε*, h. e. omnino vidit oculis suis Iupiter, Il. X, 515. Cf. Od. VIII, 285.“ *Heyn.* — *non nullis oculis* igitur i. q. alibi *non aequis oculis.* — *hominum sator atque deorum.* Vid. I, 254. *Sator* Iupiter hic eodem sensu dicitur, quo alibi *pater* deorum hominumque, i. e. rector et moderator, non procreator, auctor, quem alias haec vox significat. — Cum v. **727** sq. cf. supra IX, 717 sq. et huius lib. v. 451 sq. — **728.** *inicit* Heins. ex pluribus libris bonis recepit. Vulgo *incitat*, quod sane cum *suscitat* in eodem versu positum minus placet, et facile ex illo oriri potuit. Ipse tamen Heinsius Vergilium scripsisse suspicatur *incutit iras*, quae coniectura probatur Wagnero et Peerlkampio, atque a Ribbeckio et Benoisto adeo in contextum recepta est, quamquam *incutit* vix in *incitat* vel adeo in *inicit* transire potuit. Ille vulgarem lectionem sic interpretatur: „stimulis haud mollibus usus est, iniiciens iras eius animo, quo eas incitaret.“ Hoffmann. denique in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 519. ex coniectura edi vult *inciit*, quamquam hoc verbum semel tantum ap. Lucr. V, 962. inveniatur. (Vid. etiam infra ad v. 784.) — *stimulis irae*, ut supra v. 452. — **729.** *Inter caedes* etc., dum agmina sua caeduntur et cedunt. Fugere autem Tyrrhenos, luce clarius apparet ex toto loco. (Cf. imprimis v. 731. *pulsos* et v. 734. *vertit.*) — *Tarchon.* Sic etiam hic Wagn. pro vulg. *Tarcho.* Vid. ad VIII, 506. — **730.** *Fertur equo*, ut V, 574. — *variis vocibus*, et exprobrando et hortando et precando. Coningtou comparat X, 368. *Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.* — *alas.* Vid. infra v. 835. — **731.** Macrob. VI, 1, 34. p. 501. Ian. Maroni praeivisse memorat M. Furium Annal. XI. his verbis: *Nomine quemque ciet: dictorum tempus adesse Commemorat. - - Confirmat dictis: simul atque exsuscitat acres Ad bellandum animos reficitque ad proelia mentes.* Heyn. praeterea comparat Hom. Il. X, 67. Cf. etiam Interpp. ad Silium I, 454. et Val. Fl. IV, 649. — **731.** *Nomine quemque vocans.* Cf. Hom. Il. X, 68. *ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον.* Conington conferri iubet Thuc. VII, 69. Repetuntur haec verba infra XII, 759. et in Anth. Lat. III, 81, 85. — **732** sqq. Vergilius ante oculos habuit Hom. Il. IV, 340 sq., Vergilium autem rursus imitatus est Val. Fl. III, 230 sqq. — *O numquam dolituri*, scil. dedecus et infamiam suam; homines, quos nec pudor nec ira umquam tanget; opponuntur enim verba *semper inertes*, quibus adiungitur *ignavia*, plane ut in loco Taciti Hist. II, 94. *super insitam inerti animo ignaviam.* Vid. etiam Cic. ad Fam. XII, 20. Val. Fl. III, 230. et Sen. Thyest. 176. *Doliturus* legimus etiam ap. Hor. Epod. XV, 11. Sat. I, 2, 112. I. 10, 89. Propert. I, 15, 27. V, (IV.) 11, 79. Ovid. Met. IX, 257. et alibi. Alia Participia Fut. Verborum, quae Supino carent, colligit Neue *Formenl.* II. p. 458 sq. — **733.** *venit.* Cf. supra v. 538. *novus iste Dianae Venit amor;* Tibull. I, 6, 73. *venerit iste si furor;* Ovid. A. A. III, 477. *spes magis huic veniat certa minorque metus;* Sall. Iug. 103. *Bocchus reputando, quae sibi duo-*

Quo ferrum quidve haec gerimus tela inrita dextris?
At non in Venerem segnes nocturnaque bella,
Aut, ubi curva choros indixit tibia Bacchi,
Exspectate dapes et plenae pocula mensae, —
Hic amor, hoc studium — dum sacra secundus haruspex
Nuntiet ad lucos vocet hostia pinguis in altos."
Haec effatus equum in medios, moriturus et ipse,
Concitat et Venulo adversum se turbidus infert

---

bus proeliis venerant etc. — *palantes agit* (ut V, 265.), per campum dispersos. Vid. ad IX, 21. — *agmina vertit* fuga, ut IX, 800. Pro signo interrogandi nunc cum Ribbeckio, Ladew. et Benoisto signum exclamandi adiecimus. Indignabunda exclamatio loco accommodatior videtur, quam talis interrogatio. — **735**. Cf. Hom. Il. XXI, 474. *Quo ferrum.* Conington comparat Hor. Epist. I, 5, 12. *Quo mihi fortunam.* — *tela inrita*, ut II, 459. — **736**. „Egregie in rem suam vertit poeta famam de veterum Etruscorum luxurie: etsi in singulis ornamentis Homerum respicere potuit, e. g. Il. IV, 340 sqq. XXIV, 261. Od. VIII, 248 sq." Haec fere *Heyn.*, qui simul amaritudinem verborum v. 736. magis intelligi memorat, si cogites, eos fugere in proelio cum femina commisso. — *in Venerem segnes.* Cf. Maximian. Eleg. V, 50. *in Venerem segnis, ut ante, fuit.* — *nocturna bella*, sc. Veneris. Cf. Prop. IV, 9, III, (10,) 30. Tib. I, 10, 53. Ovid. Am. I, 9, 42 sqq. alios et Verg. ipsum Geo. III, 98. — **737**. Bacchi cultum quo iure poeta veteri Italiae et Tuscis quidem tribuerit, iam supra vidimus. De Part. *aut* pro *nec* posita vid. ad IV, 339. — *tibiae* mentio fit etiam in simillimo loco IX, 618. Phrygia autem tibia *curva* erat et in latum exibat os. Cf. Tibull. II, 1, 86. *Phrygio tibia curva sono.* Coniugton confert Ovid. Met. III, 531. (533.) et Stat. Theb. VI, 120., ubi *tibia adunco cornu* commemoratur. — **738**. Imperativum *Exspectate* concessivo sensu usurpatum, ut supra v. 460., et germanice reddendum „*erwartet nur immerhin*," nunc ob Codd. (Med., Rom., Gud., Bern. II. III., aliorum) et Servii auctoritatem recepi Ribbeckium, Ladew. et Benoistum secutus. Prius edidi Infin. *exspectare* ab Adiect. *segnes* ex v. 736. repetendo pendentem, quod etiam alibi (Hor. Od. III, 21, 22. Ovid. Trist. V, 7, 19. Lucan. VIII, 296. etc.) cum Infinitivo construitur, quem etiam Wagn., Bryce, Haupt. et Conington hic servarunt. — **739**. *Hic amor, hoc studium.* Sic etiam Ovid. Met. XIV, 634. Conington comparat IV, 347. *Hic amor, haec patria est.* — „*haruspex secundus*, qui secunda nuntiat ex extis inspectis; fit autem extispicium interea, dum victimae pars crematur in ara; et ubi litatum est, epulae sacrae subsequuntur. Et h. l. quidem sacra fiunt in luco, ideoque et epulae: etiam hoc ex veterum more; quod servatum imprimis in sacris rusticis, v. c. Tibull. I, 10, 51." *Heyn.* — **740**. *Nuntiare* verbum proprium de haruspicibus et auguribus. Cf. Ernesti Clav. Cic. v. Haruspex. Liv. I, 7, 1. X, 40, 4. XXXII, 9, 1. cett. — *in lucos*, ad epulas sacrificales. Cf. Intpp. ad Tib. l. modo l. — **741**. *moriturus*, qui mori sibi proposuit, qui, ut suos ad mortem oppetendam vocavit, ita et ipse mori paratus est. Vid. ad IX, 400. et Geo. III, 501. — *et ipse* ad v. 729. (*inter caedes*) referendum videtur, ut sensus sit: Dum sui caedebantur, equum in medios hostes concitat, et ipse, ut multi suorum, moriturus. Peerlk. locum sic distinguendum esse putat: *equum moriturus et ipse Concitat*, i. e. reficit pulsos in proelia et ipse equum concitat; malit tamen cum Cod. Gud. legere *equum medios moriturus in hostes Concitat.* — **742**. *Venulo*: vid. VIII, 9. et XI, 242. — *turbidus*, scil. ira. Vid. ad X, 763. — *se infert.* Multi et inter eos satis boni Codd. (Rom., Gud., alii) *se offert*, quod receperunt Iahn., Haupt. et Ladew. Verissime tamen Wagn. censet, *se offerre*, i. e. obviam ire et pugnandi secum copiam facere (ut II, 61. VII, 420. VI, 291.), minus quadrare ad hanc celeritatem impetus, quem etiam adiectum *turbidus* significet; et dubito, num Iahn. *se offert*

Dereptumque ab equo dextra conplectitur hostem
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.
Tollitur in caelum clamor cunctique Latini
Convertere oculos. Volat igneus aequore Tarchon
Arma virumque ferens; tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum et partis rimatur apertas,
Qua volnus letale ferat; contra ille repugnans
Sustinet a iugulo dextram et vim viribus exit.
Utque volans alte raptum cum fulva draconem
Fert aquila inplicuitque pedes atque unguibus haesit,
Saucius at serpens sinuosa volumina versat
Arrectisque horret squamis et sibilat ore
Arduus insurgens, illa haud minus urget obunco
Luctantem rostro, simul aethera verberat alis:
Haud aliter praedam Tiburtum ex agmine Tarchon

---

recte explicet per: se opponit et occurrit (*er wirft sich ihm entgegen*), quod potius esset *se obicit*. Quare ceteri editores me posteriores omnes *infert* servarunt. (Cf. etiam Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 361., qui *se inferre* de ultro lacessente, arma ultro inferente usurpatum probat locis IV, 545. X, 364. 575. XI, 467.) — **743.** Plurimi Codd. Serv. et Donat. *direptum*, quod cum Vossio (*Anm. u. Randgl.* p. 240.) defendi posse censet Iahn., cum Tarchon Venulum correptum non ab equo ad terram deiiciat, sed modo ab equo diripiat atque in suum equum transferat; praestat tamen altera lectio; *dereptum* i. q. raptim deductum, detractum. Cf. Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 341. et adnott. ad I, 211. (IV, 593. al.). — **745.** Macrob. VI, 1, 21. p. 500. Ian. confert Ennii versum (Ann. XVII. fr. 4. p. 63. Vahl. p. 116. Hessel.) *Tollitur in caelum clamor exortus utrisque* (*utrimque*). — **746.** Convertere oculos, ut XII, 705. — *igneus Tarchon.* Sic etiam Silius XVI, 512. *tollit sese aequore Theron Igneus.* Cf. supra ad v. 718. — **748.** *partes apertas*, circa iugulum. Cf. v. 750. Ceterum vid. supra v. 692 sq. Heyn. confert etiam Hom. Il. XXII, 321 sqq. De *rimandi* verbo vid. ad Geo. I, 384. et Aen. VII, 508. — **749.** *Volnus letale ferat.* Cf. XII, 299. *plagam ferenti.* — **750.** *Sustinet a iugulo dextram.* Cf. Stat. Theb. II, 648. *a iugulo nitentem sustinet hastam.* Val. Fl. I, 154. Senec. de tranqu. an. 11 et similes locos. Conington comparat Cic. Acad. prior. 15. *sustinere se ab assensu.* — *exit*, evitat, avertit, cedendo eludit impetum hostis. Cf. V, 438. — V. **751** sqq. ex Hom. Il. XII, 200 sqq. petitos esse, iam Macrob. vidit Sat. V, 13, 28. p. 432. Ian. De continuo aquilarum cum draconibus certamine praeterea cf. Odyss. XIV, 160. Cic. Div. I, 47, 106. Ovid. Met. IV, 362. Hor. Od. IV, 4, 10. et Plin. X, 4. Maronem imitati sunt Ovid. Met. l. l. Claud. XV, 467 sq. alii. — „*Utque*: notandum *que* comparationi serviens, ut X, 454.; quod ut satis infrequens est, ita frequentissimum *ac*.“ *Wagn.* Conington recte videtur contendere, sic ut statuamus, non esse necessarium. — *fulva aquila.* Cf. XII, 247. *fulvus Iovis ales.* — *alte volans aquila*, ὑψιπετὴς αἰετός Hom. Il. XII, 201., ubi simile certamen aquilae cum dracone describitur. — *unguibus haesit*, inhaesit draconi unguibus infixis. Cic. l. l. *transfigens unguibus anguem.* — Cum v. **753.** sqq. Heyn. confert Nicandri Ther. 456 sq. — *sinuosa volumina versat.* Cf. II, 208. et Geo. III, 192. — *arrectis horret squamis.* Cf. Geo. III, 545. ibique adnott. — **755.** *Arduus insurgens.* Vid. supra ad v. 697. — *obunco* ex melioribus Codd. et Macrob. V, 13, 28. p. 432. Ian. restituit Heins. Vulgo *adunco*, quod ex Ribbeckii Codd. unus Rom. exhibet. — **757.** *Tiburtum* pro *Tiburtium* excusat metrum dactylicum. Neue *Formenl.* II. p. 56. comparat *Samnitum* et *Picentum* ap. Silium I, 664. et X, 312. et *Quiritum* ap. Auson. Prof. Burd. XXII, 9. Pro *Tarchon* Mythogr. a Maio editum T. III. Class. Auct. p. 51. exhibere *raptam*, Peerlk.

Portat ovans. Ducis exemplum eventumque secuti
Maeonidae incurrunt. Tum fatis debitus Arruns
Velocem iaculo et multa prior arte Camillam
Circuit et, quae sit fortuna facillima, temptat.
Qua se cumque furens medio tulit agmine virgo,
Hac Arruns subit et tacitus vestigia lustrat;
Qua victrix redit illa pedemque ex hoste reportat,
Hac iuvenis furtim celeris detorquet habenas.
Hos aditus iamque hos aditus omnemque pererrat
Undique circuitum et certam quatit inprobus hastam.
Forte sacer Cybelae Chloreus olimque sacerdos

---

memorat. — 758. *eventum*, successum, fortunam. Sic Sall. Cat. 11, 4. *Sulla bonis initiis malos eventus habuit*, ubi vid. Kritz. — 759. *Maeonidae*, i. e. Etrusci. Cf. VIII, 479. 499. et IX, 11. cum adnott. ad VIII, 479. — *fatis debitus*, obnoxius (*verfallen*). Vid. v. 864. Est autem Arruns ex Etruscis, quos Tarchon Aeneae addnxerat. — *Arruns*. Sic Heins., Med. ceterorumque meliorum auctoritate motus; neque aliter hoc nomen scripserunt Dionys. et Plutarchus, qua de re Wagn. conferri iubet Drakenb. ad Liv. I, 34. et V, 33. — 760. „*iaculo*, quod vibrat ad ictum paratum: vid. mox v. 767. — *prior circuit*, praevertens eam, dum lateri semper adhaeret.“ *Heyn.* *Prior* igitur, quam ipsam feriat. Cf. VII, 494. Longe aliter Peerlk., qui (adsentientibus Gossravio, Duebn. et Benoisto), locum sic vult distinctum: *Velocem, iaculo et multa prior arte, Camillam Circuit*, hac addita explicatione: „Arruns erat prior iaculo et arte, superabat Camillam peritia iaculandi et dolo. Camilla non erat callida, fraudes et furta belli oderat. Sequebatur animi impetum. In v. 781. dicitur *caeca et incauta*. Arruntis peritia etiam laudatur v. 767. *Prior*, superans, ut Aen. XI, 292. *pietate prior*.“ Conington et meam et Peerlkampii explicationem reiiciens *prior* explicat „φθάσας, *anticipating all her movements*.“ — *multa arte* Camillae non sentienti insidiandi. Cf. II, 152. *arte Pelasga* et adnott. ad I, 657. — 761. *quae sit fortuna facillima*, quam viam facillimam eius interficiendae fortuna offerat; omnem autem ictum aliquo fortunae munere accessum suum habere, observat Heynius. *Fortuna* igitur est data rei alicuius gerendae opportunitas. Cf. Geo. III, 452. et Aen. VII, 559. — *fortunam temptare* vel ex scriptoribus pedestris orationis satis notum. Cf. Cic. Verr. II, 5, 50. et Sall. Iug. 7, 1. ibique Cort. Vid. etiam adnott. ad Ecl. IV, 32. et Aen. II, 38. — *furens*, ardens, in pugna. Cf. etiam infra v. 781. et I, 491. — 763. *tacitus* Conington explicat per *furtim* coll. v. 765. et IV, 306. — *vestigia lustrat*. Cf. Ecl. II, 12. et Aen. II, 754. — 764. *pedem ex hoste reportat*. Idem Conington comparat Catull. LXII (LXIV), 112: *Inde pedem sospes multa cum laude reflexit*. — 765. *detorquet*. Cf. V, 165. — *habenas* pro curru, ut ap. Ovid. Met. II, 388. Val. Fl. VI, 303. Claud. I, 1. et al. — 766. *hos aditus, iamque hos aditus*, i. e. modo hos, modo illos aditus. Vid. ad II, 530. IV, 157. VII, 473 sq. et cf. imprimis simillimum locum V, 441. De voc. *aditus* vid. adnott. ad IV, 293. et quod attinet ad repetitionem Substantivi, supra IX, 550. *Hinc acies atque hinc acies*. Iteratur hic versus cum sequentis primis verbis in Anth. Lat. III, 81, 92 sq. — 767. *inprobus*, feriendi cupidus. — *certam hastam*, cuius certus est ictus. Eadem verba leguntur ap. Ovid. Met. XII, 83., ut *certa sagitta* ap. eund. I, 519. et Hor. Od. I, 12, 22. al., neque aliter, siquidem vera est lectio, ap. Tibull. III, 5, 10. *certa venena*. Cf. etiam adnott. ad V, 2. — 768. „Sacerdotes inter pugnantes iam Homerus induxerat Il. V, 9. varietatis studio; nec ille hominum ordo olim discretus a ceteris popularibus ac civibus, quin munera communia, λειτουργίας, praestaret, ideoque et militiam obiret.“ *Heyn.* Sic supra VI, 485. inter pugnantes invenimus *Cereri sacrum Polyphoeten*, ut hic *Cybelae sacrum Chloreum*. Ribbeck. (quem nemo recen-

Insignis longe Phrygiis fulgebat in armis
Spumantemque agitabat equum, quem pellis aënis
In plumam squamis auro conserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus et ostro
Spicula torquebat Lycio Gortynia cornu;
Aureus ex humeris sonat arcus et aurea vati

---

tiorum editorum secutus est) ex Med., Bern. II. III., Minoraug. atque Servii Codd. Reg. et Paris. recepit lectionem *Cybelo*, qua Chloreus mira ratione Cybelo monti (τῷ Κυβέλῳ ὄρει) sacratus diceretur, (de quo cf. Pauly *Realenc.* II. p. 807.). — *olim*, in patria, priusquam in bellum profectus est. — 770 sq. „*pellis* ferina *auro conserta*, h. e. aureis fibulis subter alvum equi oras pellis constringentibus collecta et firmata; sed *pellis aënis in plumam squamis*, h. e. habens squamas in plumae modum ex aere factas (puta laminam aeream in squamas elaboratam), pelli, ne corpus rigore aeris laederetur, pro stragula substratae innexas." Haec *Heyn.*, qui etiam confert Sall. fragm. (a Servio hic prolatum): *Equis paria operimenta erant, quae lintea ferreis laminis in modum plumae annexuerant;* et Iustin. XLI, 2. extr. *Munimentum ipsis* (Parthis) *equisque loricae plumatae sunt*. Describitur igitur equus cataphractus. (De equis et equitibus cataphractis cf. Veget. I, 20. II, 15. Tac. Hist. I, 79. Liv. XXXV, 48. XXXVII, 40. 42. Nonius p. 556, 16. alios.) *In* autem poetis haud raro usurpatur ad similitudinem indicandam, ut sit i. q. *instar;* ita enim loquuntur, ac si res, alii similis facta, vere in eam mutata esset. Cf. Oudend. ad Apulei. Met. III. p. 191. Burm. ad Anthol. Lat. I. p. 271. Salmas. Exerc. Plinn. p. 156. 248. 368. Hand. Turs. III. p. 325 sq. Paulo alia ratio est loci VI, 42. (*Excisum latus rupis in antrum*), quem Heyn. confert. Cf. etiam adnott. ad Aen. III, 503. Ceterum hunc locum citat Schol. Stat. Theb. XI, 543. — 772. *peregrina ferrugine et ostro*, i. e. purpura ferruginea. Cf. ad Geo. I, 467. et Aen. IX, 582. — *clarus*, lucens. Cf. Geo. IV, 93. Aen. VIII, 673. IX, 582. — 773. Miror, neminem editorum hoc loco haesisse. *Spicula* enim, quae apud Vergilium aut iacula (V, 586. VII, 165. 678. X, 888. XI, 606. 676. et, ut mihi quidem videtur, etiam VII, 186. 626. XII, 406. 563., quamquam in his locis dubia res est), aut sagittas (Ecl. X, 60. Aen. VII, 497. IX, 606. XI, 575. 654. XII, 403.) significant, cum hic *Gortynia*, i. e. Cretensia (vid. ad Ecl. VI, 60.), dicantur, Cretenses autem sagittandi, non iaculandi arte noti sint (cf. etiam Ecl. l. l. Geo. III, 345. Aen. V, 306. XII, 858. etc.) et *Lycium cornu*, i. e. arcus (cf. Ecl. X, 59. et Aen. IX, 606. cum Aen. VII, 816. et VIII, 166., ubi *Lycia pharetra* et *Lyciae sagittae* commemorantur) adiiciatur, de sagittis intelligenda esse in promptu est, nam verbum *torquendi*, quod sane aptius de iaculis usurpatur, etiam Ecl. l. l. ad sagittas transfertur. Quid autem iuxta *corneum arcum* sibi vult *aureus arcus* sequenti versu commemoratus? Nihil aliud restare videtur, nisi ut *arcum* hic pro pharetra positum accipiamus, quae etiam Ladewigii est sententia, verbis *ex humeris sonat* satis munita. Aliter tamen statuit Wagn., qui paulo subtilius haec adnotat: „Omnino hoc loco, qui fuerit ornatus, quae armatura Chlorei exponitur; itaque v. 773. non, quid tum maxime manu tractaverit, commemoratur, sed quid, cum usus erat, facere consueverit; quare nil impedit, quominus v. 774. aureus (auro ornatus) arcus ex humeris eius pependisse dicatur." *Cornum* autem quominus hic arborem significare putemus, ut de corneis iaculorum hastilibus cogitemus, (vid. ad Geo. II, 447. et Aen. IX, 606. coll. adnott. ad Geo. II, 71.) epitheton *Lycius* prohibet, etiamsi *Gortynia* epitheton mere ornans iaculorum habere velimus. Ceterum *spicula torquebat Gortynia Lycio cornu* plane eadem ratione dictum, qua Ecl. X, 59. *Partho torquere Cydonia cornu spicula.* — *ex humeris.* Wagn. ex Gud. recepit *ex humero*, offensus „crebro repetita litera *s* non sonum exprimente, sed sibilum" (cf. Phil. Suppl. I. p. 361.). Ceteri recentiores editores omnes minus delicati nobiscum faciunt. *Humero* ex parallelo loco v. 652. in Gud. translatum videtur, ut con-

Cassida; tum croceam chlamydemque sinusque crepantis
Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, sive ut templis praefigeret arma
Troïa, captivo sive ut se ferret in auro,
Venatrix unum ex omni certamine pugnae
Caeca sequebatur totumque incauta per agmen

---

tra Cod. Rom. ibi Pluralem exhibet ex nostro loco petitum. — Pro *sonat* Ribbeck. (et cum eo Coniugton) recepit Med. et Bern. II. lectionem *erat* satis languidam. — **775.** „*Cassida*: forma vocis etiam ap. Prop. III, 9, (IV, 11), 15. invenitur.“ *Heyn.* Cf. etiam Charis. I. p. 80. Prisc. VI, 5, 27. p. 689. P. et Neue *Formenl.* I. p. 330 et 332. De *chlamyde* vid. ad III, 484. et IX, 582. — **776.** Heyn. verba sic coniungit: *sinus fulvo auro crepantes collegerat in nodum*, his verbis adiectis: „Linteum hoc ut crepet et sonitum edat mota chlamyde, intextae faciunt laminae aureae [quam explicationem repetit Wagn. in min edit.]. Sic VI, 206. *crepitabat bractea* auri: et similia ap. Stat. Theb. VI, 62. VII, 682., ubi vid. Barth.“ Sic etiam Boetticher. ad Hor. Od. IV, 9, 14. interpretari memorat Thiel.; rectius vero Voss. videtur coniungere verba *fulvo auro collegerat*, i. e. fibula aurea; ut iam Donatus locum intellexerat, haec scribens: „Hanc chlamydem, qua expeditior esset, aureis nexibus in nodum habuit collectam;“ scil. sub pectore, ita ut ex hoc ipso nodo sive complicatione late se expanderet sinus vestis. (Cf. Stat. Theb. VII, 658. *Carbaseique sinus et fibula rasilis auro Taenaricam fulva mordebat iaspide pallam.*) Consentiunt mecum in hac verborum coniunctione Bryce, Coniugton et Benoist., neque dissentiunt Wagn. et Ladew., quamquam etiam ad *crepantis* supplent: auro intexto; quo non opus est. Immo *crepant* sinus amplae vestis linteae vento agitati, ut simili certe ratione ap. Lucr. VI, 110. *carbasus* (i. e. velum in theatro expansum) *dat crepitum.* De *carbaso* autem vid. ad Aen. VIII, 33. et Claud. in Eutr. II, 183. *carbaseos induta sinus*, et de duplici epitheto *crepantes carbaseos sinus*, quo poeta distinguit chlamydis sonum et materiam, vid. ad V, 24. — **777.** De tunica acu picta s. opere Phrygio vid. ad III, 483 sq., cum constructione autem *pictus acu tunicas* cf. IX, 582. *Pictus acu chlamydem* ibique adnott. Optimo autem iure phrygionum artificiosa opera picturas acu effectas appellari potuisse, docui in libro meo *Hellas u. Rom* I, 1. p. 98. — „*barbara tegmina crurum*, i. e. Phrygia. Ita enim Atys, Paris, Ganymedes, [Medi vel Persae: Pers. III, 53.] Galli, braccarum genere induti esse solent femora et crura. [Romani Vergilii aetate adhuc braccis abstinebant ut delicatis modo hominibus aptis, Antoninorum vero aetate milites vulgo iis utebantur. Vid. librum meum *Hellas u. Rom* I, 3. p. 268.] Bene autem *Servius*: „„Sane armorum longa descriptio eo spectat, ut in eorum cupiditatem merito Camilla videatur esse succensa.““ Scilicet etsi virilis animi femina, tamen a cultu et ornatu intactam mentem non habuit. Hinc v. 782. *femineo ardore*, impatienti.“ *Heyn.* Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 147, 1. et voc. *tunicas* in *chlamydem* mutato ibid. I, 170, 42. — **778.** De hoc more vid. ad Aen. III, 286 sqq. — **779.** *ut se ferret.* Cf. I, 503. V, 372. — *captivo auro.* Vid. ad II, 765. *in auro* autem, ut IV, 518. et XII, 169. *in veste.* — **780.** Vulgo *venatrix*, duobus Commatis inclusum, per appositionem adiectum exhibetur; atque etiam Peerlk. interpretatur: „tamquam venatrix, quasi feram bestiam venando persequeretur;“ sed rectius haud dubie Wagn. Comma post *venatrix* positum delevit, ut cohaererent *virgo venatrix.* Henr. Stephanus in Diatr. Hor. V. p. 111. voc. *Venatrix* superioribus adiungit: ut se ferret in auro captivo, quoties venaretur. — *ex omni certamine* pro ex omnibus certantibus. — *certamen pugnae* legimus etiam XII, 598. et ap. Lucr. IV, 844. — **781.** Temere h. l. haesit Bothius, qui, sublata interpunctione post *sequebatur* et Commate post *agmen* posito, Copulam *et* v. 782. in *ut* mutavit. Sed iure hunc locum defendunt Wagn. et Iahn. comparantes simillimum

Femineo praedae et spoliorum ardebat amore:
Telum ex insidiis cum tandem tempore capto
Concitat et superos Arruns sic voce precatur:
„Summe deum, sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
Pascitur et medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna,

---

locum Geo. IV, 82 sq. — **782.** *totum per agmen ardebat*, ardens ferebatur; quod ex antecedente verbo *sequendi* intelligendum. Vid. ad II, 471. — **783.** *tempore capto.* Vid. supra v. 459. *accepto tempore.* — **784.** *Concitat* Heins. ex melioribus libris (Med., Gud. all.) restituit pro vulg. *Coniicit.* — *superos*: quamquam unum modo Apollinem invocat. Vid. ad Ecl. IV, 49. (Aen. I, 4. IV, 282. VI, 322.) — Hoffmann in *Zeitschr.* etc. 1853. p. 519. etiam hic legi vult *conciit.* Vid. supra ad v. 728. — *et sic voce precatur.* Vid. ad VI, 186. et IX, 403. Ceterum *Heyn.* haec adscripsit: „Cum Soracte et Falisci auxilia Turno miserint (VII, 665 sq.), Arruntem Etruscum necesse est nunc esse ex vicinis Etruriae locis oriundum, non unum ex Hirpis.“ (Cf. adnott. ad v. 785.) *Gossr.* vero haec adnotat: „*Arruns* Tuscum est nomen usitatissimum. Hic autem Arruns de monte Soracte videtur esse intelligendus, cuius regionis incolae secuti sunt Turnum. Itaque ipse rex ex ea regione Etruriae, quae Messapo subiecta est, in liberam Etruriam videtur fugisse et sperasse victoria parta se in patriam esse rediturum.“ — **785.** *Summus deorum* vocatur quisque, qui nunc ipsum praecipuo honore ab aliquo colitur; qua de re Wagn. conferri iubet Herm. et Erfurdt. ad Soph. Antig. 338. cum Lobeck. ad Aiac. 697., comparans etiam supra VII, 136., ubi Tellus, et Ciris. v. 245., ubi Dictynna *prima deorum* appellatur. Servius haec adnotat: „*Summe deûm* ex affectu colentis dicitur: nam Iuppiter summus est.“ Sic etiam v. 790. *omnipotens* est capiendum. — „De *Soracte* monte (*Monte di S. Silvestro*) agri Falisci et Hirporum familiis, quae Apollinis sacra in eo curabant, super ambustam ligni struem ambulantes, vid. Plin. VII, 2, [19. Silius V, 177., ubi vid. Drak., Solin. 11, 26.] et Salmasii Exerc. Plin. p. 59. Simile quid legitur ap. Soph. Electr. 265. (ubi vid. Brunck) et apud maiores nostros. Eosdem Hirpos attigerat poeta VII, 696. Sacrum id in luco Feroniae fieri solitum narrat Strabo V. p. 394. Potuit scil. sub monte Soracte, Apollini sacro, lucus ille esse.“ *Heyn.* Cf. etiam Spangenb. lib. aliquoties iam l. p. 47 sq. Müller *Etrusk.* II. p. 68. Preller *Röm. Myth.* p. 241. et Servius ad h. l., qui haec affert Varronis verba: *Ut solent Hirpini, qui ambulaturi per ignes medicamento plantas tingunt.* Ladew. suspicatur, Arruntem ipsum ad hanc Hirporum familiam pertinuisse et mirum esse observat, ab hoc homine, cuius populares Messapo duce Turno auxilio venerint (VII, 696.), Camillam, infestissimam Aeneae hostem, interfici. De *Soracte* autem, iam supra VII, 696. commemorato, qui nunc non tam *Monte di S. Silvestro*, quam potius *Monte di S. Oreste* vocatur, cf. Valckenaer. 1. p. 448. et liber meus geogr. III. p. 491 sq. Ceterum hic versus cum priore sequentis hemistichio repetitur in Anth. Lat. I, 172, 19 sq. — **786.** *cui*, in cuius honorem; quod etiam mente repetendum est ad verba seqq. *et - - premimus;* quare etiam Semicolon, quod vulgo ponunt post *pascitur*, Ruhk. autem, Iahn. et Wagn. in Comma mutarunt, prorsus delevimus. — *primi*, praeter ceteros, i. e. imprimis. Cf. Wagn. Qu. Verg. XXVIII, 3. s. p. 509. et adnott. ad II, 40. III, 437. al. Peerlk., qui putat, verba *quem primi colimus* nihil aliud significare posse, quam „cui nos primi haec sacra instituimus, quae nemo ante nos fecit,“ coll. Plino VII, 2. coni. *Quem Hirpini colimus.* — *pineus ardor acervo P.* pro acervo pineo s. strue lignorum pineorum. Cf. adnott. ad Geo. III, 145. Aen. VII, 463. VIII, 526. 694. XII, 739. — **788.** Peerlk., cui *cultores* post verba *quem colimus* ingratum et sordidum videtur, satis audacter coni. *Secura in multa* etc. — *premimus vestigia* pro: ponimus vestigia, i. e. incedimus, adiuncta tamen firmorum gressuum notione. Cf. Nemes. Cyneg.

Da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis,
Omnipotens! Non exuvias pulsaeve tropaeum
Virginis aut spolia ulla peto; mihi cetera laudem
Facta ferent; haec dira meo dum volnere pestis
Pulsa cadat, patrias remeabo inglorius urbes."
Audiit et voti Phoebus succedere partem
Mente dedit, partem volucris dispersit in auras:
Sterneret ut subita turbatam morte Camillam,
Adnuit oranti; reducem ut patria alta videret,
Non dedit, inque notos vocem vertere procellae.
Ergo, ut missa manu sonitum dedit hasta per auras,

---

11. *intacto premimus vestigia musco.* Alia signif. *vestigia premere* legimus VI, 197. — *multa pruna*, in multis prunis. Cf. adnott. ad Ecl. I. 33. — **789.** *Da - - - aboleri.* Vid. ad I, 66. 79. al. et Gierig. ad Ovid. Met. I, 486 et de verbo *abolere* ad IV, 497. — *hoc dedecus.* Infra v. 792. Camilla *pestis* vocatur. Cf. etiam II, 585. — *pater.* Vid. adnott. ad Geo. II, 4. — **790.** *Omnipotens* bene quadrat ad *summum deorum, quem primi colunt;* quare inanis est Burmanni coni. *Armipotens.* — „*pulsae*, aut impulsae, prostratae, aut fugatae et h. l. victae Cf. statim v. 793. *pulsa cadat.*" *Heyn.* Vid. X, 143. *pulsae tropaeum Virginis* et Prop. V (IV), 9, 15. *Maenalio iacuit pulsus tria tempora ramo Cacus.* — **792.** *dira pestis.* Vid. ad Geo. I, 181. et Aen. III, 215. (VII, 505. XII, 845.) — **793.** Peerlk., etiam hic sine iusta causa haerens in voc. *Pulsa* post breve intervallum repetito, coni. *Lapsa*, de pleonasmo *lapsa cadit* comparans Aen. VII, 310., Cic. N. D. II, 51. et Liv. I, 58. atque verbum *labendi* proprium esse de morientibus monens, coll. Aen. XI, 818. — „*inglorius*, ut δυσκλεής de Agamemnone Iliad. II, 115. Ex muliere victa nullam gloriam se consecuturum esse bene novit; gavisurum tamen esse eius morte." *Heyn.* Cf. adnott. ad IX, 548. Peerlk. tamen, hanc explicationem vituperans, cum Camilla altera Amazon, Amazonem autem vicisse vel Herculi gloriosum fuerit aliter, sed paulo artificiosius, locum interpretatur: „Arruns orat Apollinem, ut Camillam modo interficere liceat, quo sui hac peste et dedecore liberarentur: se ex ea caede non petere laudem; malle enim ignotum manere: neque igitur spolia interfectae erepturum. Si non eriperet spolia, nemo videre poterat, quis Camillam interfecisset. Et Arruns, virgine vulnerata, statim fugit suisque se immiscuit. Ita *inglorius*, nullo memorabili patrato facinore, in patriam remeasset, si per Dianam licuisset." — **794** sq. Comparant Hom. Il. XVI, 249 sq. — Peerlk., cum Phoebus non omnia, quae precatus esset, Arrunti concesserit, sed tantum „cum exceptione audierit," putat scribendum esse: *Audiit at voti.* Sed vid. adnott. ad II, 94, IV, 76. IX, 630. — **795.** „*dedit*, annuit, *mente*, γνώμῃ, consilio, decreto animi; nullo tamen signo declarato." *Heyn.* — *partem v. dispersit in auras.* Vid. adnott. ad III, 12. et IX, 313. Ceterum Peerlk., cum *aurae* statim redeant v. 799. et 801., coniicit *dispersit in Euros*, coll. Geo. IV, 192. et Ovid. Am. I, 4. 11. Sed vid. quae ad Ecl. VI, 16. Aen. I, 315. et alibi de hac re disputavimus. — **796** sqq. Peerlk. vv. 796—798. tamquam supervacaneos et minus eleganter compositos Vergilio abiudicat; quos, quamvis non negem mihi quoque non admodum placere, externa tamen causa non accedente (— nam Servium his versibus nihil interpretationis addidisse, non multum valet —) spurios habere noluerim, cum apud Vergilium plures eiusmodi loci inveniantur, quos poeta haud dubie correcturus fuisset, si per fata ei licuisset. — *turbatam.* Conington confert Stat. Theb. IX, 745. *Prima Tanagraeum turbavit arundo Coroebum.* — **797.** *patria alta*, i. e. clara, nobilis. Vid. ad IV. 97. IX, 697. et X, 126. 374. Ladew. potius de Soracte monte cogitat. — **798.** *inque notos* (i. e. ventos omnino) *v. v. pr.* Vid. ad V, 446. IX, 312. al. — **799.** Cf. Lucr. VI, 169. *Ante fit ut cernas ictum, quam plaga per auras Det sonitum.* Haupt., Ladew. et Wagn. in recent. edit. ex uno Med. pro *ut* receperunt *ubi*, quod potest ex IV, 474. huc translatum esse. Ceteri recentiores editores nobiscum *ut* re-

Convertere animos acris oculosque tulere
Cuncti ad reginam Volsci. Nihil ipsa nec aurae
Nec sonitus memor aut venientis ab aethere teli,
Hasta sub exsertam donec perlata papillam
Haesit virgineumque alte bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidae comites dominamque ruentem
Suscipiunt. Fugit ante omnis exterritus Arruns
Laetitia mixtoque metu nec iam amplius hastae
Credere nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,
Continuo in montis sese avius abdidit altos
Occiso pastore lupus magnove iuvenco,

---

tinuerunt. — **800.** Peerlk. praeter necessitatem pro *acris* coniicit *acies.* — **801.** *nec aurae* referes ad verba *per auras* v. 799. et cf. infra v. 863. Sic autem pro vulg. *neque aurae* cum Wagn. ex Med., duobus Pariss. et Serv. Dresd. restituimus et sic etiam posteriores omnes praeter Bryceum. Vid. ad Ecl. V, 25. Pro *aurae* autem aliquot Codd. *auras*, quam lectionem etiam Serv. et Pomp. Sabinus commemorant; sed antiqua illa Genitivi forma (servata e. g. in voce *familias*) cum omnino a Vergilii aetate, tum ab hoc loco, nihil grave et magnificum continente, aliena. — **802.** *memor.* Cf. IX, 480. — *nec - - aut.* Cf. Madvig. §. 458. C. obs. 2. — *ab aethere* pro ex aëre. De vocc. *aëris* et *aetheris* in carminibus saepe confusis Thiel. conferri iubet Drak. ad Silium XIII, 527. et Cort. ad Lucan. I, 152. Peerlk., ut v. 801. *hastae* pro *aurae*, sic hoc *leti* pro *teli* legendum esse suspicatur. — **803.** *sub exsertam papillam.* Vid. supra ad v. 649. — **804.** *Haesit*, propria Perfecti signif. de eo, quod fixum manet. Cf. VII, 533. XI, 804. Ovid. Met. III, 71. Sil. X, 115. al. *Haerere* autem verbum propr. esse de telis corpori infixis, iam ad VII, 533. vidimus. — *virg. bibit cruorem.* Cf. Silius VI, 293. XV, 632. Sic *πίνειν αἷμα* in Anthol. Gr. I. 22. 1. 4. et al. „Homerum *λιλαιομένη χροὸς ἆσαι* exprimi, iam Macrob. VI, 6. [p. 536. Ian.] putavit: quod tamen paulo diversum est.“ *Heyn.* Thiel. laudat Intpp. ad Petron. c. 120. — *alte acta.* Vid. X. 850. et al. coll. adnot. ad v. 616. huius libri. Turpiter hoc loco abutitur Auson. in cent. nupt. 118. — **805.** *dominam*, reginam, ut IV, 214. *dominus* pro rege. — *ruentem Suscipiunt.* Vid. X. 338. *fratremque ruentem Sustentat dextra* et IV, 391. *Suscipiunt famulae.* — **806.** sqq. Cf. Hom. Il. XVI, 813. Peerlk., non intelligens, quid sibi velint verba *ante omnes*, cum socii et comites Arruntis non fugiant, sed Camilla deiecta alacriores facti simul omnes densi incurrant (v. 834.), paulo audacius coni. *Fugit ex oculis.* Sed *ante omnes* non cum *fugit*, sed cum *exterritus* coniungendum esse patet. — **807.** *Laetitia mixtoque metu.* Conington comparat X, 871. *mixtoque insania luctu.* — **808.** *nec telis o. v. audet.* „Sic erat consternatus, ut etiam vulneratam timeret.“ *Servius.* — **809** sqq. Egregiam hanc comparationem, quam imitatus est Stat. Theb. IV, 363 sqq., poeta ex Hom. Il. XV, 586 sqq. et XVI, 812 sqq. transtulit. — *ille - - lupus*, ut V, 609. *illa - - virga*, VII, 110. *Iuppiter ille*, X, 707. *ille - - aper*, XII, 5. *ille - - leo.* Cf. etiam adnott. ad Geo. IV, 457. et Aen. I, 3. Praeterea observa hunc usum Pronominis comparationibus et exemplis afferendis proprium, quae ad quandam rerum praeteritarum memoriam referuntur, (cui memoriae refricandae inservire Pron. *ille*, iam ad III, 558. et VII, 110. vidimus). Cf. X, 707. XI, 809. et quae de voc. *olim* ad V, 125. adnotavimus. Wagn. Qu. Verg. XXI, 6. hunc usum nescio quo iure repetat ex eo, quod *ille* saepissime inserviat hominibus vel rebus claris et illustribus. vel certe praestantibus et notissimis significandis. — **810.** *sese abdidit*, i. e. se abdere solet. Vid. ad Geo. I, 49. al. et adde Madvig. Opusc. II. p. 112 sqq. Conington hoc negans praesentem actionem (*instantaneous action*) indicari censet et comparat I. 314. *sese tulit obvia.* — *avius.* Cf. XII, 480. *volat avia longe.* — **812.** *Conscius audacis facti.* Fortasse hunc lo-

Conscius audacis facti caudamque remulcens
Subiecit pavitantem utero silvasque petivit:
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Arruns
Contentusque fuga mediis se inmiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit, ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat volnere mucro.
Labitur exsanguis, labuntur frigida leto
Lumina, purpureus quondam color ora reliquit.
Tum sic exspirans Accam, ex aequalibus unam,
Adloquitur, fida ante alias quae sola Camillae,
Quicum partiri curas, atque haec ita fatur:

---

cum ante oculos habuerunt Val. Fl. IV, 295. *Territus ipse etiam atque ingentis conscius ausi*, Stat. Theb. IV, 368. *magnique fugit non inscius ausi*, et Oros. IV, 9. *Xanthippus, tam audacis facti conscius* etc. — „*caudam pavitantem*, quae est ferae pavitantis [et ipsa cauda attracta hunc pavorem prodentis], *remulcens*, reflectens [attrahens], ὀῤῥωδῶν: sed exquisite: ut *mulcere* sit mulcendo inflectere, ut v. c. in felibus fieri videmus. Cf. Hesiod. Ἔργ. 512." *Heyn.* Cf. etiam Wakef. ad Lucr. IV, 139. Verbum *pavitare* iam legimus II, 107. et VI, 498. — **814.** *turbidus*, et laetus et metuens (v. 807.). Cf. etiam X, 648. — *ex oculis sese abstulit*. Cf. IV, 389. *se ex oculis aufert*. — **815.** *contentus fuga*: acquiescens in eo, quod fuga se subtraxit, satis hoc sibi esse putans, effugisse.' *Wagn.* potius haec adnotat: „*Contentus fuga*, ut videtur, i. q. *contentâ fugâ*, quemadmodum dicitur *contendo fugere*," atque etiam Ladew. et Benoist., qui comparant Ovid. Met. XV, 515. *mens exiliis contenta suis*, hic agnoscunt Particip. verbi *contendere*, quod explicant „*gespannt durch die Flucht, tendu par la fuite*," ut sit i. q. „*der Gedanke zu fliehen beherrscht ihn ganz, possédé du désir de fuir.*" Conington mihi adsentitur. Heins. pro *fuga* temere coni. *fugae*. Cf Ovid. Met. V, 169. *Contentusque fuga est.* — *mediis se inm. armis.* Homer. Il. XVI, 813. μίκτο δ' ὁμίλῳ. Eadem verba, sed alio sensu et connexu leguntur Geo. IV, 245. — **816** *Illa - - telum trahit.* Cf. X, 486. *Ille rapit calidum frustra de volnere telum.* Ceterum etiam hoc et sequentibus verss. impudice deutitur Auson. in cent. nupt. 120 sq et 131. — *ossa sed inter* etc. Cf similis locus X, 382 sq. **817.** *stat volnere mucro.* Vid. ad X, 334. — **818.** „*labitur* de ipse conatu, nutat: nam v. 828. demum de equo defluit.' *Heyn.* (Cf. adnott. ad VI, 310.) Melius cum Wagn. explicueris: Antea comites prohibebant, quominus rueret (v. 805.), iam *labitur* inclinato corpore, inclinantibus quoque se oculis; denique cadit v 828. Iam Peerlk. recte *labitur* non per cadit, sed per: „languore in suos artus resedit" explicandum putat. — *exsanguis*, pallida. Vid. ad Aen. II 212. Satis explicatur vox sequ. verbis *purpureus quondam color ora reliquit.* — *labuntur - lumina.* Cf. Ovid. Trist. III 3, 45. *Labentes oculos condet amica manus* et vid. Gronov. ad Senec. Hippol. 364. Peerlk. temere coniicit *solvuntur.* — *frigida* autem *lumina* fere i. q. X, 418. *canentia*, i. e. morientia. Thiel. inter alia confert Val. Fl III, 178. *en frigidus orbes Purpureos iam somnus obit: iam calor et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta.* — **819** *purpureus color* Cf. I, 591. *lumen iuventae purpureum.* – **820.** *Acca* supra v. 655 sqq. nondum inter Camillae comites nominata est, quare opus erat additis verbis *ex aequalibus unam.* — **821.** *fida ante alias sola*, quod in prosa oratione *una ante alias fidissima.* Vid. adnott. ad Aen. II. 426. Cf. etiam III, 321. *una ante alias.* Ribbeck. Commate non post *Adloquitur*, sed post *alias* posito ex Rom., Gud. a m. pr. et Bern. a m. sec. recepit lectionem *fidam*, qua paulo durior efficitur constructio, quare etiam Ribbeck. ipse adiicit: „Ceterum vix credo, haec tam nude relicturum fuisse poetam." – **822.** *Quicum.* Sic Med., Rom., aliique Codd., Arus. Messus p. 257. Lindem. Prisc. XIII, 3, 13. p. 960. P. Rhemnius

„Hactenus, Acca soror, potui; nunc volnus acerbum
Conficit et tenebris nigrescunt omnia circum.
Effuge et haec Turno mandata novissima perfer:
Succedat pugnae Troianosque arceat urbe.
Iamque vale.“ Simul his dictis linquebat habenas
Ad terram non sponte fluens. Tum frigida toto
Paulatim exsolvit se corpore lentaque colla
Et captum leto posuit caput arma relinquens

Palaemon p. 1377. et Augustin. de gramm. p. 1993. P.; ceteri Codd. *quacum.* Descendit autem hic Ablat. propric a Pronomine *quis*, qnod generis commnnis est, et nsu ad Pron. relat. *qui* transiit. Cf. etiam Cort. et Kritz. ad Sall. Cat. 51, 24. Iabn. ad h. l. et ad Ovid. Trist. V, 5, 44. Poetae ante oculos fuit Ennius (apud Gellinm XII, 4.) Ann. VII. fr. 10. p. 37. Vahl. s. p. 74. Hessel. *Haecce locutu' vocat, quicum* (Vahl. edidit *quocum*) *bene saepe libenter Mensam sermonesque suos rerumque suarum Comiter impertit*, nbi vid. Columna p. 136. Cf. etiam Stat. Silv. V, 2, 37. *illi curarum asperrima suetus Tradere partirique metus.* — *partiri* pro partiri solebat. Vid. adnott. ad Geo. I, 200. Ribbeck. Prolcg. p. 85. de boc loco sic indicat: „Sententiae *quae sola Camillae quicum partiri curas* structuram crederem absolntam esse, si absoluti infinitivi in cnuntiato relativo nsum consuetndine viderem confirmari (cf. Wagneri Qu. Verg. XXX.). Ergo hunc quoqno de Camillae et Accae amicitia locum nberius, fortassc ad Ennii Ann. 239. [h. e. loci modo land.] cxemplum exornare voluisse Vergilinm statnerim.“ — *haec ita.* Cf. de hoc pleonasmo adnott. ad X, 251. — **823.** „*Hactenus potui*, sc. pugnare, viribns valui; pro vulgari: nunc vires deficiunt, vel deficio iam.“ *Heyn.* Per similem ellipsin Oros. VI, 1. *hucusque humana scrutatio potuit.* Cf. etiam Heins. ad Ovid. Met. VIII, 883. De Part. *hactenus* vid. Brem. ad Ncp. Milt. 5, 5. et Hand. Turs. III. p. 9. — **824**. *conficit*, scil. me. Sic ap. Cic. Tusc. II, 17, 41. *vulneribus confecti*, ap. eund. Catil. II, 11, 42. *gladiator saucius et confectus* cett. Thiel. etiam confert Donat. ad Ter. Eun. V, 4, 6.: „Proprie hoc verbum (conficere) convenit iis, qui gravissimis vulneribns occubuernnt.“ — **825.** „Animum generosnm Camillae facile mirabere, qnae in ipsa morte non de sna, sed de reipnbl. salnte cogitat.“ *Heyn.* — **826**. *Succedat pugnae.* Vid. X, 690. — *perferre* verbnm proprinm de nuntiis, quod quomodo differat a *deferre*, et quando potissimnm nsurpetnr, docent Cort. ad Lucan. VIII, 218. Herzog. ad Caes. B. G. IV, 27. et Schmid. ad Hor. Ep. I. 13, 2. Cf. snpra V, 665. — **826**. *urbe.* Pal. a m. pr. et Rom. exhibent *urbi*, qnod fortasse praeferendum censet Conington coll. Ecl. VII, 47. *Solstitium pecori defendite.* Aptins conferre poterat Geo. III, 155. *Hunc - - Arcebis gravido pecori.* Non tamen opus est, ut ceterorum librorum omninm lectionem propterea deseramus. — **827**. Macrob. VI, 4, 10. p. 521. Ian. hos comparat Fnrii versus Ann. I.: *Ille gravi subita devinctus vulnere habenas Misit equi lapsusque in humum defluxit, et armis Reddidit aeratis sonitum.* — *Simul his dictis.* Vid. ad V. 357. et cf. X, 856. — *linquebat habenas.* Metaphorice *rerum habenas relinquere* legimus VII, 600. — **828**. *Ad terram fluens*, pro deflnens, qnod supra v. 501. legimus. Cf. etiam Geo. III, 524. *Ad terram fluit - - cervix.* Verba *Ad terram non sponte fluens* repetuntur in Anth. Lat. I, 45, 16. — **829.** „*exsolvit se.* Proprie anima corpore [tamqnam carcere] exsolvi dicitur. Tamen et IV, 703. *teque isto corpore solvo.* Conington post Taubmannum confert Lncr. III, 696. *exsolvere sese Omnibus e nervis atque ossibus articulisque.* — **830**. *captum leto caput*, h. e. victum, ideoque languens.“ *Heyn.* — *posuit.* Cf. V, 845. *Pone caput* (ad dormiendum). Imitatur hnnc locum Paullin. Petric. III. de vita Martini (a Peerlk. land.) *Tum fessum leto posuit caput.* Rom. et alii Pieriani cum Donato *reliquit*, qnod non displicet Iahnio, orationem ita vividiorem fieri censenti (?). Wagn. hand dnbitat, qnin, si manum extremam operi suo adbibere poetae licuisset,

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.
Tum vero inmensus surgens ferit aurea clamor
Sidera; deiecta crudescit pugna Camilla;
Incurrunt densi simul omnis copia Teucrum
Tyrrhenique duces Euandrique Arcades alae.
At Triviae custos iam dudum in montibus Opis
Alta sedet summis spectatque interrita pugnas.
Utque procul medio iuvenum in clamore furentum
Prospexit tristi multatam morte Camillam,

---

post illa v. 827. *linquebat habenas* vix tulisset haec *arma relinquens.* Ribbeck. (quem tamen posteriorum editorum nemo secutus est) edidit *relinquont*, quod a Probo hic lectum esse ex Servii scholio appareat. — **831.** Comparant Homericum ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων cett. Il. XVI, 855 sq. et XXII, 361 sqq. — *cum gemitu.* Hom. Il. Il. ὃν πότμον γοόωσα. — *indignata*, invita. Cf. I, 55. Ovid. Met. XII, 354. Fast. IV, 896. Quinct. Inst. I, 11. extr. all. — *sub umbras.* Vid. v. 181. Sic *sub Tartara* ap. Ovid. Met. XI, 670., Silium VI, 39. al. Bothius hunc versum sine iusta causa spurium et ex XII, 952. (gravi totius carminis clausula) huc illatum censet; quo deleto vel vitiosa fieret oratio, cum Vergilius sensontiam plane absolutam Nominativo Participii claudere non soleat; quod docet Wagn. in singulari Excursu ad. l. XII. adiecto. (Cf. aduott. ad XII, 612.) Quod concedens Peerlk. cum hoc versu etiam antecedentis clausulam damnat, et haec omnia *arma relinquens - - ub umbras* pro additamento Grammatici alicuius habet. — **832.** *inmensus surgens.* Vid. ad VIII, 559. (et III, 70.). Verba *ferit aurea clamor Sidera* iam legimus II, 488. — **833.** *deiecta Camilla.* Vid. ad X, 753. — *crudescit pugna*, crudelior fit multorum caede. Cf. supra VII, 788. ibique aduott. Sic etiam *morbus crudescit* Geo. III, 504. — **834.** *Incurrunt densi.* Cf. II, 409. *densis incurrimus armis.* — *omnis copia*, totus exercitus. Vid. ad II, 564. — **835.** *Tyrrhenique duces.* Unus Ladew. ex Med. (cui sane Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 361. lectionem *Tyrrhenique* falso videtur vindicare, cum Ribbeck. de ea taceat) edidit *Tyrrhenumque;* ceteri recentiores editores (etiam Ribbeck.) vulgarem lectionem servarunt. — *Euandri Arcades alae* etiam XII, 551. commemorantur. Ceterum cf. similis locus supra v. 171. — **836.** „Exsequitur nunc Opis, quod mandatum erat a Diana v. 587 sq., ut mortem Camillae ulciscatur morte Arruntis.“ *Heyn.* Peerlk. de hoc loco (836—867.) sic indicat: „Maluissem Vergilius a persona Nymphae Opis plane abstinuissot. Omnia ad eam pertinentia et in rebus et in verbis ita sunt concepta, ut fortasse Silio Italico, non Latinorum poetarum principe digna reperiantur;“ atque etiam in singulis eius verbis multa vituperat. Et sane hic locus est inter languidiores et minus elimatos Aeneidos; unde tamen non sequitur, quod Peerlk. suspicatur, relictum eum esse a Vergilio leviter modo inchoatum et ab alio poeta posteriorum temporum infelici successu elaboratum. — „*custos*, comes, famula, ut V, 546. Epytides *custos comesque* Iuli.“ *Heyn.* Sed ibi *custodem* aliud quid significare vidimus. Hic potius *custos* (scil. quae provideret, ne Arruns inultus abirot) ad mandata Dianae (supra v. 587 sqq.) spectat et arcte cohaeret cum vorbis *in montibus - - sedet - spectatque - pugnas*, ut item fere sit quod *speculatrix, observatrix*, et Genit. *Triviae* significet a Trivia illuc missam. Cf. Aen. VI, 186. Iuven. V, 40. Suet. Tib. 12. al. Peerlk., voc. *custos* non intelligens, coni. *At Triviae iussu.* Ceterum cadem rationo XII, 134. *Iuno* ipsa *e summo - - Prospiciens tumulo campum aspectabat.* — **837.** *interrita*, inpavida (*kaltblütig*) utpote venatrix, quae iam adsueta est eiusmodi spectaculis, et hic tantum adsidet tamquam speculatrix a Diana missa et ab ipsa pugna remota. Quare temere in hoc epitheto haeserunt cum alii tum nuper Peerlk., qui haec adnotat: „*Interrita* metri causa videtur additum. Quid mirum spectasse *interritam*, quae extra telorum iactum tuta in altis montibus sederit?“ — **839.** *multatam.* Heins. ex bonis sane Codd. *mulcatam* in con-

Ingemuitque deditque has imo pectore voces:
„Heu nimium, virgo, nimium crudele luisti
Supplicium Teucros conata lacessere bello!
Nec tibi desertae in dumis coluisse Dianam
Profuit aut nostras humero gessisse sagittas.
Non tamen indecorem tua te regina reliquit
Extrema iam in morte; neque hoc sine nomine letum
Per gentis erit aut famam patieris inultae.
Nam quicumque tuum violavit volnere corpus,
Morte luet merita.“ Fuit ingens monte sub alto

---

textum intulerat, quod tamen iure reiecit Burm., coll. Arntzen. ad Aur. Vict. vir. ill. c. 51. et Drak. ad Liv. III, 67., quibus Wagn. addit Lindem. ad Gramm. Latt. Vol. I. p. 185. not. 23., comparans Silium X, 463. *multata cadavera caede* (ubi Drak. quidem pariter *mulcata* legi voluit, sed Ruperti *mulctata* defendit). Altera enim lectio verbis seqq. satis firmatur, ex quibus patet *mortem* hic revera *mulctam* cogitari ideoque hunc locum commode comparari posse cum multis illis, ubi aliquem *morte mulctari* legimus (Cic. de or. I, 43, 194. Cat. I, 11, 28. II, 2, 4. Tusc. I, 22, 50. pro Cluent. 10, 29. etc.). Quare probare non possum, Ribbeckium (quem Conington et Benoist. sequuntur) ex Med., Pal., Rom., Gud. a m. pr. et Bern. II. revocasse *mulcatam*, quod sane etiam Servius in suis Codd. videtur invenisse. Quamquam enim Lion eius scholion sic exhibet: „*Multatam*, affectam; *mulcari* enim proprie verberibus dicimus,“ ex verbis tamen adiectis apparet, pro *multatam* legendum esse *mulcatam*. — **841** sqq. Hanc totam Opis orationem ad nostrum sensum parum gravitatis epicae habere, non temere memorat Heynius. Praeterea etiam plura, quae Diana iam dixerat, Opis praeter necessitatem repetit. Cf. Peerlk. adnot. ad v. 836. — *luisti Supplicium.* Cf. VI, 740. *supplicium expendunt.* — **842.** *Teucros conata lacessere bello.* Cf. supra v. 585. — **843.** *desertae in dumis* Heyn. pro: in dumis desertis, i. e. in silvis, positum accipit; rectius autem Wagn. *desertam* per solitariam, in loco infrequenti habitantem explicat coll. adnot. ad II, 714. — *coluisse Dianam* non tam ad sacrificia deae oblata spectat, quam ad venationem, quae instar cultus est deae. Cf. Ovid. Met. I, 694. *Ortygiam studiis ipsaque colebat Virginitate deam*, ibique Bach., qui etiam comparat Ovid. ex P. III, 2, 48. — **844.** *nostras sagittas*, quales nos Dianae comites gerimus. Cf. supra v. 536 et 652. *Sagittas* autem Wakef. pro vulg. *pharetras* ex Med. et aliis bonis Codd. revocavit, eumque recentiores editores praeter Bryceum et Coningtonem omnes iure secuti sunt. Vulgaris lectio (quam sane exhibent Pal., Rom., Gud., Bern. II, Minorang.) facile ex I, 560. vel V, 558. huc potuit transferri. — **845.** „Poetae Eurip. Hippol. 1416. obversatum fuisse Valcken. ad Hippol. l. l. putabat.“ *Heyn.* — *indecorem*, armis spoliatam et inultam — *reliquit*, quod rem ex decreto (v. 591.) constitutam indicat, Heins. ex Med., Rom. aliisque bonis libris restituit, eumque posteriores omnes secuti sunt praeter Bothium ex paucis libris *reliquit* edentem. Vulgo *relinquet*, quod apparet in Rom., Gud., Bern. II. a m. pr. et Bern. III. atque Krehl. ad Prisc. VI, 9, 47. (ubi lectio fluctuat) unice verum esse putat. — **846.** *Extrema iam in morte*, ut II, 447. Cf. etiam II, 533. *in media iam morte.* — *sine nomine*, ignobile, non celebratum. Vid. ad IX, 343. — **847.** *aut.* Vid. ad IV, 339. et supra v. 737. — „*famam* (ignominiam) *patieris inultae*, h. e. non morieris inulta; non narrabitur de te, tulisse eum impune, qui te interemit.“ *Heyn.* Cf. X, 739. et similes loci. — Cum v. **848.** cf. supra v. 591. et observetur temporum variatio. Hic enim, ubi Camillae corpus iam violatum est, Verg. scripsit *violavit*, supra autem, ubi res nondum facta est, sed metuitur tantum ut futura, *violarit*. — **849** sq. *Morte luet*, ut supra v. 444. — *Fuit ingens* etc. „Tumulorum hoc genus antiquissimum ex aggesta in collis altitudinem humo apud omnes fere veteres populos. Exempla etiam ap. Hom. Il. II, 603. VII, 86. XXIII, 245 sqq.“ *Heyn.*

Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis opacaque ilice tectum;
Hic dea se primum rapido pulcherrima nisu
Sistit et Arruntem tumulo speculatur ab alto.
Ut vidit laetantem animis ac vana tumentem:
„Cur, inquit, diversus abis? huc dirige gressum,
Huc periture veni, capias ut digna Camillae
Praemia. Tune etiam telis moriere Dianae?“
Dixit et aurata volucrem Threissa sagittam

---

monte sub alto, ut supra in simillimo loco VI, 234. *monte sub aërio.* — **850.** „Regem *Dercennum* aliunde non novimus. Iul. Sabinus haec affert: ‚Dercenus, rex unus ex antiquissimis in Latio, quem plerique Latinum eundem dixerant, ut Iginus‘ (i. e. Hyginus in Comm. in Vergil. deperditis).“ *Heyn.* — Cum v. **852.** cf. simillimus locus IV, 252. — **853.** *speculatur*, ut V, 515. et alibi. — **854.** *laetantem animis* est Med. a m. pr. lectio, quam cum Wakef. et Wagn. (quos etiam editt. me posteriores praeter Thiel., Haupt., Ladew. et Coningt. sequuntur) reduximus loco vulg. *fulgentem armis*, quod minus respondet verbis additis *ac vana tumentem*, quae, cum per Particulam *ac* adiiciantur, simile quid contineant necesse est. Wagn., qui apto confert X, 739 sq., alteram lectionem ita ortam suspicatur, ut primum aliquis scripserit *laetantem armis*, quod alius deinde per *fulgentem armis* interpretatus sit. Cf. idem in Phil. Suppl. I. p. 362., ubi addit: „Necessarium est illud *fulgentem armis*, at appareat, ex quo noscatur Opi. Num igitur etiam ex vano tumore potuit nosci?“ quod sane Ladew. in Append. p. 268. affirmat et sic probare studet: „*Jeder tumor ist sichtbar, und wer von Dünkel aufgeblasen ist, kann an Haltung und Gang wohl erkannt werden.*“ — *vana tumentem*, tumentem facto, quod ipsi non est commodo et laetitiae futurum. Cf. adnott. ad Geo. III, 149. Aen. VI. 467. (VIII, 489. IX. 125. 794. al.) Ladew. reddit per *schwellend vor Dünkel. Tumere* autem, scil. arrogantia, superbia, est Gr. *φυσιοῦσθαι, φυσᾶσθαι, ὀγκοῦσθαι.* Cf. Hor. Sat. I, 7, 7. II, 3, 213. Phaedr. I, 3, 4. Sen. Octav. 497. Silius X, 177. et, quos Thiel. laudat, Obbar. ad Hor. Ep. I, 1, 36. et Markl. ad Stat. Silv. V, 3, 10. — **855.** *diversus*, in diversa. Vid. adnott. ad Geo. IV, 432. et Aen. V, 166. coll. adnot. ad V, 162. (locum nostro simillimum) et Bach. ad Ovid. Met. VIII, 463. Eadem ratione paulo post v. 871. *aversus* usurpatum videbimus. — *dirige.* Ribbeck. et cum eo Benoist. etiam hic *derige* scribunt. — **856.** *Huc periture veni*; i. e. huc veni periturus, s. ut pereas. Vid. ad II, 283. IX, 485. et X, 811. — *digna Camillae praemia*, ironice pro: poenam Camillae caede meritam. Cf. II, 537. Ovid. Met. VIII, 502. *Nunc merito moriere tuo: cape praemia facti*, al.; de Genitivo autem adiecto vid. ad I, 462. et II, 413. — **857.** Verba *Tune etiam telis m. D.*, in quibus interpretandis multum sudavit Heyn., ita ut adeo totum hemistichion ab alia manu adsutum suspicaretur, Iahn. et Wagn. simplicissime et rectissime sic capiunt: quamvis fugias, nulla tamen te fuga Dianae telis, quae nemo vitare potest, subtrahet; ut interrogatio animum irridentis prodeat. *Ne* igitur pro *nonne* positum accipias, qua de re cf. adnott. ad Aen. I, 39. Adsentitur nobis Benoist.; Bryce vero et Coningtou aliter statuunt et respicientes Servii scholion „Cum ingenti amaritudine dictum est: nam ei etiam genus invidet mortis“ Opim potius cum indignatione loqui de immerito honore, qui Turno habeatur Dianae telis occidendo. Sed etiam irrisio a nobis sumpta indignationem quandam non excludit, et Ladew. recte videtur sumere, cum Arruns non pareat, sed fugere pergat, Opim aucta acerbitate haec addere; ut sensus sit: „*Durch Diana's* [*nie fehlende*] *Geschosse sollst du ja sterben; so komm doch also, um diese Belohnung und diesen ruhmvollen Tod zu finden.*“ Brunck. coni. *tuque etiam*, et Both. edidit: *digna Camillae Praemia teque, et iam telis m. D.* Imitatus est h. l. Statius Theb. X, 910. et IX, 787. — **858** sqq.

Deprompsit pharetra cornuque infensa tetendit
Et duxit longe, donec curvata coirent
Inter se capita et manibus iam tangeret aequis,
Laeva aciem ferri, dextra nervoque papillam.
Extemplo teli stridorem aurasque sonantis
Audiit una Arruns haesitque in corpore ferrum.
Illum exspirantem socii atque extrema gementem
Obliti ignoto camporum in pulvere linquunt;
Opis ad aetherium pinnis aufertur Olympum.
  Prima fugit domina amissa levis ala Camillae;
Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas,
Disiectique duces desolatique manipli
Tuta petunt et equis aversi ad moenia tendunt.
Nec quisquam instantis Teucros letumque ferentis
Sustentare valet telis aut sistere contra;
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus

Heyn. conferri iubet Hom. Il. IV, 116 sqq. et Quint. Cal. X, 231 sqq. — *Threïssa*, Opis, quam Dianae ministram poeta Threissam facit, quia Threissae erant bonae venatrices. (Cf. I, 316.) Ceterum vid. supra ad v. 532. et 658. — *aurata pharetra*. Cf. IV, 138., ubi Didoni *pharetra ex auro* tribuitur. — **859.** *Deprompsit.* Cf. V, 501. *depromunt tela pharetris.* — *cornu*. Vid. ad Ecl. X, 59. — „*infensa*, infenso animo, qui vires novas adiiciebat.“ *Heyn.* Cf. V, 587. — **860.** *duxit longe.* Cf. IX, 623. *diversa bracchia ducens.* — **861.** „*capita,* duo cornua s. extremitates arcus; *coire* igitur, non nimis stricte intelligendum, i. q. quam proxime convenire. — *aequis* pro aeque, aequaliter [*in gleicher Richtung*] dextra pectus ac laeva sagittae cuspidem. Scilicet dextra nervum tetenderat, ita ut mammae admotus ille dextrae esset; laeva tenebat arcum ea parte, qua ei sagitta imponitur a nervo remisso impellenda. Cf. Iliad. IV, 123 sq.“ *Heyn.* Vid. ad V, 387. VII, 400. et al. adnott. — **862.** *Laevā aciem.* Vid. ad X, 179. — **863** Cf. IX, 631- 633. — *audiit una — haesitque*, ut alibi (II, 692. V, 857. VIII, 520. XI, 296.) *vix - - que* ad significandas res duas uno fere temporis momento se excipientes coniunguntur; una audiit unaque haesit. Cf. Wagn. Qu. Verg. XXXV, 6. et adnott. ad II, 803. et 692. Thiel. conferri iubet Klotzii Quaest. Tull. p. 63. — *haesit in corpore ferrum.* Cf. supra v. 803 sq. Conington suspicatur, Vergilium fortasse scripsisse *hausit*; sed huius lectionis in Codd. nec vola nec vestigium reperitur. Ribbeck. cum Pal. scripsit *haessit*. — **865.** Verba *atque extrema gementem* magis expingunt antecedens *exspirantem*, ut I, 219. *extrema pati nec iam exaudire vocatos.* Quod attinet ad *extrema*, cf. Geo. III, 517. *Extremosque ciet gemitus* et Aen. VI, 466. Ceterum compara *acerba sonare*, *crebra ferire*, *torva tueri* et similia. (Cf. adnott. ad Ecl. III, 8. IV, 43. Geo. III, 149. Aen. VI, 466. al.) — **866.** „*obliti*, ἀμελήσαντες, h. e. non curantes prae fugiendi studio.“ *Heyn.* Cf. V, 174. et 703. Sic contra *memor* haud raro is, cui aliquid est curae. Vid. ad Geo. I, 167. et II, 236. — *ignoto in pulvere*, ignoto in loco campi pulverulenti; nemo locum notare studuit, in quo corpus reliquerunt. — **867.** *pinnis aufertur.* Cf. III, 258. *pinnis ablata.* — **868.** *levis ala*, utpote equitum. Cf. V, 819. et VI, 17. — **869.** *Rutuli.* Vid. ad IX, 450. — *acer Atinas*, ut rursus XII, 661. — **870.** *disiecti*, dispersi, per campum palantes fuga. — *desolati*, a ducibus relicti. Cf. Stat. Theb. IX, 672. *Hypseos hinc turmae desolatumque magistro Agmen.* Conington conferri iubet Aesch. Pers. 297. — *Tuta petunt.* Cf. VI, 358. IX, 366. et infra ad v. 882. — *aversi*, fugientes. Cf. XII, 464. — **872.** *letum ferentes*, inferentes hostibus. — **873.** *Sustentare.* Conington comparat X, 798. *ipsumque morando sustinuit.* — **874.** *laxos arcus.* Sic etiam

Quadrupedumque putrem cursu quatit ungula campum.
Volvitur ad muros caligine turbidus atra
Pulvis et e speculis percussae pectora matres
Femineum clamorem ad caeli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi inrupere patentis,
Hos inimica super mixto premit agmine turba,
Nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso,
Moenibus in patriis atque inter tuta domorum

Hor. Od. III, 8, 23. *Iam Scythae laxo meditantur arcu Cedere campis.* — *humeris languentibus*, ipsi languentes, fessi. — 875. *Quadrupedumque.* Rom., fragm. Vat. a m. pr. et Donatus *Quadripedoque*, quare Iahn. edidit *Quadrupedoque*, ut VIII, 596., ubi hunc totum fere versum iam legimus, *Quadrupedante sonitu.* Cum tamen meliores scriptores ante Ammianum XIV, 2. voce *Quadrupedus* prorsus abstinuisse videantur, Iahnium sequi dubitavimus, quem etiam posteriorum editorum nemo secutus est, quamquam Conington lectionem *Quadrupedoque* fortasse veram esse iudicat. Ceterum vid. adnott. ad l. l. Wakef. ad Lucr. II, 330. verba sic distincta malit: *Quadrupedumque, putrem cursu, q. u. c.;* Peerlk. autem coniicit: *Quadrupedique*, quod comprobare studet coll. locis Apuleii Met. VI. p. 434. [Oud.] *lorum abrumpo meque quadrupedi cursu proripio*, et p. 436. *equestri celeritate et quadrupedi cursu solum replaudens*, cum constet Apuleium esse Vergilii imitatorem. — 876. Pulveris nubes indicat oppidanis, Latinos pulsos ad urbem refugere. Cf. autem locus simillimus IX, 36. *Quis globus, o cives, caligine volvitur atra!* — 877. „*e speculis*, de muris, unde prospiciunt, ut v. 475." *Heyn.* Cf. etiam XII 131 sqq. et Silius II, 251. *conclamant matres celsoque e culmine muri Lamentis vox mixta sonat.* De voc. *speculae* vid. ad Ecl. VIII, 59. Cum Med., fragm. Vat. et Bern. II. a m. pr omittant Praepos. *e*, Ribbeck. suspicatur scriptum fuisse *ec speculis*, ut ultima syllaba voc. *Pulvis* producatur. Servius autem diserte adnotat: „*Pulvis* hic corripuit, alibi produxit (I, 478.)" Saue etiam apud Ennium Ann. VIII. fr. 11. p. 43. Vahl. *pulvis* producta syllaba ultima legitur. — 878. *clamorem ad coeli sidera tollunt.* Cf. II, 222. *clamores ad sidera tollit*, pleonasmus autem *sidera caeli* etiam Geo. II, 1. et alibi invenitur. — 879 sqq. „Portae, quasi tuta esset urbs exercitu propugnante, patent; sed cum foeda fuga advolent equites, clauduntur." *Gossr.* Comparant Iliad. XII, 122 sqq. — *primi*, priores quam illi, qui venerunt, cum portae clauderentur. — 880. „*super*, a tergo, ut alibi quoque: premit fugientes hostes." *Heyn.* Immo *super* hic i. q. insuper, praeter periculum ab hoste imminens (cf. adnott. ad Aen. II, 71. I, 29. al.); et *inimica turba* non est hostium, sed ipsorum Latinorum, quae nimis conferta ipsa sibi obest et nocet, ut multi, suis mutuo telis confixi, misere pereant. Wagn. conferri iubet fragm. Sall. Hist. II. a Nonio [p. 497, 25. Merc.] servatum *Ruuntque* [apud Merc. falso legitur *Ruinaque*] *pars magna suismet aut proximorum telis* (scil. *confixi*). Cf. etiam infra v. 885 sq. Bryce et Benoist. mihi et Wagnero adsentiuntur, Conington vero meam explicationem vituperat. — *mixto*, turbato, confuso, *agmine.* Cf. X, 721. Ladew. minus probabiliter cogitat de hostili turba inter fugientes mixta, coll. V, 671. et XII, 944., ubi sane *inimicus* est i. q. hostilis. Ceterum verba *premit agmine turba* repetuntur in Anth. Lat. III, 81, 17. — 882. Med., Rom. et pauci alii Codd. pro *inter tuta d.* exhibent *intra tuta d.;* quod Thiel. (in verbis *limine, moenibus, domibus* gradationem inveniens ut *intra tuta domorum* utique sit in ipsis domibus), Haupt. et Ladew. (cui tautologia videtur *moenibus in patriis* et *inter tecta domorum*) receperunt. Sed iure Wagn. vulgatam defendit; cum, etiamsi concedere velimus, *intra tuta domorum* significare posse i. q. in ipsis domibus, non tamen ipsas domos, sed moenia tantum intraverint Troiani et *inter* domos, non *intra* domos confixi sint, *intra* autem ex VI, 525. aut VII, 168 facile repeti potuerit. Gravius autem est, quod in min. edit. quaerit: „Num igitur equites ab equitibus interempti in ipsis domibus?" Nam Troianos equites equis

Confixi exspirant animas. Pars claudere portas,
Nec sociis aperire viam nec moenibus audent
Accipere orantis, oriturque miserrima caedes
Defendentum armis aditus inque arma ruentum.
Exclusi ante oculos lacrimantumque ora parentum
Pars in praecipitis fossas urguente ruina
Volvitur, inmissis pars caeca et concita frenis
Arietat in portas et duros obice postis.
Ipsae de muris summo certamine matres —

---

relictis domos intrasse parum credibile est. Cf. etiam Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 392. Etiam hic Benoist. Wagnero mihique adsentitur, Coniugton vero contra Wagn. disputans, quamquam in contextu *inter* servavit, in adnot. tamen *intra* praestare censet eandem, quam Thiel., statuens gradationem. Ceterum *Tuta domorum*, ut *strata viarum* et multa similia. Vid. ad Geo. I, 393. Aen. I, 310. 422. al. *Tuta* substantive etiam ap. Ovid. Trist. II, 201. Tac. Ann. I, 2. XV, 29. al. legitur. — **883**. *claudere* de conatu tantum claudendi videtur intelligendum; conferta enim turba per portam irruens impedit, quominus portae statim claudantur. — **884**. *aperire viam.* Cf. X, 864. *aperit si nulla viam vis.* — „*moenibus*, portis; e more loquendi, cum moenia latius dicantur quam muri.“ *Heyn.* Vid. ad II, 234. — *audent.* In recipienda hac plurimorum Codd. lectione mecum consentiunt omnes recentiores editores praeter Bryceum et Wagnerum, qui in Suppl. I. p. 362. etiamnum Med. et Gud. a m. pr. lectionem *ardent* defendere studet et hoc verbum etiam IV, 281. cum Infin. construi memorat. — Cum v. **885**. cf. II, 411. ubi eadem verba legimus. — **886**. „Agitur de portis nondum clausis, sed claudendis. Dum in eo sunt oppidani, ut portas claudant, ecce irruunt primi fugientes, quos, ne una cum iis hostis irruat, isti accipere intra urbem nolunt. Hinc oritur caedes partim eorum, qui vi ab ingressu portae fugientes prohibere volunt [ut claudi possint portae], partim eorum, qui vi irrumpunt et in resistentes irruunt.“ *Heyn.* Vel ipsi ab intraturis occiduntur, vel occidunt illos in eorum arma irruentes. Peerlk., cum Donatus in Codd. quibusdam invenerit *Defendentum aditus duro et sub Marte cadentum,* totum versum, quem etiam ipsi sententiae contrarium putat, quia de portis vere iam clausis cogitat, spurium censet, utpote ad ultima superioris verba supplenda et explicanda adiectum. — **887**. Cum verbis *Exclusi - - Pars* cf. XII, 278. ibique et ad VI, 580. adnott. — *ante oculos et ora parentum* iam legimus II, 531. — **888**. *in praecipitis fossas.* Cf. Ovid. Met. I, 97. *Nondum praecipites cingebant oppida fossae. Praecipitis* autem omnium fere et optimorum Codd. (praeter Rom.) est lectio. Permulta alia exempla huius Accus. a Verg. usurpati collegit Neue *Formenl.* II. p. 59 sq. — *ruinam* Heyn. de ruina soli, i. e. orae s. marginis fossarum, accipit; sed recte Wagn. censet, ruinae soli non convenire *urgendi* verbum, et sensum potius hunc esse: urgent se alius super alium ruentes. — **889**. *Volvitur.* Vid. ad IX, 433. — *inmissis frenis.* Vid. adnott. ad V, 662. — **890**. *Arietat.* Cf. Plaut. Truc. II, 2, 1. *Quis illic est, qui tam proterve nostras aedis arietat?* praeterea autem Silius IV, 149. *Boiorum ante alias mobilis ala arietat in primos;* Attius ap. Cic. Div. I, 22, 44. *connititur in me arietare;* Sen. de ira II, 3. *antequam acies inter se arietarunt.* Ceterum de Vocali *i* ut *j* pronuntianda cf. adnott. ad Geo. I, 397. et al. — *duros obice,* non cedentes, utpote firmo repagulo munitos; *postes* autem pro tota porta, ut II, 480. V. **891** sqq. cum Wagn. verba sic coniunge: *Ipsae summo certamine* (i. e. certatim: cf. V, 197.; non „in summo discrimine“, ut Serv. explicat) *de muris Tela manu iaciunt,* non: *ut de muris videre Camillam; et monstrat* accipo pro: docet, hortatur, sc. „ut hoc faciant exemplo Camillae pro Latio mori ausae.“ Cf. IV, 63. et IX, 44. ibique adnott. Verba enim *ut videre Camillam* (scil. fortiter morientem; quod non opus erat ut adiiceretur, cum inde a v. 868. narrata omnia caedem Camillae

Monstrat amor verus patriae, ut videre Camillam —
Tela manu trepidae iaciunt ac robore duro
Stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis
Praecipites primaeque mori pro moenibus ardent.
Interea Turnum in silvis saevissimus inplet

---

sequantur et ob eam eveniant), quae Heynio et Brunckio ab inepto quodam homine ad supplendum versum assuta videntur, idem Wagn. propterea addita censet a poeta, ut subiti ardoris matronarum causa ab insigni exemplo, plane ad excitandam muliebrem fortitudinem comparato, repeteretur. Quae Wagneri explicatio aperte praeferenda est Ruhkopfii, haec adnotantis: „Sensus est: *monstrat,* quales sint Latinae matronae, *amor verus patriae, ut,* i. e. ex quo, *viderunt* in urbe sua mulierem illam pro urbe et gente pugnaturam *Camillam.*“ Non tamen cum Iahnio adsentior Wagnero contendenti, sola verba *Monstrat amor verus patriae* parenthesin efficere et ad *videre* supplendum esse *tela manu iacientem,* quod sequens versus doceat. Immo vel elisio *patriae ut* demonstrare videtur, Vergilium haec coniuncta intelligi voluisse: monstrat amor patriae, cuius Camilla tam egregium edidit exemplum; neque video, quid languidi insit vulgatae rationi, totum versum 892. parenthesi includenti. (Süpflins, Bryce, Haupt., Ladew. et Conington Wagnerum, Gossr., Ribbeck. et Benoist. nos secuti sunt.) Ceterum sane negari non potest, haec quodammodo repugnare iis, quae v. 593 sq. legimus; sed similes repugnantias in multis Vergilii locis inveniri, vere memorat Wagn. Peerlk. illis omnibus de causis hunc versum, quo nihil molestius, nihil insuavius cogitari possit, spurium censet, et Vergilium potius *M. amor p. et virtus invicta Camillae* vel *M. amor p. et morientis imago Camillae* scripturum fuisse suspicatur; Ladew. vero, qui prius coniecturam suam *ut videre fugam illam* in contextum receperat (quam iure impugnat Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 413.), in recent. edit. recte ad Codd. lectionem reversus est, tamen locum, qui commode explicari non possit, corruptum censet. Cf. etiam quae in Append. p. 268. disputavit. — **893.** ***Tela manu iaciunt***, ut X, 264. Pro telis vero etiam utuntur stipitibus duri roboris et sudibus praeustis. Vid. ad VII, 524. — ***trepidae*** aliter explicandum, atque infra v. 589. et supra X, 283.; est enim i. q. festinantes, morae impatientes Cf. Geo. IV, 69. *corda bello trepidantia* ibique adnott. — ***robore duro.*** De hoc Ablativo materiae vid. ad I, 167. (655. II, 765. al.). — **894.** ***sudibus obustis.*** Cf. VII, 506. *torre obusto.* — **895.** ***Praecipites,*** ut ***trepidae,*** festinationem ac studium declarat. — ***pro moenibus mori,*** urbem defendentes mori. Cf. adnott. ad II, 234. — ***ardent*** ex melioribus libris (inter quos Med. a m. pr. et Gud.) pro vulg. *audent* recepit Heinsius. Peerlkampio tamen, qui confert IX, 217., *audent* de feminis suavius dictum videtur, idque receperunt Haupt. et prius etiam Ladew., qui tamen post ad alteram lectionem rediit. (Cf. etiam Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 362., qui de constructione cum Inf. confert IV, 281. *ardet abire fuga*) — **896.** ***saevissimus nuntius*** (i. e. res nuntiata) ***inplet*** (vid. ad IV, 189.) ***Turnum*** (animum Turni totum occupat, percutit) ***in silvis,*** qui tum in silvis versabatur; quare Praepositio, quam pauci quidam Codd. omittunt, abesse non potest. *Implere* autem Wagn. docet interdum absolute dici de eo, cuius animus vel nuntio aliquo, vel sono, vel fama ita percutiatur, ut vel perturbetur, vel stupeat, vel admiretur, vel alio modo afficiatur; coll. Val. Fl. II, 389 sq. et Ovid. Met. IX, 134 sq. et 665 sq., quibus adde Hor. Ep II, 1, 212. et locos Silii a Ladew. allatos, III, 45. et VIII, 121. Peerlk. autem, cui hoc *nuntius inplet Turnum,* Genitivo vel Ablativo rei non addito, qua impleatur, plane non Latinum videtur, locum corruptum et vitium in voc. *saevissimus* residere putat, pro quo alii Codd. *densissimus,* alii *lenissimus* exhibeant. Praeterea memorat, potuisse Vergilium scribere *Turnum in silvis formidinis inplet Nuntius* vel *Interea subito silvas saevissimus inplet Nuntius, et Turno* etc.; sed quid vere scripserit, non nisi ex melioribus Codd. cognosci, aut fortasse felici aliqua coniectura ex simili loco Aen. XI, 447. erui posse. —

Nuntius et iuveni ingentem fert Acca tumultum:
Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,
Ingruere infensos hostis et Marte secundo
Omnia corripuisse, metum iam ad moenia ferri.
Ille furens — et saeva Iovis sic numina poscunt —
Deserit obsessos collis, nemora aspera linquit.
Vix e conspectu exierat campumque tenebat,
Cum pater Aeneas saltus ingressus apertos
Exsuperatque iugum silvaque evadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi totoque feruntur
Agmine nec longis inter se passibus absunt,
Ac simul Aeneas fumantis pulvere campos
Prospexit longe Laurentiaque agmina vidit,
Et saevum Aenean adgnovit Turnus in armis
Adventumque pedum flatusque audivit equorum.
Continuoque ineant pugnas et proelia temptent,

---

897. *fert tumultum*, fert nuntium, quo in animo iuvenis magnus excitatur tumultus, quo animus eius graviter perturbatur. Consentiunt mecum in hac explicatione Wagn. in min. edit., Bryce et Benoist., reiicit eam Conington, qui *tumultum* de ipsa re intelligit, quae nuntiatur, ut V, 665. *Incensas perfert navis Eumelus* legimus. — **899.** *Ingruere.* Cf. XII, 628. — „*Marte secundo omnia corripuisse*, victores pugna facta omnia loca [omnem campum] occupasse. [Conington putat, Vergilii animo vel incendii (X, 407.), vel inundationis (Geo. III, 254.) notionem obversatam esse.] — **901.** Comparant illud *Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή* Iliad. I, 5. Pertinet autem hoc ad epicam oeconomiam, ne casu factum videatur, sed Iovis voluntate.“ *Heyn.* — *saeva Iovis numina* sunt saeva Iovis consilia, saeva Iovis voluntas, Dietschius vero Theol. Verg. p. 6. etiam hic de Iovis potentia cogitat, quae *saeva* dicatur, quod nihil sibi resistere et obniti patiatur. — *et saeva* (i. e. adversa, infesta) Heins. ex Codd. revocavit. Antea vulgo edebatur *iam saeva*. De Copula parentheses incipiente et hic fere pro *nam* posita vid. adnott. ad Ecl. IX, 11. Ribbeck. fortasse *en* legendum esse coniicit. Peerlk., cum alii Codd. pro *et* praebeant *iam, nam, si, sic*, et epitheton *saeva* non bene conveniat loco X, 104 sq., pro *et saeva* scribendum putat *aeterna*. — *sic poscunt*, ne possit Aeneas Turni insidiis opprimi. Ribbeck. ex Rom. pro *poscunt* recepit *pellunt*, quod recte spreverunt posteriores editores. — **902.** De locorum natura vid. supra v. 526 sqq. — **903.** *Vix e conspectu exierat.* Cf. I, 34. — **904.** *saltus apertos*, vacuos ab hoste vel abitu Turni. Verba *saltus ingressus apertos* iterantur in Anth. Lat. I, 14, 6. — **905.** *Exsuperat iugum.* Vid. VI, 676. coll. III, 698. Cum ipsa re cf. supra v. 513 sq. — Pro *silva opaca* pauci Codd. minoris pretii *silvas opacas.* Sed vid. ad IX, 99. — **609.** *rapidi.* Vid. ad I, 644. — **907.** *longis passibus* pro multis passibus (i. e. longo spatio), ut X, 549. *longos annos.* Conington haec verba vel cum *inter se* (longis passibus inter se interiectis) vel cum *absunt* coniungi posse censet, ut *abesse* hic sit i. q. *distare.* Haec altera ratio videtur praestare et Gossr. apte confert Sall. Iug. 55. *Duobus locis haud longe inter se castra faciebant*, i. e. haud longe inter se distantibus. Ceterum in distinguendo hoc loco et verbis coniungendis nunc mutata sententia sequor recentiores editores. — **908.** *Simul* respondet Copulae *et* v. 910., ut sensus sit: eodem tempore Aeneas conspexit Turnum et hic agnovit Aeneam. Vide supra ad v. 864. — *fumantis pulvere campos.* Conington confert Eur. Troa. 1320. *κόνις δ' ἴσα καπνῷ πτέρυγι πρὸς αἰθέρ'.* — **910.** *saevum* (i. e. fortem; vid. ad I, 99.) *Aenean in armis*, armatum (vid. ad III, 595. V, 440. et al.). — **911.** *pedum*, i. e. peditatus. — *flatus*, hinnitus, ut ap. Silium V, 433. *flatusque imitantur equorum.*

Ni roseus fessos iam gurgite Phoebus Hibero
Tinguat equos noctemque die labente reducat.
Considunt castris ante urbem et moenia vallant.

Intelligendi autem sunt equi adventantium equitum. Cf. etiam supra v. 607. huic simillimus. Etiam hic mihi adsentitur Benoist., obloquitur Conington, parum probabiliter de equis vectuariis cogitans. — „*ineant - - temptent:* iniisseut, tentassent, ni tinxisset, h. e. mersisset, equos Phoebus Oceano occiduo, qui ultra Hispaniam patet.“ *Heyn.* De quo usu Praesentis et Imperfecti rem vividius tamquam praesentem exprimentis in locis, ubi Plusquamperf. exspectamus, cf. adnott. ad Aen. III, 187. VII, 808. Bach. ad Ovid. Met. I, 696. idemque ad Tib. I, 8, 22. — Cum v. **913.** cf. XII, 114., ubi contrarium est: *Cum primum alto se gurgite tollunt Solis equi.* Peerlk. pro *roseus* praeter ullam necessitatem coni. *serus*, coll. Senec. Herc. Oet. 488. et Silio XV, 224. 914. — *gurgite Hibero.* Conington confert Iuven. XIV, 280. *Herculeo stridentem gurgite Solem.* — *Tinguat equos.* Cf. Geo. I, 246. II, 481. Lucr. V, 720. Ovid. Met. II, 172. all. Haud dubie respexit hunc locum Silius I, 209. sic scribens: *Ubi fessus equos Titan inmersit anhelos.* — *noctemque - - reducat.* Cf. Hom. Il. VIII, 485. Idem Peerlk., qui, coll. Scaligero de re poet. p. 754., haeret in dictione *Sol noctem reducit*, coni. *Noctique - - recedat.* Sed quidni Sol occidens dici possit noctem reducere, imprimis cum addantur verba *die labente!* Sequitur nox diem, ideoque dies labens s. Sol occidens noctem quasi post se ducit et quotidie reducit.

P. VERGILI MARONIS
A E N E I S.
LIBER DUODECIMUS.

ARGUMENTUM.

Turnus, qui, fractis Latinorum animis, omnem spem suam in se uno sitam videt, singulari certamine cum Aenea dimicare statuit et nec dissuadentis Latini precibus nec Amatae reginae lacrimis retineri potest, quin Idmonem quendam mittat, qui Aeneam de consilio suo certiorem faciat (1—80.). Accipit conditionem Aeneas, uterque ad certamen se accingunt; foederis leges ab Aenea proponuntur et sacra instituuntur; Troes Italique certamen spectaturi conveniunt (81—133.). Iuno vero excitat Iuturnam nympham, Turni sororem, quae aut hunc morti eripiat, aut rem ex foedere componendam perturbet (134—160.). Sancitur foedus (161—215.). At Iuturnae Camertis speciem induentis artibus a Rutulis rumpitur, cum Tolumnius augur, falso augurio certam suis victoriam promittens, unum ex Gylippi filiis hasta traiiciat (216—276.). Quo facto pugna redintegratur (277—310.). Aeneas quoque, dum subiti tumultus causam ignorans inermis suos revocare conatur, sagitta vulneratus proelio excedere cogitur (311—323.). Qua re intellecta Turnus irruit in hostes et ingentem stragem edit (324—382.). Interim Venus, decerpto ex Ida Cretensi dictamno herba filio suo vulnerato medetur (383—429.). Refectis viribus Aeneas, Ascanium paucis suo exemplo ad virtutem cohortatus, cum omnibus, qui circum ipsum erant, castris exit (430—445.). Caeduntur pelluntarque Rutuli, dum Aeneas Turnum nominatim ad pugnam deposcit. Verum, cum Turnus sui copiam non faciat (Iuturna enim, quae excusso Metisco auriga currum eius moderatur, in diversam semper partem habenas deflectens, congredi eos non patitur), Aeneas, a Messapo telo petitus, vertitur et ipse ad caedendos hostes (446—499.). Summa vi certatur ab utraque parte et magna strages editur. Tandem Aeneas Veneris instinctu oppugnandae urbis consilium capit, admotoque ad moenia exercitu, in propugnacula proximaque aedificia ignem coniicit (500—592.). Tum inter summam omnium trepidationem Amata, Turnum cecidisse opinata, doloris impatientia suspendio vitam finit (593—613.). Turnus territus strepitu ab urbe ad aures accidente et dolum Iuturnae perspiciens, cum per Sacem tristem rerum statum et Amatae mortem comperisset, diutius retineri non potest, quin solus cum Aenea solo contendat eumque ex praescripto foederis ultro ad singulare certamen provocat (614—696.). Digladiantur inter se et Turnus fracto gladio inermis fugit (697—745.). Insequitur Aeneas. Iuturna suum gladium Turno reddit et Venus Aeneae hastam in arboris radice haerentem extrahit (746—790.). Interea Iupiter Iunonem ulterius saevire vetat, et illa, postquam coniunx petenti promisit, Latinos patrium nomen, sermonem et vestitum servaturos esse, placata discedit (791—842.). Iupiter, ut Iuturnam a Turno removeat, mittit unam ex Diris, quae noctuae specie ante Turni oculos volitet, coque monstro territa Iuturna cum luctu gemituque a fratre discedit (843—886.). Aeneas cum victi hostis precibus iam paene ad misericordiam flecteretur, conspecto in humeris eius balteo, quem occiso Pallanti Turnus detraxerat, repente ira accensus gladio per pectus adacto eum vita spoliat (887—952.).

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos
Defecisse videt, sua nunc promissa reposci,
Se signari oculis, ultro inplacabilis ardet
Attollitque animos. Poenorum qualis in arvis,
Saucius ille gravi venantum volnere pectus,
Tum demum movet arma leo gaudetque comantis

„Tela iam detexta et rebus ad novissimum momentum adductis, cum pugna altero die exspectanda sit, qua Turnum esse casurum facile quisque praevidet: nova rerum momenta excitavit poeta variavitque narrationem mirifice. Pugnae utriusque exercitus substituitur certamen inter Aeneam et Turnum singulare. Foederis conditiones ipsum Aeneidis argumentum et finem continent, ut Troiani in Latio (v. 187 sqq. 202 sqq.) sedes accipiant. Nec tamen hoc exitum habet, turbato foedere. Ita nova rerum conversio exoritur. Increscit nostra sollicitudo, cum Aeneam vulneratum, eoque ex pugna subducto, Turnum audacter, si umquam, se iactantem videamus. Praeter spem Aeneas sanatus in pugnam redux Turnum ad pugnam deposcit. Sed et hanc nostram exspectationem intercipit Iuturnae fraus. Ad ultima perventum est, cum Aeneas ad urbem exercitum ducit eamque oppugnare constituit. Procedit nunc Turnus in pugnam et victus interimitur.“ *Heyn.* — 1. *infractos*, plane fractos. Cf. adnott. ad V, 784. et X, 731. Serv. minus recte interpretatur: antea semper non fractos ac si Adiect. esset, non Part. verbi *infringere*. Ceterum hic versus ter respicitur in Anth. Lat. II, 192, 11. *Turnus iam fractis adverso Marte Latinis Sese in arma parat*, II, 193, 53. *Turnus ut infractos vidisset et undique caesos* et II, 194, 67. *Turnus ut infractos vidit cessisse Latinos.* — 2. *Defecisse* eodem sensu, quo supra XI, 231. et 424. — „*sua nunc promissa reposci*, posci, exspectari, ut iis satisfaciat. Sunt promissa de pugna cum Aenea ineunda: XI, 436 sqq.“ *Heyn.* Repetuntur haec verba in Anth. Lat. I, 172, 160. — De *reposcendi* verbo pro simplici *poscendi* posito Thiel. conferri iubet Ruhuk. ad Rutil. Lupum. p. 109. ed. Frotsch. Sed etiam in eiusmodi locis voculam *re* propriam vim suam retinere, vidimus ad Aen. II, 139. IV, 656. Geo. II, 194. et al. Poscimus enim, ut, qui nobis aliquid promisit, fidem suam exsolvendo promissum quasi *re*dimat. *Promissa* autem *reposcere* legitur etiam ap. Val. Fl. VII, 650. Suet. Aug. 42. Flor. III, 17, 9. al. Peerlk., coll. Aen. II, 139. et VII, 606., praeter necessitatem coni. *se nunc prom. reposci.* — 3. *Se signari oculis.* Conington comparat notissimum illum locum Cic. Cat. I, 1. *notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum.* — *ultro*: nullis adhuc probris ac conviciis a quopiam lacessitus, ut supra XI, 346 sqq. et 371 eqq. a Drance. Cf. adnott. ad X, 282. Geo. II, 204. Aen. II, 145. IX, 127. et al. Peerlk. et hunc versum coniectura vexavit, pro *ultro* substituens *ira.* — *inplacabilis ardet*, ardet ira inplacabili. — 4. *Attollit animos*, magis etiam, quam antea, ira et pugnandi cupiditate accenditur. Cf. II, 381. Prop. V, (IV,) 6, 51. *attollit vires*, i. e. anget, et Epit. Iliad. 494. *attolluntque animos.* Sic etiam Verbo simplici *tollere animos* IX, 127. et al. — Cum comparatione, quae sequitur, cf. Hom. Il. V, 136 sqq. XX, 164 sqq. Hes. Sc. Herc. 426 sqq. Stat. Theb. II, 128 sqq. Silius X, 242 sqq. Lucan. I, 205 sqq. VI, 220 sqq. Val. Fl. III, 597 sqq. Quint. Cal. III, 142 sqq. et Verg. ipse supra IX, 551 sqq. — *Poenorum in arvis.* Eodem iure licuit poetae quamque aliam terram ponere, quae leones alebat. — 5. *ille - - leo.* Vid. ad XI, 809. — *saucius - - pectus.* Vid. ad Ecl. I, 55. et al. — *venantum volnere*, a venantibus accepto. Vid. ad II, 436. et al. — 6. *Tum demum*, i. e. ubi saucius est. Cf. adnott. ad Aen. II, 391. — „*movet arma* a virorum pugna petitum: ad pugnam se parat. Cf. Geo. III, 236. et Stat. Theb. II. 130.“ *Heyn.* — Verba *Tum demum movet arma leo* repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 29. Wold. Ribbeck. comparat Wernsd P. Lat. min. I, 290, 93. *excussis movet arma toris* et Priscian. laud. Anast. 67. *ut leo, - - nisi nobilis ora lacessat, Non movet arma.* — *gaudet - - excutiens.* Vid. ad Geo. II,

Excutiens cervice toros fixumque latronis
Inpavidus frangit telum et fremit ore cruento:
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.
Tum sic adfatur regem atque ita turbidus infit:
„Nulla mora in Turno; nihil est, quod dicta retractent
Ignavi Aeneadae nec, quae pepigere, recusent.
Congredior. Fer sacra, pater, et concipe foedus.
Aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam,

---

510. Sic etiam infra v. 82. et 702. *gaudet* cum Partic. construitur. — *comantes toros*, iubam. Cf. adnott. ad Aen. II, 391. et Geo. III, 81. Sic Catull. 63, 83. *Rutilam ferox torosa cervice quate iubam.* Ambros. Hexaem. VI, 6. (a Peerlk. laud.) hunc locum imitatus scripsit: *Eximia leonis pulchritudo comantes cervice toros excutit.* Praeterea verba *Excutiens cervice toros* etiam iterantur in Anth. Lat. I, 172, 31. — 7. *fixum*, corpori infixum, corpore receptum. — „*latronis*, h. l. venatoris, qui ex insidiis eum aggressus erat: translate ab iis, qui vias obsident praedandi causa.“ *Heyn.* Ceterum de voce *latronis* cf. Varro L. L. VII, 52. p. 141. M. Nonius h. v. p. 134., et Festus h. v. p. 118. M. Peerlk. haec verba *fixumque latronis* una cum toto v. 8. sine iusta causa censet spuria (scil. quod nemo posteriorum hunc locum imitatus sit, quod leo telum non facile frangere studeat, sed potius in hostem irruat, et quod non satis intelligatur, quid sibi velit os cruentum). — 8. Conington conferri iubet Hom Il. XII, 45. — *fremit ore cruento*, ut I, 296. *Fremere* autem verbum propr. est de leonibus. Cf. Varr. L. L. VII, 104. p. 160. M. *Multa ab animalium vocibus translata in homines. - - Ennii a leone: Pausam fecere fremendi.* Silius VII, 425. XI, 245. (et Drak. ad eiusd. X, 244.). Sic etiam de tigribus (ap. Val. Fl. II, 260.) et aliis feris bestiis; de equis usurpatum videmus Geo. I, 12., ubi vid. adnott. — 9. *gliscit violentia Turno.* Vid. ad X, 151. — *accenso.* Vid. ad IV, 697. — 10. *turbidus.* Vid. X, 763. et XI, 742. — *infit.* Vid. ad V, 708. et X, 860. — 11. „Repetit Turnus, quae iam XI, 434 sq. dicta, dum se pugnae singulari cum Aenea obtulerat. — 11. 12. Respicit XI, 115 sq. Aeneae verba ad legatos Latinorum, sed in invidiam Aeneae traducta.“ *Heyn.* — *Nulla mora in Turno.* Cf. Ecl. III, 52. *in me mora non erit ulla; in Turno* autem pro: in me. Vid. ad III, 380. X, 374. et al. Sic statim post v. 23. *Latino.* — „*retractent* non est, quod Serv. voluit, *repetant et revolvant*, sed revocent, recedendo ab iis, de quibus iam conventum erat; nam sequitur *recusent.*“ *Heyn.* Cf. infra v. 889. Plin. Epist. X, 112. Cic. Tusc. I, 31, 76 Liv. III, 52. etc. Verba *nihil est, quod dicta retractent* repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 107. — 13. *Congredior*, in eo est, ut congrediar, i. e. stat congredi. Vid. ad IX, 21. et X, 801. — *fer sacra.* Cf. infra v. 118 sq. et 170 sqq. Foedus autem a veteribus non iniebatur, nisi sacro ante facto. — *patĕr*, ut XI, 469. Vid. ad Ecl. I, 38. (Geo. II, 211. al.), imprimis ad Aen. V, 521. (quam adnot. conscribens nondum potui respicere, quae Nettleship, qui Vol. III. edit. Coningt curavit, in Exc. ad hunc librum (p. 465 sqq.) de productione ultimarum syllabarum apud Vergilium accurate disputavit). — *concipe foedus*, fac verbis ex more conceptis. Cf. infra v. 158. et Stat. Achill. II, 228. *iunge manus et concipe foedus* (ubi vid. Barth.). Sic Ovid. Met. VII, 594. *concipere vota*, Fast. I, 182. et Sen. Troad. 1100. *concipere preces* cett. Conington conferri iubet Cic. ad Qu. Fr. II. 15. a. *vadimonium concipere*, i. e. proferre formulam vadimonii. Eiusmodi verba concepta vide infra v. 197 sqq. — 14. *Dardanium* cum contemptu sic unde positum esse, observat Wagn., ut IV, 662. *Dardanum* (ubi vid. adnott.), atque IV, 640. et XI, 399. *Dardanium caput;* alias enim nusquam Aeneam simpl. vocari Dardanium, sed Dardanium Aeneam, vel ducem, ductorem, virum Dardanium. Sic autem longe fortiorem evadere locum, quam si, Commate in fine versus sublato, construamus *Dardanium desertorem Asiae*, quisque videt. — *sub Tartara mittam.* Cf.

Desertorem Asiae, — sedeant spectentque Latini —
Et solus ferro crimen commune refellam;
Aut habeat victos, cedat Lavinia coniunx."
Olli sedato respondit corde Latinus:
„O praestans animi iuvenis, quantum ipse feroci
Virtute exsuperas, tanto me inpensius aequum est
Consulere atque omnis metuentem expendere casus.
Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
Multa manu, nec non aurumque animusque Latino est.

VIII, 563. et XI, 397. — **15.** „*Desertorem Asiae*, invidiose, quasi transfugam: supra VII, 358. *exsules Teucros* dixerat Amata. — *sedeant* ad ignaviam exprobrandam esse accommodatum vidos." *Heyn.* Cf. adnott. ad IX, 4. Wagn. potius Homerum poetae ante oculos fuisse putat Il. III, 68 sqq., coll. etiam Epit. Iliad. v. 267.; ignaviae tamen exprobrationem quandam inesse verbis coniunctis *sedeant spectentque*, non negaverim, in quo mecum consentiunt Wagn. in min. edit. et Ladew. Cf. etiam supra XI, 460. Conington tamen coll. v. 78. haec cum contemtu a Turno dici negat. — V. **16.** Servius recte videtur explicare: „Commune fugae ac timoris dedecus solus meis viribus comprimam." Nam sane verba *solus* et *crimen commune* (omnium Latinorum et Rutulorum: cf. v. 34.) sic sibi opponuntur, ut altera explicatio (criminationem ab omnibus Latinis mihi factam) reiicienda sit. — *refellam.* Cf. infra v. 844. *dextra Drancis dicta refellam.* Codd. quidam deterioris notae *repellam.* — **17.** *habeat* (in potestate, in ditione) *victos*, i. e. me victum. Cf. similem locum X, 862 sqq. Heins. sine ulla causa coni. *Aut abeat victor.* — *cedat.* Vid. ad III, 297. 333. — *Lāvīnia*, ut VI, 764. VII, 72. et al.; sed *Lăvīnia* VII, 359., ut *Lăvīni* I, 258., quod adnotat Conington. — **18.** Wagn. apte confert Ennianum illud p. 17. Hessel. (Ann. I. fr. 31. p. 9. Vahl.) *Olli respondet rex Albaï Longaï.* Numeri quoque quam bene conveniant rei expositae, quisque videt. De forma *olli* vid. ad I, 254. Verba *sedato corde* apertum est opponi vv. *turbidus infit* v. 10. Ceterum cf. IX, 740. et adnott. ad I, 254. — **19.** *praestans animi*, ut ap. Silium V, 92. *praestans belli*, et Tac. Ann. VI, 6, 2. *praestantissimus sapientiae.* Sic *egregius animi* legimus supra XI, 417., ubi vid. adnott. Ceterum in antiquis glossis ad Verg. Aen. XII. ex Barthii Advers. XXXIII, 13. (quas Lion adiunxit edit. Serv. II. p. 371 sq.) verba *O praestans animi iuvenis* ex „seno Ennio" translata perhibentur (ubi Lion *ex sexto Ennii*, Vahlen. antem p. 178. simpliciter *ex Ennio* vult legi). — „*quantum ipse* pro: quo ferocior tu es, eo magis consentaneum est cett. Ex Attii Antigone expressa vult Macrob. VI, 2, [17. p. 511. Ian.] *Quanto magis te istius modi esse intellego, Tanto, Antigona, magis me par est tibi Consulere et parcere.*" *Heyn.* Peerlk. tamen, coll. Ovid. Met. XIII, 367. et Heinsio ad Ovid. Her. XVIII, 71., scribendum putat *quanto.* Sed etiam alibi haud raro *quantum* cum Verbo coniunctum opponitur *tanto* cum Comparativo iuncto et contra. Cf. Liv. V, 10. VI, 38. XXXII, 5. XLIV, 7. Tac. Hist. II, 99. Ann. II, 24. etc. Quod autem attinet ad collocationem verborum *quantum - - tanto*, Conington confert Caes. B. C. I, 81. *quantum opere processerant - - tanto aberant ab aqua longius.* — *feroci virtute.* Cf. X, 610. *animus ferox.* **22.** *Sunt tibi - - - Sine me*: haec iungenda ad absolvendam sententiam. Callide senex Latinus ea praemittit, quae dolorem et iram lenire possint. Habes regnum paternum, cuius ditio nuper captis aliquot oppidis aucta est, cett. - - - verbo: adsunt omnia, quae moderatis votis satisfacere possint; sed meae filiae coniugio potiri non potes." *Heyn.* — **23.** *manu*, virtute bellica. Vid. ad II, 434. (VI, 683. XII, 627.). — *Latino* (i. e. mihi) *est aurum* (vid. ad XI, 213.) *animusque*, i. e. voluntas inde tibi largiendi, quantum satis est, s. liberalitas; unde etiam apparet, pervertere loci sententiam eos, qui (ut Gifanius in Ind. ad Lucr. p. 462.) cum paucis quibusdam Codd. edi malunt *animus aurumque.* Peerlk. haec verba *nec non aurumque animusque L. est* tamquam obscura et inepta eiicienda cen-

Sunt aliae innuptae Latio et Laurentibus arvis
Nec genus indecores. Sine me haec haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis; simul hoc animo hauri:
Me natam nulli veterum sociare procorum
Fas erat, idque omnes divique hominesque canebant.
Victus amore tui cognato sanguine victus,
Coniugis et maestae lacrimis vincla omnia rupi:
Promissam eripui genero, arma inpia sumpsi.
Ex illo qui me casus, quae, Turne, sequantur
Bella, vides, quantos primus patiare labores.
Bis magna victi pugna vix urbe tuemur
Spes Italas, recalent nostro Tiberina fluenta

---

set, nt versnm imperfectum habeamns. — 24 sq. Cf. Hom. Il. IX, 395 sqq. Pro vulg. *agris* cum Hauptio, Ribbeckio, Ladew. et Benoisto nunc recepi Med. lectionem *arvis*, cum *agris* facile ex XI, 431. repeti potnerit et haec dno vocc. saepissime confundantur (vid. Geo. II, 341. III, 249. Aen. VII, 537. X, 390. XI, 247. XII, 516.). Quo iure antem Wagn. in Phil. Suppl. I. p. 392. Pal., Rom., Gud. aliorumque Codd. lectionem *agris* (etiam a Coningtone servatam, quamqnam *arvis* fortasse praeferendum censet) defendens scripserit: „Agri notio complectitur etiam habitationem hominum, non item a r v i," nemo facile dixerit. Cf. etiam, quae opponit Ladew. in Append. p. 268. coll. locis Ecl. I, 3. Aen. III, 171. et VII, 537. Adde XI, 248., nbi Wagn. de ntrinsque vocis discrimine paulo subtilins disputavit. — 25. *Nec genus indecores*: Servins confert οὐχ ἀσχήμονες τὸ γένος, et editores putant, poetae obversatum esse locum Hom. Il. IX, 399 sq. Cf. autem VIII, 114. *Qui genus?* ibique adnott. De forma *indecores* pro vulg. *indecori* cf. adnott. ad VII, 231. — *haud mollia fatu*. Cf. Silius I, 113. *subiicitque haud mollia dictu*. — 26. *sublatis dolis*, sine ullo dolo, aperte, ingenue. — *simul hoc animo hauri*, ἐμβάλλεο θυμῷ, hoc ipsum, qnod dicturus sum, penitus ad animum tuum admittas. Cf. III, 250. et adnott. ad IV, 359. (et X, 648.). Peerlkampio etiam haec verba spnria videntur. — 27. *veterum*, priorum, qui ante Aeneae adventum Laviniam petierant. Cf. VII, 54 sqq. — 28. *idque omnes divi* etc. Cf. supra VII, 53. et 97 sqq. — *canebant*. Vid. ad II, 124. — 29. *Victus - - victus*. Vid. adnott. ad (Ecl. IV, 6. Aen. I, 315.) I, 750. et XI, 358. — *cognato sanguine*: Venilia enim, Turni mater, soror erat Amatae, uxoris Latini. Vid. VII, 366. et X, 76. — 30. *vincla omnia rupi* religionis et foederis; nt ex verbis proxime sequentibus apparet. Latinus, nt Turno parcat, culpam snam nimium auget; ipse enim neque Laviniam Turno desponderat neque bellnm cum Troianis gerendnm suaserat. — 31. *Promissam eripui genero*. Nam Aeneae per legatos promiserat filiam (VII, 267 sqq.). Cf. etiam XI, 105. — *genero*, scil. futuro. Vid. ad Ecl. VIII, 8. Aen. III, 330. IV, 35. Propterea etiam *arma* vocantur *inpia*, quasi contra populares (certe contra amicos foedere iam coniunctos et contra deorum voluntatem) capta. Cf. adnott. ad Ecl. I, 70. et Aen. VI, 612. In Anth. Lat. I, 178, 156. hic versus sic mutatur: *Eripui leto, fateor, me, arma impia sumpsi*. De hiatu *genero, arma* vid. ad Ecl. II, 24. 53. Aen. I, 16. al. — 33. *primus*, prae ceteris, ἐν προμάχοις, ut II, 613. *Iuno Scaeas — portas Prima tenet*. Vid. ad II, 40. III, 437. et al. Ameisio in *Hom. Klein.* p. 17. *primus* hic est dux („*an der Spitze, als Anführer*"). – 34. Vix ipsa nrbs superest, qua spes Italiae tueamur. *Spem* antem *Italiae* magnifice dictum, nt III, 1. *res Asiae* et similia. „Extra urbem perierunt omnia, nt vix tueamur, quae retinemns inclusa." *Donatus*. — Cum v. 35 sq. cf. VI, 87. et VIII, 583 sq. — *recalent* Heyn. interpretatur per „iterum calent, magna quod bis victi pugna;" sed rectius Wagn. docet, verbnm *recalent* non esse de iterata, sed tantum de priore pugna ante occisorum cre-

Sanguine adhuc campique ingentes ossibus albent.
Quo referor totiens? quae mentem insania mutat?
Si Turno exstincto socios sum adscire paratus,
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid consanguinei Rutuli, quid cetera dicet
Italia, ad mortem si te — Fors dicta refutet! —
Prodiderim natam et connubia nostra petentem?
Respice res bello varias, miserere parentis
Longaevi, quem nunc maestum patria Ardea longe
Dividit.“ Haudquaquam dictis violentia Turni

---

mationem accipiendum, quod imprimis demonstrent verba *campique ingentes ossibus* (combustorum) *albent.* Nempe *re* — in quibusdam verbis compositis significare rei alicuius in contrariam mutationem; ut igitur alias *repleantur* vacua, *releventur* onusta etc., sic h. l. *recalere* flumen, quod antea gelidum fuerit. Cf. etiam adnott. ad Geo. II, 29. Ceterum de h. l. cf. etiam Heins. ad Silium I, 126. (ubi legimus: *Lacus flagrantes sanguine cerno*). Maronem imitatus est Claud. B. Get. 515. *Sanguine quam largo Graios calefecerit amnes.* Nihilominus Peerlk. hunc totum locum inde a verbo *recalent* usque ad finem v. 37. non a Vergilio scriptum suspicatur. Eiusmodi tamen reiamplificatio omnem modum excedens poetis Latinis omnino usitatissima, neque a Vergilio aliena. — *Tiberina fluenta.* Vid. ad Geo. IV, 369. et Aen. VI, 327. Ribbeck. (quem etiam hic sequitur Benoist.) cum Med., Pal. et Rom. scribit *Thybrina*, quod etiam Coningtoni fortasse probandum videtur. — *campi ossibus albent.* Cf. V, 864. Sen. Oedip. 94. *albent ossibus sparsis solum.* Ovid. Fast. III, 708. *Testes estote Philippi Et quorum sparsis ossibus albet humus.* Stat. Silv. II, 7, 65. *Albi ossibus Italis Philippi.* Hor. Sat. I, 8, 16. Silius IX, 190. Val. Fl. III, 166. *Λεύκ' ὀστέα* iam Hom. Od. I, 161, commemorat. Ceterum haec ad alteram pugnam spectare, qua exorta, qui in priore ceciderant, nondum humati erant, in promptu est. — 37 sqq. „*Quo referor?* a consilio semel capto revocor? Cur toties consilium muto, foedere cum Troianis semel sancito? - - - Quam insanum est, non statim te vivo id facere, quod te sublato necesse erit mihi facere?“ *Heyn.* „Latinus suam sibi ipse inconstantiam exprobrat haud ignarus ille quidem, quid debeat Troianis ex fato ac foedere, sed animo tamen ad Turni causam inclinatior.“ *Wagn.* Ceterum cf. locus simillimus IV, 595. *Quid loquor? aut ubi sum? quae mentem insania mutat?* — **38.** *incolumi*, sc. Turno. Troianos recepturus sum te interempto, quidni recipiam te vivo? — *adscire*, i. e. adsciscere, sibi adiungere, quod, cum de foedere agatur, unice verum. Cf. supra XI, 308. Ante Heins. vulgo edebatur *accire* vel *adcire*, i. e. arcessere, quod non est huius loci. De forma *adscire* cf. Walch. ad Tac. Agr. c. 19. p. 270. — **39.** *certamina tollo.* Conington confert Ciris 367. *tollere pugnas.* — **40.** *consanguinei Rutuli*, propter cognationem Amatae et Veniliae. Vid. ad v. 29. — **41.** „*Fors dicta refutet!* Avertat Fortuna omen, quod dictis inest!“ *Heyn.* Cf. II, 190. et similes locos. — *connubia nostra petentem.* Cf. VII, 54. et IX, 600. Repetuntur haec verba in Anth. Lat. I, 170, 48. — **43.** *res bello varias.* Cf. X, 160. — „*Miserere parentis*, cui morte tua maximum dolorem parabis, et qui nunc tam longe abest, ut praesens te sui commonefacere nequeat.“ *Iahn.* Iterantur haec verba in Anth. Lat. I, 178, 81. — **44.** *longe* Serv. male iungit cum *maestum.* Immo *longe dividit* coniunge, etsi Ardea non admodum longe aberat a Laurento; nam consulto poeta omnia amplificat; in quam rem Heyn. confert supra XI, 317. *ager longus in occasum.* Nescio tamen, an Thiel. et qui eum sequuntur, Wagn. et Ladew., rectius censeant, hoc Adverb. poni Dauni respectu habito senis decrepiti, cui distantia sane longa videri debeat, qua prohibeatur, ne praesentiae et auctoritatis pondere filii consilia in melius flectere possit. Eadem ratione dictum I, 252. *longe disiungi* et similia. Vid. Hand. Turs. III. p. 548. Ceterum cf. Aen. III, 383. — **45.** *Dividit.* Vid. ad

Flectitur; exsuperat magis aegrescitque medendo.
Ut primum fari potuit, sic institit ore:
„Quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me
Deponas letumque sinas pro laude pacisci.
Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra
Spargimus, et nostro sequitur de volnere sanguis.
Longe illi dea mater erit, quae nube fugacem
Feminea tegat et vanis sese occulat umbris.“

III, 383. — *violentia Turni.* Cf. X, 151. — **46.** *exsuperat*, crescit, augetur. Cf. II, 759. *flammae exsuperant.* — *aegrescit medendo*, dum ei medicina affertur. Cf. quae ad II, 81. disputavimus, et vide etiam Geo. II, 239. 250. III, 215. 454. cett. Med. *tuendo*, quod ex I, 713. repetitum videtur. Vulgatam praeter ceteros omnes Codd. tuetur etiam Lutat. ad Stat. Theb. I, 400. Conington comparat I, 713. *ardescit tuendo*, ubi Med. in margine *aegrescit* adscriptum appareat. — **47.** *Ut primum fari potuit*, antea enim nimius dolor vel iracundia praecluserat vocem. Cf. XI, 151. Haec verba repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 50. — *sic institit ore*, sic loqui exorsus est. Ut enim *insistere viam* est incipere aliqua via proficisci (*einen Weg betreten*), sic etiam *insistit ore*, qui dicere incipit. (Cf. etiam adnott. ad IV, 533.) In Med. nunc legitur *incipit*, ut infra v. 692., eamque lectionem etiam Gud. commemorat; sed Pierius docet, in Med. ab initio scriptum fuisse *institit*, ut in ceteris bonis Codd. Non tamen reticendum, in Anth. quoque Lat. III, 81, 69. legi *sic incipit ore*, quod vero etiam ex altero illo loco depromi potuit. — **48.** *curam geris*, ut IX, 311. *curam gerens.* — *pro me.* Conington comparat VI, 352. *pro me cepisse timorem.* Haec autem verba Turnus exacerbatus cum vi quadam repetit: Quam curam pro me gerere te dicis, hanc non opus est ut pro me geras, optime; immo deponas; nam vir fortis gloriosam mortem praeponit saluti. *Servius*, nescio an paulo subtilius: „Bis quidem ait *pro me*, sed diversa affectione; namque haec dicit: Quam pro salute mea sollicitudinem geris, hanc pro mea fama et gloria quaeso derelinquas etc.“ Bothius temere coni. *prompte Deponas.* — **49.** „*letum pro laude pacisci*, h. e. leto redimere laudem, gloriam. *Letum* autem, cuius saltem discrimen subibat pugna suscepta. Cf. v. 74. Supra V, 230. eodem sensu *vitam pro laude pacisci* erat dictum. Scil. pactione et damus aliquid et accipimus; utrumque *pacisci* designare potest; ideoque et vitam pacisci quis et mortem potest, illam reddendam, hanc ferendam.“ *Heyn.* Wagn. apte comparat nostrum: *das Leben für den Ruhm einsetzen.* Similiter Ovid. Met. XIII, 192. *laudem cum sanguine pensare*, ubi vid. Bach. — **50.** Cf. Hom. Il. XX, 437. — *Et nos* cett. Cf. de hoc usu Copulae adnott. ad Ecl. II, 44. — **51.** *tela spargimus.* Cf. VII, 687. VIII, 695. XI, 650. Silius XI, 390. VII, 365. all. — *nostro volnere*, a me illato. Sic etiam Silius IX, 396. *et nullus nostro de vulnere sanguis*, ubi vid. Heins. et Drak. Cf. etiam supra v. 5. *venantum vulnere;* II, 436. *vulnere Ulixi* (ibique adnott.) all. Heyn. confert Hom. Il. XX, 435 sqq. — **52** sqq. Cf. Hom. Il. V, 311 sqq. — *Longe illi mater erit*, non proderit, auxilium non feret. Sic *longe esse* et *abesse alicui* haud raro. Cf. Ovid. Met. VIII, 434. XI, 479. Her. XII, 53. Plin. Pan. 49. Flor. II, 2, 8. etc. Oudend. ad Caes. B. G. I, 36. Drak. ad Silium XVII, 79. Ruhnk. ad Ovid. Her. XII, 53. Bremi ad Nep. Timoth. IV, 3. Heyn. et Dissen. ad Tib. I, 5, 2. Bach. ad Ovid. Met. IV, 650. — *feminea nube*, i. e. materna, a matre missa eique circumfusa. Schrader. temere coni. *Caerulea.* — **53.** Heyn., Semicolo post *tegat* posito difficultatem, quam priores editores h. l. invenerunt, sublatam censens, verba sic interpretatur: „*et vanis* (h. e. in vanum) *sese occulat* (pro occulet) *umbris*, sc. quibus Aeneas antea nube a matre tectus occultatus fuerat.“ Sed si aberit ei mater, quomodo fieri potuit, ut nihilominus Aeneas umbris s. nube se occulat, etsi frustra s. in vanum? Quare longe rectius Wagn. haec verba ad ipsius Aeneae animum et cogitationem referenda et sic capienda esse

At regina nova pugnae conterrita sorte
Flebat et ardentem generum moritura tenebat:
„Turne, per has ego te lacrimas, per si quis Amatae
Tangit honos animum, — spes tu nunc una, senectae
Tu requies miserae, decus imperiumque Latini
Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit —
Unum oro: desiste manum committere Teucris.
Qui te cumque manent isto certamine casus,
Et me, Turne, manent; simul haec invisa relinquam
Lumina nec generum Aenean captiva videbo.“

---

docet: nihil proderit illi mater, **quam invocabit**, ut, cum in fugam coniectus erit, se tegat et occulat. *Vanas* autem *umbras* Turnus commemorat, quia ridet Aeneae originem ut fictam, ideoque spem eius in Veneris auxilio collocatam vanam esse putat. Iahn. tamen, hanc rationem tamquam omni Latinitati adversantem reiiciens, cum Vossio in *Anm. u. Randgl.* p. 241. haec verba de ipsa Venere accipit et sic interpretatur: „Longe aberit mater, quae filium nube tegat atque semet ipsam, quominus et ipsa vulneretur, umbris occulat;“ quod mihi ab hoc loco alienum videtur, quamvis etiam Gossravio et Coningtoni probetur (qui sensum sic constituit: „*to conceal him while she hides herself*“ comparans X, 634. Hom. Il. XX, 321 sqq. 445. et similes locos, et *vanis* explicat per „*fraudulent*“). Ceterum Wagn. (tacite contra Ladew. disputans) recte contendere videtur, nihil his verbis commune esse cum X, 636—688.; immo poetam meminisse Aeneae apud Homerum nube ab Apolline obtecta servati. Ladew. enim, ceterum cum Wagn. consentiens, coll. X, 636. *vanis umbris* interpretatur „*durch Gaukelgestalten, d. h. durch Trugbilder des Aeneas den Turnus an der Verfolgung des wirklichen Aeneas hindern.*“ — **54**. „***nova pugnae sorte***, nova pugnae conditione, novo genere, singulari scil. certamine. [Cf. XI, 110. *Martis sorte.*] — **55**. ***moritura***, tamquam quae mori decrevisset, nisi ille flecteretur. Cf. XI, 741. [ibique adnott.] et saepe.“ *Heyn.* Thiel. laudat Burm. ad Vellei. II, 5, 3. Ribbeck. ex coni. edidit *monitura*, cum Montalb. exhibeat *moritura monebat*, quod recte vituperat Conington, Benoist. vero silentio praeterit. — **56**. ***per si quis*** cett. Vid. ad II, 142. VI, 459. et X, 369. Iahn. ad h. l. laudat Haud. ad Stat. Silv. I, 2. 194. p. 294. — **57**. „***honos, αἰδώς***, passive, qui habetur, reverentia. Cf. VII, 401 sq. *gratia.*“ *Heyn.* Utramque vocem coniunxit Hor. A. P. 69. *nedum sermonum est et honos et gratia vivax.* — ***senectae requies.*** Cf. IX, 481. *senectae Sera meae requies.* — **58**. ***decus***, dignitas, auctoritas. — ***in te domus inclinata***, labans, interitu proxima, ***recumbit***, nititur; tu es columen eius et firmamentum, tamquam gener regis virili prole destituti. Thiel. confert Hor. Od II, 17, 4. *mearum Grande decus columenque rerum*, et Sen. Herc. fur. 1250. *unicum lapsae domus Firmamen, unum lumen affecto malis Temet reserva.* Conington addit Aesch. Agam. 897. et Eurip. T. 50 sqq. et cum verbis *domus inclinata recumbit* conferri iubet Ovid. Trist. II, 83, 84. *Cum coepit quassata domus subsidere, partes In proclinatas omne recumbit onus* (et Iuven. VIII, 76.). — **60**. ***manum*** pro manus, ut IX, 44. 690. X, 876., ap. Senec. de prov. 3. *alius circumspicitur, cum quo conferre possimus manum* etc. Cf. Burm. ad Calpurn. Ecl. VI, 21. — ***Teucris***, Teucro, Aeneae. Si quis enim non proprio nomine suo appellatur, sed communi aliquo, et Graeci et Latini scriptores haud raro Plurali utuntur. Vid. adnott. ad Ecl. IV, 49. Aen. I, 4. et X, 79. Non opus igitur Peerlkampii coniectura *Teucro.* Ladew. censet, Amatam Teucros nominare pro Aenea, ne Turnum violet. — **63**. ***haec lumina***, i. q. supra III, 600. *hoc caeli spirabile lumen.* Omnes enim, qui vivunt, versantur in lumine; hinc VI, 829. et VII, 771. *lumina vitae*, atque haud raro etiam simplex *lumen* vel *lux* pro vita, ut IV, 452. 631. VI, 435. — ***relinquam Lumina.*** Cf. Lucr. III, 541. *Lumina qui linquunt moribundi.* — **63**. Non feram, ut ego captiva Aeneam generum videam. — ***captiva*** ad invidiam augendam ad-

Accepit vocem lacrimis Lavinia matris
Flagrantis perfusa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor et calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur aut mixta rubent ubi lilia multa
Alba rosa, talis virgo dabat ore colores.
Illum turbat amor figitque in virgine voltus.
Ardet in arma magis paucisque adfatur Amatam:

---

ditur, quod iam Heyn. observavit. — **64** sqq. „Praeclare τὸ ἦθος in virgine servatum. Erubescit illa; animi sensa non eloquitur. (Cf. etiam XI, 479 sqq.) - - - Erubuisse autem putanda est, cum praesente Turno nuptiarum esset facta mentio, quas mater cum ipso, non cum Aenea, factas esse vellet. Nam de amore Laviniae, in utrum illa animo inclinaret, nihil usquam poeta meminit.“ *Heyn.* — Peerlk. pro *matris* sine iusta causa coni. *omaris.* — **65.** *flagrantes genas*, i. e. pudore rubentes, etiam Val. Fl. VII, 711. commemorat, et similiter Claud. in Eutrop. I, 253. canit: *Aut quid in hoc poterit vultu flagrare pudoris.* Cf. Drak. ad Silium I, 126. — *plurimus rubor.* Cf. adnott. ad Ecl. VII, 60. (et Aen. V, 250.). — „*cui plurimus ignem* cett. Non est hypallage, inepta h. l. figura; sed utrumque dici potest: ut et ignis s. calor sanguinis ruborem faciat, et rubor ex concitato sanguine calorem.“ *Heyn.* Wagn. ad h. l. respexisse memorat Statium Silv. I, 2, 244 sq. *Non talis niveos strinxit Lavinia vultus, Cum Turno spectante rubet*, ubi pro *strinxit* legendum sit *tinxit.* — De Pronomine autem relativo non solum a poetis haud raro usurpato ad membra eiusmodi sententiae nervose copulanda, in qua duae res de eadem persona dicuntur, ubi alibi Particulae *simul, atque etiam* et similes poni solent, vid. adnott. ad Aen. IV, 138. et Gossr. ad h. l. — Ceterum Peerlk. pro *rubor* praeter necessitatem coni. *pudor.* Verba autem *cui plurimus ignem* cum toto, qui sequitur, versu hinc repetuntur ab Ausonio in Cent. nupt. 35 sq. — „V. 67 sq. esse ductum ab Homero Il. IV, 141., omnes norunt. — *violaverit* pro tinxerit, quia adscititius color omnino nativum φθείρειν, corrumpere, dicitur, et Homerus *μιαίνειν ἐλέφαντα φοίνικι* dixerat.“ *Heyn.* Gossr. comparat Iuven. III. 20. *nec ingenuum violarent marmora tofum.* Peerlk. longam instituit de verbo *violandi* disputationem, qua nobis persuadere studet, *violare* primum et proprie significasse „colore imbuere, qualis est in violis, violas imitato,“ ut Vergilius dixerit: „si quis ebur purpura violacea imbuerit;“ quod credat Iudaeus Apella. Wagnero teste A. G. Schlegel. in Bibl. Ind. T. I. p. 144. reprehendit epitheton *Indum* in comparatione ab Homero sumpta; quod tamen communi poetarum Rom. consuetudine defendi docet Iacob. Disquiss. Vergg. P. I. p. 10 sq. Ceterum simillimam comparationem legimus Ovid. Met. IV, 331 sq. ap. Stat. Achill. I, 307. et Claud. R. Pros. I, 272. eandemque duplicis comparationis ubertatem in eodem argumento deprehendimus ibid. III, 482 sqq. et ap. Tibull. III, 4, 40 sqq. Cf. etiam Ovid. Met. III, 422 sq. Am. II, 5, 37 sqq. al. — **68.** *ebūr.* Vid. ad V, 521. (VI, 254. Ecl. IX, 66. al.) — *rubent* int. de repercusso rubore vicino. — **69.** Verba *tales virgo dabat ore colores* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 67. Conington comparat IX, 292. *dedere Dardanidae lacrimas.* — **70.** Ut ipse rubor decebat puellam, Turnus Laviniae amore magis incenditur: nec tamen alloquitur eam, sed oculis in eam coniectis matri respondet. Aliter heroum vita, aliter nostra mores ferunt.“ *Heyn.* — *turbat.* Cf. Liv. III, 44, 4. *Tanta vis amentiae verius quam amoris mentem turbaverat.* — *figit.* Cf. XI, 507. *oculos horrenda in virgine fixus.* — *Vultus* pro oculis. Cf. Wakef. ad Lucr. V, 839. Wagn., qui recte Punctum in fine versus posuit, abrupta oratione animum Turni ex amoris perturbatione sese colligentem indicari putat. — Verba *figitque in virgine voltus* repetit Auson. in Cent. nupt. 55., sicut antecedentia *Illum turbat amor* auctor simillimi Centonis Vergil. *bellum* in Anth. Lat. VI, 84, 64. — **71.** *Ardet in arma.* Sic Manil. IV, 220. *in ardentes animos.* Cf. etiam Sil. Ital. VI, 209. *in pugnas et Martem et proelia et*

„Ne, quaeso, ne me lacrimis neve omine tanto
Prosequere in duri certamina Martis euntem,
O mater; neque enim Turno mora libera mortis.
Nuntius haec, Idmon, Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer: Cum primum crastina caelo
Puniceis invecta rotis Aurora rubebit,
Non Teucros agat in Rutulos; Teucrum arma quiescant
Et Rutuli; nostro dirimamus sanguine bellum;

---

hostem Igneus et adnott. ad Aen. II, 347., ubi *audere in proelia* legitur. — **72.** *neve omine.* Cod. Parrh. *ne me omine*, quod Peerlkampio elegantius videtur „vel propter sonum *e e*, qui sit flentium; orationem autem Turni hic fieri flebilem.“ (?) — „*omine tanto:* ipsis lacrimis ominosis (cf. not. ad Tibull. I, 3, 13.) in exitu ad pugnam. Prorsus ad Homeri ductum Il. XXIV, 218 sq. Cf. Il. VI, 486 sqq. et Apollon. I, 295 sqq.“ *Heyn.* Conington addit Eur. Orest. 788. Ominabantur enim veteres ex multis lacrimis interitum abeuntium. Cf. etiam Silius III, 133. *Ominibus parce et lacrimis*, ibique Drak. Claud. R. Pros. I, 192. *quoties praesaga mali violavit oborto rore genas.* Ovid. Met. VI, 510. XI, 457. etc. — Cum *tanto omine* cf. IX, 21. et VII, 146. — *Prosequere.* Cf. VI, 898. IX, 310. Verba *neve omine tanto Prosequere* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 72 sq. — **73.** *certamina Martis* (i. q. infra v. 124. *pugna Martis* et XI, 780. *certamen pugnae*) haud raro legitur ap. Silium IX, 136. XII, 274. XV, 443. 827. XVI, 203. al. — *euntem*, i. e. iturum, ire volentem. Vid. ad II, 111. et VI, 392. — **74.** *mater*, honoris est vocabulum, ut alibi *pater*. Vid. ad IX, 449. et XI, 356. — „*neque enim T. mora libera mortis*, si mors fatalis instat, non liberum mihi est ei moras iniicere. Nisi illa exempla essent [Homeri et Apollonii], simplicissimum erat, mortem de summo discrimine, ad quod pugna adducebat, accipere; mortem, h. e. pugnam, non iam licet decretare.“ *Heyn.* Cf. Ovid. Met. II, 143. *non est mora libera nobis.* Peerlk. tamen, cui *mortis* huic loco non aptum videtur, coniicit *Martis*, quod nemo facile probabit. Codd. lectionem bene defendit Ladew. in Append. p. 268. Ut hic *mora mortis*, sic X, 622. *mora leti.* — *Turno* fortius, quam *mihi*, scil. viro tam forti, qui mortem ignominiae non cunctatus praeferet. Ceterum cum his Turni verbis Ladew. conferri iubet similia Ulyssis ap. Hom. Il. XI, 408 sqq. Servius de h. l. haec adnotat: „Sciendum tamen est, locum hunc unum esse de insolubilibus XII, quae habent obscuritatem, licet a multis pro captu revolvantur ingenii.“ — **75.** *mea dicta tyranno - - refer: agat* etc. Cf. locus similiter conformatus III, 169. *haec dicta parenti - - refer: - - requirat* etc. — *Phrygio tyranno* (vid. ad VII, 266. et X, 448.) *haud placitura*, tamquam ignavo (nam *semiviri Phrygi*, v. 99.). — Cum v. **77.** cf. Ovid. Met. III, 150. *lucem Cum croceis invecta rotis Aurora reducet.* De *rotis* pro toto curru positis vid. ad Geo. III, 170. — *puniceis rotis.* Alibi Aurorae et Phoebo *rosei equi, currus* cett. tribuuntur. Cf. VI, 535. VII, 26. XI, 913. Ovid. Fast. IV, 714. A. A. III, 84. cett. — *rubebit* autem est omnium, quos novimus, Codd. et omnium editt. ante Heyn. in lucem emissarum lectio, ita ut plane nesciamus, unde ortum sit illud *rubescit*, quod inde ab Heyn. editiones occupat, et quod Wagn. rursus removit e contextu, quem posteriores omnes praeter Süpflium et Bryceum secuti sunt. — **78.** Comparant Il. III, 68 sqq. Apertum est, sibi opponi verba *Non Teucros agat in Rutulos* et *nostro dirimamus sanguine bellum*, (i. e. non Teucri Rutulique universi pugnent, sed nos soli), quae autem explicationis causa interposita sunt verba, parenthetice potius adiungi; quare etiam poeta non scripsit *Ne Teucros*, quod ab hac sententia prorsus alienum esset, sed *Non Teucros;* quod iam Wagn. bene perspexit. Cf. etiam Hand. Turs. IV. p. 266. Mutanda igitur erat vulgaris interpungendi ratio, qua ante *Teucrûm* et *nostro* Punctis distinguitur, quibus Wagn. recte Cola substituit. — *arma quiescant.* Propria quiescendi signif. X, 836. legimus *arma quiescunt* (sc. in terra). — **79.** *Ruturi* optimorum et plurimorum

Illo quaeratur coniunx Lavinia campo."
Haec ubi dicta dedit rapidusque in tecta recessit,
Poscit equos gaudetque tuens ante ora frementis,
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia,
Qui candore nives anteirent, cursibus auras.
Circumstant properi aurigae manibusque lacessunt
Pectora plausa cavis et colla comantia pectunt.

Codd. est lectio, iam Heynio probata, a Brunckio autem (quem cum Iahnio et Wagn. recentiores omnes praeter Bryceum secuti sunt) pro vulg. *Rutulûm* restituta. — *dirimamus bellum*. Cf. Cic. Off. III, 33, 119. *dirimere controversiam*, Ovid. Met. I, 21. *dir. litem*, ibid. V, 314. *dir. certamina* etc. — Cum v. 80. Heyn. comparat Lucan. VII, 348. *medio posuit deus omnia campo*. — 81. Wagn. (cui Ladew. et Weidn. ad II, 256. adsentiuntur) apodosin incipit a verbo *rapidusque*, non demum ab illis: *Poscit equos*, et Copulam, tamquam celeritati indicandae inservientem, ea ratione explicat, de qua ad illum locum, ad XI, 296. 908. al. diximus; quare Colon post *dedit* et Semicolon in fine versus posuit. Nobis haec explicatio loci, quam etiam Süpflius impugnat, hic, cum non *vix*, sed *ubi* antecedat nec facile sumi possit, Vergilium consulto ambigue scripsisse, paulo artificiosior et vulgaris ratio (etiam a ceteris editt. servata), ex qua apodosis incipit a verbis *Poscit equos*, simplicior et verior videtur. Ceterum de voc. *rapidus* cf. supra X, 906. et adnott. ad I, 644. — *in tecta*, in habitationem suam, quae haud dubio in regia Latini erat. Ceterum verba *rapidusque in tecta recessit* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 275. praemissis verbis *Dicere deseruit*. — 82. *Gaudet tuens frementes;* quia, secundum Serv., ex equorum vel maestitia vel alacritate eventum dimicaturi solent colligere. — *ante ora frementes* autem Heyn. satis contorte explicat: „ante frementes quoad ora." Immo *ante ora* est i. q. coram se, ante oculos suos, ut II, 531. V, 553. al. *ante ora parentum* et similia. Gossr. nescio quo iure haec verba sic explicet: *„der Schaum stand ihnen vor dem Munde."* — 83. „Poetico more equorum genus ornat. Sunt hi Turni equi ex Thracia, Boreae sede, cuius uxor Orithyia ex Attica. Cf. Apollon. I, 211 sqq. A Boreae autem cura equorum laudes repetunt poetae, etiam Homerus. [Cf. Il. XX, 223 sqq.] Nam Erichthonio, Dardani f., erant equae a Borea, adeo in equum mutato, prognatae (Il. XX, 150 sqq.), quemadmodum Achillis equos ex Podarce Harpyia susceperat Zephyrus Il. XVI, 150 sqq. Quae omnia celeritatem cursus adumbrant." *Heyn.* Ceterum quomodo Orithyia, a Borea in Thraciam abducta, *Pilumno* Italo (de quo vid. ad IX, 4. et X, 619.) hos equos donare potuerit, in poeta non anxie est quaerendum. Probabiliore tamen invento Penthesileae equos ab Orithyia donatos narrare Quintum Cal. I, 165 sq., idem Heyn. memorat. De *Orithyia* vid. ad Geo. IV, 463. — *Ipsam* autem *Orithyiam* Wagn. Qu. Verg. XVIII, 3, c. (ubi docet, *ipse* interdum de eo dici, qui habeat alicuius rei potestatem, qui aliquid vel noverit, vel faciat optime) recte explicat: „quae optimos dare potest, optimos habet." Cf. adnott. ad Aen. III, 201. V, 12. al, — *decus* est munus honoris causa datum, *γέρας, ἄγαλμα*. Cf. XI, 657. *quas ipsa decus sibi dia Camilla Delegit*. — 84. Cf. Hom. Il. X, 437. XVI, 149. XIX, 415. Albi autem equi non solum pulcherrimi habebantur (quare triumphales: cf. Dio Cass. XLIII, 14.), sed etiam celerrimi. Cf. Interpp. ad Plaut. Asin. II, 2, 12. et Hor. Sat. I, 7, 8. Imitatus est h. l. Silius XIII, 116. *Cerva - - Quae candore nivem, candore anteiret olores*. Vid. etiam supra III, 538. — *cursibus auras*. Cf. etiam infra v. 334. Sic Solis equi ap. Ovid. Met. II, 160. *praetereunt Euros*, et ap. Silium XVI, 336. Lampon *ventos post terga relinquit*. Vid. eiusd. II, 173. Theocr. VIII, 54. et plures locos similes, coll. cum adnott. ad VII, 807. Videtur hunc locum respexisse auctor Epit. Iliad. 735. *multo candore nitentes - - quos nec praecederet Eurus Nec posset volucri cursu superare sagitta*. — 85. *properi aurigae* (ὀτρηροὶ θεράποντες), pro agosonibus. — *manibus* (blandientes) *lacessunt Pectora plausa*. Vid. adnott. ad Geo. III, 186., ubi adde Ovid. A. A.

Ipse dehinc auro squalentem alboque orichalco
Circumdant loricam humeris, simul aptat habendo
Ensemque clipeumque et rubrae cornua cristae,
Ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti
Fecerat et Stygia candentem tinxerat unda.
Exin, quae mediis ingenti adnixa columnae
Aedibus adstabat, validam vi corripit hastam,

I, 629. Auson. in ludo VII sapient. pr. alios, et cf. praeter Cerdam ad l. Drak. ad Silii l. l. Heins. ad Ovid. Met. II, 866. et Obbarius ad Hor. Ep. I, 2, 64. Vol. I. p. 155.; de *lacessendi* autem verbo vid. ad V, 429. et X, 10. — *cavis manibus*. Cf. Ovid. Met. IV, 352. *Ille cavis velox applauso corpore palmis Desilit in latices.* Verba *et colla comantia pectunt* iteravit Claud. Epigr. 58. — 87 sqq.: „Est haec quaedam ad pugnam proximo mane futuram quasi prolusio. Cf. v. 106. et vid. Geo. III, 233." *Wagn.* — *auro squalentem*, splendentem. Vid. ad X, 314. et ad Geo. IV, 92. — *albo orichalco.* De hoc metallo, minus recte etiam *aurichalco* appellato (Plaut. Mil. III, 1, 69. Pseud. II, 3, 22. Curc. I, 3, 45.), cum sit Graecum *ὀρείχαλκον*, in quo auri splendor cum aeris duritie coniunctus esse ferebatur, cf. Intpp. ad Hom. hymn. V, 9. et ad Plin. XXXI, 2, 2. Spanh. ad Callim. Lav. Pall. 19. Burm. ad Val. Fl. III, 61. Bochart. Hieroz. P. II. VI, 16. Winckelm. *Monum ined.* T. II. p. 172. Beckmann. ad Aristot. Mir. Aud. p. 132 sqq. et *Mém. de l' Acad. de Bruxelles* T. III. p. 372. Vid. etiam Coningtou. ad h. l. Epith. *album* ad solum splendorem referendum, ut Hesiod. Scut. H. 122. *ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ* dixit. — 88. „*aptat habendo*, ad habendum, h. e. ut haberi commode manu ac tractari possit." *Heyn.* Habet igitur Vir doct. *habendo* pro tertio Casu; in quo ceteri recentiores editores cum eo consentiunt. Equidem prius censui, etiam Ablativum haberi posse, ut sensus sit: dum habet, aptat ensem etc., explorat, an habilis sit. Vid. etiam adnott. ad Geo. II, 250. — 89. *rubrae cornua cristae*, i. e. ex vulg. interpretatione galeam cum cornibus (conis), quibus insertae erant rubrae cristae. Heyn. vero putat, poetam in animo habuisse *κέρα ἀγλαέ* ap. Hom. Il. XI, 385., et significari galeam duplici vel triplici crista ornatum, *τρυφάλειαν*, ita ut *λόφοι* in diversas partes vergentes ac nutantes *cornua* dicantur; eademque ratione etiam Doederl. Hom. Gloss. Vol. II. p. 200. *cornua cristae* interpretari „*die getheilten Büschel des Helmbusches*," Ladew. in Append. p. 268. memorat; quam explicationem, cum sane non appareat, cur coni erecti stantes cornua dicantur, coll. VI, 780. *Viden', ut geminae stant vertice cristae*, vulgari utique praeferrem, nisi esset locus Livii XXVII, 33, 2. (ab eodem Ladew. in adnot. collatus), in quo de *praefracto altero cornu galeae* sermo est. Ceterum de *crista rubra* cf. etiam IX, 50. — *ignipotens deus.* Vid. ad VIII, 414. — *ipse*, sua manu (*eigenhändig*) non tantum Cyclopes, eius ministri. Vid. ad Ecl. III, 69. et al. — 91. „*tinxerat*, ad temperandum seu indurandum ferrum., Vid. VIII, 450. et Geo. IV, 172. *Stygia* autem *unda* tinxisse ferrum Vulcanum ait; nescio an satis commode, quandoquidem diis superis Stygis adeundi nulla est data facultas; argute tamen et ingeniose, quia Styx non modo ipsis diis sacer et horrendus, verum etiam quia *ἄφθιτος* erat amnis et incorrupta atque ab omni vi secura reddebat ea, quae in eo mergebantur." *Heyn.* Notissima est fabula de Achille a Thetide matre Stygia aqua tincto, ut invulnerabilis esset. Cf. Stat. Achill. I, 269. aliique. — 92 sq. Cf. Hom. Il. XV, 126. Od. I, 127. Medic. *Exim*, ut etiam VII, 341. VIII, 306. et fragm. Vat. a m. pr. VI, 890. quam scripturam Wagn. praestare putat, coll. Cic. ad Att. I, 14, 9. et VII, 13, 7., ubi Orellius *istim* et *illim* servaverit. Cf. eiusd. Orth. Verg. p. 437. et Haud. Turs. III. p. 84. 211 sq. et 463. Haupt. et Ribbeck. propterea in his locis omnibus *Exim* ediderunt. — Pro *adnixa columnae* multi Codd. Heinsii *adnixa columna*, fortasse verius; cum etiam ap. Arusianum p. 215. Lindem. legamus: „Adnixus hac re. *Verg. XII. Ingenti adnixa columna.*" Sic iam indicavi, priusquam Ribbeck. (quem secutus est Conington) lectionem *columna* (quam invenit in Gud.

Actoris Aurunci spolium, quassatque trementem
Vociferans: „Nunc, o numquam frustrata vocatus
Hasta meos, nunc tempus adest; te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit; da sternere corpus
Loricamque manu valida lacerare revolsam
Semiviri Phrygis et foedare in pulvere crinis
Vibratos calido ferro murraque madentis.“
His agitur furiis totoque ardentis ab ore

---

et Bern. II. a m. pr.) in contextum recepit. Ladew. vero in Append. p. 269. dubitanter quaerit: *„Sollte adniti auch mit dem Abl. verbunden worden sein?“* Fortasse tamen etiam IX, 229. (*longis adnixi hastis*) hanc constructionem habemus. — *adstabat*, non solum, quia columnae *adnixa* erat, sed quod Verbum compos. *adstare* omnino respondet nostro *aufrecht dastehen*. Vid. adnott. ad I, 152. et VII, 181. — **94.** *Actoris Aurunci spolium*, i. e. Actori detractum, ereptum, ut infra v. 947. *spoliis meorum*. Wagn. confert Prop. IV (V), 12, 12 et Lachm. ad eiusd. V, 1, 116. Spoliis autem hostibus in bello detractis postea victores ipsi interdum utebantur. Cf. Heins. ad Silium V, 137. „Commode vero ponere potuit poeta, bellum Turno cum Auruncis, vicino populo, intercessisse: unde VII, 795. in Turni copiis erant *Auruncae manus*.“ *Heyn*. Ceterum eadem Vergilii verba iteravit Iuven. II, 100. — **95** sq. Quasi numen aliquod invocat hastam suam. Cf. supra X, 773 sq. Sic etiam ap. Silium II, 512. Hercules *sua arma precatur*, ap. eund. III, 707. iuratur per hastam et VI, 137 sq. adeo hastae libatur. Cf. etiam Iustin. XLIII, 3. — *vocatus* hic pro invocationibus, ap. Cic. vero Orat. III, 1, 2. et Suet. Calig. 39. *vocatus* (sexto Casu) pro invitatione. Ceterum Gossr. vere memorat, Pluralem Substantivorum 4. Declin. in *us* raro inveniri, ut Cat. R. R. 67. *factus*, Ovid. Fast. I, 159. *cultus* etc. — **96.** Heins. temere coni. *nunc* (*tempus*) *ades*, et Peerlk. *nunc tempus, ades*, coll. Silio XI, 395. *Verum agite, o mea turba, precor, iam tempus, adeste*. — *Te maximus Actor*, sc. gessit; *nunc gerit* etc. Cf. Ecl. IX, 1. *Quo te, Moeri, pedes? an, quo via ducit, in urbem?* et Geo. II, 1. *Hactenus arvorum cultus et sidera coeli, Nunc te, Bacche, canam*. — **97.** *da sternere*. Vid. ad I, 66. 79. 319. al. — **98.** Cf. Hom. Il. II, 416. — *lacerare*. Sic ap. Silium V, 138. galea vocatur *spolium illacerabile*, ubi Drak. comparat ἀῤῥηκτον σάκος ap. Soph. Ai. 77. — **99.** *Semiviri Phrygis*. Vid. ad IV, 215. et IX, 614 sqq. Crines tamen calamistro *vibratos*, i. e. crispatos, (vid. infra ad v. 100.) commemorans, poeta heroici saeculi moribus suae aetatis morem substituisse videtur, quod iam Heyn. censuit. De hoc ipso autem more Thiel. conferri iubet Boettigeri *Sabinam* p. 124. et 330 sqq. Obbar. et Schmid. ad Hor. Sat. I, 1, 94. Cf. etiam libor mens *Hellas u. Rom*. I, 1. p. 322. extr. — Cum vv. *foedare pulvere crines* cf. Ovid. Tr. I, 3, 93. Met. VIII, 532. Val. Fl. III, 716. Tib. I, 9, 14. Hor. Od. I, 15, 20. et ex Graecis Hom. Il. XVI, 795. XXII, 401 sqq. Pind. Nem. I, 104. Eurip. Hec. 403 sqq. alios. Etiam huius loci memor fuit auctor Epit. Iliad. 323. sic scribens: *Iliacoque tuos foedaret pulvere crines*. — **100.** *crines Vibrati calido ferro*, qui Ciceroni pr. Sext. 8. aliisque dicuntur *calamistrati*. (Cf. Varro L. L. V, 129. p. 50. M. p. 133. Sp. qui loquitur de *calamistro calefacto in cinere, quo capillus ornetur*.) Sic etiam Plin. II, 78, 80. *Aethiopas - - gigni barba et capillo vibrato, non est dubium* et Auson. Mos. 237. *Vibratis* (al. Vibratos) *coeptat digitis extendere crinis*. Conington comparat Eur. Electr. 529. *πλόκος - - κτενισμοῖς θῆλυς*. — *murra madentes*. Cf. Ovid. Met. III, 555. *madidus myrrha crinis*. — *murra* autem optimorum Codd. auctoritate (Gud. modo a m. sec. et Bern. II. scribunt *myrra*) cum omnibus recentioribus editoribus inde ab Hauptio pro vulg. *myrrha* scripsimus. Crinem (unguentis) *madentem* iam legimus IV, 216. — Cum v. **101** sq. Heyn. confert Hom. Il. I, 104. XV, 607. XIX, 365 sq. Od. IV, 662. Hes. Sc. Herc. 390. Apollon. I, 1296 sq. — *His agitur furiis*, tali irarum furore agitatur. Cf. Aen. IV, 376. VIII, 219. 494. XII, 946. Val. Fl. I, 722.

Scintillae absistunt, oculis micat acribus ignis,
Mugitus veluti cum prima in proelia taurus
Terrificos ciet atque irasci in cornua temptat
Arboris obnixus trunco ventosque lacessit
Ictibus aut sparsa ad pugnam proludit harena.
Nec minus interea maternis saevus in armis
Aeneas acuit Martem et se suscitat ira
Oblato gaudens conponi foedere bellum.

---

extemplo furiis iraque minaci Terribilis etc. — **102.** *scintillae absistunt* (*entsprühen*). Pauci quidam Codd. *absiliunt* ex interpretamento, quod, etiam Wakefieldo ad Lucr. III, 290. et IV, 609. probatum, recepit Both. Cf. autem Silius XI, 329. *vibrat ab ore Ignis atrox* imprimisque Anth. Lat. I, 171, 7., ubi verba *Scintillae absistunt* repetuntur. — *oculis micat acribus ignis.* Cf. Homeri loci supra allati, Lucr. III, 290. *ex oculis micat acribus ardor.* Ovid. Met. III, 33. *igne micant oculi.* Sen. de ira I, 1. *flagrant et micant oculi.* Iterantur autem haec Vergilii verba in Anth. Lat. I, 178, 336. — **103** sqq. Cf. Geo. III, 232 sqq., ubi fero iidem versus leguntur. Ceterum nescio, quo iure Wagn. hanc totam comparationem minus aptam, ideoque hunc locum unum de imperfectis esse censeat. Unum, in quo haerere possis, est verbum *prima*, unde liceat alicui concludere, etiam Turnum nunc primum initurum esse proelium neque antea iam pugnasse; sed in eiusmodi comparationibus non unum quodque vocabulum esse premendum, satis constat. — *prima in proelia* ad ordiendum mox proelium, ut infra v. 735. Cf. etiam VII, 603. et adnott. ad VI, 811. Plures Codd. cum Rom. et Mentel. utroque *cum primum*, quod recepere Iahn. et Süpfl. Quod attinet ad Adi. *primus* adverbialiter usurpatum Conigton conferri iubet VII, 601. 735. VIII, 288. 561. et Lucr. II, 1080. *In primis animalibus - - invenies.* Vid. adnott. ad Ecl. VI, 1. (Geo. I, 12. al.) — **104.** *irasci in cornua*, i. e. iram colligere ad proelia cornibus ineunda. Vid. ad Geo. l. l. et supra X, 725. *surgentem in cornua* cett. (Cf. etiam X, 455. *meditantem in proelia taurum.*) Heyn. confert Eur. Bacch. 742. *θυμοῦσθαι εἰς κέρας* et versum graecum ap. Cic. ad Att. VIII, 5. *ῥίψαι Πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα*; cui respondent verba *ventos lacessit ictibus*, cum quibus cf. V, 377. *et verberat ictibus auras* ibique adnott. Cf. etiam Eurip. Hel. 1513. Aelian. h. an. II, 20. IV, 35, 48. et Iulian. Or. VI. p. 200. (quos Peerlk. laudat) cum adnott. ad locum parallelum Geo. II, 233. — **106.** *aut sparsa* cett. Hoc taurorum naturae proprium esse memorat Heyn. coll. Plinio VIII, 45, 70. Oppiano Cyneg. 56 sqq. et Quinto Cal. IV, 237 sqq. Thiel. addit Senecam de ira I, 1. — *aut sparsa* autem lectio est omnium Codd. praeter Palat., a Wagn. iure restituta; cum iam praecesserit v. 103. *in proelia.* Vulgo *et sparsa*, quod ex recentioribus Peerlk., Bryce et Benoist. servarunt. — *ad pugnam.* Wakef. ad Lucr. V, 658. Praepositionem, quae a Dorvill. et Sprot. abest, vult deletam, provocans ad imitationem huius loci ap. Rutil. Itin. I, 257. et Avieni Perieg. v. 1366. Sed Codd. longe plurimorum et optimorum auctoritas potior habenda. — Pauci Codd. minoris pretii *praeludit.* De utroque verbo saepius confuso cf. Arntzen. ad Panegg. vett. p. 180. Duker. ad Flor. IV, 2. Burm. ad Rutil. Itin. l. l. et Haud. ad Stat. Silv. T. I. p. 15. — **107.** *saevus.* Vid. ad I, 99. — *maternis in armis*, quae a Venere acceperat. Cf. VIII, 613 sqq. et infra v. 167. — **108.** *acuit Martem*, virtutem bellicam; pro: se acuit ad pugnam futuram. Conington comparat Hom. Il. II, 440. *ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα.* Quod attinet ad verbum *acuere* cf. VII, 406. ibique adnott. infra v. 590. IX, 464. etc. Val. Fl. II, 172. (*fletus acuunt*) et Schmid. ad Hor. Ep. I, 3, 23. — *se suscitat ira*, ut Ovid. Met. XIII, 544. *se instruit ira*, Sen. Med. 51. *accingere ira* et alibi similia. Cf. etiam V, 451. *vim suscitat ira.* — **109.** *componi bellum.* Sic *bellum comp.* etiam ap. Nep. Hann. 6., *arma* (i. e. bellum) *comp.* ap. Hor. Od. IV, 14, 52., *controversias comp.* ap. Caes. B. C. I, 9., *lites comp.* Ecl. III, 108. etc. — *foedere*,

Tum socios maestique metum solatur Iuli
Fata docens regique iubet responsa Latino
Certa referre viros et pacis dicere leges.
  Postera vix summos spargebat lumine montis
Orta dies, cum primum alte se gurgite tollunt
Solis equi lucemque elatis naribus efflant:
Campum ad certamen magnae sub moenibus urbis
Dimensi Rutulique viri Teucrique parabant
In medioque focos et dis communibus aras

---

pugna singulari ex foedere instituenda. — **110.** *metum solatur.* Vid. ad I, 238., ubi de Graeco παραμυθεῖσθαι adde Hemsterh. ad Xen. Ephes. I. p. 136. (hic à Peerlk. laud.). — **111.** „*Fata docens* [ut VI, 759. *Te tua fata docebo*]. Non veretur poeta hoc ipso detrahere aliquantum virtuti herois sui. Qui enim novit fatale sibi esse, ut vincat, non adoo magna virtute indigere videtur, quam qui incerto, multo magis qui certo vitae discrimino ad pugnam procedit. Sed fecit hoc exemplo Homeri, apud quem Helenus Hectorem ad certamen hoc ipso argumento excitat Il. VII, 50 sqq. — *viros:* intelligitur missos esse legatos, etsi v. 75. tantum unus Idmon memoratus est; nisi dicas, missos nunc esse ab Aenea alios, comites datos redeuntibus Latini legatis.“ *Heyn.* — **112.** *pacis dicere leges* invenitur etiam ap. Liv. XXXIII, 12, 2. et alibi. Cf. Heins. ad Ovid. Her. XII, 39. Conington observat *leges dicere* legi etiam ap. Liv. XXXIV, 57. Addere poterat Cic. Verr. III, 8. in. *Pax* autem i. q. supra v. 109. *foedus*, ut igitur *pacis dicere leges* hic prorsus idem sit, quod XI, 321. *foederis leges dicere.* De ipsa re vid. infra v. 183 sqq. Cf. etiam XI, 322. *foederis aequas Dicemus leges.* — **113.** Heyn. adnotat, non miram videri posse hanc luculentam diei exorti descriptionem, cum hic sit dies, *qui fatum rebus in aevum Conderet humanis*, et quo summa belli et carminis exitum suum inveniret. — *Rutuli Teucrique parabant.* — *summos montes.* Cf. II, 801. *Iamque iugis summae surgebat Lucifer Idae Ducebatque diem.* — *spargebat lumine.* Cf. V, 584 et IX, 459. *novo spargebat lumine terras* et de verbo *spargere* pro conspergere posito adnott. ad XI, 82. — **114.** *cum primum*, eo tempore, quo primum etc. Cf. adnott. ad VIII, 408. — *se tollunt*, i. e. solent se tollere. — **115.** „*lucem elatis naribus efflant.* De elato equorum in altum eluctantium capite cogitandum. — *lucem* pro flamma, igni. Nam equos Solis ignem efflare, πῦρ πνέειν, commune est. Ovid. Met. II, 119. 154 sq. Praeiverat autem etiam in vocis delectu Ennius ap. Servium [Ann. inc. fr. 123. p. 85. Vahl. s. p. 148. Hessel.] *funduntque elatis naribu' lucem*, et Lucilius ap. Victorinum: *efflantque elatis naribu' lucem.*“ *Heyn.* Cf. etiam Claud. I, 5., ubi Solis equi vocantur *Efflantes roseum frenis spumantibus ignem*, Ovid. Met. II, 83 sq. et similes loci. Conington confert Pind. Ol. VII, 70. Ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατήρ, Πῦρ πνεόντων ἄρχος ἵππων. Auctor carminis Solis in Anth. Lat. V, 1, 8. hunc versum sic imitatur: *Naribus elatis efflant e pectore lucem.* Paulo aliter intelligendus erat locus Geo. III, 85., ubi vid. adnott. — **116** sq. Heyn. confert Hom. Il. III, 314 sqq. Quod attinet ad coniunctionem sententiarum *Vix spargebat - -, parabant* etc., vid. adnott ad II, 172. — Verba *magnae sub moenibus urbis* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 101. — *Dimensi*, per certa spatia divisi. — „*Campum parabant*, instruebant aequando, purgando ab arbustis cett. Cf. v. 770 sq.“ *Heyn.* Wagn. conferri iubet Xen. Anab. IV, 8, 26. Conington autem Hom. Il. III, 314 sqq. — **118.** „In *ara*, quae h. l. e cespite fuit, puta esse *focum*, qui *ignem* recipit.“ *Heyn.* Conington conferri iubet Calpurn. Ecl. V, 25. *cespite vivo Pone focum* et infra v. 285. *Diripuere aras - - Craterasque focosque ferunt.* Ladew. vero coll. eodem v. 285 *focos* accipit de ferreis pelvibus (*Feuerbecken*), in quibus alias Laribus Penatibusque in atrio sacrificatum fuerit. Praeterea Conington coll. locis Prop. III, 12 [prius II, 19], 14. Tib. I, 2, 82. Ovid. Met. IV, 753. A. A. I, 637. voces *aras* et *focos* saepe

Gramineas. Alii fontemque ignemque ferebant
Velati limo et verbena tempora vincti.
Procedit legio Ausonidum pilataque plenis
Agmina se fundunt portis. Hinc Troius omnis
Tyrrhenusque ruit variis exercitus armis,
Haud secus instructi ferro, quam si aspera Martis
Pugna vocet. Nec non mediis in milibus ipsi
Ductores auro volitant ostroque superbi,
Et genus Assaraci Mnestheus et fortis Asilas

---

promiscue usurpari docet. Ceterum in Auth. Lat. I, 178, 323. hic legitur versus *In medioque focos, nocturnas inchoat aras* ex boc loco et VI, 252. compositus. — „*Dii* autem *communes* sunt, per quos uterque iuraturi eraut, Latiuus et Aeueas, ut ap. Prop. I, 11, 16., ubi puclla *perfida* uou meminit *communes deos*. Cf. etiam supra VIII, 275. et Val. Fl. IV, 761.“ *Heyn*. — *aras Gramineas*. Conington confert Hor. Od. III, 8, 3. *positusque carbo in Cespite vivo* et Ovid. Mot. IV, 753. *Dis tribus ille focos totidem de cespite ponit*. — **119**. *fontem*, aquam vivam, qua, ut *igne*, opus erat ad sacra facieuda. Vid. ad Geo. IV, 376, ubi addi potest Apulei. Met. XI, 20. p. 795. Oud. *Deae e penetrali fontem petitum spondeo libat*. — **120**. Aute Heyn. edebatur *velati lino*, ut de Fetialibus cogitaudum sit; at illa tempora uou Fetiales uovisse, sed praecones, *κήρυκας*, (ut Hom. Il. III, 116 sq.), vere memorat Heyn.; ueque de vitta, infula cogitari potest, quam uon liuteam, sed laueam fuisse scimus. Quare Heyu. recte restituit autiquam lectionem *velati limo*, secuudum Servium iam Capro et Hygino probatam, quae in Codd. facillime poterat corrumpi. *Limus* enim est subligar ab umbilico usque ad pedes pertiugeus, quo ministri sacrorum, popae et id genus bomiues semiuudi, cincti erant, qui propterea vocautur *limocincti* in Iuscriptione Verouae reperta, quae, Wagn. teste, legitur iu Reiucsii Syntagm. cl. VI. u. 44., in Maffei Museo Veron. p. CXVI. et in Collect. Orell. p. 3219. Ceterum idem Wagn. laudat Hygiuum iu Rei agrar. auct. a Goës. ed. p. 151.: *limum cinctum ideo dixere, quod* [in extrema ora] *purpuram transversam* [limam] *habebat* cum Goësii adnot. p. 162. et Gellium XII, 3. [*Licio transverso, quod limum appellatur, qui magistratibus praeministrabant, cincti erant*. Adde Servium: *Haec autem vestis habet in extremo sui purpuram limam i. e. flexuosam, unde et nomen accipit*.] — De *verbena* Servius haec aduotat: „*Verbena* proprie est herba sacra sumpta de sacro loco Capitolii, qua coronabantur Fetiales et Pater patratus *foedera* facturi vel bella indicaturi. Abusive tameu verbenas iam vocamus omnes froudes sacratas, ut est laurus, oliva, myrtus.“ Cf. Lerscb. Ant. Verg. §. 54. et liber meus *Hellas u. Rom* I, 2. p. 91. cum iis, quae ad Ecl. VIII, 65. adnotavimus. — **121**. *pilata agmina*, (ut ap. Martial. X, 48, 2. *pilata cohors*) pilis armata, quod teli geuus Romanis (i. e. b. l. *Ausonidis*) proprium fuisse, ad Geo. I, 495. vidimus. Cf. etiam Aeu. VII, 664. Adiectivum autem (quod Wagn. satis probari docet uomine proprio *Pilati*) eadem ratioue formatum, qua *hastatus, clipcatus, galeatus* cett. — *plenis portis* Peerlk., coll. Livio I, 15. *plenis portis effusi*, recte fortasse explicat: undique patentibus, totis apertis. Simplicior tameu ratio est, ut cogitemus de deuso agmine totas portas compleute. — *variis armis*, „quia alius Troicus, alius Tyrrhenus.“ *Serv*. — *instructi ferro*. Cf. III, 471. VIII, 80. — **124**. *aspera* (ut IX, 667. XI, 635.) *Martis pugna*. Vid. supra ad v. 72. — **126**. Ne cum omuibus receutioribus editoribus (praeter Süpflium et Bryceum) discreparem, uunc recepi Med. lectiouem *superbi*. Prius et propter plurimorum Codd. (Pal., Rom., Gud., Bern. II. III., Miuoraug., aliorum) auctoritatem et propter parallelum locum V, 135. tuitus sum vulg. lectiouem *decori*, cum *superbi*, quo Adiect. Vergilius, ad homines relato, uou soleat uti nisi de victoribus vel viris iusolcutia et arrogantia iusiguibus, ex II, 504. vel V, 268. huc potuerit trausferri. — **127**. De *Mnestheo* Troiauo vid. ad V, 116., de *Asila* Etrusco ad X, 175., de *Messapo* Latino ad VII, 691., ubi uou

Et Messapus equum domitor, Neptunia proles.
Utque dato signo spatia in sua quisque recessit,
Defigunt telluri hastas et scuta reclinant.
Tum studio effusae matres et volgus inermum
Invalidique senes turris et tecta domorum
Obsedere, alii portis sublimibus adstant.
At Iuno e summo, qui nunc Albanus habetur, —
Tum neque nomen erat nec honos aut gloria monti —
Prospiciens tumulo campum adspectabat et ambas
Laurentum Troumque acies urbemque Latini.
Extemplo Turni sic est adfata sororem,
Diva deam, stagnis quae fluminibusque sonoris

---

minus quam IX, 523. totum v. 128. iam legimus. — ***genus Assaraci***, ut VII, 213. *Rex, genus egregium Fauni*, ubi vid. adnott. Conington etiam confert Hor. Sat. I, 6, 12. *Laevinum Valeri genus*, Eur. Cycl. 104. (*Σισύφου γένος*) et Apoll. Rh. I, 133. (*Δαναοῖο γενέθλη Ναύπλιος*). — **130**. Cf. Hom. Il. III, 134 sqq. — ***telluri*** (Casum locativum) ut exquisitiorem lectionem, ab aliquot bonis Codd. (inter quos Rom., Bern. II. (a m. sec.) et III.) exhibitam, cum Iahn. et Wagn. vulgari *tellure* praetuli, in quo nos secuti sunt Haupt., Ladew. et Benoist.; Bryce vero, Ribbeck. et Conington retinuerunt Ablativum, quem sane exhibent Med., Pal., Gud. aliique Codd. et testatur Arusian. p. 225. Lind. Cf. adnott. ad Geo. II, 290. et Aen. VI, 652. — „***reclinant***, reponunt in terra, ***κατατίθενται, ἀνακλίνουσι πρὸς τῇ γῇ***." *Heyn.* Wagn. confert Ter. Heaut. I, 1, 36. *at istos rastros interea tamen adpone*, i. e. ad pedes pono. — **131**. ***studio effusae***, magna spectandi cupiditate actae. Wagn. ad Geo. II, 352. haec adnotat: „*effusus* magnum hic quidpiam et vehemens indicat, ut Aen. V, 693 et XII, 131." Verba *Tum studio effusae matres* repetuntur ab Ausonio in Cent. nupt. 67. — ***inermum***. Vid. ad X, 425. coll. adnott. ad IV, 8. et IX, 444. — **132**. ***turris et tecta domorum***, tecta altarum domorum. Cf. II, 445. et VII, 160. Aliquot Codd. (inter quos Pal., Rom. et Gud.) *ac tecta*, quod receperunt Wakef., Iahn. (qui *et* e superiore versu huc illatum suspicatur) Ribbeck. et Conington. Wagn. contra verisimilius censet, *ac* ex II, 445. hic esse repetitum; cui adsentior. — **133**. ***Obsedere - - adstant***, ut II, 449. *Obsedere - - servant*. — ***portis*** (murisque, qui simul videntur indicari) ***adstant*** curiosi et exspectationis pleni; ut ap. Cic. Cat. IV, 2, 3. *neque ille, qui* ***exspectans*** *huius diei exitum* ***adstat*** *in conspectu meo gener*. Vid. ad I, 152. (coll. II, 303.). Pauci Codd. cum Rom. *instant*, quod recepit Iahn.; sed aliquoties (ut III, 194. IX, 560. 677.) librarios *adstare* in *instare* mutasse docet Wagn. (In altera tamen edit. etiam Iahnium lectionem *adstant* recepisse video.) — **134**. De monte *Albano* vid. Liv. I, 3, 3. XXVI, 21, 6. et alibi, Plin. III, 5, 9. et liber meus geogr. III. p. 493. — **135**. „***neque nomen:*** nam hoc demum ab Alba condita habuit: ***neque honos***, qui per ferias Latinas in eo haberi solitas accessit." *Heyn.* — ***nec - - aut***. Cf. Madvig. §. 458. obs. 2. — **136**. ***adspectabat***. Cf. supra X, 4. 251. al. — **138**. ***Turni sororem***, Iuturnam. Vid. adnott. ad VII, 56. Iuturna autem Nympha erat inter Latinorum deas indigenas. Cf. Arnob. III, 29. p. 111. Spangenb. de vett. Latii religg. domest. p. 65. Preller *Röm. Mythol.* p. 508. et Teuffel in Pauly *Realencycl.* IV. p. 686. — **139**. ***Diva deam***. Vid. ad V, 569. (I, 684. X, 361. 600. etc.), imprimis autem cf. Ovid. Met. V, 300. *Miranti sic orsa deae dea;* ibid. XIV, 12. *Diva dei miserere, precor*, et Silius VIII, 205. *Diva deae parere parat.* — *Iahn.* verissime haec observavit: „Prisci Romani Varrone teste pro *diis* semper *divos* dixerunt; itaque voc. ***diva*** vetustatis maiestate (Quinct. I, 6, 1.) commendatur, atque deam superam haud ineleganter nymphae deae opponit." Similiterque Dietsch. Theol. Verg. p. 3. contendit, *divos* tantum esse superos deos, qui caeli imperium haberent, a ceteris *diis* distinguendos. Ladew. ei recte adsentiens conferri iubet Ovid. l. l. Met. XIV,

Praesidet; hunc illi rex aetheris altus honorem
Iuppiter erepta pro virginitate sacravit:
„Nympha, decus fluviorum, animo gratissima nostro,
Scis, ut te cunctis unam, quaecumque Latinae
Magnanimi Iovis ingratum adscendere cubile,
Praetulerim caelique libens in parte locarim:
Disce tuum, ne me incuses, Iuturna, dolorem.
Qua visa est fortuna pati Parcaeque sinebant

---

12. Ceterum Nymphas quoque *deas* appellari, quod fuerunt qui negarent, docuit Paldamus ad Prop. p. 270 sq. (a Wagn. laud.) easdemque adeo *divas* vocari (ut Geo. IV, 358.), si a divis genitae fuerint, quemadmodum etiam heroes a diis procreati (ut Aeneas ipse Aen. XII, 797.) *divi* appellentur, idem Dietsch. l. l. addit. — *stagnis quae* etc. Non longe enim a fonte Numicii ad radices montis Albani fuerunt Iuturnae fons, fluvius et lacus, per quem fluvius in Tiberim deferebatur, (cf. Cluver. Ital. ant. p. 122.) eorumque aquis vis medendi vindicabatur, quare Serv. ad h. l. et Varro L. L. V, 71. (q. 28. M. p. 76. Sp.) Iuturnae nomen a verbo *iuvandi* deducunt. *Iuturnae lacus* etiam ab Ovidio Fast. I, 708. commemoratur. — *fluminibus sonoris*. *Sonorus* non dici, nisi de graviore et vehementiore fluminum, ventorum (vid. ad I, 53.), tonitruum (Claud. laud. Stil. II, 26.), curruum (id. in Eutr. II, 105.) sono, Voss. et Dissen. ad Tib. III, 4, 69. verissime docent. — **141.** Haec fabula de Iove et Iuturna narratur ab Ovidio Fast. II, 583—616. — *sacravit* pro donavit, sed tamquam sacrum honorem et numine donante dignum. — **142.** *decus fluviorum*, ut IX, 405. Luna vocatur *astrorum decus*. Cf. etiam Val. Fl. II, 612. *Undarum decus et gentis, Cretheïa virgo* et III, 523. *Nymphas, Undarum nemorumque decus*. — *gratissima*. Rom., Gud., Menag. I., alii *carissima*, quod recepit Iahn. atque praetulit etiam Peerlk., coll. Sall. Iug. 14. *frater animo meo carissime*. Sed Vergilium patet reddere voluisse Homericum (Il. V, 243. Od. IV, 71.) ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ, cui magis respondet *gratissimus*, quam *carissimus*; et *gratus* etiam alibi in *carus* mutatum esse docet Wagn. coll. supra V, 28. et Burm. ad Ovid. Ep. IV, 108. Cf. etiam Aen. X, 607. et Ovid. Met. V, 260., qui videtur hunc locum ante oculos habuisse, sic scribens: *diva, - - animo gratissima nostro es*; quamquam confiteor, Ovidianum locum Vergiliano non plane esse similem. Coniugton etiam similem locum Apoll. Rh. IV, 790 sqq. conferri iubet. — **143.** *Scis, ut* etc. Coniugton comparat Hor. Od. III, 4, 42. *Scimus, ut impios* etc. Sic etiam *scire, quod* c. Coni. ap. Plaut. Asin. I, 1, 37. 70. et Liv. III, 52. — V. **144.** iusta caesura carere, iam Terent. Maur. v 1708 sq. notavit; quare Bothius verba sic transposuit: *M. ingratum Iovis*. Sed vere Wagn. (coll. Bentl. ad Hor. Od. IV, 8, 17.) docet, non deesse quandam caesurae speciem, si post *ad* incideris (*ingra* | *tum ad* | *scen* | *dere*); eaque caesura saepius uti Lucretium (teste Davis. Miscell. crit. p. 20. ed. Burg.) [cf. Lachmann. ad VI, 1067. q. 413.] Silium XII, 146. XIV, 631. XV, 104. alios [in edit. min. addit Hor. Od. I, 18, 16.], Terentiumque adeo eiusmodi verbum compositum (*in* | *dignum*) inter duo versus divisisse Ad. II, 1, 11 sq. Cf. etiam Santen. ad Ter. Maur. l. l. — *Magnanimi Iovis*, ut rursus infra v. 878. — „*ingratum cubile:* h. e. mihi invisum, quatenus in eo pellices Iunoni invisae Iovis amplexibus tenentur. Ita malim accipere, quam aut ad *Iovem ingratum* aut ad *Latinas ingratas* retrahere.“ *Heyn*. Wagn. quoque recte cogitat de Iunone malam gratiam Iovis pellicibus referente, coll. Paldamo ad Prop. p. XLV. Cf. etiam VII, 425. ibique adnott. Ceterum Peerlk., temere haerens in epitheto *Magnanimi*, quod non conveniat *ingrato cubili*, coni. *Germani Iovis*, atque adeo persuadere nobis studet, in causa adulterii Iovem hic melius a Iunone vocari *germanum*, fratrem, quam *maritum*, aut simpliciter *Iovem*. — **146.** *ne me* (postea) *incuses*, ac si ego Turni caedem impedire potuissem. Verba *Disce tuum, ne me incuses* iterantur in Anth. Lat. I, 172, 53. — **147.** *Qua* (quatenus) *visa est - - sinebantque*

Cedere res Latio, Turnum et tua moenia texi:
Nunc iuvenem inparibus video concurrere fatis,
Parcarumque dies et vis inimica propinquat.
Non pugnam adspicere hanc oculis, non foedera possum.
Tu pro germano si quid praesentius audes,
Perge; decet. Forsan miseros meliora sequentur."
Vix ea, cum lacrimas oculis Iuturna profudit
Terque quaterque manu pectus percussit honestum.
„Non lacrimis hoc tempus, ait Saturnia Iuno;
Accelera et fratrem, si quis modus, eripe morti,
Aut tu bella cie conceptumque excute foedus.
Auctor ego audendi." Sic exhortata reliquit

Wagn. docet scriptum esse pro *Qua visa est et quoad sinebant*, ut pro more Vergilii inaequalia orationis membra per Copulam iungendi (vid. ad Ecl. VIII, 3. Geo. III, 282. al.) ex praegresso relativo *qua* aliud, quod alteri enuntiato conveniat, i. e. *quoad*, repetendum sit, quemadmodum Geo. IV, 9 sqq., ubi vid. adnott. Quare non mirum est, ap. Arus. Mess. p. 257. Lind. pro *Qua* commemoratam inveniri lectionem (vel potius Ribbeckio iudice Proleg. p. 209. glossam aut coniecturam) *quoad*. — **148.** *Cedere res Latio*, procedere Latinis. Conington comparat Suet. Claud. 34. et Ner. 33. ubi *parum cedere* legatur, unde appareat, *cedere* etiam pro bene, prospere cedere dici. — **149.** *inparibus fatis*, scil. Aeneae, quae maiora sunt et potiora. Conington confert V, 809. *congressum Aenean nec dis nec viribus aequis* et VII, 293. *fatis contraria nostris Fata Phrygum*. — **150.** *Parcarum dies*, μόρσιμον vel αἴσιμον ἦμαρ Hom. Il. XV, 613. XXI, 100. XXII, 212. al. — *vis inimica propinquat.* Sic IX, 355. *lux inimica propinquat.* Ceterum hic versus totus iteratur in Anth. Lat. I, 172, 46. — **151.** Comparant Hom. Il. III, 305 sqq. et Servius memorat, numina, quoties morituros viderint eos, quibus faveant, ab iis recedere. (Cf. locus modo laud. Hom. Il. XXII, 213.) Ceterum vid. adnott. ad X, 473. Heyn. autem confert Stat. Theb. VII, 789. [*lacrimas avertit Apollo*]. — **151.** *foedera.* Vid. infra v. 212. — **152.** *praesentius*, efficacius. Vid. ad Geo. II, 127. et Aen. III, 611. coll. adnot. ad Ecl. I, 41. — *audes*, i. e. audere vis (vid. ad VI, 468. X, 801.) et *Perge* fere i. q. age, fac. (Cf. IV, 113 sq.) — **153.** *decet* te, tamquam sororem. Sequentia verba *Forsan miseros meliora sequentur* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 171. — **154.** *Vix ea.* Vid. ad II, 42. (I, 335. III, 85.) — V. **155.** iam legimus IV, 589. alio tantum epitheto (*decorum*) adiecto. — *honestum*, pulchrum. Vid. ad Geo. II, 393. Aen. VIII, 617. et X, 133. — *terque quaterque.* Vid. ad I, 94. Peerlk., offensus asyndeto, suspicatur Vergilium scripsisse: *Terque tremente manu*, quod syllaba *que* errore repetita facile transire potuerit in notissimam illam formulam *terque quaterque.* Gentius vero p. 60. coniicit *Terque utraque manu.* — **156.** Heins. coniecit *hic tempus*, Withof. *Krit. Anmerkk.* fasc. IV, p. 38. *Non l. tere tempus*, et Peerlk. *Non lacr. nunc tempus;* quod si poeta scripsisset, nemo profecto haesisset; sed verissime Wagn. observat, id ipsum *nunc* contineri Pronomine *hoc.* Vid. Qu. Verg. XX, 6, a. — **157.** „*si quis modus* pro quocunque modo. Cf. VI, 367. *si qua via est.* — **158.** *bella ciere* iam legimus I, 541., ut *Martem ciere* IX, 766. — *excute* pro concute, turba. Sic VII, 339. *disiice pacem.* [Thiel. conferri iubet Iacobs. *Blumenlese* II. p. 256. ad Prop. IV, 6, 52., ubi legitur *excutit arma pudor.*] Consilium autem Iunonis ex Hom. Il. IV, 64 sqq. petitum." *Heyn.* — *conceptum foedus.* Vid. supra v. 13. et VII, 339. (ubi eandem sententiam prolatam vidimus). Schirach. p. 362. minus recte videtur explicare per placitum, animo praedestinatum. — **159.** *Auctor audendi*, ut ap. Liv. VII, 32. (ex Freinshemii emend.) *adhortator audendi* et ap. Ammian. XV, 8. p. 68. Bip. *hortator audendi.* Conington addit Liv. XXIV, 2. *tradendae auctorem urbis.* Ceterum cf. supra V, 418. Verba

Incertam et tristi turbatam volnere mentis.
Interea reges, ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,
Solis avi specimen; bigis it Turnus in albis,

Auctor ego audendi repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 393. — **160.** „*incertam:* aut utrum faceret aut de eventu. Nam v. 153. *forsan miseros meliora sequentur.*“ *Heyn.* — *volnere mentis.* Vid. ad I, 36. (IV, 2. al.) — **161** sqq. Cf. Hom. Il. III, 259 sqq. „Ad figuras Vergilio nove usurpatas refert Macrob. VI, 6. [10 p. 534. Ian.], quod de duobus incipit dicere, et in unum desinit. Hyperbaton esse dixit Servius, ut ordo sit: *Interea reges procedunt castris*, cetera in parenthesi dicta sint. Hoc sequuntur, quantum video, interpretes; quibus tamen non accedam. Ponit ab initio poeta genus, et tum individua subiungit, inflexa ad id oratione. Itaque interpungo: *Interea reges,* (et quidem primo loco) *ingenti mole Latinus vehitur* cett. *bigis it Turnus* cett. *Hinc pater Aeneas - - Romae: Procedunt* (sc. omnes) *castris.*“ *Heyn.* Iure hanc rationem probant Wakef. ad Lucr. IV, 525., Iahn., qui conferri iubet Aen. XI, 690. XII, 277. et Garaton. ad Cic. Phil. X, 6. p. 334., et Süpflins. Wagn. (qui in min. edit. confert locum Hom. Od. XII, 73. *οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει* et Liv. XXIV, 20. *Consules Marcellus retro Nolam redit, Fabius in Samnium processit*) praeterea laudat Koen. ad Greg. Cor. p. 83. ed Lips., Thiel. autem Langium in *Verm. Schriften, herausgeg. von Jacob.* p. 115. et Beierum ad Cic. Lael. 22, 82. — Pro *Interea*, omnium Codd. lectione, mirum est Donatum Art. III, 5, 2. Charis. p. 250. et Diomed. p. 438. P. exhibere *continuo.* — *ingenti mole* arcte cohaeret cum nomine *Latini* et significat i. q. ingenti corpore (*in riesiger Grösse*), non: magna molitione, magno apparatu, ut coll. Claud. in Eutr. II, 101. Gossr. cum Heynio interpretatur. Cf. Aen. II, 557, III, 656. V, 431. VIII, 199. Flor. I, 13. Stat. Theb. V, 442. VI, 835. Peerlk. tamen, hoc de Polyphemo quidem, Caco, Entello pugile et Hercule in locis illis apte dici concedens, in Latinum vero ad foedus faciendum proficiscentem non quadrare putans, ut simul alteram difficultatem (?) tolleret, quam deprehendit in voc. *reges*, legendum esse censet *Interea rex ingenti de more Latinus* etc. (quam coniecturam fulcire poterat lectione Med. a m. pr. *ingenti de mole,* in quo tamen Praep. ab alia manu expuncta est). Sed equidem magis haereo in *ingenti quadriiugo curru,* quo rex ad foedus faciendum *de more* vehitur, quam in rege ingenti corpore praedito, cum etiam Aen. II, 155. Priamus interfectus dicatur *ingens truncus* et apud Flor. l. l. omnibus Gallis Senonibus ingens corporis moles adscribatur. Pluralem *reges* etiam Macrobii l. l. auctoritas satis tuetur. Cum quadriiugo autem curru cf. supra X, 571. — *circum* adverbialiter, ut Ecl. III, 45. (ubi vid. adnott.) et alibi. — **163** sq. „Corona radiata ornatus Latinus in stirpis a Sole ductae argumentum. — *specimen* est *δεῖγμα*, documentum, id quod argueret patrem Solem, ut Geo. II, 241.“ *Heyn.* Val. Fl. VI, 58. *dracones, Matris Horae specimen.* — *Solis avi.* Etsi Hesiod. Theog. 1011 sqq. Latinum Circes et Ulyssis, Hyginus autem v. 127. Circes et Telemachi filium fuisse narrant, Vergilius tamen, qui VII, 47. Latinum a Fauno et Marica genitum prodit, aliam sequitur fabulam, quae vel Faunum, vel Picum (nam *avus* omnino aliquem ex maioribus significat) a Circe genus ducere statuebat; quod pluribus demonstrat Heyn. Possumus vero etiam sumere, Maricam ipsam, quam eandem cum Circe habitam fuisse Servius memorat, a Vergilio Solis filiam cogitari voluisse. Conington, pluribus de h. l. disputans, coll. locis X, 76. 619. et IX, 4. Vergilium in eiusmodi rebus non satis constantem esse memorat. Radiata corona, cuius duodecim radii fortasse ad XII mensium vel signorum caelestium numerum spectent, idem Heyn. (coll. Floro III, 2, 91. et Intpp. ad Vellei. II, 59, 6.) nescit an ad Caesaris et Augusti inter deos relati caput radiatum alludat; proxime tamen ad Circes caput radiatum (Orph. Arg. 1216 sqq. et Apoll. Rh. IV, 727 sqq.) eam spectare docet. — **164.** *bigis it*, vehitur. Thiel. conferri iubet Rubnk. ad Ovid. Her. I, 46. Cum

Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Aeneas, Romanae stirpis origo,
Sidereo flagrans clipeo et caelestibus armis,
Et iuxta Ascanius, magnae spes altera Romae,
Procedunt castris puraque in veste sacerdos
Saetigeri fetum suis intonsamque bidentem
Attulit admovitque pecus flagrantibus aris.
Illi ad surgentem conversi lumina solem
Dant fruges manibus salsas et tempora ferro

---

bigis albis Conington confert *roseas bigas* VII, 26. et *roseos equos* ap. Ovid. Fast. IV, 714. — **165**. *bina hastilia* ex more heronm. Vid. ad I, 313., ubi enndem versnm iam legimus, et cf. IX, 586. et XII, 488. — **166**. *origo*. Conington conferri iubet Tac. Germ. 2. *Tuisconem et filium Mannum, originem gentis conditoresque* et Hom. Il. XIV, 201. Ὠκεανόν, θεῶν γένεσιν. — **167**. *sidereo clipeo*, sideris instar fulgente, coruscante. Cf. Hom. Il. XVI, 134. et supra X, 271. sq. — *caelestibus armis*, a Venere matre acceptis et a Vulcano factis. Vid. supra ad v. 107. *Caelestia arma* etiam invenimus in Epit. Iliad. 167. — **168**. *magnae spes altera* (scil. post Aeneam patrem) *Romae*. Esse hanc vocem Ciceronis, arreptam a Vergilio, (Wagnero teste) tradunt Serv. ad Ecl. VI, 11. et Donat. Vit. Verg. c. XI, 41. Repetuntur haec verba ab Ausonio Cent. nupt. 7. — **169**. *pura in veste sacerdos*. Supra VI, 645. legimus *longa cum veste sacerdos; pura* autem i. q. alba, alio ornatu non conspicua. (Cf. adnott. ad XI, 711. et Iacob. Disqniss. Verg. P. I. p. 9 sq.) Donatus haec adnotat: „*Pura*, colore albo, nec purpurae variata picturis." Paul. Diac. autem p. 248, 8. Müll. scribit: „*Pura* vestimenta sacerdotes ad sacrificium habebant, i. e. non obsita, non fulgurita, non funesta, non maculam habentia." Conington praeterea conferri iubet Phaedr. III, 10, 13. *toga pura* (i. e. non praetexta) et Tibull. I, 10, 27. *pura vestis*, ubi tamen potius de veste recens lota cogitandum videtur, qualis debebat esse sacrificantium, qualemque etiam hic intelligerem, nisi de sacerdote sermo esset. — *in veste*. Vid. supra ad XI, 779. — **170**. In foedere inngendo porcam mactatam fuisse Romanis, iam ad VIII, 641. vidimus. Nihilominus hic in omnibus Codd. legitur *Saetigeri*, quod cum Ribbeckio, Coningt. et Benoisto retinendum censui, quamquam Haupt., Wagn. (in recent. edit.) et Ladew. *Saetigerae* ediderunt, quod in quo libro exstet, non traditur. Servius adnotat: „Nonnulli autem *porcum*, non *porcam* in foederibus adserunt solere mactari, sed poetam periphrasi usum propter nominis humilitatem;" unde Ribbeck. concludit, Servium legisse *saetigerum*, quod etiam exhibet Charis. Exc. p. 546. K. — *bidentem*. Vid. ad IV, 57. Troianos et Graecos agnam mactavisse, memorant Serv. et Heyn., coll. Hom. Il. III, 246 sqq., quare Lersch. Ant. Verg. §. 54, 3. sine causa haeret in bidente hic commemorata. — **171**. *Attulit*. Heins. temere coni. *Appulit*, neque magis opus est Heynii coniectura *flammantibus* vel *ardentibus* pro *flagrantibus*. — *admovitque pecus aris*, vox hac de re sollemnis. Vid. Lucan. I, 608. Tac. Ann. II, 69. Suet. Calig. 32. Pers. II, 75. etc. Cf. etiam V, 237. — **172** sqq. „Notandus mos horum sacrorum. Orientem spectantes molam salsam iniicinnt victimae, pilos e fronte eins exscindnnt ense (cf. VI, 245 sq.), quos in flammam coniicinnt: tum vinum in aram libant. Fieri haec ad consecrationem victimae putanda sunt. Inde v. 213. *rite sacratae pecudes*. Graecis uno verbo κατάρχεσθαι." *Heyn.* De more sacrificantium orientem solem spectandi vid. adnott. ad VIII, 68., ubi addi possunt Musgrav. ad Soph. Oed. Col 467. Heins. ad Silii XIII, 406. (quem tamen locum non recte intellexit), Gierig. ad Ovid. Fast. IV, 777. et Bach. ad eiusd. Met. XIV, 386. — **173**. *Dant* (iniiciunt fronti pecudum) *fruges salsas*, molam salsam, quam etiam Ovid. Met. XV, 134. *fruges* appellat. Ceterum vid. ad Ecl. VIII, 82. et Aen. II, 133. IV, 517. *Manibus* autem hic Ablativum esse, ut VI, 683., non Dativum, ut I, 701., vix est quod memo-

Summa notant pecudum paterisque altaria libant.
Tum pius Aeneas stricto sic ense precatur:
„Esto nunc Sol testis et haec mihi Terra vocanti,
Quam propter tantos potui perferre labores,
Et pater omnipotens et tu Saturnia coniunx,
Iam melior, iam, diva, precor; tuque inclute Mavors,
Cuncta tuo qui bella, pater, sub numine torques;
Fontisque Fluviosque voco quaeque aetheris alti
Religio et quae caeruleo sunt numina ponto:
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
Convenit Euandri victos discedere ad urbem,

---

rem. — *tempora ferro S. notant pec.* Cf. VI, 245 sq. ibique adnott. — **174.** *altaria libant* pro: libando rigant, tingunt. Cf. Burm. ad Lucan. III, 404. et Heins. ad Claud. in Ruf. II, 406. — **175.** *stricto ense*, non „tamquam periurium ulturus," ut Heyn. explicat, quam potius: quo usus erat *summa notans pecudum;* acute enim perspexit Conington, poetam hic respexisse locum Hom. Il. XIX, 252 sqq. — **176** sqq. Heyn. confert Hom. Il. III, 276 sqq. XV, 36 sqq. XIX, 258 sqq. Od. V, 184 sqq. — *Sol testis.* Sol saepe in testimonium vocatur, velut ap. Ovid. Met. I, 766. IV, 238. etc. Cf. etiam Hom. Il. III, 277. *'Ηέλιος, ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις* et supra IV, 607. Serv., Donat. et Med. pro *vocanti* exhibent *precanti*, quod tamen antecedenti *precatur* originem debere videtur. Wagn. (qui etiam cf. in Philol. Suppl. I. p. 392.) vulgatam, quae pulchre conveniat deos testes adhibenti, defendit coll. v. 181. Silio VI, 467 sqq. et Val. Fl. II, 577. Non tamen reticendum, etiam auctorem Medeae ex verbis Verg. compositae, qui tragoediam suam hoc Vergilii versu exorditur, exhibere *precanti*. Ex recentioribus editoribus unus Ladew. *precanti* recepit. — **177.** Praep. *propter* Pronomini relativo eadem ratione postponitur ap. Plaut. Amph. IV, 1, 8. Cic. de Sen. 7, 22. in Pis. 7, 15., aliis autem vocabulis ap. Lucr. IV, 1023. (ubi vid. adnott. mea) V, 622. Tac. Ann. IV, 48. XV, 47. al. Cf. omnino Hand. Turs. IV. p. 614. cum adnott. ad Aen. I, 32. 667. etc. — *potui perferre*, a me impetravi, ut perferrem. Vid. ad Geo. III, 453. et Aen. XI, 307. — **178.** *Sat. coniunx.* Sic Iahn. et Wagn. (quos recentiores omnes secuti sunt, nam etiam Ladew., qui prius ediderat *Saturnia Iuno*, propterea a Wagn. in Philol. l. l. reprehensus, postea ad alteram lectionem rediit) cum Rom. aliisque bonis Codd. pro vulg. *Sat. Iuno*, quod, quamvis a Med., Bern. II. et Minoraug. exhibeatur, facile ex aliis locis (supra v. 156. III, 380. V, 606. IX, 2. 745. 802. cett.) huc transferri potuit. — **179.** *iam melior*, si non omnia me fallunt, quae nunc eveniunt, iam melior, i. e. propitior, placata es. Vid. ad Ecl. V, 65. Ladew. hic comparat Prop. II, 18, 22. [III, 10, 22. Keil.] *saepe Cupido Huic malus esse solet, cui bonus ante fuit* et Plaut. Capt. V, 1, 19. *qui mihi melior, quam sibi, semper fuit.* Quod attinet ad repetitionem Part. *iam*, Conington confert Pers. II, 60. *Iam dabitur, iam iam.* — *iam precor*, et precor, ut iam vere sis melior. Ad Heleni autem monitum (III, 435 sqq.) Aeneam his respicere putant. Peerlk. sine iusta causa coni. *Iam melior, iam victa, precor*, coll. Aen. IV, 548. Ovid. Met. I, 378. aliisque locis, ubi *vinci* pro precibus superari dicitur. — **180.** *pater.* Vid. ad Geo. II, 4. et Aen. I, 155. — *tuo sub numine torques*, numini tuo (i. e. divinae potentiae tuae) subiecta regis, moderaris. Cf. adnott. ad IX, 93. et de verbis *sub numine* adnott. ad I, 8. II, 623. VI, 266. Burm. ad Val. Fl. III, 600. et Drak. ad Silium XVI, 655. Cum verbo *torques* Wagn. confert V, 177. *clavum torquere.* — **181.** *Fontisque Fluviosque.* Vid. ad Ecl. IV, 51. Geo. I, 52. al. — *voco* pro invoco, ut VIII, 275. et al. — „*quaeque aetheris alti Religio.* Variavit orationem; h. e. Aetherem [divum s. sanctum] invoco. Si numen ei est, si religiose colitur, etiam religionem aetheris esse necesse est." *Heyn.* — **183.** *Cesserit.* Vid. ad III, 297. 333. — **184.** *convenit*, *σύγκειται*, ex legibus foederis, in quas conventum est, oportet. —

Cedet Iulus agris nec post arma ulla rebelles
Aeneadae referent ferrove haec regna lacessent.
Sin nostrum adnuerit nobis Victoria Martem, —
Ut potius reor et potius di numine firment —
Non ego nec Teucris Italos parere iubebo
Nec mihi regna peto; paribus se legibus ambae
Invictae gentes aeterna in foedera mittant.
Sacra deosque dabo; socer arma Latinus habeto,
Imperium sollemne socer; mihi moenia Teucri
Constituent urbique dabit Lavinia nomen."
Sic prior Aeneas; sequitur sic deinde Latinus
Suspiciens caelum tenditque ad sidera dextram:
„Haec eadem, Aenea, Terram, Mare, Sidera, iuro,
Latonaeque genus duplex Ianumque bifrontem

---

185. *cedet agris*, ut IX, 620. *cedite ferro.* — **187.** Si Victoria Martem voluerit esse *nostrum*, i. e. propitium. Vid. adnott. ad Aen. II, 396. (et Geo. IV, 22. 190. coll. Aen. V, 832.). Peerlk. tamen, cui haec non placent, cum Mars maior sit, quam Victoria, et Mars potius annuat victoriam (quod sentientes iam veteres Grammatici hypallagen statuerunt pro: *Si noster Mars adnuerit victoriam*: vid. Serv. ad h. l.) coni. *Si nostro annuerit nobis Victoria Marte*, i. e. si Victoria nobis annuerit, dum Mars nobis favet, Marte favente, ita volente. Dietsch. autem Theol. Verg. p. 10. locum sic capi posse arbitratur: „si mihi meam virtutem Victoria adnuerit, si mihi, ut ea, quae in me est, virtute uti possim concesserit," cum etiam *Marte suo pugnare* sit sua virtute, sine alieno auxilio, pugnare. — **188.** *di numine firment*, dii potentia sua firmum, ratum et perfectum reddant. Aliquot Codd. (inter quos etiam Pal., Rom. et Gud.) *numina*, ut VIII, 178., quod tamen ab hoc loco alienum. Conington conferri iubet Ovid. Met. X, 430. *promissaque numine firmant.* — **189.** *Non ego nec -- nec.* Vid. ad Ecl. V, 25. — **190.** „*paribus legibus.* Hoc iam praemunierat poeta oraculorum veterum auctoritate supra [IV, 102. et] VII, 256." *Heyn.* — **191.** *se in foedera mittant*, i. q. in foedera veniant (ut IV, 339. dicitur). Similiter Tib. III, 6, 14. *dominae misit in arbitrium*, ubi vid. Dissen. Cf. etiam Cic. Rab. Post. 2, 4. *in negotium mittere* et similia. — **192.** *Sacra deosque dabo*, i. e. cultum deorum patriorum (Vestae et Penatium) instituam et regam. (Vid. ad II, 293. 320. al.) Cf. etiam infra v. 836. Conington affert haec Lobeckii in Aglaoph. I. p. 51.: „Sacrorum nomine tam Graeci quam Romani praecipue signa et imagines deorum omnemque sacram supellectilem dignari solent." — „*socer arma* cett. Latinus habebit summum imperium cum iure belli: ut igitur sub eo legibus suis vivant Troiani." *Heyn.* „Significatur his verbis utrumque genus imperii, alterum militare, alterum quod dicunt civile." *Wagn.* Errare enim eos, qui (ut Iani de art. poet. p. 94) *Latinus* pro Vocativo positum (vid. ad XI, 464.), *habeto* autem pro altera Imperativi Persona habeant, vix est quod doceam. Niebuhr. *Röm. Gesch.* Vol. I. p. 211. (a Wagn. laud.) Tyrrhenorum Cascorumque coniunctionem hoc versu indicari statuit. (Sed quid de Cascis a Niebuhrio productis statuendum sit, nunc vix dubium esse potest. Vid. quae hac de re disserui in Pauly *Realencyclop.* Vol. IV. p. 802.) — **193** *sollemne* Heyn. explicat per legitimum, cum legitima sollemni ritu tradi et suscipi soleant; quod probo, idemque facit Conington. Secundum Wagn. (cui adsentiuntur Ladew. et Benoist.) *sollemne* hic est i. q. solitum ideoque integrum, ut locus hoc significet: salvum sit Latino, quod ante habuit, imperium. — **194.** *urbi*, iam I, 5. significatae. — **196.** Cf. Hom. Il. XIX, 257. — **197.** *Haec eadem*, scil. numina. — *Terram* cett. *iuro*, pro: per Terram cett. Vid. ad VI, 324. De more autem per mare, terram, sidera iurandi vid. supra v. 176. 181 sq. VI, 351. 458. al. — **198.** „Deos in Italia vetustissima religione, Pelasgica

Vimque deum infernam et duri sacraria Ditis;
Audiat haec Genitor, qui foedera fulmine sancit.
Tango aras, medios ignis et numina testor:
Nulla dies pacem hanc Italis nec foedera rumpet,
Quo res cumque cadent; nec me vis ulla volentem
Avertet, non, si tellurem effundat in undas
Diluvio miscens caelumque in Tartara solvat;

scil., cultos nominat. Cf. Exc. V. ad l. VIII." *Heyn.* — *duplex genus*, duplicem prolem, ambo liberos. Vid. ad IV, 12. De productione primae syllabae vocis *duplex* minus usitata vid. Hor. Sat. II, 2, 121. Catull. 68, 51. Ovid. Met. XII, 503. id. Am. I, 8, 15. cett. Cf. etiam Schneid. Gramm. I, 2. p. 676 sqq. et quae ad IX, 37. aduotavimus. — De *Iano bifronte* vid. ad VII, 180. — 199. *infernam vim deûm*, i. e. vim deorum infernorum; de quo poetico dicendi genere Wagn. conferri iubet Ecl. IX, 46. Geo. I, 52, 211. Aen. I, 169. VIII, 526. et Obbar. in Diariis schol. Darmst. 1832. ch. 150. p. 1301 sqq. Vid. adnott. ad I, 4. VIII, 525. IX, 582. al. Conington conferri iubet VII, 432. poetamque hic memorem fuisse Iliad. XIX, 259. putat. — *duri* pro vulg. *diri* dudum receptum est ex melioribus Codd. Verissime enim Wagn., coll. Cortio ad Lucan. VI, 772., epitheton *dira*, quod Adiect. dicatur de rebus, quas exsecremur, in eiusmodi precatione ferri non posse contendit. — *sacraria*, sedes sacrata. Thiel. confert Stat. Theb. III, 246., ubi Iupiter de coelo: *Arcem hanc aeternam, mentis sacraria nostrae.* — 200. *Audiat haec Genitor* cett. Cf. Ovid. Met. VI, 548. *Genitor*, scil. deorum hominumque. Vid. X, 472. et al. Repetuntur haec verba in Anth. Lat. I, 172, 66. — „*fulmine*, tamquam ostento: aruspicinam spectat. Nisi malis cum aliis de Iove periurii ultore cogitare [quod videtur praestare]." *Heyn.* Peerlk. tamen suspicatur, Vergilium scripsisse *qui foedera numine sancit.* Conington comparat Liv. XXIII, 8. et Cic. post red. 5., ubi *foedus sanguine sancire* legimus. — 201. *Tango aras.* Vid. ad IV. 219, ubi addi possunt Cic. pro Flacco 36, 90. Iuven. XIV, 218. et Liv. XXI, 1. hic a Coningt. laud. — „*medios ignes*, in medio [inter utrumque populum], in ara positos. Elegantior tamen Heinsii interpretatio, ut sint tamquam sequestres et conciliatores." *Heyn.* Sed iure Wagn. Heynii explicationem ut simpliciorem praefert. Ameis. vero in *Hom. Klein.* p. 17. (a Ladew. in Append. p. 269. laud.) explicat: „*weil in der Mitte die Gluth am stärksten ist*". Peerlk. malit: *Tango aras mediosque ignis, et n. t.*, quod invitis Codd. ro vera receperunt Haupt. et Ladew., qui tamen postea recte Copulam rursus omisit, quam Ambrog. quidem in Pal. inveniri refert, sed falso, ut ex Ribbeckii silentio concludere possumus. Cf. etiam Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 362., qui cum verbis *ignes testor* confert *testes flammas* ap. Claud. R. Pros. II, 231. — 203. *Quo res cumque cadent.* Vid. II, 709., ubi haec verba iam legimus, quae etiam repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 59. De *cadendi* autem verbo, bonum non minus quam malum rei eventum indicante, Thiel. conferri iubet Ruhuk. ad Ter. Andr. I, 5, 29. et Iacobs. ad Tib. II, 2, 17. — „*volentem* bene adiectum: nam potest foedus rumpi eo nolente et invito; ut VII, 586 sqq. societatis initae violationem prohibere non potuit." *Heyn.* Sensus igitur hic est: coactum quidem vis poterit avertere, non item volentem et consentientem. — *Avertet*, scil. ab hac mea voluntate, ut foedus ratum habeatur. Ladew. apte comparat *tenacem propositi virum* Horatii Od. III, 3, 1., de quo poeta v. 8. canat: *Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinae.* — 204 sq. „Non, si vis ulla terram, mare, coelum ac tartarum misceat. — *Diluvium* pro aquis inundantibus, quibus misceantur tellus et undae. — *tellurem eff. in undas*: tellurem mari obrutam et dissolutam ac liquefactam vis maior diluat et effundat in mare, tamquam glebam illam Medeae ap. Pind. Pyth. IV, 67 sq. — *caelum in Tartara solvi*, h. e. resolutum cum Tartaro misceri." *Heyn.* Brevius idem dicit Lucr. III, 854. (842. L.) *Non si terra mari miscebitur et mare caelo*, qui locus Vergilio videtur obversatus esse. — De verbis *non, si* in obtesta-

Ut sceptrum hoc — dextra sceptrum nam forte gerebat —
Numquam fronde levi fundet virgulta neque umbras,
Cum semel in silvis imo de stirpe recisum
Matre caret posuitque comas et bracchia ferro;
Olim arbos, nunc artificis manus aere decoro
Inclusit patribusque dedit gestare Latinis."
Talibus inter se firmabant foedera dictis
Conspectu in medio procerum. Tum rite sacratas
In flammam iugulant pecudes et viscera vivis

---

tionibus usurpatis Thiel. conferre nos iubet II, 512. V, 17. Tib. I, 9, 31 sqq. Ovid. Met. VII, 802. Sil. IV, 527. Stat. Theb. X, 723 sqq. Ceterum non reticendum, Peerlkampium hunc totum locum inde a verbis *nec me vis ulla* usque ad finem v. 205. spurium censere et multa disputare, quibus enm Vergilio indignum esse nobis persuadeat, in qua re cum eo consentit Ribbeck. Proleg. p 86., cum vss. 202. et 206. arctissime cohaereant, v. 203—205. autem inceptam contineant promissae fidei exaggerationem. — Cum v. **206** sqq. cf. Hom. Il. I, 234 sqq. et, qui Maronem imitatus est, Val. Fl. III, 707 sqq. Cf. etiam carm. Priap. 25. Ceterum ut Aeneas stricto ense precatus est v. 175., sic Latinus sceptro protenso. Nescio, an recte Wagn. coll. v. 211. Adverbio *forte* haec adscripserit: „quia hoc quidem sceptrum non fuit insigne illud a regibus gestari solitum." Etiam Servius adnotat: „Tenet sceptrum Latinus non quasi rex, sed quasi pater patratus." *Ut* autem hic graviter asseverare et respondere nostro *so wahr, so gewiss als*, non est quod memorem. *Sic* enim vel *ita*, quod alibi praecedere solet (vid. ad Ecl. X, 4. et Aen. IX, 208.), facile poterat omitti. — Pro *gerebat* Wakef. ex uno Cod. Montalb. temere recepit *regebat*, quod sane doctius (cf. etiam Burm. ad Val. Fl. II, 396.); sed in tali sententia simplicissima sunt aptissima. Peerlk. satis audacter coni. *laeva sceptrum* etc., cum alias reges fere semper laeva teneant sceptrum, ut ap. Ovid. Met. VII, 506. Val. Fl. II, 590. et Silium XVI, 240. — **207.** *fundet virgulta.* Cf. Ecl. IV, 23. et IX, 41. *fundere flores.* — *umbras.* Conington conferri iubet Geo. I, 157. 191. II, 297. 410. etc. — **208.** Hom. l. l. ἐπειδὴ πρῶτα (*cum semel*) τομὴν (stirpem, unde recisum est) ἐν ὄρεσσι λέλοιπε. — *imo de stirpe.* Vid. ad Geo. II, 379. et infra ad v. 770. — **209.** *matrem* Heyn. de terra intelligit, coll. XI, 71., Wagn. autem rectius de ipsa arbore, ex cuius, quasi matris, radicibus surculus progerminavit, coll. Geo. II, 19., quem locum iam Serv. comparat. Adde ibidem v. 23. et 55. — *posuit,* deposuit (vid. ad I, 302.) *comas,* folia, *et bracchia,* ramulos minores. Cf. Prop. III, 12. (II, 19), 12, *Et* (spectabis) *vitem docta ponere falce comas.* — *Bracchia* pro ramulis arborum legimus etiam Geo. II, 296. 368. Cul. 128. Val. Fl. VIII, 114. Colum. IV, 21. Plin. XIII, 9, 18. al. — Vss. **210.** et **211.**, qui sane sunt languidi et supervacanei, Peerlk. tamquam ineptum additamentum, quod totam orationem Latini frangat, exsulare iubet. Sed sine ulla fere varietate in omnibus Codd. leguntur. — *arbos,* i. e. ramus arboris. Ceterum cf. adnott. ad Ecl. III, 56. Geo. II, 150. al. — *aere inclusit,* i. e. ornavit. Exspectaveris sane *auro* potius, quam *aere.* Conington confert X, 136. *inclusum buxo ebur* et Lucr. IV, 1127. *smaragdi Auro includuntur.* — **211.** *dedit gestare,* ut IX, 362. et al. *dedit habere.* Vid. ad I, 79, 319. al. — In *patribus Latinis* non temere haeret Peerlk., cum alibi (Aen. XI, 234. et 379.) rex et patres probe discernantur, et secundum Aen. VII, 150. sceptrum solis regibus conveniat. — **213.** *firmabant foedera.* Cf. XI, 330. *foedera firment.* — *rite sacratas.* Vid. ad v. 173. — **214.** Verba *in flammam iugulant pecudes* iam legimus XI, 199. Donatus adnotat: „In flammam fundebatur sanguis animalium, et antequam morerentur, extrahebantur eorum viscera et aris imponebantur." Wagn. conferri iubet supra XI, 82. Geo. II, 194. et Cic. N. D. II, 9. [24.] *Animadversum saepe est, cum cor animalis alicuius evulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem.* — *viscera vivis Eripiunt.*

Eripiunt cumulantque oneratis lancibus aras.
At vero Rutulis inpar ea pugna videri
Iamdudum et vario misceri pectora motu;
Tum magis, ut propius cernunt non viribus aequis.
Adiuvat incessu tacito progressus et aram
Suppliciter venerans demisso lumine Turnus
Tabentesque genae et iuvenali in corpore pallor.

Conington comparat Sen. Thyest. IV, 755. *Erepta vivis exta pectoribus tremunt, spirantque venae corque adhuc pavidum salit.* Cf. etiam supra IV, 64. — **215**. *cumulant oneratis lancibus aras*, exta ex plenis lancibus deprompta cumulate arae imponunt. Vid. adnott. ad XI, 50. coll. cum Geo. II, 194. (ubi, quod ad formam lancium attinet, nunc cf. librum meum *Hellas u. Rom.* I, 1. p. 209. cum adn. 173. p. 229.). Aen. VIII, 284. et Dion. Hal. VII, 72. extr., unde discimus, exta in flammam immitti lancibus arae admotis. — **216** sqq. „Fraude Iuturnae animis Latinorum incensis foedus turbatur. Comparare solent Il. VII, 215 sqq." *Heyn.* — *vario misceri pectora motu.* Eadem constructio invenitur II, 298. *Diverso - miscentur moenia luctu.* — *vario*, ut XI, 454. *dissensu vario.* — **218**. Sine causa Intpp. haeserunt in his: *ut propius cernunt non viribus aequis*, ita ut Heyn., Brunck. et Peerlk. verba *non viribus aequis* ab alia manu ad supplendum versum imperfectum (fortasse ex V, 809.) adiecta censerent, Schraderus autem, quem secutus est Both., corrigeret *haud viribus aequos*, quod etiam Ladew. et Benoist. faciunt, dum Conington cum Heynio supplet *pugnam.* Ribbeck. (contra quem disputat Ladew. in Append. p. 269.) censet, sententiam a poeta imperfectam relictam esse, qui debuerit utrumque virum aliquo modo inter se comparare. Ruhk. post *aequis* Comma ponendum et *Tum magis adiuvat* coniungendum putat, quo nihil Incramur. Iahn. locum sic explicat: *ut propius cernunt* pugnam *non aequis viribus* ineundam; sed tum idem diceretur, quod v. 216. Wagn. denique, cum *ea pugna* v. 216. pro *eorum pugna* positum sit, inde ad *cernunt* intelligit *eos; viribus aequis* autem pro Ablativo, quem vocant, qualitatis habet, quemadmodum in illo Tac. Ann. I, 13. *divitem, promptum, artibus egregiis et pari fama publice, spectabat;* ut sensus sit: cernunt Aeneam et Turnum imparibus viribus pugnaturos. Equidem in prima editione novam rationem ineundam esse putaveram, quae mihi simplicissima videbatur, ut *cernunt* pro decernunt, dimicant, positum accipientes (vid. infra v. 709. ibique adnott.), haec verba non ad Rutulos, sed ad ipsos certantes referremus, et locum sic intelligeremus: Iam dudum Rutulis pugna eorum impar visa est, magis vero tum, cum propius illi certabant, ubi non aequis viribus eos dimicare clarius etiam apparebat. Sed cum illorum certamen nondum inceperit, mutavi postea sententiam meam, et Wagnero adsentiendum esse intellexi. — **219**. *Adiuvat*, scil. varium illum animorum motum. Turni sollicitudo tacito incessu, pallido vultu et subtimida arae veneratione significata auget metum Rutulorum. Both. temere coni. *Haud iuvat.* — *incessu tacito.* Schrader. temere coni. *inc. tardo*, quod probare videtur Peerlk. — *progressus Turnus*, i. e. progressio Turni; de quo Participii usu satis noto Wagn., Commata vulgo post *adiuvat progressus* et *lumine* posita recte reiiciens, conferri iubet Bauerum ad Sanct. Min. II. p. 67. Ceterum idem *Wagn.* haec adnotat: „Non constat sibi h. l. Vergilius, qui Turnum, alias ferocem et magni animi iuvenem, nunc fractum fingit et humilem; scilicet ut 'redintegrato pugnae spectaculo liber XII. expleatur." — *lumine.* Conington Singularem huius vocis pro *oculo* positae raro inveniri memorans affert tamen supra VIII, 153. Ovid. Trist. III, 2, 19. et Catull. LXII (LXIV), 86. — **221**. *Tabentesque* lectio est utrinsque Mentel. et Donat., dudum ab editoribus recepta. Ceteri Codd. omnes et Macrob. IV, 3, 4. p. 368. Ian. *Pubentesque*,

Quem simul ac Iuturna soror crebrescere vidit
Sermonem et volgi variare labantia corda,
In medias acies formam adsimulata Camerti —
Cui genus a proavis ingens clarumque paternae
Nomen erat virtutis et ipse acerrimus armis —
In medias dat sese acies haud nescia rerum
Rumoresque serit varios ac talia fatur:
„Non pudet, o Rutuli, pro cunctis talibus unam
Obiectare animam? numerone an viribus aequi
Non sumus? En, omnes et Troes et Arcades hi sunt
Fatalesque manus, infensa Etruria Turno.

---

quod fortasse defendi posse censet Iahn., sed ipse satis artificiosa ratione explicat. — *iuvenali* Heins. ex melioribus Codd. restituit pro vulg. *iuvenili*. Vid. ad II, 518. Ceterum Wagnero adsentior, qui hoc *iuvenali* non aliam ob causam adiectum esse censet, quam quod pallor magis insignis est in iuvenili corpore, quod multo rubore suffusum esse solet. — **222.** Ut hic Iuturna Iunone auctore, sic apud Homerum Il. IV, 86. (quem hic imitatur Verg.) Pandarus Minervae monitu foedus turbat. Cf. supra V, 496 sq. — **223.** *labantia corda.* Cf. IV, 22. *labantem animum.* — **224.** *Camers* iam supra commemoratus X, 562. — **225.** *genus* et *nomen* saepe sic coniungi memorant Heins ad Ovid. Her. II, 50. et Drak. ad Silium X, 503. Iterat hunc versum Cento Vergil. in Anth. Lat. VI, 84, 32. Ceterum cf. I, 380. et V, 45. — **226.** *acerrimus armis.* Vid. IX, 176. — **227.** *haud nescia rerum*, haud ignorans, quid sibi faciendum sit. Wagn. haec verba utpote otiosa post ea, quae v. 222 sq. dicta sint, a poeta ad explendum versum adiecta censet; Peerlk. autem, cum eiusmodi additamentum otiosum Vergilio indignum sit, plane vult deleta. Ceterum Menag. I. et Mentel I. exhibent *inscia*, non male. Vid. infra ad v. 648. Optimorum tamen Codd. auctoritatem non spernendam censeo. — **228.** Macrob. VI, 1, 33. p. 501. Ian. comparat e Furii Annal. X. *Rumoresque serunt varios, et multa requirunt.* — **229.** *Non pudet.* Vid. ad Ecl. III, 17. et Aen. II, 596. — *pro cunctis talibus*, i. e. tam fortibus, qui ipsi pugnare poterant. Palat. cum paucis aliis *cunctis pro talibus;* sed recte *Wagn.*: „*Cunctis pro talibus* est i. q. pro talibus, quales cuncti sunt, s. iisque cunctis; *pro cunctis talibus* i. q. pro cunctis, qui tales sunt, s. iisque talibus; atque hoc solum aptum esse huic loco, facile intelligitur.“ Ceterum cf. supra III, 435. ibique adnott. Nescio quid sibi velit Hand. Turs. IV. p. 581. *pro cunctis talibus* hic explicans per: „non cuncti tales.“ — **230.** *Obiectare animam* legimus etiam in Anth. Lat. I, 172, 64. et 99. Ceterum cf. Geo. IV, 218. et Aen. II, 751. — V. **232.**, in quo voc. *fatales* (ut cum Med., Rom., Bern. II. et Ribbeckio, Coningt. et Benoisto scripsimus) s. *fatalis* (ut cum Pal., Gud., Bern. III. scribunt Bryce, Haupt., Wagn. et Ladew.) paulo difficilius est ad explicandum, propterea non solum ab Heynio, Peerlkampio et Bryceo tamquam spurius notatur, sed, quod miror, etiam a Wagnero suspectus habetur, qui censet, non opus esse, ut Etruscorum nominatim mentio fiat, cum Troum eos nomine, ut horum socios, complecti licuerit. Sed non probabile est, Camertem s. Iuturnam hic, ubi totum hostium exercitum tamquam parvum et prae Rutulis despiciendum vult significare, primariam aliquam eius partem prorsus silentio praetermisisse; imprimis cum etiam infra v. 548 sqq. in loco huic simillimo *Latinis*, *Dardanidis* et *Arcadibus* diserte adiungatur *Tuscorum phalanx.* Quare cum hic versus, ab omnibus Codd. exhibitus, per se talis sit, quem vix librarii cuiusdam fetum habere possimus, ceteros editores non minus quam Weichertum in Epist. crit. p. 74. recte eum defendisse censeo. Sed restat difficultas voc. *fatalis*, quod Iahn. (in priore edit.) cum aliis (etiam Ameis. in *Hom. Klein.* p. 17.: „*die verhängnissvolle Schaar, die dem Turnus noch viel Unheil bringen*

Vix hostem, alterni si congrediamur, habemus.
Ille quidem ad superos, quorum se devovet aris,
Succedet fama vivusque per ora feretur:

sollte") per exitiosam, Ruhk. autem per exitio destinatam explicat. Bothius denique p. 24. haec adnotavit: „Fatales autem manus Etruscorum dicuntur propterea, quod fato iniquo factum esse videbatur, ut Mezentium hospitio Turnus excipiens odia in se totius Etruriae converteret Aeneae iam opem ferentis, cum Diomedes a foedere cum Latinis iungendo abhorruisset." Mihi potius *fatalis* ironice intelligendum videtur, cum ex VIII, 502. sciamus, fatalo esse, ut Italus homo Rutulorum gentem subiungere non possit. Locum igitur sic intelligo: Hi sunt omnes Troes et Arcades, atque etiam, qui utpote Itali nobis maxime fatales, maxime timendi sunt omnium, Etrusci; in qua loci explicatione mihi adsentitur Coniugton. Utrum vero omnino apta sit haec fatorum commemoratio, quae etiam *externos duces* ab oraculis indicatos Rutulis in mentem revocare possit, haec sane alia est quaestio, quam tamen non editori, sed censori poetae movendam esse puto. Hoc unum adiicio, etiam Iahnium in altera edit., mutata sententia, locum sic interpretari: „Nec sine magna acerbitate copiae Etruriae fatales appellantur. Videbantur enim Etrusci fato ad hoc bellum adducti esse, quippe quibus ante Aeneae adventum bellum parare non licuisset. Cf. Aen. VIII, 477 sq. Irridens igitur Iuturna *manum fatalem* nuncupat, i. e. manum, quae fato se advocatam esse opinatur et revera fatum (exitium) sibi parabit;" quae interpretatio in summa re a mea non recedit. Wagner. in min. edit. haec adnotat: „*fatalis*, quae secundum fata se cum Aenea coniunxit, cuiquo (sic enim tacita mente, ipso vocis temperamento prodita, Iuturna cogitasse putanda est) fatale est cum Aenea superari." Ladew. vero interpretatur: „*eine Schicksalsschaar, d. h. eine Göttersprüchen lauschende Schaar*," ut irrideatur ratio Etruscorum propria, quam Liv. V, 1. sic indicet: *Etrusci, gens ante omnes alias eo magis dedita religionibus, quod excelleret arte colendi eas.* Gossravius tamen et Dietsch. Th. Verg. p. 34., quibus haec omnia non satisfaciunt, se versum explicare non posse confitentur. — *infensa*, propter Mezentium, quem ex Etruria pulsum Turnus hospitio exceperat. Vid. VIII, 492 sqq. — *Etruria* pro Etruscis. Vid. ad Ecl. I, 63. IV, 58. Aen. II, 703. etc. — 233. Vix satis est hostium, ut alterni s. bini nostrorum cum singulis congredi possint. Cf. Hom. Il. II, 123 sq. Thiel. de hoc usu voc. *alterni* conferri iubet Crucei Antitriben ad Statium p. 16. ed. Hand. — 234. *quorum se devovet aris.* Heyn. *aris* parum probabiliter pro *ad aras* positum censet, ut sensus sit: „devovet ille se, vitam suam, morti pro Latinis, foedere facto ad aras deorum." Immo longe rectius Wagn., v. 192. respiciens, ubi Aeneas dixit *Sacra deosque dabo*, explicat: „quorum sacra religionemque tutaturus in mortem ruit." Sententia igitur haec est: Turnus immortalem consequetur gloriam, vitam suam sacris nostris protegendis, deorum nostrorum religioni tuendae consecrans. — 235. *ad superos Succedet fama*: ob singularem et divinam famam suam post mortem (quae per euphemismum omittitur) in ipsorum deorum numerum suscipietur. Vid. Cic. Cat. III, 1, 2. *Romulum ad deos immortales benevolentia famaque sustulimus* (ibique Beneck.); de N. D. II, 24, 54. de Off. III, 5, 25. (ibique Beier.) et Wyttenb. Bibl. Crit. Vol. III. P. II. p. 58. cum adnott. ad Aen. VI, 130. Poeta fortasse ante oculos habuit Lucr. V, 1222. *ad summum succedere honorem.* — *vivusque per ora feretur*: etiam post mortem feretur sermonibus, superstes erit eius memoria. Vid. adnott. ad Geo. III, 9. (ubi adde Plin. Ep. V, 8, 3. *Itaque diebus ac noctibus cogito, si me quoque possim Tollere humo: (id enim meo voto sufficit; illud supra votum) victorque virûm volitare per ora*). Praeterea cf. Tibull. I, 4, 65. Ovid. Trist. I, 6. 36. ibid. V, 14, 37. similesque locos cum adnott. Broukhus. ad Prop. II, 1, 2. Drak. ad Silium III, 135. et Obbar. ad Hor. Ep. I, 3, 9. Vol. I. p. 207. Unus Montalb. *vivisque*, quod praefert Wakef. ad Lucr. V, 1122. — Ceterum Peerlk.,

Nos patria amissa dominis parere superbis
Cogemur, qui nunc lenti consedimus arvis."
Talibus incensa est iuvenum sententia dictis
Iam magis atque magis serpitque per agmina murmur;
Ipsi Laurentes mutati ipsique Latini.
Qui sibi iam requiem pugnae rebusque salutem
Sperabant, nunc arma volunt foedusque precantur
Infectum et Turni sortem miserantur iniquam.
His aliud maius Iuturna adiungit et alto
Dat signum caelo, quo non praesentius ullum
Turbavit mentis Italas monstroque fefellit.
Namque volans rubra fulvus Iovis ales in aethra
Litoreas agitabat avis turbamque sonantem

---

si Vergilius fuisset, hunc potius scripsisset versum „elegantiorem": *Succedet virtute, virûmque per ora feretur.* — **236.** *Nos patria amissa*, ut III, 325. *Nos patria incensa.* — **237.** *lenti.* Vid. ad Ecl. I, 4. Gud. a m. pr. exhibet *lentis;* sed *lenti* praeter ceteros Codd. etiam Serv. testatur. — *consedimus arvis.* Cf. IV, 39. — **238.** *sententia*, ut Graec. *γνώμη*, pro animo. Prorsus eodem sensu e. g. Silius II, 36. *incensi dictis animi.* Cf. etiam XI, 21. — **239.** *iam magis* pro vulg. magis etiam. Cf. Hand. Turs. III. p. 130. — **240** sqq. *ipsi - - Latini*, non Rutuli soli. Cf. v. 216. et 229. Rectius fortasse, Heyn. suasore, sic distinxeris: *ipsique Latini, Qui - - Sperabant, nunc arma volunt*, quam rationem etiam Wagn. probat, cum verba *Qui sibi* cett. post v. 218 sqq. minus recte etiam ad Rutulos referantur, res autem ad Latinorum salutem maxime spectet. — **241.** Comparant Hom. Il. II, 453. et III, 112. Similis est locus, quem supra legimus V, 767 sqq. — *requiem pugnae*, liberationem a necessitate pugnandi. Cf. III, 393. *requies laborum.* — **242.** *arma volunt.* Cf. VII, 340. *Arma velit poscatque.* — *foedus precantur infectum*, i. e. precantur, ut nondum factum sit, ex notissimo illo usu verba volendi cum Part. Perf. Pass. construendi. Conington confert X, 503 sq. *optaverit intactum Pallanta.* — **243** *Turni sortem iniquam*, quod non sua, sed aliorum culpa periturus est. Cf. VI, 332. Verba *sortem miserantur iniquam* repetuntur in Anth. Lat. III, 81, 86. — Cum v. **244** sqq. Heyn. conferri iubet Hom. Il. XII, 200 sqq. (quem locum expresserit Cicero in Mario: vid. de Div. I, 47, 106.) VIII, 247 sqq. et Od. XV, 160. Cf. etiam similis locus supra II, 199 sqq. Peerlk., qui putat, Iuturnam non eam habuisse potentiam, ut talia signa et monstra daret, praeterea vero etiam terram numquam reliquisse, satis audacter coni. *Hic aliud maius Saturnia iungit et alto* cett. Sed probe considerandum, Iuturnam Iunonis mandata exsequi eiusque nomine agere. — **245.** „*praesentius*, efficacius. Intellige ostentum clarum, manifestum, *ἐναργές*, quo deorum voluntas tam manifesta fit, ut dubitari de ea nequeat." *Heyn.* Vid. ad Geo. II, 127. Aen. III, 611. et supra ad v. 152. — **246.** *monstrum*, i. e. ipsum ostentum, quod *signum* haberi vult Iuturna. Cf. II, 171. *Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.* Paulo aliter *Wagn.*: „eo, quod id signum pro vero monstro acceptum est." — **247.** Praeter locos Homeri ab Heynio supra allatos cf. etiam Od. II, 147 sqq. — *Iovis ales.* Vid. ad I, 394., ad quem locum, etiam de aquilarum cygnorumque bello iam diximus. — *fulvus.* Vid. supra XI, 751. Haupt. et Ribbeck. scribunt *fulvos.* — *rubra aethra*, ut ap. Ennium Ann. XVI. fr. 22. p. 63. Vahl. De *aethra* autem vid. ad III, 585. — **248.** *litoreae aves* sunt palustres, flumineae, et hic quidem cygni. Cf. Hom. Il. XV, 690 sqq. Ovid. Met. II, 252 sq. *Et, quae Maeonias celebrarunt carmine ripas, Flumineae volucres medio caluere Caystro.* Sic *litorei cancri* ibid. X, 127. et XV, 369. — *turbam agminis*, i. e. agmen turbatum. *Agmen* igitur priorem, *turba* praesentem

Agminis aligeri, subito cum lapsus ad undas
Cycnum excellentem pedibus rapit inprobus uncis.
Arrexere animos Itali cunctaeque volucres
Convertunt clamore fugam, mirabile visu,
Aetheraque obscurant pinnis hostemque per auras
Facta nube premunt, donec vi victus et ipso
Pondere defecit praedamque ex unguibus ales
Proiecit fluvio penitusque in nubila fugit.
Tum vero augurium Rutuli clamore salutant
Expediuntque manus, primusque Tolumnius augur
„Hoc erat, hoc votis, inquit, quod saepe petivi.

---

avium conditiouem spectat. Cf. etiam similis locus I, 393 sqq. — *turbam sonantem*, ut supra VI, 753. — *agitabat*. Vid. ad XI, 620. Fortasse hunc versum respexit Silius IV, 105. *accipiter - - - Turbabat violentus aves.* — 250. *inprobus* non est audax, ut Heyn. interpretatur, sed avidus, rapax. Vid. ad Geo. I, 119. et Intpp. ad Phaedr. I, 1, 3. Ceterum cf. locus simillimus V, 255. *Sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis.* — 251. *Arrexere animos.* Cf. I, 579. *animum arrecti* et V, 643. *arrectae mentes* ibique adnott. — 252. *Convertunt clamore fugam* Serv. recte explicat per: redeunt cum clamore; nam qui convertit fugam, desinit fugere et revertitur. Similiter supra V, 582. *convertere viam.* Sic etiam Schirach. p. 365. et Wagn. locum intelligunt; Heyn. minus recte *fugam* simpliciter de volatu accipit, ut sensus sit: intendunt, dirigunt volatum in aquilam, quam persequuntur. Peerlk. malit *Praevertunt.* Ceterum simplicem Abl. *clamore* pro: cum clamore iam legimus V, 207. et VIII, 216. Vid. ad Ecl. X, 24. Aen. II, 122. al. — 254. *facta nube*, Wagnero iudice, translatum est ab exercitu, qui facto agmine, i. e. densis ordinibus, hostem adoritur. Cf. supra I, 82. *Nubes volucrum* legitur etiam VII, 705. Huius loci memor Auson. Cupid. cruc. 52. scripsit *hostemque unum loca non sua nactum - - Facta nube premunt.* — De alliteratione *vi victus* vid. ad II, 494. et XI, 160. coll. iis, quae ad II, 27. adnotavimus, ubi addi potest Naeke in Mus. Rhen. III. p. 380. a Weidn. laud. — 255. *defecit*, ut XI, 231. (Cf. etiam supra v. 2. et XI, 424.) — 256. *proiecit* (in) *fluvio* eadem ratione intelligendum videtur, qua VI, 339. *in undis effusus*, ubi vid. adnott., coll. Handii Turs. III. p. 296. et adnot. ad Aen. X, 839. Quamquam etiam, qui *fluvio* tertium Casum habere velit, provocare potest ad Ecl. VIII, 101. *cineres rivo fluenti iace*, Aen. IV, 600. *undis spargere*, VII, 456. *facem iuveni coniecit* et similes locos. (Vid. adnott. ad Ecl. II, 30.) Etiam Coniugton incertum esse censet, utrum tertius, an sextus casus sit; tamen Dativum haberi mavult. — *penitus*: in interiora nubium. Vid. v. 263. Hic igitur *penitus* ad altitudinem spectat, ut v. c. ap. Ovid. Met. II, 179. (*Ut vero summo despexit terras Infelix Phaëton penitus penitusque iacentes*) ad profunditatem. — 257. *augurium clamore salutant*, cum acclamatione et veneratione omen accipiunt. Cf. Silius II, 411. *Omen clamore salutant*, et XV, 146. *genibusque salutant Submissis augurium.* Sic ap. eund. IV, 215. *divos clamore salutant.* Cf. etiam Plaut. Curc. I, 1, 70. Ter. Phorm. II, 1, 81. et similes locos. — 258. *Expediunt manus*, ad arma capienda; neque opus est, ut cum Heyn. de manibus antea vel palliis vel togis involutis cogitemus. Proprie quidem arma expediuntur, sed quia hoc per manus fit, ipsae manus hic expediri dicuntur. Conington confert Sall. Iug. 105. *Se quisque expedire, arma atque tela temptare.* Aliter, sed minus recte, *Servius*: „Dimicare se velle significant; haec enim est consensio militaris. Lucan. [I, 387.] *Elatasque alte quaecunque ad bella vocaret promisere manus.*“ — *primusque Tolumnius augur* cett. Cf. imitatio huius loci ap. Silium IV, 131 sqq. De *Tolumnio* vid. ad XI, 429. — 259. De repetito *Hoc* Thiel. conferri iubet Heins. ad Val. Fl. V, 18. et Markl. ad Stat. Silv. III, 2, 129. Cf. etiam adnott. ad II, 602. — *saepe petivi*,

Accipio adgnoscoque deos. Me, me duce ferrum
Corripite, o miseri, quos inprobus advena bello
Territat, invalidas ut avis, et litora vestra
Vi populat. Petet ille fugam penitusque profundo
Vela dabit. Vos unanimi densate catervas
Et regem vobis pugna defendite raptum."
Dixit et adversos telum contorsit in hostis
Procurrens; sonitum dat stridula cornus et auras
Certa secat. Simul hoc, simul ingens clamor et omnes
Turbati cunei calefactaque corda tumultu.
Hasta volans, ut forte novem pulcherrima fratrum
Corpora constiterant contra, quos fida crearat
Una tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gylippo,

In tam brevi spatio non facilè *saepe* (ex vulgari vocis significatione) petere potuit; quare Wagn. rectissime censet, *saepe* hic eandem fere habere potestatem, quam tritum illud *ter, ter quaterque*, i. e. valde, multum, magnopere, coll. Hand. ad Stat. I, 2, 150. p. 275. — **260.** *Accipio*, scil. omen, quod vocabulum etiam Ovid. Met. VII, 620. omisit: *Accipio, sintque ista, precor, felicia mentis signa tuae.* Apud veteres enim ex arbitrio cuiusque pendebat, utrum omen aliquod accipere et ad se referre vellet, necne. Cf. liber meus *Hellas u. Rom.* I, 2. p. 202. — *agnosco deos*, agnosco numen, voluntatem deorum hoc omine significatam; quod nos dicimus: *die Hand Gottes erkennen.* Vid. I, 406. VI, 193. XII, 869. Ceterum cf. VIII, 155. *Accipio adgnoscoque libens.* — **261** sqq. „Facile vides, Tolumnium augurium in eum sensum interpretari, ut aquilam de Aenea, cygnum de Turno accipiat." *Heyn.* Singula autem, quae sequuntur, ad speciem istius portenti exegisse poetam, iam Wagn. memorat; ita ut adeo *litora vestra* respondeant *litoreis avibus*, et v. 263. *penitusque profundo* cett. verbis v. 256. *penitusque in nubila fugit*, v. autem 264. cum v. 252 sqq., et v. 265. cum v. 250. et 254 sqq. comparandus sit. — **263.** *vi populat.* Vid. ad I, 527. (Conington comparat Attii Astyan. fragm. 1. *Qui nostra per vim patria populavit bona.*) De structura autem verborum *quos territat et litora vestra populat* vid. ad Ecl. VIII, 3. Aen. X, 242. al. — *profundo.* Cum alibi *profundum* epitheton maris esse soleat (vid. V, 614.), haud raro etiam absolute pro mari ipso ponitur, neque solum apud poetas (cf. Ovid. Met. IV, 537. V, 439. XI, 197. 202. Trist. I, 11, 39. al.), sed etiam ap. scriptores prosae orationis (cf. Cic. pr. Sest. 20, 45. Colum. VIII, 16, 9. al.) *Profundo* Dativum esse patet. Vide modo ad v. 256. adnott. — **264.** *Vela dabit.* Cf. I, 34. Geo. II, 41. al. — *unanimi.* Vid. ad IV, 8. et IX, 444. — *densate.* Heins. ex Rom., Mentel. utroque, tribus Morett., aliis (quibus accedunt tres Pariss. et duo Bern.) recepit *densete*, in quo eum sequuntur Ribbeck. et Benoist., cum etiam Eutychius II, 14. et Serv. ad XI, 650. hanc lectionem testentur, atque etiam Conington fortasse rectius sic scribi censet. Sed alteram formam praebent ceteri libri cum Med., quare eam retinendam putavimus, quamvis etiam X, 432. legatur *addensent acies.* Cf. adnott. ad Geo. I, 248. et Aen. VII, 794. — **265.** Wakef. ex uno Cod. Ies. et edit. princ. Burm. recepit *nobis.* — **267.** Cf. Hom. Il. IV, 125. — *cornus.* Cf. Geo. II, 447. ibique adnott. et Aen. IX, 698. — *auras secat.* Cf. IV, 257. V, 658. VI, 899. — **268.** *Certa.* Vid. ad V, 2. — *simul hoc, simul ingens clamor.* Vid. ad I, 513. (et V, 675.). — **269.** „*cuneos* pro consessu et consessus ordinibus." *Heyn.* Imago a theatri foris s. sedilibus petita. Cf. V, 340. *caveae consessus* et adnott. ad V, 664. — **271.** *corpora* hic non soli circumlocutioni inservire (cf. adnott. ad I, 193. II, 18. V, 318. al.), sed continere habitus augustioris („*des Stattlichen*") notionem observat Ladew. coll. VII, 650. et IX, 272., ubi vid. adnott. — *crearat.* Vid. ad VI, 367. et X, 351. coll. Burm. ad Phaedr. I, 6, 9. et Dukero ad

Horum unum ad medium, teritur qua sutilis alvo
Balteus et laterum iuncturas fibula mordet,
Egregium forma iuvenem et fulgentibus armis,
Transadigit costas fulvaque effundit harena.
At fratres, animosa phalanx accensaque luctu,
Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum
Corripiunt caecique ruunt. Quos agmina contra
Procurrunt Laurentum; hinc densi rursus inundant
Troes Agyllinique et pictis Arcades armis.
Sic omnis amor unus habet decernere ferro.

Flor. I, 6, 1., quos laudat Iahn. ad Ovid. Met. IX, 23. — 273. *Horum unum - - Egregium iuvenem - - Transadigit costas* eadem constructione Graeca, qua ap. Homerum Il. VII, 14. *Ἰφίνοον βάλε δουρὶ ὦμον*, ibid. XX, 44. *Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον*, supra X, 698. *Latagum occupat os faciemque* etc. Graeci enim, imprimis poetae epici, haud raro duplicem Accusativum Obiecti ita coniungunt, ut alter totum, alter partem totius significet (*τὸ σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος:* cf. Brunck. ad Soph. Oed. Col. 113. Matth. §. 428, 5. Kuehner. §. 564. alii); quod Latini interdum imitantur. Cf. etiam quae de duplici Dativo eadem ratione usurpato ad V, 172. et XI, 179. adnotavimus. Ceterum cum verbis *ut forte novem* etc. *Horum unum* compara locum eadem ratione conformatum infra v. 488 sq. — „*Balteus sutilis*, lauens s. coriaceus, fortasse tamen aereis laminis munitus, unde X, 313. *aerea suta.* [Ex *alvo* adiecto patet, cogitandum esse cingulum, nam balteus, qui proprie dicebatur, humero erat impositus; et sane coriaceum cingulum aereis laminis vel squamis distinctum videtur intelligendum esse.] Baltei duae orae [*latera*] in medio iunguntur fibula, quae acu *mordere* dicitur, qua adstringit oram utramque baltei. *Qua* [ubi] *balteus teritur alvo:* proprie balteus terit alvum, nunc vicissim alvus terit balteum eodem sensu. Incidit telum ea ipsa parte, qua *laterum iuncturas*, baltei duas oras (*ζωστῆρος ὀχῆες*), *fibula mordet*, colligit, iungit. Vulnus igitur acceptum est *ad medium*, in medio corpore, ea ipsa parte, qua coit in alvo balteus fibulaque inserta constringitur. Cf. Sil. VII, 624 sqq. Val. Fl. III, 189 sq. et Prudent. Psych. 678 sq.“ *Heyn.* Omnino cf. cum hoc loco Homeri Il. IV, 132., quod autem attinet ad Subst. *medium*, VII, 59. 227. 563. IX, 230. al. Ceterum Peerlk. putat, poetam melius et clarius sic scripturum fuisse: *ad mediam teritur qua sutilis alvum Balteus.* Wakef. vero, Ladew. et Wagn. in recentiss. edit. ex uno Med. pro *alvo* receperunt lectionem *auro*, ut lamellas aureas sutili balteo illigatas cogitemus. Ceteri recentiores editores retinuerunt *alvo*, quod etiam Serv. testatur. *Auro* ex V, 312. huc translatum videtur. — 274. *laterum iuncturas* Conington de costis intelligit, ut I, 122. *laterum compages* sint navis costae. — *fibula mordet.* Vid. adnott. ad I, 169., ubi addi potest Coripp. de laud. Iust. II, 121. (a Wold. Ribbeckio laud.) *aurea iuncturas morsu perstrinxit adunco Fibula.* — 275. Verba *Egregium forma iuvenem* iterantur in Auth. Lat. I, 146, 8. — 276. *transadigendi* verbum redit infra v. 508. Cf. etiam Silius X, 141. Stat. Theb. V, 125. all. et supra adnott. ad IX, 432. — *effundit* Heins. ex melioribus libris restituit. (Cf. infra v. 532.) Vulgo *extendit*, ut V, 374. et IX, 589. — 277 sqq. Sequitur tumultuariae pugnae enarratio, cum qua Heyn. conferri iubet Ovid. Met. XII, 210 sqq. — *fratres, animosa phalanx.* Cf. X, 328. *fratrum stipata cohors.* — *fratres - - pars.* Cf. Ecl. I, 64 sq.; non autem opus est, ut *Pars — pars* cum Conington, qui comparat Lucr. II, 97 sqq. et Tac. Hist. 1, 68., adverbialiter pro *partim — partim* positum habeamus. — 280. *inundant*, complent campum, undarum instar irruentes. Sic Iustin. XXXVIII, 4, 15. *Cimbros more procellae inundasse Italiam*, et Silius XV, 552. *fulgentibus armis Poenus inundavit campos.* — 281. *Agyllini*, Etrusci. Vid. ad VII, 652. — *pictis armis.* Vid. ad VIII, 588. coll. X, 181. — 282. *amor*

Diripuere aras; it toto turbida caelo
Tempestas telorum ac ferreus ingruit imber,
Craterasque focosque ferunt. Fugit ipse Latinus
Pulsatos referens infecto foedere divos.
Infrenant alii currus aut corpora saltu

---

decernere (scil fortunam) *ferro*. Vid. ad II, 10. *Decernere ferro* autem legimus etiam XI, 218., infra v. 695., ap. Enninm Ann. II. fr. 11. p. 22. Vahl. et ap. Val. Fl. IV, 193. *Omnibus idem animus forti decernere ferro*. — 283 sqq. Quae sequuntur, non omnia ad eosdem homines referenda esse, sed plures res a diversis uno eodemque tempore factas in hac pulcherrima et vividissima summae perturbationis descriptione enumerari, in promptu est. Alii diripiunt aras, alii tela emittunt, alii crateras et focos auferunt etc. — *Diripuere aras* (ut IX, 75. *diripere focos*), i. e. ex aris diripuerunt torres et ligna ardentia, quibus pro telis uterentur. Cf. v. 298. Servius perperam explicat per „deiecerunt, dissipaverunt.“ — Peerlk., verba sequentia cum his arcte cohaerere putans, pro *turbida* coni. *torrida* et locum sic vult distinctum: *it toto torrida* (i. e. torrium) *caelo Tempestas, telorum ac ferreus i. i.*, sed Adi. *turbidus* apte exprimit tela cuiusque generis in tumultuaria pugna promiscue arrepta. — *caelo* hic non esse i. q. in caelum, ut V, 451., sed i. q. per caelum, coll. Geo. I, 474. *Armorum sonitum toto Germania caelo Audiit* et Aen. III, 515. *Sidera - - tacito labentia caelo*, docet Conington. — 284. Tantam emittunt iaculorum et sagittarum multitudinem, ut caelum obumbret, quemadmodum nubes vento actae caelum turbidum facere solent. Macrob. VI, 1, 52. p. 504. Ian. haec laudat ex Ennii Ann. VIII. fr. 12. p. 43. Vahl. (p. 81. Hessel.): *Hastati spargunt hastas; fit ferreus imber*. Thiel. comparat Stat. Theb. V, 385. *Instamus iactu telorum et ferrea nimbis Certat hiems;* Lucan. IV, 776. II, 501. et Val. Fl. VI, 685. Cf. etiam Epit. Iliad. 359. *Telorumque volat cunctis de partibus imber*. — 285. *Crateras*, quibus ad libationem usi erant. Vid. ad Ecl. V, 68. — *ferunt*, auferunt et cum iis fugiunt, quam explicationem probant Wagn., Bryce, Coningt. et Benoist. Peerlk. tamen sic explicat: „arripiunt, populantur, ut eos pro armis habeant, prae furore obliti armorum, quae in promptu erant,“ eademque ratione etiam Ladew. locum intelligit. Hoffmann. denique in *Zeitschr.* etc. 1854. contra nostram explicationem disputans et Latinum solum fugere, ceteros vero omnes caecam pugnandi cupidinem ostendere (v. 282.) contendens atque haud dubie etiam Peerlkampii et Ladew. interpretationem reiiciens pro *ferunt* coniicit *terunt* (*treten herum auf* etc.), cum litera *F* a librariis, quibus proxima verba *focos* et *fugit* fraudi fuerint, facile literae *T* substitui potuerit. Sed nemo facile dixerit, qua de causa talem sententiam poeta adiunxerit et quomodo toti loco conveniat. — *focos* Wagn. intelligit de altaribus ex aere factis vel etiam de batillis. Non aliter potest intelligi, atque supra v. 118. — 286. *pulsatos deos*, foedere fracto laesos, violatos et fugatos. Ladewigio *pulsati divi* sunt neglecta religione tractati ab aras diripientibus. — *referens*. „Morem fuisse necesse est, ut foederibus faciendis ipsa deorum signa ad aram statuerentur: quippe quae h. l. attulit Latinus et secum revehit.“ Sed adversatur Rubk.; qui, cum huius moris nusquam ullum vestigium inveniatur, neque deorum a Latino allatorum ulla mentio iniecta sit, *referre* hic pro *imitandi* verbo positum censet; de qua signif. vid. ad IV, 329. Prius ei temere adsensus, nunc cum Ladew., Coningt. et Benoisto Heynii probo explicationem. (Cf. II, 178. *numenque reducant*.) Peerlk. in hoc versu multa reprehendit et Vergilium scripsisse suspicatur: *Pollutos testans confuso foedere divos*. — 287. *Infrenant currus*, i. e. equos iugales. Vid. ad Geo. I, 514. Aen. I, 514. et VII, 163. De curruum usu bellico veteribus Italis a Vergilio tributo multus est ad h. l. Gossravius, qui comparat hos locos: VII, 163. et 184., ubi Latinis populisque ab iis superatis, X, 440. XII, 164. 327. 329. 355. 370. 372. 478. 485. 511. 664. 681. 918., ubi Turno, et VII, 655. 724. 782. IX, 2. 317. X, 399. 571. 575., ubi huius sociis eiusmodi currus adscri-

Subiciunt in equos et strictis ensibus adsunt.
Messapus regem regisque insigne gerentem
Tyrrhenum Aulesten, avidus confundere foedus,
Adverso proterret equo; ruit ille recedens
Et miser oppositis a tergo involvitur aris
In caput inque humeros. At fervidus advolat hasta
Messapus teloque orantem multa trabali
Desuper altus equo graviter ferit atque ita fatur:
„Hoc habet, haec melior magnis data victima divis."
Concurrunt Itali spoliantque calentia membra.
Obvius ambustum torrem Corynaeus ab ara
Corripit et venienti Ebuso plagamque ferenti
Occupat os flammis; olli ingens barba reluxit

---

bantur; simul memorans, Troianis in Italiam advectis eorumque sociis currus a Vergilio non dari, nam qui commemoretur Pallantis currus XI, 88., eum esse Rutulis ereptum. — **288.** *corpora saltu Subiciunt in equos.* Contra II, 565. *Corpora saltu ad terram misere.* — „*subiciunt*, sursum, in altum, more Vergiliano. Cf. Ecl. X, 74. Geo. II, 19. III, 241. IV, 385." *Heyn.* — Gud. a m. pr., Lutat. ad Stat. Theb. I, 337. et Serv. ad Geo. I, 202. *aut strictis ensibus* et pro *adsunt* Med. a m. sec. et Leid. exhibent *adstant.* Utramque lectionem Haupt. et prius etiam Ladew. receperunt. Sed recte adversatus est Wagn. in Philol. Suppl. I. p. 393., cum geminatum *et* non sit huius loci, *adstant* autem propterea probari non possit, quod equites non maneant in suo vestigio, sed appropinquent et irruant. Recte igitur ceteri recentiores editores vulgarem lectionem servarunt atque etiam Ladew. ad eam rediit. Non tamen adsentior Coningtoni de tertio genere pugnantium cogitanti atque *et* pro *alii* positum accipienti. — **289.** *regem*, regulum aliquem Etruscum, Lartem. — *regis insigne*, i. e. diadema. — **290.** *Aulestes.* Vid. X, 207. — *avidus confundere foedus.* De constructione vid. ad Ecl. IV, 54. al. et de formula dicendi *confundere foedus* ad V, 496. — **291.** *proterret*, terrendo fugat, proturbat eum. Cf. Plaut. Trin. III, 2, 77. *Mea opera hinc proterritum te - - autument* (quem Coningt. affert), Stat. Theb. II, 645. *iaculo parmaque Menoeten Proterrebat agens.* Ter. Heaut. III, 1, 37. *Filium proterruisti hinc* al. — **292.** *involvitur aris*, proprio sensu, volvitur in aras. — **293.** *in caput et humeros.* Cf. Hom. Il. V, 586. *ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους* et Aen. I, 116. *volvitur in caput.* — **294.** *orantem multa.* Vid. ad Geo. III, 226. et Aen. IV, 390. — „*telum trabale*, magnum, instar trabis, ab Ennio sumpsisse Maronem testatur Servius." *Heyn.* Vid. Ann. fragm. sedis incertae 124. p. 85. Vahl. Respexit hunc locum auctor Epit. Iliad. v. 373. *teloque adversa trabali Tempora transadigit.* — **295.** *altus equo*, i. q. *arduus equo* VII, 624. et *sublimis in equo* ibid. v. 285. — **296.** *Hoc habet*, sc. vulnus. Med. exhibet *habe et;* sed *habet* non solum ceterorum Codd., sed etiam Servii, Nonii p. 327, 21. et Donati ad Ter. Andr. I, 1, 56. tuetur auctoritas. *Habere* autem verbum propr. de vulneribus, quae sedent. Satis notum est gladiatorum: *habet!* de quo cf. Donat., Ruhnk. et alii Intpp. ad Ter. l. l. Lips. Saturn. II, 21. Gronov. Obss. II, 25. Broukh. ad Tib. I, 5, 2. Graev. ad Flor. III, 10. extr. Lorenz. ad Plaut. Most. III, 2, 26. alii. — *haec melior* cett. „melior, quam hostia animalis pro foedere firmando Diis offerenda. Hoc igitur dicit Messapus, melius esse hostem tamquam hostiam in ara (cecidit enim Aulestes super aras) immolari, quam hostiam illam foedus detestandum stabilituram." Sic Steinmetz. Annott. in aliquot Verg. locos p. 9. pluribus de h. l. disputans. Cf. supra V, 483. Totus hic versus repetitur in Anth. Lat. I, 178, 374. — **298.** Cf. Ovid. Met. VIII, 455. *flagrantem mater ab igne Eripuit torrem.* — *Corynaeus.* Alium *Corynaeum* iam supra VI, 228. et IX, 571. commemoratum vidimus. — **299.** *plagam ferenti*, ut X, 797. Cf. etiam XI, 749. *volnus letale ferat.* — **300.** „*Occupat* cum

Nidoremque ambusta dedit; super ipse secutus
Caesariem laeva turbati corripit hostis
Inpressoque genu nitens terrae adplicat ipsum;
Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum
Pastorem primaque acie per tela ruentem
Ense sequens nudo superinminet; ille securi
Adversi frontem mediam mentumque reducta
Dissicit et sparso late rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos et ferreus urguet
Somnus; in aeternam clauduntur lumina noctem.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem

---

adiuncto accipiendum: occupando ferit: φθάνει πλήξας. Cf. Val. Fl. III, 168. [*occupat os barbamque viri*] imitationem.“ *Heyn.* Cf. etiam X, 698 sq. De Perfecto *reluxit* post Praesentia *Corripit - - Occupat* vid. ad Geo I, 130. — *Olli* Heins. restituit ex Med., eumque posteriores editores secuti sunt, quamquam ceteri Codd. (certe Pal., Rom., Gud. et Bern. II. III.) in lectione *Illi* consentiunt. Cf. adnott. ad Aen. I, 254. „Videtur Ebusus, Etruscus gente, e Mezentii copiis fuisse; (saltem barbam more Etrusco alebat; secus Troiani): tum alter Corynaeus, qui e Troianis fuisse putandus, a tergo comam corripit et genu a tergo impresso eum prosternit, prostratumque caedit.“ *Heyn.* — **301.** *ipse* additur, quia, postquam eminus hostem petiit, nunc comminus eum aggreditur. Cf. Wagn. Qu. Verg. XVIII, 2. b. — *Caesariem - - corripit.* Cf. II, 552. — **303** *Impresso genu.* Vid. infra v. 356. et adnott. ad X, 490. et 495. — *ipsum* fere i. q. totum hominem; opponitur enim totus corporis truncus capillis correptis. Cf. adnott. ad Geo. II, 297. III, 387. Aen. VII, 816. etc. — *rigido ense.* Cf. Geo. I, 508. et Aen. X, 346. — **304** sqq. Alsus Rutulus, ex fuga conversus, Podalirii Troiani os securi elata ferit. — **305.** Heyn. censet, deleta Copula comptiorem fore verborum iuncturam; sed nihil hic incomptum esse, si duo esse epitheta statuamus, *pastorem* et *ruentem; pastorem* autem adiungi propter teli genus, quo ille utatur (vid. ad XI, 656.), verissime adnotat Wagn. Cf. etiam *turmas agrestes* X, 310. commemoratas. Peerlk. malit *Podalirius Alsum Intrepidum*, quod nescio an vere a Vergilio scriptum suspicetur. — *ruentem*, magno impetu se ferentem, ut infra v. 535. XI, 886. et al. — **306.** *Ense nudo,* ut IX, 548. et XI, 711. — *securi reducta.* Vid. ad V, 478. X. 552. et XI, 561. 605. et de *securi* ad VII. 184. — **307.** Heyn. comparat Hom. Il. IV, 460 sq. XIII, 611 sqq. et XVI, 503. — **308.** *Dissicit.* Sic Med. a m. sec. (prius *Disicit*, ut etiam Gud.), Bern. II. et III., quos cum Cuningh., Wakef., Ribbeckio, Wagn. ipso in recentiss. edit. et Benoisto nunc secutus sum. (Cf. adnott. ad I, 70. et VII, 339. Haupt. et Ladew. scribunt *Disicit*, Bryco et Conington servant vulgarem scripturam *Disiicit*, cui favet Pal. a m. pr., dum Rom. exbibet *Discidit.*) Wagn. prius quidem hanc scribendi rationem respuerat, quae merae librariorum de metro sollicitudini deberetur, qui, cum pro geminata *i* simplicem scribere solerent, alteram *s* addiderint, ut inseparabile illud *dis* natura breve produceretur (cf. etiam Drak. ad Sil. It. IX, 538. Burm. ad Anth. Lat. T. I. p. 154. Oudend. ad Apul. Met. VIII. p. 582. Iahn. ad Ovid. Met. XI, 386. Lachm. ad Lucr. II, 951. p. 128. Buen. ad Lactant. Inst. II, 7, 8. p. 209. et Weidn. ad Aen. I, 70.), in recent. tamen edit. et ipse secutus est. — Pro *cruore* aliquot Codd. *cerebro*, quod recepit Cuningh., atque etiam Peerlk. videtur praeferre. Sed meliores Codd. in vulgari lectione consentiunt. Altera ex V, 413. vel IX, 753. huc videtur translata. — Vss. **309** et **310.** iam supra legimus X, 745 sq., ubi vid. adnott. Ribbeck. et Conington hic edunt *conduntur* ex Pal. et duobus Rottend., coll. Geo. IV, 496.; sed Med., Rom., Gud., Bern. II. et III. etiam h. l. *clauduntur* exhibent. — **311.** *dextram tendebat inermem.* Cf. XI, 672. Med. a m. pr. exhibet *inertem,* quod ex X, 595. vel XI, 414. ortum videtur. —

Nudato capite atque suos clamore vocabat:
„Quo ruitis? quaeve ista repens discordia surgit?
O cohibete iras! Ictum iam foedus et omnes
Conpositae leges, mihi ius concurrere soli,
Me sinite atque auferte metus. Ego foedera faxo
Firma manu; Turnum debent haec iam mihi sacra.“
Has inter voces media inter talia verba,
Ecce, viro stridens alis adlapsa sagitta est,

---

312. *nudato capite*, galea deposita, ut XI, 489. Turnus se armat *Tempora nudus adhuc.* Quaeritur autem: cur Aeneas sit *nudo capite*, vel potius quo consilio hoc poeta addiderit, nam et Aeneam et Turnum propter rem sacram (cf. v. 169 sqq.) arma deposuisse in promptu est, quae Turnus infra demum v. 326. rursus poscit. Serv. respondet: „ut posset agnosci“ fortasse memor loci V, 673.; sed rectius haud dubie Wagn. docet, voluisse poetam hac ipsa re declarare Aeneae erga deos pietatem, tantum scil. foederis religione confisi, ut vel in foedissima rerum perturbatione non cogitarit de se aut tegendo aut armando; simulque eadem via hoc eum assecutum esse, ne armatus videretur vulnerari Aeneas, quod certe parum conveniens esset armis, quibus utebatur, divinis. — *suos cl. vocabat.* Peerlk., cum Aeneas non suos tantum vocaret, sed omnes oraret, ut foedus iam ictum servare vellent, pro *suos* coni. *viros.* Immo vero Aeneas suos tantum revocat, ne velint Turnum aggredi sibi destinatum; metuit enim, ne quis alius Troianorum Turnum interficiat. Vulgo per *suos* utrumque exercitum intelliguut, quasi Aeneas Latinos iam suos habeat; quae tamen summa esset arrogantia et superbia. — 313. *Quo ruitis?* Conington comparat Hor. Epod. VII, 1. *Quo, quo scelesti ruitis?* — *repens discordia*, i. e. repentina, non i. q. serpens (*schleichend*) a verbo *rēpendi*, quod iam metrum docet. Sic Ovid. Met. XII, 61. *Seditio repens*, Sil. III, 220. *repens clamor*, Lucr. V, 401. *repens fulminis ictus*, Cic. Tusc. III, 14. 29. *cura repens*, Liv. XXI, 26. in. *repens tumultus* cett. Plures Codd. *recens*, de qua solita verborum confusione vid. Drak. ad Liv. VIII, 29, 1. et Boettich. in Lex. Tac. p. 408. — 314. Verba *Ictum iam foedus et omnes Conpositae leges* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 158 sq. — 315. *conpositae leges.* Cf. Lucr. IV, 967. — 316 sq. „Nolite timere pro me; ego firmabo, ratum faciam foedus pugna cum Turno ineunda ex foederis conditionibus sacro hoc sancitis.“ Haec *Heyn.*; cui Peerlk. recte, nisi fallor, haec opponit: „Sed haec non sufficiens erat causa, cur Troiani timorem mitterent. Exitus enim pugnae erat incertus;“ quare ipse potius locum sic capit: „Estote securi et quieti. Nullus vos metus ad arma capienda incitet. Nullum periculum vobis imminet. Ego et Turnus soli rem dirimemus.“ Ladew. ad *metus* supplet: ne hostes subito irruant, Wagn. autem (et cum eo Benoist.): ne ad irritum ceciderit hoc foedus, Conington denique: qui vos ad fugam commovere („*which have driven you to fight,*“ coll. X, 9. — *faxo* iam supra legimus IX, 154., ubi vide adnott. — 317. *manu*, pugna cum Turno ineunda. — Sequentia verba vulgo sic collocantur: *iam debent haec*, cui tamen ordini unus modo Palat. favere videtur (de quo vero tacet Ribbeck.): in ceteris libris omnibus verba ita se excipiunt, ut nos ea edidimus, Wagn. secuti, ex qua verborum collocatione etiam aptior sententia prodit; non enim vult dicere Aeneas, his sacris effectum esse, ut iam sibi Turnus debeatur, sed his iam sacris effectum esse, ut sibi Turnus debeatur, h. e. non opus est vestris armis, cum iam haec sacra Turnum mihi debeant, cum ad certamen singulare mecum ineundum cogant. Sic autem ut locum intelligamus, cum reliquam orationem, tum illud suadere docet Wagn., quod v. 314. legatur: *ictum iam foedus.* Quare etiam me posteriores editores, Peerlkampio et Bryceo exceptis, Wagnerum secuti sunt. Ceterum cf. X, 443. *soli mihi Pallas Debetur.* — Cum v. 318. (qui totus repetitur in Anth. Lat. I, 147, 19. et altero hemistichio ibid. 170, 89. et 172, 156.) cf. IX, 556. ibique adnott. Conington conferri iubet Hom. Il. IV, 105 sqq. — 319. Peerlk., cui non placet, quod non dicatur, qua parte corporis Aeneas

Incertum, qua pulsa manu, quo turbine adaeta,
Quis tantam Rutulis laudem, casusne deusne,
Attulerit; pressa est insignis gloria facti
Nec sese Aeneae iactavit volnere quisquam.
Turnus, ut Aenean cedentem ex agmine vidit
Turbatosque duces, subita spe fervidus ardet;
Poscit equos atque arma simul saltuque superbus
Emicat in currum et manibus molitur habenas.
Multa virum volitans dat fortia corpora Leto,
Semineces volvit multos aut agmina curru
Proterit aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri

---

vulneretur, pro *viro* legendum putat *humero*. Sed ex v. 386. (ubi vid. adnott.) apparere videtur, Aeneam in crure vel femore esse vulneratum. — *alis adlapsa est*, advolavit pinnata sagitta. Cf. IX, 578. — **320.** *pulsa*, impulsa (v. 856.), emissa. — „*quo turbine* pro motu, sed vehemente, magno, et hoc pro: quo movente, emittente.“ *Heyn.* — **321.** *casusne deusne* Heins. ex melioribus libris restituit pro vulg. — *ve* — *ve*, quod ex IX, 211. repetitum videtur. Recte enim Wagn., qui conferri iubet V, 95. I, 308. II, 738 sq. et Bach. ad Tibull. IV, 5, 20., triplicem esse docet interrogationem, quarum prima v. 320. absolvatur: utrum hostium aliquis, an casus, an deus? ita ut necessario *ne* — *ne* legendum sit. (Cf. adnott. ad I, 308.) *Casus* autem (s. *fortuna*) et *dii* eadem ratione sibi opponuntur supra IX, 211. Ovid. Met. XIV, 162. Fast. II, 782. Trist. V, 3, 13. Stat. Theb. III, 60., quos Thiel. laudat. — **322.** *Pressa*, scil. silentio, i. q. suppressa — *insignis gloria facti.* Cf. Stat. Theb. XII, 136. *ingentis gloria facti.* — V. **323.** memor fuisse videtur Silius V, 657. sic scribens: *nulli dextra iactare reliquit Flaminium cecidisse sua.* Conington confert supra VI, 876. — **324** sq. Imitatus est hunc locum Silius V, 376 sqq. — **325.** *spe fervidus ardet.* Cf. Soph. Ai. 478. *ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται.* — **326.** Verba *poscit equos* seqq. Ladew. sic explicat: advocat Metiscum, aurigam suum (v. 469.), post vero ardente studio in pugnam festinans ipse habenas arripit. Sic etiam Silius l. l. v. 383. *poscit equum.* — *superbus*, i. e. subita spe animosus, audax factus. — **327.** *Emicat in currum.* Vid. ad V, 319. et VI, 5. — *molitur*, movet, tractat, regit. (Vid. ad Geo. I, 329.) „Solus cum Turnus conscenderit currum, unde infra v. 469. tam repente auriga eius, Metiscus? Nempe ut ibi esset, in cuius locum succedere Iuturna posset. Mutaturus hoc quoque fortasse erat, si licuisset, poeta.“ *Wagn.* Vid. supra. Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 172, 35. — Cum v. **328.** cf. X, 664. *Obvia multa virum demittit corpora Morti.* — **329.** *Semineces volvit*, facit, ut semineces se volvant. Cf. etiam IX, 414. et 433. Conington putat poetam respexisse Hom. Il. VIII, 215. — **330.** *Wagn.* quaerit: „Perscire velim, unde tot hastas sumpserit Turnus, aut quorsum adiecerit poeta illud *raptas?* Apparet non satis haec elaborata poetam reliquisse.“ Sed haud dubie significantur hastae de corporibus occisorum raptae. Quod intelligens Wagn. in recentiss. edit. suspicatur, Metiscum, qui Turno interim pro armigero fuerit, raptas de corporibus caesorum hastas ei suggessisse. Ladewigio vero, qui confert XI, 651, *raptae hastae* simpliciter sunt raptim apprehensae eademque est Coningtonis sententia, qui confert VIII, 111. 220. etc. Utut autem verba capiuntur, certo non opus est Peerlkampii coniectura *rapidas.* — *Proterit.* Conington memorat, Vergilium hic fortasse memorem fuisse Hom. Il. XI, 531. et comparat Caes. B. C. II, 41. *Equitatus hostium - - circumire aciem nostram et aversos proterere incipit.* — Verba *raptas fugientibus ingerit hastas* iam IX, 763. legimus. — **331** sqq. Heyn. conferri iubet Iliad. XIII, 298 sqq. et XX, 208 sq. et Silium I, 433 sqq., cui loco adde alterum eiusd. poetae V, 376 sqq. Summa autem Turni laus est, quod cum ipso Marte comparatur. — *apud flumina Hebri* (vid. ad Ecl. X, 65. et Aen. I, 317.);

Sanguineus Mavors clipeo increpat atque furentis
Bella movens inmittit equos; illi aequore aperto
Ante Notos Zephyrumque volant; gemit ultima pulsu
Thraca pedum; circumque atrae Formidinis ora
Iraeque Insidiaeque, dei comitatus, aguntur:
Talis equos alacer media inter proelia Turnus

---

ergo in Thracia, quae solet Marti sedes assignari. Vid. Hom. Od. VIII, 539 sqq. Herod. IV, 62. et quae ad Aen. III, 13. aduotavimus. — *concitus*, scil. cursu (ut pleue infra v. 902., cf. etiam ibid. v. 379. et XI, 744.), concitate volans; quare iu epitheto *sanguineus* siue Copula adiecto miuime haerendum. Cf. etiam adnott. ad V, 24. *Sanguineus* autem, proprie sanguino conspersus, hic est i. q. sanguine gaudeus, *αἱμοχαρής, μιαιφόνος*. Cf. Ovid. Rem. Am. 153. (ubi item *Mars sanguineus* legitur) et Rnpert. ad Silium I, 40. (ubi Hannibal *vir sanguineus* vocatur). — **332.** *clipeo*, scil. hasta percusso, *increpat*. (Wagn. couferri iubet Callim. H. in Del. 136. *ὑψόθε δ' ἐσμαράγησε καὶ ἀσπίδα τύψεν ἀκωκῇ*.) Haec autem lectio est Douati, Servii et Heinsii Codd., ut videtur, omnium praeter Med., Mont. et Bern. III., qui cum Rom. praebent *intonat*. (Ribbeck. lectionem *increpat* vindicat Pal., Gud. et Bern. II.) Utrnmque verbum etiam VI, 607. et VIII, 527. confnnditur; hic tamen *increpare* a Vergilio profectum esse, Wagn. (qui etiam cf. in Phil. Snppl. I. p. 394.) docet collato Silio, qui hnnc versum et iufra v. 700. *horrendumque intonat armis* imitatione amplexus sit XII, 684 sq.: *clipeoque tremendum Increpat, atque armis imitatur murmura caeli*. Accedit, quod verbnm *intonare* ex locis IX, 709. et infra v. 700. facile huc transferri poterat. Wakef. tameu (coll. Claud. in Eutrop. II, 160.), Iahn., Haupt. et Ladew. (qui confert Claud. in Entrop. II, 160 sqq.) alteram lectionem praetulerunt, qua Martis violentia fnrorque magis significetur; dum Peerlk., Süpfl., Gossr., Bryce, Ribbeck., Couingt. et Benoist. nobiscum facinnt. Ceterum *crepare, increpare* et *concrepare* verba propria esse de armorum sonitu et duplicem admittere constructionem, ut vel arma ipsa, vel homo armis crepare dicatnr, satis coustat. Vid. ad VI, 209. — **332.** Martis currum iam supra VIII, 433. commemoratnm vidimus. — *furentes equos*. Cf. XI, 609. ibique adnott. Etiam hic Med. a m. pr. *frementes*. — *Bella* (i. e. pugnas: vid. ad II, 439.) *movens*, excitans, faciens. *Bellum movere* legimus etiam Geo. I, 569. — *inmittit*, iumissis frenis agit. Cf. Geo. II, 364. et Aen. V, 146. — *aequore aperto*, plano campo. Cf. I, 394. et infra v. 353. et 450. — **334.** *Ante Notos Zephyrumque volant*. Cf. supra v. 84., infra v. 345. et vid. adnott. ad VII, 807. et Bach. ad Ovid. Met. II, 160. coll. aduot. ad Aen. I, 317. — *gemit - pulsu Thraca pedum*. Coniugtou coufert Hom. Il. II, 784. *Τῶν ὑπὸ ποσσὶ μέγα στεναχίζετο γαῖα*. — **335.** *Thraca*, Graec. *Θρᾴκη*, pro Thracia, ut alibi *Thrace*. Cf. Lucr. V, 30. Hor. Od. III, 25, 10. Ep. I, 3, 3. et 16, 13. Ovid. Fast. V, 257. ex Pont. IV, 5, 5. al. Cum Rom. exhibeat *Thraica*, unus Ribbeck. edidit *Threeca*. — *circumque* (*ringsherum*, sc. circa currum: vid. ad Ecl. III, 45.) *atrae Formidinis ora* (quae verba sumpta sunt ex Lucr. IV, 173.) - - *aguntur*, discurrunt, inceduut; quae arcte cohaerere patet cum *illi - - volant*; quare ante et post verba *gemit - - pedum*, quae parenthetice inseruntur, cum Wagn. Semicola posnimus pro vulg. Commatis. Imitatns est poeta Hom. Il. IV, 440. et Hes. Scut. Herc. 195., quos Heyn. iam comparavit. Cf. etiam Hom. Il. XIII, 299. Similes locos cougessit Drak. ad Silinm IV, 327. *Formidinis ora* autem pro ipsa Formidine; de qua circumlocutione vid. adnott. ad Aen. VII, 575. (et VI, 480.), de *atra* autem *Formidine* adnott. ad IX, 719. — **336.** *Irae* nou est Genitivus a voc. *ora* pendens, sed Nominativus, ut *Insidiae*. Sic *Irae* Plurali unmero etiam ap. Val. Fl. II, 205. *atraeque genis pallentibus Irae*. — **337** sqq. Heyn. confert Hom. Il. XI, 531 sqq. et XX, 498 sqq. — *alacer Turnus*, ut X, 729. *alacer Mezentius*. Schol. Grou. Cic. p. 398. Orell. exhibet *alacres*, idque etiam Serv. in Codd. iuveuit, qui aduotat: „Quidam *alacer*, gestieus et rei novitate tur-

Fumantis sudore quatit miserabile caesis
Hostibus insultans, spargit rapida ungula rores
Sanguineos mixtaque cruor calcatur harena.
Iamque Neci Sthenelumque dedit Thamyrumque Pholumque,
Hunc congressus et hunc, illum eminus; cminus ambo
Imbrasidas, Glaucum atque Laden, quos Imbrasus ipse
Nutrierat Lycia paribusque ornaverat armis,
Vel conferre manum vel equo praevertere ventos.
Parte alia media Eumedes in proelia fertur,
Antiqui proles bello praeclara Dolonis,
Nomine avum referens, animo manibusque parentem,
Qui quondam, castra ut Danaum speculator adiret,
Ausus Pelidae pretium sibi poscere currus;
Illum Tydides alio pro talibus ausis

---

batus, volunt; *alacres* vero laetos" (vulgo perperam *laetus*). — **338.** *Fumantes.* Vid. Geo. II, 542. et Bach. ad Ovid. Met. XIV, 363. — *quatit.* Vid. ad VI, 671. et cf. etiam VIII, 3. — *miserabile* pro *miserabiliter* legitur etiam Stat. Theb. XII, 55. et al. Cf. adnott. ad Ecl. III, 8, 63. IV, 43. et al. — **339.** *rapida ungula.* Vid. ad I, 644. — *rores sanguineos.* Vid. ad Geo. IV, 431. et cf. Aen. VIII, 645. *rorabant sanguine vepres.* — **340.** *mixta cruor harena* pro vulgari mixta cruore arena. Cf. adnott. ad X, 871. et XI, 807. — **341.** Particula *iamque* post illa generatim posita v. 328. *Multa virum* cett. ad singula transitur, ut XI, 486 sqq. et alibi. Cf. Wagn. Qu. Verg. XXIV, 9. et adnott. ad Geo. III, 541. Aen. XI, 213. al. Thamyrum et Pholum comminus pugnando (*congressus, συνάψας τὰς χεῖρας*: cf. X, 540.) interficit, Sthenelum eminus ferit. *Hunc et hunc* igitur pendet a *Neci dedit*, non a *congressus*, quod absolute est positum (ut infra v. 510. et alibi), neque cum quarto Casu construi solet; quare Heyn. verbum *congressus* Commatis inclusit, quibus non opus est. Ceterum *Thamyrum* pro vulg. *Thamyrim* cum Ribb., Ladew., Coningt. et Benoisto scripsimus Med., Pal. et Rom. auctoritatem secuti, cui lectioni favent etiam Gud. a m. pr. et sec. et Bern. II. scripturae *Thamurum* et *Thamirum.* In quo Cod. *Thamyrim* inveniatur, Ribbeck. se nescire fatetur, qui fortasse cum Bern. III. *Tamiran* scribendum esse censet. — Cum v. **342.** cf. Hom. Il. XX, 462. — **343.** *Imbrasidas.* Cf. Hom. Il. IV, 519 sq., ubi etiam *Ἰμβρασίδης* aliquis commemoratur. Alius Imbrasides supra X, 123. prodiit. — **344.** *ornaverat* Heins. ex Med. et aliis libris restituit pro vulg. *oneraverat*, quod absonum est. In fine huius versus cum Iahn. et Wagn. Comma posuimus pro vulg. Semicolo, cum appareat, etiam sequentes Infinitivos ex antecedentibus verbis pendere hoc sensu: quos pariter instituerat vel *conferre manum* (scil. pedites), *vel equo praevertere ventos* (ex equo pugnare). Ceterum cf. VII, 807. *cursu pedum praevertere ventos.* — **346.** *Eumedes* Dolonis ap. Hom. Il. X, 314. commemorati filius fuisse fingitur; et quamvis Homerus Dolonem non singulari laude praedicet, sed haec scribat: *ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δόλων, Εὐμήδεος υἱὸς, - - - ὅς δή τοι εἶδος μὲν ἔην κακὸς, ἀλλὰ ποδώκης*, non tamen propterea *animo manibusque* v. 348. cum Cerda de ignavia intelligendum, aut cum Valcken. Diatr. in Eurip. p. 100. hic locus inter eos referendus, quos Maro aliquando emendaturus fuisset. Immo et hic, ut in multis aliis, Vergilius ab Homero discessit, quod iam Macrob. V, 16, 9. p 447. Ian. perspexit. — **347.** *antiqui* et propterea nobilis, clari. Cf. adnott. ad I, 12. (et III, 131.). — **348.** *referens*, reddens, ut VI, 768. *qui te nomine reddet.* Cf. etiam Geo. III, 128. Verba *Nomine avum referens* iam legimus V, 564. Cf. etiam IV, 329. Auson. in cent. nupt. 9. hunc versum repetit. — **349** sqq. Cf. Hom. l. l. v. 314 sqq. 390 sqq. et Ovid. Met. XIII, 239 sqq. — **350.** *currus* cum equis iugalibus. Cf. Hom. X, 322. — **351.** Cf. Hom. l. l. v. 455 sq. Peerlk. hunc

Adfecit pretio nec equis adspirat Achillis.
Hunc procul ut campo Turnus prospexit aperto,
Ante levi iaculo longum per inane secutus
Sistit equos biiugis et curru desilit atque
Semianimi lapsoque supervenit et pede collo
Inpresso dextrae mucronem extorquet et alto
Fulgentem tinguit iugulo atque haec insuper addit:
„En, agros et, quam bello, Troiane, petisti,
Hesperiam metire iacens: haec praemia, qui me
Ferro ausi temptare, ferunt; sic moenia condunt."
Huic comitem Asbuten coniecta cuspide mittit
Chloreaque Sybarimque Daretaque Thersilochumque

---

versum (quem haud dubie ante oculos habuit Silius II, 179. haec caueus: *Qui thalamos ausus quondam sperare superbos. Ast Ithacus vero ficta pro morte loquacem Affecit leto*), una cum sequeute sine iusta causa spurium habet. — *alio pretio*, scil. morte. *Pretium* pro praemio (vid. ad V, 111.) et hoc pro poeua. Vid. iufra v. 360. et aduott. ad XI, 856 sq. — *pro talibus ausis.* Cf. Aen. II, 525. IX, 281. Ovid. Her. XIV, 49. id. Met. II, 328. XI, 242. etc. — **352.** *Adfecit pretio*, ut alibi *poena afficere*. Coningtou comparat *honore, muneribus, stipendio afficere* ap. Cic. pro Rosc. Am. 50. Mil. 29. et Balb. 27. — **352.** *adspirat* Heyn. pro *adspiravit* positum censet; sed recte *Wagn.*: „*nec adspiravit* foret: uoluit adspirare; *nec adspirat* desiit adspirare." *Adspirare* autem *equis* pro pedestri *ad equos* dictum, i. e. cupere, affectare equos, quo seusu *adspirare ad aliquid* iu prosa oratioue haud raro dici coustat. — **353.** *procul prospexit.* Vid. XI, 838 sqq. Lectiouem autem *prospexit*, quam etiam probat Cort. ad Lucan. III, 88., Heins. ex Med., Rom., Gud. restituit pro vulg. *conspexit.* — *campo aperto.* Cf. Geo. II, 280. Ovid. Fast. II, 227. Silius XI, 417. al. — **354.** „Per lougum spatium iaculo insecutus Turnus Eumedem e louginquo vulnerasse putandus est. Hiuc ille *semianimis lapsusque*: et Turnus, qui hastam uunc uon habet, *mucronem*, s. hastam s. gladium, illius manu extorquet, quo eum iugulet." *Heyn.* — *per inane.* De aëre, qui nullum spatium explere videtur, *inane* etiam infra v. 906. ap. Ovid. Met. II, 506. Tibull. IV, 1, 130. Stat. Theb. I, 310. et alibi dicitur. Cf. etiam adnott. ad Ecl. VI, 31. — **354.** *iaculo secutus.* Cf. iufra v. 775. *telo* et XI, 674. *hasta sequi.* — **355.** „Postquam assecutus telo eum erat [cf. v. 356.], desilit Turuus curru, ut saepe pugnautes de curribus cominus cougressuri, v. c. Il. III, 29. et infra v. 681." *Heyn.* Wagu. uos attentos reddit ad ornatum ex crebra Copulae repetitioue, quae ad exprimeudam celeritatem et alacritatem Turni iu gereudo uegotio sit aptissima. — *biiugis.* Vid. ad X, 587. — **356.** *lapso supervenit.* Cf. X, 540. *lapsum superstans.* — *pede collo inpresso.* Vid. supra ad v. 303. — *dextrae mucronem extorquet.* Rom., Gud. a m. pr. et Beru. III. exhibeut *dextra.* Cum Dat. *extorquere* etiam ap. Cic. Or. 48. et de Seu. 23. coustrui memorat Couingtou. — **358.** *tinguit ensem iugulo*, sauguine tinguit eusem iugulo infixum. Couiugton comparat Prop. V, 1, 111. *Idem Agamemnoniae ferrum cervice puellae Tinxit* et Soph. Ai. 95. *Ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ.* — *haec insuper addit.* Vid. II, 593. — **359.** *agros*, „quos praemium victoriae te accipere posse credebas." *Wagn.* — **360.** „Amara irrisio! *metire* agros corpore, quos uovis colonis Troiani metiri et assignare volebant." *Heyn.* Cum seuteutia Coniugtou comparat X, 650. — **362.** *Asbuten* recte restituit Nauger. pro vulg. *Buten* s. *Butem.* Nam *Buten* Troianum iam supra a Camilla occisum vidimus XI, 690. Med. scribit *Asbyten*, fortasse rectius. Cf. Heius. et Drak. ad Silium II, 58., ubi *Asbyte* virgo commemoratur, sed Africaua, ad quam Silius multa transtulit, quae Verg. XI, 532 sqq. de Camilla memorat. — **363.** *Chloreaquē.* Vid. ad Ecl. I, 38. Aen. III, 464. et al. aduott. — *Thersilochus* aliquis etiam ab Hom. Il. XVII,

Et sternacis equi lapsum cervice Thymoeten.
Ac velut Edoni Boreae cum spiritus alto
Insonat Aegaeo sequiturque ad litora fluctus;
Qua venti incubuere, fugam dant nubila caelo:
Sic Turno, quacumque viam secat, agmina cedunt
Conversaeque ruunt acies; fert impetus ipsum
Et cristam adverso curru quatit aura volantem.
Non tulit instantem Phegeus animisque frementem;
Obiecit sese ad currum et spumantia frenis
Ora citatorum dextra detorsit equorum.
Dum trahitur pendetque iugis, hunc lata retectum

---

216. commemoratur. — **364.** *sternacis equi*, i. e. secundum Serv. ferocis, qui facile sternit sedentem, vel potius sternere studet. Cf. Silius I, 261. *Idem correptis sternacem ad proelia frenis Frangere equum.* Avien. descr. orb. 203. *pecus sternax* cum Wernsdorfii adnot. Poett. Lat. min. Tom. V. p. 934 sq. et Salmas. ad Solin. p. 628. — *equi lapsum cervice.* Cf. X, 750. — *Thymoetes* iam supra X, 123. prodiit. — **365** sqq. Turnum fugiunt agmina, ut nubila Boream. Cf. similes locos Hom. Il. XI, 305 sqq. et XV, 624 sqq. — „*Edonus*, Boreas, ut alibi Thracius, ab Edonis (*Ἠδωνοί*), Thraciae populo. Incumbunt autem aquilones mari Aegaeo in primis graviter; sunt enim hi etesiae, de quibus Plin. II, 47. Adde Apollon. Arg. II, 527 sq.“ *Heyn.* Cf. Val. Fl. VI, 340. *Edoni venti* cett. *Edoni* autem praebent Palat., Lips. obl. et, si quid Heinsii silentio tribuendum, omnes eius Codd., reliqui *Edonii* (s. *Edomi*, *Edonei*); quod defendi possit, cum constet, *o* in hoc nomine correptum esse a posterioribus poetis Latinis (cf. Drak.. ad Sil. IV, 778. Oudend. et Cort. ad Lucan. I, 675. Bentl. ad Hor. Od. III, 25, 9. et Weichert. Poett. Latt. rell. p. 424 sq., quos Wagn. laudat), *Edonius* autem, de qua forma Wagn. cum Bentleio dubitat, legatur certe apud Solinum c. 14. *populi Edonii.* Adiect. *Edonus* ap. Ovid. Trist. IV, 1, 42. Rem. Am. 593. Stat. Theb. V. 78. XII, 733. et Val. Fl. VI, 340. legi memorat Conington. — **367.** *venti* de solo Borea antea commemorato intelligendum. Peerlk. etiam hunc versum, qui sane abesse poterat, sine idonea causa spurium habet. — *incubuere.* Cf. Geo. III, 196. — **367.** *fugam dant*, faciunt. Vid. ad V, 276. IX, 323. X, 870. et al. — **368.** Ladew. adnotat, verba *Sic Turno - - ruunt acies* respondere v. 367., verba autem *fert impetus - - volantem* v. 365 sq. — *viam secat.* Vid. ad VI, 899. et Drak. ad Sil. II, 86. Hic verbum ab itinere maritimo etiam ad terrestre transfertur. — **369.** *Conversae*, scil. in fugam. — **370.** „*Et cristam* cett. Non otiose hoc adiectum; sed menti obiicit speciem hominis ruentis. - - *Crista volat adverso curru*, dum currus adversus ventum fertur; pro vulg.: fert impetus ipsum Adverso curru, et cristam quatit aura volantis.“ *Heyn.* — *adverso curru* etc. Quo celerius aliquis vehitur, eo magis sentit afflatum venti. — **371.** Phegeus equos Turni vult retinere et de cursu deflectere; sed equi concitati eum secum trahunt. — *Non tulit Phegeus* cett. Cf. VIII, 256. IX, 622. X, 578. Ovid. Met. XIV, 716. Val. Fl. V, 35. 650. aliique loci a Thielio laudati. — *animisque frementem*, ut IX, 703. — **372.** *Obiecit sese ad currum* Hand. Turs. I. p. 82. recte reddit per: *Er stürzte sich auf den Wagen hin.* Cf. IX, 279. — *spumantia frenis ora*, quae iungenda esse patet, Heyn. recte explicat: spumantia circa frena et per frena, coll. IV, 225. *Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit.* Cf. etiam VI. 882. VIII, 34. IV, 135. — **374.** Heyn. suspicatur, a tergo immissam Phegeo fuisse hastam. Sed rectius Wagn. eam a latere immissam arbitratur, quod indicet v. *retectum*, cum non tergum, sed pectus et latera clipeo tegantur; Phegei autem dextrum latus ad ictum Turni expositum fuisse, cum ille equos dextra detorquere adniteretur. — „Phegeus *pendet iugis*, ab equis, quos frenis apprehenderat, cumque iis luctatur, dum illi obnituntur et procurrunt. —

Lancea consequitur rumpitque infixa bilicem
Loricam et summum degustat volnere corpus.
Ille tamen clipeo obiecto conversus in hostem
Ibat et auxilium ducto mucrone petebat,
Cum rota praecipitem et procursu concitus axis
Inpulit effunditque solo Turnusque secutus
Imam inter galeam summi thoracis et oras
Abstulit ense caput truncumque reliquit harenae.
    Atque ea dum campis victor dat funera Turnus,
Interea Aenean Mnestheus et fidus Achates
Ascaniusque comes castris statuere cruentum
Alternos longa nitentem cuspide gressus.

[*iugis* pro iugo, ut Geo. III, 57.; *pendere* autem *iugis* (simplici Abl.) ut VIII, 669. *Pendentem scopulo.* Imitatus est hunc versum auctor Hippodamiae in Anth. Lat. I, 170, 136. *Dum trahitur curruque haeret resupinus inani.*] — Inter haec *lancea consequitur retectum*, h. e. in loco corporis patenti nec clipeo tecto percutitur. Tum ille *conversus* stricto gladio *in hostem ibat*, qui eum vulneraverat, qui igitur alius ac diversus ab Turno esse debuit. [Nam Phineus erat pedes; ideoque Turnum in curru stantem gladio adoriri non poterat.] Tum equis eius manu dimissis Turnus invehit eumque prostratum obterit.“ *Heyn.* — *lata lancea*, ut *lato ferro* I, 315. IV, 131. et *lato ense* infra v. 389. *Lancea* autem (secundum Varronem ap. Gellium XV, 30, 7. non Latinum, sed Hispanicum verbum, sed haud dubie ex Graeco λόγχη ortum) etiam ap. Hirt. B. Gall. VIII, 48. Tac. Ann. I, 79. III, 27. Curt. VI, 5. Iustin. XXIV, 5. Lucan. VII, 472. invenitur. — **375.** *rumpit - Loricam et - - corpus.* Cf. X, 337. *thoraca simul cum pectore rumpit.* — *bilicem loricam.* Vid. ad III, 467. — **376.** *summum degustat volnere corpus*, stringit, leviter tangit corpus, ut exigua modo sanguinis copia effluat. Oppositum est, quod XI, 804. legimus: *hasta alte bibit acta cruorem.* Cf. Silius V, 273. *leviterque e corpore summo Degustat cuspis generosum extrema cruorem*, et Drak. ad eiusd. IX, 523. Heyn. confert Hom. (Il. XX, 258. XI, 60 sq.) γεύεσθαι et ἐπιγράφειν χρόα. — *volnus* autem pro telo, quo vulnus infertur. Cf. adnott. ad II, 529. et VII, 533. — **378.** *ducto mucrone.* Codd. quidam *educto* vel *stricto.* Sed *ducere* gladium, ensem satis usitatum. Vid. Heins. ad Val. Fl. I, 122. Alibi additur *vagina*, ut ap. Ovid. Fast. IV, 929. et Silium VIII, 341. — **379.** *rota et axis* pro curru. Vid. ad Geo. III, 170. et Aen. V, 820. — *procursu.* Cf. infra v. 711. — *praecipitem inpulit*, i. e. inpulit, ut eum praecipitaret. Vid. ad X, 314. et al. Cf. etiam X, 232. — **380.** *effunditque solo.* Cf. X, 574. *Effunduntque ducem.* — *secutus;* curru enim desiluerat, ut eum obtruncaret. — **381** sq. „De vulneris in ipsa cervicis vertebra illati sede ac modo cf. XI, 691 sqq. — *Imam inter galeam* cett. Brevitate usus poeta pro vulnere *inter galeam et thoracem* facto.“ *Heyn.* Copula tertio loco sententiae posita excusatur eo, quod verba *summus thorax* iuxta *oras* in unam quasi vocem coëunt. Cf. adnott. ad IX, 245. — **382.** *harenae.* Rom., Gud., Bern. II. a m. pr. et Bern. III. praebent *arena;* sed casum locativum *arenae* etiam Serv. testatur ad XI, 87., ubi legitur *Sternitur et toto proiectus corpore terrae.* — **383** sq. „Redit ad Aeneam vulneratum Maro, cuius curationem, ut epicum poetam decebat, mirabili modo factam exponit.“ *Heyn.* — *dat funera.* Vid. ad II, 698. Geo. III, 247. et al. — **385.** Rom. et tres alii Codd. cum Donato pro *comes* exhibent *puer*, quod Heynio immerito praeferendum videtur, cum *comes* frigeat. Sed recte Wagn. vulgatam defendit, *puer* ex II, 598. vel simili loco huc translatum censens. Scil. *comes* additur, quia Ascanius tantum latus tegit vel Mnesthei vel Achatae Aeneam ducentium. — **386.** Cf. Hom. Il. XIX, 47 sqq. — *nitentem cuspide gressus* bene expedit Wagn., ad duplicem verbi *nitendi* significationem spectans, quod valeat et se susten-

Saevit et infracta luctatur harundine telum
Eripere auxilioque viam, quae proxuma, poscit:
Ense secent lato volnus telique latebram
Rescindant penitus seseque in bella remittant.
Iamque aderat Phoebo ante alios dilectus Iapyx
Iasides, acri quondam cui captus amore
Ipse suas artis, sua munera, laetus Apollo
Augurium citharamque dabat celerisque sagittas.

---

tare aliqua re, i. e. ope alicuius rei, et ingredi, ita ut etiam Accusativum sibi adiungere possit, quemadmodum dicatur *ire iter* et *ire viam* (cf. adnott. ad Aen. VI, 122.); Aeneas igitur femore vel crure venerato claudicans se hasta nixum sustentat studetque cuspidem teli in femur adacti comprehendere et extrahere. Nam etiam graviter vulneratus fortem firmumque se praebet virum Peerlk. tamen, qui putat Aeneam in humero esse vulneratum (vid. supra ad v. 319.) et propterea per totum corpus *cruentatum* dici [sed ubi hoc dicitur, sanguinem totum Aeneae corpus cruentasse?], hanc interpretationem reiicit et Aeneam ob amissum sanguinem tam debilem fuisse putat, ut gressus sine hastae adminiculo continuare non posset. Ceterum cf. imitationes h. l. ap. Val. Fl. II, 93. *Alternos aegro cunctantem poplite gressus*, i. e. cunctanter incedentem, et ap. Silium VI, 79. *Lapsantes fultum truncata cuspide gressus.* — *Cuspide* Wagn recte interpretatur de inferiore hastae parte, de σαυρωτῆρι, coll. Aen. I, 81. et Boettigeri lib. de raptu Cassandrae p. 56. not. 54. — **387.** „*saevit*, indignatur hominum perfidia, exardescit, quod a pugna abstrahitur; ipse telum tractat, labefactat; fracto ligno poscit, ut vulnere ampliato ferramentum exsecetur. Omnia haec ad nostros sensus accommodatiora, quam quae de Glauco Homerus narrat Il. XVI, 508 sqq., sed Homerica propiora sunt ad naturae veritatem.“ *Heyn.* — *luctatur eripere.* Sic *luctare* cum Infin. constructum etiam ap. Ovid. Her. XVII, 161. ex P. I, 5, 13. Met. V, 354. XV, 300. Sen. Hippol. 1083. et alibi igitur. — *telum infracta harundine*, „telum, cuius ferrum, fracta ipso impetu arundine, solum in vulnere relictum est. Cf. IX, 413.“ *Wagn.* Vid. ad X, 731. — **388.** „*auxilioque viam*, viam auxilii; qua via et ratione expeditissima medela afferri possit.“ *Heyn.* Videtur huius loci memor fuisse Grat. Cyneg. 382. sic scribens: *quae tutela est proxima, tenta.* — **389.** *Ense secent volnus.* Cf. Hom. Il. XI, 844. et Geo. III, 453. — Pro *latebram* Med. et plures alii, etiam tres Pariss., *latebras*, quod receperunt Haupt., Ladew. et Benoist.; sed vere Wagn. parvo telo, quale sit sagitta, nec altissime adacto melius *latebram* convenire censet, quam *latebras*. Conington comparat X, 601. *Tum, latebras animae, pectus mucrone recludit.* — **390.** Burm. confert locum similem Stat. Theb. X, 712. *liceat misero tremebunda lavare Vulnera - - Teque iterum saevis - - remittere bellis.* — **391** sqq. „*Iapis*, Iasi f., inducitur exemplo Machaonis Menelai vulnus sanantis Il. IV, 213 sqq.“ *Heyn.* Med., Pal., Rom., Gud. aliique Codd., quibuscum conspirat Macrob. Sat. V, 15. 12. p. 442. Ian. (cuius pauci modo Codd. *Iapix* scribunt, ut Bern, II. et III.) pro vulg. *Iapis* exhibent *Iapyx*, eosque nunc cum Ribbeckio, Ladew. et Benoisto sequendos esse duxi, quamvis Heyn. (cui Conington adsentitur) censeat, *Iapidis* nomen medico accommodatius esse, quam Iapygis ex Apulia petitum; illudque etiam tueri Ausonii auctoritatem, qui, ludens in nomine medici (ab ἰᾶσθαι deducto), Epigr. 19. scripserit: *Idmona quod vatem, medicum quod Iapida dicunt, Discendas artes nomina praeveniunt;* ubi Heins. *Iapida* perperam in *Iapyga* velit mutatum. Quare Wagn., Bryce, Haupt. et Coningt. vulgatam scripturam retinuerunt. Peerlk. vero in utroque, et Vergilii et Ausonii, loco *Iasis* scribendum putat, quae nominis forma facilius ab ἰᾶσθαι derivetur, quam *Iapis*. — *Iasides.* Cf. Hom. Il. XV, 332. et Od. XI, 282. XVII, 443. Ceterum respexit hunc locum auctor Alcestae in Anth. Lat. I, 172, 11. *Iamque aderat Phoebo ante alios dilectos amore.* — **392.** *acri amore.* Cf. *acer metus* I, 362. — **394.** *da-*

Ille, ut depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum usumque medendi
Maluit et mutas agitare inglorius artis.
Stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam,
Aeneas, magno iuvenum et maerentis Iuli
Concursu, lacrimis inmobilis. Ille retorto
Paeonium in morem senior succinctus amictu

---

bat, i. e. dare volebat, ut sequentia docent; de quo usu Imperfecti vid. adnott. ad VI, 468. et X, 801. Plane eadem ratione Silius XI, 554. *en dextera, quam tu Aeneadis lacerare dabas*, i. e. dare volebas. Ceterum de his Apollinis artibus cf. Ovid. Met. I, 517 sqq. ibique Gierig. et Bach. — **395.** Iapyx, spretis augurandi, canendi et sagittandi artibus, *medendi usum* s. artem mavult discere, *ut depositi proferret fata parentis*, i. e., Heyn. interprete, „ut patris sui iam conclamati mortem differret." — *Depositi* dixit, quia apud veteres mos obtinebat desperatos ante ianuas aedium humi exponendi, ut vel a transeuntibus curari possent, qui aliquando eodem vel simili morbo laboraverant, vel extremum spiritum terrae redderent. Cf. Serv. ad h. l. et Nonius p. 279, 17. Hinc *depositus* i. q. desperatus. Vid. Cic. in Caec. 2, 5. Ovid. Trist. III, 3, 40. (ibique Iahn.) id. ex Pont. II, 2, 47. Lucan. II, 72. all., quibus locis Conington addit Lucil. III. fr. 24. Gerl. *Symmachus praeterea iam tum depostus bubulcus Expirans animam pulmonibus aeger agebat.* Wagn. conferri iubet Plut. Vol. II. p. 1128. R. et de simili Babyloniorum more, Graecis tum certe incognito, Herod. I, 197. — *fatum* pro morte, ut saepe. Vid. ad XI, 160. — **396.** *potestates*. Vid. infra ad v. 402. — **397.** „Varie de *mutis artibus* statuunt viri docti. - - Intelligo *artes mutas* poetico more, quae silentur, et faciunt, ut ii, qui eas colunt, sileantur; imprimis ex istius, quo poeta vivebat, saeculi opinione, cum medicinam tantum servi vel libertini ac Graeci exercerent: ideoque obscurae; unde *inglorius* [de quo voc. vid. ad Geo. II, 486. et Aen. XI, 548.]. In vita enim heroum artes ante commemoratae claritatem dabant." *Heyn.* (Süpflius tamen suspicatur, poetam etiam propriam vocabuli significationem respexisse, cum *mutae artes* hic opponantur tribus illis vaticinandi, canendi et sagittandi (v. 394.), quae omnes nisi claro aliquo sono edito non possint exerceri; nam etiam sagittandi artem hic non esse excludendam, doceri locis, quales sint Hom. Il. IV, 125. λίγξε βιός, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν, Aen. V, 502. VII, 531. *stridente sagitta*, XI, 774. *Aureus ex humero sonat arcus* et similes.) Conington comparat *mutas artes* ap. Cic. de Or. III, 7, [26.]. Burm. autem conferri iubet *mutam scientiam* Quinctil. Inst. V, 10. p. 433. et Gronovium ad Stat. Theb. IV, 183. Praeter auctorem carm. in Anth. Lat. I, 80, 4. (*lanificas tentari inglorius artes*) imitatus est h. l. Silius III, 579. *mutum volvens inglorius aevum*, et propterea Peerlk., qui etiam haeret in Plurali *artes*, cum tantum de una arte medica sermo sit, et omnino in iterato voc. artis, hic pro *mutas - - artis* coniicit *mutos - - annos*, coll Aen. X, 52. et I, 74.; quod nemo facile probabit; nam Plur. *artes* a Wagn. bene sic defenditur: „quia ars medendi multiplex est aliudque malum aliam desiderat curationem." — **398.** *acerba fremens*, et dolore et ira, indignatione. Cf. supra v. 387. Sic *dira frementem* supra X, 572. Vid. ad Geo. III. 149. et Aen. VI, 467. IX, 794. al. — **399.** *et* i. e. et potissimum. Vid. ad IX, 811. — *magno Concursu*, ut I, 509. — *iuvenum et* (potissimum) *Iuli*. Vid. adnott. ad Geo. I, 498. Aen. I, 30. VII, 535. IX, 811. al. — **400.** *Ille - - senior*. Vid. ad Geo. IV, 457. Aen. V, 262. 609. XI, 809. al. — *retorto - - amictu*. Vulnerum enim medici operi se accingere solebant. Cf. Stat. Silv. I, 4, 107. *ritu se cingit uterque Paeonio*, et Silius V, 366. *ferens leni medicamina dextra - - intortos de more* (chirurgorum) *adstrictus amictus, Mulcebat - - vulnus*, ubi Drak. conferri iubet Gevart. in Lect. Papinn. c. 34. et Gonsalium ad Petron. c. 19. — **401.** *Paeonium in morem*, i. e. in Apollineum s. medicum. Vid. ad VII, 769. Ceterum Iahn. (coll. adnot. sua ad Ovid. Met.

Multa manu medica Phoebique potentibus herbis
Nequiquam trepidat, nequiquam spicula dextra
Sollicitat prensatque tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam Fortuna regit, nihil auctor Apollo
Subvenit, et saevus campis magis ac magis horror
Crebrescit propiusque malum est. Iam pulvere caelum
Stare vident subeuntque equites et spicula castris
Densa cadunt mediis. It tristis ad aethera clamor
Bellantum iuvenum et duro sub Marte cadentum.
Hic Venus indigno nati concussa dolore
Dictamnum genetrix Cretaea carpit ab Ida,

VI, 11.) literam *o* in *Paeonium* (*Παιώνιον*) per licentiam, quam sibi sumant poetae Romani in exteris nominibus, correptam censet, ut *Argyrĭpam* XI, 246., *orĭchalcum* XII, 87. cett. (cf. adnott. ad Aen. I, 343. III, 35. al.); rectius autem Heyn. et Weichert. in Poett. Latt. rell. p. 425. not. tribus syllabis *Paeonjum* legendum esse statuunt. Cf. adnott. ad I, 73. V, 269. VII, 96. et al., imprimis autem ad VII, 769. et quod ad voc. *Paeonius* attinet, etiam Lachm. ad Lucr. V, 85. p. 280. Bothius igitur sine iusta causa coni. *Paeonem in morem.* — **402.** *multa manu trepidat*, multa cum trepidatione quadam tentat. Wakef. ad Lucr. III, 557. *trepidando* potius festinationem anxiam indicari putat. — *potentibus herbis*, quarum et in arte medica et in re magica usus est. Vid. supra VII, 19. et Ovid. Met. IV, 49. Eodem sensu *fortes* (Ovid. Met. XV, 534.) et *pollentes* (Ovid. Fast. II, 425.) *herbae* commemorantur et supra v. 396. de *potestatibus herbarum* sermo est, ut ap. Ovid. Met. I, 522. de earundem *potentia.* — *tenaci forcipe ferrum* iam legimus Geo. IV, 175. — **405.** „Pro vulgari: Viam hanc ac rationem ferramenti extrahendi fortuna nullo modo secundat: frustra omnia experitur Iapis; nulla via res successum habet.“ *Heyn.* — *Nulla Fortuna.* Vid. ad (Geo. I, 102. IV, 516.) Aen. II, 583. et IV, 232. De verbo *regendi* ad Fortunam relato cf. Huschk. ad Tib. III, 3, 22, ubi legimus: *Nam Fortuna sua tempora lege regit;* Sall. Iug. 102, 9. *Humanarum rerum Fortuna pleraque regit* cett. — *auctor Apollo*, scil. artis medicae. Vid. ad VII, 769. Supra VIII, 336. verba *auctor Apollo* ad artem vaticinandi spectant. — **406.** *horror.* Cf. II, 301. *armorumque ingruit horror.* — **407.** *malum*, pugna et fuga. — „*Iam pulvere caelum Stare vident.* Aër pulvere plenus et quasi condensatus sic describitur a poetis. Praeiverat Ennius (p. 145. Hessel.): *stant pulvere campi.* [Porphyr. ad Hor. Od. I, 9, 1. haec affert Ennii verba. Vid. Vahlen. p. 86.] Cf. etiam Hom. Il. XXIII, 365 sq. *ποδῶν δ' ὑπένερθε κονίη Ἵσταται ἀειρομένη.* Paulo aliter VI, 300. *stant lumina flamma* [ubi vid. adnott.].“ *Heyn* Cf. etiam Claud. de laud. Stil. I, 257. *Stipantur Numidae campi, stant pulvere Syrtes Gaetulae.* Ceterum cf. etiam Epit. Iliad. 474. *pulvere caelum Conditur.* — **408.** *subeuntque.* Copula in multis libris (inter quos Pal., Gud. et Bern. II.) desideratur, etiam in Med., ubi *subeunt*, quod primo omissum fuerat, sine Copula superscriptum est; quare Heins. eam omisit, quem Wakef., Ribbek., Conington et Benoist. secuti sunt, Colo etiam post *vident* posito. Sed recte Burm. eam restituisse videtur ex Rom. et aliis, quae facile excidere poterat ob similitudinem proximarum literarum *equi*, et vere Ladew. memorat, verba *subeunt equites* nihil novum et inopinatum addere, sed tantum generalem sententiam v. 406 sq. expressam accuratius significare. — *spicula densa.* Cf. VII, 673. et IX, 555. — **411** sqq. Comparant Hom. Il. XVI, 523. et 527 sqq. — *concussa* (cf. V, 700, 869. IX, 498.) *indigno dolore*, quia ortus est ex vulnere insidiis facto. De *dictamno* (Origano Dictamno *Linn.*), planta pulegio simili, quae a Dicte, Cretae monte, (vid. ad Ecl. VI, 56.) vocabatur *δίκταμνος* et *δίκταμος* s. *δίκταμνον* et *δίκταμον*, cf. Dioscor. III, 37. Aelian. V, H. I, 10. Aristot. Hist. An. IX, 6, 1. Theophr. h. pl. IX, 16. Cic. N. D. II, 50, 126. Plin. XXV, 8, 53. et

Puberibus caulem foliis et flore comantem
Purpureo; non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres haesere sagittae.
Hoc Venus obscuro faciem circumdata nimbo
Detulit, hoc fusum labris splendentibus amnem
Inficit occulte medicans spargitque salubris
Ambrosiae sucos et odoriferam panaceam.

Billerbeckii Flora class. p. 155. — *Cretaea ab Ida*, quia Dicte pars erat Idae moutis, de quo vid. ad III, 105. — Ceterum unus Donatus hunc versum sic protulit: *Ipsa manu genetrix Dictaea carpsit ab Ida*, quod Grammatici alicuius Servio recentioris commentum non erat cur placeret Heynio et Peerlkampio, temere haerentibus in vulgari plantae nomine a poeta apposito. — **413.** *Puberibus foliis* Serv. recte interpretatur per: foliis adultis; apertum est enim, poetam hic definire, quale esse debeat dictamnum, quo ad medendum uti velis, adultum scil. et florens (cf. Stat. Silv. I, 4, 102. *dictamni florentis opem*), non aut lactens adhuc, aut iam senescens; quod bene perspexit Wagn. *Pubescere* enim haud raro a pubertate, i. e. a flore aetatis, hominum transfertur ad florem herbarum, qui iam maturitatem instantem exspectare iubeat. Cf. adnott. ad Geo. II, 390. et Aen. IV, 514. et Salmasii Exercc. Plinn. p. 364. (Coningtou affert Stat. Silv. III, 3, 129. Auson. Ep. II, 14. et Idyll. X, 203.) Haec veriora videntur, quam quae Heyn. addit: „Si tamen respicias alterum *flore* [*purpureo*: cf. Plin l. l. *caulibus parvis, flore purpureo*] *comantem*, eo facile adduci potes, ut credas, poetam respexisse lanuginem foliorum huius herbae: nam sunt ea *γναφαλώδη καὶ ἐριώδη καί τινα ἐπίφυσιν* habentia, secundum Dioscor. l. l.“ Immo *comat caulis foliis et flore* nihil aliud est, quam large praeditus est foliis et floribus, natura eorum prorsus non spectata. Vid. ad Geo. IV, 122. Ceterum Neutr. Plur. Adiectivi *pubes* s. *puber* alibi vix invenies. Neue *Formenl.* II. p. 50. comparat *pauperibus sacris* ap. Prop. III (II), 10, 24. — **414.** *non incognita capris*, quae caprae quaerere et quibus uti solent. Sic enim *notus* et *cognitus* haud raro dicitur de rebus, quas tractare, usurpare, audire, convenire solemus. Cf. adnott. ad Ecl. I, 51. et Aen. XI, 195. Wagn. ad h. l. (qui confert inter alia Ciris v. 168. *cognita teneris pedibus Sicyonia*) et Cort. ad Lucan. V, 107. De ipsa re cf. Aristot. de auscult. mirab. p. 702. Cic. N. D. II, 50, 126. *Auditum est, capras feras in Creta, cum essent confixae venenatis sagittis, herbam quaerere, quae dictamnus vocaretur, quam cum gustavissent, sagittas excidere dicunt e corpore*, et Plin. XXV, 8, 53. XXVI, 14, 87. — **415.** *Gramina* de planta, ut Geo. IV, 63. — *haesere*. Vid. ad VII, 533., ubi addi possunt Ovid. Am. I, 2, 7. et Claud. XXXI, 145. — *tergo* Dativus est. Cf. IV, 73. *haeret lateri letalis arundo*. — *volucres sagittae*. Vid. ad V, 242. — **416.** „Qua igitur simpliciter usus dici poterat medicina Iapis, hanc poeta a Venere allatam narrat; quae succum expressum, ambrosia et panacea admixta, clam adstantibus aquae infundit, qua Iapis vulnus abstergit et fovet. Ornavit poeta singula, utpote in re mirabili: pro aqua *amnem*, pro vase *labrum* s. lebetem, pro miscere *inficere* posuit et sic porro.“ *Heyn.* Sed vere *Wagn.*: *inficere* non est simpl. i. q. miscere, sed ita miscere cum aliqua re, ut ea vires, vel saporem, vel colorem quendam, inde trahat; hinc pocula veneno infecta, lana infecta cett.“ — *faciem* et cum facie totum corpus. Vid. ad I, 658. — *nimbo*. *Nimbus* proprie est nubes imbrem et procellam secum ferens, quare *obscurus*, ut IV, 120. (ubi pro imbri ipso ponitur) *nigrans*. De nimbo autem, quo circumfusi dei apparere solent, vid. ad II, 616. et X, 634. — **417.** *Detulit*. Cf. Val. Fl. IV, 17. *Arcano redolentem nectare rorem- -Detulit*. — *fusum labris* (in labra: vid. ad Ecl. II, 30. Aen. II, 85. IV, 601. et al.). De *labris* vid. ad Geo. II, 6. et Aen. VIII, 22. — *amnem*, aquam fluvialem. Cf. VII, 465. *aquai fumidus amnis*. — **418.** *medicans*, efficiens, ut vim medicam trahat illa aqua. — **419.** *Ambrosiae sucos* (sic enim Med. et Rom. etiam hic recte vocem scribunt: vid. ad Ecl. III, 6. et Geo. I, 90.) *spargit*, ut sint pro unguento, quod vulneris inflammationem minuat. Vid.

Fovit ea volnus lympha longaevus Iapyx
Ignorans, subitoque omnis de corpore fugit
Quippe dolor, omnis stetit imo volnere sanguis.
Iamque secuta manum nullo cogente sagitta
Excidit atque novae rediere in pristina vires.
„Arma citi properate viro! quid statis?“ Iapyx
Conclamat primusque animos accendit in hostem.
„Non haec humanis opibus, non arte magistra
Proveniunt neque te, Aenea, mea dextera servat;
Maior agit deus atque opera ad maiora remittit.“

---

de hoc ambrosio unguento ad Geo. IV, 415. De planta *ambrosia* vid Plin. XXIV, 7, 11. et de eius viribns Dioscor. III, 37, 129. — *panacea* (*πανάκεια*) (quae etiam *panaces* ct *panax* Colum. XI, 3, 29. appellatur et cuius nomen e vocc. *πᾶν* et *ἀκεῖσθαι* compositum herbam *omnia sanantem* significat), qnamquam etiam alias plantas insigni vi medendi praeditas complecti videtur, imprimis tamen ad Heraclei quoddam genus refertur, quare Theophrasto h. pl. IX, 10. et Dioscoridi III, 55. (48. Spreng.) vocatur *πάνακες ἡράκλειον*; de quo cf. Sprengel. ad Diosc. T. II. p. 518. De mirabili eius efficacia in sanandis vulneribus mnlta fabulati snnt veteres. Cf. Spanhem. ad Callim. in Apoll. 40. Plin. XXV, 4, 11 sq. ibid. 11, 84. XXVI, 8, 56. et 58. — *Odoriferam* iure eam vocat poeta; et sic etiam Lucr. IV, 122. *quaecunque suo de corpore odorem Exspirant acrem, panaces, absinthia tetra.* — 420. *fovit ca volnus*, sive frigida sive calida fomenta adhibens. *Fovere* verbum propr. dc hac re. Vid. Celsus I, 5. IV, 2. VI, 8. Colum. VI, 12. Plin. XXIV, 9, 37. XXXII, 9, 34. Ovid. ex P. II, 3, 94. all. Cf. etiam Obbar. ad Hor. Ep. I, 2, 52. Fasc. 2. p. 176 sqq. et adnott. ad Geo. II, 135. et IV, 229. — 421. sq. Comparant Iliad. XVI, 528 sq. — *Ignorans*, scil. vim medicaminis; quare infra v. 427. ipse medicns *non arte magistra* haec effecta esse profitetnr. — 422. *Quippe* pro utiqne, certe, *δή, εἰκότως*, nt alibi *scilicet, videlicet*. Cf. Heins. et Drak. ad Silium VI, 90. Grysar *Theor. d. lat. Styls* p. 597. Wichert. *Stillehre* p. 22 sq. Weidner. ad Acn. I, 39. (et 59.) alii. — *dolŏr*. Vid. ad Ecl. I, 38. IV, 51. al., imprimis ad Acn. V, 521. — *stetit sanguis*. Vid. ad Ecl. II, 26. — *imo volnere*. Plnres Codd. (Rom., Gnd., Mentel. II., alii) *imo in vulnere*. Sed defectum Praepositionis Wagn. recte defendit coll. locis XI, 377. et 840. — 424. *novae rediere in pristina vires*, in pristinum restitutae sunt. Peerlk., cni voc. *pristina* minus placet propter *novae* et *rediere*, ant legendnm pntat: *Novae red. in pectora vires* (ut ap. Stat. et Nemes. l. l. infra land.), aut: *suae red. in pristina vires* (coll. Senec. Herc. Oet. 1418.). *In pristinum restituere* legimus etiam ap. Corn. Nep. Them. 1. Coterum respexerunt hunc locum Stat. Theb. II, 326. *cervix, que recepto Sanguine magna redit fractaeque in pectora vires*, Nemes. Cyneg. 286. *Mox laetos redeunt in pectora fortia vires* et anctor carm. in Anth. Lat. I, 45, 6. *atque novae rediere in proelia vires.* — 425. *arma properate viro.* Vid. ad Geo. IV, 171. et Aen. VIII, 454. coll. adnot. ad IV, 575. et VI, 177. Similis est locns VIII, 441. *Arma acri facienda viro.* Ceterum in promptu est, hic tantum sermonem esse de armis, quae vulnerato Aeneae detracta erant, sanato rursus applicandis. — Codd. quidam *viri* pro *viro*, qnod Peerlk., comparans Aen. II. 668. Silinm IV, 98. et IX, 376., recipiendnm censet, distinctione sic mntata: *arma citi properate; viri quid statis?* — 427. *arte magistra.* Vid. ad VIII, 442. Iteratur hic versns in Anth. Lat. I, 172, 39. — 428. *proveniunt*, eveniunt, finnt, adinncta tamen prosperi snccessus notione. Cf. Drak. ad Liv. XLV, 41, 6. et Ruhnk. ad Ter. Ad. V, 6, 8. — 429. *Maior agit deus.* Maior aliquis lapide, deus, hic efficacem se praestat. Etsi igitur Venus agnosci noluerat (vid. v. 416.), Iapyx tamen vim divinam hic praesentem perspicit, quamvis Vencrem ignoret et potius de Apolline, artis medicae patrono (cf. v. 405.), cogitare videatur. *Heyn.* minus probabiliter haec adnotat: „*agit*

Ille avidus pugnae suras incluserat auro
Hinc atque hinc oditque moras hastamque coruscat.
Postquam habilis lateri clipeus loricaque tergo est,
Ascanium fusis circum conplectitur armis
Summaque per galeam delibans oscula fatur:
„Disce, puer, virtutem ex me verumque laborem,
Fortunam ex aliis. Nunc te mea dextera bello
Defensum dabit et magna inter praemia ducet.

---

non accipio cum Servio: Apollo facit haec, nam id tenue; sed *προπέμπει*, mittit ad pugnam, concitat, i. q. mox *remittit*.“ Wagn. vero in recentiss. edit. coll. locis Celsi VII, 2. et 4. (p. 339. et 350. ed. a. 1785.) *agere* hic ex medica arte sumptum et *maiorem* deum de uno ex diis maiorum gentium, non tamen de Apolline, intelligendum censet. Peerlk. pro *deus* malit *manus*. — **430** „Mira festinatio etiam in Aenea et praeclare tempus praeteritum *incluserat*.“ *Heyn.* De quo Plusquamperfecti usu vid. quae adnotavimus ad locum huic simillimum VIII, 219. et IX, 799. Verba *suras incluserat auro* iam legimus XI, 488. — **431**. *Hinc atque hinc*, *ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν*, utrimque. Vid. ad I, 162. — *hastam coruscat*. Vid. ad V, 642. — **432**. „*est*, factus est, *habilis lateri*, ut Hom. Il. III, 332 sq. thorax *ἥρμοσε δ' αὐτῷ*, sedit in corpore, adaptata, habilis reddita est lorica corpori [ut premere non possit]. *Habilis hasta* supra fuit, quae manu facile haberi, tractari potest; *lorica*, quae membris commode respondet.“ *Heyn.* Vid. ad Geo. II, 92. III, 62. coll. adnot. ad Aen. I, 318. Burm. et Bach. ad Ovid. Met. II, 531. (ubi *habilis currus*), Heyn. et Dissen. ad Tib. I, 9, 7. (ubi *habile aratrum*). Plane supervacanea est Peerlkampii coniectura *aptus lateri*. — **433**. *fusis circum* pro circumfusis. Vid. adnott. ad Aen. II, 567. et alibi. — *complectitur armis*, i. e. bracchiis, ut ap. Tac. Hist. I, 36. Vid. adnott. ad IV, 11. — **434**. *delibans oscula*, ut ap. Phaedr. IV, 23, 7., ubi musca *matronarum*, inquit, *delibo oscula*. Vid. ad I, 256. Ceterum cf. Stat. Theb. IV, 20. *Galeis iuvat oscula clausis Inserere* et Quinct. Declam. IX, p. 197. *iamque suprema per galeam dederam oscula*, quos locos Peerlk. profert. — **435** sqq. „Eminentissimus locus patris affectu, sententiae gravitate, vi ac veritate; quocum comparandi loci pulcherrimi Hom. Il. VI, 474 sqq. et Soph. Ai. 550 sqq. [*ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος, τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος· καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός*], unde Attius sua sumpserat ap. Macrob. VI, 1. [58. p. 505. Ian.] *Virtute eis par, dispar fortunis patri*.“ [Rectius: *Virtuti sis par, dispar fortunis patris*.] *Heyn.* Cf. etiam Silius V, 637. *Sta miles et acres Disce ex me pugnas* cett. — *verum laborem* Serv. interpretatur: „quem per me ipse suscipio: non qui ex aliorum virtute imperatoribus adscribi consuevit.“ Sed rectius Heyn. *laborem* intelligit de laboris tolerantia, patientia, ut hic sit sensus: „disce ex me veram virtutem in tolerando labore; exemplum virtutis verae me tibi habe propositum: at secundae fortunae exempla pete ex aliis.“ Peerlk. praeter necessitatem coni. *rerumque laborem*, coll. Aen. I, 204. 675. VII, 37. 188. XI, 310. et similibus locis. Ceterum cf. etiam XI, 126. Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 147, 16. — **437**. *defensum dabit* pro defendet, vel potius pro: efficiet, ut stes defensus; nam Participio Perf. Pass. a poetis verbis *dandi, reddendi, curandi* addito plerumque eventus rei durans indicatur. Vid. adnott. ad IX, 323., ubi addi possunt Liv. VIII, 6, 6. *stratas legiones Latinorum dabo* et Plaut. Cas. II, 8, 3. *Factum et curatum dabo*. — *inter praemia* (scil. *belli*, quod ex antecedente *bello* repetendum) Wagn. explicat verbis *ad praemia*, coll. adnot. ad Ecl. I, 52. Rectius dixeris, cogitari Ascanium quasi praemiis circumdatum et ab uno ad alterum progredientem. Simili ratione dictum est Ecl. II, 3. *inter densos fagos veniebat*, quod sane i. q. ad fagos veniebat, ita tamen, ut simul indicetur tempus, quo iam inter fagos advenerat. Cf. etiam Cic. Cat. I, 4, 8. *dico te priore nocte venisse inter falcarios* et similes locos. Ceterum ali-

Tu facito, mox cum matura adoleverit aetas,
Sis memor et te animo repetentem exempla tuorum
Et pater Aeneas et avunculus excitet Hector."
  Haec ubi dicta dedit, portis sese extulit ingens
Telum inmane manu quatiens; simul agmine denso
Antheusque Mnestheusque ruunt omnisque relictis
Turba fluit castris. Tum caeco pulvere campus
Miscetur pulsuque pedum tremit excita tellus.
Vidit ab adverso venientis aggere Turnus,
Videre Ausonii gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor; prima ante omnis Iuturna Latinos
Audiit adgnovitque sonum et tremefacta refugit.
Ille volat campoque atrum rapit agmen aperto.
Qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus

---

quot Codd. *magna inter proelia ducet*, quod fortasse melius censet Peerlk. — **438** sqq. „Versus aurei animis puerorum, quibus illustres parentes munere providentiae contigerunt, infigendi una cum praeclaris vss. III, 342. de Ascanio: *Ecquid in antiquam virtutem* sqq." *Heyn.* — *matura adoleverit* pro maturuerit; proprie: cum ita adoleverit, ut iam matura sit. Cf. XI, 393. *tumidum crescere* et adnott. ad Geo. I, 320. II, 353. al. Ceterum cf. etiam Geo. II, 362. *prima adolescit aetas.* — Vss. **439**. et **440**., exceptis solis verbis *Sis memor*, spurios habet Peerlk., cum Hectoris mentio ab hoc loco plane aliena sit, cuius rei causam non perspicio, quamquam etiam Ribbeck. Proleg. p. 87. hos versus suspicione non carere censet. Ceterum v. 440. sane iam supra legimus III, 343. (in loco, quem Peerlk. et ipsum Vergilio abiudicat). — *tuorum*, scil. maiorum. — **441**. *portis sese extulit.* Cf. XI, 462. *Corripit sese et tectis citus extulit altis.* Contra XI, 36. *foribus sese intulit.* Conington conferri iubet Hom. Il. VII, 1. — Cum v. **443** sq. Iliad. XI, 724. — *ingens.* Vid. ad IX, 597. — *Antheus*, unus e principibus. Cf. I, 181. 510. — *Mnestheus* saepe commemoratur. Cf. V, 116. 189. 194. 110. etc. — **444**. *fluit.* Cf. XI, 236. — *pulvere campus miscetur.* „Pulvis miscetur. turbatur in campo; [accuratius *Wagn.*: „proprie pulvis excitatus miscetur inter se, vid. III, 557.; quod quia in campo fit, campus misceri pulvere dicitur"] et, quia obscurat aërem, hinc *caecus*; ut solet poeta pro: qui visum eripit, *caecum* dicere." *Heyn.* Vid. ad II, 19. VIII, 253. al. et cf. Ameis. *Hom. Klein.* p. 17. Cum verbis *pulvere campus Miscetur* cf. II, 298. IV, 160. 411. Verba *tum caeco pulvere campus* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 122. — **445**. Verba *tremit excita tellus*, quae vulgo referuntur ad terram pedum pulsu resonantem (ut ap. Lucr. II, 328 sq. *subterque virum vi Excitur pedibus sonitus*), Wagn. rectius explicare videtur ex VII, 722. *pulsuque pedum conterrita tellus*, ut, quod ibi *conterrita* est, hic sit *tremit excita*, i. e. tremit quasi terrore aliquo excitata et exsultans. *Exciri* enim a terrore ipso (cf. v. c. Liv. X, 4, 1.) transfertur etiam ad eum, qui exterretur, ut VII, 376. coll. III, 307.; quod et ipsum verissime docet Wagn. Consentiunt nobiscum Ladew. et Benoist.; Conington vero Wagneri explicationem non necessariam locumque simplicissima ratione intelligendum esse censet. — **447**. Verba *gelidusque p. i. c. Ossa tremor* iam legimus II, 220 sq., ubi vid. adnott., quibus adde VI, 54. *gelidus tremor.* — **449**. *adgnovit sonum.* Cf. II, 423. *ora sono discordia signant.* — *Iuturna*, formam assimulata Camerti (v. 224.), refugit, sed mox redit, Turno fratre in discrimen adducto, v. 468. — **450**. *Ille*, sc. Aeneas, v. 440. commemoratus. — *rapit*, rapide ducit, secum aufert. Vid. ad VII, 725. X, 178. 308. al. — *atrum agmen*, pulveris nube coopertum (v. 444.), ut Serv. explicat, vel etiam „simile densae eoque atrae nubi," ut Wagn. interpretatur, qui comparat Hom. Il. XVI, 66. (ubi Eustath. *κυάνεον νέφος* recte explicet *πύκνωσιν στρατιωτικήν*) et IV, 282. *κυανέας φάλαγγας*. Vid. adnott. ad IV, 404. Cod. Dorvill. exhibet *actum*, in quo Peerlk. *citum* latere suspicatur. — **451** sqq. Aeneas irruens in hostes com-

It mare per medium; miseris, heu, praescia longe
Horrescunt corda agricolis, dabit ille ruinas
Arboribus stragemque satis, ruet omnia late;
Ante volant sonitumque ferunt ad litora venti:
Talis in adversos ductor Rhoeteius hostis
Agmen agit; densi cuneis se quisque coactis
Adglomerant. Ferit ense gravem Thymbraeus Osirim,

---

paratur cum saeva tempestate a mari veniente et omnia vastante. Cf. Hom. Il. IV, 275 sqq. et Lucr. VI, 555 sq., quos locos ante oculos habuit poeta. Locos huic similes congessit Gierig. ad Ovid. Met. III, 79 sq. — „*abrupto sidere* pro abrupta nube [parte nubis abrupta et depressa], quae nimbum, procellam facit. Ausus hoc videtur poeta, cum semel *sidus* de tempestate dicere sollenne sit, quoniam sub certorum siderum ortu vel occasu tempestates fiunt [vid. ad I, 535. IV, 578. et XI, 260.]. *Abruptis procellis* Geo. III, 259., *abruptis nubibus* Aen. III, 199. dixerat.“ *Heyn.* Ladew. conferri iubet similes Silii locos I, 135. *ruptoque polo micat igneus aether* et VI, 608. (*fulmen*) *Abrupto fregit caelo super agmina nubem.* Wagn. accuratius de h. l. disputans coll. Plinio N. H. II, 48, 132 sq. (de typhone) et Lucretio VI, 431 sqq. (de prestere) adnotat: „Declaratur h. l. tempestas, simul typhonis proprie dicti et turbinis, qui est species typhonis, signa prae se ferens. — *nimbus* h. l. est nubes illa depressa columnaeque similis, cum rapida vertigine ambulans, *typhon* a Francogallis appellata, a nobis *Wasserhose.*“ Peerlk., haerens in *abrupto sidere*, satis audacter coni. *abruptus ab aethere*, coll. Aen. IX, 549. III, 199. Geo. III, 259. Ovid. Fast. II, 495. Senec. de vita beata 28. et Interpp. ad Silii I, 135. — **453.** *dabit* cett., i. e. certo enim sciunt, eum daturum esse ruinas. Wakef. ad Lucr. l. l. ita h. l. distingui iubet: *agricolis*: „*Dabit - - venti;*“ ut poeta ipsos agricolas haec exclamantes faciat, quod Wagn. iure alienum censet ab epici carminis simplicitate. — *dabit ruinas.* Vid. ad IX, 322. Sic Ter. Eun. IV, 3, 2. *Quas turbas dedit.* Ceterum *ruinam dare*, sed alio sensu, iam legimus II, 310. et XI, 614. *Peerlk.* haec adnotat: „An grammaticus, alia expleturus, et hoc corruperit, nescio. Vergilius saltem elegantius scripsisset: *Horrescunt corda agricolis, quibus ille ruinam Arboribus stagemque satis ferat.* Agricolae venientem e mari nimbum prospiciunt et anxie exspectant, in quam partem feratur,“ coll. Val. Fl. III, 91. Stat. Theb. IX, 535. et X, 931. — Cum verbis *Horrescunt corda agricolis* cf. Val. Fl. III, 93. *pendent mortalia longo Corda metu* in loco huic simillimo. — **454.** *ruet omnia late.* De hac activa verbi significatione cf. Lambin. ad Lucr. I, 273. Burm. ad Val. Fl. III, 102. Heins. ad Aen. VIII, 63. Ruhnk. ad Ter. Ad. III, 2 21. Schmid. ad Hor. Ep. II, 2, 75. Iani A. P. Lat. p. 102. Peerlk. haec verba, quae post *ruinas* fastidiosa sint, una cum toto versu sequente, in quo se *sonitum* non intelligere fatetur et haeret in „inani repetitione praegressi *ad terras* per verba *ad litora*,“ Vergilio abiudicat. — *sonitum* autem intellige, quo strepit iste nimbus. — **456.** *Rhoeteïus heros*, Troianus. Vid. ad III, 108. — **457.** Densentur, ut cuneatim conglobati dimicent. In Med. extrema litera voc. *coactis* transfossa, quare Wagn. suspicatur, *coactis* ex VII, 509. repetitum et legendum esse *cuneis - - coacti*, i. e. in cuneos, imprimis cum etiam Servius: „in cuneorum modum compositi,“ et Donatus: „unus quisque se stipabat in cuneum“ explicent, et *in cuneos agi* etiam Lucan. VII, 497. dixerit. Sed contra ceterorum Codd. omnium auctoritatem nihil mutandum videtur. Etiam Conington recte contra Wagn. disputat simulque conferri iubet *congregari in cuneos* ap. Tac. Hist. IV, 20. Ceterum vid. etiam infra ad v. 575. et de *cuneo* ipso liber meus *Hellas u. Rom.* I, 3. p. 284. — **458.** Thymbraeus et ceteri, qui caedunt adversarios, sunt Troiani, Osiris ceterique, qui caeduntur, Latini. — *gravis* Servius ad fortitudinem, Heyn. ad auctoritatem, dignitatem et annos (cf. II, 436. V, 178 sq. IX, 246.), Wagn. denique (quocum etiam Ladew., Conington et Benoist. consentiunt) rectius ad vastam corporis magnitudinem refert, coll. locis V, 447. et 437.,

Arcetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates
Ufentemque Gyas; cadit ipse Tolumnius augur,
Primus in adversos telum qui torserat hostis.
Tollitur in caelum clamor versique vicissim
Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipse neque aversos dignatur sternere Morti
Nec pede congressos aequo nec tela ferentis
Insequitur; solum densa in caligine Turnum
Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.
Hoc concussa metu mentem Iuturna virago

---

ubi *stat gravis* idem sit, quod X, 771. *mole sua stat* et VII, 589. *mole se tenet.* Cf. etiam adnott. ad X, 207. Est igitur fere i. q. *ingens* supra v. 441. et al. (Iacob. Disquiss. Vergg. I. p. 10., cum epitheton simpliciter ornet, nihil referre ait, utrum cum Servio, an cum Heynio facias.) — **459.** *Arcetium* cum Ribbeckio, Coningt. et Benoisto scripsimus, Pal., Rom., fragm. Ver., Gud. et Bern. II. auctoritatem secuti. Ceteri recentiores editores servant vulg. scripturam *Archetium.* — *Epulonem.* Haupt., Wagn. et Ladew. edunt *Epulontem*, haud dubie vestigium huius formae nominis invenientes in unius Med. lectione EPULON[EM] ita scripta, ut litera N lineola transversa simul T repraesentare videatur. Ceteri enim Codd. et editores omnes consentiunt in lectione *Epulonem.* — **460.** Comparant Hom. Il. XVI, 558. De *Ufente* vid. VII, 745. VIII, 6. etc., de *Tolumnio* supra v. 258 sqq. et cum v. 461. cf. ibid. v. 266. — **462.** Verba *Tollitur in caelum clamor* legimus etiam ap. Ennium Aun. XVII. fr. 4. p. 63. Vahl. — *vicissim*, ut antea Aeneae exercitus fugerat. Cf. v. 407 sqq. — **463.** *fuga dant terga*, ut Geo. IV, 85. Cf. etiam Aen. V, 586. (*terga fuga nudant*) ibique adnott. Ominosa Tolumnii caede hanc fugam motam esse patet. — **464.** *Ipse*, Aeneas. Vid. ad Ecl. VIII, 96. X, 63. Geo. IV, 464. Aen. II, 394. et al. — *aversos*, fugientes. Cf. XI, 871. Med., Pal., Gud., Bern. II. III. *adversos*, quod huc non quadrat, quare Ribbeck. suspicatur *abversos* scriptum fuisse. — *sternere Morti.* Vid. ad VIII, 566. — **465.** Heyn. confert Hom. Il. XVI, 731. — *nec pede aequo*, ut aequa sit pugna, i. e. pedestris. — *congressos*, comminus pugnantes. — *nec tela ferentes*, sibi eminus inferentes, telis se adortos. Sic XI, 872. *letum ferentes.* — Pauci quidam Codd. recentiores et editt. veteres exhibent *Nec pede congressus nec equo;* sed recte iudicat Wagn., cum id solum sibi dicendum sumpsisset poeta, nec aversos nec adversos insecutum Aeneam esse, nihil attinuisse pedites et equites singulatim commemorare, vocc. autem *aequus* et *equus* saepissime confusa esse, ut Geo. II, 225. Aen. VII, 540. IX, 56. X, 858. XI, 861. XII, 218. 616. — **466.** *solum Turnum Vestigat.* Cf. XI, 221. — *densa in caligine*, sc. pulvere excitato effecta. Cf. v. 463. Cf. etiam XI, 876. *caligine turbidus atra Pulvis.* — *Turnum Vestigat lustrans.* Cf. VI, 145. *vestiga oculis.* — **468.** *Hoc* (i. e. eius rei: vid. ad II, 171. etc.) *concussa metu mentem.* Vid. ad Ecl. I, 54. III, 106. et al. Sic V, 869. *concussus animum.* — *viraginem* nihil aliud significare censet Heyn., quam virginem, sed antiquius esse vocabulum ideoque epico carmine dignius. Rectius autem ii statuere videntur, qui *viraginem* a *virgine* ita distinguunt, ut illa vox virginem virilis ingenii et fortitudinis indicet, quae virilia opera faciat; quare imprimis de Diana et Pallade dicitur. (Cf. Sen. Hippol. 54. Ovid. Met. II, 765. VI, 130. Stat. Silv. IV, 5, 23. Theb. XI, 414. Claud. R. Pros. II, 63. all. Probus ad Verg. Ecl. VI, 31. hunc affert Ennii versum: *Corpore Tartareo prognata palude virago*, quem de Allecto intelligunt, sed ap. Varr. L. L. VII, 37. (qui eundem versum citat) et Ennium ipsum Mueller. p. 134. et Vahlen. p. 75. edunt *Corpore tartarino prognata Paluda virago* et ille quidem Palladem significari censet. Coningtou confert Plaut. Merc. II, 3, 78. *ancillam viraginem aliquam* „*a very strong woman*“). Quod hic de Iuturna narratur, Hom. Il. V,

Aurigam Turni media inter lora Metiscum
Excutit et longe lapsum temone relinquit;
Ipsa subit manibusque undantis flectit habenas
Cuncta gerens vocemque et corpus et arma Metisci.
Nigra velut magnas domini cum divitis aedes
Pervolat et pinnis alta atria lustrat hirundo
Pabula parva legens nidisque loquacibus escas
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna sonat: similis medios Iuturna per hostis
Fertur equis rapidoque volans obit omnia curru
Iamque hic germanum iamque hic ostentat ovantem
Nec conferre manum patitur, volat avia longe.
Haud minus Aeneas tortos legit obvius orbis

---

835 sqq. Palladi tribuit, quae simili ratione Diomedis currum regit. — **469.** Wagn. observat, huno locum ob oculos fuisse auctori Epit. Iliad. v. 514. haec scribenti: *Ille ruens ictu media inter lora rotasque Volvitur;* ipse tamen verba *media inter lora* rectius explicat: in media aurigatione; ut alibi legitur *media inter pocula, media inter carmina* et similia. Cf. Aen. IV, 663. XI, 541. Hor. Ep. II, 1, 185. etc. — Ceterum de hoc auriga Turni cf. supra ad v. 327. adnott. — **470.** *excutit.* Cf. I, 115. et X, 590. — Cum verbis *lapsum temone* Conington confert Iuven. IV, 126. *de temone Britanno Excidet Arviragus.* — *relinquit.* Ribbeck., quem ex reliquis editoribus unus Conington secutus est, ex Pal., Rom., Gud. et Born. II. III. recepit *reliquit.* — **471.** *Ipsa subit,* in eius locum. — *undantes habenas.* Vid. ad V, 146. — **472.** *gerens.* Cf. I, 315. *Virginis os habitumque gerens et virginis arma.* — **473** sqq. Haec comparatio currus discursantis cum vago hirundinis volatu neque ex Homero, neque ex alio poeta nobis cognito repetita est. — *domini divitis,* ut ap. Catull. LXI, 88. — *nigra hirundo.* Heyn. putat, hirundinem rusticam s. ἀκανθυλλίδα indicari, quae dorso nigro et caerulescente sit. Cf. Plin. X, 33, 49. — *magnas aedes* et *alta atria* de villa splendida intelligenda esse, docet v. 476 sq. Ex hoc loco auctor carm. in Anth. Lat. I, 168, 1. petiit verba *vacua atria lustrat hirundo.* — **475.** *Pabula parva legens,* „inter volandum. Plin. N. H. X, 24, 73. *Hirundo sola avium non nisi in volatu pascitur.*" *Wagn.* — „*nidis loquacibus* pro pullis, νεοσσοῖς τρύζουσιν." *Heyn.* Cf. Geo. I, 414. IV, 17. Aen. V, 214. Prop. V, (IV,) 5, 10. Imitatus est h. l. Iuven. V, 142. *ipse loquaci gaudebat nido.* Ovid. de med. faciei 77. *querulum nidum* et Senec. Ep. 122. *argutos nidos* dicit. Eadem ratione XI, 458. *stagna loquacia* commemorantur. — **476.** *porticibus vacuis,* amplis et late patentibus, utpote *magnarum aedium.* Vid. ad V, 515. *Porticus* autem et *atria* eadem ratione coniunguntur II, 528. — **477.** *stagna* Lerschio Antiqq. Verg. p. 225. eas aquas significare videntur, quae in compluvii labrum vel puteum cadant et Becker. (Gallus II. p. 173. ed. 2.) dubium esse memorat, utrum de atrii, an de cavaedii labro s. immissario cogitandum sit; sed Gossr. vere docet, nihil impedire, quominus vera stagna intelligamus, quae prope villae aedes sint; de iis enim, non de aedibus urbanis sermonem esse videri, eademque est Coningtonis sententia. Ceterum ut hic *humida stagna,* sic supra V, 594. *maria humida.* — **479.** *ostentat* tantum, non patiens eum usquam morari. — *ovantem,* successu laetantem. Cf. adnott. ad Geo. I, 346. et Aen. X, 409. — **480.** *conferre manum.* „Nec patitur eum (curru desilire et) cum quoquam pugnare collato gradu, id quod ipsum afferat moram." *Wagn.* Conington putat, poetam hic memorem fuisse Hom. Il. XX, 376 sqq. — *volat avia.* Quare infra v. 614. legimus *extremo in aequore.* Ceterum cf. XI, 810. — **481.** „Ut *legere vestigia, oras, vias,* est persequi, sic *legit* h. l. *Aeneas tortos orbis,* obli-

Vestigatque virum et disiecta per agmina magna
Voce vocat. Quotiens oculos coniecit in hostem
Alipedumque fugam cursu temptavit equorum,
Aversos totiens currus Iuturna retorsit.
Heu, quid agat? Vario nequiquam fluctuat aestu
Diversaeque vocant animum in contraria curae.
Huic Messapus, uti laeva duo forte gerebat
Lenta, levis cursu, praefixa hastilia ferro,
Horum unum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas et se collegit in arma
Poplite subsidens; apicem tamen incita summum
Hasta tulit summasque excussit vertice cristas.
Tum vero adsurgunt irae insidiisque subactus

---

qnas et implicitas vias, ut Servii verbis ntar (of. infra v. 743.), pererrat ac pervagatur [nt Tnrno obvins fiat].“ *Heyn.* Cf. adnott. ad Ecl. VIII, 7. Aen. IX, 393. Markl. ad Stat. Silv. II, 3, 22. et Thiel. ad h. l. — **482**. *Vestigatque virum*, nt ap. Ovid. Met. III, 52. *Vestigatque viros*, nbi vid. Bach. — „*disiecta per agmina* impetum ruentis cnrrus declarat, qno dissipati cedunt ordines.“ *Heyn.* Conington confert XI, 870. — *magna voce vocat.* Vid. ad IV, 680. V, 860. et infra ad v. 680. *Voce vocant* legimns etiam in Anth. Lat. III, 81, 63. — **483**. „Quoties e longinqno Turnnm animadverterat enmqne inseqnebatur sic, nt iam aggredi vellet cett. — *temptare* h. l. pro assequi, attingere, saltem in eo esse, nt asseqnaris. Videtur antem Aeneas pedes incedere. Cf. v. 465.“ *Heyn.* *Temptare fugam equorum* hic significat periculnm facere, ntrum eqnos fugientes celerrimo cursu aequare possit. Wagn. comparat similem dicendi brevitatem ap. Liv. VIII, 33. *silentio nequiquam per praeconem temptato.* Ceterum cf. simillimum locnm XI, 718. Peerlk. tamen, dnbitans, an verbnm *tentandi* hano significationem admittat, magis Latinum fore putat: *cursu affectavit equorum.* — *Alipedum equorum.* Vid. ad VII, 277. — **485**. *aversos retorsit.* Vid. ad I, 659. — **486**. *Heu, quid agat?* Cum bis verbis absoluta sit sententia, media illa inter interrogationem et exclamationem, Comma, quod erat post *agat*, cnm Iabnio et Wagn. (qnos etiam me posteriores omnes secnti sunt) in signum interrogandi mutavimus. Cf. etiam snpra IV, 283., nbi eadem verba iam legimus. — *vario fluctuat aestu.* Cf. IV, 532. 564. al. Cort. ad Cic. Epp. ad Div. VII, 18, 2. et Obbar. ad Hor. Ep. I, 1, 99. (Fasc. I. p. 98 sq.), nbi legimns *sententia fluctuat.* — **488**. *Huic* (Aeneae), i. e. in hunc, - - *dirigit.* Vid. ad Ecl. II, 30. Aen. X, 401. et al. De *Messapo*, uno de VII Latinorum ducibus, vid. ad VII, 691. — *duo praefixa hastilia ferro.* Vid. ad V, 557. — *lenta.* Vid. ad VII, 164. et XI, 650. — *forte gerebat.* Cf. XI, 552. — **489**. *levis cursu*, levi incursn, subito et celeri impetu. — **490**. *Horum unum.* Conington comparat supra v. 270. *ut forte novem* etc., *Horum unum* etc. — *contorquens.* Cf. VII, 165. — *dirigit.* Med. (in quo tamen syllaba *de* minnscnlis literis scripta est, unde certe de librarii dnbitatione conclnsionem facere possumus, nisi prins vere DI scriptnm erat, quamquam Ribb. de rasura nibil prodit) aliiqne Codd. *derigit*, quos Ribbeck. (et cum eo Coningt. et Benoist.) secutns est, qui *dirigit* tantnm in Gud. et Bern. II. III. videtur invenisse. Vid. adnott. ad Geo. II, 8. — **491**. „*se collegit in arma*, int. in clipeum, quo texit se, ὑφιζάνων, *subsidens.*“ *Heyn.* Vid. ad X, 412., ubi adde Stat. Theb. XI, 545. *in clipeum turbatos colligit artus.* — **492**. *Poplite subsidens*, κύψας Hom. Il. XXI, 69. — *apicem.* Vid. ad X, 270. In seqq. Macrob. VI, 1. 53. p. 504. Ian. (p. 160. Bip.) Maroni ante oculos fuisse pntat Enninm Annal. (XVI. fr. 5. p. 60. Vahl. s. p. 112. Hessel.) *tamen inde volans* (s. *indurolans*) *secum abstulit hasta Insigne.* — **494**. *assurgunt irae.* Vid

Diversos ubi sentit equos currumque referri,
Multa Iovem et laesi testatus foederis aras,
Iam tandem invadit medios et Marte secundo
Terribilis saevam nullo discrimine caedem
Suscitat irarumque omnis effundit habenas.
  Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine caedes
Diversas obitumque ducum, quos aequore toto
Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat? tanton' placuit concurrere motu,
Iuppiter, aeterna gentis in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem — ea prima ruentis

---

snpra X, 813. Sil. V, 105. *Acrius hoc accensa ducis surrexerat ira* (ibique Drak.). Val. Fl. II, 165. *dolor iraque surgit.* Cf. etiam supra XI, 452. *arrectae irae*, nbi adde Drak. ad Silinm IV, 280. — *insidiis subactus*, ira propter insidias, quibus se viderat a Messapo petitnm, victus. Antea enim Aeneas foedus in eo etiam servare voluerat, nt cum uemine, nisi cum Turno, mauus cousereret. — **495**. Medicei aliorumqne Codd. lectionem *sentit* loco vulg. *sensit* cum Wagn. revocavimus, qni docet, literae sibilae saepe hic recurrenti verae lectiouis mutatioucm in vnlgatam deberi, quae locnm habere nequeat, cum non sermo sit de re semel ac certo quodam tempore facta, qualem indicet Part. *ubi* Perfecto iuncta (coll. I, 405. IV, 474 sq. V, 816. VII, 542. XI, 737. aliisque locis), sed de re, quae iternm iternmque fiat; qnoties enim Turnus in conspectum veniat Aeneae, toties a Inturna currum in diversam partem flecti (v. 483 sqq.), quapropter etiam *currum referri*, non *currum relatum* poeta scripserit. Nos secuti sunt posteriores editores omnes praeter Bryceum, Ribbeck. et Coningt., qui servarunt Pal., Rom., fragm. Veron., Gud., Bern. II. III. lectionem *sensit.* — **496**. *testatus* est Med. et omnium, ut videtnr, Codd. lectio praeter Pal., Rom. et Paris. 2., qui exhibent vulg. *testatur*, quod Wagn. inre correxit. Nou enim dicit poeta: testatnr Iovem et invadit hostes (ut VIII, 346. et al.); sed: postquam multa testatus est deos (scil. se rupto foedere et insidiis ad certamen interneciuum cogi), tandem invadit cett., quare etiam infra v. 581. legimus: *Testaturque deos, iterum se ad proelia cogi.* Sic etiam VII, 593. in Codd. quibusdam *testatus* in *testatur* mutatum. Peerlk. (qui, ut receutiores omnes praeter Bryceum, Participinm recepit) nou inepte memorat, „ipsa orationis tarde absolutae longitudine patientiam Aeueae moustrari." — **497**. *Marte secundo*, nt X, 21. et XI, 899. — **499**. *irarumque omnis effundit habenas.* Servius confert fragm. Ennii (Ann. fr. inc. sedis 16. p. 69. Vahl. s. p. 307. Hessel.) *effundit irarum quadrigas.* Coutrarium est *frenare iram* ap. Lactant. Inst. V, 10, 9., *irae frena modumque ponere* ap. Iuveu. VIII, 88. cett. Multos locos huc facientes congessit Obbar. ad Hor. Ep. I, 2, 63. Vol. I. p. 184 sq. Ceterum cf. adnott. ad VI, 1. Cum verbis *effundit habenas* Couington post Cerdam comparat Liv. XXXVII, 20. *quam potuit effusissimis habenis - - invadit.* — **500**. *Quis mihi nunc - - deus* cett. Cf. adnott. ad IX, 525 sq. X, 163 sqq. et similes locos. — *caedes diversas*, diversis locis factas. — **501**. *aequore toto - - agit* legimus etiam V, 456. — **502**. *Inque vicem.* Vid. ad Geo. I, 142. — „**503** sq. pro vulgari: Fierine potuit, nt gentes duae mox in unnm coaliturae tam atroci pugna concurrerent?" *Heyn.* — *Expediat.* Cf. Geo. IV, 149. Aen. VII, 40. etc. — *tanton'.* Vid. ad X, 668. — Verbnm *placere* proprium esse de inevitabili deorum voluntate, Thiel. docet coll. Mitscherl. ad Hor. Od. I, 33, 10. Gierig. ad Ovid. Met. I, 363. Burm. ad Aen. II, 428. (et Ruhnk. ad Ter. Eun. V, 3, 10.). Cf. I, 283. — **505**. „*ea pugna prima* (i. e. primum) *Teucros*, confuse adhne per ordines ruentes, *loco statuit*, pro communi: tum primum Teucri snbstiterunt ad eam pugnam." Haec fere *Heyn.* — *ruentes*, *die Anstürmenden*, uon, ut Neuffer. vertit, *die Fliehenden*,

Pugna loco statuit Teucros — haud multa morantem
Excipit in latus et, qua fata celerrima, crudum
Transadigit costas et cratis pectoris ensem.
Turnus equo deiectum Amycum fratremque Diorem
Congressus pedes, hunc venientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit curruque abscisa duorum
Suspendit capita et rorantia sanguine portat.
Ille Talon Tanaimque Neci fortemque Cethegum,
Tris uno congressu, et maestum mittit Onyten,

---

quod vetant v. 457 sq. Aeneas, dum Turnum insequitur, cum agmine suo per ordines ruit. — **506**. *morantem* (i. e. qui s. cuius nex *haud multa*, non diu, moratur Aeneam, ei non multum negotii facessit) lectio est plurimorum et optimorum Codd. ab Iahnio et Wagn. (quos posteriores praeter Bryceum omnes secuti sunt) iure restituta. Vulgo cum Palat. *moratus*, quod facile ex III, 610. vel V, 381. huc transferri potuisse, vere memorat *Wagn.*, haec adiiciens: „Augetur autem Aeneae gloria eo, quod vir fortissimus, qualem fuisse Sucronem consentaneum est, non ita multum negotii illi facessivit; eodem spectat, quod infra legitur v. 514. *Tris uno congressu.*" Heyn. et Peerlk. vulgatam praeferunt. — **507**. *Excipit in latus* etc., exceptum in latere vulnerat. Ceterum vid. ad Geo. II, 207. Aen. IX, 763. X, 387. al. coll. adnot. ad Aen. III, 332.; non tamen cum Wagn. similem duco locum Aen. I, 82. — *qua fata celerrima*, quale vulnus mors celerrime sequitur, qua parte corporis vulnerata mors celerrime afferri potest, *ὅθι μάλιστα καίριόν ἐστι*. (Hom. Il. VIII, 84.) Sic ap. Ovid. Met. VIII, 398. *quaque est via proxima leto.* — *Fata* pro morte. Cf. adnott. ad Aen. I, 222. — **508**. *Transadigit costas* etc. Cf. X, 682. *crudum per costas exigat ensem*, ubi vid. adnott. Ceterum verbis *Transadigit costas* turpiter abutitur Auson. in Cent. nupt. 127. — Heyn. *crudum ensem* per cruentum explicat, cui Wagn. adsentitur, cum *crudus* (*cruidus* a *cruor* factum) proprie dicatur de carne recens mactatae bestiae sanguine adhuc stillante. Quod quamquam nemo negabit, hanc tamen vocem etiam latiore sensu dici, vidimus ad locum modo laud. — **508**. *costas et crates pectoris.* Cf. Ovid. Met. XII, 396. *Quae laterum cratem perrupit.* Prudent. *περὶ στεφ.* XI, 57. *Ungula fixa cavis costarum cratibus.* Alcim. Avit. I, 100. *Diffundit duplicem costarum ex ordine cratem.* Apparet igitur, *et* h. l. habere vim explicativam, neque differre *pectoris crates* a *costis* antea commemoratis. De constructione *ensem transadigere costas* cf. Ruddim. II. p. 327 sq. not. 17. Zumpt. §. 392. Ramsh. §. 129. Krüger. §. 319. alios, cum adnott. ad VI, 327. XI, 625. al. Ceterum vid. supra ad v. 237 sq. — **509**. *equo deiectum* (vid. ad XI, 642.) *Amycum* etc. „Ergo Amycus et Diores filii Priami, ut patet e V, 297. I, 221. Diversi ab hoc Amyco sunt, quos V, 373. IX, 772. X, 704. vidimus." *Heyn.* — **510**. Recte Wagn. pro Colo vulgo post *pedes* apparente Comma posuit, ne quis coniungeret *congressus Amycum* — *Diorem.* Comparant autem cum h. l. Hom. Il. XX, 461 sq. — *hunc — hunc.* Vid. ad X, 10. et al. — *venientem.* Cf. X, 456. et infra v. 595. — **511**. *curru* (cf. adnott. ad Ecl. V, 29.) *suspendit.* Sic ap. Cic. pro Rab. perd. 4, 13. et Liv. I, 26, 6. *arbori infelici suspendito.* Casus est locativus, quem vocant, ut I, 318. *humeris suspendere arcum*, ad quem locum vid. Weidner., qui etiam conferri iubet quae scripserit de Naegelsb. vita p. 76 sqq. (Alibi ap. Verg. legimus *suspendere* aliquid *ex*, vel *ab* aliqua re. Cf. Geo. II, 389. et Aen. V, 489.) — *rorantia sanguine portat.* Cf. XI, 8. *rorantes sanguine cristas.* — **513**. *Ille*, Aeneas. — *Talon.* Raro tantum Verg. in hominum nominibus utitur Graeca forma in *os*. Conington haec affert exempla Nomin. Casus Ecl. VI, 13. Geo. I, 35. II, 93. Aen. II, 264, Accus. autem praeter h. l. Geo. I, 138. et Aen. VI, 595. Cf. quae ad Ecl. VI, 13. adnotavimus. — *Neci - - mittit.* Vid. ad II, 85. et VIII, 566. — **514**. „*maestum* ipsa morte, puto, quam subiturus erat.

Nomen Echionium matrisque genus Peridiae;
Hic fratres Lycia missos et Apollinis agris
Et iuvenem exosum nequiquam bella Menoeten,
Arcada, piscosae cui circum flumina Lernae
Ars fuerat pauperque domus nec nota potentum
Munera conductaque pater tellure serebat.

[Sic etiam Ameis. *Hom. Klein.* p. 17.: „*weil er seine Begleiter hingestreckt sieht, und nun selbst den Tod fürchtet.*"] Servius [et cum eo Wagn. et Benoist., ut Onytes natura maestus cogitandus sit, contra ac Serranus IX, 335 sq. et Cydon X, 325 sqq. natura hilares et alacres sint] tristem, severum, *σκυθρωπόν* exponit." *Heyn.* Conington vero adnotat, tum potius *tristem* scribendum fuisse ideoque dubium manere, qua de causa Vergilius hoc epitheto usus sit, in quo etiam haerens Peerlk., cum Aeneas hic omnia tam celeriter fecerit, ut interfecti essent, priusquam cogitarent, parum feliciter coni. *et quartum mittit Onyten.* Ladew. denique, qui etiam cf. in Append. p. 269., locum corruptum et pro *maestum* a Verg. aliud voc. scriptum fuisse suspicatur. — **515.** *Nomen Echionium* i. q. Echionius s. Echionides, Echionis filius, quemadmodum X, 123. *Hicetaonius* i. q. Hicetaonides. *Nomen* autem hic ad originem referendum esse (ut VI, 763. *Silvius, Albanum nomen,* i. e. Albanus genere), docent iam addita verba *matris genus Peridiae;* quod iam Wagn. adnotavit. Cf. etiam Drak. ad Silium XIII, 44. Ladew. Thebanum significari censet, cum Thebani ab Echione, Penthei patre, interdum *Echionii* appellentur, e. g. ap. Ovid. Trist. V, 5, 33. et Stat. Theb. I, 169. Non igitur *nomen* est Accus. absolutus, pro *nomine* positus; sed nomini *Onyten* per appositionem adiungitur; multo minus vero cum aliquot Codd. scribendum *nomine*, quod Iahn. recepit, qui tamen in Commentario edit. II. *nomen*, tamquam Accus. remotioris Obiecti, vult restitui, coll. Auson. Idyll. II, 1. *Nomen ego Ausonius, non ultimus arte medendi,* et locum sic interpretatur: „Mittit Onyten, qui si nomen spectas (quod attinet ad nomen) Echionius est (ab Echione descendit), et qui est genus (i. e. filius) matris Peridiae," Vergilium *nomen* Ablativo *nomine* propterea praetulisse ratus, ut Accusativus proximo Accusativo *genus* responderet. — *genus* pro filio. Vid. ad VII, 556. Conington comparat Apoll. Rh. I, 204. *Λέρνου ἐπίκλησιν, γενεήν γε μὲν Ἡφαίστοιο.* Ceterum Peerlk., non intelligens, „cur Onyten, nulla alia re memorabilem, tam accurate Vergilius describeret," et alia quaedam in h. l. desiderans versus sic transponendos censet: 514. 516. 515., in quo eum secutus est Ribbeck.; sed vide, quae Ladew. in Append. p. 270. et Conington huic transpositioni opponunt, quae Conington iudice uno Herod. I, 173. loco quodammodo fulciri possit. — **516.** *Hic,* Turnus. — *fratres Lycia missos.* Mirum sane videri potest, nomina fratrum non adiungi, quare etiam Wagn. hunc locum in iis numerat, quae Vergilius imperfectos reliquerit; sed haud dubie intelligendi sunt Clarus et Themon, supra X, 126. commemorati, in quo mihi adsentiuntur Bryce, Conington et Benoist. — *Lycia et Apollinis agris.* Respicit Pataram, Lyciae urbem, Latonae et Apollinis templo clarissimam, cui, ut plerumque, etiam agri assignati erant. Vid. ad IV, 143. — **517** sqq. „Egregie ad miserationem faciendam ornavit locum; idque eo sagacius fecit, quod statim atrox rerum facies succedit: *Ac velut* etc. Similis elegantiae locum vide ap. Ovid. Met. III, 582 sq. *Lerna* autem, etsi Argivi agri fluvius et palus, [vid. ad VI, 287.] non tamen a confiniis Arcadiae multum abest. Ex Euandri autem copiis M. fuisse putandus." *Heyn.* Conington, qui comparat Eur. Phoen. 125. *Λερναῖα νάματα, circum flumina Lernae* explicat: circum Lernam paludem et fluvios in eam se effundentes. — **519.** *Ars* piscatoria, quam etiam Ovid. l. l. v. 588. commemorat. — *pauperque domus;* piscatoria enim vita veteribus summam paupertatem prodebat. Cf. Theocr. Idyll. XXI. Lucian. Dial. Mort. 27, 9. Ovid. Met. III, 586 sq. (ibique Gierig. et Bach.), Stat. Theb. VII, 720. alii. — **520.** *potentum Munera.* Heinsius ex Med. recepit *Limina*, quod, commendatum

Ac velut inmissi diversis partibus ignes
Arentem in silvam et virgulta sonantia lauro,
Aut ubi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes et in aequora currunt
Quisque suum populatus iter: non segnius ambo
Aeneas Turnusque ruunt per proelia; nunc, nunc
Fluctuat ire intus; rumpuntur nescia vinci

---

etiam a Marklando in Praef. ad Stat. Silv. p. IX. ed. Sillig., servarunt Burm., Heyn., Bryce, Haupt. et Ladew. (qui cf. etiam in Append. p. 270.) atque etiam Peerlk. retinendnm censet. Sed iure Wagn. (qui etiam cf. in Phil. Suppl. I. p. 394.) vulgatam lectionem, iam ab Iahnio defensam, revocavit, quem etiam Thiel., Süpfl., Gossr. et recentiores editores praeter Bryceum, Hauptium et Ladew. secuti sunt. *Limina* enim *potentum* (nota ex Hor. Epod. II, 8., unde fortasse huc translata sunt,) etiam pauperibus nota esse possunt, qui beneficii aliquid a divitibus petituri limina eorum adire solent, ideoque haec lectio ab h. l. aliena est, ubi de sola paupertate Menoetae agitur; aptissima contra altera, quam recte capere videtur Wagn., per *potentum munera* intelligens imperia, quae ante omnia petebant potentes Romani et a quorum studio pauper ille piscator et bellum exosus erat alienissimus. Quam quidem explicationem magis etiam probabit, qui Lucretium, unde Vergilium multa constat mutuatum esse, aliquoties *belli* et *militiae munera* commemorare meminerit (I, 30. 33. V, 1307.). Bene autem Ladew. adnotat, haec *munera* respicere posteriorem hominis conditionem, qua coactus fuerit, ut potentiorum munera appeteret et arma prius ipsi invisa caperet. De voc. autem *potentum* nobiles et divites complectente cf. adnott. ad VI, 844. — *tellure serebat.* Cf. VI, 844. *sulco serentem.* — 521 sqq. Eandem comparationem cum saltibus incensis iam supra legimus II, 304 sq. Cf. etiam X, 405 sq. Heyn. conferri iubet Hom. Il. XI, 155. et Apollon. I, 1026 sq. — *diversis partibus.* Cf. X, 405. *Ac velut optato ventis aestate coortis Dispersa inmittit silvis incendia pastor.* — 522. „Silvam lauream intellige: posito generi, silvae, subiungit formam s. speciem ex more." *Heyn.* Cf. adnott. ad IX, 306. et al. Nihil tamen impedit, quominus hic inter *silvam* et *virgulta laurea* distinguamus, per *silvam* pascua silvarum intelligentes, quorum gramina arida incendebantur, ut nova surgerent. Vid. adnott. ad X, 405. — *virgulta sonantia lauro*, i. e. virgulta laurea, quae incensa vehementer crepitant. Vid. ad Ecl. VIII, 82. Aliter tamen hunc locum intelligit Haeckerm. in Muetzell. *Zeitschr.* XII. p. 638., qui cum scriptum sit *sonantia lauro*, non *sonantia igne*, hic non cogitat de crepitante lauro, sed explicat: *„das, gleichsam als oder weil Lorbeer, rauschende Gebüsch,"* coll. Geo. I, 74. *lupini fragiles calami silvaque sonans;* in quo Ladew. cum eo videtur consentire, qui de silvarum et virgultorum strepitu praeterea conferri iubet Aen. III, 442. et VI, 704. Duebner, Conington et Benoist. mecum faciunt. — 523. Cf. Hom. Il IV, 452. XI, 492 sqq. et XVI, 391 sqq. — *decursu rapido.* Cf. Lucr. I, 284. *Montibus ex altis magnus decursus aquai.* — 524. Wakef. ad Lucr. V, 264. vocabulo *aequora* planitiem sub illis montibus iacentem significari statuit, coll. II, 305 sq. et Hom. Il. IV, 453.; quod probat Peerlk. hac causa adiecta: „Nam si mare cogitas, nihil in comparatione est contra solitum." Sed hoc si voluisset Vergilius, vix tam ambigue scripsisset; quamquam non nego, verba proxime sequentia hanc explicationem quodammodo iuvare, quam etiam sequuntur Wagn. (comparans infra v. 742.), Ladew. et Benoist., dum Conington mihi adsentitur, qui apte conferri iubet Hom. Il XVI, 391 sqq. — 525. *„quisque suum populatus iter:* graviter pro decurrens, sed populando, cum vastatione agrorum." *Heyn.* Imitatur hunc locum Silius III, 444. *Inde ferox quaesitum armis per inhospita rura Volcarum populatur iter.* — 526. *per proelia*, per ordines pugnantium, per aciem. — 527. *fluctuat ira.* Vid. ad IV, 532. — *rumpuntur pectora*, quia fluctum aestumque irae vincere et continere non possunt. Rumpuntur enim, quae nimia alienius

Pectora, nunc totis in volnera viribus itur.
Murranum hic, atavos et avorum antiqua sonantem
Nomina per regesque actum genus omne Latinos,
Praecipitem scopulo atque ingentis turbine saxi
Excutit effunditque solo; hunc lora et iuga subter
Provolvere rotae, crebro super ungula pulsu
Incita nec domini memorum proculcat equorum.

---

rei (et hic quidem exaestuantis et sese extendentis) copia implentur. Heyn. comparat Geo. I, 49., ubi *rumpuntur horrea messibus* et adnott. ad Tibull. II, 5, 84. Vid. etiam Lucr. III, 298 sq. *Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes, Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.* — *nescia vinci.* Cf. Geo. II, 467. IV, 470. Hor. Od. I, 6, 6. Cort. ad Lucan. I, 17. et Ruddim. II. p. 225. — 528. *in volnera* (inferenda) *itur.* Sic ap. Ovid. Met. IX, 405. (certe ex Heinsii coni.) *ibuntque in vulnera fratres.* Stat. Theb. VIII, 69. *fratres alterna in vulnera laeto Marte ruent.* Manil. IV, 173. *Mutuaque armati coëunt in vulnera fratres* cett. Conington laudat Liv. XXVI, 44. *in vulnera ac tela ruunt.* Cf. etiam supra VII, 42. *actos in funera reges.* — 529. *hic*, Aeneas; nam Murranus, quem interficit, Latinus est. Cf. etiam infra v. 638 sq. — *sonantem*, crepantem, iactantem. Cf. adnott. ad I, 328. Hor. Sat. I, 4, 44. Ovid. Met. X, 205. et Am. III, 1, 64. Claud. VI. Cons. Hon. 493. — 530. *nomina antiqua*, i. e. clara, illustria (vid. ad I, 12.), quod etiam simplex *nomen* interdum significare constat. Thiel. confert Iuven. VIII, 132. et 272. Ovid. Trist. IV, 4, 1. et Am. I, 3, 7. Simillimus est locus Martial. V, 17, 1. *Dum proavos atavosque refers ad nomina magna.* Cf. etiam locus similis Aen. III, 98., unde aliquam probabilitatis speciem accipit Peerlkampii coniectura *atavos atavorum, antiqua s. N.* — *genus actum* (exactum, ductum) *per reges Latinos;* „descendebat ei genus per continuam seriem regulorum Latinorum.“ *Wagn.* Similiter Claud. I, 15. *Per fasces numerantur avi.* Peerlk. sine iusta causa coni. *auctum genus;* ut sensus sit: „Rex fuit origo gentis, nati et natorum nati, semper reges, genus auxere, propagavere.“ Ceterum *genus* pendet a *sonantem*, non nomini Murrani per appositionem adiungitur, quod et ipsum probabile videtur Conington comparanti Hor. Sat. II, 5, 62. *Iuvenis Parthis horrendus, ab alto Demissum genus Aenea.* — 531. *Scopulo atque turbine saxi.* Vid. ad IX, 569. — *turbine*, i. q. iactu, adiuncta tamen rotationis notione. Cf. XI, 284. — 532. *Excutit effunditque solo.* Cf. X, 574. Repetit haec verba (adiectis *ruit ille volutus Ad terram*) auctor carm. in Anth. Lat. I, 45, 15. — *hunc lora* etc. „Provolutus ille est subter currum, impeditus habenis et rotis: his quidem equorum impetu ruentibus, illis autem seu manu elapsis seu manui implicitis, ut igitur duplici ex ratione subter iuga, sub currum provolverentur; et lora et rotae eum provolvunt subter iuga, currum.“ *Heyn.* Rectius (etiam Wagnero iudice) Heinrich. verba ita ordinat: *hunc rotae provolvere subter lora et iuga;* rotis, i. e. curru (vid. ad Geo. III, 170.), excussas habenis, quae ad terram defluxerant, impeditus est et subter equos provolutus; ut igitur proprie dictum sit *subter iuga*, minus proprie, non tamen inepte et quasi per zeugma, *subter lora*, eamque rationem etiam Conington sequitur. Si tamen *lora* cum Peerlk. accipimus de funibus, qui equos currui iungunt, etiam haec verba possunt proprie dicta haberi; sic enim subter *lora*, quibus iugum ad temonem alligatum erat, provolvi et a posterioribus equorum ungulis proculcari poterat, quam explicationem etiam Wagn. in recent. edit., Ladew. et Benoist. amplectuntur. — 534. Verba sic construe: *ungula incita nec domini memorum equorum crebro pulsu super proculcat.* Commata vulgo post *Incita* et *memorum* posita cum Ruhk. delevi, nam *nec memorum* est i. q. et (quidem, insuper) immemorum, quod iam Serv. intellexit (cf. etiam adnott. ad Geo. I, 142, et Aen. III, 619.). Consentiunt mecum Ladew. et Conington; neque video, cur Wagn. de hac re dubitare potuerit. Cf. Cort. ad Lucan. I, 86. et V, 153. idemque ad Sall. Cat. 24. a Thielio laud.; qui etiam alteram comme-

Ille ruenti Hyllo animisque inmane frementi
Occurrit telumque aurata ad tempora torquet:
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
Dextera nec tua te, Graium fortissime Cretheu,
Eripuit Turno, nec di texere Cupenceum
Aenea veniente sui, dedit obvia ferro
Pectora nec misero clipei mora profuit aerei.
Te quoque Laurentes viderunt, Aeole, campi
Oppetere et late terram consternere tergo;
Occidis, Argivae quem non potuere phalanges
Sternere nec Priami regnorum eversor Achilles;
Hic tibi mortis erant metae: domus alta sub Ida,

---

morat explicationem Wagnero, Bryceo et Benoisto probatam, nt *nec memor* simpl. sit *immemor*, quemadmodum dicatur *nec opinatus* et similia, coll. Goerenz. ad Cic. Legg. I, 21, 56. Manut. ad Cic. Epp. ad Fam. XIII, 18. Drak. ad Liv. IV, 27, 9. et Wagn. Qu. Verg. XXXII, 12. Ceterum Priscian. p. 772. pro *super ungula pulsu* exhibet *quatit ungula cursu*, fortasse hunc locum confundens cum VIII, 596. — **535.** *Ille*, Turnus. — *Hyllo animisque.* Vid. ad Ecl. II, 24. 53. Aen. III, 74. al. — *animis frementem*, nt supra v. 371. — **536.** *aurata tempora*, aurata galea tecta. Cf. v. 537. et IX, 50. Perperam igitur Schrader. coniicit *aerata*. — **537.** *fixo*, transfixo. Vid. ad Ecl. II, 29. Aen. X, 332. et al. — *stetit hasta.* Vid. ad X, 334. (XI, 817.) Coningtou cum h. l. conferri iubet Hom. Il. XX, 397 sqq. et XI, 95 sqq. — **538.** *Cretheu* ex Med. et Rom. auctoritate cum Ruhk., Iahnio et Wagn. (quos etiam posteriores editores omnes sequuntur) scripsimus pro vulg. *Creteu;* Graecum enim est nomen Κρηθεύς, quod iam supra legimus IX, 774. Hic Arcadem hominem significare videtur. — **539.** *nec di texere.* „Ita comparat Aeneam Turno, ut eum superiorem esse significet. Nam quem Turnus interemit, fortitudo sua liberare non potuit; ei vero, quem occidit Aeneas, ne sua quidem numina prodesse potuerunt.“ *Serv.* Ceteroquin autem inter res ab Aenea et Turno hic gestas maxima est similitudo. Vid. Ladew. ad v. 515. — *dii sui*, propitii (vid. ad II, 396.), in quorum tutela erat *Cupencus* tamquam sacerdos. Nam *Servius:* „Sane sciendum, Cupencum Sabinorum lingua sacerdotem vocari.“ Repetit hoc nomen Sil. IV, 537., ubi vid. Drakenb. — **541.** Nec clipeus mortem moratus est. — *clipei mora.* Cf. adnott. ad X, 485.; cum Synizesi autem *aerei* cf. Ecl. VI, 78. Aen. I, 131. V, 352. VII, 609. X, 496. al. Optimi sane Codd. (Med., Pal., Rom., Gud., Bern. II. III., alii) exhibent *aeris*, sed causa corruptelae in promptu est. Supervacanea igitur audax Wagn. coni. *profit et aeris.* — **542.** „Aeolus ex Lyrnesso Mysiae sub Ida [vid. ad X, 128.], qua parte postea Aeolis regio patuit: cf. Burm. ad Ovid. Met. VII, 109., ut videatur poeta fabulam ignotam etiam h. l. esse secutus. Ex Lyrnesso capta erat Briseis, Hippodamia.“ *Heyn.* Ceterum cf. locus similiter conformatus X, 139. — **543.** *Oppetere.* Vid. ad I, 96. — *et late terram* etc. Heyn. confert Hom. Il. VII, 156. πολλὸς ἔκειτο παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα. Hamb. 1. et Goth. 2. *lato*, quod etiam coni. Heins., et Ven. *terrae;* quare Wakef. ad Lucr. V, 1332. (ubi legimus *atque gravi terram consternere casu*) temere suspicatur, Vergilium sic scripsisse: *latum terrae consternere tergum.* — **546.** „*mortis metae*, θανάτου τέλος vel τέκμαρ quatenus ipsa mors pro meta est. Alibi etiam *vitae meta* recte dicitur. Ceterum cf. Hom. Il. VII, 104. XX, 390. et XVI, 787.“ *Heyn.* *Mortis* igitur est Genitivus appositionis: metae, quae sunt mors. Sic ap. Hom. Il, III, 390. et VII, 104. τέλος θανάτου (ubi vid. Spitzner.), Od. XIX, 492. ἕρκος ὀδόντων, Hor. Ep. I, 3, 25. *hederae victricis praemia*, Caes. B. Civ. III, 83. *pecuniae praemia* et multa similia. Vid. Hermann. ad Viger. p. 878. Reisig. ad Soph. Oed. Col. 722. et in *Vorlesungen*

Lyrnesi domus alta, solo Laurente sepulchrum.
Totae adeo conversae acies omnesque Latini,
Omnes Dardanidae, Mnestheus acerque Serestus
Et Messapus equum domitor et fortis Asilas
Tuscorumque phalanx Euandrique Arcades alae,
Pro se quisque viri summa nituntur opum vi;
Nec mora nec requies, vasto certamine tendunt.
    Hic mentem Aeneae genetrix pulcherrima misit,
Iret ut ad muros urbique adverteret agmen
Ocius et subita turbaret clade Latinos.
Ille, ut vestigans diversa per agmina Turnum
Huc atque huc acies circumtulit, aspicit urbem
Inmunem tanti belli atque inpune quietam.
Continuo pugnae accendit maioris imago;

---

etc. p. 635. Matth. ad Cic. pr. Mur. 10, 23. Beier. ad Cic. Off. II, 5, 16. Bach. ad Ovid. Met. VIII, 327. Obbar. ad Hor. l. l. Vol. I. p. 214 sq. alii. Cf. etiam adnott. ad Geo. III, 423. Ceterum verba *Hic tibi mortis erant metae* hinc repetiit auctor Hippodamiae in Anth. Lat. I, 170, 144. — **547.** *Lyrnesi* pro vulg. *Lyrnessi* scripsimus, plurimorum Codd. (inter quos Med.) et Servii Dresd. auctoritate moti. Vid. ad X, 128. — *domus alta* Coningtoni est nobilis, ut X, 126. *Lycia alta* (quam nos aliter explicuimus). Aptius ibi comparat X, 374. XI, 797. IX, 697. et *nomina alta* ap. Iuven. VIII, 131. — *solo Laurente.* Cf. VIII, 38. — **548.** *Totae adeo acies.* Cf. adnott. ad VII, 629. et al. — „*conversae* h. l. inter se ad pugnandum: ut συνστρεφθεὶς. Pugna per totam utrimque aciem increbuit.“ *Heyn.* — *omnesque Latini, Omnes Dardanidae* pro: omnes et Latini et Dardanidae s. Troiani. Cf. adnott. ad Ecl. IV, 6. — Verba *Mnestheus acerque Serestus* iam legimus IX, 171. — **550.** *equum domitor*, ut supra v. 127. De productione *domitōr* vid. ad V, 521. (Ecl. I, 38. et al.) — *Asilas* etiam hic cum Med. scripsimus pro vulg. *Asylas.* Vid. ad IX, 575. — **551.** *Arcades alae* Heins. ex melioribus libris restituit pro vulg. *Euandri Arcadis alae.* Cf. XI, 835. — **552.** *Pro se quisque viri*, quantum quisque potest. Vid. Ruhnk. ad Ter. Heaut. I, 1, 74. Legimus autem haec verba iam V, 501., sicut alterum hemistichium, ex Ennio translatum, uno tantum verbo mutato iam adfuit IX, 532., ubi vid. adnott. Ceterum Comma vulgo post *quisque* positum cum Wagn. sustulimus. Iteratur hic versus in Anth. Lat. III, 81, 42. et sequens ibid. I, 170, 113. sic mutatus legitur: *Nec mora: continuo vasto certamine tendunt.* — **553.** *Nec mora nec requies*, ut V, 458. — *tendunt*, contendunt, ut II, 220. et al. — **554.** „Aeneas Turnum videns congressum vitare, nec proelio Rutulorum vires frangi, repente se ad urbem Laurentum oppugnandam convertit. *Hic mentem*, consilium [vid. I, 676. (II, 619. VIII, 400.) etc.] immisit, indidit Venus. - - Cum iam novissima totius belli et carminis parentur, ea quidem ipsi urbi Laurentum propius admovere voluit poeta, ut omnia essent ipsa rerum specie et hominum frequentia angustiora, utque, cum antea Troianorum castra oppugnata essent a Latinis, nunc eadem fortuna transferretur ad Latinos.“ Haec inter alia *Heyn.*, qui simul memorat, Venerem hic a poeta tamquam consilii auctorem introduci, ut ipso consilio maior auctoritas accedat deae monitu. Ceterum cf. Silius I, 63. *Dat mentem Iuno, ac laudum spe corda fatigat.* — **555.** Peerlk. putat, elegantius fore *iret sub muros*, ad muros accederet, ut intraret. — **556.** *clade*, proprie metu cladis; clades autem pro urbe incensa et deleta. Cf. v. 569. — **557.** *diversa per agmina.* Cf. IX, 416. *diversi circumspiciunt.* — **558.** *Huc atque huc*, ut IX, 57. et XI, 601. Cf. etiam adnott. ad I, 162. (ubi *Hinc atque hinc*) et Geo. IV, 86. — **560.** *accendit*, scil. animum eius. Cf. etiam adnott. ad IX, 788. — *imago* mente concepta, ut infra v. 665,

Mnesthea Sergestumque vocat fortemque Serestum
Ductores tumulumque capit, quo cetera Teucrum
Concurrit legio, nec scuta aut spicula densi
Deponunt. Celso medius stans aggere fatur:
„Ne qua meis esto dictis mora; Iuppiter hac stat;
Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
Urbem hodie, causam belli, regna ipsa Latini,
Ni frenum accipere et victi parere fatentur,
Eruam et aequa solo fumantia culmina ponam.

II, 560. VI, 405. al. — **561**. *fortemque Serestum*. Brunck. temere praetulit unius Parrhas. lectionem *fortemque Cloanthum*, haud dubie ex I, 222. vel 510. invectam. Vid. ad I, 611. et IV, 288. (ubi eundem versum iam legimus). — **562**. *tumulum capit* ex more imperatorum, qui verba facturi sunt ad milites. Cf. v. c. Claud B. Gild. 425. *Aggere conspicuus* cett. Eadem verba iam supra legimus VI, 754. — **563**. *nec scuta aut sp. d. deponunt*, ut alias facere solent milites in concione; quod quominus nunc etiam fiat, summa festinatio, qua Aeneas concionatur, impedit; quare hoc non prorsus otiosum additamentum, ut Wagn. censet, quem cf. etiam ad I, 678. Ceterum apertum est, hic quoque poetam suae aetatis morem imperatorem concionantem sub armis audiendi, de quo Wagn. conferri iubet Lips. de mil. Rom. IV, 9. T. III. p. 216. ed. Vesal., (cui adde Intpp. ad Claud. l. l. et Sil. XIII, 308.) ad antiqua illa tempora retulisse. Vid. ad I, 427. V, 113. VII, 816. al. — „*densi*, densis ordinibus; neque enim temere confusi, sed in manipulos compositi, circumstare tribunal milites in concione consueverant.“ *Wagn.* Peerlk. explicat: „Aeneam undique circumfusi, ut audirent.“ Ribbeck. et ipse haerens in his verbis otiosis Proleg. p. 87. censet vss. 563. et 564. in hunc unum contrahi posse: *Concurrit legio. Celso stans aggere fatur*, vel: *Concurrit legio. Medio stans aggere fatur.* — **564**. *medius stans aggere*. Cf. V. 290. *se multis cum milibus heros Consessu medium tulit exstructoque resedit.* — **565**. „*Iuppiter hac stat*: hac parte, h. e. pro nostra parte [et contra eos, qui foedus violarunt]. Respicit scil. foedus a Latinis violatum. Ennianum esse Macrob. VI, 1. [19. p. 500. Ian.] monuit, ex Annal. VII, [fr. 17. p. 39. Vahl.] (p. 73. Hessel.) *Non semper vostra* (f. *nostra*) *evortit*: [*vostra evortet*: Vahl.] *nunc Iuppiter hac stat.* — **566**. „*ob inceptum subitum*, talia enim, quo periculosiora videntur, eo facilius tardant animos.“ *Wagn.* — *mihi.* De Dativo, quem vocant, ethico, hic minantis animum indicante, cf. adnott. ad Ecl. VIII, 6, 30. Aen. I, 261. al. — **567**. „*causam belli.* Auctores belli erant Latini, qui bellum intulerunt. Quod Latinis tribuendum erat, urbi tribuit, quae sane arx erat belli. A Laurentinis enim illata erant arma. Sic et v. 572. accipiendus.“ *Heyn.* — **568**. „*Ni frenum accipere.* Hoc erat contra foedus. Sed Turnus et Latini foedus violaverant.“ *Peerlk.* Ceterum iam Servius observavit, voc. *frenum* raro numero Singulari usurpatum legi. Sed cf. Cic. ad Div. XI, 23. 24. Tusc. III, 28, 67. Liv. XXXVII, 36. (ubi etiam *frenum accipere*), Sen. Ep. XXIII, 3, Corn. Celsus VII, 25. Hor. Ep. I, 10, 36. 38. Tibull. IV, 1, 91. Ovid. Fast. VI, 772. Silius XVI, 381. Val. Fl. 1, 424. et vid. Neue *Formenl.* I. p. 484. — *victi* per synesin; scil. incolae urbis et regni antea commemorati. De quo dicendi usu satis noto cf. Gronov. et Drak. ad Liv. XXX, 42, 16. et XXXVIII, 29, 9. Heusing. et Beier. ad Cic. Off. I, 34, 3. Cort. ad Sall. Cat. 5, 8. Kritz. ad eiusd. 39, 3. Matth. et Beneck. ad Cic. Cat. II, 10, 21. Herzog. ad Caes. B. G. VII, 77. Bremi ad Nep. Milt. 5, 1. Beneck. ad Iustin. II, 8, 4. alii. — Praesens *fatentur*, pro quo exspectaveris Futurum, nervosius eo esse in comminatione, vere observavit Wagn., coll. Livio VI, 15, 6. *Quod nisi facis, - - in vincula te duci iubebo*, et XXXVI, 28, 6. *Ni propere fit, quod impero, vinciri vos iam iubeo.* Nos plane eadem ratione loquimur. Ceterum cf. VII, 433. *Ni dare coniugium et dicto parere fatentur.* — **569**. *aequa - - ponam*, faciam, i. e. solo aequabo (scil. per incendium,

Scilicet exspectem, libeat dum proelia Turno
Nostra pati rursusque velit concurrere victus?
Hoc caput, o cives, haec belli summa nefandi.
Ferte faces propere foedusque reposcite flammis."
Dixerat atque animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum densaque ad muros mole feruntur.
Scalae inproviso subitusque adparuit ignis.
Discurrunt alii ad portas primosque trucidant,
Ferrum alii torquent et obumbrant aethera telis.
Ipse inter primos dextram sub moenia tendit
Aeneas magnaque incusat voce Latinum
Testaturque deos iterum se ad proelia cogi,
Bis iam Italos hostis, haec altera foedera rumpi.

---

quod indicant verba adiecta *fumantia culmina*). Sic etiam ap. Graecos τιθέναι, v. o. ap. Soph. Antig. 670. ἥδ' (ἡ ἀναρχία) ἀναστάτους οἴκους τίθησιν. Cf. etiam adnott. ad V, 66. — 570. *proelia pati*, ut VII, 806. — 571. *victus*, post Camillae caedem. Vid supra XI, 868 sqq. — 572. *Hoc caput - - haec summa*, hic vertitur cardo belli. Cf. VII, 122. IX, 491. X, 858. ei similes locos, velut Cic. Tusc. I, 23, 53. et Stat. Theb. X, 711. „*caput belli et summa* est ipsa Laurentum urbs, quatenus illa caput est populi bellum gerentis. Vid. ad v. 567. [et infra v. 600.]. De Turno quis tandem hic copitet?" *Heyn. Caput belli* de urbibus legimus etiam ap. Flor. I, 18. II, 2. III, 10. (ut de homine ap. Ovid. ex P. II, 1, 46.), *summa* autem *belli* supra X, 70. Invenitur etiam ap. Liv. XXXI, 37, 5. Tac. Ann. II, 45. Hist. IV, 68. Alia exempla congesserunt Baumg. Crus. in Clav. Suet. p. 751. et Boetticher. in Lex. Tac. p. 448. Cf. etiam Cort. ad Lucan. VIII, 51. et Bach. ad Ovid. Met. XIII, 673. — 573. *propere*. Aliquot Codd. *properi*, quod recepit Wakef. Sed recte adversatur Wagn., qui docet, aliud esse supra v. 85. *Circumstant properi* (quod Heyn. contulit, et ipse propensus ad alteram lectionem amplectendam), aliud hic *Ferte propere*. Ceterum verba *Ferte faces propere* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 105. — „*foedusque reposcite flammis*. Nescio, an nimis argute dixerit poeta, si flammam sacrorum foederi feriundo respexit. Malim accipere simpliciter: illato urbi igne reposcite id, quod foedere iam pepigerant Latini." *Heyn.* Ceterum cf. *promissa reposci* supra v. 2. — 574. *animis certantibus*, certatim. — 575. *dant cuneum*, i. e. faciunt. Vid. supra v. 457. ad II, 698. V, 276. IX, 323. al. — 576. *Scalae inproviso*, scil. apparuerunt, quod ex sequente *apparuit* petendum. Vid. ad Ecl. IX, 1., *Apparuerunt* autem i. q. prolatae et admotae sunt. — 577. *primos* Serv. recte interpretatur: qui primi ad portas obvii erant, scil. stationem agentes. Cf. supra II, 334. 494. et 612. — 578. *obumbrant aethera telis*. Cf. supra XI, 611. et locus notissimus Val. Max. III, 7. extr. 8. *referente quodam, sagittis Persarum solem obscurari solere* cett. — 581. Donatus hic legit *se invitum ad proelia cogi*, quod, omisso Pronomine, Peerlk. adoptandum censet, ;coll. IV, 492. — 582. *haec altera foedera*. Unus Med. a m. sec. exhibet *haec iam altera foed.*, quae lectio iam ab Heinsio nervosior iudicata et a Wagn. recepta est, qui verissime docet, hoc alterum *iam*, quod vulgo omittitur, sed facile poterat elisione intercipi, neutiquam esse inutile, sed indicare gradationem quandam: „non satis hoc erat, quod bellum bis intulerunt Latini; intulerunt etiam bis contra foedera." Quare Wagnerum prius secutus sum, quamquam non sine aliqua cunctatione ob exiguam Codd. auctoritatem, idemque nobiscum fecerunt Peerlk., Süpfl., Haupt. et Ladew.; Gossr. contra, Bryce, Ribbeck., Conington et Benoist. *iam* omiserunt, iisque nunc me adiunxi Codd. obtemperans. Ceterum *haec altera foedera rumpi* breviter pro: haec altera esse foedera, quae rumpantur. De priore foedere per Ilioneum facto VII, 259—285., de

Exoritur trepidos inter discordia civis:
Urbem alii reserare iubent et pandere portas
Dardanidis ipsumque trahunt in moenia regem;
Arma ferunt alii et pergunt defendere muros:
Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor
Vestigavit apes fumoque implevit amaro;
Illae intus trepidae rerum per cerea castra
Discurrunt magnisque acuunt stridoribus iras,
Volvitur ater odor tectis, tum murmure caeco
Intus saxa sonant, vacuas it fumus ad auras.

altero ab ipso Aenea icto supra v. 212 sqq. sermo erat. — **585.** Moret. I. *trahant*, quod iam Heinsio arrisit et a Wakef. cupide arreptum est, qui *iubere* duplici ratione hic constructum esse volunt, primum cum Infinitivo, tum cum Coniunctivo. Sed vulgatam longe fortiorem et aptiorem esse, quisque videt. „Trahunt regem ad muros, haud dubie dedendae urbis et renovandi foederis causa.“ *Heyn.* Cf. infra v. 707 sq., ubi Latinus ex moenibus prospicit. Alii (ut Gossr.) haec non ad Latinum, sed ad Aeneam referunt, ut Praesens *trahunt* de conatu modo intelligendum sit: volunt Aeneam in urbem recipi. — **586.** Idem Wakef. (quem vide etiam ad Lucr. I, 391.) unius Cod. Bigot. lectionem *Arma fremunt* (quae orta est ex VII, 460. vel XI, 453.) praetulit vulgatae *Arma ferunt.* — *pergunt defendere muros* non est i. q. perseverant in muris defendendis (ut Neuffer. reddidit: *und vertheidigen fürder die Veste*), cum hactenus muros nondum defenderint, sed potius: eunt ad muros defendendos. De hoc usu Infinitivi cf. adnott. ad Ecl. IV, 54. Geo. I, 280. Aen. I, 527. IX, 163. al. — **586** sqq. „Accipiendum de fumigatione, qua, ut favos eximat mellarius, expelluntur alvearibus apum examina: cf. Geo. IV, 219. Comparatio Apollonio II, 130 sqq. subiecta (ubi Brunck. laudat Lycophr. 293.).“ *Heyn.* — *latebroso in pumice.* Vid. ad Geo. IV, 44. Thiel. conferri iubet Claud. in Rufin. II, 460 sqq., ubi apes *dilecta pumicis antra defendunt*, et Barth. ad Stat. Theb. X, 574. (568.) — **588.** *vestigavit*, inquirendo invenit. Cf. VI, 145. VII, 132. supra v. 55. et Liv. XXXI, 19, 2. De Perfecto in comparationibus et generalibus sententiis ἀοριστικῶς usurpato vid. adnott. ad Geo. I, 49. et al. — *fumo amaro*, molesto, oculos mordente. Sic Graeci δριμύς. Cf. Wyttenb. ad Plut. Mor. T. I. p. 361. a Peerlk. laudatus. De ipsa re vid. Geo. IV, 228 sqq. ibique adnott. — **529.** *trepidae rerum*, rerum suarum incertae; dubiae, quid agant. De constructione vid. ad I, 178. et al. Sic etiam Liv. V, 11. et XXXVI, 31. (a Coningt. laud.) *trepidi rerum suarum* et Silius XII, 13. *trepidi salutis.* Peerlk. parum probabiliter haec adnotat: „*Illae intus tr. rerum.* Statim sequitur *intus saxa sonant.* Credo librarium hanc vocem hic imprudentem inde repetivisse. Idem fecerat librarius in Cod. Goth. in vicino versu, pro *ater odor* scribens *intus odor.* Ita haberemus *intus trepidae, intus odor, intus saxa.* Quid pro *illae intus trepidae* legendum sit, non video. Si carere possemus *illae*, dicerem: *Inter se trepidae - - discurrunt.*“ — *cerea castra*, ut ap. Claud. R. Pros. II, 125., qui hunc locum respiciens haec canit: *cum cerea reges Castra movent.* Sic etiam Geo. IV, 202. *cerea regna.* — **590.** *acuunt iras.* Vid. ad IX, 464. et supra v. 108. — **591.** *Volvitur ater odor*, ut ap. Lucr. IV, 677. *Unde fluens volvat varius se fluctus odorum.* Wakef. ad Lucr. IV, 123. corr. *acer odor;* sed qui modo *amarus* dictus fuerit, eum non facile paulo post rursus *acrem* dici posse vere censet Wagn. *Ater* antem dicitur *odor*, quia fumus niger est et acrem odorem habet. Ceterum cf. adnott. ad Geo. III, 145. et Aen. VII, 462. — *murmure caeco.* Cf. X, 98. *murmura caeca.* — **592.** „Omissa in fine applicatio comparationis: Similis fortuna et trepidatio nunc erat in urbe Latinorum.“ Haec *Heyn.*, qui post v. 586. Puncto incidit. Nos Colo ibi posito significavimus, quomodo haec comparatio cum antecedentibus coniungenda sit. — **592.** *vacuas in auras.* Vid. ad Geo. III, 109. —

Accidit haec fessis etiam fortuna Latinis,
Quae totam luctu concussit funditus urbem.
Regina ut tectis venientem prospicit hostem,
Incessi muros, ignis ad tecta volare,
Nusquam acies contra Rutulas, nulla agmina Turni:
Infelix pugnae iuvenem in certamine credit
Exstinctum et subito mentem turbata dolore
Se causam clamat crimenque caputque malorum
Multaque per maestum demens effata furorem
Purpureos moritura manu discindit amictus
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.

V. **593.**, qui Peerlkampio humilis et frigidus videtur, hic Vir doct. legendum putat *Addidit hic fessis - - Latinis, Quo totam* etc., ut *hic* positum sit in transitu ad graviora (quemadmodum Aen. II, 199.), *addere* autem respondeat Graec. ἐπιμετρεῖν (e. g. ap. Polyb. III, 118.) et sensus loci hic sit: „Atque hic, tunc, cum Aeneas subito urbem obsidebat, Fortuna, nondum malis Latinorum satiata, etiam hunc luctum tamquam cumulum adiecit.“ — *fessis*, afflictis, *Latinis etiam haec accidit fortuna*, haec calamitas, ex casu Amatae. — *concussit urbem*. Cf. IV, 666. *concussam bacchatur Fama per urbem*. — **595.** Pro *tectis* Peerlk. sine iusta causa coni. *speculis*, coll. Aen. IV, 586. Iteratur hic versus in Auth. Lat. I, 172, 159. *prospicit* in *conspicit* mutato. — *venientem hostem*. Vid. supra ad v. 510. — **596.** *Incessi*. Plurimos Codd. occupat lectio *Incendi*; sed *incessi*, i. e. invadi, Codd. Pal., Med. a m. sec. et Bern. II. III. item a m. sec., Grammaticorum (Arusiani p. 242. et Eutych. II. p. 192. Lindem.), Servii et Statii auctoritate confirmatur, qui h. l. imitatus est Theb. XI, 361. *Agnovit - - Tecta incessentem* cett. Scholio Serv. Dresd. praescriptum est *inscendi*, et sic, Peerlkampio teste, emendandum iudicabat Titius Controv. ined. II, 24. — **597.** *Nusquam acies Rutulas* etc. Aeneas enim subito cum suis urbem aggressus Turnum et Rutulos cum Tuscis et Arcadibus in aperto campo pugnantes reliquerat. Amata autem Turnum exstinctum putat, quippe qui vivus hostes ad urbem procedere non esset passus. — **598.** *pugnae in certamine*. Vid. ad X, 146. et XI, 780. Sic ἀγὼν μάχης ap. Soph. Trach. 20. (a Coningt. laud.). — **600.** *crimen causae* adiungitur, quia causa mali aliquis etiam sine culpa esse potest (ut v. 480. Lavinia *causa mali tanti*), hic autem Amata vere se culpae vult accusare. Ladew. comparat Prop. I, 11, 30. *Ah pereant Baiae crimen amoris aquae* et III, 19, 15. [IV, 18, 15. Keil.] *Crimen et illa fuit*. Ceterum *crimen malorum* Vergilius vix scripsisset, nisi voces *causam caputque* addidisset. — *caput malorum*, primam causam, auctorem caedis Turni, quam sumit. Cf. supra v. 572. XI, 361. ibique Serv., Donat. ad Ter. Andr. II, 6, 27. Plaut. Asin. III, 3, 138. Prop. III, 18. (II, 24,) 6. Peerlk. putat, *caput* et *causam* non posse separari (coll. Aen. XI, 361.), neque dici *crimen malorum*, quare hunc locum, a librariis turbatum, sic emendandum censet: *Se solum clamat causamque caputque m.* aut: *Se crimen clamat causamque caputque m.* — **602.** *manu discindit*. Vid. ad IV, 344. — **603.** „Mortem Amatae iam exspectare nos fecerat v. 62. 63. Nec pro odio illa suo in Aeneam superstes Turno esse debebat.“ Haec *Heyn.*, qui de hoc leti genere poetis epicis et tragicis Graecorum frequentato, imprimis in feminis, conferri iubet Hom. Od. XI, 277. et Apollon. I, 1063. (quibus adde Soph. Oed. R. 126 sqq. Eurip. Hippol. 802. Ovid. Met. VI, 134 sqq. alios), simul commemorans, Fabium Pictorem secundum Servium tradidisse, Amatam inedia se interemisse, Pisonem autem ap. Aur. Vict. O. G. R. 13. simpliciter narrare, *interfecto Latino mortem Amatam sibi conscivisse*. — **603.** „*nodum leti* dixit pro nodo, fune letifero; et *letum informe* pro turpi, foedo.“ *Heyn.* Servio enim iudice „nihil hac morte deformius.“ Cf. Eur. l. l. βρόχον κρεμαστὸν ἀγχόνης

Quam cladem miserae postquam accepere Latinae,
Filia prima manu floros Lavinia crinis
Et roseas laniata genas, tum cetera circum
Turba furit, resonant late plangoribus aedes.
Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem.
Demittunt mentes; it scissa veste Latinus
Coniugis attonitus fatis urbisque ruina,
Canitiem inmundo perfusam pulvere turpans,

ἀνήψατο et Intpp. ad Silium I, 166. (qui hunc locum respiciens scripsit: *Quem postquam diro suspensum robore vidit Deformem leti famulus*) et Liv. XLII, 28, 10. (ubi de Q. Fulvio Flacco, qui suspeudio vitam finiit, legimus: *Hic foeda morte periit*) et Barthii Adverss. VII, 15. Obversabatur bic locus etiam Ambrosio de Tobia 14. *Deformis nodum mortis expressit,* Hegesippo de excid. Hieros. III, 17. *Informem leti laqueum homines invenerunt,* et Iuveuco iu Passioue de Iuda [IV, 631 sq.] *Exorsusque suas laqueo sibi sumere poenas, Informem rapuit ficus de vertice mortem,* quos locos coufert Peerlk., qui tameu nou potest supprimere coniecturam *nodum informis laquei*, coll. eodem Ambrosio de Tob. 3. *informis laquei nodum stringitis* et Hegesippo ibid. III, 4, 9. *Informis laquei nodus etiam probro datur.* — *trabe nectit ab alta* breviter pro: uectit et suspendit ab alta trabe. — **604.** *accepere,* audivere, cognovere. Cf. VII, 47. *Hunc Fauno genitum - - accipimus.* — **605.** *floros* (ἀρχαικῶς pro floreos, i. e. fioruleutos, pulchros) *crines* Probi est lectio ap. Servium, quae etiam iu Pal. (quem tameu Ribb. tacet), Leid. m. pr. et Meutel. I. iuveuiri perhibetur, eamque ut difficiliorem et elegantiorem Peerlkampio et Vossio l. l. p. 243. suasoribus cum Haupt., Ladew. (qui fuse eam contra Wagn. tuetur in Append. p. 270.), Ribb. et Coningt. nuuo recepimus, quamquam Wagn. iu Philol. Suppl. I. p. 632. vulg. lectionem *flavos crines* parum feliciter defeudit, uou solum archaismum fastidiens, sed etiam conteudens iuxta *roseas genas* ferri tantum posse *flavos crines* ueque quemquam nostrum compositurum esse *das blühende Haar und die rosigen Wangen* (quod facile ei possumus coucedere, cum usus voc. *floreus, florens* multo latior sit, quam nostri *blühend*). *Floreos* tameu *crines* Euuius ap. Scrv. ad b. l. (p. 177. Vahl.), Attius in Baccbis (v. 255. Ribb.), Pacuv. iu Antiopa (v. 19. Ribb.) alii dixisse feruntur. Cf. Cauuegiet. ad Avian. fab. 15. et Colv. ad Sidou. Apoll. Ep. I, 6. a Burm. laudati, quibus Wagn. ipse addit Colv. ad Apulei. Met. VIII. p. 550. Oud. Imprimis autem cf. Gellius III, 9, 3. *equus - - flora et comanti iuba,* quo loco forma *florus* satis comprobatur. — **606.** *Servius* inter alia baec aduotat: „Tameu scieudum, cautum lege XII tabularum, ue mulieres carpereut faciem, his verbis: *Mulier faciem ne carpito.*“ Cf. etiam Cic. Legg. II, 25, 64. — **607.** *resonant plangoribus aedes.* Cf. II, 488. — Pro *late* Med. a m. pr., Rom. et Bern. III. exhibeut *latae,* quod Heins. praetulit, ut locus similis esset II, 487. *penitusque cavae plangoribus aedes Femineis ululant,* sed recte Adverb. restituerunt Heyn. et posteriores editores. — **608.** *Hinc*, ex domo regia. — **609.** *Demittunt mentes.* Cf. Ovid. Met. VII, 133. *Demisere metu vultumque animumque Pelasgi.* Cic. Fiuu. V, 15, 42. *victi debilitantur animosque demittunt,* id. ad Qu. fr. I, 1, 3. *te rogo, ne contrahas aut demittas animum.* Lucil. ap. Nouium p. 286, 6. *Re in secunda tollere animos, in mala demittere.* Coutrarium est *erigere mentem.* — *scissa veste* ex more lugeutium, de quo Thiel. conferri iubet Kirchmanu. de fuu. II, 17. et Markl. ad Stat. Silv. IV, 9, 24. Cf. etiam V, 685. Silius XVI, 436. Stat. Theb. IX, 354. Suet. Ner. 42. etc. — **611.** *inmundo pulvere,* ut Geo. I, 81. *inmundum cinerem.* Heyn. coufert Hom. Od. XXIV, 315. *κόνιν αἰθαλόεσσαν* et Catull. 63, 224. *Canitiem terra atque infuso pulvere foedans.* Vid. etiam ad X, 844., ubi adde Ovid. Met. VIII, 527. Stat. Theb. VI, 30. Claud. in Eutr. II. prol. 25. Markl. ad Stat. Silv. V, 1, 219. et Kirchm. de fun. II, 13. —

[Multaque se incusat, qui non acceperit ante
Dardanium Aenean generumque adsciverit ultro.]
Interea extremo bellator in aequore Turnus
Palantis sequitur paucos iam segnior atque
Iam minus atque minus successu laetus equorum.
Attulit hunc illi caecis terroribus aura
Commixtum clamorem arrectasque inpulit auris
Confusae sonus urbis et inlaetabile murmur.
„Hei mihi! quid tanto turbantur moenia luctu?
Quisve ruit tantus diversa clamor ab urbe?“
Sic ait adductisque amens subsistit habenis.
Atque huic, in faciem soror ut conversa Metisci
Aurigae currumque et equos et lora regebat,
Talibus occurrit dictis: „Hac, Turne, sequamur
Troiugenas, qua prima viam victoria pandit;
Sunt alii, qui tecta manu defendere possint.
Ingruit Aeneas Italis et proelia miscet,

Vss. **612.** et **613.**, qni desiderantnr in omnibus melioribus Codd. (Med., Pal., Rom., Gud., Bern. II., aliis), neque a Servio et Donato commemorantur, a Cuningh., Brunckio, Heynio, Iahnio, Peerlkampio (qui v. 611. legendnm putat: *et scissa veste - - pulvere turpat*), Bryceo, Ribbeckio (qui etiam cf. in Proleg. p. 86.), Coningt. et Benoisto, nec non a Weicherto de verss. iniur. suspp. p. 61. et Beckio de Glossematis crit. Quaest. I. p. 13. spnrii et ex XI, 471 sq. huc translati habentur; quare etiam a me nnnc uncis inclusi sunt. Wagn. autem singulari excursn ad h. l. eos defendit, primnm qnod non ad verbum ex illo loco repetantur, sed pro more Vergilii singulis quibusdam vocibns mutati, librarii antem eiusmodi versus integros soleant transscribere; tnm quod iis omissis desit aliquid, quo totus locus apte claudatnr, cum apud Vergilium nnsqnam sententia plane absoluta in Nominativum Participii exire soleat (vid. adnott. ad XI, 831.); deniqne qnod facile omitti potnerint, cnm in Med. v. 611. ultimns sit, quem ea pagina capiat, Servinm antem et Donatnm eos, ntpote iam snpra lectos, neglexisse, mirum videri non possit. Quae omnia prius me moverant, ut asteriscos cum Wagn. tollerem, in qno nos secuti snnt Gossr., Süpfl., Haupt. et Ladew.; nunc tamen ob Codd. accuratius collatorum auctoritatem eos nncis inclnsimns. — **614.** „Revocandum in mentem, qnod Iuturna ad extremos ordines Turnum dednxerat: v. 483 sqq. Nnnc illum pavor snbit cum poenitentia, cum urbem oppugnari videt; tandem, novo nnntio a Sace accepto, curru desilit et ad urbem properat.“ *Heyn.* — **616.** *minus atque minus.* Cf. Ter. Heant. III, 3, 33. Hor. Od. I, 25, 6. Ovid. Met. XI, 722. Liv. XXVI, 17, 12. et Hand. Turs. III. p. 623 sq. — *successu* Heyn. accipit de processn, procursu equorum, cuius velocitas sensim sensimqne imminuatur; sed rectius Wagn. de successu pugnae eqnestris, ob tarditatem utique fessorum equorum. — **617.** „*caecis terroribus*, terrore, cuius causam ignorabat. [Cf. adnott. ad Geo. I, 89. 464. etc.] — **618.** *arrectas* ad audiendum *auris*, ut II, 303. — „*inpulit*, ut Geo. IV, 439., gravius verbum, quam simplex *pepulit;* Cic. de N. D. II, 57. *sensus* (anditus) *a vocibus pulsus.* Soph. Ant. 1173. *καί με φθόγγος οἰκείων βάλλει δι' ὤτων.*“ *Wagn.* — V. **620.** repetitur in Anth. Lat. I, 178, 408. — **621.** *diversa ab urbe,* in diversa [remota] parte sita: clamor enim ei a tergo oritur.“ *Heyn.* Cf. adnott. ad III, 4. — **623** sqq. Cf. supra v. 468 sqq. — **625.** *occurrit dictis*, refellit ea, quae Tnrnns de redeundi necessitate dicturus est. — **626.** Heinrich. *Victoria*, maiore litera initiali scribendum esse censet. — **627.** Comparant Hom. Il. XIII, 312 sqq. — *manu defendere.* Vid. supra ad v. 23. — **628.** *Ingruit.* Cf. XI, 899. — *proelia miscet.* Cf. Geo. II, 282. III, 220. Aen. X, 23.

Et nos saeva manu mittamus funera Teucris.
Nec numero inferior, pugnae nec honore recedes."
Turnus ad haec:
„O soror, et dudum adgnovi, cum prima per artem
Foedera turbasti teque haec in bella dedisti,
Et nunc nequiquam fallis dea. Sed quis Olympo
Demissam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri letum ut crudele videres?
Nam quid ago? aut quae iam spondet Fortuna salutem?
Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem
Murranum, quo non superat mihi carior alter,
Oppetere ingentem atque ingenti volnere victum.

Prop. V, (IV,) 1, 28. etc. — **629.** *mittamus funera Teucris*, pro: Teucris inferamus mortem mittendis telis. Conington conferri iubet Geo. IV, 534. *exitium mittere.* Peerlk. coll. XII, 513. praeter necessitatem pro *manu* coniicit *neci.* — **630.** *numero*, scil. caesorum. De κακοφωνίᾳ, quae nonnullis temore videtur, *honore recedes*, cf. aduott. ad II, 27. et IV, 421. VI, 116. ot al. Ceterum in Anth. Lat. I, 175, 5. hic versus sic depravatus legitur *Nec pugnae inferior nec belli caede relictor Adserar* (quae ultima verba a Burm. sic emendantur: *nec bello, crede, relicto Adserar*). — V. **631.** in Cod. Leid. sio expletur: *humili respondet talia voce.* — **632.** *adgnovi* te deam. Unde autem Turnus sororem adgnoverit, non indicat poeta, qua de re cum eo non litigandum. Similiter rem se babero ap. Hom. Il. V, 815., quem comparare solent, iam Heyn. memorat; qui, Commate post *dudum* distinguens, locum minus recte sic capit: O soror, agnovi, et dudum quidem; patet enim, sibi opponi: *et dudum* (te) *adgnovi - - et nunc nequiquam fallis.* Quare oum Ruhk., Iahn. et Wagn. illud Comma sustuli. Wagn. conferri iubet Tib. I, 2, 31. ibique Wunderl., qui Subiectum vel Obiectum omitti doceat, ubi membrum a Part. *cum* incipiens sequatur. — *prima* rectius cum *foedera*, quam cum *soror* coniunxeris, quae etiam Coningtonis est sententia. Ceterum cf. supra ad v. 103. aduott. — **633.** *teque haec in bella dedisti.* Cf. supra v. 227. *In medias dat sese acies.* — **664.** *nequiquam* hic et Aen. II, 546. Scholiastae male exponunt per *non;* est potius: sine effectu, frustra, ut Geo. I, 96. (ubi vid. aduott.) et alibi. Cf. etiam Obbar. et Orell. ad Hor. Ep. I, 3, 32. Sensus igitur hic est: frustra latere studes, dea; non fugit me, haec non hominis alicuius, sed tuo, deae, consilio geri. — **635.** Wakef. ad Lucr. I, 142. sine causa coni. *te efferre.* — V. **636.** iteratur in Anth. Lat. I, 178, 260., sequens autem ibid. I, 170, 81. sic mutatus: *En quid ago? aut quamnam spondet Fortuna salutem?* et v. 638. ibid. III, 81, 25. — **637.** *Quid ago?* Vid. ad IV, 534. et X, 675. — **638.** „*Vidi.* Non reprehendendum erat a Grammaticis, hoc in superioribus nusquam legi, nec Murrbani caedo v. 529. narrata adiectum esso hoo, quod Turni ante oculos Turnoque invocato occubuerit; sive phantasma boc est, quod animo Turni obversatum dici poterat (ut IV, 460. de Didone); seu, quod equidem malim, vere Murrhanum occidi viderat: et poeta id nunc demum subiicit." *Heyn.* Hoc sano simplicissimum et verissimum. Illo loco nihil attinebat hoc commemorare, quod hic quidem efficacissimum. Nihilominus Peerlk. hunc totum locum, v. 637—642., in quo etiam singula quaedam levibus de causis vituperat, spurium censet, recte propterea refutatus a Gossravio. Ceterum comparant Hom. Il. V, 467. — *oculos ante meos.* Vid. do hoc loquendi genere Quinctil. IX, 3. p. 812. Cf. etiam Geo. IV, 477. Aen. I, 95. II, 663. cett. — *voce vocantem.* Vid. ad IV, 680. V, 860. VI, 247. al. — **639.** *superat.* Vid. ad Ecl. IX, 27. Aen. II, 643. III, 339. — **640.** Cf. supra X. 842. ibique et ad V, 447. aduott. — *ingentem, atque ing. volnere victum*, plane ut X, 842. Conington supra ad v. 531. confert Hom. Il. XVI, 776. ubi Κεβριόνης, quocum hic Murranus comparetur,

Occidit infelix, ne nostrum dedecus Ufens
Aspiceret; Teucri potiuntur corpore et armis.
Exscindine domos — id rebus defuit unum —
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo et Turnum fugientem haec terra videbit?
Usque adeone mori miserum est? Vos o mihi, Manes,
Este boni, quoniam Superis adversa voluntas.
Sancta ad vos anima atque istius inscia culpae
Descendam, magnorum haud umquam indignus avorum."

κεῖτο μέγας μεγαλωστί. Ceterum cf. V, 487. IX, 597. al. — **641.** „*dedecus*, quod vertitur in praesenti clade Italorum suo (Turni) ductu accepta, et cf. XI, 416 sqq." *Wagn.* Wakef. e Cod. Ies. et Ribbeck. ex Cod. Pal. verba sic transposuerunt: *nostrum ne*, ut sonus suavior esset; sed vere Wagn. docet, Vergilium ut voc. *dedecus*, non ut *nostrum* vim haberet voluisse, ideoque scripsisse *ne nostrum ded.*, quod ceteri recentiores editores omnes servarunt. — *Ufens.* Vid. supra v. 460. (ubi a Gya occiditur) VII, 744 sqq. et VIII, 6. De Subiecto non in primaria, sed in secundaria sententia posito vid. ad Geo. III, 387. — **643.** *id rebus defuit unum.* Cf. Val. Fl. III, 294. *Exstinguine mea — fatis hoc defuit unum — Speravi te posse manu.* — **644.** *Drancis dicta.* Vid. XI, 343 sqq. imprimis v. 368 sqq — *dextra refellam*, ut supra v. 16. *ferro refellere.* — **645.** *et Turnum* cum indignatione, cui optime convenit Copula adiecta. Vid. I, 48. et IV, 215. ibique adnott. Quare Heyn. minus recte probat, omissam esse Copulam in paucis quibusdam Codd. — *Turnum*, pro *me*. Vid. ad X, 374. et al. — **646.** „*Usque adeone mori.* Neronis voce celebratum hemistichium ap. Suet. Ner. 47." *Heyn.* Cf. Lucan. I, 366. *Usque adeo miserum est civili vincere bello?* Stat. Theb. I, 442. *usque adeone angusta dies?* ibid. IV, 673. *Usque adeone parum cineri data mater iniquo?* Senec. Suas. p. 39 *Usque eone omnia cum fortuna populi Rom. conversa sunt?* et Claud. Prob. et Olybr. 166. *Usque adeone meam condunt oblivia mentem?* — *Manes* hic sunt dii inferi (cf. Festus. p. 122. Mueller.), ut alibi quoque; *boni*, propitii, ut Ecl. V, 65. Aen. I, 734. XII, 179. al. — „Sententia v. **646. 647.** fere eadem, quae IX, 51. 52.: quoniam deorum superorum numen adversum est, vos, o dii inferi, sitis mihi propitii." *Heyn.* Conington conferri iubet Soph. Ant. 75. — *adversa voluntas.* Sic pro vulg. *aversa* (quod retinuerunt Bryce, Ribbeck. et Conington) Med., Gud. et Bern. II. secuti nunc edidimus cum Hauptio, Wagn. (in recent. edit.), Ladew. et Benoisto. Ladew. comparat Ter. Eun. II, 3, 33. *nec quemquam esse ego hominem arbitror, cui magis bonae Felicitates omnes adversae sient* et Liv I, 46. *adversa patrum voluntate.* — *sancta*, incorrupta et beata. Vid. ad XI, 158. Conington comparat Hom. Od. XI, 386. *ἁγνὴ Περσεφόνεια* et Aesch. Pers. 626. *χθόνιοι δαίμονες ἁγνοί.* — *inscia.* Sic plurimi et optimi Codd. (Med., Pal., Rom., Bern. II. III., Minoraug., alii), neque aliter in Anth. Lat. I, 14, 29. (*inscia culpae*), ubi haud dubie hic locus respicitur; contra Menag. II., Goth. III. et Macrob. III, 3, 6. (ubi tamen in aliis Codd. *inscia* legitur, quod Ian. p. 271. edidit) *nescia* ex vana de metro sollicitudine. Versus enim sic pronuntiandus est: *Sancta ad vos animā, atque istius inscia culpae.* De ultima syllaba voc. *anima* arsis et caesurae vi producta et de hiatu admisso cf. adnott. ad Ecl. I, 38. II, 53. 65. Aen. III, 464. al. Quare probare non possum, Hauptium, Ladew. et Ribbeckium lectionem *nescia* recepisse; immo Wagnerum in Phil. Suppl. I. p. 364 sq. alteram recte defendisse censeo, quam etiam Bryce, Conington et Benoist. retinuerunt. Vid. etiam supra ad v. 227. Peerlk., qui putat, *istius* mediam syllabam hic melius productam habere, coni. - - *atque istius ego inscia culpae*, quae „plenior esset oratio et gravior." Lachm. autem ad Lucr. II, 27. p. 76. *anima atque anima istius culpae*, quod Wagn. l. l. iure a nitore Vergilii alienum censet. — *culpae*, turpis fugae. — **649.** *Descendam.* Cf. VI, 404. *Ad*

Vix ea fatus erat, medios volat, ecce, per hostis
Vectus equo spumante Saces adversa sagitta
Saucius ora ruitque inplorans nomine Turnum:
„Turne, in te suprema salus; miserere tuorum.
Fulminat Aeneas armis summasque minatur
Deiecturum arces Italum excidioque daturum,
Iamque faces ad tecta volant. In te ora Latini,
In te oculos referunt; mussat rex ipse Latinus,
Quos generos vocet, aut quae sese ad foedera flectat.
Praeterea regina, tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua lucemque exterrita fugit.
Soli pro portis Messapus et acer Atinas
Sustentant acies. Circum hos utrimque phalanges
Stant densae strictisque seges mucronibus horret

genitorem imas Erebi descendit ad umbras. — *indignus avorum.* De hac constructione vocc. *dignus* et *indignus* poetis et, qui hos secuti sunt, posterioribus scriptoribus prosaicis satis frequentata vid. Burm. ad Anth. Lat. T. II. p. 86. Drak. ad Silium XII, 81. idemque ad Liv. IV, 37, 1. Goeller. ad Plaut. Trin. V, 2, 29. p. 131. Bach. ad Ovid. Met. V, 345. Rupert. ad Tac. Ann. XV, 14. Spalding. ad Quinct. I, 5, 6. Frotscher. et Sarp. ad eund. Exc. II. p. 241 sq. Lindemann. ad Ovidii Nuc. v. 26. (Zittav. 1844.) Ruddim. II. p. 108. alii. Primus prosae orationis scriptor, qui hac constructione utitur, est Balbus in Cic. Epist. ad Att. VIII, 15. A. — **650**. „Labefactum Turni animum nunc impellit, utque Aeneae occurrat, permovet nova res, Sacae vulnerati et orantis miseratio. Expressit locum Statius Theb. XI, 239 sqq.“ *Heyn.* — *Vix ea fatus erat, volat Saces.* Vid. ad II, 803. (et cf. VIII, 337. X, 659. cett.). — **652**. *Saucius ora*, ut supra v. 5. *saucius pectus.* — **653**. *in te*, sc. posita est, a te pendet (ut apud Graecos ἐν τινι εἶναι et κεῖσθαι), *suprema salus*, quod ap. Silium II, 283. *postrema salus rerum patriaeque*, i. e. quae superest una. Paulo alio sensu ap. Cic. Cat. I, 5, 11. *summa salus.* — *miserere tuorum*, ut XI, 365. Iterantur haec verba in Anth. Lat. I, 178, 71. — **654**. *fulminat*, grave vocabulum; ut infra v. 700. *intonat armis*, et IX, 733. (Turnus) *clipeo micantia fulmina mittit.* Cf. etiam Geo. IV. 561. (*fulminat bello*) ibique adnott., Aen. VI, 843., ubi Scipiones *duo fulmina belli*, et IX, 812., ubi *fulmineus Mnestheus* commemoratur. — *minatur Deiecturum*, ut infra v. 762. *Excisurum urbem minitans.* Conington conferri iubet Liv. I, 37. VI, 17. XXVIII, 23. et Madvig. §. 401. — **657**. *mussat*, tacite deliberat, nec aperte dicere audet, quid sentiat. Vid. ad XI, 345. (454. et infra v. 718). Quamquam enim Latinus inter parietes et in concilio principum propensam in Aeneam voluntatem aliquoties iam significavit, coram populo tamen eam prodere nondum ausus est. Peerlk. haec adnotat: „Minus eleganter *Latinus*, cum praecedat *Latini.*“ — **658**. *quos generos* De hoc Plurali vid. ad VII, 98. 270. et cf. supra v. 40. — **659**. „*tui fidissima*, pro vulgari: in te, tibi; ad formam illius: tui amantissima [tui studiosissima] inflexum“ *Heyn* Both. tamen, dubitans, num hoc satis Latinum sit, corr. *tibi fidissima.* Sed *tui* praeter Codd. etiam tuetur Frontonis auctoritas p. 516. atque *perfida pacti* legitur apud Silium I, 5. — **660**. „*exterrita:* quod v. 599. dixerat: *subito mentem turbata dolore*, in furorem acta.“ *Heyn.* Cf. IV, 450. *fatis exterrita Dido* et Geo. III, 417. *Vipera - - caelum exterrita fugit.* — **661**. *pro portis* Vid. adnott. ad IX, 575. — *Atinas.* Vid. XI, 869. — **662**. *acies*, scil. unum auxiliarium Messapus, alterum Rutulorum Atinas. Sic autem Med., Gud. aliique Codd., quos nunc cum Haupt., Ladew., Benoisto et Wagn. ipso (qui prius vulg. lectionem *aciem* defenderat coll. locis Tac. Ann. I, 65. *Caecina sustentat aciem* et II, 17. *Arminius manu, voce, vulnere sustentabat pugnam*) secutus sum. Bryce, Ribbeck. et Conington Singularem retinuerunt. — Cum v. **663**. cf. supra VII, 526. ibique ad-

Ferrea: tu currum deserto in gramine versas."
Obstipuit varia confusus imagine rerum
Turnus et obtutu tacito stetit; aestuat ingens
Uno in corde pudor mixtoque insania luctu
Et furiis agitatus amor et conscia virtus.
Ut primum discussae umbrae et lux reddita menti,
Ardentis oculorum orbis ad moenia torsit
Turbidus eque rotis magnam respexit ad urbem.
Ecce autem, flammis inter tabulata volutus
Ad caelum undabat vertex turrimque tenebat,

---

nott. — **664**. *deserto in gramine* Heyn. recte interpretatur: extremo campo, coll. v. 614. *Gramen* enim *desertum* est in deserto loco crescens, et hic quidem locus indicatur, ubi nullus est hostis. Cf. adnott. ad II, 714. — **665**. *varia imagine rerum.* Cf. v. 667 sq. Servius haec adnotat: „multiplici nuntio, quod regina periit, quod urbs oppugnatur, quod omnes Latini in illum oculos referunt, quod dubitat Latinus, quos generos vocet." — **666**. *obtutu.* Cf. I, 495 VII, 50. — V. **667**. et **668** iam legimus X, 871 sq., ubi vid. adnott. Etiam hic Palat. cum paucis aliis *Imo in corde*, quod Peerlk. praeferendum censet. Sed verissime Wagn.: „Si ibi *Uno* retinendum fuit, multo magis hic, ubi etiam plures satisque diversos affectus in uno corde aestuare refert poeta." — *mixto insania luctu.* Cf. adnott. ad Ecl. X, 55. *Insania* autem est insana pugnandi cupiditas. Cf. VII, 441. 550. — **668**. „*Furias* ad desperatas Laviniae nuptias refer. — *conscia virtus*, ut V, 455. Conington comparat Sen. Herc. Oet. 1207. *virtus conscia laudis.* Repetitur hic versus in Anth. Lat. I, 178, 278., prius autem eius hemistichium etiam III, 81, 4. et totus v. 669. ibid. v. 68. — **669**. *Ut discussae* etc. Ladew. coll. Aen. I, 216. III, 53. 69. IV, 565. V, 363. VI, 125. observat, a Vergilio etiam post Coniunctiones (*postquam, dum, ut, ubi, si, cum*) Verbi subst. Indicativum Praes. omitti. — „*umbrae:* quia in vulgari sermone *caligo mentis* dicitur." *Heyn.* Cf. Ovid. Trist. I, 3, 13. *Ut tamen hanc animo nubem dolor ipse removit, Et tandem sensus convaluere mei*, et Stat. X, 735. *illi atra mersum caligine pectus Confundit sensus.* Conington addit Catull. LXIV (LXII), 207. *Ipse autem caeca mentem caligine Theseus Consitus.* — **670**. *oculorum orbes*, ut κύκλοι ὀφθαλμῶν apud Graecos (e. g. Soph. Ant. 974.). Cf. Culex v. 221. Ovid. Met. II, 752. id. Am. I, 18, 16. Val. Fl. IV, 235. VI, 246. Lucan. II, 185. VI, 216. Alibi *orbis oculi* eam tantum eius partem significat, quae proprie *pupula* vocatur. Cf. Bach. ad Ovid. Met. l. l. — *ardentes*, scil. ira et furore, ut II, 405. et al. Verba *Ardentes oculorum orbes* iterantur in Anth. Lat. IV, 13, 13. *Ardentes oculos* (sed alio sensu) iam V, 648. legimus. — **671**. *Turbidus.* Vid. supra v. 10. et X, 648. — *e rotis*, e curru. Vid. adnott. ad Geo. III, (114.) 170. — **672**. Wakef. minus probabiliter locum sic distinxit: *Ecce autem flammis, inter tabulata volutus, Ad caelum undabat vortex.* — *tabulata* sunt turris contignationes. Vid. ad II, 463., ubi addi potest Iuven. X, 106. *Excelsae turris tabulata* (hic a Coningt. laud.). Cogita autem de turri mobili et rotis innitente, quae intus, ubi opus erat, muris admovebatur, ut inde hostes urbem oppugnantes ex alto telis peti possent. Vid. etiam supra IX, 530 sqq. De eiusmodi turribus cf. liber meus *Hellas u. Rom.* I, 3. p. 289 sq. et loci veterum ibi allati. — **673**. *flammis - - undabat vertex*, quasi undis flammarum consurgebat vertex. *Vertex* autem flammae legitur etiam ap. Hor. Od. IV, 11, 11. *Sordidum flammae trepidant rotantes Vertice fumum*, Silium II, 630. VII, 355. IX, 446. (ubi plane ut h. l. *Undantes volvit flammas ad sidera vertex*), Stat. Theb. XII, 441. *exundant diviso vertice flammae* al. Cf. etiam quae de *apice flammae* ad II, 683. adnotavimus. Ceterum *vertex* pro vulg. *vortex* scripsimus Med. aliorumque Codd. auctoritate freti, neque aliter posteriores editores. Cf. adnott. ad

Turrim, conpactis trabibus quam eduxerat ipse
Subdideratque rotas pontisque instraverat altos.
„Iam iam fata, soror, superant; absiste morari;
Quo deus et quo dura vocat Fortuna, sequamur.
Stat conferre manum Aeneae, stat, quidquid acerbi est,
Morte pati; neque me indecorem, germana, videbis
Amplius. Hunc, oro, sine me furere ante furorem.“
Dixit et e curru saltum dedit ocius arvis

Geo. I, 481. De *undandi* verbo ad flammas translato vid. ad II, 609. — **674.** Vid. supra ad v. 672. — **675.** *pontis.* Vid. ad IX, 170. et 530. et liber meus modo comm. l. l., ubi etiam nomen proprium *sambuca* commemoratur. — **676.** „Spectat haec oratio Turni ad rem modo narratam; mortis enim sibi instantis omen ille deprehendebat in eo, quod turrim ab ipso instructam flammis absumi videbat.“ *Wagn.* — *Iam iam.* Vid. ad II, 701 — *fata superant;* iis cedendum est, diutius resisti non potest. Innuit igitur *fatum ineluctabile* VIII, 334. Cf. etiam supra v. 150. et Hom. Il. XXII, 203. a Coningt. comparatus. — *absiste morari.* Vid. ad VI, 399. — **677.** Similem sententiam vid. V, 709. — **678.** *Stat.* Vid. ad II, 750. — **679.** *morte*, i. e. per mortem; ideoque: stat sententia, decrevi, quidquid acerbi est in morte, per oppetendam ipsam mortem pati s. subire. Peerlk. (coll. Liv. XLII, 50. *patiamur, quodcumque belli casus tulerit*) sine iusta causa coni. *Stat, quidquid acerbi est, Marte peti*, i. e. quicumque huius certaminis cum Aenea futurus sit eventus, etiamsi mihi acerbus, stat pati. Quae enim Vir doct. adiungit: „Non video, cur Turnus tam certo mortem sibi proponeret. Etiamsi timeret, non diceret sorori,“ ea non multum probare, docent v. 676 sq. et 680. Ceterum verba *stat, quidquid acerbi est, Morte pati* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 60 sq. — *neque* pro vulg. *nec* ex plurimis Codd. (inter quos Med. et omnes fere recens collati) cum Cuningh. et Wagn. recepi. Secuti sunt Peerlk., Gossr. et omnes posteriores editores praeter Bryceum. — *indecorem,* ἀσχήμονα. Thiel. conferri iubet Val. Fl V, 669. et Barth. ad Stat. Theb. III, 12. Ceterum vid. adnott. ad VII, 231. Conington confert Hom. Il. XXII, 304. — **680.** *ante*, quam mortem obeam. Cf. similis locus IX, 315. *multis tamen ante futuri Exitio.* — *furere furorem*, ad Graecorum dicendi rationem, ut *vitam vivere, gaudium gaudere, servitutem servire, ludum ludere, iusiurandum iurare, somnium somniare* et multa similia. Cf. exempla a Ruddim. II. p. 157. et Ramsh. §. 132. congesta. Ex Vergilio huc pertinent Aen. I, 669. *dolore dolere* et XII, 482. *voce vocare.* Cf. etiam quae de similibus pleonasmis a me ad Lucr. I, 814. et III, 1006. ad Geo. I, 200. et al., a Columna ad Ennium p. 60., a Spangenb. ad eundem p. 21., a Planckio ad eiusd. Med. p. 77. et ab Iahnio ad Aen. VI, 310. disputata sunt. (Similis est ratio eorum locorum, ubi Nomina cum Verbis cognatae modo significationis coniunguntur, ut Aen. I, 340. *imperium regere*, Geo. III, 192. *sinuare volumina* etc.) Vult autem furori suo indulgere certamine cum Aenea temere ineundo. Furens enim et inconsideratus rapido cursu ad hoc certamen ruit. Cf. etiam similes loci VIII, 228. et XI, 486. — *ante* Heyn. recte ad mortem instantem refert (cf. v. 679), his verbis adiectis: „Video, inquit, mortem fatalem mihi instare, ante tamen, quam eam subeam, sine me pugnam hanc cum eo inire, non pugnam evitare;“ vel potius: sine me omnem furorem meum in eum eiusque socios effundere. Sic si locum capimus, non video, quid absonum sit in hoc Adverbio, ut Heyn. propterea versum vitio inquinatum censeat. Wagn. in mai. edit. *ante* minus probabiliter ad ea, quae subiiciuntur, refert: „furens desilit e curru, furens et rapido cursu ruit ad certamen cum Aenea subeundum,“ in min. tamen edit. nobiscum consentit; et Peerlk. explicat: „ne me retine, o soror. Videbis me rursus [?], sed non amplius indecorem. Sine me prius [antequam me revisas?] hunc furere furorem.“ — **681.** *saltum dedit*, ut ap. Ovid. Met. IV, 552. *saltum datura.* Vid.

Perque hostis, per tela ruit maestamque sororem
Deserit ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac veluti montis saxum de vertice praeceps
Cum ruit avolsum vento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis solvit sublapsa vetustas;
Fertur in abruptum magno mons inprobus actu
Exsultatque solo silvas, armenta virosque
Involvens secum: disiecta per agmina Turnus
Sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuso
Sanguine terra madet striduntque hastilibus aurae,
Significatque manu et magno simul incipit ore:
„Parcite iam, Rutuli, et vos tela inhibete, Latini;
Quaecumque est Fortuna, mea est; me verius unum

---

ad II, 698. et al. Verba *Dixit et e curru saltum dedit* repetita vides in Anth. Lat. I, 170, 147. — *arvis* pro: in arva. Vid. ad Ecl II, 30. et al. Hoffmann. tamen in *Zeitschr.* etc. 1851. p. 387. paulo subtilius verbo *arvis*, quod non sit i. q. in arva, tractum modo indicari censet, quo saltus dirigatur. — **683.** Conington post Cerdam comparat Prop. IV, 10 (III, 11), 62. *At Decius misso proelia rupit equo.* — Cum v. **684** sqq. Heyn. confert Hom. Il. XIII, 137 sqq. Hesiod Sc. Herc. 374 sqq. et 437. Stat. Theb. VII, 744 sqq. Val. Fl. VI, 631 sqq. Quinct. Cal. I, 694 sqq. et II, 378 sqq., quibus locis adde Lucan. III, 470. et Silium IV, 520. Idem Heyn. minus recte post *veluti* Commate distinxit, ac si cohaererent *veluti fertur*, cum potius coniungenda sint *veluti cum*. Vid. ad Geo. I, 303. Aen. I, 148. IV, 402. VI, 707. et al. Verba autem *Fertur in abruptum* - - *Involvens secum* parenthetice quasi interponuntur; quare post *vetustas* pro vulg. Commate cum Wagn. Semicolon posuimus. Cf. etiam infra ad v. 722. adnott. — **684.** Peerlk., qui haeret in voc. *montis* sic nude posito et paulo post v. 687. repetito, suspicatur Vergilium scripsisse *Ac veluti Pindi saxum* etc. idque etiam legisse Silium in aperta huius loci imitatione supra laud. *Ut torrens celsi praeceps e vertice Pindi Cum sonitu ruit in campos, magnoque fragore Avulsum montis volvit latus* etc. Sed qui tandem fieri potuerit, ut in omnibus Codd. pro *Pindi* scriberetur *montis?* Immo Silius pro more illorum imitatorum nomini appellativo, quod vocant, proprium aliquod nomen substituit. — **685** „Variat orationem pro vulgari: avulsum vento, seu imbre, seu vetustate. [„Quod (sive) ventus avellit sive imber proluit (utrumque fit aperta subitaque vi), aut - - *oder auch* - - vetustas solvit, quod fit paulatim ac latenter.“ *Wagn.* — **686.** *Proluit.* Cf. Geo. I, 481. —] *sublapsa vetustas* saxi pro saxo sublapso vetustate.“ *Heyn.* Verbo autem *sublabendi* utitur Verg., quia sensim subrepit vetustas. Ceterum de Particulis *seu* et *aut* sibi respondentibus vid. ad I, 370., ubi adde imprimis V, 68 sq. — **687.** *Fertur in abruptum.* Cf. III, 422. *Sorbet in abruptum fluctus.* — *mons*, pro saxo (parte montis) supra v. 684. commemorato, ut ap. Iuven. III, 258. *eversum fudit super agmina montem.* — Cf. etiam Aen. X, 127 sq. — *inprobus* Heyn. per *ingens*, Wagn. rectius per *vehementissime concitatus* explicat. Significat enim abusum virium ad aliorum perniciem et respondet nostro *unbändig. ungezügelt.* Vid. ad IX, 62. (et Geo. I, 119.). — *actu*, impulsu, impetu. — **690** sq. Comparant Iliad. XIII, 789. et cum v. 692. Iliad. III, 81. et Odyss. XXIV, 529 sqq. Conington confert Geo. II, 166. *haec eadem* (terra) - - *auro plurima fluxit.* — **691.** *Sanguine terra madet.* Hom. Il. IV, 451. *ῥέε δ' αἵματι γαῖα.* — **692.** *Significat manu:* silentium iubet manu extensa. Thiel. confert Lucan. I, 297. ibique Intpp. Conington observat, *significare* ap. Verg. esse *ἅπαξ λεγόμενον.* — *magno ore*, magna voce. — **693.** *Parcite.* „Vir doctus in Obss. Miscell. Vol. VIII p. 460. verbum esse militare putabat; et nota est vox Caesaris in pugna Pharsalica: *miles, parce ferro.*“ Haec *Peerlk.* Conington confert VI, 834. et IX, 656. — **694** Quicunque

Pro vobis foedus luere et decernere ferro."
Discessere omnes medii spatiumque dedere.
At pater Aeneas audito nomine Turni
Deserit et muros et summas deserit arces
Praecipitatque moras omnis, opera omnia rumpit
Laetitia exsultans horrendumque intonat armis:
Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse, coruscis
Cum fremit ilicibus, quantus, gaudetque nivali

---

est huius certaminis exitus, omuis ad me pertinet; itaque verius (i. e. iustius, aequius) est, me unnm pro vobis omnibus rupti foederis poenam luere. Cf. antem de hac Adiect. *verus* significatione adnott. ad II, 141. et quos laudant Schmid., Obbar. et Orell. ad Hor. Ep. I, 7, 98. *Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est* et Sat. II, 3, 312. *te quoque verum est - - certare.* Peerlk. tamen non cogitat de rupto foedere, sed locum (coll. Silio I, 671.) sic intelligendum esse putat: ego solus luam poenas, quas vos propter illud foedus turpe et scelestum meruistis. — **694.** Verba *Quaecumque est Fortuna, mea est* repetuntur in Anth. Lat. I, 172, 90. et I, 178, 409. — **695** *decernere ferro*, ut supra v. 282. et VII, 525. Vid. etiam infra ad v. 709. — **696.** Verba *Discessere omnes medii* repetuntnr in Anth. Lat. I, 170, 117. et totns versus iteratur ibid. I, 178, 381. — **697** sqq. „Aeneas cum comperisset Turnum haud longe abesse, in eum rnit et pngnam cum eo committit, quae tamen iterum differtur fracto Turni gladio eiusque fnga." *Heyn.* — De iterato verbo *deserit* vid. ad XI, 453. et al. — *summas arces*, turres in muris (cf. v. 674.); *deserit* autem *muros* et turres pro: deserit oppugnationem murorum et turrium. — **699.** „*Praecipitat moras omnes*, h. e. omnia, quae eum morari poterant, festinanter agit." *Heyn.* Recepit haec verba Auson. in Cent. nupt. v. 100. Ceterum cf. supra VIII, 443. *Praecipitate moras.* — *opera omnia* (quibns occnpatus erat) *rumpit* (*bricht ab*). Cf. Val. Fl. IV, 625. Maronem sic imitatus: *Praecipitat rumpitque moras.* — **700.** *horrendum intonat armis*, clipeo potissimum. Cf. supra v. 332. et Silius IX, 423. *Ingentis clipei tonitru praenuntiat iram.* Praeterea cf. Epit. Iliad. 957. *hic vastis intonat armis* et supra IX, 731. *arma Horrendum sonuere.* — **701** sqq. Wagn. adnotat, ipsam paulo insolentiorem structuram verborum indicare animum poetae vehementius commotum in magnifica rerum specie augenda et comparationem cum ad proceritatem, tum ad hiemale tempus et procellas eo tempore fieri solitas spectare. Verba enim sic iunge: intonat armis, quantns intonat Athos, Eryx, Apenninus, cum fremit ilicibus etc.; ut imprimis armorum strepitus cum fragore illo comparetur, quem montes edunt arboribus concussis, quamquam etiam proceritatis notio a comparatione non prorsus excludenda est. Hinc indicanda, quae *Heyn.* adnotavit: „Tantns corporis specie, *Quantus Athos.* Nam ad incessum haec spectant. Etiam Hector ap. Hom. Il. XIII, 754. ὡρμήθη ὄρει νιφόεντι ἐοικώς." *Heyn.* Cf. etiam supra III, 641. et quae Huschk. et Dissen. ad similem locum Tib. I, 7, 15 sq. disputant. De *Atho* monte vid. ad Geo. I, 332., de *Eryce* ad I, 570. et X, 36. Ceterum Codd. quidam (inter quos Bern. II. a m. pr. et Bern. III.) et Schol. Qnelf. Lucani II, 677. exhibent *Athon*, quam formam praefert Servius, cum *Athos* ultimam syllabam habeat brevem, ut ex Geo. I, 332. appareat. Sed etiam ap. Iuven. X, 174. legi *Velificatus Athōs* (Ἄθως), *et quidquid Graecia mendax* etc., memorat Conington, simul docens Nomin. *Athon* inveniri ap. Lucil. III. p. 6. Gerlach. Ceterum cf. etiam Neue *Formenl.* I. p. 132. et 353. — *coruscis ilicibus* (vid. ad I, 164. et IX, 678.) *fremit*, ilicibns vento vehementiore agitatis; quae verba, etiam ad ceteros montes hic commemoratos referenda, respondere illis *horrendumque intonat armis*, modo vidimus. Sic Stat. Theb. XII, 654. *montes undaeque fremunt;* Val. Fl. II, 646. *mare fremens;* id. VI, 329. *tumida fremit Ister aqua;* Claud. in Mall. Theod. cons. 237. *Torrentes immane fremunt.* Sic

Vertice se attollens pater Appenninus ad auras.
Iam vero et Rutuli certatim et Troes et omnes
Convertere oculos Itali quique alta tenebant
Moenia quique imos pulsabant ariete muros
Armaque deposuere humeris. Stupet ipse Latinus
Ingentis, genitos diversis partibus orbis,
Inter se coiisse viros et cernere ferro.

---

etiam Wakef. ad Lucr. V, 597. Gratianum Cyneg. 432. scripsisse putat *circum atrae moenia silvae Alta fremunt,* ubi vulgo *premunt.* — *gaudet se attollens.* Vid. supra ad v. 6. 82. et ad Geo. II, 510. Peerlk., qui haeret in paulo duriore huius loci constructione, verba *quantus gaudetque - - attollens* eiicienda et ex vss. 702. et 703. hunc unum faciendum censet: *Cum fremit ilicibus, patet App. ad auras.* Sed primum *patere ad auras* nove dictum, deinde vero etiam praeter omnium Codd. auctoritatem vulgatam tuetur Silii imitatio II, 313. *mole nivali Alpibus aequatum attollens caput Appenninus.* — **703.** *ipse Appenninus,* vel tamquam princeps montium Italiae (vid. ad Ecl. VIII, 96.), vel quia ceteris, qui hic commemorantur, propinquior et quasi in conspectu est, ut Wagn. censet Qu. Verg. XVIII, 2, r. *Appenninus* autem etiam hic (ut XI, 700.) Medic., quem (ut omnes recentiores editores) cum Wagn. secuti sumus, qui suspicatur, Appenninum inde vocatum esse, quod contingat *Penninum* montem, et antiquissimam nominis formam fuisse *Adpenninum,* atque ut Penninus ipse nomen traxerit a *deo* Pennino (vid. Liv. XXI, 38. ibique Drak.), ita etiam Appenninum κατ' ἐξοχὴν *patrem* esse dictum, numinis appellatione ad montem translata. (Vid. ad Geo. II, 4.) Scilicet quemadmodum supra IV, 247 sqq. Atlas mons ut deus describitur, sic etiam hic mons Appenninus cum deo (Iove) Appennino (cf. Inscr. Orell. 1220. a Wagn. laud.) confunditur (ut omnino dei saepe cum rebus commiscentur, quibus praesunt: vid. ad Ecl. IV, 32. V, 69. etc.). Ceterum de etymologia nominis cf. liber meus geogr. III. p. 491. not. 99. — **705.** *tenebant,* defendentes. Cf. VIII, 653. *Capitolia alta tenebat.* — **706.** *ariete.* Vid. ad II, 492. Gossr. tamen observat, non esse improbabile, Vergilium, qui in re militari fere omnia ad sua tempora accommodaverit, de iusto ariete suorum temporum cogitasse, de quo cf. liber meus *Hellas u. Rom.* I. 3. p. 288. — **707.** *Arma,* i. e. clipeos. Cf. supra v. 130. — *Stupet ipse Latinus,* considerans viros tam egregios fati voluntate ex remotissimis terris hic conductos esse, ut alter alterum occideret. Pron. autem *ipse* Latinum distinguit a ceteris stupentibus. Peerlk., cui haec verba ab hoc loco aliena et rege indigna videntur, et quem etiam in seqq. plura offendunt, hunc totum locum inde ab illis verbis usque ad finem v. 709. spurium, sed fortasse iam a Tucca et Vario adiectum censet, cum negari nequeat, eum iam a Seneca, Silio et aliis scriptoribus antiquis hic lectum esse — **708.** Heins. et Heyn. putant, Vergilium scripsisse *diversi partibus orbis;* idque, ne omnia vocabula huius versus in *s* desinant, praefert etiam Peerlk., qui Wagnero sic quaerenti: „Num igitur quemquam sic nudo dixisse putas *geniti partibus?*" non ineptе respondet: „Non dicimus nude, sed geniti *partibus diversi orbis.*" Sed vulgatam non solum tuetur omnium Codd. auctoritas, verum etiam imitatio Silii IX, 434. *Stabant educti diversis orbis in oris* et Inveuci I, 758. *multos homines diversis partibus orbis Progenitos.* — **709.** *Inter se coiisse,* ad certamen. Cf. Ovid. Met. IX, 42. *rursusque ad bella coimus;* Tor. Phorm. II, 2, 32. *prima coitio est acerrima* etc. — *cernere ferro* (Graec. κρίνειν τὸν ἀγῶνα) pro decernere iam Ennius dixit Ann. VI. fr. 13. et Hect. fr. 6. p. 32. et 115. Vahl. (p. 61. 204. 229. Hessel.) idemque etiam simpliciter Ann. fr. inc. 80. p. 79. Vahl. (p. 100. Hessel.) *Olim cernebant magnis de rebus agundis;* neque aliter Lucr. V, 394. *magnis de rebus inter se cernere certant;* Plaut. Trin. II, 4, 78. *nam ibi de divinis atque humanis cernitur;* Sallust. Cat. 59, 5. *pro patria, pro liberis, pro aris atque focis cernere;* Claud. in Eutrop. I, 237. *secum petulans amentia cernit.* Praeter viros

Atque illi, ut vacuo patuerunt aequore campi,
Procursu rapido, coniectis eminus hastis,
Invadunt Martem clipeis atque aere sonoro.
Dat gemitum tellus; tum crebros ensibus ictus
Congeminant; fors et virtus miscentur in unum.
Ac velut ingenti Sila summove Taburno
Cum duo conversis inimica in proelia tauri
Frontibus incurrunt, pavidi cessere magistri,
Stat pecus omne metu mutum mussantque iuvencae,

---

doctos iam a Kritzio ad Sall. I. c. laudatos cf. Heins. ad Claud. Stilich. I, 90. idemque et Drak. ad Silium XVI, 532. (*Hi crevere pares ferro*) Gifan. in Ind. Lucr. v. *Cernere*, Columna ad Ennium p. 52. Gronov. ad Liv. VII, 9. 7. Zinzerling. Prom. crit inv. c. 3. p. 13. Dissen. ad Tib. IV, 1, 113. et quae nos adnotavimus ad Lucr. l. l. Quare nemo potest dubitare de veritate huius lectionis, quamvis Codd. tantum non omnes (Med., Rom., Gud., Bern. III., Minoraug. etc.) et Prisc. I, 7, 40. p. 557. P. corrupto metro praebeant *viros et decernere*, pauci alii *viros decernere*, omissa Copula; nullus, quantum scimus, quod unice verum est et quod satis comprobatur auctoritate Senecae Ep. 58. (formulam dicendi *cernere ferro inter se* ex Vergilio proferentis), *et cernere.* (Cf. etiam quae supra ad v. 218. adnotavimus.) — **710**. Cf. supra v. 696. Hic igitur *vacuus* propria significatione intelligendum, ut II, 528. et IV, 82., non pro amplus, spatiosus positum, ut VII, 379. (ubi vid. adnott.) et alibi. — **712**. *Invadunt Martem*, incipiunt pugnam. Cf. IX, 186. et Geo. I, 295. — *clipeis atque aere sonoro*, per ἓν διὰ δυοῖν pro: clipeis aere sonantibus; de clipeis enim collisis intelligendum. Cf. infra v. 724. et supra v. 700. De hoc usu clipeorum in certaminis initio vid. ad IX, 283. Cf. etiam infra v. 724. Conington laudat Hom. Il. IV, 447 sqq. et Eur. Phoen. 1405. *Aere sonoro* legimus etiam in Anth. Lat. III, 81, 12. Conington comparat Ennii Ann. 364. [XI. fr. 6. p. 54. Vahl.] *Tum clupei resonant et ferri stridit acumen.* — **713**. *Dat gemitum tellus*, pulsu pedum (cf. supra v. 334.) (non „*unter den drohenden Schlägen, die auf die Schilde fallen*," ut Ladew. explicat). Vid. ad III, 555. VIII, 420. IX, 709. coll. Bentl. ad Hor. Od. III, 27, 23. et Heins. ad Ovid. Met. XIV, 739. De verbis autem *gemitum dare* vid. ad I, 485. Peerlk., cui *Martem invadere clipeis* intellectu difficile et verba *Dat tellus gemitum* ab hoc loco aliena videntur, etiam hic audacem profert coniecturam. Verbis enim *clipeis - - tellus* eiectis, ex vv. 712. et 713. hunc unum effici suadet *Invadunt Martem; tum crebros ensibus ictus* etc. — **714**. *ictus Congeminant.* Vid. ad XI, 696. et V, 457. — „*fors et virtus.* Non fors Turni, Aeneae virtus: sed pugnantes non modo virtutem praestant, sed et casum ac fortunam in ictibus et vulneribus inferendis observant: v. c. si videt alter alterum nudare latus. Omnis autem haec pugna ensibus peragitur, hastis frustra emissis v. 711." *Heyn.* Ladew. memorat, etiam ap. Livium XXI, 43, 13. *virtutem* et *fortunam* ad victoriam requiri. Peerlk. pro *fors* (quae non sit in potestate pugnantium, quam miscere et cum virtute iungere non possint, nisi cum se offerat) coniicit *ars*, coll. Aen. V, 442 et XII, 892.; quod probat Gossr. — *miscentur in unum.* Cf. supra X, 410. ibique adnott. — **715** sqq. Splendida imago, quamquam non ad nostrum sensum comparata. Vid. Geo. II, 38. III, 217 sqq. ibique adnott. et Burm. ad Phaedri fab. I. 30. Heyn. etiam conferri iubet Apollon. II, 88. 89. et Oppian. Cyneg. II, 43 sqq. — De *Sila* silva et monte (etiamnum antiquum nomen servante) vid. ad Geo. III, 219. et quae scripsi in Pauly *Realencycl.* VI. p. 1184., de *Taburno* ad Geo. II, 38. — **716**. *conversis - - Frontibus.* Conington confert Lucr. VI, 116. *Concurrere nubes Frontibus adversis.* — *inimica in proelia*, ut infra v. 812. — **717**. *cessere*, i. e. cedere solent. Vid. supra ad v. 588. ad Geo. I, 49. et al. Alio sensu verba *cessere magistri* iam legimus Geo. III, 549. — *magistri*, hic i. q. pastores. Vid. ad Ecl. II, 33. (III, 101. Geo. III, 445.). — **718** sq. Cf.

Quis nemori imperitet, quem tota armenta sequantur;
Illi inter sese multa vi volnera miscent
Cornuaque obnixi infigunt et sanguine largo
Colla armosque lavant; gemitu nemus omne remugit:
Non aliter Tros Aeneas et Daunius heros
Concurrunt clipeis; ingens fragor aethera conplet.
Iuppiter ipse suas aequato examine lances
Sustinet et fata inponit diversa duorum,
Quem damnet labor et quo vergat pondere letum.

Ovid. Met. IX, 48 sq. (idem urgumentum tractans) *Spectant armenta paventque, Nescia quem maneat tanti victoria regni.* — *metu mutum.* Eandem alliterationem ium deprehendimus IX, 341. — *mussant,* tacite exspectant. Cf. v. 657. et XI, 345. Conington conferri iubet Plaut. Aul. II, 1, 12. *mussare per metum* et Cas. III, 5, 46. — **719.** *Quis.* Exspectaveris *Uter*, ut v. 727. *Utrum* pro *Quem;* sed vel apud pedestris orationis scriptores interdum hunc usum reperiri Ludew. docet coll. Caes. B. G. V, 44. *Hi* (Pulio et Vorenus) *perpetuas inter se controversias habebant, quinam anteferretur.* — *nemori,* pro saltu, pascuis (vid. Geo. II, 216.), et hoc pro armentis, quae sunt in pascuis; ut supra v. 475. *nidi loquaces* et similia. *Nemori* autem pro vulg. *pecori* Heins. restituit ex Med., Rom. et aliis bonis libris; idemque tuetur Barth. ad Stat. Theb. II, 330. — **720.** Cf. Geo. III, 220 sq. (ubi hunc versum, paucis mutatis, iam legimus) et IV, 174. Iteratur hic versus in Anth. Lat. I, 178, 230., epitheto *multa* in *magna* mutato. — **721.** *obnixi.* Cf. Geo. I. l. v. 233. et Aen. X, 359. — **722.** *nemus omne remugit.* resonat. Cf. VII, 701. VIII, 305. XII, 928 sq. Hor. Od. III, 10, 5 sq. Claud. in Eutr. II, 163. Val. Fl. III, 596. Stat. Theb. VI, 806. et Cort. ad Lucan. VII, 480 sqq. Pro Puncto, quod huic versui adpingitur in edit. Heyn. minore, Colon restitui, quod maior editio exhibet, cum puteat etiam hic, prorsus ut supra v. 684 sqq., verba sic sibi respondere: *Ac velut cum dno tauri in proelia incurrunt - - - Non aliter Tros Aeneas* cett., cetera autem omnia ad ornandam comparationem quasi parenthetice adiungi. — *sanguine - - lavant.* Vid. ad Geo. III, 221., ubi adde Ovid. Met. IX. 680. Lucun. VI, 709. alios. — **723.** *Non aliter* ex Med., Rom. aliisque Codd. recte restituit Wagn., coll. locis Geo. I, 201. IV, 176. Aen. IV. 669. et X, 410. Vulgo *Haud aliter*, tamquam Vergilio usitatius verae lectioni eadem ratione substitutum, qua VIII, 391. (ubi vid. adnott.) *Haud secus* in Medic. illatum pro *Non secus.* — *Daunius heros.* Turnus, Dauni fil. Vid. X, 615 sq. 688. XII, 22. — **724.** Cf. supra v. 712. — **725** sqq. Ante oculos fuit poetae Hom. Il. VIII, 69. et XXII, 209 sqq.. ubi longe aptius *Κῆρες* fata pugnantium libra expendunt. Wagn. praeterea conferri iubet Aeschyl. Pers. 352. Peerlkampio hi tres versus, 725—727., qui Aeneidem a Vergilio non fuisse absolutam manifesto ostendant, tamquam inutile pondus orationis cursum impedire videntur, quae, iis sublatis, longe melius flueret. Atque etiam Wagnero hic locus iure videtur frigere, quem tamen poetam nimio imitandi studio ductum addidisse censet, ne nobilem illam apud Homerum *ψυχοστασίαν* tacitus praeteriret, de qua artis operibus repraesentata Conington conferri iubet O. Iahnii *Archaeol. Beiträge* p. 129. — *Iuppiter ipse.* Pron. *ipse* eadem ratione capiendum, qua III, 222. et al. Vid. ad Ecl. VIII, 96. — *aequato examine,* ut examen neutram in partem vergat. *Examen* autem de trutinae lingula usurpatum legitur etiam apud Vitruv. X, 8. Pers. I, 7. Plin. XVII, 22, 35. §. 184. (ubi pariter *aequali examine*). Respicitur hic locus in Epit. Iliad. 658. *Sustinet auratas aequato pondere lances.* — De v. **726.** cf. Bentl. ad Hor. Ep. II, 1, 6., qui minus probabiliter *fata* de utriusque viri morte intelligit, et *diversitatem* fati in eo tantum invenit, quod Aeneas mortuus inter deos refertur, Turnus autem, ut ceteri homines, sepelitur. Immo utriusque fata nunc ponderat Iupiter, visurus, utri iam nunc in proelio alterius manu moriendum sit. — **727.** Bern. II.

Emicat hic inpune putans et corpore toto
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem
Et ferit. Exclamant Troes trepidique Latini,
Arrectaeque amborum acies. At perfidus ensis
Frangitur in medioque ardentem deserit ictu,
Ni fuga subsidio subeat. Fugit ocior Euro,
Ut capulum ignotum dextramque aspexit inermem.

---

aliique Codd. minoris pretii, Prisc. p. 798., Nonius p. 277, 7., Servius et Agroetius p. 2270. P. pro *et* minus apte exhibent *aut*. Recte enim *Heyn.*: „*quo vergat pondere letum:* utra lanx pondere [fatorum Aeneae an Turni] vergat (*καταῤῥέπει*) eoque ipso mortem denuntiet: *letum* itaque pro ipsa lance dixit, qua inclinata subsequitur mors. Iam prius membrum, *quem damnet labor*, equidem sic accipio, ut eandem sententiam more suo bis exponat poeta: *quem damnet*, scil. icto. (*Damnare mortis* exstat VI, 430. et *damnare caput Orco* IV, 699.) Utrum e duobus his morti destinet iniqua sua fortuna, calamitas sua; *labor* simpl. pugna, ut *πόνος, μόχθος*. Est igitur vulgare: uter, lance alterutra pressa, morti destinetur.“ Quam interpretationem, ut simplicissimam, ceteris praefero, *laborem* de pugnae labore intelligens. Servius, cui adsentitur Schirach. p. 377., contraria hic sibi opponi ratus, vv. *quem damnet labor* sic interpretatur: „i. e. quem voto liberet [*voti damnet*: cf. Ecl. V, 80.] labor proeliandi, parta scil. victoria;“ sed recte dubitat Heyn., num *damnare* absolute ita dici potuerit. Peerlk. per *laborem* ipsum lancium motum significari putat, ut hic sit sensus: quem pondus deorsum labens damnet, morti destinet. Sed quis umquam tale quid *laborem* dixit? Bryceo denique (qui conferri iubet XI, 416., ubi haec vox simili sensu posita inveniatur (?)), *labor* hic est ipsa mors („*death or the decree of death*“), ut sequentia verba simplicem contineant eiusdem notionis repetitionem, quod probare non possum. Ceterum cf. Macrobii V, 13. 39 sq. p. 435. Ian. de h. l. iudicium. — **728.** *Emicat.* Vid. ad V, 319. — *hic*, „*da*,“ dum ita inter se contendunt. Wagn. recte adnotat, interrupto per vss 725—727. narrationis ordine rediri per hoc Adv. ad v. 724. Ameis. *Hom. Klein.* p. 17. *hic* minus probabiliter habet Adverb. loci, in certaminis campo. — *impune putans*, scil. se hoc facturum, Aeneae ictum illaturum. — **729.** *corpore toto* (ut IX, 410. et X, 127. *toto conixus corpore*) *consurgit in ensem* Vid. ad IX, 749. X, 725. et XI, 284. Paulinus vit. Mart. II, 436. (a Wold. Ribbeckio coll.) hunc versum sic imitatur: *Alte sublatum surgit furiosus in ensem.* — **730.** *Et ferit.* De numerorum praestantia vid. ad V, 643. Verissime enim Wagn. memorat, cum per caesuram post dactylum in principio versus positum, tum per interiecta illa *Exclamant Troes* etc., egregio declarari suspensum exspectatione metuque animum. — **731.** „Facit novam voluptatem novamque exspectationem, quod ne nunc quidem Turni fata exitum habent, sed ad novam pugnam differuntur.“ Haec *Heyn.*, qui etiam conferri iubet Hom. Il. III, 363. — **732.** „In verbo *deserit* latet prodendi notio. Itaque haec ita explicabis: Perfidus ensis deserit, ac proinde prodidisset adversario, ni cett. Ac si pro *deserit* poeta scripsisset *prodidit*, omnia essent planissima.“ *Wagn.* Quare non opus est, ut cum plurimis editoribus talem sententiam suppleamus: *et sic desertus periisset Turnus*, vel cum Iahnio et Thielio in fine v. 732. Puncto distinguamus et pluribus punctis positis post *subeat* hic aliquid supplendum esse indicemus, vel cum Ribbeckio post v. 732. lacunam statuamus. Cf. etiam adnott. ad Geo. III, 562. Ceterum repetitur hic versus in Anth. Lat. I, 170, 131. *Frangitur* in *Liquitur* mutato. — **733.** *deserit - - Ni - - subeat.* Conington confert locum similiter conformatum VIII, 520 sqq. *tenebant - - putabant, Ni signum - - Cytherea dedisset.* Et sane *subsidio subeat* hic pro subsidio venisset, auxilio fuisset positum. Vid. adnott. ad VI, 294. Cum *subsidio subire* autem cf. *auxilio subire* II, 216. — *Fugit ocior Euro.* Vid. ad VIII, 223. — **734.** „Capulum mutilum (*κόλον δόρυ* Iliad. XVI, 117.) *ignotum* dixit,

Fama est, praecipitem, cum prima in proelia iunctos
Conscendebat equos patrio mucrone relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigae rapuisse Metisci;
Idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit; postquam arma dei ad Volcania ventum est,
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Dissiluit; fulva resplendent fragmina harena.
Ergo amens diversa fuga petit aequora Turnus
Et nunc huc, inde huc incertos inplicat orbis;

---

quoniam alienum, non suum [nec patrium: cf. v. 736.], sed Metisci, ut statim exponit disertius poeta. Nam cinxerat ille quidem, cum exiret ad pugnam, ensem Dauni patris (vid. v. 89 sq.); sed mox, eo deposito, ad foedus ibat in bigis, *Bina manu lato crispans hastilia ferro* v. 165." *Heyn.* Opponitur infra v. 759. *notus ensis.* Ceterum vid. ad XI, 678. et VII, 167. — **735.** *Fama est*, narratur, traditur; non enim tamquam dubia haec profert poeta. — *prima in proelia*, i. e. tum, cum iturus erat in proelium, ut supra v. 103. — **736** *patrio mucrone* pro paterno. Vid. ad VI, 33., ubi adde e. g. Val Fl. III, 12. 302. atque Burm. ad h. l. et ad Ovid. ex P. III, 5, 7. Ceterum de ipsa re cf. supra v. 90. — *Conscendebat — Dum trepidat.* Conington comparat IX, 417 sq. *telum librabat ab aure. Dum trepidant, iit hasta Fago* etc. Cf. X, 283. (XI, 453. 893.) — **738.** *terga dabant.* Cf. supra v. 364. *fuga Rutuli dant terga.* — **739.** *postquam arma dei ad Volcania ventum*, Graecorum, imprimis Tragicorum, exemplo dictum pro: ad arma dei Vulcani vel divina Vulcani. Cf. Hom. Il. II, 54. *Νεστορέῃ παρὰ νηῒ Πυλοιγενέος βασιλῆος*, ibid. XVII, 272. *δηΐων κυσὶ κύρμα γενέσθαι Τρωῇσιν.* Soph. Oed. R. 243. *τὸ Πυθικὸν θεοῦ μαντεῖον*, et Sil. III, 392., ubi ex Heinsii coni. legendum *Ac Nebrissa dei Nysaeis conscia thyrsis.* Diximus de hac re iam ad VIII, 526. — *ventum est.* Sic omnes, ut videtur, Codd., quos cum Wagn. secutus sum, cum nulla prorsus causa appareat, cur Burmann. *est* omiserit. — **740.** Heyn., qui cum h. l. conferri iubet Quint. Cal. I, 545 sqq., nunc, cum ad summum discrimen ventum sit, bene armorum ab deo paratorum memoriam refricari memorat. — *mortalis mucro*, i. e. gladius mortali manu factus, ut infra v. 797. *mortale volnus.* Sic et alibi res *mortales* opponuntur aeternis et divinis s. a diis paratis, exortis, ut ap. Quinct. V, 12. *in clarissimum solem mortale lumen inferre*, et ap. Ovid. Met. VII, 525. *mortale malum* (ubi vid. Bach.). Cf. etiam Burm. ad Lucan. II, 179. — **741.** *Dissiluit mucro* legimus etiam in Epit. Iliad. 305. et 968. — *futilis*, quod vulgo fragilis. Cf. etiam XI, 339. — *resplendent fragmina.* Redii nunc ad hanc lectionem, quam iam prius per se meliorem iudicavi, cum Pluralis, Turni gladium minutatim diffisum indicans, vim divinorum armorum magis evehat et melius conveniat comparationi cum glacie, praeterea vero etiam Vergilio Homericum *τριχθά τε καὶ τετραχθά* obversatum videri possit, quare eam in altera edit. retinendam censueram, postea vero deserui, cum de Codd lectione non satis constaret. Nunc tamen certo scimus, Med. a m. pr., Pal., Gud., Bern. II. III. eam exhibere, quam propterea cum Bryceo, Ribbeckio (qui *fragmena* edidit), Ladew., Coningt. et Benoisto restituere non cunctatus sum. Wagn., Iahn., Süpfl., Gossr. et Haupt. retinuerunt Rom. lectionem *resplendet fragmen*, Heinsii autem coniectura *resplendent fragmen* omnino reiicienda, cum Vergilius nusquam vocabulum collectivum unde positum cum Verbo Pluralis numeri coniungere soleat. Cf. aduott. ad Geo. IV, 378. et Aen. V, 119. et Iahn. ad h. l. — **742.** Comparant Hom. Il. XXII, 136 sqq. — *amens*, non cogitans, nihil sibi fugam esse profuturam. Cf. II, 314. et similes locos. — *diversa fuga*, quia diversus abit, qui fugit. Cf. XI, 855. et Geo. IV, 500. — **743.** *incertos orbes*, cum ipse nesciat, quo se vertat, sed nunc huc, nunc illuc nec in certum semper orbem feratur. Ameis. *Hom. Klein.* p. 17. paulo artificiosius explicat:

Undique enim Teucri densa inclusere corona
Atque hinc vasta palus, hinc ardua moenia cingunt.
Nec minus Aeneas, quamquam tardata sagitta
Interdum genua inpediunt cursumque recusant,
Insequitur trepidique pedem pede fervidus urguet:
Inclusum veluti si quando flumine nactus
Cervum aut puniceae septum formidine pinnae
Venator cursu canis et latratibus instat;
Ille autem insidiis et ripa territus alta
Mille fugit refugitque vias; at vividus Umber

„insofern er nicht weiss, - - ob die Kreise zuverlässig sind, um ihn zu retten.“ Ceterum vid. ad v. 481. — *inplicat*, facit implicato cursu. — **744.** Cum Hauptio, Wagn (in recent. edit), Ladew. et Coningt. nunc recepi Med. lectionem *Teucri densa*. Brycc, Ribbeck. et Benoist. servarunt vulgarem verborum ordinem *densa Teucri*. — **745** „*vasta palus*, non Iuturnae, nam ea nimium quantum aberat, sed colluvies aquarum agrestis: ut omnino Laurentina regio erat et etiamnum est palustris. Vid. ad X, 709.“ *Heyn.* — **746.** *tardata sagitta*. Cum Wagn, quem Haupt. aliique editores ante Ribbeck. secuti sunt, etiam nos prius praetulimus lectionem *tardante*, quae sane per se aptior videtur; nam si *tardata* erant genua, non poterant *interdum* modo impedire; *tardante* autem sagitta, i. e. vulnere ictu sagittae accepto (cf. v. 319), genua interdum modo et ad tempus impediebant cursum. Propter Codd tamen auctoritatem (Med. a m. pr., Pal., Rom., Gud.. Bern. II., Bern. III. a m. pr.) nunc cum Bryceo, Ribbeckio, Ladew., Coningt. et Benoisto recepimus *tardata*. Peerlkampio locus corruptus videtur, cum Aeneas Veneris auxilio pristinas vires iam plane receperit; quare verba *tardante sagitta* ad versum imperfectum explendum fortasse iam a Tucca et Vario adiecta censet. Gentius vero p. 62. locum audacter et parum feliciter sic vult mutatum: *quamquam Turnum ante se agentem.* Ceterum cf. Aen. V, 395. — **748.** Arusian. Mess. p. 238. Lindem *fervidus instat*, hunc locum confundens cum similibus, IX, 350. et X, 788. Ceterum cf. locus simillimus V, 324. et adnott. ad X, 361. — Verba *pedem pede fervidus urguet* repetit Auson. in cent. nupt. 104. — **749.** Heyn. confert Hom. Il. XXII, 188 sq. X, 360. et Oppian. Hal. V, 586, Servius autem Apoll. Rh. II, 278 sqq. Adde similem comparationem ap. Ovid. Met. I, 533 sqq. — „*inclusum flumine*, dum fugiens venit ad amnem, in quem se deiicere non audet, *ripa territus alta* v. 752. — **750.** *puniceae septum formidine pinnae*. Vid. adnott. ad Geo. III, 372. Peerlk. pro *aut puniceae* scribendum putat *et puniceae*. — **751.** Vulgo male sic distinguunt: *Venator cursu, canis et latratibus, instat;* immo iam Servius perspexit, coniungenda esse *canis venator*, ut alibi *bellator equus* (X. 891.), *latrator Anubis* (VIII, 698.) et similia; neque aliter Ruddim. II. p. 38.; quare (quod etiam me posteriores editores fecerunt) Commata post *cursu* et *latratibus* vulgo posita cum Wagn. omisi, qui confert Silium III, 294 sq. *cum densa vagis latratibus inplet Venator dumeta Lacon*, atque *venatorem equum* ap. Stat. Theb. IX, 685. Pessumdatur enim comparatio, si de venatore et cane cogitamus, atque etiam infra v. 753. de solo cane sermo est. — **752.** „*insidiis*: sunt illae ipsae lineae pinnis ac formidine distinctae, quas expavescens cervus non transilit.“ *Heyn.* Cf. v. 750. — *et ripa*. „Males *aut* scriptum; sed satis visum poetae, talem ἀκρίβειαν ut putidam aspernanti, haec semel discreta posuisse v. 750.“ *Wagn.* Cf. etiam X, 708. ibique adnott. — **753.** *fugit refugitque*, ut alibi *fertque refertque*, *itque reditque* et multa similia. Vid. ad IV, 438. VI, 122. infra v. 866. et al. De Accusativo adiecto (*vias*) vid. ad III, 191. et al. — *Umber*, canis ex Umbria; Umbri enim canis praecipua laus in venando. Cf. Silius III, 295. Val. Fl. VI, 420. Sen. Thyest. 497. Sidon. Apoll. VII, 191. et quae Nemes. Cyneg. 281 sqq. canit. Paulo iniquius tamen de iis indicat Gratian. Cyneg. 171.

Haeret hians, iam iamque tenet similisque tenenti
Increpuit malis morsuque elusus inani est.
Tum vero exoritur clamor ripaeque lacusque
Responsant circa et caelum tonat omne tumultu.
Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnis
Nomine quemque vocans notumque efflagitat ensem.
Aeneas mortem contra praesensque minatur
Exitium, si quisquam adeat, terretque trementis
Excisurum urbem minitans et saucius instat.
Quinque orbis explent cursu totidemque retexunt

— **754** sq. Heyn. conferri iubet Apollon. II, 278 sqq., unde hoc comparationis ornamentum petitum, et, qui Maronem imitati sunt, Ovid. Met. I, 533 sqq. et Stat. Theb. V, 165 sqq Praeterea cf. Ovid. Met. VII, 786. et III, 84. — *Haeret hians.* Cf. locus quodammodo similis X, 726. — *iam iamque tenet.* Cf. II, 529. *Illum ardens infesta volnere Pyrrhus Insequitur, iam iamque manu tenet et premit hasta.* — **755.** *Increpuit*, solet increpare. Vid. adnott. ad Geo. I, 49. et Aen. XI, 810 — **756.** *ripae lacusque*, arundo et arbusta circa paludem, de qua vid. v. 745. Conington conferri iubet Hom. Il. XXI, 9. et Lucil. libr. inc. 140. Gerlach. *Resultant aedesque lacusque.* — **757.** Verba *caelum tonat omne tumultu* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 148. Sic supra IX, 541. *caelum tonat omne fragore.* — **758.** *simul fugiens, simul increpat.* Si semel posita appareret vox *simul*, Participio adiecta, hic locus inter eos esset referendus, de quibus ad X, 856. diximus; sic autem Participium pro Verbo finito positum accipiamus necesse est; qua de re vid. ad IX, 488. et al. Thielio enim, qui, sublato Commate post voc. *fugiens, simul* ad solam vim vocabuli augendam iteratum, ideoque hunc locum ab illis non differre censet, ubi semel sit positum, adsentiri non possum. De geminato *simul* vid. V, 675. Respicitur hic locus in Anth. Lat. III, 81, 84. *socios simul increpat omnes.* — **759.** *Nomine quemque vocans* (ut XI, 731.) ex more imperatorum, qui benevolentiam militum sibi comparare student. Thiel. conferri iubet Val. Fl. IV, 648. Claud. in Ruf. II, 368. de laud. Stil. II, 154. Heinsium ad eund. VI. Cons. Hon. 255. et Cortium ad Sall. Cat. 59, 5. Conington autem Hom. Il. XXII, 415. — *notum ensem*, etiam Rutulis, quippe quem iam Turni pater gesserat. Vid. supra v. 90 sq. Ceterum cf. adnott. supra ad v. 414. et VI, 221. — **760** sqq. Cf. Hom. Il. XXII, 205 sq. — **761.** *si quisquam adeat.* Noli putare, *quisquam* hic usurpatum esse in enuntiatione affirmativa; sed significat, non exspectare Aeneam, fore ut quisquam adeat; eademque est ratio aliorum locorum, ubi negativa vis Pronominis primo obtutu latet, ut Nep. Ages. 6, 2. Ter. Eun. Prol. 1 sqq. Cic. Verr. II, 5, 26. al. Cf. quae bene de hac re disputavit Grysar. *Theor. d. latein. Stils* p. 110 sq. atque etiam Madvig. §. 494. 2. 6. — *terret trementes*, i. e. aut: iam trementes magis etiam terret, ut *currentem inpellere* et similia (vid. ad XI, 608.), aut: ita terret, ut tremant, per prolepsin, de qua vid. ad IV, 22. X, 314. et al. Illam tamen rationem praeferendam dixerim propter v. 875., ubi vid. adnott.; quamquam, qui alteram defendere velit, provocare potest ad Ovid. Met. V, 358. *Immissusque dies trepidantes terreat umbras*, ubi vid. Bach. — **762.** *Excisurum urbem.* Cf. II, 637. et adnott. ad V, 785. — *saucius*, i e. etsi saucius. Peerlk., ex eadem causa, qua v. 746. corruptum censet, hic quoque voc. *saucius* ferri non posse ratus, coniicit *nec secius instat.* — **763** *explent cursu*, percurrunt. Cf. Tib. I, 4, 69 *tercentenas erroribus expleat urbes*, ubi vid. Intpp. Similiter Lucr. II, 323. *loca camporum cursu complere*, et Ovid. Fast. II, 223. *discursibus implere vallum.* — *retexunt*, repetunt, recurrunt. Sic Ovid. Met. XV, 249. *Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo*, et Claud. VI. Cons. Hon. 130. *Turpe retexit iter.* Similiter IX, 391. *revolvere iter.* Ceterum cf. locus simillimus V, 583 sq. et Val. Fl. I, 506. *Summe sator, cui nostra dies volventibus annis Tot peragit reficitque*

Huc illuc; neque enim levia aut ludicra petuntur
Praemia, sed Turni de vita et sanguine certant.
Forte sacer Fauno foliis oleaster amaris
Hic steterat, nautis olim venerabile lignum,
Servati ex undis ubi figere dona solebant
Laurenti divo et votas suspendere vestes;
Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant, puro ut possent concurrere campo.
Hic hasta Aeneae stabat, huc impetus illam

---

vias. — „Vss. **764** sq. transfert Homericos notissimos versus Il. XXII, 158—161. — *levia aut ludicra*: qualia erant in certaminibus ac ludis, seu *στεφανῖται* illi essent seu *χρηματῖται*.“ *Heyn.* — **765**. Verba *de vita et sanguine certant* iterantur in Anth. Lat. III, 81, 30. — **766**. *foliis oleaster amaris*, ut Geo. II, 314. „Vim poeticam Maroni propriam in oleastro hoc ornando agnosce: simpliciter declarandus erat locus, quo hasta haerebat. Videtur ea sata quasi esse ex caprifico Homeri Il. XXII, 145. cf. VI, 433. XI, 167. Oleaster fuerat in medio campo, nunc recisus ita, ut imae radices tantum superstites essent, quibus inhaeserat Aeneae hasta paulo ante in Turnum temere emissa v. 711. Iam haec arbor sacra erat Fauno, Laurentum omninoque Latinorum numini, et conspicua appensis naufragorum votis: notus naufragorum mos vel ex Hor. Od. I, 5, 14.“ *Heyn.* De his naufragorum votis cf. Diod. in Anthol. Palat. I. p. 266. et Heindorf. ad Hor. Sat. II, 1, 33., de *Fauno* autem ad VII, 47. (Ecl. VI, 27. al.). — Cerda et Schrader. ad Musaeum p. 330. praetulerunt editt. Aldd. et Servii lectionem *Fauni;* sed iure Heyn. Codd. lectionem retinuit. Cf. etiam Iahn. ad Aen. I, 441. *Peerlk.* de hoc loco sic iudicat: „Et hoc de Fauno et mox colloquium Iovis et Iunonis et alia in toto hoc libro minus elegantia mihi videntur. Fortasse multa sunt spuria. Vergilius ultimum librum sine dubio reliquit maxime imperfectum. Suppleruut Tucca et Varius et alii, ut Aeneidem haberemus ita saltem absolutam, ut legi posset;“ quae non prorsus sunt vera, ut in Diss. de Vergilii vita et carm. docuimus. — **767**. *lignum*, arbor, ut Hor. Od. II, 13, 11. Sat. I, 8, 1. al. — **768**. *figere dona*. Cf. I, 248 *armaque fixit Troïa*. — **769**. *Laurenti divo*. Cur Faunus sic appelletur, vidimus VII, 47. — *votas susp. vestis*, nam etiam vestes, in quibus erant servati, naufragi una cum tabula votiva in templo Neptuni vel alius dei marini solebant suspendere. Cf. Hor. Od. I, 5. extr. (ibique Interpp.), Epigr. Anth. Gr. supra laud. et Heind. ad Hor. Sat. II, 1, 33. Ceterum cf. VI, 18 sq. et adnott. ad Ecl. VII, 24. Aen. I, 248. V, 484. etc. Causam, cur Fauno suspenderint has vestes, Gossr. in eo quaerit, quod pinus, navium materies, ei sacra fuerit (coll. Ovid. Her. V, 137. et Met. 699.), et quod Faunus cum Pane confundi soleat, qui Theocrito V, 12. *ἄκτιος* et Sophocli Ai. 694. *ἁλίπλαγκτος* dicatur. Quod paulo altius repetitum; immo causam Vergilius ipse addit verbis *Laurenti divo*, quia Faunus numen tutelare huius regionis fuit. — **770**. *nullo discrimine* explicatur addito voc. *sacrum;* nullo discrimine facto inter hanc arborem sacram et ceteras diis non sacratas. De masculino autem voc. *stirpis* prima et propria signif. usurpati genere, Maroni non minus quam antea iam Ennio et Pacuvio usitato, vid. supra v. 208. infra v. 781. Geo. II, 379. (ubi hanc rem attigimus), Ruddim. I. p. 35. Neue *Formenl.* I. p. 696. et Grammaticorum locos a Schneidero Gr. Lat. II. 1. p. 125. laudatos, imprimis Charis. I, 15, 85. et Probus de nom. p. 218. — **771**. „*puro campo*, vacuo, non impedito. Sic Gr. *καθαρὸς χῶρος*, ut Il. [VIII, 491. et] XXIII, 61. Cf. Intpp. ad Ovid. Fast. III, 582. [ubi *purus ager*].“ *Heyn.* Vid. etiam Theocr. XXVI. 5. *ἐν καθαρῷ λειμῶνι*, Ovid. Met. III, 709. *Purus ab arboribus, spectabilis undique campus*, Liv. XXIV, 14. *campus purus ac patens*, et Hor. Ep. II, 2, 71. (ubi vid. Schmid.) *purae plateae*. Ceterum cf. supra v. 116 sq. — **772**. *Hac*, in radicibus trunci relictis. — *stabāt*, haerebat. Vid. ad X, 334. — *huc impetus illam*

Detulerat fixam et lenta radice tenebat.
Incubuit voluitque manu convellere ferrum
Dardanides teloque sequi, quem prendere cursu
Non poterat. Tum vero amens formidine Turnus,
„Faune, precor, miserere, inquit, tuque optuma ferrum
Terra tene, colui vestros si semper honores,
Quos contra Aeneadae bello fecere profanos.“
Dixit opemque dei non cassa in vota vocavit.
Namque diu luctans lentoque in stirpe moratus
Viribus haud ullis valuit discludere morsus
Roboris Aeneas. Dum nititur acer et instat,
Rursus in aurigae faciem mutata Metisci

Detulerat. Vid. supra v. 711. Ceterum cf. adnott. ad Ecl. I, 38. al., imprimis ad Aen. V, 521. — 773. *Detulerat fixam*, per prolepsin: ita ut fixa maneret. Cf. adnott. ad Geo. II, 353. (Aen. II, 736 III, 236. IV, 469. al.). A multis Codd. abest *et*, ab aliis *in;* quare Wagn. suspicatur, Vergilium scripsisse *fixam lenta radice tenebat*, ut *oleaster* sit Subiectum sententiae, repetendum ex Particc. *hic* et *huc.* Quae tamen res cum tota pendeat a Codd. auctoritate, Heins. autem de suis Codd. plane sileat, nihil mutavit vir doct., quem etiam Bryce, Haupt. et Ladew. secuti sunt; cum tamen Praep. *in* desit in Med. a m pr., Gud., Bern. II. III., Minoraug. eique in Med. a m. sec. et Pal. substituatur *ab*, nunc cum Ribbeckio, Coningt. et Benoisto eam omisimus. Peerlk., cum radix tantum oleastri supersit, oleaster igitur hastam tenere non possit (?), coni. *fixa hic lenta in radice sedebat.* — 774 sq. „Eadem in hasta Achillis convellenda opera ponitur ab Asteropaeo Il. XXI, 174 sqq.; nunc cum lignum tenax morderet ac retineret hastam, ut diu frustra revelleretur, refertur res ad dei Fauni opem Turno latam.“ *Heyn.* — *convellere.* Cf. III, 24. *viridemque ab humo convellere silvam.* — Cum v. 775. cf. IX, 559. *telo secutus*, XI, 674. *sequitur hasta*, supra v. 354. *iaculo secutus.* — 778. *colui honores*, ut alibi sacra, religiones colere. Conington confert Liv. III, 57., ubi *religiones*, et Cic. Tusc. I, 12, 27., ubi *caerimonias colere* legatur. De hac autem ratione deos invocandi per eiusmodi captationem benevolentiae: *si semper vos colui* cett. Thiel. conferri iubet Ovid. Met. VIII, 350. Tib. III, 4, 13. et Stat. Theb. X, 769. Addere debebat, etiam hic Homerum praeivisse Iliad. I, 39 sq., ubi vid. Heyn. Ceterum verba *colui vestros si semper honores* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 353. — 779. *fecere profanos*, cum excinderent arborem (v. 770 sq.). Cf. Macrob. III, 3, 3. p. 270. Ian, qui docet, *id proprie profanum dici, quod ex religioso vel sacro in hominum usum conversum est.* Hunc versum, qui Heynio tenuis et exilis visus est, satis roboris accipere ex opposito *colui vestros si semper honores,* bene observat Iahn. ad VIII, 677., cui merito adsentitur Wagn. Completur enim hoc versu precandi causa: Faunus et Terra, mihi favete, quos semper colui; nolite opitulari iis, qui vos violarunt. Peerlkampium tamen hunc versum tamquam spurium notare, nemo mirabitur. Pro *bello* pauci quidam Codd. *ferro*, quod idem Peerlk. paulo melius censet. — *cassa in vota.* Vid. ad Geo. I, 387. III, 100. et Aen. II, 85. — 781. *lento in stirpe*, i. q. v. 773. *lenta in radice.* Ceterum vid. supra ad v. 770. — 782. „*discludere morsus roboris*, eiusdem radicis s. trunci, qui ferramentum hastae [forcipis instar] arcte amplexus erat, ut difficile esset ad solvendum. Sic *mordet fibula* [vid. ad I, 169. XII, 274. al.].“ *Heyn.* Ceterum mira hic deprehenditur Codd. varietas. Med. a m. pr. *discurrere*, quam lectionem etiam Gud. commemorat, Bern. II. aliique *divellere*, Ven. *discindere;* quare Ribbeck.: „Coniectando *disrumpere, disiungere, discerpere, distringere, divellere* possis proponere.“ — 783. Verba *Dum nititur acer et instat* repetuntur in Anth. Lat I, 170, 133. — 784. „Facit Iuturna, quod Pallas in Achillis gratiam Iliad.

Procurrit fratrique ensem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci Nymphae indignata licere,
Accessit telumque alta ab radice revellit.
Olli sublimes armis animisque refecti
Hic gladio fidens, hic acer et arduus hasta,
Adsistunt contra certamina Martis anheli.
Iunonem interea Rex omnipotentis Olympi
Adloquitur fulva pugnas de nube tuentem:
„Quae iam finis erit, coniunx? quid denique restat?
Indigetem Aenean scis ipsa et scire fateris

XXII, 267.“ *Heyn.* — ***Rursus mutata*** cett. Cf. supra v. 468 sqq.; *mutata* autem est Med. a m. pr., Bern. II., III., Minoraug. aliorumque Codd. lectio, quos cum Wagn., Bryceo, Ribbeckio et Coningt. secuti sumus. Haupt. vero, Ladew. et Benoist. receperunt Med. a m. sec., Pal. et aliorum Codd. lectionem *conversa*, quae ex v. 623. facile huc transferri potuit. — **787.** Pro ***ab radice revellit*** Diomed. p. 369 praebet *de stirpe revellit*, fortasse versus 781. memoria deceptus. — **788.** ***sublimes*** Heyn. ad corporis statum refert, ut sit i. q. erecti et telis sublatis; rectius autem de animo forti et audaci dictum accipies. Cf. Hor. A. P. 165. Ovid. Fast. I, 301. id. ex Pont. III, 3, 103. all. — ***armis animisque refecti.*** Cf. adnott. ad XI, 291. — **789.** ***Hic - - hic.*** Vid. ad Ecl. IV, 56. — ***arduus hasta.*** Vid. ad VIII, 299. (V, 479 al.) Heyn. *arduus* minus recte ad animum elatum refert, ut sit i. q. audax. — **790.** ***Adsistunt contra certamina***, adsistit contra sui quisque adversarii certamen, i. e. contra suum quisque adversarium. Hanc autem lectionem pro vulg. *certamine* Med., Pal., Rom., Gud., Bern. III. et Serv. (qui adnotat: „alii *certamine* legunt) secuti cum Hauptio, Ribbeckio, Ladew., Wagn. (in recent. edit.) et Benoisto nunc recepimus. Bryce et Conington *certamine* retinuerunt. — ***Certamina Martis.*** Conington comparat ἔριδα Ἄρηος ap. Hom. Il. V, 861. — Wagn. ***Martis anheli*** recte videtur explicare „pugnae, quae anhelare facit;“ neque aliter Bryce et Benoist.; Conington vero *anheli* est Nom. Plur., quod vix cum v. 788 potest conciliari. Peerlk. coniicit *Ads. contra et certamina Martis anhelant*, malit tamen Vergilium scripsisse *Ads. contra cursus certamine anheli*, i. e. contra adsistunt, etiam anheli, hic fugiendo, ille sequendo. — **791** sqq. „Novo invento poeta nos, cum iam pugnam Turni et Aeneae instaurari exspectamus, avocat, et animos suspensos tenet deorum consiliis interpositis: quo fere modo Odyssea ad finem properat XXIV, 471 sqq. Iupiter cum Iunone, Troianis infesta, ita transigit, ut Troiae memoria damnata sit, Troiani autem cum Aenea tutas in Latio sedes habeant.“ *Heyn.* Cf. cum h. l. Ovid. Met. XIV, 581 sqq. — ***omnipotentis Olympi.*** Vid. ad X, 1. *Rex omnipotentis Olympi* etiam in Anth. Lat. I, 14, 32. legitur. — **792.** ***pugnas de nube tuentem.*** Cf. supra IX, 639., ubi *Apollo - - acies urbemque videbat Nube sedens*, quem locum una cum Hom. Il. XIV, 153. Conington comparat, qui etiam ***fulvam nubem*** Pindari Ol. VII, 49. ξανθὰν νεφέλαν esse memorat. — **793.** ***Quae iam finis erit?*** Vid. ad III, 145. et V, 384. Respondet his verbis v. 796., ut sequentibus v. 797 sqq. — ***quid denique restat***, scil. quod tu facias, ut Aeneae noceas eique impedimenta obiicias, insidias struas. Ceterum cf. II, 70. *quid iam misero mihi denique restat?* Verba *quid denique restat?* etiam in Anth. Lat. I, 178, 409. et 459. repetuntur. — **794** sq. „Fatale esse, ut Aeneas deus Indiges, ἐγχώριος, sit, scis ipsa. Cf. VII, 313. Nota loca Liv. I, 2. fin. Tibull. II, 5, 45 sqq.“ *Heyn.* Adde Ovid. l. l. v. 608. et cf. de Aenea divino honore culto Dissen. ad Tib. l. c. (qui laudat Niebuhr. *Röm. Gesch.* T. I. p. 207.) Spangenb. de vet. Latii religg. p. 72. et Schwegler *Röm. Gesch.* I. p. 328. — ***Indigetem.*** Vid. ad Geo. I, 498. De etymologia huius vocis cf. Corssen de pron. I. p. 255. ed. 2 (et *Nachtr. z. Lat. Formenl.* p. 254.) et Preller *Röm. Myth.* p. 81., quos laudat Conington, accurate de h. l. disputans. —

Deberi caelo fatisque ad sidera tolli.
Quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus haeres?
Mortalin' decuit violari volnere divum?
Aut ensem — quid enim sine te Iuturna valeret? —
Ereptum reddi Turno et vim crescere victis?
Desine iam tandem precibusque inflectere nostris,
Nec te tantus edat tacitam dolor et mihi curae

---

795. *Deberi caelo.* Cf. Geo. IV, 325. Conington adnotat, *deberi* etiam VI, 713. cum *fato* coniungi. — *fatis ad sidera tolli*, ex Enniano illo vorsu Ann. I. fr. 47. p. 12. Vahl. (p. 34. Hessel.) *Unus erit, quem tu tolles in caerula caeli Templa*, quem iteravit Ovidius Met. l. l. v. 814. Cf. adnott. ad Aen. I, 259. Geo. IV, 425. etc. — *Quid struis?* ut IV, 271. in loco huic simillimo. — 797. *Mortaline volnere*, i. e. a mortali illato, ut sensus sit: decuitne tuo consilio fieri, ut deus futurus vulneraretur a mortali? Vid. supra ad v. 740. Heyn., temere haerens in his verbis, quaerit: „Quid tandem in eo mirum, si Aeneas, futurus deus, nunc tamen homo, a mortali telo petebatur, cum is in media pugna versaretur? cum Turno congrederetur?“ ideoque aut *mortali vulnere* prorsus nova ratione dictum putat pro *letali vulnere* (cui explicationi iure adversatur Burm. ad Lucani l. l.); aut recipiendam esse alteram lectionem *Mortalem* (quam Benedictus, auctor. ed. Flor. a. 1520., in vetustis et fide dignis Codd. inveniri testatur) hoc sensu: „An decuit mortalem vulnerari a numine? dum Iunonis fraude per Iuturnam illatum est vulnus Aeneae v. 319., etsi ibi nulla suspicio iniecta est de auctore teli emissi.“ Sed rectissime Wagn. vulgarem lectionem et interpretationem tuetur, cum sane indignum fuerit, quod dolo Iunonis, Aenean divinitatis consortem futurum non ignorantis, factum esset, ut is a mortali vulneraretur; quare poeta aptissime fecerit Iovem sic loquentem: „Cum ipsa scias et fatearis, esse in fatis, ut Aeneas in deorum numerum recipiatur, non decuit subornari a te mortalem, a quo ille, deus futurus, vulneraretur. Conington conferri iubet Eur. Orest. 271. *Βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί*; et supra X, 30. ubi Venus: *Et tua progenies mortalia demoror arma.* — *violari volnere.* Cf. XI, 277. *Veneris violavi volnere dextram.* Peerlk. scribendum esse putat *Hunc talem decuit* etc., de coniunctione verborum *hic talis* conferri iubens Ter. Enn. I, 2, 81. Sall. Iug. 10. et Cort. ad eiusd. c. 31. — *divum.* Vid. supra ad v. 139. adnott. — 799. *Ereptum*, vi quadam fati. Cum nemo Turno ensem eripuerit, sed is ipse secundum v. 736. *patrium mucronem reliquerit*, Peerlk. hunc locum corruptum censet et paulo audacius suspicatur, Vergilium fortasse scripsisse *Restitui patrium Turno.* Sed etiam ut mucronem relinqueret, fati erat voluntas, quare Iupiter recte dicere potest *ensem* (fato) ei *ereptum* esse. Gentius tamen p. 63. coniicit *expertum.* — *victis* pro victo positum censet Heyn.; rectius tamen Wagn. coll. Aeschyl. Prom. 67. et exemplis a Gatakero Opp. p. 351. congestis docet, Pluralem saepe ad unum ita referri, ut indicetur, qualis is sit, s. qua versetur in conditione; ut igitur *victis* sit i. q. ei, qui pro victo iam habendus, nostrum *einem Besiegten*, *victo* autem *dem Besiegten.* Cogitatur nimirum simul de toto illo hominum genere, ad quod is, de quo sermo est, pertinet. Cf. etiam infra v. 876. et 947. cum adnott. ad Ecl. III, 7. Verba *vim crescere victis* repetuntur in Anth. Lat. I, 45, 7. Cf. II, 452. *vim addere victis.* — 800. *inflectere*, *lass dich bewegen.* Cf. adnott. ad III, 405. et II, 707. Ceterum verba *Desine iam tandem* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 100., sequentia autem *precibusque inflectere nostris* ibid. v. 194. — 801. *Nec te tantus edat dolor.* Cf. adnott. ad Aen. IV, 66. et V, 785. Vid. etiam, quae de Part. *nec* Imperativum vel Coniunctivum affirmativum sequente disseruerunt Hand. Turs. IV. p. 118 sqq. Obbar. in Exc. ad Hor. Ep. I, 11, 23. p. 122. Ochsner. ad Ovid. Met. IX, 698. T. II. p. 549. ed. Bach. Zumpt. ad Cic. Verr. III, 6, 14. p. 439. alii. Ex Vergilio huc pertinent Ecl. VIII, 102. Geo. III, 96. — Ecl. VIII, 89. Aen IV, 618. XI, 353. etc. Cf. etiam adnott. ad Ecl. II, 34. Hanc autem vulg. lectionem, quam etiam

Saepe tuo dulci tristes ex ore recursent.
Ventum ad supremum est. Terris agitare vel undis
Troianos potuisti, infandum accendere bellum,
Deformare domum et luctu miscere hymenaeos:
Ulterius temptare veto." Sic Iuppiter orsus;
Sic dea submisso contra Saturnia voltu:
„Ista quidem quia nota mihi tua, magne, voluntas,
Iuppiter, et Turnum et terras invita rcliqui;

---

testatur Schol. Hor. Epod. III, 3. nobiscnm servarnnt Bryce, Hanpt., Wagn., Ladew. et Benoist., dum Conington cum Med., Pal. a m. sec. et Gud. scribit *Ne*, Ribbeck. vero cum Pal. a m. pr. et Diomedis p. 358. Codd. *Ni*, vss. 801. et 802. post v. 832. transponens. (Vid. infra.) — *tacitam*, i. e. tacite tecnm cogitautem, meditantem (nostrum *still für sich brütend*). Cf. *tacitos dolores* ap. Ovid. Fast. III, 489., *tacitam iram* ap. Val. Fl. V, 567., *tacitum sinum* ap. Prop. II, 25, 30. Broukh. ad Tib. IV, 13, 8. et Thiel. ad h. l. — *et* post *nec* ipsum vim negativam acquirit, nt sensus sit: nec toties repetitis querelis me fatiges. Cf. adnott. ad IV, 236., nbi etiam addi possunt, quae de Particulis *neque — et* (*οὔτε — τε*) sibi respondentibns disputarunt Goerenz. ad Cic. Legg. 1, 15, 42. Frotscher. ad Quinct. Inst. X, 1. p. 9. Knebner. ad Cic. Tnsc. I, 4, 7. Obbar. in Seebodii Bibl. Crit. 1829. ch. 122. Herzog. ad Sall. Cat. 51, 38. Kritz. ad Sall. Iug. I, 5. Hand. Turs. IV. p. 133 sq. et quos hic laudat. Quare nec Heinsii et Bothii coniectura opus est *ut mihi*, uec Dorvill. lectione *ne mihi*. Iahn. quidem, reiecta hac interpretatione, *nec* per *et ne*, *et* autem per *sed* explicans, „Sunt, inqnit, haec verba Iovis blandientis et Iuuonem ad loqnendum excitare studentis;" sed recte Wagn. opponit, vix probabile esse, ut statnamus, „rogasse hoc Iovem ab uxore, litigiosa quippe et ultro saepe aures mariti obtundente querelis et obiurgationibus;" *tacitam* antem aptissimum esse huius deae ingenio, quae soleat perpetuis cnris vexari nec, qnam semel conceperit, Iram facile depouere; ideoque etiam pro more talium hominnm non semper evomere iram, sed multum tacita carpi aegritndine. Sensus igitur est: depoue omnem iram sive occultam et devoratam, sive apertam et qnerelis levatam. — **802.** *recursent*, itorentur. Vid. I, 662. Peerlk. malit *Cur te tantus edat t. d.; aut mihi curae.* Iam vidimns, Ribbeckium v. 801. et 802. post v. 832. transposuisse, *nec* ex Pal. a m. pr. in *ni* et *edat* ex eod. Cod. et Gnd. a m. pr., Diomed. p. 358. et Schol. Hor. Epod. III, 3. in *edit* mutato; et sane his lectionibus receptis nihil alind restabat, uisi talis transpositio; quae tamen, quamvis etiam in Med., Pal. a m. sec. et Gnd. uon *nec*, sed *ne* legatur, non nccessaria vidctur, cnm *nec* ante *te* facile iu *ne* transire potuerit, quare uemo posteriornm editorum Ribbeckinm secutus est. Cf. etiam Ladew. in Append. p. 271. — **803.** *Terris agitare vel undis*, tempestate immissa. Vid. I, 73 sqq. Qnod attinet ad verbum *ogitare*, cf. supra VI, 68. — **804.** *infandum accendere bellum*, Alectus ope. Vid. VII, 286 sq., imprimis v. 315 sqq. Ceterum sic etiam Lncr. I, 476. scripsit: *Clara accendisset saevi certamina belli.* — *infandum*, ntpote foedere rupto et inter cognatos gestum. — „V. **805.** ad Laviuiae uuptias cum Aenea pactas et Iunonis artibus turbatas spectat. *Deformare domum*, sc. lnctu, maxime ex Amatae suspendio [vid. supra v. 603.], quocum sqnalor ac deformitas coniuncta. *Deformem dolorem* Lucanus dixit VIII, 81. et *deformis aegrimonia* ex Horatio [Epod. XIII, 18.] nota." *Heyn.* — *hymenaeos*, Aencae et Laviniae. Vid. ad I, 651. — Verba *et luctu miscere hymenaeos* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 357. et 442. Ceterum cf. Aen. II, 487. *At domus interior gemitu miseroque tumultu Miscetur.* — **807.** *submisso voltu.* Cf. X, 611. — V. **808** sq. spectare ad locum IX, 802 sqq., nbi Iris a Iove missa Innonem vetat pugnae Interesse, iam Heyn. observavit. Maxime autem obedientem marito se fingit callida Iuno, nt eo certius, qnae sibi petat, assequatur. —

Nec tu me aëria solam nunc sede videres
Digna indigna pati, sed flammis cincta sub ipsa
Starem acie traheremque inimica in proelia Teucros.
Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri
Suasi et pro vita maiora audere probavi;
Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum;
Adiuro Stygii caput inplacabile fontis,

---

810. *Nec tu- -videres*, scil. nisi haec ita se haberent et voluntas tua mihi esset ignota. Cf. etiam infra v. 879. et adnott. ad Geo. III, 562. — 811. *digna indigna pati.* Cf. Plaut. Asin. I, 3, 94. *Dignos indignos adire* et vid. adnott. ad IX, 595. IV, 190. al. Adde etiam Intpp. ad Liv. XXIV, 16, 9. — „*flammis cincta* ad terrorem dictum puto, ut flamma in Troianos saeviat, uti quis ferro ignique grassari dicitur; nisi nube ignea circumdata in pugnam prodire voluisse dixeris, quod an usu poetarum probetur, haud novi." *Heyn.* Wagn. cogitat de dea Bellonae instar (cui Silius V, 221. et Stat. Theb. IV, 5. facem tribuant) utraque manu facibus armata (vid. ad X, 131.); quamquam etiam haec adiicit: „Nisi forte ipsi dii toto corpore ardere veteribus interdum visi sunt, quod colligas e Silio XII, 727. *Mirantem superum vultus et flammea membra;*" atque etiam Ladew. explicat: „*in eine Feuerwolke eingehüllt,*" neque aliter Benoist. et Coningt., qui coll. II, 616. de nimbo cogitat. Thiel. autem *flammas* ad arma splendida referre videtur. Equidem, cum proelia et incendia notiones sint maxime cognatae, *flammas* de ardore pugnae intelligendas puto, ut *flammis cincta* sit: medio in proelii concursu, oppositum antecedenti *solam aëria sede;* quemadmodum v. c. Cic. ad Fam. XVI, 11. *fiebat, ut, dum minus periculi videretur, abessem, in flammam ipsam* (sc. belli) *venirem* cett. Quae simplex ratio cui non placuerit, is per me alteram Wagneri explicationem praeferat. Bryce tamen meam explicationem unice veram indicat. — *sub ipsa Starem acie* lectio est plurimorum Codd., quam, Iahnio suasore, Wagn. iure restituit. Vulgo *sub ipsam St. aciem*, quod Heins. recepit ex Med. et aliis; sed cum in Med. scriptum sit *sub ipsam Stare aciem*, non temere Wagn. suspicatur, literam *m*, quae verbo adiungenda erat, ab oscitante librario perperam nominibus esse adiectam: omninoque sonum vicinorum verborum *Starem, traherem* corrumpendis proximis vocc. locum dedisse. Et *Stare sub aciem* nescio an idem Vir doct. iure soloecum censeat, cum Vergilius Praepositioni *sub* quartum Casum tum tantum adiungere soleat, ubi motus aliquis significetur (ut II, 442. 460. IV, 494. V, 853. VIII, 24. 538. IX, 502. al.), sextum autem, ubi quies locum habeat (ut VI, 342. et al.). Si tamen Wagn. idem discrimen etiam alios bonos scriptores constanter servare contendit, ita ut loci quidam adversantes, qui nondum emendati sint bonorum Codd. auctoritate, manum emendatricem etiamnum exspectent (v. c. Tac. Hist. V, 11., ubi pro *Iudaei sub ipsos muros struxere aciem* legendum sit *sub ipso muro*), equidem me adsentiri non posse fateor, cum eiusmodi dicendi formulae, qualis est *in potestatem esse* et similes, ubi motus praegressi et quietes secutae notio in unam coalescunt (vid. ad Geo. II, 243.) hac in re diiudicanda nos cautiores esse iubeant. — — *inimica in proelia*, ut supra v. 716. — V. 813 sq. respiciunt v. 138. et 152. Servius ad Aen. X, 4. cum verbis *Iuturnam succurrere Suasi* comparat Ennii vorba *Quis te persuasit?* (inc. libr. fr. 4. p. 175. Vahl.). Distinguendum tamen est inter locos, ubi verbis *suadere* et *persuadere* Accus. cum Infin. (ut hic, ap. Ter. Heo. III, 5, 31., Appulei. Met. V, 11. p. 342. Oud. al.), et ubi simplex Accus. personae adiicitur (ut ap. Cic. de prov. cons. 17, 42. Petron. 62. 64. Appulei. Met. IX, 25. p. 642. Oud. Tertull. de hab. mul. 1. alibi). — 815. „Elegantiam formulae *non tamen ut* exemplis illustravit Heinsius ad Ovid. Her. V, 83." *Peerlk.* Simulate excusat se Iuno apud Iovem eius vituperationem v. 797. prolatam respiciens. — 816. *Adiuro.* De hoc verbo, quod raro cum simplici Accus. personae

Una superstitio superis quae reddita divis.
Et nunc cedo equidem pugnasque exosa relinquo.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum:
Cum iam conubiis pacem felicibus, esto,
Conponent, cum iam leges et foedera iungent,
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos
Neu Troas fieri iubeas Teucrosque vocari
Aut vocem mutare viros aut vertere vestem.
Sit Latium, sint Albani per saecula reges,

---

construitur, per quam iuratur (ut ap. Catull. LXVI (LXIV), 40. *adiuro teque tuumque caput*), Peerlk. conferri iubet eundem Heinsium ad Ovid. Her. XX, 159. — *caput Stygii fontis* pro simplici Styge. Ceterum vid. VI, 323 sq. X, 113. al. et cf. Hom. Il. XV, 37. *Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.* — *inplacabile*, sc. periurio facto. — V. **817**. citat Lactant. Inst. I, 11. — **818**. „*una*, h. e. quae maxima iurisiurandi inter deos est religio; obstringo me iureiurando sanctissimo.“ *Heyn.* — *superstitio* pro religione, quam habet iusiurandum, et metu inde prodeunte. Gossr. memorat, sic etiam *religionem* saepius dici de eo, ex quo religio oriatur, ut ap. Cic. pr. Rosc. Am. 29. *magnam religionem possidet paternus maternusque sanguis* et ap. Plin. XI, 45. *Diana loco mutato religionem non amisit.* — *reddita*, data, constituta. Cf. tamen adnott. ad III, 333. — **819**. *Illud te - - obtestor.* De obtestandi verbo cum duplici Accus. constructo Conington conferri iubet Cic. pro Quint. 30. *Ut te atque eos, qui in consilio sunt, obsecret obtesteturque nihil aliud* etc. — *lege tenetur*, quod vel iubetur, vel vetatur lege. Plane eadem ratione Ovid. Met. X, 203. *Quod quoniam fatali lege tenemur* (i. e. vetamur), ubi vid. Heins. Cf. etiam adnott. ad Aen. II, 159. Peerlk. malit *teneris*, ut *quod teneris* positum sit pro: in quo, in qua re lex fati te constrictum non tenet. Ceterum verba *fati quod lege tenetur* iterantur in Anth. Lat. I, 178, 75. — **820**. *pro maiestate tuorum.* „Respicit ad Saturnum, qui in Italia quandoque regnaverat; inde ait *tuorum;* nam et Latinus inde originem ducit: VII, 48 sqq.“ *Serv.* — **821**. *conubiis.* Vid. ad I, 73. et al. — **822**. *Conponent pacem*, ut X, 15. (ubi vid adnott.) *conponere foedus.* — *leges et foedera*, ἓν διὰ δυοῖν pro: foedera legibus s. conditionibus quibusdam inita. Cf. XI, 322. *foederis leges.* — **823** Heyn. adnotat, argute poetam rem postea vere factam contra vulgarem rerum humanarum ordinem et naturam ad deorum voluntatem retulisse; cum verendum esset, ne gens Latinorum victa in nomen victorum cederet, et linguam, vestitum aliosque mores eorum assumeret. Wagn. vero addit: „Ea re declarat poeta, quare in his rebus omnibus (quod sane mirabile videri debebat) nullum vestigium Troianae originis restet apud Romanos.“ Laudant Intpp. Sall. Iug. 21. (18, 12.) *Victi omnes in gentem nomenque imperantium concessere.* Conington paulo diversas Dion. Hal. I, 60. et Livii I, 2. sententias de Latinorum nomine conferri iubet. — **825**. *Aut vocem mutare.* Vid. ad IV, 339. Ceterum cf. infra v. 834. — *vestem* ex Med. et quinque aliis libris Wagn. (quem posteriores praeter Bryceum omnes secuti sunt) restituit loco vulg. *vestes;* cum Pluralis huius voc. apud Vergilium semper aut plura quaedam vestimenta (ut Aen. III, 483. VII, 349. XII, 769. VI, 221. al.), aut stragulae vestis quandam copiam significet (ut Geo. II, 464. Aen. I, 639. IV, 648. V, 112. al.); ubi autem de universo vestitu cultuque sermo sit, poeta constanter Singulari utatur (ut VII, 167. et VIII, 723.). — **826** „Sint Romani potentes, sed tamquam Itali, non tamquam Troiani; ut Italorum virtutem referre videantur, non Troianorum.“ *Heyn.* Cf. etiam imitationem huius loci ap. Hor. Od. III, 3, 30 sqq. et

Sit Romana potens Itala virtute propago;
Occidit occideritque sinas cum nomine Troia."
Olli subridens hominum rerumque repertor:
„Es germana Iovis Saturnique altera proles:
Irarum tantos volvis sub pectore fluctus!
Verum age et inceptum frustra submitte furorem:
Do, quod vis, et me victusque volensque remitto.
Sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt,

---

supra VI, 870. *Nimium vobis Romana propago Visa potens.* — *per saecula*, et tria quidem secundum Aen. I, 272. et Iustin. XLIII, 1. extr. Conington conferri iubet Mommsen. *Röm. Chronologie* p. 155 sqq. — 828. Pro *sinas* alii Codd. *sidas, sine, licet*, quare iam Heins. coniecit *occiderit, si das;* Peerlk. antem verum putat *occideritque suo cum nomine* vel *ipso cum nomine.* — 829. Verba *hominum rerumque repertor* repetuntur in Anth. Lat. I, 14, 1. — *repertor.* Vid. ad VII, 772. — V. 830. vulgarem lectionem *Et germana* cett. Heyn. (cui adsentiuntur Süpflius, multis contra Wagn. et memet ipsum disputans, et Peerlk.) sic explicat: „Tu, cum sis germana Iovis soror, tantas iras in mortales exercere potes?" comparans etiam I, 11. *tantaene animis caelestibus irae?* Sic igitur Copula esset mirantis et reprehendentis, ut etiam nos: *Und du, Iupiters leibliche Schwester* etc. Sed haec ipsa lectio mero operarum errore in Heinsii editionem videtur irrepsisse, unde in reliquas illa recentiores transiit. Codd., quantum scimus, omnes et antiquiores editt. exhibent *Es germana* cett., quod Wagn. iure restituit mutata interpunctione (vulgo enim post *proles* Commate, post *fluctus* autem signo interrogandi distinguunt) optime explicuit, ut voc. *tantos* explicandi vim habeat, quemadmodum Geo. I, 449. Aen. V, 404. 802. IX, 131. XI, 548. Catull. III, 15. et in locis Graecorum scriptorum ab Elmsleio congestis in *Edinburgh Review* 1810. Nr. XXXIII, p. 240 sq. (vid. etiam adnott. ad Ecl. I, 12. et Aen. V, 404.) et haec sit sententia: „Agnosco Iovis germanam Saturnique alteram prolem, nam maximos irarum fluctus volvis; sive: Probas te Iovis germanam Saturnique prolem, quod tantos irarum volvis fluctus; quippe uterque, et Saturnus et Iupiter, saevus et iracundus." Cui quidem lectioni et explicationi multo melius convenire antecedens *subridens,* quam vulgari (ex qua Iupiter mirabundus fere obiurgaret Iunonem, quod, quamvis ipsius germana soror, tam iracunda esset, ac si ipse esset lenissimus et mansuetissimus), quisque videt. Gossr., in ipsa quidem lectione recipienda nos secutus, aliter tamen locum explicat, ut sensus sit: „Tu frueris post Iovem summo honore et potentia, et tamen tantopere potes irasci," quae ratio mihi minus probanda videtur. Ceteri recentiores nobiscum consentiunt; (nam etiam in Brycei edit. contextum invito auctore exhibere *Et - - - fluctus?* ex eius adnot. apparet). — De ellipsi voc. *soror* cf. quae de simili voc. *uxoris* omissione diximus ad III, 319. — *Saturni altera proles*, quia Iupiter ipse erat proles Saturni. De tempore enim partus cogitare et per se ineptum esset, et adversaretur veterum fabulis, ex quibus Iuno ipsa Saturnum prima parentem fecit. Cf. Hom. Il. IV, 59. et Ovid. Fast. VI, 29 sq. — 831. *tantos.* Cf. adnott. ad V, 404. — *irarum fluctus.* Vid. ad IV, 532. et VIII, 19., ubi adde Lucr. III, 299. (leones) *Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.* — 832. *Verum age.* Vid. ad XI, 587. Probus Inst. I, 9, 7. exhibet *Quare age*, ut VII, 429. — *inceptum*, conceptum. *furorem* et iram *submitte*, depone. Sic alibi *submittere animum* (Cic. ad Fam. XI, 3. Liv. VI, 34, 3. XXIII, 25, 3.) et similia. Verba *submitte furorem* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 144. et sequentia *Do, quod vis* ibid. I, 147, 36. — 833. „*me remitto* dictum ut: remittere animum ab ira. Remittit se, qui mollescit ideoque concedit, nec amplius contendit." *Heyn.* Conington, qui explicat: „*I give myself up,*" confert Cic. ad Att. X, 16. *cui quidem ego non modo placabilem me praebuissem, sed totum remisissem.* — 834. *Ausonii.* Vid. ad XI, 253.

Utque est, nomen erit; commixti corpore tantum
Subsident Teucri. Morem ritusque sacrorum
Adiciam faciamque omnis uno ore Latinos.
Hinc genus Ausonio mixtum quod sanguine surget,
Supra homines, supra ire deos pietate videbis
Nec gens ulla tuos aeque celebrabit honores."
Adnuit his Iuno et mentem laetata retorsit.

— Ceterum *Peerlk.* haec adnotat: „Iuno supra [v. 825.] rogaverat, ne viri *vocem mutarent* aut *vestem verterent.* Iupiter melius respondisset: *vestemque tenebunt.*" Sed *mores* etiam vestitum complectuntur; et decet Iovem plura etiam promittere, quam Iuno rogaverat. — **835** sq. „Nunc *tantum* hoc fiet: permixti cum Ausonibus, h. e. Latinis, Troiani comprehendentur, latebunt sub Latinorum nomine. [Nihil aliud, nisi hoc, concedam Teucris, ut - - subsidant.] *Corpus* de universo populo, civitate, imperio dici, satis illustratum dedit Heins. ad h. l. [vid. ad XI, 313.]. Itaque sunt h. l. Teucri commixti cum toto populo Latinorum. [Aliter tamen Conington, qui arcte cohaerere censet *corpore tantum* et interpretatur: „*the Trojans mingled with the Latins in body only, not in name, shall hold the lowest place.*"] — **836**. *subsident* ornate dictum de iis, quae in commixtione infimum locum occupant [cf. praeter alios Bach. et Dissen. ad Tib. IV, 1, 19. et supra V, 498.]; nunc eminente Latinorum nomine obscurabitur nomen Teucrorum." *Heyn.* Eodem fere redit Ladewigii adnot., qui verbo *subsidere* parvum Teucrorum numerum cum Latinorum numero comparatum indicari putat. Wagn. arcte cohaerere censet verba *Subsident Teucri* et *faciamque omnis* cett., ut reliqua *Morem - - Adiiciam* sint *παρένθετα;* idemque v. 837. pro *Adiiciam* Vergilium scripsisse suspicatur *Adiicient* (quod etiam Peerlkampio dudum in mentem venerat), quamquam de toto loco sibi nondum liquere confitetur. Mihi nulla difficultas inesse videtur. Iupiter significat, se effecturum, ut intima commixtione uterque populus in unum coëat, una lingua, iisdem legibus, moribus et institutis utentem. Ad eiusmodi autem unitatem populi pertinet etiam communis deorum cultus, in quo cum homines opinionum suarum et rituum tenacissimi esse soleant, hunc se ipsum instituturum esse dicit, quo efficiat, ut uterque populus, servatis suis sacris, etiam alterius deos et sacra accipiat, ut, non violata utriusque gentis concordia, cum ipsis populis etiam sacra eorum in unum coalescant. Cum autem hoc unum sit, ubi Latini a Troianis victoribus aliquid recipere debeant, opus est, ut hoc certis verbis, etsi quam lenissime, Iupiter indicet, sic suo nomine sanciens, quae supra v. 192. Aeneas se facturum significaverat. Conington coll. Prelleri *Röm. Mythol.* p. 536 548. imprimis de cultu Penatium Troianorum cogitat. Sic autem si locum capimus, non opus est, ut ex Peerlkampii coniectura verba sic transponamus *commixti corpore Teucri Subsident; tantum morem ritusque sacrorum Adiicient.* — *faciam uno ore Latinos*, uno eodemque sermone Latino utentes, *ὁμογλώσσους*. — **838**. Recte Wagn. sustulit Comma vulgo post *genus* positum, cum verba sic cohaereant: *quod hinc surget genus.* — *genus Ausonio mixtum sanguine.* Cf. adnott. ad VI, 727. — **839**. „*supra ire deos pietate*, h. e. iusti rectique religiosa observantia, per pietatem declarari solita, etiam in diis. Etsi vel sic *ire supra deos*, deos superare, non est urgendum: significat tantum praestantiam summam in hoc genere." Haec fere *Heyn.*, cui recte adsentitur Wagn., provocans ad Catull. LI, 1 sqq. et Silium I, 611. VI, 123. 416. XIII, 722. *Supra homines, supra deos*, i. e. omnino supra omnes. Cf. etiam XI, 509 sq. — **840**. De Iunone Regina Romae sanctissime culta, cuius templum in Aventino situm Augustus restauravit (Liv. V, 21 sq. et Monum. Ancyr. IV. c. 19. Momms.), quo hic poetam alludere censet Conington, vid. Ovid. Fast. VI, 51 sqq. Liv. l. l. et XXII, 1. alios et cf. Aen. I, 46. — **841**. *mentem retorsit* Heyn. recte interpretatur per: inflexit, mutavit, comparans Homericum *μεταστρέφειν νοῦν* (Il. XV, 52. et al.). — *laetata*, quod, cum

Interea excedit caelo nubemque relinquit.
His actis aliud Genitor secum ipse volutat
Iuturnamque parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminae pestes cognomine Dirae,
Quas et Tartaream Nox intempesta Megaeram
Uno eodemque tulit partu paribusque revinxit

vincat Aeneas, Latinum tamen regnum maneat. Intelligens igitur Iuno errorem suum, quae Troianos regnum Latinorum eversuros sibique debitum honorem recusaturos putaverat, iam Aeneae propitia redditur Turnumque iuvare desistit. Schrader. temere coni. *voltum laetata retorsit*, et Heyn. videtur malle *mentem laetata retorsit Lumina et exc. caelo.* Ceterum cf. Ovid. Met. XIV, 592. *Adsensere dei; nec coniunx regia vultus Inmotos tenuit, placataque adnuit ore.* — V. **842**. ex Heyn. iudicio melius abesset; sed tuentur eum v. 792. et 810. Particulam *Interea*, in qua Heyn. videtur haesisse, Wagn. duplici modo capi posse docet, aut sic: idque dum fit, excidit simul caelo: aut ut valeat fere i. q. *tamen*, nostrum *indess, doch*, et sensus sit: „adnuit Iuno; relinquit tamen caelum, ne scilicet Turnum occumbentem videat." Mihi prior ratio visa est praeferenda: dum ita placata est Iovis verbis, caelo excedit; (eamque solam repetit Wagn. in min. edit. et ceteri recentiores editores sequuntur). — „*excedit caelo*. Quo igitur illa abiit, si caelo excessit dea? Erit caelum h. l. de ipsa nube accipiendum, unde illa spectabat pugnam, aethere pendens. Cf. v. 792. 796. 810. Ex aëre igitur [s. exteriore caeli spatio] illa abit ad suum θάλαμον, quod Hom. Il. XIV, 166 sqq. memoravit." *Heyn.* — *relinquit* ex plurimis et optimis Codd. cum Iahn. et Wagn. (quos etiam Süpfl., Gossr. et posteriores omnes excepto Bryceo sequuntur) restituimus pro vulg. *reliquit*, quod ferri non potest, cum *caelo excedere* et *nubem relinquere* verbis tantum, non re differre modo viderimus. Idem iam Wagn. perspexit. Peerlk. coniicit - - *retorsit Interea, et caelo excedit nubemque reliquit*, quamquam totum locum non eleganter elaboratum censet. — **843** sqq. „Educenda adhuc erat acie dea Iuturna. Ingeniose novum rei expediendae modum excogitavit Vergilius. Nam IX, 803 sq. Homeri exemplo in simili loco Irin miserat ad avocandam deam; nunc res erat varianda. Ut igitur Iuturna a fratre discederet, manifesto mortis instantis omine terretur." *Heyn.* — *His actis*, cum Iupiter Iunonis mentem ita commutasset. — *secum ipse volutat*. Vid. adnott. ad VI, 185. — **844**. *dimittere*, abstrahere, avertere, facere, ut desinat fratri pugnanti adesse. — **845**. Vergilius auctores nobis incognitos secutus, *Diras*, i. e. Furias (vid. ad VII, 324.), quarum sedes alibi est in Tartaro, vel certe in aditu inferorum (vid. VI, 280.), in caelum transfert, ita ut in Iovis vestibulo excubent; sed cum apertum sit, duas hic Furias (*geminas pestes*) a tertia, *Tartarea Megaera*, distingui, prorsus adsentior Wagnero, cui poeta, veterem aliquam secutus fabulam, hoc dicere videtur: ex tribus istis sororibus duas apparere ad Iovis solium, tertiam, Megaeram, in Tartaro habitare. Eadem est Brycei, Ladew. et Benoisti sententia, cui tamen adversatur Conington, *Tartaream* etiam hic nihil aliud, nisi commune Furiarum epitheton esse statuens. De epitheto *Tartareus* vid. ad VII, 328. — *geminae pestes* (vid. ad Geo. I, 181. et Aen. III, 215. XI, 792.) sunt igitur Alecto et Tisiphone. Et illam quidem iam supra VII, 505. *pestem* dici vidimus. Thiel. conferri iubet Burm. ad Ovid. Met. IX, 197. et ad Val. Fl. II, 498. itemque Drak. ad Silium III, 38. — *cognomine* pro nomine. Vid. ad III, 702 Recte tamen Wagn. videtur adnotare: „*cognomine*, nomine ex re nato ipsisque conveniente; apud probatos enim scriptores cognomen semper significat nomen aliquo modo adscitum." — **846**. *Quas Nox - - tulit partu*. Vid. ad VII, 331. De epitheto *intempestiva* vid. ad Geo. I, 247. et Aen. III, 587. — **847**. *Uno eodemque*, ut X, 487. *Una eademque via*, ap. Ennium Ann. VI. fr. 13. p. 33. Vahl. *Eorundem*, ap. Lucr. I, 307. *eaedem* etc. per synaeresin. — *revincit*. Cf. IV, 459. — *paribus serpentem spiris*, i. e. pariter, omnes eodem

Serpentum spiris ventosasque addidit alas.
Hae Iovis ad solium saevique in limine regis
Adparent acuuntque metum mortalibus aegris,
Si quando letum horrificum morbosque deum rex
Molitur, meritas aut bello territat urbes.
Harum unam celerem demisit ab aethere summo
Iuppiter inque omen Iuturnae occurrere iussit.
Illa volat celerique ad terram turbine fertur.
Non secus ac nervo per nubem inpulsa sagitta,
Armatam saevi Parthus quam felle veneni,

---

modo. Ceterum vid. ad II, 217. et VII, 329. — **848.** „*ventosas alas* novo epitheto, quod notionem magnitudinis alarum et concitati volatus habet, nam is ventum movet.“ *Heyn.* *Ventosas alas* legimus etiam ap. Propert. III, 3, (II, 12,) 5. De alis Furiarum vid. VII, 476. et 561. ibique adnott. Iteratur hic versus cum extremis prioris verbis in Anth. Lat. I, 178, 431 sq. — **849.** „*saevi*: epitheton h. l. accommodatum rebus ac temporibus, quibus Furiarum ministerio ad atrocia ac tristia utitur Iupiter, cum irascitur.“ *Heyn.* Cf. XI, 901. — Verba *saevique in limine regis* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 28. — **850.** *adparent*: vox propria de ministris, unde *apparitores.* Conington confert Liv. II, 55. *Quattuor et viginti lictores adparere Consulibus.* — *acuunt metum*, augent. Vid. ad VII, 406. et supra v. 590. — *mortalibus aegris.* Vid. ad Geo. I, 237. et Aen. II, 268. X, 274. — **851** sq. Conington putat, Verg. hic memorem fuisse Hom. Il. XVI, 385. — *Molitur.* Cf. Geo. I, 329. ibique adnott. — **853.** *Harum unam*, Alecto aut Tisiphonem. Vid. supra ad v. 845. — **854.** *in omen*, ut esset omen, ominis causa; de quo usu Praepositionis finem et consilium, quo aliquid agitur, indicantis vid. Ruhuk. ad Vellei. II, 41, 3. Oudend. ad Lucan. I, 306. et II, 151. Cort. ad Lucan. III, 674. Walch. ad Tac. Agr. c. 9, 5. Schaef. ad Plin. Epp. I, 17. Kritz. ad Sall. Cat. 50, 2. Beneck. ad Iust. VII, 3, 2. XI, 12, 2. XVIII, 1, 3. Hand. Turs. III. p. 316 sq. multosque alios, coll. iis, quae nos ad VI, 42. VII, 13. et al. adnotavimus. — **855.** *turbine.* Vid. supra ad v. 320. et 531. atque XI, 595. De Adiect. *celer* in conclusione repetito (*celerem dimisit*, ideoque *celeri turbine fertur*) cf. adnott. ad Aen. II, 76. VI, 901. al. — **856.** Wagn. hanc comparationem ad pugnam aliquam a Parthis factam spectare putat, qui consulto nebulosos dies ad committenda proelia quaesivisse videantur, simulque in proelio, quo Crassus occiderit, similiter pulverem ab equitibus Parthis excitatum Romanis exitiosum fuisse memorat coll. Plut. T. I. p. 558. — *nervo inpulsa sagitta.* Cf. Ovid. Met. XI, 324. *nervo sagittam Inpulit* et supra v. 320. — *per nubem*, per aërem nebulosum. Cf. infra v. 859. Ribbeck. sine iusta causa quaerit: „An *nimbum?*“ — **857.** „Parthos sagittis venenatis usos esse, firmat Servius Lucani auctoritate VIII, 304 sq. Verba Maronis expressit Silius XIII, 197 sq. An Cretes, ex quibus *Cydones* sunt (vid. Hom. Od. XIX, 176. et III, 292.) medicari tela veneno soliti fuerint, ignorabam; est tamen locus alter ap. Lucian. Nigrin. T. II. p. 79. [T. I. p. 289. Bip.], ubi ad h. l. provocat Hemsterh.“ *Heyn.* Cf. etiam adnott. ad IX, 773. et X, 140. et de *Cydonia* (*Κυδωνία*), Cretae urbe in litore septentrionali ad Iardanum fluvium sita (quae nunc *Khania*), Herod. III, 44 sq. Strab. X. p. 476 sqq. Polyb. IV, 55. Paus. VI, 21, 5. Plin. IV, 20. Flor. III, 7. alii, Pashley *Travels in Crete* I. p. 11 sqq. et liber meus geogr. III. p. 1034 sq. Cf. Cretenses autem non minus quam Parthi sagittandi arte excellebant. Cf. etiam Ecl. X, 59. ibique adnott. — *Armatam - felle veneni.* Vid. IX, 773. — „*fel veneni*, ut virus, i. e. succus amarus, noxius. Sic et Tragici *χόλον* de veneno, quod cum sanguine serpentis confundunt, usurpant.“ *Heyn.* Cf. Ovid. ex P. I, 2, 18. et Trist. V, 7, 16., ubi *fel vipereum; fel* autem *veneni* pro *felle venenato*, ut *herba veneni, poculum veneni* et similia. Vid. ad Ecl. IV, 24.

Parthus, sive Cydon, telum inmedicabile, torsit,
Stridens et celeris incognita transilit umbras:
Talis se sata Nocte tulit terrasque petivit.
Postquam acies videt Iliacas atque agmina Turni
Alitis in parvae subitam collecta figuram,

Aen. IV, 514. al. Ceterum temere Viri docti haeserunt in geminato *Parthi* nomine, ita ut Waddel. in Animadvv. critt. p. 39. coniiceret *Arcu sive Cydon*, Lenz. *Certus sive Cydon*, Schrader. Obss. I, 2. *patrii quam felle veneni Parthus*, atque etiam Heyn. in iterato *Parthi* nomine epitheton aliquod seu *Parthi* seu *fellis* latere suspicaretur. Sed recte hanc ἀναδίπλωσιν post Weichertum de verss. iniur. suspp. p. 94. defendunt Wagn. et Iahn., qui bene perspexerunt, voce *Parthus* significari sagittarium artis suae peritissimum, et ad amplificandam hanc praestantissimi sagittarii notionem praeterea addi *Cydonem*, sed pro vulgari *Parthus et Cydon* vel *cum Partho Cydon* maiore cum elegantia scriptum esse *Parthus, Parthus sive Cydon*, ut igitur, quod alibi in eiusmodi iterationibus repetitae voci adiici soleat additamentum notionem vel augens vel illustrans, hic contineatur verbis additis *sive Cydon*. Cf. loci simillimi Ecl. VI, 20. Geo. I, 10 sq. Aen. III, 334. VI, 496. X, 822. Schrader. ad Musaeum p. 268. et adnott. ad Ecl. VI, 20. — *telum inmedicabile*, quod vulnus insanabile infert. — **859**. *incognita*, quae tam celeriter volat, ut oculorum sensum fallat, prius feriat, quam conspecta sit — *umbrae* (i. e. aër obscurus, quem telum transvolat: vid. supra ad v. 856.) *celeres* vocantur, quod minutissimae illae et levissimae vaporis particulae, unde nebulae constant, semper moventur locumque mutant, ideoque etiam sagittam celeriter transmittunt. Cf. *celeres aurae* IV, 226. 270. 357., quare non mirum Servio teste etiam hic Codd. quosdam exhibere *auras*. Ladewigio tamen videtur epitheton minus aptum, certe supervacaneum; et Ribbeck. pro *et celeres* coniecit *en tenebris*, ipse tamen huic coniecturae, ut videtur, non multum tribuens. Aliter *Gossr.*: „*transilit umbras*, quas infra se ipsa facit, dum per aërem volat, et *celeres* eae umbrae sunt, cum celeriter volet umbraeque sagittam sequantur;“ quae explicatio paulo artificiosior. Ceterum Heyn. memorat, Maronem, si carmen emendare ei licuisset, vix hic ter eandem vocem servaturum fuisse v. 853. 855. 859. Wagn. vero poetam consulto sic scripsisse censet, quo magis urgeretur rei celeritas. — **860**. *Talis se tulit*. Cf. I, 314. III, 310. V, 373. etc. — *sata Nocte*. Cf. VII, 331. *Virgo sata Nocte* et vid. adnott. ad Geo. I, 278. et al — **862**. „Habet haec Furiae, quae est αἰολόμορφος, in bubonem mutatio aliquid, quod insigniter ad terrorem accommodatum est ex veterum superstitione; ex qua recentes quoque poetae certatim transtulere praesagia bubonum et noctuarum. Maronem imitatur Claud. in Eutrop. II, 229 sqq. — *Alitis parvae*. Videtur recte observatum a Servio, hoc alienum esse a bubone, quem grandi esse corpore satis constat. [Quare Viri docti coniecerunt *rarae, raucae, furvae, parrae*.] Et potuit poeta noctuae genus aliquod, v. o. minimam illam noctuam, quam *funeream* dicunt, intelligere. Reliqua tamen buboni accommodatiora (cf. Plin. X, 12, 16. et sic IV, 462 seq.). Itaque *parvam* comparative accipiendum: dea mutatur in avem parvam respectu deae.“ *Heyn.* Quam epitheti explicationem etiam iuvat Participium *collecta*, i. e. contracta, coarctata. Cf. Tib. I, 8, 14. *Ausaque compressos colligit arta pedes*. Prop. IV, 8, (III, 9,) 29. *Parcis, et in tenues humilem te colligis umbram, Velorum et plenos subtrahis ipse sinus*. Apulei. Apol. 21. p. 439. Oud. *Cupio me ad pauciora coërcere, tanto beatior futurus, quanto collectior*. Praeter Heinsium ad h. l. cf. Bach. ad Ovid. Met. XIII, 910. et supra X, 412. coll. cum Geo. II, 154. Wagn. haec adnotat: „*collecta* cum ipsum parvitatem quandam indicet, satis fuerat scribere *conversa* [quod praebet Med., fortasse ex v. 623. huc translatum]; sed solent veteres scriptores vocabula cum Verbis cognatae significationis coniungere, ut Cic. part. or. 32. *partitionem distribuere*, et c. 40. *dividere partitiones* etc.“ Cf. etiam quae

Quae quondam in bustis aut culminibus desertis
Nocte sedens serum canit inportuna per umbras;
Hanc versa in faciem Turni se pestis ob ora
Fertque refertque sonans clipeumque everberat alis.
Olli membra novus solvit formidine torpor
Arrectaeque horrore comae et vox faucibus haesit.
At, procul ut Dirae stridorem adgnovit et alas,
Infelix crinis scindit Iuturna solutos
Unguibus ora soror foedans et pectora pugnis:
„Quid nunc te tua, Turne, potest germana iuvare?
Aut quid iam durae superat mihi? qua tibi lucem
Arte morer? talin' possum me opponere monstro?
Iam iam linquo acies. Ne me terrete timentem,

---

supra ad v. 680. et al. adnotavimus. — *subitam figuram*, in quam subito conversa est. Cf. Aen. VII, 67. Aen. IV, 462 sqq. — **864**. *serum canit*, sera nocte. Cf. adnott. ad Ecl. III, 8. 63. etc. — *inportuna* Heyn. interpretatur: intempesta nocte; mihi potius de funesto et male ominato bubonis cantu intelligendum videtur, ut sit fere i. q. infesta. Cf. adnott. ad Geo. I, 470. et Wunderl. ad Tib. I, 5, 52. Etiam Wagn. in recent. edit. adscribit: „canens importunum, ferale puto, carmen.“ Ceterum de bubone avi mali ominis praeter Aen. IV, 462. et Geo. I, 402. cf. etiam Plin. X, 12, 16. Conington praeterea conferri iubet Ioseph. XIX, 8. — **865**. *versa in faciem Turni*. Cf. supra v. 623. *in faciem conversa Metisci*. — *ob ora*. Sic Rom. et Bern. II. eandemque lectionem testantur Arusianus p. 250. L. et Servius ad I, 233. Pal., Gud. et Bern. III. exhibent *ad ora*, Goth. III. *in ora* et Med. lectiones *in* et *ob* confundens *inod*, syllaba tamen *od* inducta. — **866**. Conington confert narrationem de M. Valerio et corvo ap. Liv. VII, 26. — *Fertque refertque*. Vid. ad IV, 438. VI, 122. et supra ad v. 753. — *everberare*, quod diuturniorem et assiduam verberationem significat, legitur etiam Ovid. Met. XIV, 578. (*cineres plausis everberat alis*); Quinct. Inst. II, 4, 18. (*corvus, qui os oculosque hostis Galli rostro atque alis everberavit*); Val. Fl. VI, 737. Curt. IX, 4. al. De eiusmodi verbis, ut *emirari*, *elaudare*, *emutare* et similibus, cf. Orell. ad Hor. Od. I, 5, 8. et adnott. ad Geo. IV, 145. Aen. IV, 474. VII, 757. (ubi *evalere* legimus) al. — **867**. *Olli* cum Ribbeck. recepimus ex Bern. II., Bigot. et Gud. (in quo primum *Olli* scriptum, unde post *Illi* factum, litera I adiecta et O erasa). Vid. adnott. ad I, 254. — *novus torpor*, qualem numquam ante senserat (vel etiam subitus, repentinus, ut Geo. IV, 357. et Aen. II, 228.). — V. **868**. iam legimus IV, 280. Cf. etiam III, 48. — **869**. „Bubone, funereo omine, conspecto Iuturna a fratre recedit, tamquam deplorato.“ *Heyn*. — *stridorem et alas* pro: stridorem alarum. Cf. v. 876 sq. et vid. adnott. ad Ecl. II, 8. VIII, 95. Geo. I, 335. Aen. I, 61. al. Servius *stridorem* de vocis sono interpretatur. — **872**. De omisso verbo *dicendi* vid. adnott. ad III, 85. — **873**. „*durae mihi*, immiti, quae sustineam fratrem cernere in ultimum discrimen adductum, nec succurram.“ *Heyn*. Iuturna enim pro more eorum, qui iniquitatem fati, quod praevertere non potuerunt, graviter dolent, culpam fortunae in se transfert. Cf. IV, 681., ubi *crudelis* eadem ratione positum. Thiel. *durae* parum probabiliter interpretatur: constanti, propositi tenaci, coll. Burm. ad Val. Fl. IV, 175.; melius Heinrich. et Ladew.: dura sorte utenti (et Ladew. quidem reddit: *mir Geprüften*, ut *durus* eodem sensu positum sit, quo III, 94. V, 730. et IX, 468.); neque aliter locum intellexit librarius ille, qui ex interpret. adscripsit *miserae*, quod, in paucos quosdam Codd. receptum, etiam vulgares editt. occupat. Sed dudum Heins. ex melioribus libris veram lectionem revocavit. Putatur h. l. ante oculos habuisse Statius Theb. XII, 214 sq. — **874**. *monstro*. Conington confert Hom. Il. II, 321. *δεινὰ πέλωρα θεῶν*. — **875** sq. Heyn. comparat Hom. Il. XXII, 213. *Ne me terrete*

Obscenae volucres; alarum verbera nosco
Letalemque sonum, nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iovis. Haec pro virginitate reponit?
Quo vitam dedit aeternam? cur mortis adempta est
Condicio? possem tantos finire dolores
Nunc certe et misero fratri comes ire per umbras.
Inmortalis ego? aut quicquam mihi dulce meorum
Te sine, frater, erit? O quae satis alta dehiscat

timentem, i. e. nolite novum terrorem mihi incutere, quae iam de fratris vita timeam, ut apud Tib. I, 3, 51. *timidum me non periuria terrent*, quae Wunderl., collato nostro loco, recte sic interpretatur: „cum, gravi conflictaus morbo, saluti meae timeam, non conscientia periuriorum animum hoc metu vexat;“ alii autem (inter quos etiam Bach. ad Ovid. Met. V, 358.) minus probabiliter per anticipationem explicant. Vid. etiam supra ad v. 761. VIII, 349. XI, 609. et al. — **876.** *Obscenae volucres.* Pluralem, cum de una tantum sermo sit, Wagn. sic explicat: „i. e. una ex eorum genere, quae obscenae s. mali ominis sunt,“ coll. adnot. supra ad v. 799. ad I, 4. et X, 79. Ceterum de *obscenis* avibus cf. adnott. ad Geo. I, 470., ubi iis, quae de orthographia Adiectivi disputata sunt, adde Corssen. de pron. I. p. 328. ed. II., quod autem attinet ad significationem (i. e. mali ominis) cf. Varro L. L. VII, 97. [p. 158. M. p. 575. Sp.] *Obscenum omen est omne turpe* (quem hic Conington laudat). — **877.** *nec fallunt me* cett. Video iam, Iovis esse voluntatem, ut ab incepto desistam. Cf. supra v. 844. Epitheton autem *superba* satis vindicatur verbis seqq. *Haec pro virginitate reponit?* — **878.** *Magnanimi Iovis*, ironice ut supra v. 144. — *reponit* pro rependit. Haec sunt praemia pro virginitate ab eo mihi erepta? Vid. Heins. ad Ovid. Met. II, 503. et Drak. ad Silium V, 533. Ceterum cf. supra v. 141. Conington confert Cic. ad Div. I, 9, 19. *ne tibi ego idem reponam, cum veneris.* — Verba pro *virginitate reponit?* repetuntur in Anth. Lat. I, 178, 21. — **879** sqq. Ribbeck. Proleg. p. 86. de hoc loco sic iudicat: „Bis idem exprimitur v. 879—881. et 882—884., sed ita ut ternionem utrumque poeta ipse proposuisse credendus sit;“ qua de re mihi non dubitandum videtur. — *Quo:* ad quid? cui bono? Vid. ad IV, 98. et cf. similem locum Ovid. Met. I, 661. — **880.** *Condicio.* Sic et hic Med. Vid. ad I, 236. — *possem*, ni adempta esset mortis condicio. Vid. adnott. ad Geo. III. 562. — **881.** *Nunc certe*, *jetzt eben*, *νῦν δή*, ut alibi *nunc adeo*. Cf. Hand. Turs. II. p. 28 sq. — „Heyn. e Codd. nonnullis *sub umbras* maluit. Sed etiam alterum *per umbras*, i. e. semper fratri apud inferos comes ero, bene se habet, et Codd. auctoritate defenditur. Quid quod melius etiam convenit sorori, quae fratrem numquam deserere cupit.“ Haec *Iahn.*, cui iure adsentiuntur Wagn. et posteriores editores. — **882.** Heyn. malit haec per exclamationem dici: *Immortalis ego!* Sed verissime *Wagn.*: „Respuit hanc rationem subiecta Particula *aut*, interrogationem adiungens interrogationi. Hoc dicit poeta: Quid iuvat me vel immortalitas, vel ea, quae mihi praeterea olim fuerunt grata?“ Quod probe perspiciens Heinrich., qui et ipse signum exclamandi post *ego* poni mavult, pro *aut* coniicit *at*, ut sensus sit: Immortalitate quidem fruor; sed quid me hoc iuvat te erepto? — *aut quidquam mihi dulce meorum*, i. e. mearum rerum, ideoque: aut (quid me iuvat) earum rerum, quae mihi prius gratae et dulces fuerunt? Cf. IV, 317. *si fuit tibi quidquam dulce meum*, ubi etiam scribi poterat *quidquam meorum*. Ceterum cf. similis locus Val. Fl. I, 764. *nec fata traham natumque videbo Te sine* etc. — **883.** *erīt*, ultima producta. Cf. adnott. ad V, 521. — *O quae satis* cett. Cf. adnott. ad Geo. II, 488. Aen. IV, 24. X, 675. Ribbeck., Ladew., Coningt. et Benoist. pro vulg. *alta* ex Med., Rom., Pal., Gud. a m. sec. et aliquot Prisc. Codd. p. 993. receperunt lectionem *ima*. Cum tamen hoc Adiect. statim redeat versu proximo et ex locis modo laud. facile huc transferri potuerit,

Terra mihi Manisque deam demittat ad imos!“
Tantum effata caput glauco contexit amictu
Multa gemens et se fluvio dea condidit alto.
 Aeneas instat contra telumque coruscat
Ingens, arboreum, et saevo sic pectore fatur:
„Quae nunc deinde mora est? aut quid iam, Turne, retractas?
Non cursu, saevis certandum est comminus armis.
Verte omnis tete in facies et contrahe, quidquid
Sive animis sive arte vales; opta ardua pinnis
Astra sequi clausumque cava te condere terra.“

Vergilius autem in eiusmodi locis etiam variare soleat, cum Wagn. (qui etiam cf. in Philol. Suppl. I. p. 394.), Bryceo et Hauptio retinui vulgarem lectionem, quam ex Ribbeckii Codd. exhibent Bern. III. et Minoraug. — Idem Ribbeck. ex uno Cod. Pal. a m. pr. recepit lectionem *dehiscet*, quem tamen hac in re posteriores omnes editores iure deseruerunt. Ceterum quisque videt, verba *quae satis alta dehiscat terra* posita esse pro: quae sit terra, quae satis alte mihi dehiscat. — 885. *caput contexit* ex more lugentium, de quo Thiel. conferri iubet Langium in *Verm. Schriften* p. 165. — *glauco amictu.* Vid. adnott. ad VIII, 33. (et X, 205.). — 886. *fluvio* latiore sensu pro fonte et lacu. Vid. supra ad v. 139. Heyn. similia exempla, ut Tiberis se in fluvium inmittentis supra VIII, 66. et alia ap. Hom. Il. XV, 218 sq. Od. IV, 425. et XI, 252 conferri iubet. — 887 sqq. „Revoca in animum ex superioribus, v. 740 sqq., Turnum, diu in orbem media in corona pugnantium circumactum ab Aenea, redintegrasse certamen accepto ense, dum Aeneas hasta instat vss. 788 sqq.“ Haec *Heyn.*, qui etiam confert Hom. XXII, 268 sqq. et 297 sqq., ut alii Iliad. XIII, 811 sq et XVII, 175 sq. — *telum coruscat.* Vid. ad V, 642. — 888. *Ingens* Wagn. Servium secutus, cum *Aeneas* coniungit (cf. adnott. ad IX, 597. et al.), sed etiam addit: „nisi forte poeta imitari voluit Homericum illud *ἔγχος βριθὺ, μέγα, στιβαρόν.*“ Et hoc sane etiam ob collocationem verborum praestat; neque aliter indicant Ladew., Conington et Benoist. Cf. etiam infra v. 896 sq. *saxum ingens.* — *arboreum*, arboris magnitudinem habens, ut supra v. 294 *telum trabale.* — Verba *et saevo sic pectore fatur* iterantur in Anth. Lat. I, 168, 19., ut seqq. *Quae nunc deinde mora est?* ibid. III, 81, 70. — 889. *deinde:* cum res ita se habeat et omnia ad certamen te vocent; postquam cursu frustra conatus es evadere et ensem recuperasti. Cf. adnott. ad IV, 561. — *retractas*, recusas certamen et tergiversaris. Cf. Cic. Tusc. I, 31, 76. Philipp. XIV, 14, 38. Liv. III, 52, 3. XXXVII, 18, 9. Colum. II, 2. extr. et supra v. 11. — 890. *certandum est comminus armis.* Cf. VII, 553. *pugnatur comminus armis.* Servius ad hunc versum adnotat: „Hoc ideo dicit, quia volnere tardus magis comminus pugnare desiderat.“ Cum hic v. 890. summam contineat sententiam, Ribbeck. Proleg. p. 86. aut praecedere debuisse sequentia 891—893., aut aliæ clausula, velut *numquam hodie effugies*, excipienda fuisse arbitratur. — 891. *Verte te in omnes facies*, ut Proteus, et omnes adhibe artes. Vid. supra ad VII, 309. — 892. *opta ardua pinnis Astra sequi* etc., i. e. non effugies certamen, etiamsi ad astra volares vel sub imam terram descenderes. Est proverbialis locutio, qua extrema rerum omnium desperatio significatur. Cf. Val. Fl. IV, 217. *fuga sub terras, fuga nulla per auras.* Peerlk. praeterea conferri iubet locum Eurip. ex Phaëthonte ab Hermanno in Opusc. T. III. p. 29. tractatum, eiusd. Herc. Fur. 1157. et Med. 1294., porro notissimos illos versus Psalmi CXXXIX, 7 sqq. Dorvill. ad Charit. p. 665. et Wyttenb. Bibl. Crit. Vol. II. P. II. p. 23. — Ceterum hic totus locus *Sive animis* etc. usque ad *Astra sequi*, Plur. modo *animis* in Sing. *animo* mutato, repetitur in Anth. Lat. I, 178, 449 sq. et seqq. *clausumque cava te condere terra* ibid. v. 453. — 893. *clausumque.* Heyn. (in maiore certe edit.), Wakef. et Both. ex paucis Codd. (Pal. et Menag. I.) ediderunt

Ille caput quassans: „Non me tua fervida terrent
Dicta, ferox; di me terrent et Iuppiter hostis.“
Nec plura effatus saxum circumspicit ingens,
Saxum antiquum, ingens, campo quod forte iacebat,
Limes agro positus, litem ut discerneret arvis;
Vix illud lecti bis sex cervice subirent,

---

clausumve. Sed iure Wagn. Qu. Verg. XXXVI, 10. defendit ceterorum omninm librorum lectionem, etiam fortiorem, cum illud *que* eandem fere vim babeat, quam iteratum *opta*. Cf. etiam adnott. ad X, 709. Nihilominus ex posterioribus etiam Bryce et Ribbeck. *clausumve* retinuerunt. — **894.** *caput quassans*. Hoc esse graviter ferentis et indignantis, observat Wagn., coll. supra VII, 292., nbi locis laudatis addi possunt Silius I, 298. et quos Thiel. hic profert, Plant. Bacch. II, 3, 71. Val. Fl. I, 528. V, 527. et Claud. in Eutr. II, 109. — *fervida dicta*, i. e. snperba, arrogantia. — **895.** *di me terrent*. Coniugton comparat Hom. Il. XXII, 297. et cnm tota sententia ibid. XVI, 844. et XVII, 175. — *Iuppiter hostis*, infestus, inimicns. Iterantur baec verba in Anth. Lat. III, 81, 102. — **896.** „Emissa basta, cum altera deficiat, saepe (v. c. Iliad. XIV, 409 sqq. XII, 264.) sic herocs Homerici saxa iacinnt: ipsi adeo dii, ut Il. XXI, 403 sq., nnde h. l. verba ducta sunt. Cf. Il. V, 303 sq. et XII, 445 sqq. Turnus antem, etsi ensem receperat (v. 785.), hasta tamen erat destitutus (v. 711.), quam eminus in Aeneam mitteret. Ut quis vero victnm hostem, etiam nndum, ipse armis melioribns instructns insequeretur, dedecori in heroum vita non erat: itaque Aeneas baud se indignum iudicavit, imparibus armis cnm hoste congredi.“ *Heyn.* — *Saxum antiquum*. „Hom. Il. XXI, 404. λίθον μέλανα, quod pro signo antiquitatis accepisse videtnr Vergilins.“ *Wagn.* Imitatus est h. l. Silius V, 298 sqq. Haeremus in repetito voc. *ingens*; qnare Wagn. duas proposnit coniecturas *circumspicit amens* et *circumspicit inde*, ipse tamen eas supervacaneas iudicans et, cum libri nihil prorsus varient, cum Heinrichio Popio adseuticns, qui voc. *ingens* iteratum censet, ut animus in consideranda istius saxi magnitudine moraretur. Eamqne rationem satis iuvare puto verba *Limes agro positus*, quae et ipsa ad solam magnitndinem declarandam adiecta videntur. Ceterum Heins. e Med. a m. sec. aliisque bonis libris restituit lectionem *quod forte iacebat* pro vulg. *qui forte iacebat*, quod ferri non potest, cum verba *Limes agro positus* per appositionem adiecta, omnes vero aliae verba coniungendi rationes frigidae sint et contortae. Praeterea etiam imitatio huius loci in Epit. Iliad. v. 460. *Saxum ingens, medio quod forte iacebat in agro* Heinsii emendationem comprobat. Quare adsentiri non possum Ruddim. II. p. 20. not. 50. et Kruegero *Unters. a. d. Geb. d. lat. Spr.* Fasc. 3. p. 91., lectionem *qui* per attractionem explicantibus. Peerlk. et verba *Saxum antiquum, ingens* et *litem ut discerneret arvis* spuria censet, ut iis reiectis hic snpersit versns: *Limes agro positus campo quod forte iacebat*, i. e. „quod saxnm forte in campo illo iacebat, nbi positus erat tamquam limen agris.“ — **898.** *litem*, scil. de finibus, ideoque fines ipsos. Sensns igitur hic est: nt arva inter se discernens omnem de finibus litigandi causam tolleret. Thiel. bic confert similes locos Hor. Ep. II, 2, 170. Tib. I, 3, 43. et Stat. Theb. V, 558. *Litem discernere* legimns etiam ap. Nemes. I (s. Calpurn. VIII), 52., et quod attinet ad vocem *arvis*, qnae et Dativ. et Ablat. baberi possit, Conington suspicatur Vergilium coniungere voluisse duas locutiones *decernere litem* et *discernere arva*. — **899**. De priscorum hominnm vastis corporibus et robore incredibili Heyn. conferri inbet Hom. Il. V, 304 sqq. XII, 445 sqq. et Apollon. III, 1366. Vid. etiam adnott. ad Geo. I, 497. Wagn. tamen (comparans etiam Val. Fl. V, 648.) Vergilium a Popio et Heinrichio inre reprehensum censet ob rem portentosam, quam hic enarret. Ceterum Vergilium imitatus est Stat. Theb. II, 559 sqq. — *bis sex* non stricte in-

Qualia nunc hominum producit corpora tellus;
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
Altior insurgens et cursu concitus heros.
Sed neque currentem se nec cognoscit euntem
Tollentemve manu saxumque inmane moventem;
Genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis.
Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus
Nec spatium evasit totum neque pertulit ictum.
Ac velut in somnis, oculos ubi languida pressit
Nocte quies, nequiquam avidos extendere cursus
Velle videmur et in mediis conatibus aegri

telligendum, sed omnino pro pluribus est positum. In Epit. Iliad. l. l. haec verba sic variautur: *Bis seni quod vix iuvenes tellure levarent* et ex Ovid. Met. III, 60. haec adiiciuntur *Sustulit et magno conamine misit in hostem.* Ceterum cf. aduott. ad Aen. I, 71. — **900**. Cf. Hom. Il. V, 303. et XII, 447 sqq. (οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν) atque aduott. ad Geo. I, 497. — **901**. *Ille - - - heros.* Vid. adnott. ad Geo. IV, 457. Aen. V, 262. al. — *manum trepidam* Heyn. per festinam ideoque non satis firmam explicat. — *torquebat.* „Bene Imperf. usus est tempore, quia non est perfectum, quod voluit.“ *Serv.* — **902**. *Altior insurgens.* Vid. ad XI, 697. (et 755.). Erigere autem corpus et procurrere adiuvat teli iactum. — **903** sqq. „Non haec Turnum prae metu mentis male compotem arguunt; sed, ut v. 913 sq. docent, torporem, quem Furia iniicit viresque corporis debilitat. Est hoc illud, quod in viris fortissimis et audacissimis observatum est, a causis physicis et psychologicis profectum, ut interdum nescias, qua de causa prorsus mutati, omni animi corporisque vi destituti adstent, torpentes et incerti, seque adeo interdum trucidandos praebeant. Hoc per vertiginem, ἴλιγγον, Apollinis manu tacto Patroclo inflictam Homerus praeclare adumbravit Il. XVI, 786 sqq. Itaque Turnus ipse *se non cognoscit*, vires solitas sibi deesse videt; se videt esse plane alium.“ *Heyn.* Cf. v. 911 sqq. Conington comparat Lucr. VI, 1214. *neque se possent cognoscere ut ipsi.* — *currentem*, ad saxum petendum, *euntem* ad certamen cum hoste ineundum. Peerlk. pro *euntem* legi voluit *eundem.* — **904**. *tollentem - - saxumque - - moventem.* Cf. aduott. ad V, 47. et Geo. IV, 22. Pro *saxumve* Heyn., Wagn., Bryce, Haupt. et Benoist. edunt *saxumque*, quod praebent Med., Bern. III. et Isidori Codd. Orig. I, 35, 15. Ribbeck. autem (quem Conington secutus est) pro *manu* ex Med., Rom. et Gud. a m. pr. recepit *manus.* — **905**. *Genua labant.* Vid. ad V, 432. et Geo. I, 397. atque cf. Silius I, 529. — *gelidus c. fr. sanguis.* Vid. ad V, 395. I, 92. et II, 120. — **906**. *lapis viri*, i. e. ab eo proiectus. Gentius p. 65. hanc proponit supervacaneam coniecturam: *Tum lapis ipse ruit. Vacuum* etc. — *vacuum per inane*, per aërem. Vid. Lucr. I, 510. 524. II, 157. 202. al. atque supra v. 354. et 906. — **907**. *neque pertulit ictum.* Cf. supra X, 786. Stat. Theb. XI, 591. *Illa* (hasta) *viam medium clipei conata per orbem Non perfert ictus;* Silius V, 326. *letalem pertulit ictum* et exempla a Barthio ad Stat. Theb. IX, 346. congesta. *Neque* autem pro vulg. *nec* ex Med. plurimisque Codd. restituimus, Wagn. secuti, qui sic ipsa rhythmi quadam ignavia sententiam adiuvari censet. (Vid. infra ad v. 910.) Quod quidem in medio relinquentes nos iam Codd. auctoritati obsequendum esse duximus. — **908** sqq. Comparatio ex Hom. Il. XXII, 199 sq. translata, ex Vergilio autem rursus expressa ab Oppiano Hal. II, 81 sqq. Heyn. etiam similem conferri iubet Apollonii locum II, 278 sqq. Conington comparat Lucr. IV, 453 sqq. — *pressit - quies*, ut VI, 521. — **909**. *avidos extendere cursus*, in longum producere. Wakef. ad Lucr. V, 471. *avidos cursus* per longos explicat. Cf. Anacr. VIII, 5. δρόμον ὠκὺν ἐκτανύειν, et Hom. Il. XXIII, 375. 758. — **910**. Wagnero, ut iam olim Scaligero, fracti numeri *Velle videmur*, — ◡◡ — ◡, ipsam conatus vanitatem sono quodam enervi referre

Succidimus; non lingua valet, non corpore notae
Sufficiunt vires nec vox aut verba sequuntur:
Sic Turno, quacumque viam virtute petivit,
Successum dea dira negat. Tum pectore sensus
Vertuntur varii; Rutulos adspectat et urbem
Cunctaturque metu telumque instare tremiscit
Nec, quo se eripiat, nec, qua vi tendat in hostem,
Nec currus usquam videt aurigamque sororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat
Sortitus fortunam oculis et corpore toto
Eminus intorquet. Murali concita numquam
Tormento sic saxa fremunt nec fulmine tanti
Dissultant crepitus. Volat atri turbinis instar

videntur; in quam rem apte confert locum de moriente tauro Geo. III, 519. *Atque opere in medio defixa relinquit aratra.* Ceterum de verbo *videri* vid. ad II, 271. — **912**. *nec vox aut verba sequuntur*, i. e. non facile cedunt voluntati locuturi. Sic etiam Ovid. Met. XI, 326. *Lingua tacet nec vox tentataque verba sequuntur*, et Stat. Theb. XI, 602. *nec verba diu tentata sequuntur*, quibus procul dubio hic Vergilii locus obversabatur. Cf. etiam Hor. A. P. 311. Ovid. Met. I, 647. et similes loci. *Vox* et *verba* etiam supra v. 318. et ap. Lucr. IV, 533. coniunguntur. Ceterum Peerlk., qui omnino in hac ultima Aeneidis parte multa invenit vituperanda (vid. supra ad v. 766.) haec adnotat: „Exspectaveram ista minus turbata, in hanc sententiam: Notae in corpore vires non sufficiunt, neo linguam vox aut verba sequuntur. Potuisset Vergilius dicere: *Succidimus: notae invalido non corpore vires Sufficiunt, linguam nec vox aut verba sequuntur.*" — Vss. 911. et 912. ab Ausonio recepti sunt in Cent. nupt. 97 sq. — **913**. *viam* (scil. vincendi) *petivit*, iniit, tentavit. — *virtute* a poeta adiicitur, ut eo magis eluceat vis divina vel fortissimos Turni conatus omnes disturbans et ad irritum redigens. — **914** *dea dira.* Cf. supra v. 865 sq., ubi *pestis* vocabatur. — *pectore sensus vertuntur:* Turnus varia consilia animo versat. — **915** sqq. Heyn. confert Hom. Il. XXII, 293 sqq. — *adspectat* Coningtoni videtur exprimere *„a longing gaze,"* ut Geo. III, 228. et Aen. V, 615. — **916**. Pal. et Rufin. de schem. p. 258. pro *telumque* exhibent *letumque*, quod Peerlkampio fortasse melius videtur et a Ribbeckio in contextum receptum est, quem ex posterioribus unus Benoist. sequitur. Verissime autem Conington *telum* non solum per se melius esse, sed etiam Ausonii auctoritate firmari memorat, qui Centoni nupt. 92. hunc versum inseruit. — **917**. De mutata constructione *nec videt, quo - - nec qua - -, nec currus aurigamque* vid. ad Ecl. VI, 74. VIII, 3. Geo. III, 282. Aen. II, 5. III, 189. 234. X, 758. al. — **918**. *aurigamque* ex plerisque libris Wagn. revocavit, cum *currus* et *auriga* coniuncti cogitentur. Vulgo *aurigamve*, quod Heins. ex Med. receperat, et Bryce, Ribbeck., Coningt. et Benoist. etiam ex Pal. et Bern. III. restituerunt. Alteram lectionem, quam nos cum Wagn., Hauptio et Ladew. retinuimus, exhibent Rom., Gud., Bern. II. aliique Codd. — **919** sq. Cf. Hom. l. I. v. 320 sq. — **920**. *sortitus* i. q. nactus. — *fortunam*, h. e. locum in corpore, quem fortuna dabat vulneri opportunum. Cf. Hom. Il. XXII, 321. Conington comparat X, 422. *Da nunc - - ferro - - Fortunam atque viam duri per pectus Halaesi.* — Verba *Sortitus fortunam oculis* repetuntur in Anth. Lat. III, 81, 69. — *corpore toto*, totis corporis viribus. Cf. IX, 410. et X, 127. — **921**. *murali tormento*, ballista, qua muri conquassantur. Cf. supra XI, 616. Conington putat, Verg. hic memorem fuisse Lucretii VI, 329. *Ut validis quae de tormentis missa feruntur.* Vide de his tormentis librum meum *Hellas u. Rom.* I, 3. p. 290 sqq. Cum *tormento murali* etiam *falx muralis* conferri potest, de qua exposui ibid. p. 288 sq. — **922**. *nec fulmine - - crepitus*: i. e. nec sonus per tonitrua excitatus

Exitium dirum hasta ferens orasque recludit
Loricae et clipei extremos septemplicis orbis.
Per medium stridens transit femur. Incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli totusque remugit
Mons circum et vocem late nemora alta remittunt.
Ille humilis supplexque oculos dextramque precantem
Protendens „Equidem merui, nec deprecor, inquit;
Utere sorte tua. Miseri te si qua parentis

---

tantopere in omnes partes dissipatur. Ruhk. verissime memorat, cnm ἄγνυσθαι (Hom. Il. XVI, 78. et Hesiod. Scut. Herc. 279.) et rumpi, frangi, de sono ei simili, quem res vi fracta efficiat, in usn essent [cf. Drak. ad Silium IV, 528.], facile fuisse transitum ad fracti soni dissipationem. — **924** sq. „Hasta traiicit clipeum in extrema, pnta, parte, et tum loricae oram et in femore sedet. Lib. X, 587 sqq. simile fere vulnus fit, sed in inguine, ideoque mortale. Noluit enim poeta vulnus letale esse, ut locus esset iis, quae sequuntur: quibus ad tragicae fabulae exitum epos suum propius adduxit.“ *Heyn.* Sic enim poeta sibi paravit occasionem et lenitatis Aeneae in ipsa victoria (v. 939 sq.) et pietatis erga amicnm (v. 945 sqq.) praedicandae. Cf. Servii adnot. ad h. l. Ceterum Wagn. non de lorica ipsa cogitat, qnam etiam ventrem texisse constat, sed de laminis aereis et mobilibus imae eius parti alligatis femurque tegentibus, et per talem laminam telum in femur adactum esse putat. — **924**. *Exitium dirum.* Plures Codd. cnm Med. *durum*, haud raro librariorum lapsu. Prorsus eadem ratione etiam apud Silium XVII, 488. pro: *O dirum exitium mortalibus* libri quidam exhibent *durum.* — *oras* loricae et clipei etiam X, 588. et alibi legimus. — *recludit.* Cf. X, 601. — **925**. *clipei septemplicis*, ut Aiaci Homerus Il. VII, 220 et Soph. Ai. 548. σάκος ἑπταβόειον tribuunt. Cf. adnott. ad VIII, 448. IX, 706. et X, 783. Conington observat, *septemplex* (quod legitur ap. Ovid. Met. V, 187. Trist. II, 189. al.) apud Verg. esse ἅπαξ λεγόμενον. — *extremos orbes*, qui erant tenuiores, quam medius clipeus. Cf. Hom. XX, 275. ἄντυγ' ὕπο πρώτην, ᾗ λεπτότατος θέε χαλκός. — **926**. Pro *Per medium* Med. aliique Codd. non minus bene *Et medium.* — „*Incidit* dixit, in ipsam tantum partem concidit, qua fuerat debilis redditus.“ *Donatus.* Verte: *er sinkt in die Kniee*, non *er sinkt zu Boden*, quod esset *concidit.* — **927**. *duplicato poplite*, genu inflexo. Vid. ad XI, 645. — **928**. *Consurgunt gemitu Rutuli* pro vulg. Consurgit gemitus Rutulorum. Simplex Ablativus pro *cum gemitu* positus, ut II, 323. et al. Vid. ad Ecl. IV, 60. X, 24. al. Conington comparat V, 450. *Consurgunt studiis Teucri et Trinacria pubes.* — *remugit.* Vid. II, 488. — **930** sqq. „Vides Hectorem, ne sepultura careat, supplicantem Iliad. XXII, 338 sqq.“ *Heyn.* — **930**. *supplexque.* Ribbeck. et Conington cum Pal. et Rom. copulam omittunt, quam Med., Gud. (in quo scriptum apparet *supplex ... oculos*), Bern. III. aliique Codd. tuentur. — *Oculos dextramque - Protendens* pro *oculos convertens* et *manus praetendens* per zeugma dictum, de quo vid. adnott. ad Geo. I, 93. Aen. I, 426. II, 258. IV, 100. 132. VII, 188. al. Simillimi sunt loci Ovid. Met. XIV, 734. *Humentes oculos et pallida brachia tendens* et Val. Fl. VII, 269 sq. *illi hos ego voces, Qua datur, hasque manus, ut possum, a litore tendo.* Cf. etiam adnott. ad Aen. II, 406. — *dextra precans* legitur etiam ap. Sen. Herc. fur. 1005., ut *supplex dextra* ap. Stat. Achill. I, 365. Ceterum Peerlk. haec adnotat: „Indignum hoc Turno. Et poeta nihil dicit, quid Aeneas, postquam Turnum cadentem viderat, fecerit. Exspectassem: *Aeneas stricto ense accurrit*, vel simile.“ — **931**. *Equidem merui*, scil. a te occidi. Cf. Latini verba VII, 596 sq. hoc Turni fatum animo praevidentis et II, 434. Verba *merui, nec deprecor, inquit* repetuntur in Anth. Lat. I, 170, 155. — **932**. *Utere sorte tua*, i. e. sorte victoris. Cf. Silium XV, 800. *Contra Sidonius:*

Tangere cura potest, oro, — fuit et tibi talis
Anchises genitor — Dauni miserere senectae
Et me, seu corpus spoliatum lumine mavis,
Redde meis. Vicisti et victum tendere palmas
Ausonii videre; tua est Lavinia coniunx:
Ulterius ne tende odiis.“ Stetit acer in armis
Aeneas volvens oculos dextramque repressit;
Et iam iamque magis cunctantem flectere sermo
Coeperat, infelix humero cum adparuit alto
Balteus et notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri, victum quem volnere Turnus
Straverat atque humeris inimicum insigne gerebat.
Ille, oculis postquam saevi monumenta doloris

Leto non terreor ullo. Utere Marte tuo, et Hor. Epod. XIV, 15. *gaude sorte tua.* Ipsa verba *Utere sorte tua* hinc repetita vides in Anth. Lat. I, 172, 83. et I, 178, 271. — Cum seqq. verbis *Miseri si te* etc. cf. locum praestantissimum Iliad. XXIV, 486., cui Coningtou addit Il. XXII, 338 sqq. Cf. etiam similis locus Aen. VII, 402. Grammatici ex hoc more precantium ei, cui supplicantur, similia, quae ipse perpessus est, fata in memoriam revocandi singularem aliquam figuram rhetoricam, anacoenosin s. *ὁμοιοπάθειαν*, repetierunt, de qua agit Iul. Rufinian. p. 205. (ed. Ruhnk. a Frotschero curata p. 229.). — **935.** „*Et me, seu corpus.* Viro forti digna oratio: aperte mortem non deprecatur, vitae tamen usum nec renuit.“ *Heyn.* Ceterum imitatus est hunc locum Dictys Cret. III, 21. a Wold. Ribbeckio laud. — **936.** Plena victoriae confessio. Wagn. conferri iubet Ennium ap. Hessel. p. 133. [Ann. inc. sed. fr. 35. p. 72. Vahl.] *Qui vicit, non est victor, nisi victu' fatetur.* Peerlk. confert Senec. Herc. Oet. 1320. *Quid quaeris ultra? Supplicem Alciden vides*, et Claud. B. Gild. 91. *ignoscere pulchrum Iam misero, poenaeque genus vidisse precantem.* — *tendere palmas*, ut XI, 414. *dextras tendimus inertes.* — **938.** *Ulterius ne tende odiis.* Cf. Cic. in Pison. 32, 81. *viri fortes, etiamsi ferro inter se cominus decertarint, tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna armisque ponunt;* Claud. IV. Cons. Hon. 115. *Odiis idem, qui terminus armis*, et Vellei. Pat. I, 12. *adeo odium* (Romanorum in Carthaginem) *ultra metum durat, et ne in victis quidem deponitur.* Quare etiam Aeneam infra v. 940. iam mitigari videmus; ita ut tantum memoria crudelitatis Turni contra Pallantem, huius balteo conspecto revocata, Rutuli fatum adducat. Serv. coniungit *acer in armis;* rectius autem iunxeris *stetit in armis*, quemadmodum IX, 581. *stabat in armis* et XI, 173. *stares immanis truncus in armis*, ut *acer* sic truculento vultu, *in armis* autem i. q. armatus, et quidem clipeo et stricto ense, ut v. 950. docet. Cf. etiam adnott. ad III, 595. *Acer* autem Wagn. recte explicat: „etiamnum irae plenus, quo spectat illud quoque, quod subiicitur *volvens oculos.*“ — **940** sqq. Haec iam praeparasse poetam X, 495 sqq. et 500 sqq., Heyn. docet. — **941.** *infelix*, sc. Turno; ut etiam nos *der unglückselige* — de rebus, quae alicui sunt perniciosae. Pro (*humero*) - - *alto* (i. e. in summo humero, in superiore parte, unde dependebat) *Balteus* Charis. 1. p. 59. P. exhibet *ingens Balteus*, de qua varietate Wagn. sic iudicat: „Per Codices si liceret, reciperem fortasse *ingens;* de eodem Pallantis balteo supra X, 496. *immania pondera baltei.* Sed Charisium aut memoria fefellit, aut decepit X, 579. *ingens apparuit hasta.*“ Ceterum *cingula*, quae a *balteo* proprie non differunt, hic eadem epexegesi adiiciuntur, qua supra IX, 359 sq., qui locus omnino conferendus. — **942.** *notis fulserunt cingula bullis* poetice pro: et bullae s. clavi aurei, ornamenta nota, fulserunt in cingulo s. balteo. Cf. IX, 359. *aurea bullis Cingula.* — **944.** *quem - - Straverat atque - -* (cuius) *insigne gerebat.* Vid. ad Geo. III, 282. (Ecl. VIII, 3. al.) cum Gossravii adnot. ad hunc ipsum locum. — *inimicum*, quia inimicus gerebat. — **945.** *mo-*

Exuviasque hausit, furiis accensus et ira
Terribilis: „Tune hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc volnere, Pallas
Immolat et poenam scelerato ex sanguine sumit."
Hoc dicens ferrum adverso sub pectore condit
Fervidus. Ast illi solvuntur frigore membra
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

---

numenta doloris, quae renovant memoriam doloris ex Pallantis caede suscepti. Verba *saevi monumenta doloris* iterantur in Anth. Lat. I, 168, 15. — **946**. *oculis hausit*, ut IV, 661. *Hauriat hunc oculis ignem*, et IV, 359. *vocemque his auribus hausi* (ubi vid. adnott.). Cf. etiam X, 899. Conington comparat *oculis auribusque haurire* ap. Liv. XXVII, 51. — *furiis accensus*. Vid. III, 331. IV, 376. VII, 392. VIII, 219. Verba *furiis accensus et ira* repetuntur in Anth. Lat. III, 81, 97. Cf. etiam Epit. Iliad. 859. *accensus furiis decurrit ad aequor*. — **947**. *Tune hinc* etc. Unus Parhas. et Arusian. p. 235. L. *Tune hic*, quod Peerlk. elegantius censet, *hic* pro Adverbio accipiens, coll. Sall. Cat. 52. *Hic mihi quisquam misericordiam nominat?* ibique Cortio. Conington *hinc* recte videtur explicare per „*from this moment, after this*," et cum toto loco conferri iubet Hom. Il. XXII, 270. — **948**. *indute*, cum indutus sis; de quo Vocativi pro Nominativo usu vid. ad II, 283. (IV, 265. IX, 485. X, 327.). — *meorum*, unius ex meis, ex amicis. Vid. ad Aen. I, 4. III, 488. VII, 359. Ecl. III, 7. al. — *Pallas te - - Immolat*, scil. diis inferis. Sic igitur nunc eventum habent, quae iam supra X, 503 sq. poeta praesignificaverat. Cum ipsis verbis autem cf. Claud. laud. Stil. I, 97. *Pallantis iugulum Turno moriente piarit Aeneas*. Peerlk. confert similem locum Statii Theb. IX, 137. *Abstulit ense manum; simul increpat: Hanc tibi Tydeus, Tydeus ipse rapit*. — **949** „*scelerato ex sanguine*. Poetis omne facinus atrox, audax, saevum, est *scelus*, ideoque Turnus *sceleratus*, qui caedem Pallantis commiserat." *Heyn*. Ceterum cf. supra XI, 720. *poenas inimico ex sanguine sumit*, unde Prisc. p. 1180. aliquot Codd. etiam hic *inimico* repetunt. *Scelerato sanguini* oppositus est *pius sanguis* X, 617. — **950**. *ferrum adverso sub pectore condit*. Cf. IX, 347. *Pectore in adverso - - ensem Condidit*. — V. **952**. iam supra legimus X, 819 sq. et similis est Lucani locus de Pompeii morte VIII, 613 sqq. Videtur autem hic locus obversatus esse Valerio Flacco II, 609. sic canenti: *maestus tranquilla sub aequora vultus Cum gemitu tulit* et in Anth. Lat. II, 188, 17. sic mutatus repetitur *Turni vita fugit infernas maesta sub umbras*. — *Heyn*. adnotationem suam his verbis concludit: „Iamque cum Turni morte foederis supra concepti conditiones v. 187 sqq. exitum habent, Lavinia in matrimonium accepta, Aeneas Troianos in Latinum nomen adiungit, novam urbem Lavinium condit, iusque socero in regno succedendi consequitur; ideoque Aeneas accepit *sedem in Italia Intulitque deos Latio*, ut I, 5. 6. fore poeta praedixerat."

CARMINA MINORA

QUAE VULGO

P. VERGILIO MARONI

ADSCRIBUNTUR

BREVI ADNOTATIONE ILLUSTRATA.

CULEX

AD OCTAVIUM *).

ARGUMENTUM.

„Pastor gregem mane in pascua eductum sub medium diem ad fontem in agro Thebano sub Cithaerone (cf. ad v. 108.) compulerat, qui erat in valle silvosa; ipse iuxta fontem recubuit et obdormivit (1—160.). Ecce magnus serpens ex hydrorum genere in locis, quae circa fontem erant, paludosis aestum levare solitus advolvitur et pastori iratus inminet (160—180.); cum forte fortuna, Culicis aculeo in oculi angulo infixo, expergefactus ex somno pastor manu ad vulnus delata miserum Culicem attritu interimit, vigilantibus autem oculis prospiciens serpentem sibi minantem adspicit. Itaque exsilit et arrepto trunco serpentem trucidat (181—200.). Nocte sequente Culicis umbra pastori se per somnum offert, graviterque cum eo expostulat, quod se, qui ei salutis auctor fuisset, manus afflictu vita privasset (201—230.). Tum exponit errores suos per loca infera, sede certa nondum assignata (231—383.). Pastor altero die, ut Culici officium persolveret, tumulum ei exstruit variis floribus fructibusque consitum et titulo ornatum (384—412.).“ *Heyn.*

---

*) De auctore pretioque huius carminis et sequentium vide quae in Diss. de P. Vergilii Mar. vita et carminibus nota 15. breviter disputavimus. Ut autem in iis edendis prius Silligianam contextus recensionem secuti sumus, quae tunc optima habebatur, sic nunc Hauptii potissimum et Ribbeckii emendationes respiciendas esse duximus.

Lusimus, Octavi, gracili modulante Thalia
Atque, ut araneoli, tenuem formavimus orsum.
Lusimus: haec propter Culicis sint carmina dicta,
Omnis et historiae per ludum consonet ordo
Notitiae; ducam voces, licet invidus adsit.
Quisquis erit culpare iocos Musamque paratus,
Pondere vel Culicis levior famaque feratur.
Posterius graviore sono tibi Musa loquetur
Nostra, dabunt cum maturos mihi tempora fructus,
Ut tibi digna tuo poliantur carmina sensu.
Latonae magnique Iovis decus, aurea proles,
Phoebus erit nostri princeps et carminis auctor
Et recanente lyra fautor, sive educat illum
Arna Chimaereo Xanthi perfusa liquore

---

1. ***Lusimus.*** Opponitur *gravior sonus* v. 8. Ceterum cf. adnott. ad Ecl. I, 9. — ***Octavi.*** Vulgo male intelligitur Octavianus Augustus, qui eo tempore, quo hoc carmen scriptum esse putatur, neque *Octavius*, neque *puer* dici poterat; sed videtur idem ille *Octavius* intelligendus esse, cuius mentio fit Catal. XIV. et ap. Hor. Sat. I, 10, 82. Benoist. conferri iubet Weichert. Poet. Lat. Reliquias p. 219. — *gracili Thalia.* Cf. Ciris v. 19. et adnott. ad exord. Aeneid. v. 1. — **2.** Hanc comparationem ab araneae texturam ordientis conatu petitam iure suavem iudicat Heyn. — *tenuem orsum.* Vid. Santen. ad Terent. Maur. p. 318. — **3** sqq. *sint* pro vulg. *sunt* in omnibus Codd. suis invenit Sillig. idque recte retinuerunt posteriores editores. Vulgo post *dicta* Puncto, post *notitiae* Commate et post *voces* Colo interpungitur; nos distinctionem Sillīgio suasore mutavimus, qui docet, poetam se excusare, quod carmini suo talem praescriptionem praemiserit, et sensum hunc esse: „quia lusimus, carmen Culicem diximus, *ut* scilicet *omnis ordo historiae per ludum consonet* (conspiret) *notitiae*,“ quam vocem hic pro titulo, inscriptione carminis positam censet. Secuti sunt posteriores editores. — *haec propter.* Vid. ad Geo. I. 161. Aen. I, 13. 32. 667. etc. Heius. coniicit *Lusimus haec propere.* — V. **4.** et **5.** mire variant Codd. Nos secuti sumus Silligium, nisi quod cum Hauptio (cuius alteram editionem nunc demum, Aeneide iam typis exscripta, conferre mihi licuit), Ladew., Ribb. et Benoisto pro *ut* edidimus *et.* — *historiae*, carminis historici. — **5.** *ducam voces*, deducam, canam. Sic etiam Hor. A. P. 318., ubi vid. Bentl. coll. Markl. ad Stat. Silv. V, 3, 92. — **7.** Pro vulg. *feretur* Scalig. et Heins. malint *feratur*, idque ut aptius cum Hauptio recepimus. Ceteri editores vulgatum retinent. — **9.** *dabunt* etc., si mihi a tempore (nunc enim aliis negotiis sum districtus) dabitur, concedetur (cf. Ruhnk. ad Vellei. II, 7. et adnott. ad Aen. III, 255.), ut secure fructibus Musarum potiar. De *fructibus Musarum* Sillig. conferri iubet Catull. LXV, 3. *Nec potis est dulces Musarum expromere foetus* et Iacobs. in Bibl. Gotting. lit. et art. X. p. 67. — *maturos* pro vulg. *securos* Heinsii est coniectura, quam cum Hauptio, Ladew., Ribb. et Benoisto amplexi sumus, dum Sillig. vulgatam servavit. — **11.** Verborum ordinem cum Silligio ex bonis Codd. mutavimus. Vulgo *magnique decus Iovis.* Videtur poeta imitari Geo. IV, 49. Cf. etiam Ciris v. 397. — **12** sqq. Cf. initium Luciliani carminis, quod Aetna inscribitur. — *recanente*, quod iam Scalig. pro vulg. *recinente* e Codd. reponi voluit, cum Hauptio recepimus. — **13.** *educat* pro tenet, habet, ut etiam *nutrire, τρέφειν.* Cf. Aen. X, 518. — **14.** Agitur de locis, quae Apollo frequentat, Xantho, Delo et Parnasso. Vulgo *Alma Xanthus*, ut intelligatur urbs illa Lyciae, Apollini sacra, quae fluvio eiusdem nominis adiacebat; sed cum omnes Codd. exhibeant *Xanthi*, fluvius autem vix tam nude *liquor Chimaereus* dici potuerit, atque *Xanthi liquor* redeat infra v. 306., prius cum Silligio (quocum etiamnum facit Benoist.) edidimus *Acta — Xanthi*, i. e. litus Xanthi fluvii, de quo cf. liber meus *Handb. d. alten Geogr.* II. p.

Seu decus Asteriae, seu qua Parnasia rupes
Hinc atque hinc patula praepandit cornua fronte
Castaliaeque sonans liquido pede labitur unda.
Quare, Pierii laticis decus, ite, sorores
Naides, et celebrate deum plaudente chorea;
Et tu, sancta Pales, ad quam votiva recurrit
Agrestum bona gens secure rura tenentum
Aërios nemorum saltus silvasque virentes,

104. (*Acta* pro litore legitur etiam Aen. V, 613. Cf. Mureti Varr. Lectt. I, 3.) Nunc vero cum Ribbeckio recepimus Hauptii coni. *Arna*, quod secundum Steph. Byz. antiquum erat Xanthi urbis nomen. — *Chimaereo liquore* nihil amplius quam *Lycio;* Lycia enim Chimaerae patria, et in ea situs sive mons flammas eructans (Mela I, 15. Plin. II, 106, 110. V, 27, 28.) sive vallis (Strab. XIV, 3, 5. p. 665 sq.) Chimaera (nunc *Kullechimari*). Cf. liber meus modo laud. p. 252. — **15.** Vulgo *nemus Asteriae;* sed omnes Codd. exhibent *decus*, quod Sillig. restituit, ut *decus Asteriae* sit i. q. Asteria decens s. pulchra. *Asteria* autem antiquum fuit Deli insulae nomen. Cf. Callim. in Del. 36 sq. Plin. IV, 12, 22. et Schwenck. Deliac. P. I. (Francof. 1835.). — *Parnasia rupes.* Sic optimi Codd. pro vulg. *Parnassia.* Vid. ad Ecl. VI, 29. cum Addendis p. 543. — **16.** Videtur poeta Parnassum cogitare theatri instar in semicirculi formam patentem et camporum planitiem versus mare declivem includentem, in qua ludi Pythici celebrabantur. Cf. Herod. VIII, 92. — *praepandit*, vox Lucretiana. Cf. Wakef. ad Lucr. I, 145. — **17.** De *Castalio* fonte vid. ad Geo. III, 293. — *liquido pede.* Aquis propterea, quod currunt, haud raro a poetis pedes tribuuntur. Cf. Lucr. V, 172. VI, 636. Hor. Epod. XVI, 48. al. — **18.** Fontem *Pierium*, Musis sacrum, nemo poetarum commemorat: vide tamen Strab. IX. p. 410. Cas. — *sorores Naides*, i. e. Musae, fortasse Musae fluviales. Cf. Hermanni Opusc. II. p. 288. et adnott. ad Ecl. VII, 21. et X, 10.; de forma *Naides* autem Ecl. II, 46. VI, 21. X, 10. (ibique adnott.). — *ite* nescio an Voss. in *Anmerk. u. Randgl.* p. 245. coll. Rivino ad Pervig. Ven. v. 42. et Aen. IX, 617. recte pro *saltate* positum censeat. — **19.** Prius cum Sillígio ex bonis sane Codd. edidi *ludente*, cum hoc verbum saepe dicatur de carminibus et saltationibus hilaribus et iocosis (cf. Ecl. VI, 28. Geo. II, 386. Hor. Od. II, 12, 17. etc.); cum tamen saltationis notio iam insit voci *chorea*, fortasse etiam antecedenti *ite*, nunc cum Hauptio ceterisque recentioribus editt. reversus sum ad vulg. lectionem *plaudente.* — V. **20.** et **21.** in Codd. tam foede corrupti sunt, ut vel paulo audaciores coniecturae facile excusentur. Vulgo sine iusto sensu editur: *Et tibi, sancta Pales, ad quam ventura recurrit Agrestûm bona cura, sequi sit cura tenentis.* Equidem prius locum Sillígii coniecturis emendatum sic exhibui: *Et tu, sancta Pales* (nam *tu* pro *tibi* in omnibus Codd. legitur), *ad quam gens dura* (cf. Geo. I, 160. et Aen. VII, 504.) *recurrit Agrestum orantes, secure rura tenentes* (de quo usu Participii Plur. numero voci collectivae Sing. numeri adiecti vid. adnott. ad Aen. V, 580. et al.); nunc vero recepi feliciores et Codd. lectionibus magis respondentes Hauptii coniecturas (in edit. II. propositas), quibus etiam addo Ribbeckianas (quas Benoist. secutus est): *Et tu, s. P., ad quam bona turba recurrit Agr. secura sibi sua rura tenentes.* — *Pales.* Vid. ad Ecl. V, 35., ubi haec dea eadem ratione cum Apolline coniungitur. — *ad quam recurrit*, quam adit, *gens votiva*, vota vel factura vel solutura (cf. Cic. ad Att. IV, 2. extr. et XV, 11. extr. *legatio votiva*) *agrestum.* — **22.** Vulgo ex Bembi interpolatione *Aërios nemorum tractus.* Quod nos cum Sillígio edidimus, legitur in tribus Codd.; in ceteris *nemorum cultus.* Cum Hauptio autem et posterioribus editoribus ex Codd. restituimus verborum ordinem *nemorum saltus.* Cf. etiam Ecl. VI, 56. *nemorum iam claudite silvas.* Coniunctio verborum *saltus* et *sil-*

Te cultrice vagus saltus feror inter et antra.
Et tu, cui meritis oritur fiducia tantis,
Octavi venerande, meis adlabere coeptis,
Sancte puer; tibi namque — — — —
Triste Iovis Rhoetique canit non pagina bellum,
Phlegra Giganteo sparsa est quo sanguine tellus,
Nec Centaureos Lapithas conpellit in enses;
Urit Erichthonias Oriens non ignibus arces,
Non perfossus Athos, nec magno vincula Ponto
Iacta meo quaerent iam sera volumina famam,
Non Hellespontus pedibus pulsatus equorum,
Graecia cum timuit venientes undique Persas;
Molli sed tenuis decurrens carmine versus

---

vae defenditur locis Geo. III, 40. et IV, 53. — **23.** *Te cultrice*, dum tu colis nemora et silvas. Haupt. in edit. II. ex coniectura, ut videtur, edidit *tutrice*. — *antra*. Sic nunc cum Hauptio, Ladew. et Benoisto edidimus. Codd. praebent *astra*. Sillig. (quem sequitur Ribbeck.) ex uno Cod. Lindenbr. recepit *arva*. — **24.** *Et tu*, scil. praeter Apollinem antea in auxilium vocatum. Sic autem omnes fere Codd., quos (ut ceteri editt.) cum Sillígio secuti sumus. Vulgo *At tu*. — *tantis* lectio est Ald. a. 1517. et Fabricii, quae iam Heynio placuit, quamque nunc cum Hauptio (qui tamen in alt. edit. *chartis* restituit), Ribb. et Benoisto recepimus. Codd. exhibent *castris* vel *castis*, quod vulgo mutatur in *chartis*, quam scripturam Voss. l. l. Catal. XIV, 5. tueri studet (et sane *chartae* pro carminibus etiam ap. Tibull. IV, 1, 27. 200. 211. leguntur). — V. **26.** imperfectum, qui vulgo sic expletur *canit non pagina bellum*, Ribbeck. sic continuandum censet: *humilis conanime primo*. — **27** sqq. Nec Gigantomachiam, nec Lapitharum pugnam cum Centauris, nec bellum Persicum canere aggredior, sed argumentum leve et humile meisque viribus aptum. Cf. similis Propertii locus II, 1, 17 sqq. Post *Iovis* Codd. exhibent verba *ponitque canit* sensu destituta. Nos cum Hauptio, Ribb. et Benoisto edidimus *Rhoetique*, memores Hor. Od. II, 19, 23., ubi Gigas, et Verg. ipsius Geo. II, 456. Ovid. Met. XII, 271. 285. al., ubi Centaurus huius nominis commemoratur. Taubm. *Rhoeci* coniiciens de eodem cogitavit. Barth. Adv. XIX, 13. *Otiqui*, Sillig. autem *Phorcique* coniicit, quem Hygin. Praef. p. 4. ed. Munck. inter Gigantes referat; sed Verg. ipse Aen. V, 240. (ubi vid. adnott.) Phorcum potius tamquam deum marinum producit. Aliter tamen de hoc loco indicat Iahn. ad Moret. 13. (in Seebodii *Archiv für Paed. u. Phil.* IV, 4. p. 632.), qui hunc versum pro glossemate sequenti versui superscripto habet. — **28.** *Phlegra tellus*. Vid. ad Aen. III, 578. *Phlegra* autem pro Phlegraea. Vid. ad Aen. VI, 877. et III, 602. — **29.** *Nec - - compellit* etc. pro: nec canit compulsos etc. Cf. Ecl. VI, 62. et Markland. ad Stat. Silv. V, 3, 85. — *Centaureos in enses*, improprie, nam Centauri non gladiis, sed saxis et stipitibus contra Lapithas utebantur. Ceterum de hoc certamine ipso vid. adnott. ad Aen. VII, 304. — **30.** In meo carmine *Oriens* (populi orientis, Persae) *non urit Erichthonias arces*, Athenas. Cf. Prop. II, 5 (6), 4. et adnott. ad Geo. III, 113. Infra v. 336. (ubi vid. adnott.) *Erichthoniae arces* Troiam significant. — **31.** *Athos* (de quo vid. ad Geo. I, 332.), a Xerxe Graeciam petente *perfossus*. Cf. Herod. VII, 23 sq. Tzschuck. ad Melae II, 2, 10. Cousinery *Voyage dans la Macédonie* II. p. 133 sqq. et Leake *Trav. in North. Gr.* III. p. 133 sqq. — *vincula Ponto iacta*, iniecta, i. e. pons a Xerxe Hellesponto impositus (Herod. VII, 33 sqq.). — **32** *iam* de tempore, quo poeta carmen suum scribit. — *sera* pro *sero*. Vid. Vechner. Hellenol. p. 216. et Ruddim. II. p. 373. — **35.** *Molli sed tenuis d. carmine versus* cum Hauptio, Ladew. et Benoisto edidimus pro *Mollia sed tenui d. carmina versu*, quod prius cum Heynio et Sillígio servavimus. Ribbeck. edidit *tenui decurrere carmina versu et Viribus* etc. — *decurrens* Heins. et Sillig. (quos etiam posteriores editt. secuti sunt) resti-

Viribus apta suis Phoebo duce ludere gaudet.
Hoc tu, sancte puer, memoraberis et tibi crescet
Gloria perpetuum lucens, mansura per aevum,
Et tibi sede pia maneat locus et tibi sospes
Debita felices numeretur vita per annos,
Grata, bonis lucens. Sed nos ad coepta feramur.
Igneus aetherias iam Sol penetrarat in arces
Candidaque aurato quatiebat lumina curru,
Crinibus et roseis tenebras Aurora fugarat:
Propulit e stabulis ad pabula laeta capellas
Pastor et excelsi montis iuga summa petivit,
Rorida qua patulos velabant gramina colles.
Iam silvis dumisque vagae, iam vallibus abdunt
Corpora, iamque omni celeres e parte vagantes

---

tuerunt pro vulg. *percurrere*, cum in pluribus Codd. legatur *pede currere*, Infinitivus autem asyndeton efficiat, quale vix alterum apud scriptores Latinos invenias. — (*pagina*) *decurrens - - ludere gaudet* pro gaudet se decurrentem ludere. Vid. ad Aen. II, 376. De verbo *decurrendi* autem vid. Walch. ad Tac. Agr. p. 112. et Sillig. ad Ciris v. 5. coll. adnot. ad Geo. II, 39. — **37.** Vulgo *Et tu, sancte puer, venerabilis et tibi certet* etc., quod nullum praebet sensum. Prius cum Silligio ex tribus Codd. receperam *Et tibi, s. p., memorabitur*, cum *tibi* pro *tu* plures habeant Codd., pro *venerabilis* autem plurimi *memorabilis* vel *memorabile*; nunc vero cum Ladew. et Benoisto praetulimus aptiorem Hauptii coniecturam. Ribbeck. edidit *Haec tibi sacra, puer venerabilis.* — *crescet* Sillig. ex coniectura restituit pro vulg. *certet* et servavit Haupt. Both. coni. *certa est*, quod acceperunt Ribbeck. et Benoist. — **38.** *lucens.* Sic plurimi et optimi Codd., quos (ut posteriores quoque editt.) cum Silligio secutus sum. Vulgo *lucis.* — *mansura per aevum.* Cf. Ovid. Met. V, 227. — **39.** Vita sospes tibi debita numeretur per annos felices. *Numeretur* autem ex Heynii coni. cum Silligio et recentioribus editt. edidimus; vulgo *memoretur.* — **42.** Describitur medium tempus inter Auroram evanescentem et Solem vere orientem. Pro *aethereas arces*, i. e. caelum (vid. Aen. I, 250. Burm. ad Ovid. Am. III, 10, 21. et adnott. ad Geo. I, 240.), aliquot Codd. *etneas, aethneas, Aetnaeas*, quod sine iusta causa praefert Iacob. ad Lucil. Aetn. 356. p. 191. Scalig. coni. *Oeteas.* — *penetrarat.* Cum recentioribus editt. revocavimus nunc hanc Codd. lectionem, quam Sillig. ex Cod. Helmst. in *penetrabat* mutaverat, ut Imperf. sensu inchoativo usurpatum haberetur (cf. adnott. ad Aen. VI, 468. et XII, 394.). — **43.** *quatiebat lumina*, i. e. radios emittebat, spargebat, ut ap. Cic. Arat. fragm. XX, 3. p. 522. Orell. *Leo tremulam quatiens e corpore flammam* et v. 285. p. 532. *mediocre iacit quatiens e corpore lumen.* Cf. etiam Ciris v. 349. *lux ubi diem quatiebat.* — **44**. *Crinibus roseis.* Cf. Ovid. Am. II, 4, 43. *Placuit croceis Aurora capillis.* — Cum v. **45.** cf. Tibull. II, 3, 15. *Ipse deus solitus stabulis expellere vaccas.* — *Propulit e stabulis* plurimorum Codd. est lectio, quam cum Hauptio et posterioribus editt. restituimus. Prius ex Heinsii coni. edebatur *ut stabulis.* — *pabula laeta.* Haupt. et Ribbeck. e Cod. Cantabr. receperunt *nota.* — **46.** *montis iuga.* Vid. Passov. ad Tac. Germ. 43. — **47.** Plures Codd. *Lurida*, quare Heyn. et Sillig. ediderunt *Lucida*. Iacobs. in Spec. emendatt p. 89. coni. *Florida*, coll. Aen. I, 430., quod Ribbeck. amplexus est. Adiect. *roridus*, quod nunc cum Hauptio, Ladew. et Benoisto recepimus, legitur in optimis Codd. Propert. V, (IV,) 4, 48. (*rorida terga iugi*) et II. 30, 26. (*rorida antra*, ubi tamen alii Codd. *roscida* exhibent) atque Apulei. Met. IV, 17. p. 276. Oud. (*specus roridos*). Alias coniecturas praetereo. — Cum v. **48.** sqq. cf. Colum. VII, 6. — Cum Hauptio et posterioribus editoribus restitui vulgarem versuum ordinem, qui Bembo deberi videtur; omnes enim Codd., quibus prius cum Silligio obtemperavi, eos hoc ordine sane minus apto: 49. 51. 50. 52. simulque Imperf. *Tondebant* exhibent (de

Scrupea desertae perrepunt ad cava rupis,
Tondentur tenero viridantia gramina morsu,
Pendula proiectis carpuntur et arbuta ramis,
Densaque virgultis avide labrusca petuntur.
Haec suspensa rapit carpente cacumina morsu
Vel salicis lentae, vel quae nova nascitur alnus,
Haec teneras fruticum sentes rimatur, at illa
Imminet inrigui praestanti marginis ulvae.
O bona pastoris — si quis non pauperis usum
Mente prius docta fastidiat et probet illis
Somnia luxuriae spretis — incognita curis
Quae lacerant avidas inimico pectore mentes.
Si non Assyrio fulgent bis lauta coloro
Attalicis opibus data vellera; si nitor auri

---

quo usu Praesens et Imperf. in eadem sententia coniungendi vid. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 45. Wopkens. Lectt. Tull. III, 7. p. 278 sq. et Cort. ad Lucan. VI, 663. coll. adnot. ad Aen. IV, 150. et II, 482., atque de verbo *tondendi* adnott. ad Geo. I, 71. et Aen. III, 538.). — V. **50**. Sillig. ex omnibus fere Codd. suis edidit *desertis haerebant* et *desertis* hic eadem ratione dictum esse putat, qua alibi *alternis*, ut Ablativus Adverbii loco positus sit, quod mihi minus probabile videtur. Quare nunc cum Hauptio et Benoisto restitui vulg. lectionem *desertae perrepunt*, quamquam Sillig io nil nisi Bembi coniectura videtur. Ribbeck. ex Coni. edidit *surrepunt*. — **52**. *arbuta* pro pomis. Cf. Burm. ad Prop. p. 26. — **53**. *labrusca*. Vid. ad Ecl. V, 7., ubi tamen, ut alibi, *labrusca* est Substantivum primae Declin., quare etiam h. l. Cod. Helmst. *labrusca petita est. Labruscum*, quod alibi nusquam inveniri videtur, hic fructum labruscae significat. Laudatur propterea hic versus (tamquam Vergilianus) a Nonio p. 211, 26. — **54**. *Haec suspensa*, ipsa se erigens capella. — *carpente* cum displiceat post *carpuntur*, Schrader. coni. *rodente* et Wakef. Silv. crit. p. III. p. 119. *cupiente*. — **56**. *rimatur*. Vid. ad Geo. I, 384. — **57**. Editores, iure haerentes in verbis *praestantis imaginis undam*, versui variis coniecturis succurrere studuerunt, quibus non opus esse putat Sillig., cuius tamen ratio locum expediendi paulo artificiosior videtur. Verbis enim sic construendis: *in undam rivi praestantis imaginis* haec fere addit: „Ultima vox eadem ratione a Participio *praestans* pendet, qua plurima Participia Praes. Genitivum admittunt (cf. Mueller. Progr. de vi et usu verborum quorundam Lat. Cosl. 1828. p. 5 sq.) *Praestare imaginem* dici potest, ut *praebere* ap. Tac. Ann. III, 60., *repraesentare* ap. Quinct. VI, 1.“ Quamvis autem haec contorta lectio omnes Codd. occupet, tamen cum Hauptio et Ribbeckio edidi *Imminet inrigui praestanti marginis ulvae*, Benoist. autem *Imminet in rivi praestantis marginis undam*. — Ribbeck. (qui vid. in Mus. Rhen. XVIII. p. 102.) post hunc versum collocavit v. 98 – 103. — **58** sqq. Cf. loci similes ab Obbario ad Hor. Ep. I, 10, 25. Vol. II. p. 79 sq. congesti. Imprimis autem vid. Geo. II, 458 sqq. — *pauperis usum*, i. e. eam vivendi rationem, qua pauper uti solet: *pauperis* autem pro pauperum, ut saepe. Cf. Moret. 64. *Non illi deerat, quod pauperis exigat usus*. — **59**. Ribbeck. cum Heinsio pro *prius* edidit *minus*. — **60**. Vulgo *Omnia luxuriae pretiis incognita curis*, unde Sillig. fecit *Munera luxuriae spretis sibi, cognita curis*. Nos nunc cum Hauptio, Ribb., Ladew. et Benoisto restituimus Codd. lectionem, *Somnia* modo scribentes pro *Omnia*, quae post voc. *illis* mutatio dici vix potest. — **61**. *inimico pectore* (omissa Praepos. *in*) i. e. invido iis, qui sunt ditiores. Sillig., si vulgaris lectio durior videatur, etiam *in iniquo pectore* legi posse censet. — **62** sqq. Sequitur locus, quem Heyn. non temere ornatissimum et Vergiliana dictione dignum censet. — *Si non - - at*. Vid. Geo. II, 461 sqq. Lucr. II, 24 sqq. al. Sensus est: *Si* (ei) *non fuerint vellera bis lauta colore Assyrio* (i. e. purpureo: vid. adnott. ad Geo. II, 465.) s. dibapha (Plin. IX, 39, 63.), *data* (empta) *Attalicis opibus* (ingenti pretio; nam Attali, Pergameni reges, imprimis Attalus II. Philadelphus, di-

Sub laquearc domus animum non angit avarum,
Picturaeque decus, lapidum nec fulgor in ulla
Cognitus utilitate, manum nec pocula Graiam
Alconis referunt Rhoecique toreuma, nec Indi
Conchea baca maris pretio est: at pectore puro
Saepe super tenero prosternit gramine corpus,
Florida cum Tellus gemmantes picta per herbas
Vere notat dulci distincta coloribus arva;
Atque illum calamo laetum recanente palustri
Otiaque invidia degentem ac fraude remota

---

vitiis abundabant, quas potissimum in regiam suam splendidissime exornandam insumebant: vid. Interpp. ad Hor. Od. I, 1, 12.). Pro vulg. *fuerint* nunc cum Ribbeckio, Hauptio (in alt. edit.) et Benoisto recepimus elegantiorem Schraderi coniecturam *fulgent*. — **64.** *sub laqueare*. Vid. ad Aen. I, 726. — *angit*. Sic Haupt. et posteriores omnes. Prius cum Sillígio servavi vulg. lectionem *tangit*. — **65.** *lapidum fulgor*, gemmarum. Taubm. cum Barthio Adverss. XX, 19. de marmore et pictura musivaria cogitandum esse putat, cum de gemmis infra demum v. 67. agatur. Sed ibi de unionibus, non de gemmis sermo est. — Sillig. locum sic capit: *in ulla Cognitus utilitate*, i. e. in nulla cogn. utilitate, ut negatio ex Copula *nec* huc pertineat, et haec sit sententia: cuius nullam utilitatem, nullum usum esse constat; qua poeta in universum significet, quam viles sibi videantur illae res, quas vulgus mirari soleat. Sequentia Sillig. unum Cod. Colb. IV. secutus et copulam modo *que* adiiciens sic constituit: (*utilitate*) *manet, nec pocula grata Alconem referunt doctumque toreuma, nec Indi*, ut *manet* (ad quod verbum ex v. 63 sq. repetendum *si non*) idem fere sit quod *adest, possidetur;* ideoque poeta nihil aliud dicat quam: si purpuram, aurum, gemmas etc. — quae res nullius sunt utilitatis — non habet; *Alconem* autem *doctumque toreuma* pro: Alconis doctum toreuma positum sit. (Vid. adnott. ad Ecl. II, 8. VIII, 95. etc.) Et sane Adi. *doctus* etiam de artificibus et artis operibus dici, apparet ex Mart. VIII, 51. aliisque locis; sed cum ceteri Codd. (?) et antiquae editt. pro *doctumque* exhibeant *Boethique*, apparet auctorem carminis Alconi adiunxisse alterum nobilem artificem, Boëthi autem (*Βοηθοῦ*) nomen (de quo caelatore celeberrimo cf. Plin. XXXIII, 12, 55. et Sillig. Catal. artif. p. 108 sq.) non praeter omnem usum contrahi potuerit in *Boethi*, libens ei cum Hauptio et posterioribus substitui *Rhoecum* (de quo cf. Walz. in Pauly *Realencycl.* VI. p. 491.) totumque locum ita reddo, ut ab iisdem viris doct. elegantius constitutus est. — De *Alcone* vid. ad. Ecl. V, 11. et de verbo *referre* pro *exhibere* ad Aen. XII, 348. coll. adnot. ad IV, 329. — *Indi c. baca maris*, margarita. (Vid. ad Aen. I, 655. et Heind. ad Hor. Sat. II, 3, 241., de voce autem una *c* scribenda ad Ecl. X, 27. et Geo. I, 306.) Epitheton *Conchea* est *ἅπαξ λεγόμενον*, sed propterea non cum Sillígio pro inepta glossa habendum et ex eodem illo Cod. Colb. IV. in *Ornat* mutandum, ex quo Sillig. etiam pro vulg. lectione *pretio est* adoptavit prorsus ab ea abhorrens verbum *flagrat* in Part. *flagrans* mutatum, cum *flagrare* Aen. XII, 167. et alibi saepe pro splendere, fulgere dicatur. Nos cum Hauptio, Ribb. et Benoisto nunc vulgarem lectionem restituimus. — **70.** *Tellus* cum Sillígio litera maiuscula scripsimus, ut Dea significetur, in quam solam haec videntur quadrare. Cf. Aen. IV, 166. — *picta*. Cf. Ecl. II, 50. ibique adnott. — **71.** Pro *dulci* plures Codd. *dulcis*, et Colb. ille IV. *duris districta ligonibus arva*, quod Sillig. fortasse praeferendum censet, quamquam pro *districta* etiam *diffricta* legi posse censet. Equidem in vulg. lectione, quae bonum sensum praebet, etiamnum acquiescendum puto idemque statuerunt Haupt. et posteriores editt. — **72** sqq. Ille sub vitium umbraculis otium fallit canendo. — *calamo*, fistula. Vid. Ecl. V, 48. coll. II, 32 etc. — *laetum recinente*. De Neutro Adiectivorum adverbialiter usurpato vid. adnott. ad Ecl. III, 8, 63. et al. Markl. ad Stat. Silv. III, 1, 163. Weichert. Ep. crit. p. 40. et Iacob.

Pollentemque sibi, viridi cum palmite ludens
Tmolia pampineo subter coma velat amictu.
Illi sunt gratae rorantes lacte capellae
Et nemus et fecunda Pales et vallibus intus
Semper opaca novis manantia fontibus antra.
Quis magis optato queat esse beatior aevo,
Quam qui mente procul pura sensuque probando
Non avidas adgnovit opes nec tristia bella
Nec funesta timet validae certamina classis,
Nec, spoliis dum sancta deum fulgentibus ornet
Templa vel evectus finem transcendat habendi,
Adversum saevis ultro caput hostibus offert?
Illi falce deus colitur, non arte politus,
Ille colit lucos, illi Panchaia tura,
Floribus agrestes herbae variantibus adsunt;
Illi dulcis adest requies et pura voluptas,

---

ad Lucil. Aetn. 26., hic a Silligio laud. — **74.** *Pollentem*, divitem, potentem (ut Plaut. Capt. II, 2, 28. et Ciris v. 410.). — *sibi* Sillig. ex usu satis noto abundanter adiectum censet, ita tamen, ut notio insit *ex sua sententia*, coll. adnot. sua ad Catull. XCVII, 3. Sensus igitur est: agricola sua sorte contentus. — *viridi cum palmite* etc.: Verba sic construe: *coma Tmolia cum palmite viridi velat eum subter amictu pampineo ludens*, i. e. agricola sedet sub umbraculo viteo. Haupt. edidit *viridante*, fortasse rectius. De *Tmoliis* vitibus cf. adnott. ad Geo. II, 98., de duobus autem Adiectivis uni Substantivo adiectis ad Aen. V, 24. et al. *Ludere* de rebus vento agitatis legitur etiam Ciris v. 143. et al. — **76.** Pro *gratae* Wakef. e coniectura supervacanea edidit *vaccae*, coll. Geo. II, 624. et III, 177. — *rorantes lacte*. Vid. ad Aen. VIII, 645. — **77.** *Pales*. Vid. ad Ecl. V, 35. — *intus* cum Haupt., Ladew., Ribb. et Benoisto pro vulg. *imis* ex bonis Codd. recepimus. — **78.** *Semper*, quod Taubm. cum *novis*, Heyn. autem cum *opaca* coniungendum putat, Sillig. rectius cum *manantia* iungit, ut sensus sit: *„die stets von frischem Wasser benetzten Grotten."* *Manare* autem haud raro idem esse, (quod madidum esse et rorare aliqua re vel stillare aliquid, docent loci Cic. Div. I, 34. Ovid. Her. X, 55. Liv. I, 59. Plin. XIV, 20, 25. alii. — **80.** Sillig. ex coniectura edidit *mente procul dura*, cum Codd. omnium lectio *mente procul pura* nihil aliud significare possit, nisi sine mente pura, quod ab hoc loco alienum sit. Heyn. tamen ex vulg. lectione, quam cum Hauptio et posterioribus editt. restitui, hanc sententiam eruit: „dum procul se continet, mentemque puram et sensum probandum, animi propositum rectum servat, non agnovit opes, non appetit." — **81.** *nec tristia* pro vulg. *non tristia* Sillig. ex melioribus Codd. restituit, quem posteriores secuti sunt. — **83.** *spoliis dum - - ornet*, eo consilio, ut hostium spoliis templa deorum ornet. — **84.** *evectus*, elatus (vid. Cort. ad Cic. Fam. VI, 7, 5.), *finem transcendit habendi*, plura cupit, quam debet; iis, quae ad vitam sustentandam necessaria sunt, non est contentus, ideoque in bello magnam et luculentam quaerit praedam. — **86.** *falce politus*. *Falx*, quae opponitur *arti*, pro rudi scalpello accipienda, ut apud Martial. VI, 73. *Non rudis indocta fecit me falce colonus*. Cf. etiam Plin. XVII, 14, 24. *falce laevigare truncum*. — **87.** Agricolis herbae florentes turis pretiosi vicem sustinent. — *Panchaïa tura*. Vid. ad Geo. II, 139. et IV, 379. — **88.** *variantibus* non i. q. variis, versicoloribus, sed transitive: qui variant herbas; ut ap. Ovid. Fast. III, 449. *Iamque ubi caeruleum variabunt* (vulgo *vallabunt*) *sidera coelum*. Pro *adsunt* Haupt. (et cum eo Ribbeck.) elegantem sane recepit coniecturam suam *adflant*. Sed auctor consulto videtur verbum *adesse* bis posuisse. Etiam Benoist. Codd. lectionem retinuit. Cf. infra v. 145. — **89.** Cf. similes sententias ab Obbario ad Hor. Ep. I, 10, 18. Vol. II.

Libera, simplicibus curis; huc imminet, omnes
Dirigit huc sensus, haec cura est subdita cordi,
Quolibet ut requie victu contentus abundet
Iucundoque liget languentia corpora somno.
O pecudes, o Panes et o gratissima Tempe
Frondis Hamadryadum, quarum non divite cultu
Aemulus Ascraeo pastor sibi quisque poetae
Securam placido traducit pectore vitam!
   Talibus in studiis baculo dum nixus apricas
Pastor agit curas et dum non arte canora
Compacta solitum modulatur harundine carmen;
Tendit inevectus radios Hyperionis ardor
Lucidaque aetherio ponit discrimina mundo,

---

p. 65. congestas. — **90** *simplices curae* quid sibi velint, non satis clarum. Quare Sillig. memorat, e Codd. vestigiis parum abesse quin poetam scripsisse putet: *Libera simplicitas curis hunc eximit.* Wakef. edidit *Libera vindicibus curis.* — **93.** *liget* lectio est Colb. IV. a Silligio recepta pro *licet* aliorum Codd. Haupt. et Ribbeck. receperunt Heinsii coni. *levet.* — **94.** *Panes* et *Panisci* Plur. numero a Vergilio non commemorantur, saepe autem ab aliis scriptoribus. (Cf. Ovid. Met. XIV, 638. Fast. I, 397. Heroid. IV, 171. — Cic. N. D. III, 17, 43. Suet. Tib. 43. etc. et vid. Preller *Röm. Myth.* I. p. 587.) — *Tempe.* Vid. ad Geo. II, 469. et IV, 317. Sillig. servata Codd. lectione *Fontis,* Gen. *Hamadryadum* coniectura mutavit in *Hamadriasin* (quae Graeca Dativi terminatio Schneidero teste Gr. Lat. II. p. 311. saepe a librariis obliterata sit) et locum coll. Drak. ad Sil. X, 99. Ruhnk. ad Vell. II, 48. 93. Oudend. ad Luc. I, 212. Bentl. ad Hor. Od. II, 2, 6. Ruddim. II. p. 73. virisque doctis a Weicherto ad Val. Fl. VIII, 14 laud. sic explicat: (*gratissima*) *fontis,* i. e. propter fontem, Hamadryades autem *fontibus,* i. e. aqua (cf. e. g. Aen. II, 686.) gaudere, in promptu esse memorat, cum arbores aqua destitutae arescant et intereant. Sed cum omnino coniectura opus sit, haud dubie praestat Hauptii *Frondis,* quod cum Ladew., Ribb. et Benoisto recepimus, Genitivum eadem ratione explicantes, qua Sillig. — *quarum non divite cultu* etc. i. e. quas sine magno sumptu ideoque sine divitiis colendo pastor traducit vitam placidam et tranquillam, *aemulus Ascraeo poetae,* exemplo Hesiodi vatis (cuius cf. Theog. 22 sq.). De *Ascraeo* autem *poeta* vid. ad Ecl. VI, 70. et Geo. II, 176. — Cum v. **97.** cf. Hor. Ep. I. 18, 97. Cic. Sen. 23, 82. Tusc. III, 11, 25. etc. — **98** sqq. Dum pastor inter has delicias vitae rusticae tempus canendo fallit, sole iam in medium coelum progresso, gregem agit in luci umbram; quae tamen omnia, in universum dicta, pertinent omnino ad laudes vitae rusticae, neque sunt ad illum unum pastorem referenda, de quo hoc carmine agitur. — In verbis *apricas agit curas* (pro: apricus agit curas) non haerendum, cum poetae epitheta haud raro alii nomini apponere soleant, quam quo proprie pertinent. Vid. adnott. ad Ecl. IX, 58. et al. *Curas agere* autem defendi similibus locis, vere observat Sillig. coll. Heinsio ad Ovid. Her. XVI, 302. — **99.** *non arte* Sillig. recte coniungere videtur cum *compacta,* ut sit i. q. non artificiose. In Adiectivo enim et Participio uni Substantivo sine Copula adiectis non haerendum esse, ad Geo. I, 449. et alibi vidimus. — *Compacta harundine.* Vid. ad Ecl. II, 32. — *modulatur carmen.* Vid. ad Ecl. IV, 14. — **101** *Hyperionis ardor,* i. e. Solis. Cf. Ovid. Met. VIII, 564. Fast. V, 385. Stat. Silv. IV, 4, 21. etc. '*Υπερίων* enim (super nos iens) iam apud Homerum Od. I, 8. (ubi vid. Nitzsch.) XII, 132. al. est Solis cognomen. Alibi Solis patrem' Urani et Gaeae filium, significat (Hes. Theog. 371. Apollod. I, 1, 3. 2' 2. Cic. N. D. III, 21, 54. Ovid. Met. IV, 192.). — **102.** *aetherio ponit discrimina mundo,* sol in medio cursu constitutus (cf. v. 107.) coelum in duas partes aequas discriminat. *Aetherius mundus* pro coelo legitur etiam ap. Tibull. III, 4, 17. Senec. Hippol. 332. et alibi. Cf. etiam

Qui iacit Oceanum flammas in utrumque rapaces.
Et iam compellente vagae pastore capellae
Ima susurrantis repebant ad vada lymphae,
Quae subter viridem residebant caerula muscum;
Iam medias operum partes evectus erat sol,
Cum densas pastor pecudes cogebat in umbras
Ut procul adspexit luco residere virenti,
Delia diva, tuo, quo quondam victa furore
Venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agaue
Infandas scelerata manus e caede cruenta;
Quae gelidis bacchata iugis requievit in antro,
Posterius poenam gnati de morte datura.
Hic etiam viridi ludentes Panes in herba
Et Satyri Dryadesque choros egere puellae
Naiadum coetu. Tantum non Orpheus Hebrum
Restantem tenuit ripis silvasque canendo,
Quantum te, pernix, remorantur, Diva, chorea

adnott. ad Geo. I, 232. — **103.** *Qui iacit* cum Ribb. et Benoisto recepimus pro vulg. *Qua iacit* etc., i. e. quatenus Orientem et Occidentem versus radios aequa lance dispergit. Haupt. edit *Dum iacit. Rapaces*, quod pro vulg. *capaces* iam Wakef. ad Lucr. V, 398. et Heyn. coniecerunt, Sillig. in omnibus Codd. suis invenit. — **105.** Schrader. coni. *Lene susurrantis;* sed *Ima*, i. e. in imo, non sollicitandum: caprae, quae ante in rupibus vagatae erant, a pastore coactae ad rivum conveniunt in intimo vallis recessu fluentem. — *susurrantis lymphae.* Plures locos, ubi de murmure aquae sermo est, collegit Obbar. ad Hor. Ep. I, 10, 21. Vol. II. p. 67. — Pro *repebant* Barth. Adv. XXX, 24., cui adsensus est Wakef. ad Lucr. VI, 1287., parum feliciter coni. *repedabant.* Ribbeck. cum Heinsio edidit *reptabant.* — **106.** Heins. coni. *Quae s. v. saliebat garrula m.* et Heyn. pro *residebant* voluit *resonabant;* sed. Sillig. putat, *residebant* posse excusari, si recordemur, *sedere* saepe dici de rebus, quae humilia sint atque depressa, coll. Heinsio et Drak. ad Silium VI, 646. — **109.** Describit poeta lucum sub Cithaerone monte situm et Dianae sacrum, in quem olim venit Agane, Cadmi filia, Pentheo filio laniato. — *Ut* Sillig. ex melioribus Codd. restituit pro *Et*, quod Heyn. ex paucis libris receperat, per *Ubi* explicatum, coll. adnot. sua ad Catull. XI, 3. Vid. etiam adnott. ad Aen. V, 329. Haupt. *Et* restituit, Ribbeck. autem coniicit *Haud procul accessit*, quod etiam Benoist. in contextum recepit. — **110.** *Delia.* Vid. ad Ecl. VII, 29. — **111.** De *Agaue* (Ἀγαυή), Cadmi et Harmoniae filia, quae Bacchico furore correpta ipsum filium suum, Pentheum, his Orgiis in Cithaerone monte celebrandis resistentem, quem pro fera bestia habebat, laniavit, vid. Apollod. III, 4, 2. 5, 2. Hygin. f. 240 254. et Ovid. Met. III. 700 sqq. — *Nyctelium*, i. e. Bacchum, *fugiens*, i. e. abhorrens a sacris Bacchicis, postquam ad se rediit et scelus suum cognovit. *Nyctelius* autem (*Νυκτέλιος*, i. e. Nocturnus) vocabatur Bacchus propter sacra eius nocte potissimum celebrata. Cf. Ovid. Met. IV, 15 A. A. I, 567. et Serv. ad Aen. IV, 503. — **114.** In Codd. haec leguntur *poenam gnati se morte futuram*, quae iusto sensu destituta sunt. Quod nos cum Sillígio exhibuimus, apparet iam in Ald. a. 1527. idemque etiam posteriores editt. omnes servarunt. — **117.** *Naïadum coetu*, omissa Praepos. *cum;* qua de re Sillig. conferri iubet Ruddim. II. p. 268. et Ellendt. ad Cic. Brut. 69, 242. Vid. adnott. ad Ecl. IV, 60. Aen. II, 122. et al. Quare non opus est Wakef. coniectura *in coetu*, nec Heyniana *et coetus.* — *Orpheus* τρισυλλάβως pronuntiandum. Vid. Schneideri Gr. Lat. II, 1. p. 12. De ipsa re cf. adnott. ad Ecl. III, 46. — De *Hebro* vid. ad Ecl. X, 65. et Aen. I, 317. — **119.** Vulgo *Quantum te, Peneu, remorantem dia chorea*, ex Bembi coniectura. Omnes tamen Silligii Codd. *diva* (i. e. Diana) pro *dia*, et plurimi *pernige*, unde iam Fabric. eruit *pernix*, quod Schradero (qui hanc

Multa tuo laetae fundentes gaudia voltu,
Ipsa loci natura domum resonante susurro
Quis dabat et dulci fessas refovebat in umbra.
Nam primum prona surgebant valle patentes
Aeriae platani, inter quas impia lotos,
Impia, quae socios Ithaci maerentis abegit,
Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.
At quibus insigni curru proiectus equorum
Ambustus Phaeton luctu mutaverat artus,
Heliades teneris inplexae bracchia truncis
Candida fundebant tentis velamina ramis.
Posterius, cui Demophoon aeterna reliquit

---

lectionem adeo in Cod. Vossiano se invenisse testatur) et Heynio suadentibus Sillig. restituit. *Peneus*, cuius nominis Vocativus non potuit *Peneu* formari, omnino huc non quadrat; *pernix* autem *chorea*, de Panibus, Satyris et Dryadibus antea commemoratis intelligenda, satis apte commemoratur, ut ap. Lucr. II, 636. *Curetum pernix chorea;* quamquam ipsa comparatio Orphei cum chorea pernice et Hebri cum Diana nemini potest placere. Wakef. pro *Peneu* coni. *Phoebe*. — *remorantur* autem cum Ribb., Haupt. et Benoisto recepimus pro vulg. *remorantem*. — **120**. *tuo laetae* Sillig. ex coni. edidit pro vulg. *tibi laeto*, cum unus Cod. Helmst. diserte exhibeat *tuo*, tres alii *tuae*, et *laete* vel *late*; eamque coniecturam recentiores editt. iure servarunt. Iam sensus hic est: Naides (quae per choream imprimis significantur, quod docet etiam v. 121., ut Panes et Satyri magis ad solum ornatum adiiciantur) *te tenent multa gaudia fundentes* (i. e. abundanter testantes) *laetae tuo vultu*, gaudentes, quod ipsis te adspicere licet. — **122**. Verba sic coniungenda: *quis* (Naisin) *ipsa loci natura, susurro resonante, domum dedit* (cf. v. 123 sqq.) *et fessas in dulci umbra refovebat*. Hinc apparet, supervacaneas esse Bothii coniecturas *modum* (prò *domum*) et *fessos*. — **123** sqq. Cum hac arborum enumeratione conferri potest Ovid. Met. X, 86 sqq. — Pro vulg. *platanus* cum Haupt., Ribb. et Benoisto recepimus bonorum Codd. lectionem *platani*. — **124**. *impia lotos, Impia*. De iterato epitheto cf. Hor. Od. III, 11, 30 sq. Catull. LXIV, 404 sq. et adnott. ad Ecl. VI, 16, 20. Aen. I, 315. al. Impietas autem spectat ad iniuriam Ulyssi factam, cuius socii, loti dulcedine cognita, in Lotophagorum terra remanere voluerunt. Cf. Hom. Od. IX, 82 sqq. — De forma *lotos* vid. ad Ecl. III, 56. Geo. II, 81. Aen. III, 27. al. — **125**. *abegit*, avocavit ab Ulyssis nave; loti suavitas effecit, ut socii Ulyssis ad naves non redirent. Cf. Hom. l. l. v. 94 sqq. Ceterum Heyn. vere memorat, confudisse poetam lotos diversi generis, lotumque ab Ulysse in Africa repertam plane aliam esse, quam Boeotiae domesticam. Cf. etiam adnott. ad Geo. II, 84. et III, 394. — **127** sqq. Significantur Phaëthontiades s. Heliades in populos vel alnos mutatae, de quibus vid. adnott. ad Ecl. VI, 62. — V. **129** sq. poeta Heynio hoc dicere videtur: „populos illas sororias ita inter se condensatas situ fuisse, ut implicarent mutuo nexu ramos et umbracula fierent.“ — *inplexae* autem est Heinsii (ad Gronovii Diatr. Stat. T. I. p. 145. ed. Hand.) coniectura, a Sillligio et posterioribus editt. pro vulg. *amplexa* recepta. Quia brachia in multos divisa erant ramos, Heliades dicuntur *truncis implexae* esse *bracchia* (Accus. remotioris Obiecti). — *candida velamina* sunt folia populi albae, quae terram quasi velant, dum umbram demittunt (non ipsas Heliadas velant, ut Barth. Advers. XXI, 9. et Gronov. locum intelligunt); eaque *fundebantur*, i. e. abundanter procrescebant, progignebantur. Cf. adnott. ad Ecl. IV, 20. Geo. I, 13. et Aen. VIII, 139. — *tentis ramis*. Haec Participii forma legitur etiam ap. Lucr. II, 618. VI, 1195. Hor. Epod. XII, 12. XVI, 50. XVII, 26. Sat. II, 5, 40. Ovid. Met. VI, 243. Her. X, 20. et Val. Fl. I, 185. *Extentus* invenitur Aen. VII, 226. Cf. Prisc. X, 5, 28. p. 892. Nonius p. 181, 25. et Neue *Formenl.* II. p. 445. — **131** sq. Proxime stabat arbor amygdala, in quam mutata erat Phyllis, Sithonis, Thracii regis, filia,

Perfidia lamenta, doli male provida Phyllis,
— Perfide Demophoon et non deflende puellis! —
Quam comitabantur fatalia carmina quercus,
Quercus ante datae Cereris quam semina vitae:
Illas Triptolemi mutavit sulcus aristis.
Hic magnum Argoae navi decus edita pinus
Proceras decorat silvas hirsuta per artus
Ac petit aeriis contingere montibus astra.
Ilicis et nigrae et species Lethaea cupressus
Umbrosaeque monent fagus hederaeque ligantes

Demophoontis, Thesei et Phaedrae filii, ex Troia redeuntis perfidiam lamentata. Cf. Ovid. Her. II. A. A. III, 37. Hygin. f. 59. et Tzetz. ad Lycophr. 495. — V. **132.** in Codd. misere corruptus legitur. Vulgo invitis Codd. sic editur: *Perfidiam lamentandi mala, perfida multis*, quorum verborum priora utcunque explicari possunt, si cum Handio l. l. *mala* intelligimus de doloribus, quemadmodum ap. Seren. Sam. 1048. *mala frigoris atque caloris*, ut sensus sit: Demophoon reliquit Phyllidi dolorem lamentandi perfidiam suam; ultima autem commodo sensu carent; quare Hand. coniicit *perdita Phyllis*, i. e. amore perdita. Nos pro instituto nostro prius etiam hunc locum ex Silligii recensione sic exhibuimus *Perfidia lamentari, male provida Phyllis*, quem, tribus coniecturis emendatum, Sillig. sic explicat: Phyllidi *male providae*, i. e. improvidae (vid. adnott. ad Aen. II, 23.), quatenus putaverat, Demophoontem non rediturum esse, qui tamen post eius obitum rediit, Demophoon *perfidia*, i. e. per suam perfidiam, *reliquit lamentari aeterna*, quod haud dubie pro aeterna lamentandi materia positum putat; nam *aeterna*, ut alibi *crebra multa* etc., pro Adverbio *aeterne* dictum accipit, et de verbis *reliquit lamentari* conferri iubet Hor. Ep. I, 16, 61. Sat. II, 5, 69. Vechner. Hellenol. p. 222. Ruddim. II. p. 228 sq. et Cort. ad Lucan. VI, 776. (Cf. etiam Orell. ad Hor. l. l. Vol. II. p. 329 sq. et adnott. ad Aen. I, 66. 79. 319. et al.) Nunc locum typis exscribi iussimus, ut uno versu auctus, qui et ipse singulis vocabulis corruptis legitur in Codd. Colb. II. III. Thuan. I. et Helmst., a Ribbeckio, Hauptio et Benoisto exhibetur. — **134.** *fatalia carmina quercus*, i. e. quercus, quae carmina fatalia s. oracula reddunt, quercus canorae et fatidicae, scil. Dodonaeae, de quibus vid. adnott. ad Ecl. IX, 13. et Geo. II, 16. Heins. malit *fatali carmine*. — **135.** *ante datae* etc. Glandes ante frugum sationem a Triptolemo monstratam hominibus datae. Vid. Geo. I, 7 sq. — **136.** *mutavit*, permutavit. — **137.** *pinus edita*, i. e. excelsa (vid. infra v. 171.), *hirsuta per artus*, i. e. per ramos, qui tamen an praeterea usquam *artus* dicantur, valde dubitandum, (quare Both. legi voluit *hirsutaque taxus;* quam tamen arborem tristem et diram adeoque veneno suo perniciosam (cf. Plin. XVI, 10, 20.) *silvas decorare* vix dici posse, vere memorat Sillig.). — *magnum decus Argoae navi*, e qua Argo navis confecta et exornata fuit. *Argoa navis*, ut ap. Val. Fl. VII, 573. *Argoa ratis*. Idem Adiectivum legitur ap. eundem V, 436. VI, 116. Hor. Epod. XVI, 57. al. Hanc autem navem ex pinis Pelii, Thessaliae montis, factam fuisse, diserte narrat Diod. IV, 42. Ceterum de ea cf. Pauly *Realencyclop.* I. p. 1525 sq. ed. II. — **139.** Pro vulg. *Appetit* cum Hauptio, Ribb. et Benoisto edidimus *Ac petit* Puncto in fine versus posito. — *montibus* (pro quo Scaliger. legi voluit *motibus*) recte vindicat Huschk. ad Tibull. I, 7, 15. per locum Hom. Il. XIV, 287. — **140.** Pro *species et laeta cupressus*, quod epitheton Heynio iudice adversatur arboris naturae, sed defenditur a Gronov. Obss. II, 3. et p. 231. et Barth. Advv. XXI, 9., nunc cum Haupt., Ribb., Ladew. et Benoisto recepimus felicem Gifanii et Heynii coniecturam *et species Lethaea*, ut *cupressus* sit Gen. pro usitatiore *cupressi*. Ut enim v. 141. *fagus* et alibi aliarum arborum nomina, sic etiam *cupressus* ap. Ovid. Met. III, 155. Colum. IV, 26. in. et al. ad 4. Decl. formas flectitur. Additum autem *species* periphrasi modo inservit. — **141.** *monent* ex uno Cod. Voss. restituit Sillig. pro vulg.

Bracchia, fraternos plangat ne populus ictus,
Ipsaeque excedunt ad summa cacumina lentae
Pinguntque aureolos viridi pallore corymbos,
Quis aderat veteris myrtus non nescia fati.
His suberat gelidis manans e fontibus unda,
Quae levibus placidum rivis sonat acta liquorum.
At volucres patulis residentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt resonantia cantus,
Et quaqua geminas avium vox obstrepit aures,
Hac querulas referunt voces quis nantia limo
Corpora lympha fovet, sonitus alit aeris Echo,
Argutis et cuncta fremunt arbusta cicadis.

---

manent, quod iustum sensum non praebet. Iam hic est sensus: Fagus et hederae adstantes ramis suis populorum brachiis implicitae illas ligant, et ita quasi *monent*, prohibent, ne populi fratris mortem semper lugentes nimium doleant et plangant (assidue moveantur). Cf. etiam infra v. 182. — *fagus*. Cf. Charis. I, 17. p. 104. et Schneid. Gr. Lat. II, 1. p. 471 sq. Wagneri opinioni, qui Geo. II, 71. *fagus* pro Acc. Plur. habet, adversati sumus. Alibi enim ap. Verg. legimus Acc. *fagos* Ecl. II, 3. III, 12. IX, 9. et Gen. *fagi* Ecl. I, 1. V, 13. — **142**. *ictus*, vulnera et mortem. — **143**. *excedunt*. Heyn. malit *succedunt*; sed structura rarior *excedere ad* vindicatur loco Velleii I, 2. *Hercules ad deos excesserat*. Ribbeck. ex Heynii coni. edidit *escendunt*. — **144**. *pingunt viridi pallore*, ut apud Lucr. IV, 337. *Quae palloribus omnia pingunt*. Intelligendus autem per *viridem pallorem* foliorum color albicans. Similis igitur est locus Ecl. III, 39. *vitis Diffusos hedera vestit pallente corymbos* — *corymbi*, i. e. racemi hederae cum acinis (vid. ad Ecl. l. l.), sunt *aureoli*, i. e. habent fructus crocei coloris. — **145**. In myrtum mutata femina Myrsine. Heyn. conferri iubet Serv. ad Aen. III, 23. et Geopon. XI, 6. — V. **148**. et **149**., qui vulgo erant 146. et 147. et post illum *Quis aderat - - - fati* ponebantur, cum Hauptio transposuimus; sic enim omnia melius cohaerere, quisque videt. Ceteri recentiores editores vulgarem ordinem retinuerunt. Heins. totum locum (v. 148—156.) singulis versibus transpositis multumque mutatis post v. 100. retraxit. — **149**. Heyn. coniungit *carmina per varios cantus*, ut alibi *per varios sonos;* sed rectius Sillig. videtur iungere *resonantia per varios cantus*, i. e. carmina, quae vario cantu, prout variae aves canebant, resonabant; ut carmina eadem sint, cantus autem diversi. — **146**. *suberat* iam Bembus restituit pro Codd. lectione *superat*. De Imperfecto in eadem sententia cum Praesente (*sonat*) coniuncto vid. adnott. ad Aen. IV, 150. et Ciris v. 358—360. — **147**. *unda placidum sonat*, ut Geo. IV, 370. (ubi vid. adnott.) *saxosum sonans*. Cf. etiam adnott. ad Ecl. V, 64. et Aen. I, 328.; *undam* autem *levibus rivis* consociatam recte tuitus est Huschk. ad Tibull. T. II. p. 687. — *acta* pro vulg. *orta*, quod admodum languet, Sillig. recte restituit e Cod. Voss. Cf. Ovid. Fast. I, 404. *rivus agebat aquas*. — Pro *liquorem* cum Hauptio et posterioribus edidi *liquorum*. Both. sine iusta causa coni. *soporem*. — **150**. Vulgo *Et quamquam geminas* etc., quod nunc cum iisdem in *Et quaqua* mutavimus. Sillig. ediderat *Hinc illi*, quod iam Scalig. e vetere sched. Contiana praetulerat. — **151**. Vulgo *Hanc*, sine sensu. Scaliger. ex eadem scheda restituit *Hinc*, quod Sillig. recepit, ut haberemus duplex *hinc*, (de quo vid. adnott. ad Aen. X, 760. et I, 162.). Nos cum iisdem illis editt. edidimus *Hac*. — *querulas* (*voces*) idem Scal. e Codice illo revocavit pro vulg. *querulae*. Cf. Geo. I, 378. *Et veterem in limo ranae cecinere querelam*. — *quis*. Scal. ex eodem Cod. *quae*. Sed minus apte *corpora referunt voces;* quare praestat vulgata, quam recte Sillig. et posteriores editores retinuerunt. *Quis*, a *fovet* pendens, i. q. *quarum*. — **153**. *Argutis*. Vid. ad Geo. I, 377. — Pro *et cuncta* Cod. Scaligeri *et cultu*, quod Heynio elegantius videtur. — *fremunt arbusta* Heinsii est lectio, quam coll. Ecl. II, 13. et Geo. III, 328. cum Heyn., Iacobs., van Kooten Spicil. ad

At circa passim fessae cubuere capellae
Excelsisque super dumis, quos leniter adflans
Aura susurrantis poscit confundere venti.
    Pastor, ut ad fontem densa requievit in umbra,
Mitem concepit proiectus membra soporem,
Anxius insidiis nullis, sed lentus in herbis
Securo fessos somno mandaverat artus;
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem,
Ni fors incertos iussisset ducere casus.
Nam solitum volvens ad tempus tractibus isdem
Inmanis vario maculatus corpore serpens,
Mersus ut in limo magno subsideret aestu,
Obvia vibranti carpens gravis ore trilingui
Squamosos late torquebat motibus orbes.
Pallebant aura vehementis gramina viri.

Schraderi Emendatt. p. 8., Hauptio, Ribb., Ladew. et Benoisto praetulimus Silligii *ardore*, i. e. per aestum. Ceterum de sono a cicadis edito Sillig. conferri iubet Cari *Analekten zur Naturwissensch.* p. 141 sqq. Cf. adnott. ad Ecl. l. l. — **154.** *fessae.* Schrader. coni. *fusae*, quod recte improbat Haud. ad Stat. Silv. T. I. p. 214. — **155.** *Excelsis super dumis*, i. q. crescentibus in excelsis rupibus. Cf. Gronov. Diatr. Stat I. p. 538. ed. Lips. Copula *que* vim explicativam habet: *et quidem* vel *id est.* Vid. adnott. ad Ecl. III, 34. Geo. I, 498. Aen. I, 111. Haupt. et Ribbeck. receperunt Heynii coni. *Excelsis subter.* — **156.** *aura venti*, ut alibi *aura Boreae, Zephyri* etc. Cf. Val. Fl. IV, 722. et Lucr. I, 11. — Iam Scalig. praeferre videtur unius Cod. lectionem *poscit*, quam explicat per πειρᾶται, i. e. sibi quasi poscit, aggreditur, eamque nunc cum recentioribus editoribus recepimus. Sillig. retinuit vulg. lectionem *possit*, iam Heynio frigere visam, cui haec adscribit: „Ut ubique, ita etiam h. l. verbum illud auxiliare (*posse*) suam vim retinet. Nescit poeta, num aura dumos conturbatura sit: facere certe potest per rationem, qua sunt dissiti.“ — **159.** *lentus.* Vid. ad Ecl. I, 4. — **160.** *fessos* Sillig. e Nodelli (Obss. crit. p. 38.) coniectura edidit pro vulg. *pressos*, quod, si *securo somno* sit Ablativus a *pressos* pendens, non habeat quo referatur *mandaverat*, sin vero *securo somno* sit Dativus a *mandaverat* pendens, nemo sciat, unde membra premantur. Quae me moverunt, ut etiamnum eum sequerer, quamquam recentiores editores vulg. lectionem restituerunt, quam nescio quomodo interpretentur. *Fessos* autem *artus* cum somno coniunctos vide etiam Geo. IV, 190. Aen. II, 253. III, 511. alibi. Praeterea vero Sillig. etiam profert coniecturam *languidus* pro *lentus in*, ut haec sit constructio: *sed languidus artus somno securo pressos mandaverat herbis.* — **162.** *ducere casus.* Cogitandum de sortibus ex urna ducendis; et *incertos casus* scriptum, quia incertum erat, utrum pastor interimeretur a serpente, an a culice servaretur. Both. coni. *ludere casus.* — **163.** *volvens.* Cf. v. 194. ibique adnott. — *ad tempus.* Vid. Hand. Turs. I. p. 99 sq. — **165.** *magno subsideret aestu* ex Bembi emend. Cf. etiam Heins. ad Aen. XI, 268. Veteres editt. *sub sideris aestu.* „Serpens in limo, quem fons in propinquo effusus fecerat, a solis aestu recreare se volebat. Cf. Geo. III, 432.“ *Heyn.* — **166.** *gravis* de gravi anima intelligendum. Cf. Geo. III, 415. — *ore trilingui* pro vulg. *aïra lingua* elegans est Schraderi coniectura, quam cum Haupt. et posterioribus editt. recipiendam duxi. (*Aëra carpens* Geo. IV, 311. longe alia significatione pro volare legitur.) *Obvia* explico, ut ap. Quinct. II, 16, 14. *et ex obvio* (ex obvia re) *fere victus est bestiis.* — Heyn. malit *lambens*, Heins. *decerpens* s. *detergens gramina.* — V. **168.** haud dubie est corruptissimus, sed ea ipsa de causa, cum nimis amplum coniiciendi et hariolandi praebeat campum, a Sillígio plane non tactus. Exhibet enim Bembi et Cod. Petav. lectionem *Tollebant aurae venientis ad omnia visus*, quae sensu idoneo caret. Non curantes ceteras lectiones (*inventis*, *inventis*,

Iam magis atque magis corpus revolubile volvens
Attollit nitidis pectus fulgoribus, effert
Sublimi cervice caput, cui crista superne
Edita purpureo lucens maculatur amictu,
Aspectuque micant flammarum lumina torvo.
Metatur late circum loca, cum videt ingens
Adversum recubare ducem gregis. Acrior instat
Lumina diffundens intendere et obvia torvo
Saevius arripiens infringere, quod sua quisquam
Ad vada venisset. Naturae comparat arma:
Ardet mente, furit stridoribus, intonat ore,
Flexibus eversis torquetur corporis orbis,
Manant sanguineae per tractus undique guttae,
Spiritus erumpit fauces. Quo cuncta parante
Parvulus hunc prior humoris conterret alumnus
Et mortem vitare monet per acumina. Namque
Qua diducta genas pandebant lumina gemmis

---

nisus, *nixus*) et virorum doctorum coniecturas versum exhibuimus ab Hauptio in edit. alt. feliciter emendatum, cum antiquae editt. *pollebant* et *vehementis nisus* praebeant. Ribbeck. et cum eo Benoist. versum sic ediderunt: *Mollibant aurae venientis flamina nisus.* — **171.** Codd. lectionem *caput* Bembus e suo Cod. mutavit in *rapit*, a posterioribus usque ad Hauptium et Ribbeck. servatum. Illi vero duumviri recte ad alteram lectionem redierunt et propterea *et se* cum Frisemanno in *effert* mutarunt. — **172.** *maculatur*, i. q. est maculata, i. e. variis coloribus distincta, praetexto quasi limbo purpureo, unde ipsa lucebat. — **173.** *flammarum lumina* pro vulg. *flammantia* Sillig. ex omnibus Codd. restituit. *Lumina* autem *flammarum* pro luminibus flammantibus. Vid. supra v. 15. — **174.** *metatur*, caput quaquaversus movens loca circa se quasi explorat et recognoscit. Cf. Doederl. *Syn.* II. p. 169. Vulgo ex Codd. editur *Metabat;* cum tamen hic unus sit locus, ubi verbum activum *metare* legatur, iam Sillig. coniicit *Metata est*, Haupt. vero, quem sequimur, melius *Metatur*. Benoist. retinuit *Metabat;* Ribbeck. coni. *Nictatur*. — **176.** Heyn. recte coniungit *lumina intendere;* Sillig. autem *intendere* pro simplici tendere, i. e. proficisci, positum censet, quod probare non possum. Quae sequuntur paulo horridius dicta, sic capienda sunt: *et* (quae) *torvo* (serpenti) *obvia* (sunt), *saevius* (aut ex vulg. lect. *saepius*) *arripiens infringere*, (ut ea infringat: cf. adnott. ad Ecl. IV, 54. Geo. I, 280. Aen. I, 527. etc.), *quod* etc. Ribbeck. ex coni. edidit *intentuque* et ex duobus libris infrendere. — **177.** *Saevius* pro vulg. *saepius* Sillig. edidit ex Bothii coniectura, quam etiam posteriores editt. amplexi sunt. — **180.** Sillig. vulg. *eversis* ex Helmst. mutavit in *et versis;* cum tamen etiam ceteris sententiae membris Copula non adiiciatur, praestat cum Hauptio vulgatam retinere. Cf. *eversas cervices* ap. Ter. Heaut. II, 3, 131. Ribbeck. (quem Benoist. sequitur) coni. *en versis.* — **182.** Sillig. (ut iam Bembus) ex suis Codd. edidit *Spiritibus* (i. e. anhelitu) *rumpit,* coll. Geo. III, 328. et Copae v. 27. Heyn. servavit vulg. *Spiritus et rumpit.* Omnes vero recentiores editores praeferunt Heinsii *Spiritus erumpit fauces*, cum *erumpere* etiam cum Accus. construatur. (Cf. Aen. I, 580. ibique adnott.) — *Quo parante* iam prius cum Scalig. et Heynio praeferendum censui Dativo commodi *cui paranti*, quem Sillig. recepit ad exempla a Marklando ad Stat. Silv. IV, 5. 8. p. 325. ed. Dresd. collecta provocans; idemque etiam omnes posteriores editores praetulisse video. — V. **183.** cum iisdem recentioribus editt. redii ad vulg. lectionem, quam Sillig. ex uno Cod. Helmst. mutaverat in *hunc propior humoris terret*, ut brevis syllaba *or* arsis vi produceretur. — *hunc*, pastorem. — *humoris alumnus* culex vocatur, quia plerumque in aquosis locis volitat. — **184.** *per acumina*, per ictum aculei. — **185.** Culex pastorem pungit in medio oculo; quod poeta sic

Ac senioris erat naturae pupula, telo
Icta levi. Tum prosiluit furibundus et illum
Obtritum Morti misit; cui dissitus omnis
Spiritus excessit sensus. Tum torva tenentem
Lumina respexit serpentem comminus; inde
Inpiger, exanimis, vix compos mente refugit
Et validum dextra truncum detraxit ab orno —
Cui casus sociarit opem numenve deorum
Prodere sit dubium, valuit sed vincere talis
Horrida squamosi volventia membra draconis —
Atque reluctantis crebris foedeque petentis
Ictibus ossa ferit, cingunt qua tempora cristae;
Et quod erat tardo somni languore renatus

expressit: ubi *lumina diducta*, i. e. quando diducuntur (cf. Cort. ad Lucan. VI, 574. Heindorf. ad Hor. Sat. I, 2, 66. cum adnott. ad Geo. I, 206. et Aen. IX, 565), *pandebant*, aperiebant, *genas*, palpebras (vid. Burm. ad Propert. p. 790.) *gemmis*, pupillis oculorum in formam gemmarum formatis et splendentibus, i. e. faciebant, ut gemmae s. pupulae cerni possent. *Sillig.* praeterea haec addit: „Palpebrae foribus quasi comparantur, quibus apertis vel reclusis pupulae prodeunt, et *pandere* verbum proprie de portis vel foribus dicitur.“ Wakef. coni. *pingebant.* Pro *gemmis* Benoist. cum Ribbeckio edidit *somnis*, v. 186. *mature* pro *naturae* et v. 187. *Tacta* pro *Icta.* — **186.** Vulgo *Hac senioris* etc. (quod restituerunt recentiores editt.). *Ac* vero, quod aptius, ex uno Colb. II. recepit Sillig. — *pupula senioris naturae* satis mire dictum. Sillig. tamen memorat, hanc periphrasin eum minus offensuram, qui meminerit, *naturae* vocem saepe inservire periphrasi, coll. Walch. ad Tac. Agr. 13. p. 208. Haupt. utrumque versum 185. et 186. crucis signo adpicto vel spurium vel desperandum declaravit, non immerito. Quomodo utcumque explicari possint, supra vidimus. — **187.** *icta*, sc. est, cum pupula coniungendum. — **188.** *Morti misit.* Vid. adnott. ad Aen. II, 85. — **189.** *torva tenentem lumina.* Vid. ad Aen. VI, 467. et Ecl. II, 63. — *dissitus*, dispersus. Vox Lucretiana: cf. v. c. III, 144. — *sensus* est Accus. a verbo *excessit* pendens. Cf. Cort. ad Lucan. I, 497. Iacobs. et Sillig. malint *membris.* — **191.** *exanimis.* Plures Codd. *exanimus.* Sed. vid. ad Aen. IV, 8. et IX, 444. — *compos mente*, antique. Sic *compos animo* et *lingua* in Sallust. fragm. ap. Donat. ad Ter. Ad. III, 2, 12., *compos corpore et animo* ap. Liv. IV, 40. etc. — *refugit.* Codd. quidam *resurgit*, minus recte; nam resurrexerat iam pastor v. 185. — **193.** *Cui c. sociarit* Sillig. cum Aldo et Heinsio restituit pro vulg. *Qui s. sociaret*, cumque secutus est Haupt., dum Ribbeck. et Benoist. *Cui* mutant in *Quam.* De *casu* et *deo* sibi oppositis vid. ad Ciris v. 278. — Hunc versum vulgo sequitur hicce: *Namque illi dederitne viam casusve deusve*, qui desideratur in Codd. et connexum loci turbat, quare (Wagnero suadente in Iahnii Annall. Vol. II. p. 128.) iam Sillig. eum prorsus omisit, in quo eum cum posterioribus editoribus secutus sum. Heyn. etiam v. 193—195. pro inepti interpolatoris additamento habet. — **194.** Pro vulg. *voluit* cum Hauptio et ceteris recentioribus editt. recepi *valuit.* — *talis.* Vulgo *tales.* „Nescit poeta, utrum a deo aliquo, an casu adiutus fuerit pastor; talis tamen seu deus seu casus eum vincere voluit [vel potius valuit].“ Haec *Sillig.* — **195.** De correpta ultima syllaba voc. *Horrida* ante *squamosi* vid. ad Aen. IX, 37. — *volventia*, scil. se. Vid. ad Aen. I, 234. et al. — **196.** Serpens summa vi studet sese defendere. De Copula *que* alteri demum sententiae vocabulo adhaerente vid. ad Geo. IV, 22. et al. — V. **198** sq. omni sensu destituti vulgo sic leguntur: *Et quod erat tardus, somni languore remoto, Nescius adspiciens, timor obcaecaverat artus.* Sillig. *Nescius* in *Nec prius* et *timor obcaecaverat* in *timidos caecaverat* mutatis, haec de serpente dicta accipit, sic

Nec prius aspiciens timor occaecaverat artus,
Hoc minus inplicuit dira formidine mentem.
Quem postquam vidit caesum languescere, sedit.
  Iam quatit et biiugis oriens Erebeis equos Nox
Et piger aurata procedit Vesper ab Oeta:
Cum grege compulso pastor duplicantibus umbris
Vadit et in fessos requiem dare comparat artus.
Cuius ut intravit levior per corpora somnus
Languidaque effuso requierunt membra sopore,
Effigies ad eum culicis devenit et illi
Tristis ab eventu cecinit convicia mortis.
„En quid“ ait „meritus ad quae delatus acerbas
Cogor adire vices? Tua dum mihi carior ipsa

---

explicans: *Quod* serpens *erat tardus*, i. e. moratus (coll. Tib. I, 4, 27.), tempus amiserat pastoris occidendi, quem sopitum facile interimere poterat (vid. v. 180 sq.), et impetum tum demum fecit, cum languor pastoris per somnum contractus abiisset, quodque adspectu suo eius artus non prius caecaverat, ut timidi essent, propterea minus implicuit etc. *Timidos* igitur *artus* per prolepsin illam dictum putat, de qua vid. ad Geo. I, 320. et II, 353. coll. Aen. VII, 446. XI, 424. et Ovid. Met. III, 40. — *occaecaverat* autem eo referendum, quod serpentes oculis in hostem defixis solo adspectu eum prae angore quasi caecum reddere putantur. Nos etiam hic Hauptium secuti sumus, qui minus a Codd. lectionibus recedens locum de pastore intelligit, ut etiam ceteri recentiores editores. Ribbeck. tamen, Ladew. et Benoist. etiam ad versuum transpositionem confugiunt, et versibus sic ordinatis 190. 191. 199. 198. 200. 192—197. 201 etc. v. 199. servant *Nescius*, v. 198. *Ergo tardus erat: somni languore remoto*, v. 192. *Sed validum* et v. 193. *Quam* edunt, quo sane melior sententiarum ordo efficitur. — **199.** *Hoc*, i. e. propterea. Vid. ad Geo. II, 425. et Aen. IX, 492. — **202.** Copulam *et* ante *biiugis* positam respondere alteri *et* v. 203., in promptu est, quare hic locus non adversatur iis, quae ad Aen. IX, 245. disputata sunt. — *biiugis:* vid. adnott. ad Aen. X, 587. et de *Nocte* bigis vecta ad Aen. V, 721. — *quatit equos.* Vid. ad Ciris v. 350. — Pro vulg. *Erebo cit*, Sillig., Codd. vestigiis ductus, restituit *Erebois* (Ἐρεβωῖς), cum simplex *cit* praeterea nusquam inveniatur. *Erebois Nox*, i. e. in Erebo habitans, Viro doct. videtur defendi posse altero illo epitheto *Tartariae* ap. Val. Fl. III, 212., Eurip. Or. 176. Pors. *πότνια νύξ, Ἐρεβόφιν ἴθι* et Hes. Theog. 744 sq. Cum vero Adi. *Erebois* alibi nusquam inveniatur, cum Ribb. et Benoisto praetuli Hauptii emendationem *biiugis*. *Erebeis* et *biiugis* habeo Ablat., supplens *vecta*, ut *biiugi* positi sint pro curru equis biiugis vecto, quemadmodum Aen. X, 453. legimus *Desiluit Turnus biiugis*. (Cf. etiam Lucr. V, 1298, *biiugo curru belli temptare pericla*.) Adiect. autem *Erebeus* (ἐρέβειος) invenitur etiam ap. Ovid. in Ibin 225. (*Erebeae colubrae*). De clausula versus monosyllaba vid. adnott. ad Geo. I, 181. — Cum v. **203.** cf. Ecl. VIII, 30. ibique adnott. — *aurata* Sillig. (quem iure posteriores omnes secuti sunt) ex pluribus Codd. restituit pro vulg. *aurato*. Spectare autem hoc epitheton ad cacumen montis ultimis solis occidentis radiis collustratum, vix est quod commemorem. — **204.** *duplicantibus*, scil. se: vid. modo v. 194., de ipsa autem re cf. adnott. ad Ecl. II, 67. — **205.** *in artus* pro artibus. Vid. Burm. ad Petron. c. 33. Ribbeck. cum uno Cod. Voss. transponit verba *fessos requiem*. — **207.** *effuso*. Wakef. malit *e fuso* vel *offuso*, et Heyn. *infuso*, coll. Obss. ab Tibull. III, 4, 81. — **208.** *Effigies*, εἴδωλον, umbra culicis. — **209.** *tristis ab eventu cecinit*, cecinit convicia propter id, quod evenerat. — V. **209.** Sillig. servavit vulg. lectionem *Inquit* (de quo verbo orationi praemisso conferri iubet Catull. LV, 11.) et pro vulg. *Quid meritus*, cum plurimi Codd. exhibeant *quid meritis*, restituit Ald. et aliarum vett. editt. lectionem *Quis meritis*. (Cf. adnott. ad Ecl. I, 72.) Nos cum Hauptio et poste-

Vita fuit vita, rapior per inania Averni.
Tu lentus refoves iucunda membra quiete,
Ereptus taetris e cladibus; at mea Manes,
Viscera Lethaeas cogunt transnare per undas.
Praeda Charontis agor. Vidi, ut flagrantia taedis
Limina conlucent infernis omnia templis.
Obvia Tisiphone, serpentibus undique compta,
Et flammas et saeva quatit mihi verbera. Pone
Cerberus et diris flagrat latratibus ora,
Anguibus hinc atque hinc horrent cui colla reflexis,
Sanguineumque micant ardorem luminis orbes.
Heu! quid ab officio digressa est gratia, cum te
Restitui superis leti iam limine ab ipso?

---

rioribus omnibus edidimus *En quid, ait, meritus*, ut ultima syllaba huius vocis arsis et caesurae vi producatur. De pleonasmo autem *cecinit - - ait* vid. ad Aen. II, 78. et V, 551. coll. Sillgii adnot. ad Catull. LXIII, 77. et de duabus et tribus adeo interrogationibus in eadem periodo iunctis Sillig. conferri iubet Cic. Mil. 14, 38. ibique Garat., eiusd. Brut. 41, 152. Val. Fl. II, 53. Nep. Dat. 5. Timol. 2. et Reisig. ad Soph. Oed. Col. 809. — **212.** *per inania Averni* ingeniosa est Heinsii coniectura (adiuta Colb. II. lectione *venti*), quam cum Hauptio et posterioribus pro vulg. lectione *per inania ventis* (a Sillgio servata) recepimus. — **214.** *Manes*, i. e. dii inferi. Vid. ad Geo. IV, 489. — **215.** *viscera* mire dictum pro corporis umbra. Memorabile etiam, quod Charon umbras trans Lethen vehit, non trans Stygem. — **216.** Vulgo *Viden' ut*, quod iam Heyn. ab hoc loco alienum esse vidit, cum Culex narret, sibi adeunda fuisse loca infera. Quare Sillig. *Vidi, ut* ex Codd. recte restituit. Nihilominus posteriores editt. ad scripturam *Viden' ut* redierunt, signo interrogandi post *templis* posito. De verbis *vide, ut* cum Indic. constructis vid. adnott. ad Ecl. IV, 52. — *taedis*, scil. Furiarum. — **217.** Vulgo *Lumina coll. infestis* cett. *Limina* Sillig. edidit ex coniectura Iacobsii, coll. Aen. V, 4., ipse tamen malit *Moenia*, coll. Aen. VI, 541. 549., de horum vocc. confusione conferri iubens Markl. ad Stat. Silv. Praef. p. IX. ed. Dresd. — Pro *conlucent*, quod Haupt. retinuit, Ribbeck., Ladew. et Benoist. edunt *quam lucent*. — *infernis* pro vulg. *infestis* post Calderinum idem Iacobs. coniecerat; *inferna templa* pro infernis locis. — **218.** *Tisiphone.* Vid. ad Geo. III, 552. Aen. VI, 570. X, 761. — **219.** Vulgo *verbera Poenae, Ποινῆς*, Furiae. (Cf. Stat. Theb. VIII, 25. et Val. Fl. I, 798. et Plurali numero infra v. 376. a Cic. Verr. V, 43, 113. pro Cluent. 61. extr. al.) Cum tamen mire dictum sit *Tisiphone quatit verbera Poenae* et *Poenae* sic prorsus abundet, cum Haupt. et posterioribus recepi coniecturam *Pone*, Puncto post *verbera* posito. (Iam Peerlk. ad Hor. Od. III, 11. p. 224. coniecerat *Pone est.*) — **220.** *Cerberus et.* De Copula postposita vid. ad Ecl. I, 35. IV, 63. al. — *flagrat*, calet, ardet, *latratibus* (crebro repetitis) *ora*, (Accus. remotioris Obiecti). Vulgo *flagrant*, quod et ipsum defendi posse docet Sillig., ut *Cerberus et ora* dictum sit pro: *Cerberi ora*, *flagrare* autem de rebus repetitae operae intentione et perpetua agitatione calentibus usurpatum, ut Aen. IV, 407. 409. et Stat. Silv. I, 2, 47. *fervere.* Vulgaris lectio cum sic utcumque explicari possit, abstinui ab recipienda ingeniosa sane, sed paulo audaciore coniectura *diris latrantia rictibus ora* ab Haupt., Ribb. et Ladew. in contextum invecta. Etiam Benoist. Codd. lectionem retinuit. De *Cerbero* ipso vid. ad Geo. IV, 483. et Aen. VI, 417. — **221.** *hinc atque hinc.* Vid. ad Aen. I, 162. — **222.** Vulgo *Sanguineique micant ardorem luminis orbes*, quod ferri poterat, ut coniungantur verba *sanguinei luminis;* praestat tamen cum Ribb., Hauptio (in edit. alt.) et Benoisto praeferre antiquorum editt. lectionem *Sanguineumque.* Sillig. tamen ex Cod. Helmst. et coniectura edidit *ardore micant mihi.* — V. **223.** Asconius recte interpretatur: „Heu! quid est gratitudo, digressa

Praemia sunt pietatis ubi, pietatis honores?
In vanas abiere vices et rure recessit
Iustitia et prior illa fides. Instantia vici
Alterius, sine respectu mea fata relinquens
Ad pariles agor eventus; fit poena merenti,
Poena sit exitium, modo sit dum grata voluntas,
Exsistat par officium. Feror avia carpens,
Avia Cimmerios inter distantia lucos,
Quem circa tristes densentur in omnia poenae!
Nam vinctus sedet inmanis serpentibus Otos,
Devinctum maestus procul aspiciens Ephialten,
Conati quondam cum sint rescindere mundum;
Et Tityos, Latona, tuae memor anxius irae —
Inplacabilis ira nimis — iacet alitis esca.
Terreor ah! tantis insistere, terreor, umbris!
Ad Stygias revocatus aquas vix ultimus amni
Extat, nectareas divum qui prodidit escas,

---

ab officio grati animi.“ Alii aliter huuc locum capinnt. — **225**. Vulgo locus minus recte sic distinguitnr: - - *pietatis ubi? Pietatis honores In vanas* etc. Scaliger. censet, concinnius fore: *Praemia ubi pietatis? ubi pietatis honores.* Ceterum vid. supra ad v. 123. — **227**. *Iustitia et prior* ex Schrad. et Iacobsii coni. edidit Sillig. pro vulg. *Iustitiae prior*, idque retinnerunt postcriores editores. — *Instantia*, scil. *fata*, quod ex seqq. snpplendnm. — Pro *vidi* cum Hanpt. et ceteris recentioribus editt. recepimus *vici*. — **228**. *sine respectu*, non respiciens, non curans. — **229**. Ipsum exitinm patienter feram, dnmmodo mihi tum gratia referatnr et par officium praestetur. Sillig. vero, cum nemo dicat *modo dum* pro *dummodo*, *dum* in *tum* mutavit, qnae Part. vel Imperativum vel Coninnctivum concessivum excipiens conditionem indicet, qua quis aliquid fieri velit, coll. Tnrscll. de Partt. p. 880. Sed cnm hnius carminis anctori omnino multa condonanda sint, neque in *modo dum* haereo, qnod etiam Haupt., Ribb. et Benoist. retinnerunt. Heyn., ut mnltos alios huius carminis versus, sic etiam 229. et 230. spurios censet. — **231**. *Exsistat par officium*, pro beneficio tibi praestito a te mihi hoc praestetur, ut corpus menm terra condatur et sic nmbra mea, adhuc circa Acherontem versari coacta, ad sedes qnietas admittatnr. — **232**. Animadverte *Cimmerios lucos* (i. e. omnino horrcndos tenebris et frigore: cf. Hom. Od. XI, 14 sqq. et Völcker. *Homer. Geogr.* p. 154.) a poeta in Orcum translatos. — **233**. Cum Pron. *quem* a *feror*, qno pertineat, nimis remotum sit et Cnlex se minus apte inter homines in Tartaro punitos ponat, Sillig. malit *Quae* (avia) *circa*. — *in omnia*. Cum Ladew. et Benoisto retinui hanc Codd. lectionem. Haupt. e coni. edidit *agmina*, Ribbeck. *obvia*. — **234**. In Orco varia sceleratorum supplicia spectare Culex coactus est, quae fere omnia etiam Aeneidis l. VI. commemorantnr. De *Oto* et *Ephialte* vid. Aen. VI, 582 sq. — **236**. *rescindere* Schradero Emendd. p. 19. snasore iam Heyn. e Cod. Voss. restitnit pro vulg. *incendere*. Cf. Aen. VI, 583. et Geo. I, 280. — **237**. De *Tityo* vid. Aen. VI, 595. Verba *Inplacabilis ira nimis* parenthetice cum exclamatione dicta. — **239**. Vulgo post *umbris* Commate tantum inciditur. Nos cum Sillygio distinctionem mutavimns, ut v. 240. nova incipiat sententia, in quo nos secnti sunt posteriores editores. — **240**. De Tantalo sermonem esse patet. Cf. Aen. VI, 601. — *ultimis*, „vix snmma sni parte cminens,“ nt rectissime Heyn. *Ultimus* enim etiam i. q. extremus. Sillig. haec adnotat: „Ultimum scil. omne id est, qnod a nobis est remotissimum (Hensing. ad Cic. Off. I, 17, 9.), et sic etiam Tantalus *ultimus* dici potest, ntpote cnius capnt sit nltimnm, quod ex fundo maris eminet. Adde Ruhnk. ad Vell. Pat. II, 111.“ — **241**. *Extat* Sillig. pro vulg. *restat* ex verissima Heinsii coniectura restituit, quam etiam recentiores editt. amplexi sunt. — *amni*,

Gutturis arenti revolutus in omnia sensu.
Quid saxum procul adverso qui monte revolvit,
Contempsisse dolor quem numina vincit acerbus?
Otia quaerentes frustra situlae ite, puellae,
Ite, quibus taedas accendit tristis Erinys, —
Sicut Hymen praefata dedit conubia mortis, —
Atque alias alio densas supero agmine turmas,
Impietate fera vecordem Colchida matrem,
Anxia sollicitis meditantem volnera natis;
Iam Pandionias miseranda prole puellas,
Quarum vox Ityn edit Ityn, quo Bistonius rex
Orbus epops maeret volucres evectus in auras.
At discordantes Cadmeo semine fratres

---

ex amni, de quo usu Ablat. cf. Schneid. Gr. Lat. II. p. 227. cum adnot. ad Ecl. VI, 38. Geo. I, 275. al. — 242. *Gutturis sensu* pro ipso gutture. Sentit guttur inopiam aquae, unde aret. — 243. De Sisyphi saxo vid. Geo. III, 39. — Ribbeck. pro *in omnia* coni. edidit *inania*. — 244. *vincit* hic videtur esse i. q. pungit, cruciat. Hunc autem versum et ipsum ad Sisyphum spectare, neque de Ixione hic agi, quod Heyn. putat, in promptu est. Nam etiam Sisyphus deos contempserat. Cf. Schol. Hom. Il. VI, 153. a Silligio iam laud. — 245. De Danaidum scelere et poena vid. Aen. X, 497 sqq. — Vulgo *Otia quaerentem frustra? Vos ite puellae*, ut priora verba ad Sisyphum spectent (vel, ut Heynio videtur, ad Ixionem). Sed recte Sillig. (quem sequuntur posteriores editores) *quaerentes* ex Helmst. videtur recepisse, quod „nisi haec verba de Danaidibus valeant, nihil fere de iis dicatur, cum tamen de omnibus iis, qui v. 233 sqq. in Tartaro puniri narrentur, ea afferantur, quae poenam eorum satis declarent." Idem Vir doct. ex Cod. Voss. lectione *frustraceu vite* coniectura restituit *frustraque haurite*; sed longe felicior et elegantior est Hauptii coniectura *Otia quaerentes frustra situlae ite*, quam recepimus. Ribbeck. coni. *cribro ite* et Benoist. exhibet Vossii coni. *simul ite*. — 246. Quibus pro taedis nuptialibus Furia faces incendit. Pro iterato *Ite* Sillig. ex coni. edidit *Rite*, i. e. iure (coll. Ovid. Met. III, 264. et VII, 798.), Haupt. et posteriores revocarunt Codd. scripturam. — *Erinys*. Vid. adnott. ad Aen. II, 337. — V. 247. parenthetice accipiendum recte a virorum doct. coniecturis defendit Sillig. et sic capit: Hymen vobis dedit *conubia mortis*, i. e. letalia, utpote quibus et ipsae puellae et sponsi mortem subirent, et quidem *praefata*, i. e. praedicta et vaticinio destinata; ut sententia haec esse videatur: „Connubia, quae Hymen Danaidibus dedit, bonum eventum habere non potuerunt. Omina enim et praefationes non laeta fuerant, sed indicaverant, Furias quondam Danaidas taedis suis ad opus faciendum stimulaturas esse." Haupt. et posteriores edunt *pro fata!* in parenthesi. — 248. Vulgo *densat*, scil. Erinys, quae turmis sceleratorum semper novas addit. Sed praestat lectio *densas supero*, quam cum Hauptio et omnibus recentioribus editt. recepi. — 249. Accus. *Colchida matrem* (i. e. Medeam, de qua vid. ad Ecl. VIII, 47.) pendet a praecedente verbo *supero*. — 250. *anxia meditantem volnera* pro: quae ipsa anxia meditatur volnera. Cf. adnott. ad Ecl. IX, 58. et al. — 251. De Philomela et Procne, Pandionis, regis Attici, filiabus, vid. ad Ecl. VI, 78. — *Iam* inservit transitioni ad novum argumentum. Cf. adnott. ad Geo. III, 541. et Aen. XI, 213., ubi addi possunt, quos hic laudat Sillig., Heind. ad Cic. N. D. I, 12, 30. et Ellendt. ad Cic. Brut. 43, 159. — 252. Vulgo *Quarum vox Ityn et Ityn, quod B. r.* Nos versum exhibemus Silligii coniecturis emendatum, in quas eum duxerunt Codd. vestigia, quasque etiam posteriores editt. omnes retinuerunt. — *edit* pro simplici dicit, nominat, ut ap. Liv. I, 46. et alibi haud raro. — *Bistonius rex*, Tereus, Ityos pater. De Bistonibus, Thraciae populo, ad quem etiam Senec. Agam. 673. aliique hunc mythum referunt, vid. Herod. VII, 110. Strab. VII. p. 331. Plin. IV, 11, 18. Steph. Byz. p. 169. et liber meus geogr. III. p. 1076. — 253. *volucres aurae.* Vid. Aen. V, 503. XI, 795. etc. — 254 sq. Eteoclem quo-

Iam truculenta ferunt infestaque lumina corpus
Alter in alterius, iamque aversatur uterque,
Impia germani manat quod sanguine dextra.
Eheu mutandus numquam labor! Auferor ultra
In diversa magis, distantia limina cerno;
Eridanus tranandus, agor delatus ad undam.
Obvia Persephone comites heroidas urguet
Adversas perferre faces. Alcestis ab omni
Inviolata vocat cura, quod saeva mariti
In Chalcodoniis Admeti fata morata est.
Ecce, Ithaci coniunx semper decus Icariotis,
Femineum incorrupta decus manet et procul illa
Turba ferox iuvenum telis confixa procorum.
Quid, misera Eurydice, tanto maerore recesti,
Poenaque respectus et nunc manet Orpheos in te?

---

que et Polynicem sibi mutua vulnera inferentes Culex in Orco conspicit. Cf. autem de umbris in Orco non solum eandem speciem retinentibus, qua ex vita discedunt, sed etiam eadem tractantibus, quae in vita tractarunt, adnott. ad Aen. VI, 495. 642. 651. — *semine* et *lumina* Sillig. (quocum etiam hic posteriores editt. faciunt) ex omnibus fere Codd. suis restituit pro vulg. *sanguine* et *vulnera*. — **255**. *aversatur* Sillig. (et cum eo recentiores editt.) ex Codd. pro vulg. *aversatus*. — **258**. Idem Sillig. pro vulg. *Eheu* ex coni. edidit *Heu, heu*, cum *eheu* primam syllabam corripiat, qua de re conferri iubet, quos ipse laudaverit in Indice Catulli p. 283. v. *heu*. Sed vide, quae contra hanc opinionem verissime disputavit Hand. Turs. II. p. 358. (et adnott. ad Ecl. II, 58.); quare hanc mutationem iam prius non necessariam duxi, in quo posteriores mecum consentiunt. — *mutandus numquam labor*, poena nunquam finem habitura. — **259**. Ribbeck. et Benoist. sic distinguunt: *in diversa, magis distantia.* — *limina* iam Scalig. refinxit pro *lumina* vel *numina*, quod vett. edit. exhibent. Ridbeck. (quem Benoist. secutus est) ex Codd. recepit *nomina*. Haupt. servavit *limina*. — **260**. Vulgo *Elysiam tranandus agor* etc. *Eridanus tranandus* Sillig. recepit ex Schraderi coni., simul tamen memorans, cum Helmst. a. m. pr. exhiboat *tranandum*, fortasse rectius legi *Elysiam tranandam et agor d. ad u.* Sed iure posteriores editt. acquieverunt in Schraderi coniectura. De Eridano autem ad loca infera delato vid. adnott. ad Aen. VI, 659. — **261**. Culex iam ad Elysium tendens, videt campos lugentium inque iis heroidas a Proserpina coactas ferro infortunium suum ex amore infausto ortum. Hoc enim sibi velle videntur verba *Adversas perferre faces.* Non male tamen Heius. coni. *adv. perferre vices.* Veteres editt. quaedam *praeferre*, quod praeter Heinsium etiam Wakef. amplectitur coll. Stat. Silv. V, I, 257. cum adnot. Markl. — **264**. Sillig. servavit Bembi lectionem *Ipsa suis fatis;* sed cum Codd. et veteres editt. exhibeant *Hic Alcedonias* vel *Hic Calcedonias*, cum Haupt. et ceteris recentioribus editt. exhibuimus *In Chalcodoniis*. Cf. Apoll. Rh. I, 49. *Οὐ δὲ Φέραις Ἄδμητος ἐϋρρήνεσσιν ἀνάσσων Μίμνεν ὑπὸ σκοπιὴν ὄρεος Χαλκωδονίοιο*, ibique Schol. Chalcodonius, mons Thessaliae, ad quem Pherae sitae erant, nunc vocatur Karadagh. Cf. liber meus geogr. III. p. 881 sq. — **265**. *Ithaci coniunx*, Penelope. *Ithacus* pro Ithacensi s. Ithacesio etiam Aen. II, 104. (ubi vid. adnott.) 122. 128. III, 629. al. legitur. — Vulg. lectionem *Icariotis* (i. e. Icarii filia, quod etiam legitur ap. Propert. IV, 12, (III, 131, 10.), cum Hauptio et ceteris recentioribus editt. restituimus. Sillig. ex uno Cod. Helmst. inconsulte receperat *enitet oris*. — **268**. Idem Vir doct. e coni. edidit *Quo*, quod sic explicat: „in eos campos, ubi Alcestis et Penelope commorantur, recessit Eurydice." Vulgo *Quin*, quod sane ferri non potest. Nos vero nunc cum recentioribus editt. (etiam Hauptio in ed. 2.) recepimus *Quid* et in fine versus *recesti* pro *recessit*. — **269**. Verba vulgo sic collocata *et nunc manet*, *Orpheus*, *in te* (ut Nomin. pro Vocativo positus et nomen, quod alias bisyllabum esse solet, sit

Audax ille quidem, qui mitem Cerberon umquam
Credidit aut ulli Ditis placabile numen,
Nec timuit Phlegethonta furentem ardentibus undis
Nec maesta obtenta Ditis ferrugine regna
Defossasque domos ac Tartara nocte cruenta
Obsita, nec faciles Dictaeo iudice sedes,
Iudice, qui vitae post mortem vindicat acta.
Sed Fortuna valens audacem fecerat ante.
Iam rapidi steterant amnes et turba ferarum
Blanda voce sequax regionem insederat Orphei,
Iamque imam viridi radicem moverat alte
Quercus humo steteratque comes, silvaeque sonorae

---

trisyllabnm) Scaligero et Schneidero Gr. Lat. II, p. 304. suasoribus prius sic transposuimus: *et nunc in te manet, Orpheu;* eundemqne verborum ordinem haud dnbie etiam Sillig. exhibere voluit, apud quem in contextu apparet *et nunc, Orpheu, manet in te*, in Commentario autem *et nunc in te valet* (sic!), *Orpheu.* Nunc vero cum Hauptio ceterisque recentioribus editt. reversi sumus ad vulgarem verborum ordinem, voc. *Orpheus* in Genit. *Orpheos* mutato, qui bene se habet iuxta vicinum Accus. Graecum. Haec verba antem non ita intelligenda, ac si Orpbens ipse etiamnnm apud inferos puniretur, sed nihil aliud sibi volunt, quam: ut Orpbeus imprudentiae suae poenas solvit, quippe seiunctus a coniuge, sic etiam tu. Haupt. in edit. 2. *Poenaque* mutavit in *Poenane*, qnod, ut *recesti*, iam I. H. Voss. scribi voluerat. Ceterum de Orphei et Eurydices fabula vid. adnott. ab Geo. IV, 485. — 270. Accus. Graec. *Cerberon* invenitur etiam ap. Ovid. Met. VII, 413. Cf. Schneid. Gr. Lat. II. p. 80 sq. — 272. *Phlegethonta.* Vid. ad. Aen. VI, 551. — 273. *obtenta Ditis*, qnod iam Scalig. ex coni. restituerat, Sillig. etiam Cod. Helmst. anctoritate comprobatum invenit. Vnlgo *obtentu diro et.* — *ferrugine.* Vid. adnott. ad Aen. VI, 303. — 274. *cruenta* est Accus. cum *Tartara*, non Ablat. cum *nocte* coniungendus. *Cruentus* antem dicitur Tartarus ob caedes ibi punitas. — *nocte Obsita.* Vid. ad Aen. VIII, 307. — 275. *Dictaeo* Scaligeri est emendatio, quam cum Hauptio et ceteris recentioribus recepimns. Cf. Silius VIII, 102. *iudicis urna Dictaei* et Ovid. Met. VIII, 43., nbi Minos etiam *rex Dictaeus* appellatur. *Dictaeus* enim i. q. Cretensis. Vid. ad Ecl. VI, 56. Sillig. cum Heynio edidit *Ditis sine iudice* locumqne coll. Aen. VI, 431. sic explicat: sedes, ad qnas non facilis aditus, quae neminem admittunt, nisi qui iudicium subierit. — 277. Sed enm iam *ante* (quam in Tartarum descenderet) *fortuna valens* (i. e. cantus sui vis et successus) *audacem fecerat.* Adverb. autem *ante* Sillig. ex plurimis Codd. restituit pro vulg. *Orphea*, cumque posteriores secuti sunt praeter Benoistum, qnem ad vulgarem lectionem rediisse miror. — 278. De ipsa re cf. Aen. VI, 645. et Ecl. III, 46. ibique adnott. — *steterant.* Vid. ad Ecl. II, 26. — 279. *Blanda voce sequax*, blandam Orpbei vocem, qua antea iam saepe allecta erat, sequens. — *Orphei.* Cf. adnott. ad Ecl. IV, 57. — 281. Vulgo *steterantque amnes;* cum vero plnres Codd. Copulam omittant et *steterant amnes* modo praecesserit v. 273., Sillig. ex coni. restituit *steterunt comites.* Pntat autem voci *quercus*, quae vim habeat collectivi, iure adiungi potuisse Pluralem (coll. Cortio ad Lucan. IV, 367.), ut sensus sit: Quercus loco suo motae Orpbenm circumsteterunt ei comites. (De correptione antem 3. Pers. Perf. vid. adnott. ad Ecl. IV, 61.) Nos cum Ladew., Hertzberg. et Benoisto edidimus *steteratque comes.* Botbius coni. *steteratque amens*, Haupt. vero retinuit verba *steterunt amnes*, uncis tamen inclusa; quae sane post v. 278. ferri non possunt. Ribbeck ea prorsus omisit. uncis tamen inclusa; quae sane post v. 278. ferri non possunt. Ribbeck. ea prorsus omisit. — 281. *cantus rapiebant*, arripiebant, avide audiebant, *cortice*, ut alibi auribus rapimus cantum; per corticem enim sonus penetrabat. — *avara* antem, quippe quae carminibus Orphei satiari nequeat. Sic autem Sillig. (quem posteriores iure

Sponte sua cantus rapiebant cortice avara.
Labentes biiuges etiam per sidera Lunae
Pressit equos et tu currentes, menstrua virgo,
Auditura lyram tenuisti nocte relicta.
Haec eadem potuit Ditis te vincere coniunx
Eurydicenque ultro ducendam reddere? Non fas,
Non erat invictae Divae exorabile numen.
Illa quidem nimium Manes experta severos
Praeceptum signabat iter nec rettulit intus
Lumina nec Divae corrupit munera lingua;
Sed tu crudelis, crudelis tu magis, Orpheu,
Oscula cara petens rupisti iussa Deorum.
Dignus amor venia, gratum si Tartara nollent

---

sequuntur) ex plurimis Codd. edidit pro vulg. *amara*. — **282**. Etiam Luna repressit bigas per coelum vectas, cursum inhibuit. — *biiuges equos*. Alibi Lunae taurorum bigae tribuuntur. Pro vulg. *Luna* autem Sillig. ex pluribus Codd. recte revocavit *Lunae*, ne bis idem dicatur, eumque iure secuti sunt Haupt. et Ladew.; Ribbeck. scripsit *Phoebus*, Benoist. vero Nom. *Luna* retinuit. Nostra scriptura probata sensus loci, quem iam I. H. Voss. recte perspexit, hic est: Orpheus pressit etiam equos Lunae biiuges per sidera labentes, et tu, o Luna, currentes equos tenuisti. De verbo *premendi*, hic ab habenis ad ipsos equos translato, vid. ad Aen. I, 63. — **284**. *menstrua virgo*. Vid. ad Geo. I, 353. — **285**. *nocte relicta* neglecto cursu, quo Luna noctem efficit et regit. Sic iam Heyn. locum recte intellexit; neque aliter *Sillig.*: „Illa nocte Diana retinuit equos, non curans, utrum noctis spatium iustis circumscriberetur terminis, an ultra, quam par esset, produceretur;“ coll. Cort. ad Lucan. VII, 127. Hand. ad Gronov. Diatr. I. p. 505. Schütz. et Ellendt. ad Cic. Brut. 19, 76., qui doceant, *relinquere* haud raro poni pro: non curare, praetermittere etc. I. H. Voss. [quem sequitur Ribbeck.] *Nocte* scribit grandi litera et explicat: *„Sie verliess die Göttin der Nacht, in deren Gefolge sie fuhr.“* — **286**. *Haec eadem*, Orphei lyra. — **287**. *reddere*, efficere ut redderetur. Sillig. (coll. Hor. Od. I, 2, 7. *Proteus pecus egit altos visere montes*) Infin. *reddere* a *vincere* pendere putat ut sensus sit: Haec lyra potuit te, Proserpina, vincere, i. e. permovere, ut ultro redderes Eurydicen; sed quid tum sibi vult Copula *que*? — *ducendam*, scil. Orpheo. Heyn. explicat per: reducendam in vitam. — V. **288**. vulgo sine ullo sensu sic editur: *Non erat in vitam divae exorabile numen*. Sillig. inde fecit *invita Diva exorabile Mortis;* quae loci emendatio nititur Codd. auctoritate, quorum plures *mortis* exhibent pro *numen*, unus Helmst. *in vita* pro *in vitam*, ut Sillígio nihil coniectura mutandum esset, nisi Gen. *divae*, unde Ablativum fecit *invida diva*, sc. Proserpina. Gen. autem *mortis* a *fas* pendere putat, coll. locis Tac. Ann. I, 19. (*fas disciplinae*), I, 42. (*fas gentium*), II, 10. (*fas patriae*), aliis, ut *fas Mortis* sit ius Mortis divinum, quod nemo potest effugere, et Mors eadem ratione Proserpinae opposita, qua apud Apollod. I, 9, 15. et Eurip. Alc. 1160. Sensum igitur loci sic exponit: „Nisi Dea voluisset, Mors ab Orpheo exorari non potuisset; et quamquam eius cantu delinitus Eurydicen tamen retinuisset.“ Tamen nunc eum deseruimus et cum Hauptio, Ribb. et Benoisto recepimus *invictae Divae exorabile numen*, quod minus differt a plurimorum Codd. lectione. — **289**. *Illa quidem*, Eurydice. — **290**. *signabat iter* vestigiis impressis. — **291**. *nec Divae munera*, veniam relinquendi loca infera et in vitam redeundi, *corrupit*, irritam reddidit, *lingua*, loquendo. Itaque non solum Orpheo interdictum erat, ne retro respiceret, sed etiam Eurydicae, ne silentium voce rumperet; quam legem Eurydicae datam alii poetae ignorant. — Post v. **292**. Ribbeck. in parenthesi posuit v. 295. sic scriptum: *Peccatum meminisse tuom grave sede piorum*. — **294**. Cum plurimi Codd. pro *parvum* exhibeant *gratum* et v. 295. *meminisse* pro *ignovisse*, Sillig. coni. *tantum* (i. e. tantillum, tam parvum) *si T. nollent P. meminisse*. Nos cum Hauptio et Benoisto has Codd. lectiones recepimus in auxilium vocata

Peccatum meminisse. At nos, grave, sede piorum,
Nos manet heroum contra manus. Hic et uterque
Aeacides: Peleus namque et Telamonia virtus
Per secura patris laetantur numina, quorum
Conubiis Venus et Virtus iniunxit honorem.
Hunc rapuit Periboea, illum Nereïs amavit.
Adsidet hac iuvenis, sociatae gloria sortis,
Acer, inexcussus, referens a navibus ignes
Argolicis Phrygios torva feritate repulsos.
O quis non referat talis divortia belli,

Sillìgii coniectura *nollent* pro vulg. *nossent*, quod Ribbeck. retinuit. — **295** sq. Vulgo sic legitur: *Sed et vos sede piorum vos manet* etc. Sed bene perspexit Sillig., hanc allocutionem ad Orpheum certe non quadrare, qui nunquam in his campis commoratus sit, porro non aptam esse Copulam *et* (i. e. etiam), cum neminis ante mentio sit facta, quem heroes exspectarent, denique transitum a campis lugentium ad piorum sedes sic nimis esse violentum. Quare loco facili coniectura succurrit (*vos* cum *nos* permutans, nam *grave*, quod adiecit, nititur plurimorum Codd. auctoritate), ut Culicem hic de semet ipso loquentem audiamus: At nos exspectat heroum coetus, nobis nunc Elysium est adeundum. Secuti sunt posteriores editores praeter Ribbeckium, qui v. 295. transposito v. 296. incipit Prou. *Has*. — *grave* paulo duriore ratione parenthetice insertum, ut alibi *miserum*, *indignum*, *mirum* et similia. — *contra* Adiectivi loco positum putat Sillig., ut sensus sit: „Manus heroum, quae in parte campis lugentium contraria, exadversus sita commoratur,“ coll. Vechner. Hellenol. p. 227 sqq. et Iacob. ad Lucil. Aetn. 139. p. 122. Cf. adnott. ad Aen. I, 13. 21. 198. al. Ipsum igitur Elysium nunc aditCulex, et recenset heroas ea loca incolentes, primum Graecos, tum Troianos. — **296**. *Hic et uterque*. Proprie huic *et* infra v. 301. alterum *et* debebat respondere, quod poeta per anacoluthon omisit. — **297**. *Telamonia virtus* pro forti Telamone; qui usus dicendi poeticus vel ex Homeri carminibus satis notus. — **298**. *laetantur* elegantius, quam simplex *versantur*, quia illi in piorum sedibus vivunt. — *patris numina* de Aeaco intelligenda, qui immortalitate donatus et in Aegina certe insula tamquam heros divino honore cultus *numen* iure quodam dici potest. Totius autem loci sensum Sillig. sic exponit: „Peleus et Telamon per iudicium Aeaci patris securi facti sunt, omnium, quae in terra pertulerant, obliti.“ I. H. Voss. proponit coniecturam *munera*, quam sic interpretatur: *„die Oerter der sorglosen Ruhe, die ihnen ihr Vater Aeacus verliehen hat.“* — **299**. *Conubiis* tribus syllabis pronuntiandum videtur. Vid. ad Geo. I, 397. Aen. I, 2. et 73. Haupt. et Ribbeck. etiam scripserunt *Conubis*. — *Venus et Virtus* quasi pronubae adducunt heroibus uxores. Uterque enim, quod iam Sillig. docet, coniugem non soli amori, sed etiam virtuti suae debuit, cum Telamon Hesionen in expugnatione Troiae tamquam praemium victoriae reportaret, Peleus autem Thetidi varias et truculentas formas induenti, ut ipsam terreret, non cederet. — **300**. *rapuit*, amore cepit. — *Periboea* Schraderi (Emendatt. p. 24.) est coniectura, quae iam Heynio placuit quamque cum Ribb., Hauptio (in edit. 2.) et Benoisto recepimus, cum propius ad literarum ductum in Codd. (*feritas, ferit ast*) accedat, quam Bembi lectio *serva; ast* a Sillìgio exhibita, ut *serva* sit Hesione, Laomedontis regis filia, ab Hercule capta et Telamoni donata (cf. Apollod. II, 6, 4.), quae bene opponatur *Nereïdi* deae. Ribbeck. et Benoist. v. 296—300. inde a verbo *Peleus* ut *παρένθεσιν* exhibent. — V. **301** sqq. de Aiace intelligendos esse patet. Pro vulg. *socia quem gloria fortis* a Sillìgio servata cum Hauptio omnibusque recentioribus editt. recepimus Scaligeri emendationem, quae proxime accedit ad Colb. I. II. et Thuan. I. lectionem *sociat de gloria sortis*. — **302**. *inexcussus* pro non concussus, impavidus, intrepidus, *ἅπαξ* quidem *λεγόμενον* est hac signif. usurpatum, tamen cum a Codd. exhibeatur, a nobis, ut a ceteris recentioribus editt., restitutum loco lectionis *in excidium*, quam Sillig. cum I. H. Vossio recepit. — *referens*, narrans. — **304** sqq. Sequitur locus de *τειχομαχίᾳ* Iliad. XIII. narrata. — *divortia*

Quae Troiae videre viri videreque Grai,
Teucria cum magno manaret sanguine tellus
Et Simois Xanthique liquor Sigeaque propter
Litora, cum Troas saevi ducis Hectoris ira
Videre in classes inimica mente Pelasgas
Volnera, tela, neces, ignes inferre paratos.
Ipsa iugis namque Ida patens frondentibus, ipsa
Ida faces altrix cupidis praebebat alumnis,
Omnis ut in cineres Rhoetei litoris ora
Classibus ambustis flamma flagrante daretur.
Hinc erat oppositus conto Telamonius heros'
Obiectoque dabat clipeo certamina; et illinc
Hector erat, Troiae summum decus, — acer uterque,
Fulminibus caelo veluti fragor editus ingens; —
Ignibus hic telisque asper, [si classibus Argos]

---

belli, ut alibi *iurgia belli, discordia pugnae* et similia. — **305.** *magno sanguine:* Schrader. (Emendd. p. 21.) et Heyn. coni. *multo.* Sed vid. Santen. ad Balbum. p. 1829. Huschk. ad Tibull. I, 1, 2. coll. adnot. ad Aen. V, 248. IX, 265. X, 549. Etiam recentiores editt. *magno* retinuerunt. — V. **307.** Heyn. sic distinxit: - - *Xanthique liquor; Sigeaque praeter Litora cum* etc.; sed recte Sillig. mutavit interpunctionem, qui *praeter* Adverbium habet eadem ratione usurpatum, qua v. 295. *contra*, ut ipsa litora circumiecta videant caedem. Nos nunc cum Hauptio, Ribb. et Benoisto recepimus Heinsii et Schraderi (Emendatt. p. 27.) coniecturam *propter.* De *Simoente* et *Xantho*, i. e. Scamandro, vid. ad Aen. I, 100. 473. et al., de *Sigeis* autem *litoribus* ad Aen. II, 312. — **308** sq. Cum Heyniana lectione, quam contextus exhibet, in plerisque consentiunt Sillигii Codd., qui tamen, pro *ira* ex coni. restituens *iram*, in ceteris Cod. Helmst. sequi totumque locum sic refingere malit: *cum Troas saevi ducis Hectoris iram Vidit et in classes inimica mente Pelasgas* etc., ut *Troas* sit Nomin. Sing. pro *Troia* positus, Copula autem *et*, omisso Pronomine *cum*, vim explicativam habeat. Recentiores editores servarunt Heynianam lectionem. — **311.** Vulgo *potens feritatis, et ipsa*, quod pro: ferarum potens, i. e. *μήτηρ θηρῶν*, dictum putant. Sillig. (quem etiam posteriores sequuntur) recepit emendationem Heinsianam, cum *patens* vere legatur in Codd., *frondentibus* autem facile in *feritatis et* corrumpi potuerit. — **312.** *Ida*, quod iam Heins. ex coniectura restituerat pro vulg. *Aequa*, invenitur etiam in Codd. Koeler. et Voss. — **313.** *Rhoetei litoris.* Vid. ad Aen. III, 108. — **314.** Plurimi Codd. *flamma lacrimante*, quod Voss. reddidit: *in tröpfelnder Flamme*, Sillig. vero tamquam audacius dictum reiecit, ipse coniiciens *lacerante*, ut Heins. *populante* vel *crepitante;* in contextu tamen cum Heynio exhibuit Bembi lectionem *flamma superante.* Nos nunc praetulimus Hauptii et ceterorum recentiorum editt. *flagrante.* — **315.** Cum *oppositus contra*, quod Codd. exhibent, ingratus sit pleonasmus, Hauptium, Ribb. et Ladew. secutus recepi Schraderi coniecturam *conto*, quae etiam melius respondet seqq. verbis *obiecto clipeo.* Benoist. retinuit *contra. Contus* autem pro hasta etiam Aen. IX, 510. ap. Silium XV, 687. Tac. Ann. VI, 35. Hist. I, 44. al. legitur. — **317.** Verba *acer uterque - - ingens* parenthetice sunt accipienda, ut v. 318. oratio denuo resumatur Pronomine *hic*, de qua re cf. adnott. ad Aen. V, 706. — **318.** Quia pro vulg. *alto* post *editus* in omnibus fere Codd. legitur *in se*, Sillig. inde fecit *ingens*, cum *ingens fragor* etiam Aen. VIII, 527. XII, 724. al. inveniatur. Haupt., Ladew. et Benoist. versum imperfectum *Fulminibus veluti fragor editus* - - - exhibent, quem Ribbeck. sic expleri posse censet: *fragor atro et turbine nisus.* — **319.** Sillig. ex Heynii coni. edidit *telique furens* pro vulg. *telisque super*, quod Wakef. ex Aen. VII, 462. defendere studet. Nos cum Hauptio scripsimus *asper*, quod magis respondet Codd. lectioni.

Eriperet reditus; alter Volcania ferro
Volnera protectus depellere navibus instat.
Hos erat Aeacides voltu laetatus honores,
Dardaniaeque alter fuso quod sanguine campis
Hectoreo victor lustravit corpore Troiam.
Rursus acerba fremunt, Paris hunc quod letat, et huius
Alta dolis Ithaci virtus quod concidit icta.
Huic gerit aversos proles Laertia voltus
Et iam Strymonii Rhesi victorque Dolonis,
Pallade iam laetatur ovans, rursusque tremiscit
Iam Ciconas, iamque horret atrox Laestrygonas ipse.

Verba sequentia cum eodem Hanptio uncis inclusimus, quia desiderantur in Codd. et ex mera Bembi coniectura prodierunt. — V. **320**. vulgo sic editnr: *Eripiat reditus; ille, ut Vulcania ferro - - instet;* sed *Eriperet* Codd. omnes et editt. vett. exhibent, et *alter - - instat* omnes certe Silligii Codd., ut *hic* et *alter* sibi opponantur, qua de re cf. Cort. ad Lucan. III, 672. In vulg. lectione nemo videt, unde pendeat Part. *ut*, quam si ad *oppositus erat* referre vellemus, requireretur certe Imperfectum *instaret*, quod iam Sillig. docnit, quem posteriores omnes hic secuti sunt. — *Volcania volnera* snnt flammae, qnas Aiax avertit. — **322**. Vulgo *Hoc erat Aeacides alter laetatus honores*, nt coniungendnm sit *laetatus erat;* quod, cum Culex narret, quae ipse oculis snis viderit, neque Aiax Telamonius tum laetatns esset apud inferos, sed semper laetaretur, absonum esse docet Sillig., qui propterea ex plnrimis Codd. revocavit *vultu* et *honores*, ut iungatnr: *Hoc erat Aeacides vultu*, i. e. „qnae vivus ante Troiam fecerat, ea etiam nunc animum eius implebant, ita nt qnae sentiret vultu exprimerentnr;“ verbnm autem *laetandi* Accus. adiectum habeat, de qua constructioue cf. Herzog. ad Caes. B. G. I, 32. Cort. et Kritz. ad Sall. Cat. 51, 29. et Ruddim. II. p. 121. Haupt. cum Sillig̃io facit, nisi quod *Hoc* mutavit in *Hos*, in qno enm secnti sumus, Ladew. vero, Ribbeck. et Benoist. praeterea pro *erat* edunt *sedet*. — V. **323** sq. de Achille Hectoris caesi corpns circa muros Troiae raptante (cf. Aen. I, 483.) intelligendos esse in promptn est. — *alter*, scil. laetatus est. — **324**. Sillig. recepit Codd. Helmst. et Koeler. scripturam *Hector lustravit devicto corpore Troiam*, i. e. trahitur circa Troiae moenia; ut, quod Hector passus est per Achillem, hoc ad Hectorem ipsum tamquam agentem aliquid transferatur. Sed praestat cnm recentioribns editoribus restituere Scaligeri emendationem Codd. lectionibus magis respondentem *Hectoreo victor lustravit*, ut etiam hic de Achille sermo sit. — **325**. Achilles Paridis, Aiax Ulyssis frande cecidit. Cf. Aen. VI, 56 sqq. Verbum *letare* (i. q. leto dare) legitur etiam ap. Ovid. Met. III, 55. et in Ibin 503. — **326**. *Alta* Sillig. Scaligero et Heynio suasoribus ex editt. vett. restituit pro vulg. *Alma*, qnod, insto sonsu destitutum, nihilominus ab Hauptio, Ribb. et Benoisto servatum est. Ut nos, sic etiam Ladew. Silliginm secutus est. — **327**. Ulysses in Elysio sedet averso ab Aiace vultn et ipse secum reputat, quae gesserat. Causam autem, cur avertatur, docet antecedens versns. — **328**. De *Strymonio* (i. e. Thracico: vid. ad Geo. I, 120. et IV, 508.) *Rheso* vid. ad Geo. IV, 462., de *Dolone* ad Aen. XII, 346 sqq. — **329**. *Pallade* (*ovans*), i. e. Pallade rapta, Palladio ablato. Vid. Aen. II, 163 sqq. — V. **330**. vulgo sic se habet: *Iam Ciconas, iam iamque horret Laestrygonas atros* (Heyn. *atrox*), sed invitis Codd., qnorum lectionem paulum modo variantem restituit Sillig., qui lacnnam in fine versus ex Schol. Hom. Od. X, 81. sic explendam esse suspicatur: *Laestrygone natos*, cum plnres Codd. *lestrigone* exhibeant, et totam gentem ab eo originem duxisse veteres pntaverint. Nos cum Ribb., Hauptio (in edit. 2.) et Benoisto adiecimns *ipse*. Ceterum de *Ciconibus* vid. ad Geo. IV, 520., de *Laestrygonibus* antem, Siciliae populo iam Homero Od. X, 80 sq. memorato, qnae in Pauly *Realencyclop.* Vol. IV. p. 729 sq. disputavimus. —

Illum Scylla rapax canibus succincta Molossis
Aetnaeusque Cyclops, illum Zanclaea Charybdis
Pallentesque lacus et squalida Tartara terrent.
Hic et Tantaleae generamen prolis Atrida
Adsidet, Argivum lumen, quo flamma regente
Doris Erichthonias prostravit funditus arces.
Reddidit, heu, Graius poenas tibi, Troia, ruenti,
Hellespontiacis obiturus reddidit undis.
Illa vices hominum testata est copia quondam,
Ne quisquam propriae fortunae munere dives
Iret inevectus caelum super: omne propinquo
Frangitur invidiae telo decus. Ibat in altum
Vis Argea petens patriam ditataque praeda
Arcis Erichthoniae; comes huic erat aura secunda
Per placidum cursus pelagus; Nereis ab unda
Signa dabat, pars inflexis super acta carinis;

---

331. De *Scylla* vid. ad Aen. III, 420. et al., de *Molossis* autem *canibus* ad Geo. III, 405. — *Zanclaea* dicitur *Charybdis*, quia vicina est Messanae, cuius antiquum nomen erat Zancle. Cf. liber meus geogr. III. p. 792. Debemus autem hanc felicissimam monstrosae Cod. Voss. lectionis *ranolea* emendationem ex Ovid. Fast. IV, 499. depromptam Schraderi (Emendatt. p. 26.) ingenio. Vulgo substitnitur *metuenda*. De ipsa autem *Charybdi* vid. ad Aen. III, 420. — **334.** Sillig. memorat, paulum abfnisse, quin corrigeret *Tantaleae gentis*, cum plures Codd. exhibeant *Tantaleae gener.* Nos cnm Hanptio (in edit. 2.) et Benoisto recepimus Ribbeckii coni. *generamen proles*. Voc. *generamen*, quod nescio num alibi inveniatur, a librariis certe facillime corrumpi poterat. Idem Sillig., cum aliqnot Codd. praebeant *Atridae*, pro vulg. *Atrides* restituit antiqnam Nominativi formam *Atrida*, quam inre servarunt posteriores editores. Vid. Schneid. Gr. Lat. II. p. 29 sq. — **334.** *flamma Doris*, Dorica, i. e. Achivornm. Vid. ad Aen. II, 27. — **336.** *Erichthonias arces* pro Ilio. Nam etiam inter Troianos commemoratur Erichthonius, Dardani filins et Trois pater, qui post Ilnm fratrem regnum tenuit. Cf. Hom. Il. XX, 219 sqq. et Apollod. III, 12, 2. cum iis, quae supra ad v. 29. adnotavimus. — **337.** De nanfragio Graecorum in reditu facto agere incipit poëta. — *Graius* Sillig. ex coni. edidit, praceunte I. H. Vossio, cum in plnribns Codd. legatur *gravis*. Vulgo *gravius*. — **338.** *Hellespontiacae undae* latiore sensu dicuntur pro omni mari Graeciam allnente. Cf. Ciris v. 413. et Markland. ad Stat. Silv. II, 1, 181. — **339.** *copia* pro multitudine hominum, pro copiis, positum. Vid. ad Aen. II, 564., ubi adde Barthii Adverss. XXI, 20. — **341.** *inevectus* pro cvectus in aliquem locum iam supra v. 101. legimus. Alibi nnsquam videtur inveniri. — **343.** *Vis Argea* pro Argiva ex Heinsii et Schraderi Emendd. p. 23. coniectura. Vulg. *Argoa*, quod ab Argo navi esset ductum. *Argeus* (Ἀργεῖος) legitur etiam Hor. Od. II, 6, 5. Ovid. Am. III, 6, 46. et al. — V. **344** sq. vulgo sic leguntur et distingunntur: - - *aura secunda Per placidum cursu pelagus; Nereïs ad undas Signa dabat* etc.; sed cum non appareat, cnius rei Nereides (nam Singul. *Nereïs* pro Plurali est positus: cf. Ruddim. I. p. 169. et adnott. ad Aen. IX, 721.) signa dederint, Sillig., mntata loci distinctione, ex Cod. Koeler. recepit Genit. *cursus* a voc. *signa* pendentem. Iam sensus loci hic est: Nereidum pars ad undas, pars acta super inflexis carinis signa cursus dabat. Pro *ad undas*, quod Sillig. servavit, cum omnibus recentioribns editt. aptins edidi *ab unda*. De voc. *pars* semel modo posita vid. adnott. ad Aen. V, 108., de anastropha autem Praepos. *super* ad Ecl. VI, 19. et Ciris v. 55. — *Inflexas carinas* Sillig. observat illustrari per Orph. hymn. XXIV, 4. *Τριτώνων ἐπ' ὄχοισιν ἀγαλλόμεναι* (*Νηρηΐδες*), et ut

Cum seu caelesti fato seu sideris ortu
Undique mutatur caeli nitor, omnia ventis,
Omnia turbinibus sunt anxia. Iam maris unda
Sideribus certat consurgere, iamque superne
Corripere et soles et sidera cuncta minatur
Ac ruere in terras caeli fragor. Hic modo laeta
Copia nunc miseris circumdatur anxia fatis
Inmoriturque super fluctus et saxa Capharei,
Euboicas aut per cautes Aegeaque late
Litora, cum Phrygiae passim vaga praeda peremptae
Fluctuat omnis in aequoreo navifraga tractu.
Hic alii sidunt pariles virtutis honore
Heroes mediisque siti sunt sedibus omnes,
Omnes Roma decus magni quos suscipit orbis.
Hic Fabii Deciique, hic est et Horatia virtus,
Hic et fama vetus numquam moritura Camilli,
Curtius et, mediis quem quondam sedibus urbis
Devotum bellis consumpsit gurgitis unda,

---

currus apud Catull. LXIV, 9. pro navi, ita h. l. *carinam* pro curru esse positam. — **351.** Vulgo *Corruere et Sol iis et sidera* etc. satis languida oratione. Silligii Codd. fere omnes praebent *Corripere et solis et sidera,* unde fecit Vir doct. *Soles* (cf. Ecl. IX, 52. Geo. I, 66. 393. II, 332. 481. etc.) *et sidera* (Nomin.) *minantur corripere cuncta* (Accus.); ut sit „poetica descriptio undarum immane quantum insurgentium, ita ut undae ab ipso caelo adtrahi videantur;“ simulque Punctum vulgo post *minantur* positum in Comma mutavit et v. 351. pro vulg. *Ac venit in terras* cum Ald. edidit *Ac ruere* (Infin. histor.), cum etiam Helmst. exhibeat *At ruere,* ceteri autem Codd. *Ac vere.* Nos cum ceteris recentioribus editoribus eum secuti sumus in omnibus, nisi in Plur. *minantur,* quod Commate deleto in Singularem mutavimus, ut haec verba cum sequentibus cohaereant, *sidera cuncta* coniungenda et *caeli fragor* Subiectum sit sententiae. — *Hic*, i. e. tum, Sillig. restituit pro vulg. *Hoc.* — **354.** *saxa Capharei.* Vid. ad Aen. XI, 259 sq. — **355.** *Aegaea litora* Sillig. Heynio suasore ex Codd. Voss. et Koeler. restituit. Aegae autem Euboeae oppidum satis notum, nunc *Gaja* appellatum. Vid. librum meum geogr. III. p. 1020. Vulgo *Heraea litora*, quae in Euboea fuisse nemo novit. Scalig. praeterea coni. *Gyraea*, coll. Hom. Od. IV, 500. 507. — **357.** Vulgo *iam naufraga;* sed *iam* omittunt omnes Silligii Codd., quare cum eo (et Scaligero) scripsimus *navifraga*, in quo Haupt. nos sequitur; Ribbeck. vero et Benoist. redierunt ad vulg. lectionem. Vid. ad Aen. III, 553. — *tractu* est Petav. lectio, quam ut difficiliorem iure servarunt Sillig. et Haupt. Vid. ad Ecl. IV, 51. Vett. editt. *fluctu*, per se non minus apte, quod receperunt Ribbeck. et Benoist. Cf. Ovid. Met. XV, 605. — **358.** Graecis et Troianis in Elysio commorantibus adiunguntur Romanorum viri clarissimi. Cf. omnino Aen. VI, 809 sqq., ubi inter alios iidem viri recensentur. — **360.** *suscipit* pro suscepit, genuit. Vid. ad Aen. IV, 327. Haupt. et Ribbeck. receperunt Heinsii coniecturam *suspicit*, i. e. admiratur, quod longe languidius; nam (Sillígio quoque iudice) multo maius est, Romam eos viros genuisse, quam eos tantum admirari. Quare etiam Benoist. *suscipit* retinuit. — **363.** *mediis*, quod Sillig. ex Codd. in *medius* mutaverat, cum Haupt., Ribb. et Benoisto restituimus. Ed. Ald. et Scalig. exhibent *e mediis*, Heyn. desiderat *in mediis* et Ladew. coniicit *placidis.* — **364.** *Devotum bellis* paulo audacius dictum. Sillig., coll. Livio VII, 6., *devotum Divis* vel tale quid reponendum censet. — Cum plurimi Codd. et veteres editt. *gurges in unda* exhibeant, cum Hauptio, Ribb., Ladew. et Benoisto edidimus *gurgitis unda.* Sillig. Scaligeri emendationem receperat *gurges inundans.* Wakef. ex coniectura satis ingeniosa edidit *Devotum tellus con-*

Mucius et prudens ardorem corpore passus,
Limitibus cessit cui fracta potentia regis;
Hic Curius clarae socius virtutis et ille
Caecilius, devota dedit qui corpora flammae,
Scipiadaeque duces, quorum devota triumphis
Moenia vepretis Libycae Karthaginis horrent.
Iure igitur tales sedes pietatis honores.
Illi laude sua vigeant; ego Ditis opacos
Cogor adire lacus, vacuos a lumine Phoebi,
Et vastum Phlegethonta pati, quo, maxime Minos,
Conscelerata pia discernis vincula sede.
Ergo iam causam mortis, iam dicere vitae

---

sumpsit gurgitis haustu. Ceterum *gurges* apte commemoratur, cum locus ille postea *lacus Curtius* dictus fuerit. Cf. Burm. ad Prop. p. 599 sq. — Vss. **366**. ot **367**. Sillig. trauspouendos et pro vulg. *Legitime* legendum putat *Aeacidae*, ut *ille* sit Fabricius, cui *Aeacidae regis*, i. e. Pyrrhi, *potentia cessit;* ipsum autem nomen omissum esse ex more auctoris huius carminis, coll. vv. 239. 241. 300. 322. — Versum autem **368**., qui producit Flaminium quempiam plane ignotum, qui flammis se dederit, Heyn. et Sillig. tamquam interpolatione ortum plane reiiciendum censent. Loensis vero Epiphyll. IX, 2. non male coni. *Caecilius, devota dedit qui lumina flammis*, ut sit Caecilius ille Metellus, luminibus orbatus, quod Palladium ex incendio aedis Vestae rapuerat (de quo cf. Preller. *Röm. Myth.* p. 209.), eiusque nomen nunc cum Ribb., Hauptio (in edit. 2.) et Benoisto contextui inseruimus, sicut v. 366. cum Ribb., Ladew. et Hauptio (in edit. 2.) pro *Legitime* (quod Benoist. retinuit) edidimus *Limitibus*. Iam Sillig. in seqq. multa a librariis turbata totumque locum a poeta sic scriptum esse suspicatur: *Iure igitur tales, sedes pietatis! honores Scipiadas duces, quorum devota triumphis Moenia laurigeris Libycae Carthaginis horrent*, ut structura verborum haec sit: quorum triumphis laurigeris (quod etiam apud Martial. III, 66. et Claud. Cons. Honor. III, 12. legatur) moenia Carthaginis (tum etiam stantia) devota (Scipiadis) horrent. Nos versus, qui vulgo sic ordinantur: 371. 369. 370., cum Hauptio, Ribb. et Benoisto transposuimus, v. **369**. Nomin. *Scipiadae* pro Accus. restituimus et deleto Adv. *Istic* post *duces* inseruimus Pron. *quorum*. —V. **370**. pro *quos rapidos*, quod Heyn. et Sillig. Codd. lectionibus (*rapidis, iapidis, Romanis*) substituerunt, recepi ingeniosam Hauptii coni. *vepretis* in edit. alt. propositam. Aptissime enim diruta Karthaginis moenia vepretis horrere dicuntur. *Vepretum* autem legitur etiam ap. Colum. IV, 32. in. Ribbeck., quem Benoist. sequitur, edidit *vae rapidis*. — **371**. *honores* iam Sillig. ex omnibus Codd. suis post I. H. Vossium pro vulg. *honorat* restituit, ut sit altera Pers. Coni. Praes. verbi *honorare*, quam etiam posteriores editores retinuerunt. Punctum autem vulgo post *honorat* positum et a Silligio deletum restituimus. — **372** sqq. Iam in eo est, ut Culex, postquam per diversas inferorum partes vagatus est, coram Minoe iudicium subeat. „Scilicet corpore sepulto et funeris honore sibi persoluto sperare poterat, iri se admissum ad certam in inferis sedem. Nam ad humanae umbrae exemplum haec adumbrata sunt.“ *Heyn.* — **373**. Sillig. edidit *viduos a lumine Phoebi*, i. e. ἡλιοστερεῖς (cf. Soph. Oed. Col. 314. Ellendt. Lex. I. p. 767.). Heins. coni. *viduatos lumine*, quod sane melius, quamquam *viduus* pro privatus, spoliatus legitur etiam Hor. Od. I, 10, 11. *viduus pharetra Risit Apollo*. Tamen *viduus ab* aliqua re quam maxime offendit, quare cum Hauptio ceterisque recentioribus editt. recepimus facillimam coniecturam *vacuos*. Ribbeck. *a* Commatis includit, ut sit Interiectio. — **374**. De *Phlegethonte* vid. ad Aen. VI, 551., de *Minoe* ibid. ad v. 432. — **375**. Ex vulg. lectione a Silligio servata Minos *discernit vincula conscelerata*, i. e. Tartarum, unde nullus reditus, qui carceris instar sceleratos vinctos tenet, *pia sede*, a piorum sede s. Elysio. Cum tamen offendat duplex epitheton

Verberibus saevae cogunt sub iudice Poenae,
Cum mihi tu sis caussa mali, nec conscius adsis:
Sed tolerabilibus curis haec inmemor audis,
Et, tamenetsi audis, dimittes somnia ventis
Et mea diffusas rapientur dicta per auras.
Digredior numquam rediturus; tu cole fontes
Et virides nemorum silvas et pascua laetus."
Dixit et extrema tristis cum voce recessit.
Hunc ubi sollicitae dimisit inertia vitae,
Interius graviter regementem, nec tulit ultra

---

maxima consceleratа et omnino *maxima* hic minus qnadret, cum recentioribus editt. recepimns Schraderi coui. *quo, maxime Minos, - - discernis;* retinuimus vero cum Sillıgio, Ribb. et Benoisto Codd. lectionem *vincula*, qua voce etiam Catull. LXIV, 367. (*Urbis Dardaniae Neptunia solvere vincla*) pro moeuibns usus est; *limen* autem *sceleratum* Vergilius ipse Tartarum appellavit Aen. VI, 563., ubi vid. adnott. Scalig. coui. *piacula*, Schrader *saecula* (quod Hanpt. et Ladew. receperunt), Iacobs. *limina*. — **376.** Sillig. haec adnotat: „Minois commemoratio Culicem admonet, sibi quoque eius indicium snbeundnm esse, non vero libenti, sed a Poenis eo adacto." Simulque pro vulg. *Ergo iam c. m. me dicere* ex Heynii coui. edidit *Ergo me.* Nos pro duplici *me* potius *iam* iteravimus cum Hanptio ceterisque recentioribus editt. — **377.** Vulgo *saevo c. ab iudice.* Sillig. *saevae* ex Codd., *sub* autem ex Scaligeri emend. restituit, eumque secuti sunt posteriores editt. De *Poenis*, i. e. Furiis, vid. supra ad v. 218. — **378.** Cum omnibus recentioribus editt. revocavimus Codd., vett. editt. et Scaligeri lectionem *Sed tolerabilibus curis*, i. e. mediocribus, modicis. Sillig. restituerat Bembi lectionem *Nec tolerabilibus* et Copulam, quae cnm *tolerabilibus* coniuncta sensu caret, potius cum *inmemor* coniungendam esse censuerat, ut hic prodiret sensus: „Haec, quae iam dixi, tu audis non immemor (tam mei facti quam orationis) curis tolerabilibus; i. e. curae tuae adeo snnt tolerabiles, ut te non impediant, qnominus mei recorderis." Conqueritur nimirum Culex, verba sua, quae pastor dormiens andiverit, ab eo negligi et vilipendi. Mire tamen sic collocata esset Copula, qnam quisque cum proximo Adiectivo coniungit. — V. **380.** vnlgo invitis Codd. sic legitur: *Quae tamen, ut vanis dimittens omnia ventis.* Sillig. *Et tamen, dimittes* et *somnia* ex Codd. restituit, *usque vagis* autem (i. e. semper vagis) e coni. edidit pro corrnpta Codd. lectione *ut vadis.* Nos potius cum omnibus recentioribus editt. *tamen etsi audis* et cum iisdem versus seqq., qui vulgo sic se excipiunt: 382. 383. 381., transposuimus, qno melior efficitur sententiarum conuexus; quare hanc versuum collocationem iam prius inxta cum Sillıgio necessarinm duximus, cum tres versus ab eadem voce *Et* incipientes facile ansam perturbationis dare potuerint. — V. **381.** antem propter praecedens *dimittes* Fut. *rapientur* restituendum esse putavimus, quod Sillig. ex omnibus Codd. suis in Praes. *rapiuntur* mutaverat. Ceterum cnm verbis *dimittere ventis* cf. adnott. ad Aen. V, 446. et IX, 312. et quod attinet ad *nemorum silvas*, vid. Heins. ad Ovid. Fast. I, 512. coll. adnot. ad Aen. X, 406. et XII, 522. — **385.** Pastor somno solutus consurgit et Culici tumulum parat. *Hunc* ex grammaticae legibus ad Culicem est referendum; nihilominus auctor carminis pastorem vult intellectum, infra demum v. 390. accuratius significatum. — *sollicitae* aptissima est Bothii coniectura, a Sillıgio recepta, coll. Hor. Sat. II, 6, 61. Vulgo *sollicitum.* — *inertia vitae* (qnam Heyn. in *inertiam somni* mutandam censet) Marklando ad Stat. Silv. I, 4, 55. p. 202. ed. Dresd., quocum facit Sillig., ipsum somnum videtur significare. — **386.** Vulgo *mentem aeger nec* etc., ut *nec* contra omnem dicendi usum pro simplici *non* dictum sit; quare Sillig., Scaligero iam et I. H. Vossio suadentibus, e Codd. restituit *regementem*, qnod verbum legitur ap. Stat. Theb. V, 389. et VIII, 17. Hic non minus, quam in seqq. versibus, omnes recentiores edi-

Sensibus infusum culicis de morte dolorem,
Quantumcunque sibi vires tribuere seniles
— Quis tamen infestum pugnans devicerat hostem, —
Rivum propter aquae viridi sub fronde latentem
Conformare locum capit inpiger; hunc et in orbem
Destinat ac ferri capulum repetivit in usum,
Gramineam viridi fodiens de caespite terram.
Iam memor inceptum peragens sibi cura laborem
Congestum cumulavit opus atque aggere multo
Telluris tumulus formatum crevit in orbem;
Quem circum lapidem levi de marmore formans
Conserit, adsiduae curae memor. Hic et acanthus
Et rosa purpureo crescit pudibunda rubore
Et violae omne genus; hic est et Spartica myrtus
Atque hyacinthus et hic Cilici crocus editus arvo,
Laurus item Phoebi surgens decus, hic rhododaphne
Liliaque et roris non avia cura marini

---

tores eius emendationes amplexi sunt. — **387.** Punctum vulgo in fine versus positum ex Scaligeri auctoritate cum Silligio delevimus, ut protasis usque ad v. 389. extendatur et apodosis a v. 390. incipiat. — **390.** *Rivum propter aquae.* Vid. Ecl. VIII, 87. ibique adnott. — *latentem,* quod Heyn. cum voc. *locum* coniungit, Sillig. recte pro *rivi* epitheto habet, ut muscosus rivus indicetur. — **391**. *capit,* suscipit, incipit. — *hunc in orbem Destinat,* orbis limitibus circumscribit. Cf. Hor. Od. II, 18, 30. *Orci fine destinata Aula.* — *ferri capulus* de ligone videtur intelligendus esse. — **393.** Vulgo *Gramineam ut viridi foderet* etc.; sed *ut* desideratur in omnibus Codd., Thuan. l. (et Petav.) praebent *Graminea viridi* et Helmst. *fodiens,* unde Sillig. locum ita, ut in contextu apparet, restituit, et verba *viridi de cespite* non cum *fodiendi* verbo coniungit, ut Voss. („*dass er die grasige Erd' aufwühl' aus grünendem Rasen*“) et alii, sed cum *gramineam,* ut Praep. *de* originem et causam indicet, coll. Markl. ad Stat. Silv. V, 3, 126. p. 388. ed. Dresd. Cf. etiam adnott. ad Aen. X, 350. Haupt. et posteriores editt. ad vulg. lectionem reversi sunt. — **397.** Verba sic iungenda: circum quem orbem conserit lapidem (murum), formans levi de marmore. Cf. adnott. ad Geo. III, 13. et Aen. IV, 457. — **398.** Sillig. poetam scripsisse putat: *assidue curae memorem,* i. e. „lapidem, qui curam tumulo erigendo impensam assidue memorat, praetereuntibus ob oculos ponit.“ — *acanthus.* Vid. ad Ecl. III, 45. et Geo. IV, 123. — **399**. *pudibunda,* quod iam Wakef. ad Lucr. II, 416. et Heyn. probaverant, et *rubore* ex Cod. Voss. iure recepit Sillig.; vulgo *rubicunda colore.* — **400.** *omne genus.* Sic ex omnibus fere Codd. Sillig. verba transposuit; vulgo *genus omne.* De productione arsis et caesurae vi effecta vid. ad Ecl. I, 38. Geo. II, 211. Aen. V, 521. al. — In *Spartica myrto* iure haerent interpretes; quamvis enim Catull. LXIII, 89. myrtos ad Eurotam crescentes memoret, a *Sparta* tamen non fit *Sparticus,* neque Spartanae myrtus praeter alias memorabiles. Scalig. non male coniecit *Parthica,* coll. Athen. XV. p. 682. C., idque recepit Ribbeck. Alias coniecturas taceo. — **401.** De *hyacintho* vid. ad Ecl. III, 106. et de *croco Ciliciae* vid. ad Geo. I, 56. Cum autem poetae de croco Ciliciae agentes *antrum Corycium* (de quo vid. librum meum geogr. II. p. 280.) commemorare soleant, Heynio praeferenda videtur Ald. aliarumque editt. lectio *editus antro.* Ceterum ut hic *arvum Cilix* croco fecundum, sic apud Lucr. II, 416. ipsum *crocum Cilix* commemoratur. Usitatior sane est forma *Cilicius* (vel *Ciliciensis*). — **402.** *Rhododaphne.* Sic propter folia laurinis similia vocabatur nerium (νήριον) s. rhododendrum (ῥοδόδενδρον); nobis *Oleander.* Cf. Dioscor. IV, 82. Pallad. I, 35. Plin. XVI, 20, 33. XXI, 13, 45. et Billerbeck. Flor. class. p. 61. — **403.** De *rore marino* vid. ad Geo. II, 213. — *cura.* Ribbeck. recepit Heinsii coni. *turba.* —

Herbaque turis opes priscis imitata Sabina,
Chrysanthesque hederaeque nitor pallente corymbo
Et bocchus Libyae regis memor; hic amaranthus
Bumastusque virens et semper florida tinus;
Non illinc narcissus abest, cui gloria formae
Igne Cupidineo proprios exarsit in artus,
Et quoscunque novant vernantia tempora flores,
His tumulus super inseritur; tum fronte locatur
Elogium, tacita format quod litera voce:
Parve Culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium vitae pro munere reddit.

---

404. *Herba Sabina*, Graecis *βράθυ* vocata (Dioscor. I, 104.), e iuniperi genere, quam Romani pro ture in suffitus adsumebant (Plin. XVI, 20, 33. XXIV, 11, 61.); nobis *Sadenbaum*, *Sadebaum*. Cf. Sprengel. ad Diosc. l. l. Vol. II. p. 386. et Billerb. p. 235. — De *chrysanthe* s. chrysanthemo vid. Dioscor. IV, 58. Nicand. ap. Athen. XV. p. 684. D. Plin. XXI, 25, 96. et Billerb. p. 219. Secundum Diosc. l. l. est Romanorum *caltha*, de qua vid. ad Ecl. II, 50. *Crysanthes* autem Sillig., Scaligero suasore, cum Nicandro l. l. scripsit; vulgo *Chrysanthus*. — De *hederae pallente corymbo* vid. ad Ecl. III, 39. — **406.** „Quod aliunde non constat, ex h. l. discimus, florem fuisse Bocchi nomine insignitum. Rex ille Mauritaniae facile hunc honorem consequi potuit Iubae regis beneficio, quem cum de aliis rerum naturis, tum de plantis scripsisse ex Plinio [XXV, 7, 38.] discimus.“ *Heyn.* — De *amarantho* (*Tausendschön*, *Sammtblume*) vid. Plin. XXI, 8, 23. et Billerb. p. 229. — **407.** *Bumastusque* ex omnibus Codd. suis restituit Sillig. pro vulg. *Buphthalmusque*, quod Bembo debetur, putanti Bumasto, uvarum generi (de quo vid. ad Geo. II, 102.), non esse locum inter flores. Heins. tamen suspicatur, etiam flori hoc nomen fuisse, cum Hesychius scripserit: *Βουμανής, οἱ δὲ Βουμαστός, εἶδος βοτάνης.* Cf. etiam Salmas. ad Solin. p. 259. — *tinus* pro vulg. *pinus* cum Salmasio l. l. p. 198. et Vossio reposuit Sillig. Cf. etiam Heins. ad Ovid. A. A. III, 692. *Tinus* autem, quae *baccis caerula* vocatur Ovidio Met. X, 98. (ubi vid. Bach.), est lauri silvestris genus. Cf. Plin. XV, 30, 39. et XVII, 10, 11. et Billerb. p. 107. (Freund. in Lexico reddit per: *der lorbeerartige Schneeball*). — **408.** De *Narcisso* vid. ad Ecl. III, 48. V, 38. et al. — **410.** *vernantia tempora.* Cf. Markl. ad Stat. Silv. III, 1, 135. p. 264. ed. Dresd. — **411.** *super inseritur.* Cf. adnott. ad Aen. II, 722. — Superest, ut in fine brevis Commentarii adiiciam, Heynium ex mira illa de hoc carmine opinione, quam in Diss. de Vergilii vita et carmm. not. 15. attigimus, non nisi vss. 1. 2. 8—10. 24. 32. 34. 35. 41. 42. 44—52. 57—77. 103—105. 155—158. 161—165. 181—183. 185—190. 194—196. 201—214. 380—387. 389. 390. 392. 394. et 395. vere Vergilianos, ceteros autem omnes interpolatos habere.

C I R I S

AD MESSALAM.

ARGUMENTUM.

„M. Valerio Messalae inscriptum est carmen: eique in exordio satis diserto ad v. 100. illud offert poeta. Narrare inde incipit fabulam de Scylla, Nisi Megarensium regis filia. Habebat Nisus in vertice crinem purpureum, urbi ac regno fatalem, ut capi Megara non possent, quamdiu ille incolumis esset. Minos, Cretae rex, Megara urbem cum obsideret, Scylla, cum ex muro forte eum prospexisset, insano eius amore correpta est: quo illa victa noctu surrexit, ut crinem illum fatalem clam rescinderet, quo sibi Minois amorem conciliaret. Exeuntem cubiculo animadvertit nutrix, Carme, Iovi olim amata, ex quo illa Britomartin pepererat. Ea alumnae meliora primum persuasit, mox autem multis frustra tentatis, ut Nisus pactione bellum componeret, in nutriciae sententiam concessit. Resecta igitur Niso coma aurea et cum urbe Minoi tradita. Is vero facinus tam atrox et impium aversatus, cum in Cretam rediret, puellam, ne piaculo tanto classem contaminaret, ne navi quidem recipere voluit, sed ex navis exteriore latere alligatam secum duxit. Tum illa multa diu conquesta in avem Cirim mutata est: additus tamen mox ei pater Nisus in haliaeetum mutatus, qui Cirim avem internecino odio persequitur." *Heyn.* Eandem fabulam e Graecis iam Stesichorus (Schol. ad Apollon. IV, 828.) et Callimachus ἐν Αἰτίοις (cf. Martial. X, 4.) tractaverant. Cf. etiam Pausan. I, 19, 5. II, 34, 7. Apollod. III, 15, 8. Hygin. f. 198. Schol. Eur. Hipp. 1200. Ovid. Met. VIII, 80. et Verg. Ecl. VI, 74., ex recentioribus autem I. H. Voss. in Epist. mythol. 1. p. 219. et Lobeck. in Aglaophamo I. p. 223 sq.

Etsi me vario iactatum laudis amore
Irritaque expertum fallacis praemia volgi,
Cecropius suaves expirans hortulus auras
Florentis viridi Sophiae complectitur umbra,
Nec mea quit ratio dignum sibi quaerere carmen,

1 sqq. „In primis vss. poeta se, abiectis iis studiis, quibus apud vulgus inclarescere voluerit, philosophiae Epicuri operam dare ait. Color orationis similis est Catulliano carmini LXV." *Heyn.* Immo totus locus ex aperta Catulli imitatione fluxit. — *Etsi* etc.; apodosis incipit a v. 9. *Non tamen* etc. Vss. 5—8. sunt parenthetice interpositi; quare distinctionem loci cum Sillgio mutavimus. Vulgo enim post *carmen* signo interrogandi, post *labores* Commate, et post *munus* Puncto distinguitur. — *vario laudis amore.* Heius. et Heyn. malint *vano;* sed bene Mitscherl. Lect. in Catull. p. 78. Graser. in Progr. Gnben. a. 1835. p. VIII. et Pütz. Adnott. ad Vergilii Cirin. (Progr. Colon. a. 1846.) p. 5. Codd. lectionem *vario* defendunt ex adiecto *iactatum,* quo poeta innuat, variis modis se laudem quaesivisse, adiicientes etiam, vix credi posse, auctorem statim primum carminis versum a quatuor spondeis incepisse atque *vano amore* et *irrita vota* idem bis dixisse. Ceterum de laude poetica agi in promptu est. Sensus enim totius loci sic se habet: Quamquam ego arti poeticae, qua antea vanam vulgi laudem captabam, valedixi totusque ad philosophiae Epicureae studium incubui, nunc tamen ad poesin redeo, ut carmen antea iam inceptum absolvam. *Variam* autem *laudem* cum Grasero l. l. p. VIII. de vario carminum genere, in quo elaboraverit poeta, intelligere possumus. Ceterum cf. Lucr. III, 46. *magis omnia laudis Iactari causa.* — 2. *praemia volgi,* quae Heyn. recte de fama poetica explicat, Sillig., cum eam nondum expertus sit poeta, sed tantum consequi studuerit, de honoribus et magistratibus accipit, quibus populus poetam ornaverit, coll. Hor. Sat. I, 5, 35. et Eleg. ad Messal. v. 39. Sed parum probabile videtur, auctorem huius carminis iam functum esse honoribus; quare potius adsentior Grasero l. l. p. VI. hunc locum sic accipienti, ut poeta conqueri videatur, „quod frustra praemia ista [famam poeticam] consequi studuerit, quae cum sperasset fore ut sibi obtingerent, post in irritum cadere se intellexisse, cuius rei unam causam esse fallaciam vulgi plerumque istius pro levitate sua vel inconstantia fidem fallentis," in quo nos sequitur Pütz. l. l. — 3. *Cecropius hortulus,* hortus, in quo Epicurus Athenis (vid. adnott. ad Aen. VI, 21.) docere solebat. Cf. Prop. V, (IV,) 21, 26. et Martial. VII, 29. Barth. Adverss. XX, 20. Schrader. Emendd. p. 31 sq. et Burm. ad Prop. l. l. p. 682. — *auras,* i. e. odores. Vid. ad Geo. IV, 147. — 4. *Sophiae* voc. iam Ennius usus est. Cf. Annal. VII. fr. 2. p. 35. Vahl. Martial. I, 112, 1. et Prudent. adv. Symm. I, 34. (Apud Ciceronem Off. I, 43, 153. Graecis literis scriptum apparet.) — V. 5 sq. Sillig., qui *Tum* pro vulg. *Num* e Codd., *tibi currere* autem pro vulg. *sibi quaerere* e coni. edidit, sic interpretatus est: *Tum mea* (scil. Sophia) *quaeret* (cupiet: cf. Weichert. in Actis Sem. phil. Lips. T. II. p. 370.) *eo* (scil. hortulo) *dignum tibi* (in honorem tuum, Messala) *currere* (i. e. scribere) *carmen;* cum *currentes versus, numeri* etc. ubique inveniantur, et *currere* cum Accus. recte construi posse doceant loci Aen. V, 235. Val. Fl. IV, 336. Tac. Agr. 2. alii et Walch. ad h. l. p. 112. Praeterea hanc addit loci explicationem: „Excusat se poeta, quod non carmen de philosophia Epicurea, sed poematium heroicum ad Messalam conscripserit, et quod nunc omiserit, tum se facturum pollicetur, cum *sua* Sophia, i. e. cognitio philosophiae Epicureae, ab ipso iam instituta, longius provecta foret, hucusque plane aliis in rebus occupata." Sed vide quae contra Sillgium non temere disputat Graser. l. l. p. IX sqq., qui, bene perspicicus, non affirmantis, sed negantis sententiam hic desiderari, ipse hanc potius profert coniecturam: *Tum ne quaere, dea dignum sit quaerere carmen,* quam sic explicat: „*Tum* (i. e. cum me hortulus Cecropius complectitur, s. cum totus in philosophiae studiis occupatus sum) *noli quaerere, dignumne* (tum) *sit dea* (i. e. num deceat Musam) *meditari carmina* (quae leviora intelligi vult), *ubi maiora longe studia secuta in coelestia spatia elata est.*" Keil.

— Longe aliud studium atque alios accincta laborcs
Altius ad magni suspexit sidera mundi,
Et placitum paucis ausa est ascendere collom: —
Non tamen absistam coeptum detexere munus,
In quo iure meas utinam requiescero Musas
Et leviter blandum liceat deponere morem.
[Quod si mirificum proferre valent genus omnes
Mirificum saecli, movo sit tibi velle libido;]

---

porro in Observv. crit. ad Propert. (Bonnae 1843.) p. 13. legendum censet: *Tum mens curet eo dignum sibi quaerere carmen*, Pütz. l. l. p. 6. *Nec mens quaerit eo d. s. q. c.*, et Ribbeck. *Iamque mea ratione indignumst q. c.* Nos cum Benoisto Hauptii reccpimus emendationem utramque priorem in se complectentem. — 6. Quod attinet ad Accus. *studium - - labores* a Participio *accincta* ideoque a Verbo cum Praepos. *ad* composito pendentem, Sill. praeter viros doctos a se iam in indice ad Catull. p. 349. laudatos conferri iubet Heins. ad Val. Fl. III, 147. V, 535. Burm. ad Prop. p. 143. Huschk. ad Tib. III, 4, 84. et Intpp. ad Frontin. III, 15, 4. Imprimis autem cf. ipse Verg. Aen. IV, 493. — Sillig. pro vulg. *atque alios* ex coni. edidit *cum aliosque*, cum Cod. Vrat. exhibeat *studiumque aliosque*. Graser. coni *stud. atque alios cum adc. lab.*, Pütz. vero, Coni. *cum* ab utroque invitis Codd. adiectam vituperans, *stud. atque alios quae acc. lab.*, eamque coniecturam receperunt posteriores editores. In altera tamen edit. Haupt. edidit, quae supra posuimns. — 7. *suspexit* est Schraderi emend., a Sillígio et Hauptio recepta loco vulg. *suspendit*. Cf. infra v. 218. Aen. IX, 402. et vid. Cic. Tusc. I, 34, 82. *Video te alte spectare et velle in coelum migrare.* Ribbeck. et Benoist. receperunt Heinsii coni. *subtendit.* — *mundi*, i. e. coeli. Vid. ad Geo. I, 232. et Cul. v. 101. — 8. Sillig. pro Codd. lectione *placitum*, quam Grasero p. XI. et Pützio p. 6. suadentibus cum recentioribus editt. revocavimns, supervacanea coniectura edidit *licitum*, cum constet, permultos illis temporibus philosophiae Epicureae indulsisse, multi igitur collem adscendere voluerint, pauci modo potuerint. Graser. tamen l. l. docet, collem *paucis placitum* dici „propter ipsam difficultatem laborumque molestiam, quae adscensuris superanda sit, nec possit superari sine incredibili audacia quadam, qua ipse cum pancis poeta insignis sibi esse videatur.“ — 10 sq. Sententia haec est: Liceat mihi hoc carmen semel coeptum ad finem perducere, ea tamen lege, ut in posterum ab hac ludicra carmina pangendi arte plane abstineam. — *iure*, merito; quia decrevi iam me totum ad philosophiae gravitatem recipere. Sic Graser. l l.; Sillig. hanc potius causam profert: „Promiserat enim carmen aliquod poeta Messalae, quod nisi conscripsisset, studium poeticum male omisisset.“ — *utinam requiescere Musas* etc.: utinam mihi concessum sit, ut blandum (canendi) morem meum deponam et Musae quiescant. Cf. Iacob. ad Prop. p. 164. — 11. *leviter* Sillig. ad elegos pertinere censet, quorum mentionem v. 20. in voce *gracilis* detexisse sibi visus est; sed cum e Culicis v. 1. *gracili Thalia* etiam epicam poesin significari appareat, equidem potius explicui: quia artem poeticam tamquam ludicram gravi opponit philosophiae studio. Pütz. tamen p. 7. et Silligii et meam explicationem reiiciens *leviter* simpliciore modo ita intelligit, „ut scriptor carmine quodam minore sive levioris momenti, quale Ciris sit, non carmine philosophico aut omnino gravioris momenti valedicturus sit poesi.“ — V. 12 sq. non potui Silligianam recensionem sequi, cum hic Vir doct. paulo audaciore coniectura usus v. 12. et 13. sine iusta causa in hunc unum contraxerit: *Quodsi (mirificum modo sit tibi velle libido!)*, paulo acerbius propterea castigatus a Grasero p. XII. sqq. Quare vulgatam retinui, quam Graser., minus sane violento remedio usus, sic emendandam senset: *Quod si mirificum, proferre valent genus, omni Mirificum saeclo, modo sit tibi velle libido — Si me iam* cett., ut sensus sit: „Quodsi, — licet enim in hoc genere praeclara efficere, modo audeas —, si me iam in sapientiae studio ad summum pervenisse intelligerem, non tali te carmine, quale hoc de Ciri est, sed maiore longe venerarer et graviore de media philosophia petito.“ Alias coniectu-

Si me iam summa Sapientia pangeret arce,
Quattuor antiquis quae heredibus est data consors,
Unde hominum errores longe lateque per orbem
Despicere atque humiles possem contemnere curas,
Non ego te talem venerarer munere tali,
Non equidem, quamvis interdum ludere nobis
Et gracilem molli liceat pede claudere versum,
Sed magno intexens, si fas est dicere, peplo,
Qualis Erichtheis olim portatur Athenis,
Debita cum castae solvuntur vota Minervae
Tardaque confecto redeunt quinquennia lustro,

---

ras (etiam Bothii in Virg. Virgil. p. 38. et Heinrichii in Biblioth. Gotting. vett. litt. et art. X. p. 44.) omitto et Ribbeckianam modo adiicio: *Quodsi mirificum saeclis proferre valerem, Mirificum mundi genus omne* (*o bella libido!*). Nos cum Hauptio hos versus tamquam suspectos uncis inclusimus; Pütz. tamen p. 7. locum bene se habere censet et cum quadam ironia enuntiatum Heinrichium secutus sic explicat: Quodsi scilicet omnes, quibus tantum libido est, genus (poematum) proferre valent mirificum saecli (*ein Wunderwerk des Jahrhunderts*), ut structura modo ad variandam orationem inversa sit. Verba *proferre valent* desunt in Codd. (praeter unum, in quo legitur *perferre valent*) et in ed. pr. Ald., sed, Grasero iudice, si suppositicia, ita tamen inventa, ut sententiae poetae respondere videantur. Pro *saecli* Codd. quidam *saeclis* (*ein Wunderwerk für Jahrhunderte*), sed prior lectio maiorem habet auctoritatem. — **14.** De geminato *si* Sillig. conferri iubet infra v. 129 sqq. Aen. V, 397. et Liv. III, 19. omninoque de Particularum resumptione Spohn. ad Isocr. Pan. p. 47. Wellauer. ad Aesch. Agam. 1617. Cort. ad Cic. Fam. XV, 10. p. 797. Matth. ad Cic. Epp. sell. p. 47. alios. — *summa arce.* Cf. supra v. 8. *adscendere collem* et adnott. ad Geo. I, 240. — *pangeret*, statueret, collocaret. — **15.** *Quatuor heredibus*, Platoni, Aristoteli, Zenoni et Epicuro. — *arx est data consors*, tamquam dominium commune. Philosophi hunc collem tamquam suum, sibi a Diis ipsis traditum, occuparunt. Vere enim Sillig. observat, Adi. *consors* hic propriam *sortis* significationem retinere, qua de provincia atque tum in universum de possessione dicatur. Ceterum poeta videtur ante oculos habuisse Lucr. II, 9 sqq. et III, 26. Cf. etiam Schrader. Emendd. p. 49. et 59. — **18.** *munere tali*, i. e. tantillo, per contemptum, ut infra v. 523. et alibi *tantus*, *quantus* et ap. Graecos τοιοῦτος, τηλικοῦτος etc. Sillig. conferri iubet Drak. ad Sil. VIII, 112. Burm. ad Lucan. III, 392. Matth. ad Cic. Manil. 6, 14. et de Graecis Wolf. ad Demosth. Lept. p. 258., quibus addo Manut. ad Cic. Epp. ad Fam. I, 7. p. 60. ed. Richt. et Beneck. ad Cic. Man. l. l. — **19.** *ludere.* Vid. ad Cul. v. 1. — Sillig. *gracilem versum* non nisi de pentametro intelligi posse ratus, *claudere* non per finire, sed simpliciter per fingere, componere explicandum esse censet, coll. Hor. Sat. I, 10, 59. II, 1, 28. et Cic. Or. 68, 229., ut Pentameter *gracilis* dicatur propter argumentum, *mollis* autem propter metrum. Simul conferri iubet Santen. ad Ter. Maur. p. 317. Sed vide Cul. v. 1. — **21.** Comparat carmen suum cum peplo in Panathenaeis, quinto quoque anno Athenis celebratis, Minervae oblato, cui res a dea gestae, imprimis pugna cum Titanibus et Gigantibus commissa, fortasse etiam egregi ducum Atheniensium facinora intexta erant. Cf. Schol. Plat. p. 143. Ruhnk., Scalig. et Heyn. ad h. l. Meursii Panathen. c. 17. et Krause in Pauly *Realencycl.* V. p. 1100. Quid autem *intexere* velit poeta, ex v. 36 sqq. apparet. — *si fas est* Heyn. non ad religionem, sed ad coepti audaciam referendum esse docet, rectius vero Pütz. p. 8. haec verba non ad coepti, sed potius ad imaginis, qua hic utitur poeta, audaciam excusandam addita censet. — *magno peplo.* Cf. v. 39. *magnis chartis.* — **22.** *olim*, i. e. suo tempore. Vid. ad Aen. V, 125. et VIII, 391. — **24.** *Quinquennia* pro vulg. *Quinquatria* ex editt. vett. restituit Sillig., qui memorat, *quinquennia* et *lustra* a poetis Latinis semper coniungi, coll. Markl. ad Stat. Silv. V, 3, 231. p. 399. ed. Dresd. et Tacito Ann. XVI, 2. —

Cum levis alterno Zephyris concrebruit Euro
Et prono gravidum provexit pondere currum.
Felix illa dies, felix et dicitur annus,
Felices, qui talem annum videre diemque.
Ergo Palladiae texuntur in ordine pugnae,
Magna Giganteis ornantur pepla tropaeis,
Horrida sanguineo pinguntur proelia cocco;
Additur aurata deiectus cuspide Typhon,
Qui prius, Ossaeis consternens aethera saxis,
Emathio celsum duplicabat vertice Olympum.
Tale deae velum sollemni tempore portant;
Tali te vellem, iuvenum doctissime, ritu
Purpureos inter soles et candida lunae

---

tarda vocantur, quia quinto demum anno redeunt. — **25.** Poeta tempus, quo Panathenaea maiora celebrabantur, designat per pugnam Zephyri et Euri. Videntur igitur sub initium anni Graecorum hi venti alternis spirasse; nam Panathenaea tertio cuiusque Olympiadis anno habebantur inde a die XXV. mensis Hecatombaeonis, qui primus erat anni Attici, et respondet Romanorum Martio. Cf. Boeckh. *Staatshaushalt. der Athen.* II. p. 165 sq. et Hermann. *Lehrb. d. griech. Staatsalterth.* §. 161. not. 2. cum Schol. Plat. p. 143. ed. Ruhnk. De ventis illis cf. liber meus *Handb. d. alt. Geogr.* I. p. 610 sq. — *concrebruit* Sillig. pro vulg. *concrebuit* ex Codd. restituit. Cf. Schneid. Gr. Lat. I. p. 473. — **26**. *currum.* Sic iam edit. pr. Posteriores quaedam minus apte *cursum*, quod Turneb Advv. XXVIII, 25. minus apte ad navigationem refert. *Currus* autem pro navi, quae Panathenaeis ad Palladis templum machinis agebatur, peplo tamen illo pro velo expanso. (Cf. Paus. I, 29, 1. et Meursius l. l. c. 18.) Sic ap. Catull. 64, 9. *Ipsa levi fecit volitantem flamine currum, Pinea coniungens inflexae texta carinae.* — *gravidum.* Pütz. l. l. adnotat, velum vento *tumidum* comparari cum muliere foetum gerente. — **27.** *illa dies* pro vulg. *ille d.* Sillig. ex Cod. R. et editt. vett. restituit coll. Lucil. Aetn. 635. Garat. ap. Orell. ad Cic. Planc. 41. p. 231. b. et Schneid. Gr. Lat. II, 1. p. 351. Vid. etiam adnott. ad Geo. I, 276. — **28.** Sillig. ex Cod. R. recepit *talem qui.* Haupt. vulgarem verborum ordinem restituit. — **29** sqq. Locum, etsi ab h. l. fortasse alienum, classicum tamen post Eurip. Hec. 466 sqq. de peplo Minervae censet Heyn. — *Ergo* de re, quae antea iam commemorata nunc uberius exponitur. Cf. Lachm. ad Prop. IV, 2, 29. p. 237. a Silligio laud. — *texuntur.* Codd. R. et H. *texentur*, quod Sillig. non temere reiiciendum censet, quamvis etiam *stridĕre* et *stridēre*, *fulgēre* et *fulgĕre* dicatur. Cf. adnott. ad Geo. IV, 262. Aen. VI, 827. et al. — *in ordine.* Vid. ad Ecl. VII, 20. et Aen. VIII, 629. — **31.** *pinguntur* i. q. v. 29. *texuntur.* — De *cocco*, fuco illo, qui e vermibus ilici aquifoliae insidentibus, quos veteres pro baccis habebant (Plin. XVI, 8, 12. et XXIV, 4, 4., nobis *Kermes*) exprimebatur, cf. Hor. Sat. II, 6, 102. Martial. III, 2, 11. V, 24, 5. Plin. IX, 41, 65. — **32.** Alibi *Typho* s. Typhoeus, de quo monstro, a Gigantibus diverso, sed a poetis saepe in eorum censum relato, vid. ad. Geo. I, 279., a Iove fulmine ictus esse fertur; Minervae tamen etiam Hor. Od. III, 4, 53. in hac victoria partes aliquas videtur tribuere. De Graeca forma Accus., quam Sillig. pro vulg. *Typho* ex Rebd. restituit, vid. ad Ecl. VI, 13. Aen. II, 259. VIII, 506. — **33.** Sillig. docet, *consterni*, contegi, aethera saxis semper relabentibus non potuisse, quare hoc verbum omnino tantum habeat notionem frequenter iaciendi, ita ut non tam effectus, quam conatus respiciatur. — **34.** *Emathius vertex* Pelion esse debet, Olympo hic impositus, ut Geo. I, 281. Ossae. De *Emathia* vid. ad Geo. I, 492. et IV, 390. — *duplicabat.* Vid. ad Ecl. II, 67. et al. — **35.** *sollemni tempore.* Vulgo *soll. in tempore;* sed Praepos. Sillig. recte omisit Codd. auctoritate. — **36.** *Tali ritu* etc. Hoc modo vellem carmen de rerum natura scribere cique tuum, Messala, nomen intexere. *Ritus* autem pro modo, ratione, redit infra v. 127. et 389. — **37.** *Pur-*

Sidera, caeruleis orbem pulsantia bigis,
Naturae rerum magnis intexere chartis;
Aeternum Sophiae coniunctum carmine nomen
Nostra tuum senibus loqueretur pagina saeclis.
Sed quoniam ad tantas nunc primum nascimur artes,
Nunc primum teneros firmamus robore nervos,
Haec tamen interea, quae possumus, in quibus aevi
Prima rudimenta et primos exegimus annos,
Accipe dona meo multum vigilata labore
Promissa atque diu iam tandem exordia rebus:
Impia prodigiis ut quondam exterrita amoris
Scylla novos avium sublimis in aere coetus
Viderit et tenui conscendens aethera pinna

pureos soles. Cf. Ovid. Fast. III, 518. cum aduott. ad Ecl. IX, 40. Aen. I, 591. V, 79. al. — *candida luna.* Vid. Aen. VII, 8. — *lunae sidera.* Cf. Sever. ap. Charis. p. 66. P. *ignea nam caelo ducebat sidera Phoebe.* — **38.** *orbem*, caelum. Vid. Aen. III, 512. VIII, 97. — *pulsantia* magis ad *bigas*, quam ad *sidera* referendum esse, in promptu est. Cf. autem Aen. X, 216. *curru Noctivago Phoebe medium pulsabat Olympum.* De Lunae *bigis* vid. ad Aen. VII, 26. et Cul. 283. — *caeruleae* autem i. q. atrae. Vid. ad Aen. III, 64. — **39.** Magno carmini de rerum natura vellem intexere nomen tuum laudesque tuas. — **40.** Verba sic coniunge: *Nomen tuum, Sophiae coniunctum* (i. e. nomini Sophiae coniunctum: cf. Heusing. ad Cic. Off. I, 22, 7. et Walch. ad Tac. Agr. p. 201., quos Sill. laudat), *carmine pagina nostra loqueretur aeternum senibus* (i. e. seris: cf. *dies senex* ap. Plaut. Stich. V, 1, 8.) *seclis.* — **42.** Pütz. l. l., qui recte v. 42. et 43. ad philosophiae studium, v. 44. et 45. autem ad poesin refert, locum sic interpretatur: „Sed quoniam nunc primum philosophiae me dedi, in qua vires adhuc debiles firmare debeo, tibi interea eorum aliquid mitto, in quibus prima iuventute elaboravi;“ quae prorsus congruant cum Vergilii vitae rationibus. — *ad tantas artes*, ad philosophiam. Cf. Cic. Finn. III, 2. — *nascimur*, nos convertimus, aptamus; quo sensu alibi non nisi Partic. Perf. inveniri memorat Sill., coll. Gronov. Obss. IV, 17. p. 277. ed. Daventr. — **46.** *Accipe.* Vid. Markl. ad Stat. Silv. V, 3, 45. p. 376. ed. Dresd. — *multo vigilata labore*, vigilanter elaborata, ut ap. Ovid. Fast. IV, 109. *vigilatum carmen.* Cf. aduott. ad Geo. I, 313., ubi adde Barth. ad Stat. Theb. XII, 811. et Weichert. de Cinna II. p. 9., hic a Sill. laudatos. — **46.** Vulgo *Et praemissa tuis non magna exordia rebus.* Sillig. locum ex Codd. Rehd. et Helmst. emendavit, ut *exordia rebus* sit epexegesis vocis *dona* et significet prooemia, praeludia, *rebus* autem de Messalae rebus gestis vel potius gerendis intelligendum sit, omisso Pron. *tuis*, quod praecedente Imperativo facile omitti potuisse doceat Walch. ad Tac. Agr. p. 427. Cur *dona diu promissa* dicat, apparet ex v. 9. — *iam tandem.* Cf. Aen. VI, 61. Haupt. verba *exordia rebus*, quae sane in Codd. desiderantur, sed iam in edit. principe leguntur, omisit; Ribbeck. autem ex coni. edidit *Promissaeque diu - - exordia opellae.* — V. **48** sq. vulgo sine iusto sensu sic eduntur: *I. pr. ut quondam exterruit amplis Scylla novosque avium* etc. Sillig. locum exhibuit ex Schraderi coni. (Emendd. p. 56.), ut *prodigiis amoris* sit i. q. amore prodigioso (coll. Vechner. Hellenol. p. 516 sqq. et Munckero ad Fulgent. II, 5. p. 73. a.), *exterrita* autem magis ad prodigia, quam ad amorem referatur. Cf. Aen. IV, 450. *fatis exterrita* et Val. Fl. V, 330. *exterrita monstris.* Hanc autem coniecturam, quam etiam recentiores editores iure amplexi sunt, Pütz. p. 9. eo non parum firmari docet, quod in versu sequ. Copula *que* in Codd. et antiquiss. editt. non inveniatur, quae haud dubie demum post illatam corruptionem *exterruit* addita est. — **49.** *novos avium - - Viderit* pro simplici: se in avem transformatam esse viderit. Copulam *que* vulgo voc. *novos* adhaerentem Sill. ex Codd. auctoritate delevit. — **50.** *aethera* Sillig. recepit ex Cod. R., coll. Geo. I, 406. Aen. XI, 272. et infra v. 538. et 541. Vulgo

Caeruleis sua tecta supervolitaverit alis,
Hanc pro purpureo poenam scelerata capillo,
Pro patria solvens excisa et funditus urbe.
Complures illam et magni, Messalla, poetae —
Nam verum fateamur: amat Polyhymnia verum —
Longe alia perhibent mutatam membra figura
Scyllaeum monstro saxum infestare voraci;
Illam esse aerumnis quam saepe legamus Ulixi
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates et gurgite in alto
Deprensos nautas canibus lacerasse marinis.

---

sidera. — **53.** Vulgo legitur *Proque patris solvens excisa funditus urbe.* Sillig. autem restituit Cod. Helmst. lectionem *Pro patris solvens, excisa et funditus urbe,* voc. tantum *Pro* in *Proh* mutata. Nos denique recepimus felicissimam Hauptii coniecturam (Quaest. Catull. p. 76.) *Pro patria,* quam iure etiam posteriores editores amplexi sunt. — **54** sqq. Nota res est, de Scylla diversas fabulas tradi et duas Scyllas haud raro inter se confundi. Cf. adnott. ad Ecl. VI, 74. — **55.** *Polyhymnia.* Vett. editt. *Polymnia,* aliae *Polymneia,* quod Heyn. videtur praeferre. Sed Cod. Rehd. *Polimnia,* Helmst. *Polhimnia.* Sill. conferri iubet Sauten. in Beckii Commentt. Soc. phil. Lips. II, 1. p. 192. et Schneid. Gr. Lat. I, 1. p. 192. Pütz. l. l., ne quis hunc versum pro interpolato aut poeta indigno habeat, conferri iubet Ecl. I, 32. Catal. XI, 11. atque imprimis Catal. VII, 12. — V. **56.** Sillig. e coni. mutatum edidit, cum in vulg. lectione *Longe alia perhibent mutatam membra figura* Ablat. *alia figura* vix possit explicari, Cod. Rehd. autem (a quo Helmst. non videtur dissentire) exhibeat *Longe aliam prohibent mutata in membra figuram.* De anastrophe autem Praepositionis vult conferri Ruhnk. ad Vellei. II, 91. Weichert. de verss. spur. p. 85 sq. et Walch. ad Tac. Agr. p. 338. Vid. etiam adnott. ad Ecl. VI, 19. et al. Nos cum recentioribus editoribus Ablativum restituimus, qui quidni significare possit *in ganz andrer Gestalt,* non intelligo. — *membra* est Acc. absol. cum *mutatam* coniungendus, ut v. 70. *speciem mutata* et v. 198. *mutatae artus.* Vid. ad Ecl. I, 54. etc. — Vss. **57.** et **58.**, in Codd. mire corrupti, vulgo sic leguntur: *Scyllaeum monstra in saxum conversa vocari; Illam esse, aerumnis quam saepe legamus Ulyxi.* Sillig. ex Cod. Rehd. lectione *Scylleum saxo* fecit *Scyllaeo in saxo* et eiusdem Cod. atque Helmst. scripturae *infectata* substituit e coni. *infamata,* quod Participium de Circe legatur ap. Ovid. Met. XIV, 446. *Vocari* autem ex usu poetis Latinis frequentato pro simplici *esse* dictum censet, coll. Ovid. Met. X, 318. VI, 437. et Markl. ad Stat. V, 1, 33. p. 344. ed. Dresd. Pütz. l. l. vulgatam vult servatam, et verba sic esse coniungenda docet: *monstra in saxum conversa vocari* (scil. *perhibent*) *Scyllaeum,* ut hoc nomen proprium non sit Adiect. ad *saxum* pertinens, sed Substantivum, *τὸ Σκύλλαιον.* Cum vero Codd. pro *conversa* exhibeant *infectata,* nos cum Hauptio et ceteris recentioribus editoribus locum aptioribus coniecturis emendatam exhibuimus. — V. **58.** pro Codd. lectione *Illam esse aerumnis* Sillig. audaci coni. edidit *Esse aerumnoso,* ut sensus hic esset: poetae perhibent, illam Scyllam, Nisi filiam, esse eam Scyllam, quam etc.; *aerumnoso* autem *Ulixi,* i. e. *πολυτλήμονι* (*laborioso* ap. Hor. Epod. XVII, 16. et *patienti* ap. eund. Ep. I, 7, 40.) Dativ. incommodi, pendens a *vexasse* et *lacerasse.* Nos autem cum recentioribus editoribus et v. 57. Hauptii emendationes recepimus et v. 58. revocavimus Codd. lectionem, ut *aerumnae Ulixi* (Genit.) sint narrationes de aerumnis Ulyssis, quemadmodum etiam Graeci carmina de heroum erroribus et fatis post Troiae excidium *νόστους* appellant; quae iam Puetzii est sententia. Gen. *Ulixi* legimus Aen. II, 7. (ubi vid. adnott.) 90. III, 273. 613. — Coni. *legamus,* ut v. 65. *dicantur,* e mente poetarum dictum, qui v. 54. commemorati sint, offendere non posse, vere memorat Puetzius. — *saepe.* Recte Both. in Virg. Virgil. p. 39.: „saepe legi solet Homerus, saepe igitur etiam illa historia de Scylla.“ — Vss. **59—61.** ex

Sed neque Maeoniae patiuntur credere chartae
Nec malus istorum dubiis erroribus auctor.
Namque alias alii volgo finxere puellas,
Quae Colophoniaco Scyllae dicantur Homero.
Ipse Crataein ait matrem; sed sive Crataeis
Sive illam monstrum genuit grave Echidna biformis,

Ecl. VI, 75—78. huc translati, ubi vid. adnott. — **62.** Vulgo *Maeoniae haec patiuntur;* Sill. ex auctoritate Codd. Rehd. et Helmst. Pronomen omisit. *Credere* absolute positum legitur etiam Geo. I, 415. Aen. VI, 173. al. Respicitur locus Odyss. XII, 85 sqq., a quo sane hic valde discrepat. Pütz. p. 9. memorat, poetam videri tres diversas huius fabulae formas distinguere, quarum prima Scylla in avem, altera in saxum, tertia in monstrum marinum conversa esse fingatur. — Sequitur satis incpta et carmine indigna diatribe contra illam utriusque Scyllae confusionem, quam Heyn. a Grammatico aliquo adiectam censet, Sillig. tamen auctori carminis vindicat, qui sane etiam alia scripsit a poetico ingenio aliena. — **63.** Prius cum Silligio interpretatus sum: „Nec hoc credere patitur, qui *dubiis erroribus* (per mare) *istorum* (Ulixis eiusque sociorum) *malus* (i. e. perniciosus, noxius: cf. infra v. 133. Heindorf. ad Hor. Sat. I, 1, 77. et adnott. ad Ecl. III, 11.) *auctor* fuit, i. e. Neptunus (cf. Hom. Od. I, 20. 68 sqq. et IX, 532 sqq.), qui ipse huius Scyllae pater fuit (cf. v 72.), quam propterea pro illa Nisi filia habere non possumus;" nunc vero, a PütKzio meliora edoctus, cum eo hunc versum ad ipsum Homerum refero et in fine sententiae verbum *est* mente supplco, ut haec sit sententia: nec tamen Homerus malus auctor (*Gewährsmann*) est illarum narrationum de erroribus Ulyssis eiusque sociorum. *Dubiis* igitur *erroribus* pro *dubiorum errorum* est positum, de quo usu Dativi vide adnott. ad Aen. X, 203. (II, 556. VIII, 65. et infra v. 491.). — **65.** Colophonem, nobilissimam Ioniae urbem (de qua vid. librum meum geogr. II. p. 187.), fuisse inter septem illas urbes, quae Homeri patria haberi vellent (cf. Gellius III, 11.), satis notum. Adi. autem *Calophoniacus* (pro usitatiore *Calophonius*) apud alium scriptorem Lat. me legere non memini. — *Scyllae* Plurali numero, „quia quisque mythographus novam quasi Scyllam producit," ut Sillig. censet. — **66.** Vulgo, invitis omnibus Codd., *Ipsi seu Lamie mater sit, sive Crataeis*, quod iam Heyn. felicissima coniectura (ab Iahn. primum in contextum recepta) mutandum censuit in: *Ipse Crataein ait matrem, sed sive Crataeis*, eamque Sillig. manifestis Codd. vestigiis comprobatam vidit, qui tamen, haec vestigia fortasse nimis strenue secutus, pro *ait* edidit *ei*, cum verbum dicendi facile omitti potuerit; quod mihi secius videtur. Bonus certe poeta non scripsisset: *Ipse* (Homerus) *Crataein ei matrem* (scil. fuisse ait vel dat, tribuit). Adsentitur mihi Pütz. p. 10. atque etiam recentiores editores *ait* retinuerunt. Ceterum cf. Hom. Od. XII, 124. Posteriores hanc *Crataein* Nympham habuerunt fluminis in extrema Italia iuxta Prom. Scyllaeum in mare exeuntis. Vid. Plin. III, 5, 10. Ceterum de ea cf. etiam Apollon. IV, 828. et Burm. ad Ovid. Met. XIII, 749. — *sed sive Crataeis* etc. Alii aliam matrem ei vindicant, neque ipse hanc litem volo componere. — **67.** Quod vulgo editur *genuit Persea* (i. e. Hecate, Persae Titanis ex Asteria filia), Parrhasii coniecturae debetur. Optimi Codd. praebent *gravena*, unde alii librarii fecerunt *grandēva* (*grandaeva*). Sed quae est ista *grandaeva* κατ' ἐξοχήν dicta? Quare Sillig. ex *gravena* ingeniosa coniectura facit *germana*, ut intelligatur Echidna, quae secundum Hygin. Praef. extr. ex Typhone (hic *monstro biformi* appellato; cf. Apollod. I, 6, 3.) conceperit Scyllam, et tamquam Tartari et Telluris filia (Apollod. II, 1, 2.) iure Typhonis soror dici potuerit. Cum tamen intelligi vix possit, quomodo simplex illud *germana* in omnibus Codd. et vett. editt. in *gravena* corrumpi potuerit, nunc cum Hauptio ceterisque recentioribus editoribus locum probabilioribus coniecturis emendatum exhibui. Echidnam enim virginis et draconis formam in se complectentem et ipsam *biformem* fuisse constat; *grave* autem non absonum est talis monstri epitheton. —

Sive est neutra parens atque hoc in carmine toto
Inguinis est vitium et Veneris descripta libido,
Sive etiam iactis speciem mutata venenis
Infelix virgo — quid enim commiserat illa?
Ipse pater timidam sicca complexus harena
Coniugium carae violaverat Amphitrites;
Attamen exegit longo post tempore poenas,
Ut, cum cura sui veheretur coniugis alto
Ipsa trucem multo misceret sanguine pontum, —

---

68 sqq. „Seu fabula Scyllae allegorica est libidinis narratio. Simili modo eam interpretatur Fulgent. Planciades Mythol. II, 12. et Heraclid. in Alleg. p. 496.“ *Heyn.* — 69. *Inguinis*, i. e. immoderatae libidinis. Blomfield. ad Aesch. Agam. 1204. (a Sillig. laud.) memorat, mulierem quamlibet infamem, e. g. meretricem, dici Scyllam. Cf. etiam Heraclit. de incred. c. 2. et Callim. fragm. 184., qui uterque Scyllam aliquam meretricem commemorat. — 70. „Ex poetae verbis talis fabulae habitus esse debuit: Scylla a Neptuno oppressa Amphitrites iram in se concitaverat; quae eam aliquanto post ita ulta est, ut, cum marito per mare vecta, veneno aquas inficeret, quo illa aqua marina corpus lavans in monstrum mutaretur.“ *Heyn.* — Vulgo *Sive etiam est iactis;* Sillig. autem omisit Verbum subst., quod in suis Codd. non invenit. — *iactis venenis*, scil. in mare. Vide supra Heynii adnot. — *speciem mutata*, ut supra v. 56. *mutatam membra.* — 72. *Ipse pater*, Neptunus. Heyn. *Patrem* (litera maiuscula scriptum) eo sensu dictum putat, quo etiam alii Dii maiores, Iupiter imprimis, Pluto et Neptunus, haud raro Patres dicantur (cf. adnott. ad Geo. II, 4.), Sillig. autem coll. iis, quae ad v. 63. adnotavit, de Neptuno, Scyllae patre, cogitat, ut pater filiae vim intulisse dicatur, et propterea etiam Pronomen *ipse* adiectum putat. Sequentia verba vulgo sic se habent: *nudam saeva c. a.*, unde Sillig. fecit *scaeva in timidam.* Putat autem Vir doct. *arenam* dici *scaevam* (i. e. infaustam) *in timidam*, „quia exitium Scyllae inde sit exortum,“ *timidam* autem vocari puellam ut invitam, reluctantem, quo poeta significet, eam innoxiam fuisse. De voce autem *scaevus* et *saevus* perpetua confusione agere memorat Burm. ad Prop. p. 267. Anth. Lat. T. II. p. 110, et de Adi. *timidus* pro recusans posito conferri iubet Hor. Od. IV, 9, 52., vel Nodellii Not. crit. p. 82. *sola arena.* (Cf. Ecl. X, 14. Geo. III, 249. etc.) Equidem pro *nudam* iam prius ex Codd. *timidam* restituendum significavi (quamquam etiam illud fortasse ferri posse censui pro: cum nudam, lavantem scilicet, conspexisset et ita amore eius exarsisset) illudque ab omnibus recentioribus editoribus re vera restitutum video. Pro *saeva* autem et Silligii miro *scaeva in* prius vel Heynii coniecturam *flava* vel Nodelii Not. crit. p. 82. *sola* recipiendam censui, nunc vero cum recentioribus editoribus praetuli Hauptii *sicca*, quod magis accedit ad Codd. lectionem. Pütz. l. l. legi vult *saeve*, quod, *saevum amorem* Ecl. VIII, 47. comparans, pro vehementer, cupide, libidinose explicat. — 73. *coniugium Amphitrites* pro: Amphitriten coniugem. Vid. ad Aen. II, 579. De Amphitrite, Neptuni coniuge, cf. Hesiod. Theog. 930. Apollod. I, 4, 6. Hygin. in Poet. Astron. II, 17. alii. Homerus de hoc matrimonio tacet. — 74. *Attamen*, quamquam innocens erat. *Quid enim commiserat illa? Ipse pater* etc. — 75. Amphitrite, dum Scylla in mari vehebatur, mala medicamina ei inspersit. Heyn. *curam coniugis* male de ipsa Amphitrite intelligit. Est potius Scylla, quam Amphitrite punit tamquam *curam*, i. e. amicam, *coniugis sui.* Ut enim *cura* saepe dicitur pro *amore* (cf. Heins. ad Ovid. A. A. III, 405. Bentl. ad Hor. Od. II, 8, 24. Markl. ad Stat. Silv. V, 3, 93. p. 383. ed. Dresd. et adnott. ad Aen. IV, 1.), sic etiam interdum pro amica. Vid. ad Aen. I, 678. (Ecl. I, 57. X, 22.). — 76. *sanguinem.* Heinrich. in Bibl. Gotting. X. p. 45. de viperarum maxime sanguine venenato cogitavit, coll. Hor. Od I, 8, 9. Epod. III, 6 sqq. et Ovid. ex P. IV, 7, 36., (quod iure probat Pütz. p. 11.), Sil-

Seu vero, ut perhibent, forma cum vinceret omnes
Et cupidos quaestu passim popularet amantes,
Horribiles circum vidit se sistere formas,
Piscibus et canibusque malis vallata repente est
— Heu quotiens mirata novos expalluit artus
Ipsa suos, quotiens heu pertimuit latratus! —,
Ausa quod est mulier numen fraudare deorum
Et dictam Veneri votorum avertere poenam,
Quam, mala multiplici iuvenum quod saepta caterva
Vixit eratque animo meretrix iactata ferarum,

---

lig. autem minus probabiliter de sanguine humano in incantationibus adhibito, coll. Tac. Ann. II, 69. et Appul. Met. III. p. 206. Oud., adeoque iis, quae de mensibus mulierum superstitio veterum commenta sit ap. Plin. VII, 15, 13. XXVIII, 7, 23. Lucan. VI, 669. al., in auxilium vocatis. — 77. Sive Scylla fuit puella eximiae pulchritudinis, quae corpore quaestum fecit et a Venere in monstrum mutata est. Causa infra exponitur v. 83 sqq. — 78. *cupidos amantes.* Cf. Aen. VIII, 165. et Ovid. Her. III, 26. — *quaestu*, Abl. instrum., *durch ihr Gewerbe.* — *popularet* ex Cod. R. (Helmst. *procularet*) et Ald. Sillig. recepit pro vulg. *spoliaret*, quod ex interpretamento ortum videtur. *Populare* autem de hominibus dici posse, Sillig. docet loco Prop. IV, (V.) 17, 29.; et de activa Verbi forma vid. ad Aen. I, 527. — V. 79. et 80. cum Hauptio (quem etiam Ribbeck. secutus est) transposui, quo melior sententiarum connexus restituitur. Benoist. vulgarem versuum ordinem *Piscibus - - Horribiles - -* retinuit. — Pro vulg. *piscibus et canibus rapidis* nunc cum Sillígio et posterioribus editoribus recepi Codd. lectionem *P. et canibusque malis.* Sillig. *et — que* dictum esse putat pro *et — et*, *et* autem voci suae postpositum, ut ap. Hor. Sat. I, 8, 39. coll. Drak. ad Liv. XXIX, 12, 5., equidem vero transpositione versuum facta Copula *et* postposita utramque sententiam (ut Ecl. I, 34.), *que* autem Substantiva *piscibus* et *canibus* coniungi statuo. Ceterum Haupt. et Ribbeck. scribunt *repentest.* — V. 81. vulgo minus apte sic distinguitur: - - *expalluit artus! Ipsa suos quotiens* etc. De scriptura *quotiens* vid. adnott. ad Ecl. II, 73. — 83 sqq. Quod Scylla meretrix ansa fuerat Venerem pecunia vota defraudare, pro vulg. *votorum vertere* Sillig. non male *voto intervertere* edidit, *poenam* cum Scaligero explicans per ποινὴν, debitam mercedem, et *voto dictam* per voto promissam, cum *dicere* etiam alibi (Ter. Heaut. V, 1, 64. 69. Sall. Hist. II, 14. Cic. pr. Flacco 34.) sit i. q. promittere (coll. Heusing. ad Cic. Off. I, 10, 6.), *voto* autem vel *votis* saepe iungatur verbis *vocare, exposcere, expetere* etc. De *intervertendi* autem verbo conferri iubet Gronov. Obss. IV, 5. Sermo igitur esset de pecunia illa, quam meretrices tamquam decumas quaestus sui Veneri vovere solebant (cf. Boeckh. ad Pind. Vol. II. P. II. p. 611.), et qua Scylla avara deam defraudaverat. (Cf. etiam Heraclitus de Incredib. c. 2.) Praestare vero videtur Scaligeri lectio *votorum avertere*, quam cum recentioribus editoribus recepimus. (In alteram tamen edit. Haupt. novam invexit coniecturam *lucrorum - partem.*) Sic igitur Scylla dicitur iuvenes impulisse, ut pecuniam Veneri ex voto debitam sibi pro stupri mercede apportarent. — Vss. 85—88, qui sane, ut vulgo eduntur, minus placere possunt, Pütz. p. 11. variis de causis spurios habet. Sed si loco cum Hauptio ceterisque recentioribus editoribus coniecturis in contextum receptis succurrimus, de eo non amplius videtur dubitandum. *Quam*, quod vulgo ad praegressum *poenam* referunt, v. 86. *Dixerat* edentes, nunc ipsam Scyllam indicat. Pro *quod saepta*, quod restituimus, Sillig. e coni. edidit *Consaepta*, quamquam eum non fugit, Oudend. ad Appul. Met. p. 119. *consaeptus* rectius de locis, quam de hominibus dici contendisse. Cum tamen Vergilius simplex *saeptus* de hominibus usurpet (Aen. I, 439. IX, 783. cf. etiam Liv. I, 28. etc.), auctori huius carminis etiam composito verbo sic uti licuisse putat. — 86. Vulgo *Dixerat atque*

Infamem tali merito rumore fuisse,
Docta Palaephatia testatur voce papyrus:
Quidquid et ut quisque est tali de clade locutus,
Mnemosyne, potius liceat notescere Cirin
Atque unam ex multis Scyllam non esse puellis.
Quare quae cantus meditanti mittere certos,
Magna mihi cupido tribuistis praemia, divae
Pierides, quarum castos calparia postes
Munere saepe meo inficiunt foribusque hyacintbi;
Dependent flores, aut suave rubens narcissus
Aut crocus alterna coniungens lilia caltha
Sparsaque liminibus floret rosa, nunc age, divae,
Praecipue nostro nunc aspirate labori

---

animo. Quod edidimns, debetur Hauptio, qncm cum posterioribus editoribus secnti sumus. — *animo ferarum*, qualis proprius est ferarum ferocium et libidinosarum. — V. 87. cum recentioribus editoribus restituimns vulgarem lectionem, qnam Sillig. ex omnibus sane Codd., sed sine insto seusu, in *meritorum more* mutaverat. Ceterum nou opus erat. ut Heyn suspicaretur, auctorem carminis Palaepbatum fortasse confudisse cum Heraclito, iu cuius libello *περὶ ἀπίστων* c. 2. de Scylla, scorto avaro, vere agatur. Ex eo enim, quod in libello isto satis inepto, qni Palaepbati nomine inscriptus a nobis teritur, nibil de bac re inveuitur, non sequitnr, boc argumentum a vero et antiqno Palaepbato non tractatum esse. — **89** sq. „Verum cuiusvis modi bacc omnia sint, quidquid et nt quisque de iis [*tali de clade*, de talis cladis causa, de monstro tam pernicioso] narraverit; equidem de ea Scylla agam, quae in Cirin mntata est; inclarescat illa meo carmine, nec sit *una ex multis*, ignobilis.“ *Heyn.* Constat banc diceudi formulam vel apnd Ciceronem legi Brut. 21, 83. 79, 274. Off. I, 30, 15. al. Cf. Burm. ad Petron. e. 44. Orell. ad Hor. Od. III, 11, 33. et Obbar. ad Hor. Ep. I, 6, 59. Vol. I. p. 333. — **90**. Pro satis languido *Omnia sint*, quod vulgo editur, cum receutioribus editoribns recepi paulo andaciorem Hauptii coniecturam *Mnemosyne*, ut iam hic babeamus Musae invocationem. — **92**. Qnare, divae Pierides, qnae iam olim mihi carmina pangenti praemia tribuistis, agite nunc quoque labori nostro adspirate. — *meditanti*, tum, cum ego meditabar. — *mittere cantus:* cf. aduott. ad Geo. I, 229. — *certos* antem, quia in carminibus certae quaedam regulae observantur, ut Peerlkamp. (a Silligio laud.) in Bibl. crit. nov. Vol. II. p. 39. interpretatur, qui coufert Tibull. I, 7, 38. et II, 1, 52. Haupt. ex coniectura facili quidem, sed minus necessaria, edidit *laetos*, et Ribbeck. *curtos*. — **93**. *cupido*, scil. praemiorum; *praemia* antem de favore intellige, quo Musae poetam ornaverant. — **94**. Vnlgo *quarum castos altaria postes*, sine sensu. Sillig., qui putat, *altaria* nil esse nisi iuterpretamentum voc. *postes*, ei ex coni. snbstituit *libamina*, cum verbum *inficiant* de liquido sacro sermouem esse doceat. Ladew., Ribb. et Benoist. amplexi sunt Bergkii (in Mus. Rhen. VII. p. 106.) couiecturam *alabastria;* nos vero praetulimus Hauptii *calparia*, quae Codd. lectioni magis respondent. *Calpar*, vox antiqua, secundnm Nouium p. 546. extr. significat dolium, qnod Varrone teste etiam pro vino ipso usurpetur, idque comprobat Paul. Diac. (qui p. 46, 17, M. *calpar* genus vasis fictilis esse refert) p. 65, 13. his verbis: *Calpar, vinum novum, quod ex dolio demitur sacrificii causa, antequam gustetur*, quocum cf. Placidus in Glossis p. 447. ed. Mai.: *Calpar vinum, quod primum levatur e dolio*. Scaliger *inficiunt* (*κνισσῶσι*) ad nidorem refert, et Heyn. parum probabiliter cogitat de sanguine bostiae postibus templi adsperso. — **95**. *Munere meo* saepe ita legitur. Cf. Geo. I, 7. Ovid. Met. VII, 93. VIII, 502. etc. — **96**. *Dependent* pro vulg. *Deponunt* ex Heinsii coniectura cum Hanptio et Ribbeckio recepimus. Benoist. vulgatam retiuuit. — *suave rubens narcissus*, ut Ecl. III, 63. *suave rubens hyacynthus*. — **97**. De *caltha* vid. ad Ecl. II, 50. — **99**. *aspirate labori*. Vid.

Atque novum aeterno praetexite honore volumen.
Sunt Pandioniis vicinae sedibus urbes
Actaeos inter colles et candida Thesei
Purpureis late ridentia litora conchis,
Quarum non ulli fama concedere digna
Stat Megara, Actaei quondam munita labore
Alcathoi Phoebique: deus namque adfuit illi;
Unde etiam citharae voces imitatus acutas
Saepe lapis recrepat Cyllenia murmura pulsus

---

ad Aen. II, 385. De Sing. *age* cum Plurali *divae, aspirate* coniuncto vid. quos laudant Weichert. ad Val. Fl. VIII, 194. et Hand Turs. I. p. 205. coll. adnott. ad Aen. I, 267. et III, 169. — **100.** *praetexite honore volumen*, quasi limbo purpureo. — **101.** *Pandioniis sedibus*, Athenis, quarum rex antiquus fuit Pandion, Erichthonii filius, Erechthei, Procnes et Philomelae pater. Quare *Pandionius* apud poetas haud raro i. q. Atheniensis. Cf. Lucr. VI, 1141. Ovid. Met. XV, 430. Claud. R. Pros. II, 19. B. Gild. 406. Stat. Theb. II, 720. etc. — **102.** *Actaeos colles*. Vid. Heins. ad Val. Fl. IV, 654. et adnott. ad Geo. IV, 463. al. — „*candida litora*, propter marmor candidum, et *ridentia conchis*, accurate ad naturam loci; nam totus ille tractus agri Megarensis lapide conchite abundat, candido admodum colore, cui plurimae insunt conchae marinae. Vid. Paus. I, 44.“ *Heyn.* Cf. etiam Reinganum *Das alte Megaris* p. 38 sq. — *ridentia*. Vid. adnott. ad Ecl. IV, 20. — **104.** *digna*. Hoc Adiectivum, cum negatione coniunctum, ut Graec. οὐκ ἄξιος, interdum significat eum, cui non convenit, quem non oportet (nostrum *berechtigt etwas nicht zu thun — oder zu dulden*). Cf. Val. Fl. II, 471. Tac. Hist. II, 89. et e Graecis Soph. Oed. Col. 933. Sillig. ad h. l. et Obbar. ad Hor. Ep. 1, 3, 35. Vol. 1. p. 221. — **105** sqq. „Fabula Megarensium domestica (Paus. I, 42.), quam iam Theognis attigit v. 771 sq., Alcathous, Pelopis fil., Megarae arcem muris cinxisse ferebatur, Phoebo operae consorte: unde seu saxum aliquod, cui Phoebi cithara fuerat imposita (Paus. l. l. et Epigr. Anthol. Gr. T. III. p. 160. Iacobs.), seu turris erat, quae lapillo percussa in citharae tactae morem resonabat (Ovid. Met. VIII, 14 sqq.). Alcathous *Actaeus* h. l., quatenus Megarensis ager Atticae pars haberi poterat, et olim in Atheniensium ditione fuisse credebatur (Paus. I, 39.). Nam alioqui e Peloponneso advenerat Alcathous, Pelopis quippe filius.“ *Heyn.* Haupt. tamen *Actaei* ex Helmst. mutavit in *Alcathoi*, ut hic habeamus eandem nominis repetitionem, de qua ad Ecl. VI, 20. diximus, eumque secutus est Ribbeck. (Vid. etiam infra v. 130 sq.) Nos tamen omnium fere Codd. lectionem deserere dubitavimus, idemque fecit Benoist. De Alcathoo cf. Villoison in Comm. Acad. Paris. Inscript. T. XLVII. p. 336. a Sillig. laud. et Haakh. in Pauly *Realencycl.* I. p. 659. ed. II. De *Megara* Singul. numero appellata Sillig. laudat Heusing. ad Vechneri Hellenol. p. 20. coll. Ruddim. I. p. 152. Schneid. Gr. Lat. II. p. 432. et Peerlk. in Bibl. crit. nova III. p. 246. Ceterum cf. quae de hac urbe exposui in Pauly libro modo laud. IV. p. 1714 sqq. — **106.** Pro vulg. *Alcathoi* Sillig. ex Codd. edidit *Alcathoae*, poetam apud Graecum scriptorem, unde haec sumpserit, Doricam formam Ἀλκαθόα invenisse ideoque nomen ad primam Declin. flexisse ratus, coll. Schneid. Gr. Lat. II, 1. p. 43. Lobeck. in Wolfii Anal. lit. III. p. 56. et Gronov. Obss. IV, 15. p. 238. — **107.** *citharae voces*. Vid. Obbar. ad Hor. Ep. I, 1, 34. Vol. 1. p. 54. — **108.** *recrepat*, transitive, ut *resonare* Ecl. I, 5. et Geo. III, 338. Intransitivo sensu legitur ap. Catull. LXIII, 29. Lapis pulsus resonat, imitatur sonum citharae. — *Cyllenia murmura* Sillig. restituit e Cod. Rehd., cum *murmur* etiam aliis instrumentis musicis tribuatur, ut *cornibus* ap. Hor. Od. II, 1, 17., *tubis* ap. Stat. Theb. VI, 404. etc. et cithara ap. Hor. Ep. I, 2, 31. *strepere*, ap. Lucr. II, 28. *reboare* dicatur, verbum autem *recrepandi* murmuri aptissimum sit. Vulgo *munera*. *Cyllenia* dicuntur, quia poeta citharam, quam Apollo invenerat, confudit cum lyra, cuius in-

Et veterem sonitu Phoebi testatur amorem.
Hanc urbem, ante alios qui tunc florebat in armis
Fecerat infestam populator remige Minos,
Hospitio quod se Nisi Polyidos avito
Carpathium fugiens et flumina Caeratea
Texerat. Hunc bello repetens Gortynius heros
Attica Cretaea sternebat rura sagitta.
Sed neque tunc cives, neque tunc rex ipse veretur
Infesto ad muros volitantes agmine turmas
Reicere et indomitas virtute retundere mentes,
Responsum quoniam satis est meminisse deorum.
Nam capite a summo regis — mirabile dictu —
Candida caesaries, — florebant tempora lauro —,
At roseus medio surgebat vertice crinis,
Cuius quam servata diu natura fuisset,

---

ventor habebatur Mercurius Cyllenius. (Cf. adnott. ad Aen. IV, 252.) — **109.** *amorem*, quod iam Nodell. Obss. crit. p. 39. coniecerat, Sillig. ex Cod. Rehd. recepit pro vulg. *honorem*, quod difficile est ad explicandum. — **110.** *tunc;* vulgo *tum*. Vid. adnott. ad Ecl. III, 10. — *florebat in armis*, h. e. virtute. Cf. adnott. ad Aen. III, 595. V, 37. et Sillig. hic et infra ad v. 252. — **111.** „*remige*, docte: nam cum classe advenerat Minos, cuius θαλασσοκρατίαν illustravimus in Commentt. Soc. R. Gott. T. I. P. II. p. 71 sqq.“ *Heyn.* — *populator* etiam Ovid. Met. XIII, 655. Liv. III, 68. et al. legitur. — **112.** Causa belli Niso a Minoe illati profertur, quod Polyīdus (*Πολύειδος*) vates, qui Glauco, Minois filio, in vitam reducto Creta aufugerat (Apollod. III, 3.) et Megara profectus erat (cf. Paus. I, 42.), a Minoe armis repetebatur. — **113.** *Carpathium* pro vicino mari Cretico. De utroque cf. liber meus *Handb. d. alt. Geogr.* II. p. 20 sq. Omissionem autem voc. *maris* defendit locus Aen. III, 211. coll. Burm. ad Anth. Lat. I. p. 114. — *flumina Caeratea.* Flumen *Caeratum* (*Καίρατος*), quod Cnossum urbem, ipsi prius cognominem, alluebat (et nunc de *Kartero* nomen habet), in Creta insula commemorant Callim. in Dian. 44. et Strab. X. p. 476. Cf. Meursii Creta I, 8. Hoeck. *Kreta* I. p. 10. et 401. et Pashley *Trav. in Crete* I. p. 263. — **114.** *Gortynius heros*, i. e. Cretensis. Vid. ad Ecl. IV, 60. — **115.** *sternebat sagitta.* Vid. Aen. IX, 666. (et Geo. III, 297.). — **116** sqq. Heyn. adnotat: „Sed Megarenses et Nisus non cunctantur Minoi occurrere et muros urbis defendere: quippe capillo purpureo confisi;“ et sic etiam Heinrich. in Bibl. Gott. artt. et litt. vet. X p. 46. hunc versum ad Megarenses eorumque defensionem referendum censet. Sed recte Pütz. p. 12. docet, eum non nisi de hostibus urbem obsidentibus intelligi posse. — V. **118.** vulgo haec leguntur: *Ducere et indomita virtute retundere mentis.* Sillig. e coni. *Ducere* mutavit in *Vincere* et pro *indomita* e Codd. recepit *indomitas*, ut cohaereant verba *indomitas virtute*, i. e. nondum domitas, et *mentes retundere* sit i. q. ap. Cic. Tusc. I, 33, 80. *obtundere*, i. e. mentem acrem et vehementem defatigare et quasi hebetem reddere. Heyn. totum versum delendum censet et sane eo deleto omnia optime procederent. Cum tamen in omnibus legatur Codd., potius coniectura sanandus, quam reiiciendus est; Silligii vero coniectura praestat Pützii *Icere* vel potius Heinsii *Reicere*, quod cum Hauptio ceterisque recentioribus editt. recepimus. De synizesi verbi *reiicere* vid. ad Ecl. III, 96. — *mentes.* Heinrich. coni. *gentes* et Ribbeck. recepit Heinsii coni. *Martem.* — **120.** *mirabile dictu.* Vid. Geo. II, 30. III, 275. Aen. I, 439. etc. — **121.** *florebant tempora lauro.* Cf. v. o. Aen. IV, 202. Parenthesis post illam, quae modo praecessit, paulo durior; non tamen coniecturis opus est, quo priores editores hunc locum vexarunt. — **122.** *roseus*, purpureus. — *surgebat* pro vulg. *fulgebat* Sill. ex Codd. restituit, coll. Aen. X, 187. — **123.** „*Cuius natura* pro: qui crinis. Barth. Adverss. XXIII, 9. laudat ex Avieni Perieg. 57. *pigra ponti Se na-*

Tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum
Concordes stabili firmarunt numine Parcae.
Ergo omnis caro residebat cura capillo,
Aurea sollemni comptum quem fibula ritu
Cecropiae tereti nectebat dente cicadae.
  Nec vero haec urbis custodia vana fuisset,
Nec ruerat, ni Scylla, novo correpta furore,
Scylla, patris miseri patriaeque inventa sepulchrum,
O nimium cupidis Minoa inhiasset ocellis.
Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater

---

tura tenet, h. e. pontus.“ *Heyn.* De *quam diu, tam,* omisso altero *diu,* Sill. conferri iubet Cic. Brut. 1, 4. et 67, 236., de snperstitione autem in hac ipsa Nisi bistoria valente Lucian. de sacrif. 15. T. III. p. 79. ed. Bip. et Becker. in *Ersch's u. Gruber's Encycl.* Sect. II. Vol. I. p. 19. — Cum v. 125. cf. Ecl. IV, 47., unde sumptns est. Heyn. malit *firmarant.* Sed recte Sillig. defendit Perfectnm, coll. Ramsh. Gr. Lat. p. 402. c. Spectatnr enim certum illud tempus, qno Nisus est natus. — 127 sq. „Fibula aurea nectebat eum crinem dente tereti cicadae. Erat scil. fibula in cicadae formam facta *ritu* Attico. Nota res est, Athenienses *τεττιγοφοροῦντας* fuisse, i. e. habuisse cicadam auream crinium cincinnis innoxam. Cf. praeter Scalig. et Tanhm. ad h. l. Thnc. I, 6. et Periz. ad Aelian. IV, 22.“ *Heyn.* Sillig. praeterea conferri iubet Columu. ad Enninm p. 330. Anecd. Hemsterh. I. p. 108 sq. et Iacobs. ad Philostr. Imag. p. 493. — *quem* ex Aldd. recepit Sillig. pro vulg. *quoque.* — 128. Vnlgo *Mopsopio et tereti,* invitis Codd., qni praebent *corpselae, corpselle, corselle,* unde Loensis Epiphyll. VIII, 25. eruit *Crobylus et,* quod, Heyn. suasore, Sillig. recepit, qni etiam ex Codd. restituit Pluralem *nectebant* pro vulg. Singul. *nectebat;* ut structura verhorum haec sit: *quem capillum ritu solemni comptum fibula aurea et crobylus* (de Copula postposita vid. snpra ad v. 79.) *tereti dente cicadae nectebant.* *Crobylus* autem (*κρωβύλος*) secundum Thnc. I, 6. et Scholl. est modus crines colligandi (*εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν*), et crinis per eum *nectitur,* quatenus ei ita est implicitus, nt non facile e capite demi possit. Nos nunc cnm Hauptio ceterisqne recentioribus editoribus exhibuimns Scaligeri coniecturam *Cecropiae,* de cuins tamen veritate nondum prorsus nobis persnasum est. Ceterum *Cecropia* (scil. urbs) pro Athenis etiam ap. Catnll. LXIV, 79. et 83. legitur. — 129. *urbis* ex Heins. et Heynii coni. edidit Sillig. pro *vobis,* qua lectione probata poeta putandus esset se subito ad ipsos Megarenses convertere, qnod ridiculnm. — 130. Sillig. cnm Heinrichio in Bibl. Gotting. X. p. 46. retinuit vulg. lectionem *Nec fuerat,* scil. antea, pro: ut antea non fuerat, et Adverbium *ante* eadem ratione omitti docet ap. Verg. Aen. V, 372. et Hor. Od. III, 27, 28. simulque pro vulg. *nisi* e Codd. edidit *ni,* „quamquam bene gnarus eorum, quae Viri docti nunc recte de correptionis usu in talibus syllabis praecipinnt; vid. Schneid. Gr. Lat. I, 2. p. 694 sqq. Lennep. ad Ter. Maur. p. 412 sqq. et Iahn. ad Verg. Aen. XI, 309.“ Nos cum Ribbeckio, Ladew. et Benoisto scripturam *Nec ruerat* praetulimus recentiori Hanptii coniecturae *Profuerat* magis a Codd. lectione recedenti. (Prius Schraderum secutus ediderat *Defuerat, si.*) — Vulgo *concepta furore,* quod mire dictum, quamqnam *concipere furorem* infra v. 164. Aen. IV, 501. Ovid. Met. II, 640. Sil. Ital. V, 182. Senec. Hipp. 343. al. legitnr. Quare Heyn. coni. *correpta,* quod cum Hanptio et posteriorihus editt. recepimus. — 131. *sepulchrum* pro pernicie, peste. Sillig. comparat *ruinam* apud Ovid. Her. XII, 32. et conferri iuhet Cort. ad Cic. Fam. VIII, 4, 5. Ramsh. Gr. Lat. p. 655. et Matth. Gr. G. §. 429, 1. — 132. Pro vulg. lectione *O nimium* Sillig. (et prius Hanpt. qnoqne) recepit Heinsii coniecturam *Minoem;* nos potius cnm Ribbeckio, Ladew., Hauptio in edit. II. et Benoisto servata Codd. lectione *O nimium* ex Lachmanni coni. (ad Lucr. p. 162.) *si non* mutavimus in Gr. Acc. *Minoa.* De *inhiandi* verbo cum qnarto Casu constructo vid. ad Geo. II, 463. — 133 sq. Sequitur locus per se

Iratum potuit, quem nec pater atque avus idem
Iuppiter — ille etiam Poenos domitare leones
Et validas docuit vires mansuescere tigris,
Ille etiam divos, homines — sed dicere magnum est, —
Idem tum tristes acuebat parvulus iras.
Iunonis magnae, — cuius periuria divae
Olim si metuere, diu perferre puellae
Non ulli liceat, — violaverat inscia sedem,
Dum sacris operata Deae lascivit et extra
Procedit longe matrum comitumque catervam,
Suspensam gaudens in corpore ludere vestem

---

non inelegans de potentia Amoris, in quo tamen multa videntur corrupta et turbata esse. De iterato *quem nec* cf. adnott. ad Aen. I, 201. — **134.** *potuit* ἀοριστικῶς: vid. ad Geo. I, 49. — *pater atque avus idem;* cum Venus Iovis filia eademque Amoris mater ex Iove a poetis quibusdam fuisse perhibeatur; qua de re cf. Valcken. ad Eurip. fragm. p. 159. et Musgr. ad Hippol. 539. — **135.** Cum hoc insigni de amoris potentia loco Pütz. l. l. conferri iubet Soph. Antig. 177 sqq., Sillig. autem comparat Galli eleg. 29. *acer Amor deus est, fetas domat ille leaenas.* — **136.** *validas vires* (cf. Aen. II, 50. V, 500. VI, 833.) *tigris* (Genit.) pro simplici: validas tigres. Sillig. comparat Graecum dicendi genus (σθένος Ἡρακλέους et similia), de quo conferri iubet Vechner. Hellenol. p. 516 sqq. et Muncker. ad Fulgent. II, 5. p. 73. a. Cf. Cul. 296. Haupt. (et cum eo Ribbeck.) prius tantum *validas* in *rabidas*, in alt. vero edit. etiam *docuit* in *novit* et *rabidas* in *rabidae* mutavit. — Cum v. **137.** cf. Prop. I, 14, 17. *Illa* (Venus) *potest magnas heroum infringere vires.* Post *homines* antem aposiopesis statuenda est, et verba *Idem tum* etc. arcte cohaereat cum verbis *Sed malus ille puer* v. 133. Pro *magnum est* Haupt. in alt. edit. exhibuit *longumst.* — Punctum, quod Heyn. in fine v. 138. delevit, ut Amor diceretur iram Iunonis acuisse, recte restituit Sillig. Amor, a Iunone instigatus, suas ipse *acuebat iras* (cf. infra v. 159. et Aen. XII, 590.) et Genit. *Iunonis magnae* pendet a voc. *sedem* (v. 141.). — **137.** „Quantum ex loco salebroso assequi licet, puella religionem templi Iunonis violaverat, inter ludendam cum aequalibus pila in sacrarium temore emissa; quam cum repetitam ivisset, in templi penetrale irruperat. Ut puellam puniret, infausto amore eam a Cupidine inflammari curavit Iuno.“ *Heyn.* — **140.** Vulgo *Olim se meminisse;* sed cum omnes Codd. praebeant *meminere*, Sillig. *se* mutavit in *si*, pro *etsi* positum (vid. ad Geo. IV, 241.), ut Genit. *cuius divae* (*periuria*) sensu obiectivo intelligendus sit: periuria in nomine Iunonis commissa (coll. Ruhnk. ad Vellei. II, 106. et Huschk. ad Tibull. Vol. II. p. 703.), et ad voc. *liceat* ex Perf. *meminere* (qui Pluralis collectiva notione voc. *non ulli* satis excusetur) ἀπὸ κοινοῦ repeti debeat *meminisse* (coll. Aen. I, 729. Hor. Od. III, 27, 13. et Ramsh. Gr. Lat. §. 205, 3. p. 683.), totius igitur loci sensus hic sit: *si* (etiamsi) *olim* (quando: vid. ad Aen. V, 125.) *puellae periuria huius divae meminere, nulli tamen puellae diu* ea *periura* fuisse meminisse *liceat*, scil. quod poena Iunonis celeriter sequi soleat periurium („*so dürfte sich doch wohl keine erinnern, dass jener Meineid lange gewährt habe*, i. e. *lange ungestraft geblieben wäre*“). De lusu antem in verbis *periuria — periura* Sillig. conferri iubet Iacob. ad Lucil. Aetn. 118. et 379. Cum tamen sententia satis artificiosa ratione sic eruta maxime ieiuna sit et frigida, nunc recepi Hauptii coniecturas *metuere* et *perferre* in edit. 2. propositas, quibus longe aptiorem sententiam effici patet. Benoist. cum Ribbeckio retinuit *meminere* et *periura, diu* in *ut iam* et *liceat* in *liceant* mutatis. Ceterum de *periurio* vid. infra v. 156. — **141.** *Non ulli.* Ribbeck ex coni. edidit *Nulli non.* — *sedem*, scil. deae, templum. — **142.** *sacris operata.* Cum in eo esset, ut sacris operaretur; nam ante ipsum sacrum Scyllae hoc infortunium accidisse, docent vss. 146 sqq. Ceterum cf. Liv. I, 31. et adnott. ad Ecl. III, 77. — *lascivit*, lusit. — **144.** „Veste recincta, soluta, procurrit:

Et tumidos agitante sinus Aquilone relaxans.
Necdum etiam castos gustaverat ignis honores,
Necdum sollemni lympha perfusa sacerdos
Pallentis foliis caput exornarat olivae,
Cum lapsa e manibus fugit pila cumque relapsa
Procurrit virgo; quod uti ne prodita ludo
Auratam gracili solvisses corpore pallam!
Omnia, quae retinere gradum cursusque morari
Possent, o tecum vellem tu semper haberes:
Non umquam violata manu sacraria divae
Urendo, infelix! nequiquam tura piasses.
Et si quis nocuisse tibi periuria credat,
Causa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno.
At levis ille deus, cui semper ad ulciscendum
Quaeritur ex omni verbo atque iniuria facto,

---

ita ipso cursu auram movet vestis agitata." *Heyn.* — **146.** *gustaverat* Sillig. ex Codd. restituit pro vulg *agitaverat.* — *honores*, ut Aen. I, 49. *aris imponere honorem*, ibid. IV, 207. *Lenaeum libare honorem* et ap. Ovid. Met. VIII, 741. *nullos aris adolere honores.* — **147.** *sollemni lympha perfusa*, rite lota ante sacrificium. Cf. Saubert. de sacrif. p. 222. — Cum v. **148.** cf. Verg. Geo. III, 21. Aen. V, 774. VII, 419. etc. et de *pallente oliva* vid. ad Ecl. III, 39. — **149.** *cumque relapsa*, scil. pila. „Pila autem hic commemorata iis adstruetur, quae attulit Boettiger. in Amulth. I. p. 27 sq." *Sillig.* Ribbeck. ex coni. edidit *elapsa est* — **150.** *quod uti* Sillig. revocavit e Codd. pro vulg. *quo utinam*, cum, ut alias *quod si* et *quod nisi*, ita etiam dicatur *quod utinam* [cf. quae hac de re disputarunt Cort. ad Cic. Epp. ad Fam. XIV, 4. Otto ad Cic. de Finn. I, 20, 67. et Kritz. ad Sall. Cat. 2, 2. et Iug. 14, 21.], pro *utinam* autem etiam simplex *ut* ponatur (coll. infra v. 228. et Hor. Tursell. p. 950, 7.). — *prodita*, in fraudem inducta, ut religionem violaret. — **151.** Quod nos cum Silligio edidimus, fluxit ex Iacobsii coni., iam Heynio probata. Vulgo sine iusto sensu legitur *Aureo tam gracili solvisset corpora palla.* Sensus est: utinam palla non deposita retenta fuisses, quominus longius procederes. De *aurata palla* cf. Geo. II, 464. Aen. V, 250. VIII, 167. Pro *solvisset* cum Hauptio edidi *solvisses*, quod melius respondet seqq. verbis. Ribbeck. et Benoist. retinuerunt tertiam Pers. Verbi. — **152.** *cursusque* Codd. est scriptura a Sillig. revocata loco vulg. *cursumque.* — **153.** Sillig. edidit *tecum - - tua* coll. Aen. IX, 84. Val. Fl. II, 242. Val. Caton. Lydia 26. 34. et Cic. Phil. II, 8. (certe ex Cod. Vat. auctoritate), malit tamen *tecum - - tu*, idque nunc cum Hauptio ceterisque recentioribus editoribus recepimus. — **154.** *violata manu*, nam *lapsa e manibus fugit pila* supra v. 149. — **155.** Sillig. duabus coniecturis satis felicibus loco succurrit; vulgo enim legitur *Iurando - - iura piasses.* Putat autem Vir doct., puellam facinoris sui bene gnaram illud ture oblato piare et Iunonis iram placare voluisse, sed frustra hoc conatam esse, cum Iuno nihilominus poenam sumpserit et Scyllam Amori puniendam tradiderit; ideoque duas sententias (nisi tu manu tua templum violasses, illud ipsum templum non ture oblato piasses, tibi non piandum fuisset, — sed frustra piasti) in hanc unum contractas esse: non nequidquam piasses. — *Urendo tura.* Cf. Tibull. II, 2, 3. *Urantur pia tura focis, urantur odores.* Ribbeck. edidit *Iurando - - iura p. At* etc. — **156.** *periuria:* quod puella sacris operatura (iure iurando?) promiserat, se rite et decore templum intraturam, iisque promissis non steterat. — **157.** *timuit fratri* etc. i. e. maluit te hoc modo punire Iuno, quum Iovi te excruciandam tradere, qui solus periuria ulciscitur; ut iam Scalig. locum recte intellexit. Ribbeck. post hunc versum quaedam excidisse suspicatur. — **159.** Cum Hauptio et Benoisto edidimus *verbo atque iniuria facto.* Vulgo *verborum iniuria dicto.* Ribbeck. ex coni. edidit *ventosa iniuria dicto.* —

Aurea fulgenti depromens tela pharetra,
Heu nimium taetro nimium torrentia viro,
Virginis in tenera defixerat omnia mente.
Quae simul ac venis hausit sitientibus ignem
Et validum penitus concepit in ossa furorem,
Saeva velut gelidis Edonum Bistonis oris,
Ictave barbarico Cybeles antistita buxo,
Infelix virgo tota bacchatur in urbe,
Non storace Idaeo fragrantes tincta capillos,

---

161. Vulgo *Heu nimium tereti, nimium Tirynthia visu.* Codd., monstra lectiouum exhibentes, nihil fere auxilii afferunt. Quod Sillig. ex coni. edidit *mentem et nimium irritantia visu,* Vir doct. imprimis Cod. Rehd. lectione *Heu nimium terret nimium tiricia visu* stndet defendere, et sic explicat: tela, quae *nimis et nimis mentem* Scyllae *visu,* i. e. adspectu, ope oculorum, *irritabant;* de iterata voc. *nimium* conferens Aen. XI, 841. et Tibull. III, 6, 21. (vid. etiam adnott. ad Geo. III, 518.), et *irritare* verbum proprinm *telorum* esse docens, coll. Aen. X, 644. Mihi Codd. vestigia inbere videntnr, ut aliam loco medicinam quaeramus, cui tamen inveniendae me imparem esse coufiteor. Iuterim recepi Hanptii couiecturas; quibus addo alias recentius propositas, Keilii (Obss. critt. in Propert.): *Heu nimium certa et nimium terrentia visu,* Pützii: *Heu nimium terrent, nimium Tirynthia visu,* ut hic versus quasi in parenthesi adiectus hunc praebeat sensum: „tela nimium terrent, uimium Tirynthia tela esse videntur adspectu,“ et Ribbeckii (quas Benoist. recepit): *Heu nimium certo nimium orrentia nisu.* — **162.** Pro *defixerat omnia mente* Haupt. in edit. 2. exhibet *defixit acumina mente.* Pro languido *omnia* Sillig. malit *horrida,* quae verba etiam alibi confnsa esse doceat Markl. ad Stat. Silv. IV, 1, 14. — Cum v. **163.** Heyn. conferri inbet Apollon. III, 280 sq. et Catull. LXIV (Epithal.) 91 sq. — *sitientibus,* amoris igne ardentibns. — Cum v. **165.** cf. Nicand. Alexiph. 217 sqq. Scylla, Amoris telis vulnerata, tali fnrore correpta est, qualis Cybeles antistita, tibia andita, ad saltationes incitatur. *Edonum Bistonis oris* ex Scaligeri coni. edidit Sillig. pro vulg. *gelidis Ciconum Bistonis in oris,* qnod tamen Bentl. ad Hor. Od. I, 25, 11., Weichert. in Poett. Latt. vitis et rell. p. 425. et Pütz. p. 14. retinendnm censent, dum Haupt. ceterique receutiores editt. Scaligerum et Silligium sequnntur. Codd. praebent *sidonum* vel *sydonum. Bistones* autem (de qnibns cf. Herod. VII, 110. Strab. VII, p. 331. Plin. IV, 11, 18. alii) et *Edones* et *Edoni* (cf. Herod. VII, 100. Thuc. IV, 109. Plin. l. l.) sunt Thraciae populi, qui poetis in nniversum dicuntur pro Thracibus (cf. Hor. Od. II, 7, 27. Ovid. Met. XI, 69. Trist. IV, 1, 42. etc.), quare etiam h. l. *Bistonis,* ut ap. Hor. Od. II, 19, 20., pro Baccha Thracia. De *Edonibus* vid. etiam ad Aen. XII, 365., de *Bistonibus* antem ad Culicis v. 251. — **166.** „*Ictave,* h. e. tibia Phrygia audita stimnlata et in furorem acta. Alibi Gallos uominare solent poetae: nunc una ex Maenadibus intelligenda. Cf. Catull. LXIII, 22 sqq.“ *Heyn.* Sillig. praeterea docet, Cybeles et Bacchi cultum tam arcte inter se coninnctum fuisse, nt haec confusio uon nimis possit offcudere (coll. Eur. Bacch. 80 sqq.), omninoque, quae vehementiore aliquo affectu concitata dicantur, omnia fere Maenadibns comparari, coll. Aesch. S. adv. Th. 480. Prop. IV, (V,) 7, 14. et Iacobs. ad Philost. Imagg. p. 456. — *buxo,* i. e. tibia buxea. Vid. ad Aen. VII, 382. — *barbarica,* i. e. Phrygia, de qua cf. liber meus *Hellas u. Rom* I, 1. p. 171. — Cum v. **167.** cf. Aen. IV, 300 sqq. et VII, 376 sqq. Sequentia ex Catnllo LXIV, 63 sqq. adumbrata esse memorat Heyn. — **168.** De *styrace* s. *storace* (ut cum Rehd. et receutioribus editt. scripsimus), lacrima arboris cuiusdam cydouiae similis, cuius praestantissimum genus e Syria petebatur (Plin. XII, 17, 40.), vilius, quod hic commemoratur, in Creta (de cuius monte *Ida* vid. ad Aen. III, 105. et XII, 412.) inveniebatur (Plin. ibid. et XII, 25, 55.). Cf. praeterea Dioscor. I, 79. ibique Sprengel. II. p. 373. — *tincta* pro

Cognita non teneris pedibus Sicyonia servans,
Non nivco rctinens bacatamo nilia collo.
Multum illi incerto trepidant vestigia cursu;
Saepe redit patrios ascendere perdita muros
Aeriasque facit causam se visere turres,
Saepe etiam tristes volvens in nocte querellas
Sedibus ex altis caeli speculatur amorem
Castraque prospectat crebris lucentia flammis.
Nulla colum novit, carum non respicit aurum,

---

vulg. *picta* Sillig. recepit ex Iacobsii et Wakefieldi coniectura, idque etiam ceteri recentiores editores praeter Benoistum (qui *picta* restituit) retinuerunt. Pütz. tamen l. l., cum veteres editt. quaedam *vinctos* exhibeant, coll. Catull. LXIV, 65. (quem hic poeta imitetur) *Non tereti strophio luctantes vincta papillos* coniicit *vincta*. Sed *tincta* melius quadrat ad *fragrantes*. — **169.** *Cognita Sicyonia*, nota, quibus illa utebatur. Partic. *cognitus*, in quo temere haeserunt editores (etiam Pütz. l. l., qui pro hoc epitheto, „quo ieiunius vix excogitari potuerit," coniicit *candida*), locum coniecturis vexantes, explicari simili loco Val. Flacci V, 355., observavit Sillig. — *Sicyonia* (Σικυώνια, scil. ὑποδήματα) sunt calcei Sicyonii satis noti, de quibus cf. Hesych. h. v. et Steph. Byz. v. Σικυών. Ceterum *Sycionia* ita simpliciter posita inveniuntur etiam apud Lucr. IV, 1121. *pulchra in pedibus Sicyonia rident*, Lucil. ap. Paul. Diac. p. 337. M. *Et pedibus laeva Sicyonia demit honesta* et Auct. ad Herenn. IV, 3, 4. *quomodo Ludas aut Boius cum Sicyoniis cursitarint.* Sillig. conferri iubet Gronovii Obss. IV, 25. p. 391. et Περσικά, λακωνικάς ap. Aristoph. Nub. 151. Thesm. 142. Eccles. 74. — **170.** *bacata monilia.* Vid. ad Aen. I, 655. — **171.** *vestigia*, scil. pedis, quod additur v. c. in Catonis Diris 11. — **172.** *redit ascendere*, ut βῆ δ' ἰέναι. Cf. adnott. ad Aen. I, 527. — *perdita*, quod iam alii ex coni. legi voluerant, Sillig. e Cod. Helmst. a m. sec. recepit pro vulg. *prodita*. Cf. infra v. 428. — **173.** Verba sic construe: *et causam* (scil. frequenter adscendendi muros patrios) *facit se visere turres.* Sillig. docet: *causam facere*, i. e. praetexere, plane esse Graecum λόγον ποιεῖν. — *Aërias turres.* Vid. adnott. ad Ecl. I, 57. Aen. III, 680. VIII, 221. Heyn. hunc versum ex variatione antecedentis natum esse putat; quam opinionem Pütz. l. l. recte refellit hac adnot.: „Fieri nequibat, quin Scylla, cum muros urbis accessisset, ab hoc illove interrogaretur, quid sibi vellet. Quare cum veram causam profiteri non liceret, illa turbata, ut fieri solet, vagum quoddam dedit responsum, quale hoc est, se visuram esse turres urbis." — **174.** Iis, quae interdiu facta sunt, iam querelas nocturnas adiungit poeta, ut non opus sit Heynii coni. *tristes volvens in pectore curas*, de qua iam Paldamum ad Prop. p. 294. dubitasse docet Sillig., qui simul Praepos. *in* excusare studet coll. Ruhnk. ad Vellei. II, 24 et Drak. ad Liv. I, 57. Cf. etiam Hand. Turs. III. p. 279 sqq. — *volvens querelas.* Cf. adnott. ad Aen. III, 102. Iacob. Spec. Emend. p. 98. coni. *solvens* — **175.** *Sedibus ex altis caeli*, i. e. ex caelo ipso et hic quidem ex sideribus, *speculatur amorem*, discere cupit, an faustum amori suo exitum sperare possit. Cf. Geo. I, 257. *Nec frustra signorum obitus speculamur et ortus.* Sillig. praeterea comparat *sedes aethereas* ap. Ovid. Met. XV, 449. et ἕδραν ap. Aratum v. 690. ed. Voss. Negari tamen non potest, hanc sententiam mira ratione esse expressam, quare viri docti loco variis coniecturis succurrendum statuerunt, atque ut iam Heyn. coniecerat *Sedibus ex altis tecti*, sic nuper Haupt. in alt. edit. recepit coniecturam *Sedibus ex aulae celsis.* — Pro *amorem* Ribbeck. (quem Ladew. et Benoist. sequuntur) ex coni. edidit *in orbem.* — Cum v. **176.** cf. quae colligit Burmann ad Prop. V, 4, 29. p. 771. Sequentes versus Ribbeck. eum eoque Ladew. et Benoist. praeter necessitatem sic transponunt: 178. 179. 177. 180. — **177.** *Nulla.* Vid. ad Geo. I, 102. et Aen. IV, 232. — *non* Sillig. ex Codd. restituit pro vulg. *nec.* — *carum aurum* non de mundo muliebri, sed de auro textili intelligendum esse censet Sillig.,

Non arguta sonant tenui psalteria chorda,
Non Libyco molles plauduntur pectine telae.
Nullus in ore rubor: ubi enim rubor, obstat amori.
Atque ubi nulla malis reperit solatia tantis
Tabidulamque videt labi per viscera mortem,
Quo vocat ire dolor, subigunt quo tendere fata,
Fertur et horribili praeceps inpellitur oestro,
Ut patris, ah demens, crinem de vertice sectum
Furtimque arguto detonsum mitteret hosti:
Namque haec conditio miserae proponitur una;
Sive illa ignorans — quis non bonus omnia malit
Credere, quam tanti sceleris damnare puellam? —

---

cum omnis hic locns de opificiis et negotiis, quibns Scylla alias adsueta fuerit, agat. Ceternm omnino conferri iubet simillimum Catulli locum LXIV, 38—41. Ribbeck. et Benoist. transponnnt hnnc versnm post v. 179. — **178.** *psalterium*, instrumentum musicum citharae simile, etiam Varro ap. Nonium p. 215, 16. Cic. de har. resp. 21. in Quinct. I, 10, 31. alii commemorant. — **179.** *Libyeum peetinem* Scalig. de citrino vel lotino, Tanbm. autem rectius, puto, de eburneo intelligit; nam Libya elephantis ideoque ebore abundabat; quamquam etiam conferri potest *Niliacus peeten* ap. Martial. XIV, 150, 2. — *plauduntur*, pnlsantur; nam simul cum ipso corpore s. latere texentis subinde admoto τῷ ἱστῷ pulsatur etiam tela. Praeter Heyn. ad h. l. et in Excursu ad Aen. VII, 14. cf. Huschk. ad Tibull. II, 1, 66. et adnott. ad Geo. I, 294. — **180.** Pütz. l. l., cui durum videtur supplementum *ubi rubor* (est, ibi) *obstat amori*, quique comparat Ovidii verba notissima *Non bene conveniunt pudor atque amor*, Part. *ubi* e versu seqn. irrepsisse et pro *ubi enim* fortasse *etenim* legendnm esse suspicatnr. Heynio totus versus ex interpolatione conflatus videtnr. — **182.** „Qua ratione hic potissimnm, nbi *mors* per inexpletum amorem nata memoratnr, de *tabe* sermo esse possit, docet Celsus III, 22. Hinc etiam *videre* proprio sensu, neque solnm pro *sentire* dicitur, coll. imprimis v. 224 sq.“ *Sillig.* — **184.** De *oestro* vid. ad Geo. III, 146. Hic pro *furore* positus, nt Stat. Theb. I, 32. Nemes. Cyn. 3. Iuven. IV, 123. al. — **185** sq. *Ah demens.* Cf. Ecl. II, 60. — Vulgo: *de vertice ferret Furtim atque arguto* etc. Sillig. pro *ferret* (cuius loco Codd. praebent *serum* vel *seetum*) coni. *sacrum* et ex Cod. Rehd. lectione *Furtimque* fecit *Furtiva;* nt ordo verborum hic sit: *Ut mitteret, ah demens! furtiva sacrum crinem* (i. q. *fatalem* apud Ovid. Met. VIII, 86., non violandum: coll. Lucan. IX, 982. et VIII, 669.) *detonsum de vertice patris hosti arguto* (i. e. vafro et callido: cf. Heind. ad Hor. Sat. I, 10, 40.). Pütz. p. 15. defendit dnorum Codd. lectionem *serum* pro *senile* dictum (ut Geo. IV, 144., ubi *serae ulmi* commemorantur), quod minime ineptum sit crinis Nisi *candidi* (v. 123.) epitheton. Sed simplicior est Helmst. a m. sec. lectio *sectum*, et Rehd. *Furtimque*, quam nos cum Hauptio et Ribbeckio ceterisqne recentioribns editoribus restituimus. — **187.** Etiam hic cnm iisdem editoribus revocavimus vulg. lectionem *miserae proponitur*, nnde, cnm Codd. praebeant *ereptae* vel *erepto ponitur* (et *raptori proponitur*), Sillig. fecit *deceptae ponitur;* ut dicatur Minos *argutus* hanc unam *conditionem* (scil. matrimonii) *posuisse* (de qua dicendi formula cf. Drak. ad Liv. XXXIX, 17, 1. Cort. ad Sall. Cat. 20, 14. Heusing. ad Cic. Off. III, 22. p. 734.), i. e. promisisse, se puellam in matrimonium esse dncturum (cf. v. 414.), si illa patris crinem sibi traderet, deinde vero eam *decepisse* et promisso non stetisse. Pütz. l. l. tuitus est Cod. Adalb. et vett. editt. lectionem *raptori*, verbis sic transpositis: *Namque haec conditio raptori ponitur una.* — **188.** *Sive illa ignorans*, scil. hoc fecit, ut Niso patri crinem fatalem eriperet, in quo nesciret regni fata esse posita. — **189.** *tanti sceleris* Sillig. ex eod. Cod. recepit pro vnlg. *tanto scelere*, qnod propter argumenta metrica ferri nequeat (coll. Schneid. Gr. Lat. I, 2. p. 753.), imprimis cum verbum *damnare*,

Heu tamen infelix: quid enim inprudentia prodest?
Nise pater, cui direpta crudeliter urbe
Vix erit una super sedes in turribus altis,
Fessus ubi exstructo possis considere nido,
Tu quoque avis metuere: dabit tibi filia poenas.
Gaudete, o celeres, subnixae nubibus altis,
Quae mare, quae virides silvas lucosque sonantes
Incolitis, gaudete, vagae blandaeque volucres;
Vosque adeo, humanos mutatae corporis artus,
Vos o crudeli fatorum lege, puellae
Dauliades, gaudete: venit carissima vobis
Cognatos augens reges numerumque suorum
Ciris et ipse pater. Vos, o pulcherrima quondam
Corpora, caeruleas praevertite in aethera nubes,
Qua novus ad superum sedes haliaeetus et qua

---

nbi argueudi significationem habeat, fere semper sequatur Genitivus (ut Ovid. Rem. 3. et Cic. ad Att. VII, 12.). — **190.** *infelix*, scil. es. Cf. adnott. ad Acn. I, 237. et Gronov. Diatr. Stat. T. I. p. 425. ed. Lips. — **194.** „Tu quoque, o Nise, in avem mntaberis ante diem supremnm; filia tameu *tibi poenas dabit*, quippe et ipsa in avem mutata, quam haliaeetus pertinaci odio persequitur.“ Haec *Heyn.*, qui totum versnm ineptum et ab interpolatore confectum censet. Sed ut commode oratio progrediatur ad soquentia, hic versus tam necessarius est, ut nullo modo abesse possit, quod etiam censuit Haupt. Qnaest. Catull. p. 77., simul, cum in vulg. lectione aegre desideretur Particula adversativa, pro *poenas* proponens coni. *pennas*, quam tamen in edit. suam non recepit, ubi *poenas* servavit. Pro *Tu* Ribbeck. (et cum eo Benoist.) ex coni. edidit *Tum*. — Pro vulg. *moriere* autem cum eodem Hanptio ceterisque recentioribus editt. recepi G. Hermanni conicctnram *metuere*. — **195** sqq. Hic locus Hauptio in Qnaest. Catull. p. 45. magnam similitudinem habere videtur cum Catull. LXIV, 22 sqq. — **196.** *Luci sonantes* ex Verg. Ecl. X, 58. petiti, ubi vid. adnott. — **198.** Vos quoqne, Philomela ot Procne, in aves quondam mutatae, advolate et gaudete, cognatos vestros et ipsos in aves esse transformatos. De ipsa fabnla vid. ad Ecl. VI, 78. — *adeo*. Vid. adnott. ad Ecl. IV, 11. — *humanos* Sillig. recepit e Cod. Rehd., cum constet, haud raro Adiectiva a Substantivo suo remota alteri appoui, cui minus conveniant. Cf. adnott. ad Aen. I, 4. VIII, 526. IX, 582. al. Vulgo *humani*, quod Haupt. retinuit. — **200.** *Dauliades;* quia Procne nnpta erat Tereo, Daulidis regi. *Daulis* autem erat Phocidis oppidum antiqunm et bene mnuitnm, de quo cf. Hom. Il. II, 520. Strab. VII. p. 321. VIII. p. 416. 423 sq. Paus. X. 3. 4. Liv. XXXII, 28. Plin. IV, 3, 4. Etiamnum vocatnr *Dhavlia*. Vid. librnm meum *Handb. d. alt. Geo.* III. p. 913. — *gaudete* ex Scaligeri coni. ediderunt Iahn et Sillig. pro vulg. *crudele* contra omnem usum loquendi orationi parenthetice praemisso. — **201.** *cognatos:* nam si Nisus Pandionis II., Athenarum regis, fuit filius, Philomelam et Procnen, Pandionis I. filias, ei cognatione coninnctas fuisse necesse est. — **203.** „*praevertite in aethera nubes*, i. e. praevertite nubes et volate in aethera. Poeta enim Philomelam et Procneu hortatnr, ut nubes, quae inter terram et verum aethera expanduntur, transgressae Haliaeeto et Ciri viam in aethera monstrent, praeeant.“ Haec *Sillig*, qui de *praevertendi* verbo conferri iubet Cort. ad Lncan. IV, 163. — **204.** *Haliaeetus* (sive *haliaeetos*, ut Haupt. edidit) cum Scaligero ediderunt Iahn. et Sillig.; vulgo *Calcheius*. De *haliaeeta* antem s. aqnila marina cf Arist. hist. an. IX, 32. Plin. X, 3. Mnncker. ad Antonin. c. 11. et Locnsis in Miscell. Epiphyll. VIII, 26. De *Ciri* ipsa ambigunt Viri docti, cum alii cum auctore Etym. M. accipitris genus, alii alaudam intelligant. Scalig. ad v. 527. eandem avem esse putat, quam Galli *aigrette* vocant. Imprimis autem conferendae sunt notae a poeta ipso v. 489. 501. 502. 505.

Candida concessos ascendat Ciris honores.
 Iamque adeo dulci devinctus lumina somno
Nisus erat vigilumque procul custodia primis
Excubias foribus studio iactabat inani,
Cum furtim tacito descendens Scylla cubili
Auribus arrectis nocturna silentia temptat
Et pressis tenuem singultibus aera captat.
Tum suspensa levans digitis vestigia primis
Egreditur ferroque manus armata bidenti
Evolat; at demptae subita in formidine vires.
Caeruleas sua furta prius testatur ad umbras.
Nam, qua se ad patrium tendebat semita limen,
Vestibulo in thalami paulum remoratur et alte
Suspicit ad celsi nictantia sidera mundi,

---

506. 518 sq. 532 sqq. editae. Ceterum secundum Ovid. Met. VIII, 150. ab hac ipsa re (*a tonso capillo*, a verbo κείρειν, tondere) nomen suum adepta est. Cf. Iunius de Coma p. 311. (p. 438. ed. Arckel.). — Mutatam constructionem *adscendat ad superûm sedes et adscendat honores* Sillig. multis locis similibus defcudi docet, ubi Praepositio priori Substantivo addita ante posterius omittatur, coll. Burm. ad Claud. IV. Cons. Hon. 207. Garat. ad Cic. Phil. VII, 7. et Walch. ad Tac. Agr. p. 361. — *honores* nescio an recte Sillig. inde repetat, quod mutatio Scyllae in avem non tam poenae, quam misericordiae causa facta sit ab Amphitrite (v. 481 sqq.); puto tamen etiam verborum proxime antecedentium *ad superûm sedes* rationem habendam esse. — **206** sqq. Sequitur locus pulcherrimus totius carminis, ipso Vergilio neutiquam indignus. — *Iamque adeo.* Vid. ad Aen. II, 567. — *devinctus lumina somno.* Cf. Hom. Od. XXIII, 17. *ἐπέδησε φίλα βλέφαρα - - ὕπνος* et Hand. ad Stat. Silv. T. I. p. 326 sq. cum adnott. ad Ecl. I, 54. — **208**. *excubias iactabat* (agebat) *inani studio*, quia Scylla custodias fefellit. Cf. Ecl. II, 5. — **210**. *Auribus arrectis.* Cf. Aen. I, 152. II, 303. XII, 618. — Cum v. **212**. cf. Ovid. Fast. I, 415. — *suspensa:* vid. etiam Drak. ad Silium XV, 617. — *primis*, i. e. summis, *digitis* (vid. Senec. Ep. III. coll. Ovid. Met. VIII, 398. Catull. II, 3., ubi *primus digitus* est *die Fingerspitze*, et adnott. ad Aen. I, 541. et IX, 244.) *Egreditur* (*sic schleicht auf den Zehen heraus*). — *ferro bidenti*, forfice. Sillig. imprimis Boettigerum in Sabina II. p. 60. coll. I. p. 312 sq. adiri iubet. — **214**. *in formidine.* Vid. supra ad v. 109. — **215**. „Nocti quasi narrat Scylla, quae iam est factura, utpote quae ita sit concitata, ut linguam comprimere nequeat. Simul vero etiam diis vota facit; siquidem ipsa in facinore perpetrando felix futura esset.“ *Sillig.* — *Caeruleas ad umbras:* vid. supra ad v. 37.; *umbrae* autem pro nocte: vid. ad Ecl. VIII, 14. et Aen. II, 768. coll. adnot. ad Ecl. X, 76. et Cort. ad Lucan. I, 579. — *testatur*, narrat. Cf. Aen. VIII, 346. — **217** sq. Vulgo *et altum Suspicit ad culti* etc.; sed Codd. pro *altum* praebent *alti*, quod Sillig. recepit coll. Ecl. IV, 8. Geo. IV, 227. Aen. IV, 692. V, 542. Nos (sequ. versu edentes *celsi*) cum Hauptio et posterioribus editoribus praetulimus Hertzbergii coni. *alte*. — Pro *culti - - caeli*, Sillig., permulta de hoc loco disputans, e coni. substituit *Lunae*, putans nimirum, voc. *caeli* ab initio fuisse interpretamentum voc. *mundi*, postea vero in contextum receptum *Lunam* loco suo demovisse, cum librarii non intelligerent *Lunae sidera* [quod minus probabile videtur, imprimis cum iam supra v. 36. adfuerint a librariis intacta], duo autem Substantiva ab eodem nomine pendentia (de qua re disseruisse memorat Cortium ad Cic. Fam. I, 7, 22. Heusing. ad ei. Off. I, 37, 2. Ruhnk. ad Vellei. I, 17. et Ramsh. Gr. Lat. p. 175, 2.) hic eo minus posse offendere, cum *sidera Lunae* periphrastice pro ipsa Luna dicantur. Fateor tamen, Virum doct. mihi de veritate coniecturae suae nondum persuasisse, quam-

Non accepta piis promittens munera divis.
Quam simul Ogygii Phoenicis filia Carme
Surgere sensit anus, — sonitum nam fecerat illi
Marmoreo aeratus stridens in limine cardo, —
Corripit extemplo fessam languore puellam
Et simul, „O nobis sacrum caput," inquit, „alumna,
Non tibi nequiquam viridis per viscera pallor
Aegrotas tenui suffudit sanguine venas.
Nec levis hoc faceres — neque enim pote — cura subegit.

---

vis etiam Codd. lectionem *ad caeli nut. sidera mundi*, quae fortasse defendi possit Ennii (Sat. l. III. fr. 4. p. 156. Vahl.) exemplo ap. Macrob. Sat. VI, 2. p. 513. Ian., qui *mundum caeli* dixit, non ab omni parte veram videri concedam; quare cum recentioribus editoribus amplexus sum Heinsii (et Schraderi) coni. *celsi*, iam Heynio probatam, dum Ladew. pro *ad celsi* coniicit *aetherii*. Cum iisdem editoribus etiam pro vulg. *nutantia* (et Codd. *mutantia*) recepi Scaligeri *nictantia*. Ceterum de *nutantibus* s. *nictantibus sideribus* vid. adnott. ad Ecl. IV, 50. et cum toto loco cf. Aen. IV, 402. — 220. *Carme, Phoenicis* (ut h. l. et apud Anton. Lib. c. 40., qui Phoenicem Agenoris fil. fuisse perhibet), vel ex aliorum narratione Eubuli filia (cf. Paus. II, 30, et Diod. V, 76.), ex Iove peperit Britomartin, Nympham, quae, cum a Minoe libidine inflammato peteretur, fugiens in mare se praecipitavit, sed a Diana servata in Creta insula Dictynnae nomine (vid. infra ad v. 245.) inter deos domesticos colebatur (Paus. III, 14, 2.). Fabulam eius praeter auctorem huius carminis (v. 285—308.) tractarunt Callim. in Dian. 189 sqq. Paus. II, 30, 3. et Anton. Liber. c. 40. Cf. etiam Heyn. ad h. l. Meursii Creta IV, 3. p. 201. Hoeck. *Kreta* II. p. 158 sqq. Preller. *Röm. Myth.* I. p. 242. et, quos Sillig. laudat, Mueller. in Aeginet. p. 163 sqq. atque Voss. in Epistolis mythol. III. p. 157 sqq. — Cum poeta Phoenicem illum *Ogygium* dicat, ideoque rem ad Boeotiam vel Atticam referat (nam *Ogygia* secundum Steph. Byz. p. 730. vetus erat et Boeotiae et Atticae nomen), videtur sumere, hunc Phoenicem (qui sane non confundendus est cum notissimo illo Phoenice, Amyntoris, Dolopum regis, filio) cum Cadmo in illam Graeciae regionem venisse. Ceterum poeta Carmen, bello captam et longe avectam (v. 290.), in Nisi potestatem venisse et ab hoc Scyllae filiae nutricem datam esse sumit. — 221. *marmoreum limen* (in quo *cardo stridebat:* cf. liber meus *Hellas u. Rom* I, 1. p. 218. adn. 27.) legitur etiam ap. Hor. Ep. I, 18, 73. — 223. *Corripit*, ut sustineat lapsuram. Heyn. cum toto hoc loco conferri iubet similem de Myrrha eiusque nutrice ap. Ovid. Met. X, 382 sqq. — *languore*, morbo illo, de quo v. 181. sermo erat. Cf. Ovid. Met. XI, 612. *soluta membra languore.* — 224. *Et simul.* Vid. Ecl. VI, 33. Mira est Codd. Rehd. et Helmst. varietas *Et famulo nobis*, quam tamen Sillig. non respiciendam esse censuit. — *sacrum* i. q. venerandum, et *caput* pro ipso homine. Cf. adnott. ad Aen. IV, 613. VIII, 570. et Vechner. Hellenol. p. 506. — 225. *pallor viridis*, ut Cul. v. 142. Sillig. comparat *luteum pallorem* ap. Hor. Epod. X, 16. et *luridum* ap. Ovid. Met. IV, 267. coll. Geel. in Bibl. Crit. Nova V, 1. p. 251. — 226. *suffudit.* Cf. Gronov. Diatr. Stat. T. I. p. 83. ed. Lips. ibique Hand. et adnott. ad Aen. I, 228. — V. 227 sq. vulgo sic leguntur: *Nec levis, hoc faceres* (*neque enim pote*), *cura subegit: Haud fallor, quod te potius Rhamnusia fallit;* sed cum Codd. et antiquissimae editt exhibeant *faceret*, hoc Sillig. recepit, ut sensus sit: non levis aliqua cura (i. e. amor: vid. adnott. ad v. 74.) hoc (hunc pallorem etc.) efficeret; Heyn. propterea legi voluit *facere;* nos cum Pützio p. 16 et recentioribus editoribus nunc restituimus vulg. lectionem, unde haec prodit sententia: *nec levis cura* (i. e. causa, *Veranlassung*, ut v. 231.) *te subegit, ut hoc faceres* (*neque enim pote*). Non tamen reticendum, Hauptium in alt. edit. recepisse lectionem in antiquis iam editt. (Pithoeana et Plantinn.) apparentem *hanc faciem*, Puncto in fine versus posito. — Sillig. post *cura* Colo

Haud fallor, — quod ut o potius, Rhamnusia, fallar —:
Nam qua te causa nec dulcis pocula Bacchi,
Nec gravidos Cereris dicam contingere fetus;
Quae causa ad patrium solam vigilare cubile,
Tempore quo fessas mortalia pectora curas,
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus?
Dic age nunc miserae saltem, quod saepe petenti
Iurabas nihil esse mihi, cur maesta parentis
Formosos circum virgo remorere capillos.
Hei mihi, ne furor ille tuos invaserit artus,
Ille, Arabae Myrrhae quondam qui cepit ocellos,
Ut scelere infando — quod nec sinit Adrastea, —

---

distinguens verba sic coniungit: *subegit* (*te*), *haud fallor; quamquam utinam potius fallar!* hac adnot. adiecta: „Nemesis vero Scyllam *subigere* dicitur, quatenus eam nefario aliquo amore imbuit, quem Carmen suspicari, statim sequentes versus ostendunt. Carme igitur inde, quod Scyllam noctu ante patris cubiculum vigilantem deprehendit, eam impio in patrem amore accensam putat, quem ipsum per Nemesin quacunque de causa puellae iratam in eius mente ortum fuisse.“ Sed quam parum probabilis sit haec ratio, qua Subiectum a Verbo suo non solum duabus enuntiationibus interiectis separetur, sed etiam media in earum altera locum habeat, quod inauditum loquendi genus loco a Sillıgio collato Val. Fl. V, 247. *Haec tibi, fatorum genitor tutela meorum Omnituens* similibusque neutiquam confirmetur, iam Pütz. docuit, qui tamen etiam vulg. lectionem *quod te potius Rh. fallit* (h. e. decipit) tuetur, cui nos cum Silligio et recentioribus editoribus praetulimus Schraderi p. 60. emendationem *quod ut o potius, Rh. fallar!* De *quod ut* vid. supra ad v. 150. De *Rhamnusia* autem, i. e. Nemesi, quae hoc nomen habebat a Rhamnunte, Atticae vico, ubi marmoreum simulacrum ab Agoracrito, Phidiae discipulo, ei erat constitutum, cf. Ovid. Met. III, 406. XIV, 694. Trist. V, 8, 9. Catull. LXIV, 396. al. et quae exposui in Pauly *Realencycl.* VI. p. 388.). — **230.** *gravidos Cereris fetus.* Vid. ad Geo. II, 143. et I, 319. **231.** *Quae causa* (scil. tibi est?) pro vulg. *Qua causa* (ab Hauptio servato) Sillig. e suis Codd. restituit. De Infinitivo pro Genitivo Gerundii posito vid. adnott. ad Geo. I, 305. II, 73. Aen. I. 704. al. — **232.** *requiescunt*, transitive pro retardant, ut Ecl. VIII, 4., quem Vergilii locum auctor huius carminis paulo audacius est imitatus. Cf. etiam Iacob. ad Prop. p. 164 sq. — **235.** *nihil esse*, nullius momenti esse; ut alibi *aliquid esse* i. q. magni momenti esse, multum valere. Cf. infra v. 331. Pro vulg. *cum* Hauptium et posteriores editt. secuti recepimus *cur*, quod iam Heyn. et Pütz. commendaverant. — **236.** Cum iisdem editoribus restituimus antiquarum editt. lectionem *remorere* (Haupt. *remorare*), corrupta Cod. Adalb. scriptura *remore* satis firmatam. Sillig. retinuit vulg. *morerere*, ut *mori circa* pro *mori propter* respondeat Graecorum *ἀποθνήσκειν ἀμφί* vel *περί τι* (cf. Hand. Turs. II. p. 66 sq.), *mori* autem de vehementis amoris aestu ac tabe et *formosi capilli* de uno purpureo crine intelligendi sint. Sed neque illa constructio aliis poetarum Lat. exemplis comprobari, neque Plur. *formosi capilli* pro Singul. positus hic ferri potest, ubi diserte unus modo crinis purpureus respicitur. — **237.** *Hei mihi.* Cod. Adalb. *Heu mihi.* Sed vid. adnott. ad Aen. II, 274. — **238** sqq Nota de Myrrha fabula vel ex Ovid. Met X, 298 sqq. Cf. etiam Hyg. fab. 58. et Walz. in Pauly *Realencycl.* V. p. 301. *Araba* dicitur Cinyrae, Paphiorum in Cypro regis, filia, quia fuga in Arabiam delata ibique in arborem cognominem mutata est. Cf. Ovid. l. l. v. 477. *Arabae* autem pro vulg. *Arabis* ex Codd. Rehd. et Helmst. Sillig. revocavit, coll. Verg. Aen. VII, 605. et Heins. ad Ovid. Her. XV, 76. — **239.** Satis languidum illud additamentum *quod nec sinit Adrastea*, imprimis cum verba *sinit Adrastea* vere desiderentur in Cod. Rehd., Sillig. ex interpolatione ortum totumque locum corruptum censet. — *nec* Sillig.

Laedere utrumque uno studeas errore parentem!
Quod si alio quovis animi iactaris amore —
Nam te iactari, non est Amathusia nostri
Tam rudis, ut nullo possim cognoscere signo, —
Si concessus amor noto te macerat igne;
Per tibi Dictynnae praesentia numina iuro,
Prima decus quae dulce mihi te donat alumnam,
Omnia me potius digna atque indigna laborum

---

interpretatur per *ne - quidem.* Fortasse tamen poeta, v. 228. respiciens, dicere volebat: quod et ipsum non sinit Adrastea. *Adrastea* autem est eadem illa Rhamnusia s. Nemesis, ita dicta ab Adrasto, qui, cum Thebas peteret, primus ei templum exstruxisse traditur. (Cf. Strab. XIII. p. 588.) — **240.** *utrumque parentem*, Nisum eiusque uxorem (cuius nomen ignoramus); nam etiam matrem iam mortuam laesisset Scylla, si cum patre inscio adulterium committere voluisset. Cum alterum v. 239. hemistichium in Cod. Rehd. desit, v. autem 240. vox *utrumque* vel de Scyllae matre iam mortua acceptum parum placeat atque etiam duplex Ablat. modi *scelere nefando* et *uno errore* offendat, Pütz. p. 17. miratur, Silligium huic loco non eandem medicinam adhibuisse, quam vss. 12. et 13., duos scil. versus in hunc unum contrahendo: *Ut scelere infando studeas violare parentem!* — **241.** *Quodsi* etc. Iteratur per epanalepsin Particula *si* v. 244., ut vss. 242. et 243. per parenthesin adiiciantur et oratio sic procedat: Quodsi alio quovis amore iactaris — nam te amore aliquo iactari bene intelligo — Si, inquam, concessus amor etc.; dubito autem, num Sillig. pro vulg. *Quodsi alio quovis animo iactaris amore* recte receperit Codd. Rehd. et Helmst. lectionem *animis iactaris amorem*, quam paulo artificiosius sic explicat, ut *alio quovis* sint Adverbia loci pro *in alium quempiam* posita (coll. Ter. Heaut. V, 1, 55. et adnot. mea ad Lucr. IV, 505.), *amorem* autem Accus. absolutus, et Pluralis *animis* Singulari praelatus, „quia *animi* fere sint generosae index indolis“ (coll. Markl. ad Stat. Silv. II, 6, 13.). Mihi certe vulgaris lectio praestantior et duplex Ablativus *animo - - amore* multo minus „ab elegantia poetae nostri recedere“ videtur, quam contorta illa Codd. scriptura. Cum tamen auctor huius carminis alibi quoque se praebeat Catulli imitatorem, hic autem LXIV, 372. scripserit *Quare agite optatos animi coniungite amores* et ibid. v. 330. *Quae te flexanimo mentis perfundat amore*, iam prius recepi Hauptii coniecturam (Quaest. Catull. p. 75. propositam) *animi - amore.* Prorsus mihi adsentitur Pütz. l. l. atque etiam Ribbeck. et Benoist. Hauptii coniecturam amplexi sunt. — **242.** „Venus non tam ignara mei, a me non tam aliena est: h. e. ego amoris non tam rudis sum. Consueverat enim illa cum Iove ex eoque Britomartin pepererat.“ *Heyn.* De Venere *Amathusia* vid. ad Aen X, 51. — **244.** *concessus amor*, licitus, explicat quodammodo verba v. 241. *alio quovis* (*amore*) et opponitur incesto patris amori. Recte autem hanc lectionem contra alteram *confessus* (quam exhibent Cod. Adalb. et antiquae editt.) defendunt Heyn. et Sillig. — *noto*, scil. mihi. (Vid. ad v. 242.) — **245.** *Dictynna* Heynio de ipsa Diana intelligendum videtur, quae sane cum illa Cretensium dea confusa postea et ipsa Dictynna vocabatur (cf. Heyn. supra ad v. 220.); sed praestat sumere, Carmen iurare per filiam suam inter Deos receptam, quae proprie Dictynna appellabatur (cf. Hoeck. *Kreta* II. p. 161 sqq.), et cuius *praesentia numina* commemorantur, quatenus ea iusiurandum matris certe auditura est. De collocatione verborum *Per tibi - numina iuro* vid. adnott. ad Aen. II, 142. et X, 369. — **246.** „*Prima* non simpliciter pro potens dictum est, sed Carme innuit, auctoritate Dictynnae suae quondam filiae Scyllam sibi alumnam in suum solatium datam fuisse.“ *Sillig.* Pro vulg. *Deûm* a Silligio servato nunc cum Hauptio ceterisque recentioribus editt. recepi Schraderi coni. *decus*, iam Heynio probatam. In seqq. Sillig. pro vulg. *quae te mihi dulcem* restituit difficiliorem Codd. lectionem *dulce mihi te*, ut *dulce* sit i. q. in meum gaudium, de quo Adiectivorum usu conferri iubet Heins. ad Ovid. Am. I, 6, 1. Nunc aptius coniunges *decus dulce.* — **247.** *digna atque indigna* legitur etiam ap. Val. Fl. II, 117.

Milia visuram, quam te tam tristibus istis
Sordibus et senio patiar tabescere tali."
Haec loquitur, mollique ut se velavit amictu,
Frigidulam iniecta circumdat veste puellam,
Quae prius in tenui steterat succincta crocota.
Dulcia deinde genis rorantibus oscula figens
Persequitur miserae causas exquirere tabis,
Nec tamen ante ullas patitur sibi reddere voces,
Marmoreum tremebunda pedem quam rettulit intra.
Illa autem „Quid nunc me" inquit io nutricula, torques?
Quid tantum properas nostros novisse furores?
Non ego consueto mortalibus uror amore
Nec mihi notorum deflectunt lumina voltus,
Nec genitor cordi est: ultro namque odimus omnes.
Nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
In quo falsa tamen lateat pietatis imago,
Sed media ex acie mediisque ex hostibus. Heu, heu,
Quid dicam quove ausa malum hoc exordiar ore?

Cf. adnott. ad Aen. IX, 595. et XII, 811. — **248.** *visuram*, experturam. Vid. Markl. ad Prop. p. 11. ed. Burm. — **249.** *Sordes* de luctu etiam ap. Cic. ad Div. XIV, 2. et alibi. — Sillig. *morbo* ex uno Cod. Rehd. edidit pro vulg. *scoria*, quod verbum infimae Latinitatis (haud dubie *scorja* pronuntiandum, cum apud Graecos sit σκωρία s. σκωρεία) unde huc venerit, nescimus, quamquam Helmst. exhibet *sconia*. Hoc tamen certum videtur, *morbo*, quod non facile tam mire corrumpi potuisset, a poeta non esse scriptum; quare etiamnum ulcus hic sanandum esse putavi, in quo mihi adsentitur Pütz., ex Cod. lectione fortasse *sanie* erui posse memorans. Vir doct. in Misc. Obss. IV. p. 323. *senio*, (quod nunc cum Hauptio et posterioribus editt. recepi), Heinsius *cura*, Scaliger. *scabre* scribendum esse coniecerunt. — **250.** *ut se velavit amictu* etc. i. e. ut (qua ratione) ipsa velata erat, etiam Scyllam veste circumdat. — **251.** Adiect. *frigidulus* praeter h. l., infra v. 348. et Catull. LXIV, 131. (ubi *frigiduli singultus*) non videtur inveniri. — **252.** *crocota* ex Scaligeri coni. edidit Sillig., qui putat poetam nostrum apud Graecum, quem imitabatur, poetam invenisse ἑστῃ ἐν κροκοέσσῃ (coll. Pind. Isth. VI, 63. Hemsterh. ad Arist. Plut. p. 479. et Matth. Gr. Gr. p. 1140), et de crocota praeter Ernestii Clav. Cic. h. v. conferri iubet Ferrarium de re vestiar. III, 20, 241. Vulgo *corona*, sine iusto sensu. De adiecta Praepos. *in* vid. ad Aen. III, 595. IV, 518. V, 37. al. — **256.** *marmoreum pedem*. Cf. adnott. ad Geo. IV, 523. — **257.** Interiect. *io* cum Hauptio et Ribbeckio inseruimus. — **258.** *furores* Paldam. ad Prop. p. 244. nescio an recte de ipso homine amato intelligit. Cf. adnott. ad Ecl. X, 38. — **260.** *notorum*, amicorum. Significat igitur Scylla, se non amicum (popularem), sed, quod vix credibile, hostem populi sui amare. — *deflectunt lumina*, ab aliis in se deflectunt. — **261.** *ultro* vulgo explicant per insuper (vid. ad Geo. IV, 204. Aen. V, 55.); rectius vero eadem ratione ceperis, qua Aen. II, 145. X, 282. et XII, 3., i. e. quamquam me ad odium non provocarunt, quamquam non est iusta causa odii. *Sillig.* haec adnotat: „*Odisse* se dicit Scylla amicos et patrem, partim quia Minoem hostem amat, partim quod patrem crine purpureo privare meditatur." — **263.** *In quo* (scil. si patrem amarem) *lateat* etsi falsa, *imago tamen pietatis*, amoris in consanguineum (cf. Aen. VI, 405.), quam praetexere possim; de quo usu Part. *tamen* vid. adnott. ad Ecl. I, 28. Heyn. malit repeti *Nil* (*Nil, quo*), et hoc re vera receperunt Ribbeck., Ladew. et Benoist. Nos cum Silligio et Hauptio retinuimus Codd. lectionem. — **264.** *mediisque*. Copulam, quae vulgo abest, Sillig. addidit e Cod. Rehd., ut ulteriori explicationi inserviret. Cf. adnott. ad Ecl. III, 34. Geo. I, 142. al. — **265.** *quove ausa* Sillig. e coni,

Dicam equidem, quoniamque tibi non dicere, nutrix,
Non sinis, extremum hoc munus morientis habeto.
Ille, vides, nostris qui moenibus adsidet hostis,
Quem pater ipse deum sceptri donavit honore
Cui Parcae tribuere nec ullo volnere laedi, —
Dicendum est, frustra circumvehor omnia verbis —
Ille mea, ille idem oppugnat praecordia Minos.
Quod per te divum crebros testamur amores
Perque tuum memori sanctum mihi pectus alumnae,
Ut, me si servare potes, ne perdere malis;

---

edidit pro vulg. *quove ipsa*, cum Cod. Rehd. praebeat *quidve agam*, Helmst. autem *quove agam*, locumque sic explicuit: „et quo ore ego hoc malum exordiri audeam, vel exordiar, cum ego exordiri illud ausa sum?" — **266.** Vulgo *quoniam quid tu tibi dicere, nutrix, Non sinis*, sine sensu. Sillig. recepit edit. pr. lectionem, ex qua abruptam habemus post voc. *quoniam* sententiam Scyllae, quae pudibunda amorem suum non audet confiteri, similem illi ap. Cic. Mil. 12, 33. *De nostrum enim omnium — non audeo totum dicere* et aliis (cf. adnott. ad Aen. I, 135.), sequentia autem sic capienda sunt: „*quid*, i. e. cur, *o nutrix, non sinis*, non permittis, me *tibi* rem *non dicere*, i. e. cur, o nutrix, adeo mihi instas, ut tibi amorem meum confitear." Both. coni. *quoniam fictum me dicere* et Wakef. *quonam, quod*, ut haec sit sententia: „sed cur dicam id, quod tu non audies patienter?" Sed haud dubie praestat Hauptii *quoniamque tibi non dicere*, quem cum posterioribus editt. secuti sumus. — V. **267.** ex Ecl. VIII, 60. petitus; quare Heyn. suspicatur, utrumque versum 266. et 267. Scholastici alicuius commentum esse habendum. — V. **269.** ad reges διογενεῖς referendus. — **270.** *nec* sic solvendum esse patet: *et cui Parcae tribuere non* etc., qua de re Sillig. conferri iubet Cort. ad Lucan. I, 86. Markl. ad Stat. Silv. I, 2, 82. et Ruhnk. ad Vellei. II, 88. Ceterum hic fabulam nobis reconditam poeta videtur sequi; Heyn. putat, eum declarare voluisse, Minoem immortalem fore, inter deos aliquando receptum iri heroem. — **271.** *frustra circumvehor verbis*, ambagibus verborum utor; nihil proficio verbis eligendis, quibus virum a me amatum indicare modo possim, non claris verbis nominare debeam. — **272.** „*Cur praecordia* potissimum hic commemorentur, docere nos potest Cic. Tusc. I, 10, 20. *Plato - - iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit.*" *Sillig.* — **273** De Part. *quod* in orandi formulis usurpata vid. ad Aen. II, 141. — *per te* Sillig. scripsit e Cod. Rehd.; vulgo *te per*. Cf. adnott. ad v. 245. — *testamur* idem Vir doct. ex eodem Cod. recepit pro vulg. *obtestor*; cum *testari* interdum pro *obtestari* poni doceant exempla a Markl. ad Stat. Silv. p. XI. ed. Dresd. collecta. — **274.** Vulgo *memoris haustum mihi pectus alumnae*, sine iusto sensu, cum nec *alumnae mihi memoris* Latinum sit, nec liceat coniungere *pectus tuum memoris alumnae*, quo efficeretur, ut *alumna* contra dicendi usum nutricem significaret (cf. Sillig. infra ad v. 441.; quamquam in hanc rem fortasse provocare possis ad *stagna alumna* ap. Mart. Cap. I. p. 11., ad *fontem alumnum* ap. Avien. phaen. 502., ad *undam alumnam* ibid. v. 798. et ad *Tiberim alumnum* ap. eund. descr. orb. 494. coll. Isidor. Orig. X, 1. *Et qui alitur, et qui alit, alumnus dici potest, - - sed melius tamen, qui nutritur:* vid. etiam Haupt. Quaest. Catull. p. 78.), nec denique *pectus haurire* de infante usquam dicatur. Quare Sillig., cum Codd. praebeant *memoris auctum*, felici coniectura restituit *memori sanctum*, quod praefero Hauptii coniecturae (l. l. propositae) *memori suctum*, quae ab eo in edit. suam iure non recepta est. Pütz. p. 17. putat servari posse Codd. lectionem *haustum* (iuxta Dat. *memori*), hoc sensu: perque tuum pectus a me (i. e. mihi), alumna memore, haustum, et simillimum hiatum in arsi et in Dat. 3. Declin. exemplum Ecl. III, 6. offerri memorat. — **275.** Sillig. et h. l. et v. 277. pro vulg. *ne* e Codd. edidit *nec*. Nos cum recentioribus editoribus in utroque loco *ne* restituimus. Ceterum comparant editores Ovid. Medeae fr. (ap. Quinct. VIII, 5.) *Servare*

Sin autem optatae spes est incisa salutis,
Ne mihi, quam merui, invideas, nutricula, mortem.
Nam nisi te nobis malus, o malus, optima Carme,
Ante hunc conspectum casusve deusve tulisset,
Aut ferro hoc — aperit ferrum quod veste latebat —
Purpureum patris dempsissem vertice crinem,
Aut mihi praesenti peperissem volnere letum."
Vix haec ediderat, cum clade exterrita tristi
Intonsos multo deturpat polvere crines
Et graviter questu Carme conplorat anili:
„O mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
O iterum nostrae Minos inimice senectae,
Semper ut aut olim natae te propter eundem,
Aut amor insanae luctum portaret alumnae!
Tene ego tam longe capta atque avecta nequivi,
Tam grave servitium, tam duros passa labores,
Effugere, ut sistam exitium crudele meorum?
Iam iam nec nobis aequo senioribus ullum,

---

potui. Perdere an possim rogas? et Aristoph. Nub. 1179. *Νῦν οὖν ὅπως σώσῃς μ', ἐπεὶ κἀπώλεσας.* — **276.** *spes incisa.* Vir doct. in Obss. Miscell Novis I. p. 121. (a Silligio citatus) de hoc verbi *incidendi* usu laudat Claud. B. Get. 266. Curt. IX, 1. Cic. Phil. XII, 3. Tac. Hist. V, 22. alios. Cf. etiam adnott. ad Ecl. IX, 14. — **279.** *ante hunc conspectum.* Heyn. (qui praeterea Drakenb. coniecturam ad Silium II, 31. prolatam *Ante in conspectum* praefert) *conspectum* pro Substantivo habet, rectius autem Sillig. pro Participio, ut sensus sit: priusquam hunc (patrem, quem Scylla cubiculum, in quo dormiebat, digito monstrans indicat) conspexissem. Comparat Vir doct. Tac. Hist. I, 76. *et occupaverat animos prior auditus,* ubi *auditus* pariter sit Participium — *casusve deusve.* Vid. ad Aen XII, 321. — **280.** Parenthesis *aperit ferrum* etc. ex Aen. VI, 406. petita. — **283.** *clade.* Vid. v. 88. — **284.** *Intonsi crines* vetulae vix conveniunt; quare Heins. coni. *Incomtos,* Wakef. (coll. Hor. Od. I, 17, 28. et Iuv. X. 60.) *Insontes,* et Ribbeck. vel *inmundos* vel *infuso* coniici posse memorat coll. Aen. XII, 611. et Catull. LXIV, 224. De ipso more antiquitatis hic commemorato vid. Markl. ad Stat. Silv. V, 1, 219. — **286** sqq. Cf. quae supra ad v. 220. adnotavimus. — *crudelis reddite* Sillig. recte reciproco sensu dictum putat pro: qui te iterum mihi crudelem reddidisti, coll. Aen. VIII, 170. et IX, 121. Heyn minus recte verba sic separat: o crudelis Minos, iterum mihi reddite. — **287.** Verba sic intellige: *O iterum inimice,* et quidem *nostrae senectae,* i. e. mihi seni (cf. infra v. 314. et Aen. XI, 165.), ut antea mulieri robustioris aetatis. — **288.** Vulgo *Semper et, aut alia nata, o te propter;* sed Codd. praebent *Semper aut olim natae te propter,* unde Sillig. fecit verba in contextu exhibita, quorum hic sit sensus: *ut* (quod indignantis sit: coll. Heins. ad Val. Fl. II, 181. et Tursell. p. 943, 13.) *semper propter te eundem amor aut olim natae, aut* (*nunc,* quod facile omitti potuerit: coll. adnot ad v. 130.) *insanae alumnae luctum portavit!* Cum structura paululum perturbata confert supra v. 228. Nos pro *portavit* nunc cum Hauptio et posterioribus editt. recepimus Schraderi coni. *portaret.* — **290.** Sumamus necesse est, Carmen ex Creta insula captivam esse abductam et ita Megara pervenisse. — **292.** *ut sistam,* ut finem facere possim calamitatibus, quas per te experiuntur puellae mihi coniunctissimae, prius filia, nunc nutritia. — V. **293** sq. Carme dolet, sibi esse erepta, quae aliis senibus solatio esse soleant, h. e. liberos, ideoque vitam sibi invisam esse confitetur sequo ipsa amentem dicit, quod Britomarti mortua eam produxerit. — *nec* i. q. ne quidem. Vid. ad Ecl. III, 102. — Pro vulg. *ea quae* cum recentioribus editoribus recepimus Hauptii coniecturam *aequo.* Sequentia vulgo sic edebantur: *ul-*

Sint haec vera velim; mihi certe, nata, peristi.
Numquam ego te summo volitantem in vertice montis
Hyrcanos inter comites agmenque ferarum
Conspiciam nec te redeuntem amplexa tenebo.
Verum haec tum non sic gravia atque indigna fuere, —
Tum mea alumna, tui cum spes integra maneret; —
Et vox ista meas nondum violaverat aures.
Tene etiam Fortuna mihi crudelis ademit,
Tene, o sola meae vivendi causa senectae?
Saepe tuo dulci nequiquam capta sopore,
Cum premeret natura, mori ne velle negavi,
Ut tibi Corycio glomerarem flammea luto.
Quo nunc me, infelix, aut quae me fata reservant?
An nescis, qua lege patris de vertice summo
Edita candentes praetexat purpura canos,
Quae tenuis patrio spes sit suspensa capillo?

Dictynnae nomen fuisse inditum, imprimis cf. idem Hoeckius l. l. p. 170 sq. — **308**. Heyn., qui negat, canes dici posse *Hyrcanos comites*, coniecit *Hyrcanos interque canes*; sed recte Sillig. Codd. lectionem defendit, *Hyrcanos* non *comitum* epitheton esse docens, sed absolute positum, ut ap. Lucan. IV, 440. *Molossos, Spartanos, Cretas*, et *comites*, i. e. ipsam comitantes (coll. Aen. VIII, 462.), per appositionem adiectum. Ceterum de *Hyrcanis canibus* vid. Cic. Tusc. I, 45, 198. Silius XIII, 437. alii, et de ipsa Hyrcania loci ad Aen. IV, 367. allati. — **310**. Sillig. vulg. *nobis*, quod sane ferri non potest, si cetera recte se habent, coll. Aen. II, 496. ex coni. mutavit in *non sic*, scil. ut nunc, quod poetice circumscribatur v. 313 sqq. Versum autem 311. parenthetice ad explicandum illud *tum* adiectum censet; cum iam temporum ratio impediat, quominus, quod vulgo fit, versum 312. a versu 311. pendere putemus. Equidem magis modorum, quam temporum rationem obstare censuerim, ne versum 312. a Part. *cum* pendentem habeamus; nam si v. 311. legeretur *manebat* (quod Heins. coniecit), vulgarem rationem adeo praeferendam esse dicerem, in quo mecum consentit Pütz. p. 18., qui simul parenthesi sublata *nobis* vult retineri, quo sententia gravior et poeta dignior efficiatur, cum Scylla, „quae iam olim paene se desperasse confiteatur, praestantior videatur ea, quae mortem filiae leviter se tulisse affirmet.“ Recentiores editores et ipsi parenthesin non statuunt, nihilominus vero retinent Coniunctivum *maneret*. — **312**. *vox ista*, de amore Minois. — **314**. *meae senectae*. Vid. ad v. 287. — **315**. „Saepe Scylla infante in sinu dormiente, cum ipsa dolore animi victa vita se privare vellet, mortem distulisse se ait, ut antea viro nuptam eam videret.“ *Heyn.* — *capta*, delectata *nequiquam*, quod illa ipsa delectatio nihil ei profuit, quod nunc videt, de felicibus Scyllae nuptiis esse desperandum. — **316**. *Cum premeret natura*, senectus molesta gravaret. — **317**. *glomerare* lanam primum est in arte texendi (cf. Ovid. Met. VI, 19.); hic paulo insolentius pro ipso texendi verbo positum. — *flammea*. Res satis nota est, novas nuptas flammeo s. flameo, tegmine flavi coloris, esse involutas, ne proderetur pudor virginis. Cf. Nonius p. 541, 31. Festus h. v. p. 69. L. s. p. 170. Plin. XXI, 8, 22. Iuven. VI, 225. Lucan. III, 361. aliique, quos laudavi in libro meo *Hellas u. Rom* I, 1. p. 315. adn. 216. — De *luto* vid. ad Ecl. IV, 44., ubi *croceum* vocatur, ut hic *Corycium*, propter similitudinem cum croco, cuius praestantissimum genus proferebat Coryci, Ciliciae urbis, regio, de qua vid. ad Geo. IV. 127. et Culicis v. 400. — **318**. *infelix* Scalig. et Heyn. ad Carmen referunt, ut sit διὰ μέσου et sine regimine positum; sed rectius Sillig. pro Vocativo habet ad Scyllam referendo. — *fata reservant* idem Sillig. e Codd. suis recepit pro vulg. *numina servant*, coll. Aen. VIII, 575. — **320**. *Edita*, nata. — *canos* simpliciter de capillo senis dici observat Sillig., coll. Tibull. I, 10. 43. et Wernsd. ad Poett. Latt. minu. III. p. 187. — **321**. Vulgo *Quae tenui*

Si nescis, aliquam possum sperare salutem,
Inscia quandoquidem scelus es conata nefandum:
Sin est, quod metuo, per te, mea alumna, tuumque
Expertum multis miserae mihi rebus amorem,
Perdita, saeva precor per lumina te Ilithyiae,
Ne tantum in facinus tam nulla mente feraris.
Non ego te incepto — fieri quod non pote — conor
Flectere amore, neque est cum dis contendere nostrum;
Sed patris incolumi potius denubere regno
Atque aliquos tamen esse velis tibi, alumna, penates.
Hoc unum exitio docta atque experta monebo.
Quod si non alia poteris ratione parentem

---

patriae spes sit; sed alia leguntur in Codd. (Helmst. et Ed. pr. *tenuis patrio pressit*, Rehd. *tenuis patrio praesit*), unde Sillig. fecit *Quae tenuis patrio prae sit*, hac scil. structura et sententia: „*An nescis, quae* (i. e. qualis, quanti momenti: Ramsh. Gr. Lat. p 366.) *sit suspensa tenuis* (simpliciter pro *ea* [purpura]) *prae patrio capillo*," de anastrophe autem Praepositionis supra ad v. 55. adnott. conferri iubet. Sed recte Pütz. l. l. hanc sententiam tam obscuram et verborum explicationem tam artificiosam censet, ut probari vix possit. Quare cum recentioribus editt. *tenuis spes* revocavimus. — **324**. *per te* Sillig. edidit pro vulg. *per me*, Gronovium secutus, qui hunc locum tractavit ad Liv. XXIX, 18, 9., ut Copula *que* secundae demum voci addatur (*per tuumque* pro *perque tuum*). Vid. supra ad v. 79. **325**. *Expertum*, passive, quem ego misera expertn sum. Vid. adnott. ad Ecl. IX, 53. — **326**. Vulgo *Per me, et sacra precor per flumina Ilithyiae.* Sillig. primum ex Codd. lectione *Perdere saeva* (vel *scaeva*) fecit *Per, te saeva*, deinde cum Scaligero (qui comparat iusiurandum per φωςφόρον ap. Aristophanem) edidit *lumina Ilithyiae* et de suo addidit Copulam *et*, ut sibi respondeant *que — et* (vid. ad v. 78.), et totus locus ita sit construendus; *precor te, mea alumna, perque tuum amorem mihi miserae multis rebus expertum et saeva per lumina Ilithyiae;* quae, quamquam minus placebant, donec meliora reperta erant, ferri certe poterant, in quo mecum consentit Pütz. l. l. Nunc tamen cum Ladew. et Benoisto recepi Ribbeckii coniecturam *Perdita s. p. p. l. te Il.* Haupt edidit *Per te sacra precor per luminaque Ilithyiae.* — **327**. Editores vulgo coniungunt *ne sequaris in tantum facinus;* sed cum *sequi in aliquam rem* non sit Latinum, Sillig. potius tmesin statuit verbi *insequi*, quo putat poetam reddere voluisse Graec. ἐφέπειν, ἐφέπεσθαι. i. e. occupatum esse in aliqua re, tractare aliquid (cf. adnott. ad Aen. II, 567. IX, 288. etc.). Sed hoc paulo contortius esse quisque videt. Quare cum Hauptio et posterioribus editt. recepi Scaligeri coniecturam *feraris.* Idem Sillig. pro vulg. *molli* ex Codd. suis restituit *nulla*, quod retinuerunt posteriores editores. Pütz. l. l. cum *tam nulla mente* conferri iubet Plaut. Cistell. II, 1, 4. *ita nullam animi mentem habeo.* Heinrich. in Bibl. Gott. X. p. 47. coni. *stulta.* — **330**. Vulgo *te nubere*, quod unde pendeat, nemo potest dicere; quare Sillig. recte revocavit Codd. lectionem *denubere*, qui Infin. pendet a verbo *velis.* Idem Vir doct., temere haerens in verbis *aliquos penates*, profert coniecturam *aliquid*, ut *aliquid esse* (oppositum τῷ οὐδὲν εἶναι ap. Aesch. Suppl. 901. Aristoph. Eccles. 144. etc.: vid. etiam supra ad v. 235.) significet aliquid valere, quemadmodum ap. Cic. Fam. VI, 19. ad Att. IV, 2. et alibi; a qua tamen coniectura in contextum recipienda recte abstinuit. *Aliquos* cum Heynio explico: aliquos saltem, non omnino nullos. — Pro *exitio* Heyn. unice verum censet *exsilio*, quod Haupt. recepit. Sed recte Pütz. p. 19. vulg. lectionem defendit, dummodo *exitium* in universum pro damno, miseria, calamitate accipiamus, ut Aen. VII, 123. et al., quare eam cum Ribb., Ladew. et Benoisto retinuimus. — **333**. Hortatur Carme Scyllam, ut, priusquam ad ultima (ad comam abscindendam et Minoi tradendam) progrediatur, potius omnia alia

Flectere — sed poteris; quid enim non unica possis? —
Tum potius tamen ista, pio cum iure licebit,
Cum facti causam tempusque doloris habebis,
Tum potius conata tua atque incepta referto;
Meque deosque tibi comites, mea alumna, futuros
Polliceor: nihil est, quod texas ordine, longum."
His ubi sollicitos animi relevaverat aestus
Vocibus et blanda pectus spe vicerat aegrum,
Paullatim tremebunda genis obducere vestem
Virginis et placidam tenebris captare quietem,
Inverso bibulum restinguens lumen olivo,
Incipit ad crebrosque insani pectoris ictus
Ferre manum, adsiduis mulcens praecordia palmis.
Noctem illam sic maesta super morientis alumnae
Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.
Postera lux ubi laeta diem mortalibus almum
Et gelida venientem ignem quatiebat ab Oeta,
Quem pavidae alternis fugitant optantque puellae —

(cf. v. 355 sqq.) conetur et experiatur, quibus patrem ad pacem cum Minoe ineundam flectere possit. — **334**. *unica*, cum sis unica filia. — **335**. Pro vulg. *ipsa*, quod Sillig. retinuit, cum Hauptio et posterioribus editt. recepi Viri doct. in Misc. Obss. I. I. coniecturam *ista*. — *cum* (quod Coniunctionem esse, non Praepos. cum *pio iure* construendam, docet oratio altero *cum* sequente Indic. Futuri continuata) *pio iure licebit*, si parens negaverit matrimonium cum Minoe ineundum. — **336**. *tempus doloris*, scil. iustum, negatis a patre nuptiis. — **337**. *conata - - referto*, consilium resecandi capilli patrii revoca, repete. *Referre* pro repetere legitur etiam Aen. V, 598., ubi vid. adnott. — **339**. Nihil est longum, quod ordine texitur et suscipitur ab hominibus. Sillig. hoc ipsum *texitur* scribendum suspicatur, cum Codd. exhibeant *texerit*. Ribbeck., quem Benoist. sequitur, ex coni. edidit *texuit*. — **340**. *animi aestus*, i. e. perturbationes vehementiores. Sic Claud. IV. Cons. Hon. 226. *incertos animi pacaverit aestus* et Max. Tyr. I. 1. *τὸν τῆς ψυχῆς σάλον*. Cf. etiam Hor. Ep. I, 2, 8. II, 2, 47. Lucr. V, 1434. etc. — *sollicitos*, epitheto ab animo ipso ad eius *aestus* translato. — **341**. *pectus aegrum*, pectoris s. animi aegritudinem. — V. **342** sqq. Sillig. mutavit vulgarem distinctionem, Puncto post voc. *olivo* posito pro vulg. Commate, ut *obducere* et *captare* sint Infinitivi historici. Haupt. tamen et posteriores editores, quos sequimur, potius cum Bothio voci *crebros* adiiciunt Copulam *que*, ut haec omnia arcte cohaereant. — **343**. *captare*, scil. Scyllae. Anus puellam ori obducta veste ad somnum componit. — **344**. *bibulum lumen*. Vid. ad Aen. VI, 227. — **347**. *morientis*, i. e. fere morientis, morti proximae, recte contra Virorum doct. coniecturas defendi a Burmanno ad Prop. p. 108., auctor est Sillig. Etiam Pütz. l.l. collatis vss. 182. 267. (et 225.) voc. *morientis* iure tuetur. — **348**. *frigidulos ocellos*. Vid. supra ad v. 251. — **349**. *diem almum*. Vid. ad Ecl. VIII, 17. — **350**. Vulgo *Et gelido veniens mani quatiebat* etc., sed Codd. praebent *gelida* (ad *Oeta* referendum), quod Sillig. recte restituit, qui simul pro *Et* e coni. scripsit *Prae*, ut *praeveniens* per tmesin sit disiunctum (coll. Ecl. VIII, 16.) et Codd. lectionem *mihi*, cuius loco editiones occupat ineptum illud *mani*, mutavit in *miseris* (coll. Aen. XI, 182.). Hac igitur scriptura probata (quam etiam Pütz. l. l. amplectitur, servans modo Codd. lectionem *Et gelida*, ut iungantur verba *lux laeta et veniens*) verba sic construe: Ubi postera lux laeta praeveniens diem miseris mortalibus almum ab Oeta gelida quatiebat. Nunc tamen cum recentioribus editoribus recepi Hauptii coniecturam *venientem ignem*, quae a Codd. lectione *veniente mihi* vel *michi* non multum recedit. — *quatiebat*. Vid. ad Cul. v. 42 — *ab Oeta*. Vid. ad Ecl. VIII, 30. et Cul. v. 202. coll. Catull. LXII, 7. et Callim. Hecat fr. 52. a

Hesperium vitant, optant ardescere Eoum —
Praeceptis paret virgo nutricis et omnes
Undique conquirit nubendi sedula causas.
Temptantur patriae submissis vocibus aures
Laudanturque bonae pacis bona; multus ineptae
Virginis insolito sermo novus errat in ore.
Nunc tremere instantis belli certamina dicit
Communemque timere deum, nunc regis amicis,
Iamque ipsi verita est, orbum flet maesta parentem,
Cum Iove communes quem par sit habere nepotes,
Nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
Invenit et divom terret formidine cives;
Nunc alia ex aliis — nec desunt — omina quaerit.
Quin etiam castos ausa est corrumpere vates,
Ut, cum caesa pio cecidisset victima ferro,
Essent qui generum Minoa auctoribus extis
Iungere et ancipites suaderent tollere pugnas.
At nutrix patula conponens sulfura testa

Ribbeckio laud. atque Markl. ad Stat. Silv. II, 2, 45. — **352.** *Hesperium*, scil. sidus, Hesperum, et sic etiam *Eoum*, quod Sillig. edidit ex Heinsii et Bentleii coni. pro vulg. *solem*. Apertum est enim, poetae ante oculos fuisse Callimachum, qui fragm. LII. de puellis et Hespero haec canit: *αὐτὸν μὲν φιλέουσ', αὐτὸν δέ τε πεφρίκασι.* Scilicet virgines recens nuptae, Veneris adhuc expertes, nocte nuptiali instante vitant, timent Hesperum, et optant, ut iam Eous adsit. Hesperum autem et Eoum idem sidus significare, satis notum. Vid. ad Ecl. VIII, 30. — **356.** *errat in ore.* Codd. *erat.* Vid. Hnschk. ad Tib. IV, 1, 202. — **359.** *Communem deum*, variam belli fortunam, ut alibi (v. c. Liv. XXX, 30.) *Mars communis.* Sic etiam infra Catal. XI, 50. *Communem belli nec timuisse deum.* Cf. Burm. Anthol. Lat. I. p. 299. et Gronov. Obss. IV, 17. — Sequentia vulgo sic leguntur: - - *amicos*; (*Namque ipso verita est orbari maesta parente*); sed omnes Silligii Codd. exhibent *amicis, Namque ipsi veritas est: orbem flet maesta parentem*, unde Vir doct. effecit *Nunc ipsa verita est* etc., ut dicat Scylla, se sollicitam esse de vita patris et eius amicorum. De constructione verbi *verendi* cum Dativo Sillig. conferri iubet Herzog. ad Caes. B. G. V, 9., de mutatione autem temporum (*dicit — verita est — flet*) Ruhnk. ad Rut. Lup. p. 45. et Wopkens Lectt. Tull. III, 7. p. 278 sq. Cf. etiam adnott. ad Aen. II, 284. III, 3. et Cul. v. 146. Verba denique *orbum flet maesta parentem* ad ipsam Scyllam refert, quae de se quoque anxia sit et facile vitae discrimen se adire posse cogitet; ut simul non inelegans loco insit gradatio: primum de patris amicis, tum de ipso patre, deinde de se adeo est sollicita. Equidem, cum haec Scyllae de semet ipsa sollicitudo, imprimis sic expressa, minus huc quadrare videatur et cum etiam sequens versus, quem Sillig. plane *ἀπροσδιόνυσον* iudicavit et cuius emendandi ne periculum quidem fecit, ineluctabiles contineat difficultates, prius totum hunc locum, in quo lacuna statuenda sit, tamquam conclamatum mittendum censui, propterea a Pützio l. l. vituperatus, quamquam etiam Heyn. vv. 359—361. cum pro „panno assuto“ habuerat. Nunc locum exhibui, ut ab Hauptio coniecturis emendatus est. Ribbeck. haec edidit: *Iamque ipsi verita a! se orbam flet maesta parente, Cum Iove communes qui nolit habere nepotes.* Benoist. v. 360. Hauptium, v. 361. vero Ribbeckium secutus est. — **366.** *cecidisset victima ferro.* Cf. Catull. LXIV, 369. *succumbens victima ferro.* — V. **367.** et **368.** cum Hauptio et posterioribus editoribus restitui Pluralem *Essent* et *suaderent*, quem Sillig. in Singularem mutaverat. Et sane Codd. Helmst. et Rehd. *suaderet* exhibent. — *auctoribus extis*, ut Aen. X, 67. *fatis auctoribus.* —

Narcissum casiamque herbas contundit olentes
Terque novena ligat triplici diversa colore
Fila. „Ter in gremium mecum“, inquit, „despue virgo,
Despue ter, virgo: numero deus inpare gaudet.“
Inde Iovi magno geminat Stygialia sacra,
Sacra nec Aeacis senibus nec cognita Grais,
Pergit, Amyclaeo spargens altaria thallo,
Regis Iolciacis animum defigere votis.
Verum ubi nulla movet stabilem fallacia Nisum,

V. **370**. ad exemplum Ecl. II, 13. compositus; quare Sillig. ex Cod. Rehd. et Ed. pr. rectissime revocavit *contundit* pro vulg. *incendit*. De *Narcisso* vid. ad Ecl. III, 48. et V, 38., de *casia* ad Ecl. II, 49. — V. **371**. fluxit ex Ecl. VIII, 73., ubi vid. aduott. coll. Grotefend. in Amalth. I. p. 103. (qnem laudat Sillig.). — **372**. *Ter in gremium despue.* Cf. Tibull. I, 2, 55. et Petron. c. 131. cnm adnott ad Ecl. VIII, 75 sq. — **374**. *Inde Iovi magno geminat.* Verba, vnlgo sic collocata: *Inde Iovi geminat magno*, transposuit Sillig., cum aliqnot Codd. praebeant *Inde magno geminat Iovi.* Mihi, ut Benoisto, uon necessarium videtur hanc Codd. lectionem deserere. Sermo autem est de Iove Stygio s. Plutone, qui etiam Val. Flacco III, 385. simpliciter *Iupiter* vocatur (cf. Markl. ad Stat. Silv. I, 4, 94. et aduott. ad Aen. IV, 638.); quare non opus est Wakef. coniectnra *nigro* pro *magno*, neque Scaligeri *magico venerata Iovi* vel Schraderi *Iovi ingeminat magico*. Ribbeck. recepit dnorum Codd. lectionem *magno generata Iovi* et Haupt. edidit *Inde magi venerata Iovis*. — *Stygialia* ex coniectura Scaligeri editur pro Codd. et vett. editt. lectiono *frigidula*, quae iam metro adversatur; negari tamen uequit, etiam coniecturam illam minus placere, cum Adiect. *Stygialius* nusqnam praeterea legatur. Tamen recentiores editores eam retinnerunt. — **375**. *Aeaeis* (i. e. Colchicis: vid. ad Aen. III, 386.) Sillig. recepit ex Heins. coniectnra, iam Heynio probata, cnm constet artes magicas modo inter Thessalos, modo inter Colchos celebratas exhiberi. Secuti suut recentiores editores. Vulgo *Idaeis*, qnod defendit Pütz. p. 19. et cum Iulio Sabiuo de antistitis Cybeles explicat, cnius cultnm in Phrygiae montibus cum incantatiouibus et fanaticis caeremoniis celebratum fuisse sciamns, coll. Creuzeri *Myth.* II. p. 45. et Aen. IX, 112. (*chori Idaei*). Heynii autem dubitationem, qnomodo *Idaeis senibus Graii* opponi potueriut, his verbis parum probabiliter studet tollere: „aut *Graii*, imprimis Thessali, Phrygibns opponuntur tamquam incolae eius terrae, quae proprie Graecia appellatnr, aut, si malis, sic intellige locum: nec cognita Graecis in nniversnm.“ — **376**. „*Pergit* offendere potest, quia nondnm dixerat poeta, Carmen hoc iam fecisse. Sed repetitionis notio, quae necessario huic voci est coninncta, ex *geminat* pendet, quod simpliciter est: saepius idem facit, recolit. De Copula ante *pergit* omissa vid. Ruhnk. ad Vell. I, 4. II, 20.“ Haec *Sillig.* — *Amyclaeum thallum* (θαλλόν, ramum) Heyn. intelligit de myrto, cum in illo Catulli carmine, qnod auctor Ciris toties imitatus sit, LXIV, 89. legamns *Quales Eurotae progignunt litora myrtus.* Sed myrtum huic rei adhibitam fuisse, unsqnam legimus, in qua potins olivae (Aen. VI, 230.) vel lauri (Ovid. Fast. IV, 728.) ramo ntebantur; et de lanro etiam hic cogitandnm, cum lanros mnltas in Enrotae ripis inventas esse, vel ex Verg. Ecl. VI, 83. constot. Cf. etiam Casanb. ad Theophr. Char. 16. p. 175. Fisch. *Amyclae* autem notissimum est Laconicae oppidum ad Eurotam situm, de qno vid. librum meum *Handb. d. alten Geogr.* III. p. 993. — **377**. *Iolciacis votis*, devotionibus Thessalicis; *Iolcus* cuim autiqua Thessaliae (Magnesiae) nrbs ad Sinum Pagasaenm sita. Cf. Strab. IX. p. 436. Diod. IV, 11. Mela II, 3, 4. Plin. IV, 9, 16. alii et liber meus modo comm. III. p. 887. Sillig. conferri iubet Salmas. ad Solin. p. 766. b. — *defigere*. Vid. Schmied. ad Hor. Ep. Vol. I. p. 140. — **378**. *stabilem*, in animi sententia perstantem. - *fallacia*. Vid. ad Geo. IV, 443.

Nec possunt homines nec possunt flectere divi, —
Tanta est in parvo fiducia crine cavendi, —
Rursus ad inceptum sociam se iungit alumnae
Purpureumque parat rursus tondere capillum,
Tam longo quod iam captat succurrere amori,
Non minus illa tamen, revehi quod moenia Cressa
Gaudeat: et cineri patria est iucunda sepulto.
Ergo iterum capiti Scylla est inimica paterno.
Tum coma Sidonio florens deciditur ostro,
Tum capitur Megara et divom responsa probantur,
Tum suspensa novo ritu de navibus altis
Per mare caeruleum trahitur Niseia virgo.
Complures illam Nymphae mirantur in undis,
Miratur pater Oceanus et candida Tethys

— V. **380**. Heyn., cui totus versus est suspectus, coni. *caventi* (si modo caveat, ne crinis fatalis sibi eripiatur). Sillig. *cavendi* pro *evitandi* (antecedens pro consequenti) positum putat. — **381**. Vulgo *R. ad inc. sociam se adiungit alumnae;* sed cum inde a v. 378. non amplius de Carme, sed de Scylla agi opinetur, quod pateat imprimis ex v. 382. cum v. 384. collato, Sillig. ad coniecturas paulo audaciores confugit, *R. ad inc. facinus se cingit alumna*, quas Codd. in eo tantum iuvant, quod Rehd. *se iungit* exhibet, Pütz. vero p. 20. censuit, Codd. lectionem servari posse sic emendatam: *R. ad inc. sociae se adiungit alumna*, ut *sociae* sit Dativus, *rursus* autem ad ea referatur, quae v. 347. narrata sint. Sed ne hac quidem mutatione opus est, quae per se minus placet et propter ambiguitatem (*sociae* Gen. an Dat.?) et propter inversionem notionum, cum non Scylla Carmae, sed Carme Scyllae se adiungat sociam. Quid autem nos cogit, ut v. 378 sqq. de Scylla intelligamus, cum in antecedentibus de sola Carme sermo fuerit? *Illa* autem v. 284. eadem ratione adiectum, qua Aen. I, 3. V, 457. al. Quare cum Hauptio et posterioribus editoribus ad vulgarem lectionem reversi sumus. — **383**. Sillig. vulg. *Cum longo* coni. mutavit in *Praelongo;* nos potius cum iisdem recentioribus editt. recepimus *Tam longo* ab Heynio propositum et iam Pützio probatum. Pro Codd. lectione *quod iam* Ribbeck. et Benoist. ex edit. Iunt. receperunt *quoniam*. — **384**. *Non minus illa* (Carme) *tamen*, scil. *se iungit* et *parat ἀπὸ κοινοῦ* repetendum, quamquam etiam Verbum ex proxime antecedentibus *captat succurrere* suppleri potest. Carme nimirum iuvat Scyllae consilium, sic certe desiderium suum Cretam revisendi et ibi in patrio solo sepulcrum inveniendi expletum iri sperans. *Moenia Cressa* autem ex felicissima Schraderi coni. restitutum pro vulg. *moenia crescant*. Vide de hac Adiectivi forma Geo. III, 345. (ibique adnott.) Hor. Od. I, 36, 10. Prop. V, (IV,) 7, 57. etc. Simplex Accus. loci revehendi verbo adiectus, quia *moenia Cressae* pro nomine proprio insulae sunt posita, insularum vero nomina ut urbium construuntur. Cf. adnott. ad Aen. III, 162. et al. — **385**. *Gaudeat: et*, quod Sillig. ex coni. mutaverat in *Gaudebat*, cum recentioribus editoribus revocavimus. — **386**. *iterum* pro inepto *metu*, quod vulgo legitur, ex Heinsii coni. scripsit Sillig. — **387**. Mira est huius loci ratio, qua tria primaria narrationis capita, quae ante alia accurate tractari debebant, breviter modo attinguntur et per triplex *tum* coniunguntur. Pütz. p. 20. memorat, Part. *tum* eodem modo tres versus coniungere ap. Catull. LXIV, 19—21. — *Sidonio ostro*. Cf. Ovid. Met. VIII, 80. et adnott. ad Geo. III, 17. Vulg. *succiditur* Sillig. mutavit in *deciditur*, cum Codd. Rehd. et Helmst. exhibeant *deceditur*. — Cum v. **389**. cf. infra v. 416 sq. Apollod. III, 14, 8. Tzetz. ad Lycophr. 648. Prop. IV, 18, (III, 19,) 26 Aliter rem narrant Paus. II, 3. et Ovid. Met. VIII, 142 sqq. — **391**. Poeta haud dubie ante oculos habuit Catull. LXIV, 14 sq. — **392**. *Tethys*. Vid. ad Geo. I, 31. —

Et cupidas secum rapiens Galatea sorores;
Illam etiam, iunctis magnum quae piscibus aequor
Et glauco bipedum curru metitur equorum,
Leucothea parvusque dea cum matre Palaemon;
Illam etiam alternas sortiti vivere luces
Cara Iovis soboles, magnum Iovis incrementum,
Tyndaridae niveos mirantur virginis artus.
Has adeo voces atque haec lamenta per auras
Fluctibus in mediis questu volvebat inani,
Ad caelum infelix ardentia lumina tendens,
Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas:
„Supprimite o paulum turbati flamina venti,
Dum queror et divos — quamquam nil testibus illis
Profeci — extrema moriens tamen adloquor hora.
Vos ego, vos adeo, venti, testabor, et aurae,
Vos, Pandionia si qui de gente venitis,
Cernitis: illa ego sum cognato sanguine vobis
Scylla — quod o salva liceat te dicere Procne —,
Illa ego sum Nisi pollentis filia quondam,
Certatim ex omni petiit quam Graecia regno,
Qua curvus terras amplectitur Hellespontus;

---

393. De *Galatea* vid. ad Ecl. VII, 37. (et Aen. IX, 103.). — V. **394** sqq. attingit poeta fabulam de Ino et Melicerta. Cf. adnott. ad Geo. I, 437. (et Aen. V, 823.). *Illam* e Cod. Rehd. restituit Sillig.; vulgo *Illa*. Quisque enim videt, ex v. 392. supplendum esse *miratur*. — *iunctis piscibus*, delphinis. Vid. Gronov. Obss. I, 17. p. 142., qui confert Tibull. I, 5, 46. Sen. Agam. 445. et Val. Fl. I, 730., ubi delphini simpliciter *pisces* vocantur. — Vulgo *Leucothoe* (ut Cod. Bas. et Vat.), vana de metro sollicitudine. Nos cum recentioribus editoribus restituimus ceterorum Codd. scripturam. — **397**. „Nota fabula de Dioscuris, summa arte tractata a Pindaro Nem. X. Cf. Aen. VI, 121. Per prolepsin Dioscuros in hac aetate memorari, quia navigantibus adsunt, facile intelliges.“ *Heyn.* Ceterum etiam hic Sillig. cum Heins. et Heynio *Illam* edidit pro vulg. *Illi*. — V. **398**., ex Ecl. IV, 49. petitus, Heynio ab alia manu illatus videtur, in quo cum eo consentit Pütz. l. l. imprimis propter geminatum *Iovis*, quod in eodem Eclogae versu non legatur. — Vss. **402**. et **403**. ex Aen. II, 405 sq. huc translati, ubi vid. adnott. Quare Sillig. vulg. *tollens* ex Codd. Rehd. et Helmst. recte mutavit in *tendens*. — **404** sqq. „Lamenta haec Scyllae non sunt a poeta tenuioris ingenii profecta; desideres modo severius iudicium in delectu rerum et sententiarum.“ *Heyn.* — *turbati*, turbidi, concitati. — Vss. **405**. et **406**. ex Ecl. VIII, 19 sq. sumpti, ubi vid. adnott. *Dii testes* referendi ad pactum illud inter Minoem et Scyllam factum (v. 187. et 414.), in quo conficiendo Minos deos testes fidei suae advocasse sumendus est. — **408**. *Pandionia* Heyn. ex coni. edidit, „ut aves sint, in quas cognatione iunctae Procne et Philomela fuerant mutatae (cf. supra v. 199 sqq.),“ et *venitis* explicat: per aërem volantes occurritis. Sillig. recepit quidem hanc coniecturam, sed iure locum nondum persanatum censet. Codd. praebent *numantina* et *numontina;* vulgo legebatur *Numantina;* Scalig. coni. *matutina*, Loensis *vos o Mantinea*, Hertzberg. *vos Orithyiae*. — **410**. *o!* Sillig. ex Codd. suis restituit pro vulg. *ah*. — *salva te*, i. e. pace tua. Simili ratione Ovid. Met. XV, 109. *salva pietate fatemur*. Aliud exemplum huic prorsus respondens non habeo in promptu. — **412**. Quam omnes Graeciae reges in matrimonium petierunt. *Graecia:* vid. ad Ecl. I, 62. IV, 58. etc. — **413**. *Qua curvus terras.* Sillig. pro hac vulg. lectione e Codd. Rehd. et Helmst. edidit *Quam curvus terris*, ut igitur sensus (quem ipse non exponit) hic sit: quam (nunc) amplectitur Hellespontus, et *terris* per abundantiam additum

Illa ego sum, Minos, sacrato foedere coniunx
Dicta tibi; tamen haec, etsi non aspicis, audis.
Vinctane tam magni tranabo gurgitis undas?
Vincta tot adsiduas pendebo ex ordine luces?
Non equidem me alio possum contendere dignam
Supplicio, quod sic patriam carosque penates
Hostibus inmitique addixi ignara tyranno.
Verum isthaec, Minos, illos scelerata putavi,
Si nostra ante aliquis nudasset foedera casus,
Facturos, quorum direptis moenibus urbis,
O ego crudelis, flamma delubra petivi;
Te vero victore prius vel sidera cursus
Mutatura suos, quam te mihi talia captae
Facturum metui. Iam iam scelus omnia vincit.
Ten' ego plus patrio dilexi perdita regno?
Ten' ego? nec mirum, voltu decepta puella
Ut vidi, ut perii! ut me malus abstulit error!
Non equidem ex isto speravi corpore posse
Tale malum nasci; forma vel sidere fallas.

---

sit epitheto *curvus*. Equidem tamen fateor, mihi, si a Codd. auctoritate recedimus, vulgarem lectionem huic satis ambiguae scripturae, in qua illud ipsum *nunc* antecedenti *quondam* oppositum aegre desideratur, et additum illud *terris* maxime offendit, longe praeferendam videri: *ex omni regno, Qua* (i. e. ubicunque) *curvus Hellesp. terras amplectitur*, in quo mihi Pütz. l. l. adsentitur, neque minus adsentiri videntur recentiores editores vulg. lectionem restituentes. — *Hellespontus* autem latiore sensu de toto mari Graeciam alluente intelligendus (vid. adnott. ad Cul. 337.); qui *curvus* dicitur propter litora curva et sinuosa. Cf. Geo. II, 12. (ibique adnott.) Aen. III, 238. etc. Non tamen debebat Sillig. conferre Ovid. Met. II (scribere volebat XI), 505. et Val. Fl. I, 615., ubi *curvum aequor, curva freta* alia ratione explicanda, de qua diximus ad Geo. IV, 361. Etiam hic mecum consentit Pützius. — V. **415**. Sillig. defendere studet contra Heynium, cui „a mala manu insertus" videtur, verbum *accipis* (quod in Codd. apparet) non cum ceteris interpretibus ad Scyllae verba, sed (coll. Sall. Iug. 14., ubi etiam *foedus accipere* legatur) ad foedus referens, ut haec sit loci sententia: „foedus tecum sum pacta, et quamquam foedus non accepisti, tu tamen ea, quae in dedecus tuum dico, audis; perfidiae tuae eo progrederis, ut foedere neglecto opprobria quoque mea negligas." Nos vulgari lectioni satis artificiose a Sillígio explicatae nunc cum Hauptio et posterioribus editoribus praetulimus Heinsii coni. *aspicis* melius respondentem sequenti *audis*. — **418**. Non equidem aliud quid merui, quam tale supplicium; fateor, me dignam esse hoc supplicio; sed hoc ab iis, quos laeseram, non a te, mihi erat inferendum. — **420**. Pro Codd. lectione *ignara* Ribbeck. recepit Heinsii coni. *ingrata*. — **421**. *Verum isthaec* Sillig. pro vulg. *Verum esto. haec* edidit ex felici Schraderi coni., quam etiam iuvat Codd. lectio *est. Haec*. — *illos*, Megarenses. — **427**. Verba *Iam iam scelus omnia vincit*, in quibus temere haeserunt interpretes, Sillig. ex similitudine locutionum *omnia pati, facere, dicere* (coll. Cort. ad Cic. Fam. XIII, 28.) explicanda esse docet, ut sensus sit: iam iam scelus a te commissum omnia licet scelestissima egreditur. *Iam iam* languere dicit Heyn.; Pütz. vero p. 21. repetitionem huius Particulae tam tristi sermoni accommodatam esse vere indicat. — V. **430**. Heyn. ex Ecl. VIII, 41. temere huc illatum censet. — **431**. *speravi*, metui. Vid. ad Ecl. VIII, 26. et Aen. IV, 419. — Sensus est: Numquam exspectassem, a viro tam formoso tantum scelus posse proficisci; forma me miseram decepit. — **432**. *sidere*, signis illis, quae sidera mihi dederunt. Cf. supra v. 175. ibique adnott. — Sillig., qui retinuit Codd. lectionem *fallor*, i. e. falsa

Me non deliciis commovit regia dives,
Curalio fragili atque electro lacrimoso,
Me non florentes aequali corpore nymphae,
Non metus incensam potuit retinere deorum.
Omnia vincit amor: quid enim non vinceret ille?
Non mihi iam pingui sudabunt tempora myrrha,
Pronuba nec castos accendet pinus honores,
Nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.
Vana queror; nec me illa quidem communis alumnam
Omnibus iniecta tellus tumulabit harena.
Mene inter matres ancillaresque maritas,

---

sum, conferri iubet Cort. ad Lucan. II, 328. et de Graecis Matth. Gr. Gr. §. 504. I. p. 956. Nos nunc cum recentioribus editoribus recepimus Hauptii coni. *fallas*. — **433.** *Me non* ex Rehd. et Helmst. recepit Sillig.; vulgo *Non me*. — *commovit*, a prodenda patria absterruit. — *regia*, patris. — V. **434.** explicandi causa per appositionem adiungi *deliciis*, in promptu est. Sillig. tamen, cum Codd. verba inverso ordine *et lacrimoso electro* exhibeant, aliquid excidisse et poetam sic fere scripsisse suspicatur: *Curalio splendens fragili et lacrimoso electro*. — *Curalio* Iahn. et Sillig. ediderunt pro vulg. *Coralio*. Vid. Heins. ad Ovid. Met. IV, 750. — *atque* pro vulg. *ac* cum Heynio et Iahnio edidit Sillig. Haupt. vero mutavit in *aut*. Ribbeck., quem sequitur Benoist., transpositis verbis e Codd. edidit *Dives curalio fragili et lacrimoso electro*. — *lacrimosum electrum*, quia tamquam lacrima ex arboribus quibusdam stillat. (Cf. Ovid. Met. II, 364. Verg. Ecl. VIII, 53.) — **435.** *aequali corpore*, propter aetatem aequalem. — *nymphae* ex Graeca lingua est illustrandum, quae quamque virginem nubilem hoc nomine significat. Sic etiam supra v. 128. 136. 173. 236. 376. infra v. 478. 484. et al. huius carminis auctorem Graeci sermonis usum sequi videmus. — Cum v. **437.** cf. Ecl. X, 69. — Vss. **438** sqq., in quibus poeta ante oculos habuit Catull. LXIV, 43. 48. et 49., ad nuptiarum ritus referendi, quibus nunc se privatam Scylla conqueritur. Primum non inungar sponsa. — *tempora sudabunt*, madida erunt (vid. ad Geo. I, 117. et Aen. II, 582.) *myrrha*, unguento myrrhino. Cf. Aen. XII, 100. Sic neque Heynii coni. *stillabunt* opus, neque Sillígii artificiosa explicatione, ex qua *sudare*, quod proprie myrrhae tantum arboribus sudatae conveniat, hic per audaciam aliquam ad tempora Scyllae transferatur. — **439.** Nec pronuba accendet taedas nuptiales. — *honores* pro vulg. *odores* Sillig. recepit ex Cod. Rehd. coll. v. 146. et Verg. Aen. III, 547. — **440.** *Libys lectulus*, i. e. Libycus s. eburneus (vel citreus). Vid. supra ad v. 179. Forma Adiect. *Libys* legitur etiam ap. Ovid. Met. IV, 570. Stat. Silv. IV, 2, 27. Lucan. VI, 221. Sen. Herc. Oet. 24. al. — *Assyrio ostro*. Vid. ad Geo. II, 465. et III, 17. coll. adnot. ad Aen. I, 700. — **441.** Pro vulg. lectione *Magna* cum recentioribus editoribus recepi Heinsii coni. *Vana*. — In seqq. vulgo *nec et illa quidem communis alumna*; quibus, cum *nec et* sensum non habeat, et *alumna* nusquam dicatur activa signif. pro nutrice (quod Sillig. longa disputatione docere studet; vid. tamen supra ad v. 274.) substitui Scaligeri facillimam coniecturam *nec me - - alumnam*. Sillig. paulo artificiosius coniicit *nec me - - communiter alma*, de *nec - quidem* Passov. et Hess. ad Tac. Germ. 7., de *alma tellure* Serv. ad Aen. X, 252. conferri iubens. Vid. etiam ad Aen. VI, 74. Pütz. p. 21. defendit vulgarem omnium Codd. et editt. antiquiss. lectionem et *alumnam* aliquoties activa signif. de terris dici memorat, ut ap. Silium IX, 552. *Libya alumna*, ap. Plin. III, 5, 6. *Italia omnium terrarum alumna* et ap. Flor. III, 21. *Ostia urbis* (Romae) *alumna:* Haupt. et posteriores editores receperunt Heynii coniecturam *me ne - - alumnam*. — **442.** *tumulabit*. Cf. Catull. LXIV, 158. (qui locus obversabatur poetae). Ovid. Met. VIII, 710. XV, 716. ex P. I, 6, 49. al. — **443** sqq. Mene licuit certe tamquam captivam in Cretam abduci et ibi servili munere fungi inter ancillas coniugis tuae? Cf. Catull. l. l. v. 158 sqq. et Mitscherl. Lectt. in Catull. p. 107. (ab Heynio

Mene alias inter famularum munere fungi
Coniugis atque tuae, quaecumque erit illa, beatae
Non licuit gravidos penso devolvere fusos?
At belli saltem captivam lege necasses!
Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires
Et caput inflexa lentum cervice recumbit,
Marmorea adductis tabescunt bracchia nodis.
Aequoreae pristes, inmania corpora ponti,
Undique conveniunt et glauco in gurgite circum
Verbere caudarum atque oris minitantur hiatu.
Iam tandem casus hominum, iam respice, Minos!
Sit satis hoc, tantum Scyllam vidisse malorum,
Vel fato fuerit nobis haec debita pestis,
Vel casu incerto, merita vel denique culpa:
Omnia nam potius quam te fecisse putabo."

---

laud.). — Vulgo *Mene inter comites ancillarumque catervas.* Sed cum non appareat, quid sibi velint *comites* tam nude positi iuxta *ancillas*, et quae sint *aliae* ancillarum catervae, Sillig. e Codd. recepit *matres - - maritas*, et *ancillarumque* ex coni. mutavit in *ancillaresque*, ut haec sententia efficeretur: Nonne licuit me inter alias ancillares matres et maritas munere famularum fungi? Quaeritur autem primum, cur Scylla nuptas tantum ancillas commemoret, deinde cur matres et maritas distinguat? Quae enim Sillig. addit: *matres* ob dignitatem a Scylla appellari, opposítura eas sibi puellae, et *alias* per redundantiam illam esse adiectum, de qua Walch. Emendd. Liv. p. 58. et Passov. ad Tac. Germ. 4. agant, ea satisfacere vix possunt. Alia res esset, si Scylla cum Minoë rem habuisset et, virginitatis sibi ereptae conscia, non nisi inter maritas sibi locum esse putaret. Apparet igitur, Sillígii emendationem non supra omnem dubitationem esse positam. Adsentitur mihi Pütz. l. l. et vulg. lectionem sic defendit: „Distinguit poeta duo genera servarum s. ancillarum, quorum alterum comites adpellat, quia comitatum dominae efficiunt, alterum *ancillas* proprio sensu adpellat, quia inferiore loco positae domesticis servitiis (*famularum munere*) fungantur. Sunt igitur comites quoque ancillarum catervae, quare ab iis distinguit *alias* ancillarum catervas." Nihilominus etiam Haupt. et posteriores editores Sillígii coni. receperunt, cum sane Codd. Helmst. et Rehd. *ancillari* exhibeant. — **448.** *fessae de corpore vires* per inversionem, de qua diximus ad v. 198., pro *fesso de corpore vires,* quamquam etiam *fessae* Genitivus esse potest a *corpore* pendens. Heyn. tamen voluit *fesso*, coll. Catull. LXIV, 189. — **450.** *Marmorea bracchia.* Vid. supra ad v. 256. — *adductis.* Vulgo *adductisque;* sed Copulam Sillig. suorum Codd. auctoritatem secutus omisit. — *tabescunt* Sillig. edidit ex Schraderi coni., cum Codd. *labescunt* praebeant. Vulgo *labascunt.* Cf. etiam quae de h. l. disputat Doederlein. *Synon. u. Etym.* I. p. 132 sq. — **451** *pristes* Sillig. cum Heinsio e Cod. Helmst. a m. sec. restituit, coll. Aen. III, 427 et Gronov. Obss. I, 17. p. 142., quamquam fortasse verius esse censet *Aequorei pristes*, cum Cod. Rehd. exhibeat *Aequorei pisces.* Vulgo *Aequoreae pestes.* — **454** Sillig. putat, poetam dicere velle, „quemque eorum, quae sibi ipsi accidere possent, memorem esse debere, unde commoveatur, ut adversarios suos lenius, quam antea voluerat, tractet." — **455**. Vulgo *solam,* scil. *me,* me unam inter omnes puellas; numquam aliam puellam expertam esse maiora mala; quamquam Pütz. l. l. memorat, etiam explicari posse: ab omnibus derelictam. Nos tamen nunc cum recentioribus editoribus felicem recepimus Hauptii coni. *Scyllam.* — **457.** *incerto,* Scaligero et Heynio suasoribus Sillig. edidit pro vulg. *incepto,* coll. Cul. v. 160. Cf. etiam supra v. 337., ubi *incepta* in omnibus Codd. et plurimis vett. editt. in *incerta* abierat, et Bentl. ad Hor. Epod. VII, 13. (a Pützio laud.). — **458**. Praeter tres causas infortunii mei modo commemoratas, vel fatum, vel casum, vel culpam meam

Labitur interea resoluta ab litore classis,
Magna repentino sinuantur lintea Coro,
Flectitur in viridi remus sale, languida fessae
Virginis in cursu moritur querimonia longo.
Deserit angustis inclusum faucibus Isthmon,
Cypselidae magni florentia regna Corinthi;
Praeterit abruptas Scironis protinus arces
Infestumque suis dirae testudinis exit
Spelaeum multoque cruentas hospite cautes.
Iamque adeo tutum longe Piraeea cernit
Et notas eheu frustra respectat Athenas.
Iam procul e fluctu Salaminia suspicit arva
Florentesque videt iam Cycladas; hinc sinus illi

(in patrem et patriam), alia locum non habet; nam de te ut infortunii mei auctore sermo esse non potest. Pro vulg. *laesisse* (al. *lesisse*, Helmst. et Rehd. *legisse*) cum Hauptio et posterioribus editoribus recepi Bruxell. lectionem *fecisse*. — **459**. *resoluta* ex Heinsii et Schraderi (Emendd. p. 64.) coni. edidit Sillig. pro vulg. *revoluta*, idque iure retinuerunt posteriores editores. — **460**. De *Coro* vid. ad Geo. III, 278. — **462**. Elegans descriptio vocis deficientis cum viribus. — **464**. *Cypselides magnus* Heynio videtur esse Periander, Cypseli, qui Ol. XXX, 2. tyrannidem Corinthi occupavit, successor; nam de Corintho, quem nonnulli urbis auctorem ediderint, seu Iovis seu Marathonis filio (Paus. II, 1.), hic non esse cogitandum, vere memorat Vir doct. Quare etiam Sillig. *Corinthi* pro Genitivo locativo habet, et haud raro duo Genitivos inveniri docet ab uno nomine pendentes, coll. Cort. ad Cic. Fam. I, 7, 22. et Hensing. ad Cic. Off. I, 37, 2. Adde quos laudat Kritz. ad Sall. Iug. 30, 3. et 65, 3. — **466** sq. *abruptae Scironis arcis* sunt petrae Scironides in Megarensium finibus, ad Oeneos montes (*τὰ Ὄνεια ὄρη*) pertinentes et Scironis crudelitate infames. Cf. Plut. Thes. 10. Paus. I, 44, 10. Diod. IV, 59. Apollod. III, 16, 12. Ovid. Met. VII, 417. De ipsis rupibus vid. librum meum geogr. III. p. 863. Sub iis fuit *spelaeum*, sedes *testudinis* illius, quae hospitum a Scirone de rupe deiectorum corpora devorabat. Cf. Paus. I, 44, 12. ibique Siebelis, Diod. IV, 59. et Schol. Eur. Hippol. 979. — *infestum suis* ex Scyllae persona accipiendum: civibus suis, Megarensibus. — **468**. *Piraeea*. Vide Stat. Theb. XII, 616. coll. Schneid. Gr. Lat. II, 1. p. 72. et 295. — **469**. „*secum respectat*, respiciendo apud animum suum cogitat. Barth. iam comparavit Geo. I, 389. et Claud. Epith. Pall. 47. Scalig. *notas secum* per archaismum dictum volebat pro *sibi*." *Heyn*. Nos nunc pro vulg. *secum heu* cum recentioribus editt. recepimus Bruxell. lectionem *eheu*. — **470**. Vulgo *Minoia arva*, quod, nisi navis iam in medio sinu Saronico versaretur, de promontorio Megarico (*ἄκρα Μινώα*) intelligi posse dicit Sillig., coll. Muelleri libro *die Dorier* I. p. 229. et Reingani *das alte Megaris* p. 33.; cum tamen Codd. sui exhibeant *fluctus alia minos aspicit*, coni. admodum probabili restituit *e fluctu Solaminos suspicit arva*, et *suspicit* egregie dici memorat, cum Salamis editis rupibus cingatur. Pütz. p. 21. longa adnot. asseverat, se iam ante Silligium eandem coniecturam protulisse postea Codd. auctoritate confirmatam, simulque defendit plurimorum Codd. scripturam *respicit*, quod „propria signif. accipit pro *retrospicit*, ut Orpheus ap. Ovidium Eurydicen suam *respiciat*; Scyllam enim, cum Piraeum et Athenas conspiceret, iam Salamina praetervectam esse atque e fluctu emergentem *procul Salaminos arva* retrospexisse." Etiam Benoist. retinuit *respicit*. Nos tamen propter antecedens *respectat* praetulimus Silligii coniecturam, quam Haupt. quoque, Ladew. et Ribbeck. amplexi sunt, quibuscum etiam recepimus Bruxell. lectionem *Salaminia*. — **471**. *Florentes Cycladas* propter laetum adspectum, quem praebent navigantibus. Sic v. c. Ovid. Met. VII, 464. *florentem Cythnon* commemorat. Cf. etiam infra v. 476. *viridis Donusa*. Sequen-

Sunius, hinc statio contra patet Hermionea.
Linquitur ante alias longe gratissima Delos
Nereidum matri et Neptuno Aegaeo.
Prospicit incinctam spumanti litore Cythnon
Marmoreamque Paron viridemque adlapsa Donusam
Aeginamque simul sementiferamque Seriphum.
Fertur et incertis iactatur ad omnia ventis,
Cymba velut, magnas sequitur cum parvula classes,
Afer et hiberno bacchatur in aequore turbo,

---

tia vnlgo sic leguntur: *hinc Strophadesque*, quod iam in Ed. pr. apparet. Mira tamen est Codd. et ceterarnm editt. varietas, *hinc Venus illi* exhibentium, unde Sillig. fecit *hinc Ceus illi*, pntans scilicet, ut Acc. *Teum* apnd Liv. XXXVII, 27. Nominativum *Teus* (pro *Τέως*) statuere nos iubeat (coll. Schneid. Gr. Lat. II, 1. p. 76.), ita etiam nihil impedire, quominus poeta Latinus *Ceūs* dicat pro *Κέως* (de qua insula, nunc *Zea* appellata, vid. librum meum modo comm. III. p. 1026.), *hinc - - hinc* autem hic non esse i. q. *hinc - illinc*, cum Sunium et Ceos insula sint ab eadem parte, ab altera autem Hermione, sed alterum *hinc* pro simplici Copula dici, quam saepe ita evitatam esse videamus, ut Adverbium aliquod vel Pronomen repetatur. Nobis de veritate huius coniecturae nondum persuasum esse iam prius significavimus, quae tamen pro instituto nostro in contextum erat recipienda. Nunc ei cum recentioribus editoribus praetulimus Hauptii coniecturam *sinus Sunius*. Pütz. l. l. Codd. lectionem *Venus* oriri potuisse ex *Tenos*, sed quomodo hoc nomen (*Τῆνος*) metro accommodari possit, se non videre memorat. — **472.** *Sunion hinc* Sillig. edidit ex Heynii coniectura, quam iuvat Cod. Rehd. lectio *Summus hinc*. Vulgo *Hinc sinus, hinc statio*. — *statio Hermionea:* Hermione, Argolidis oppidum, in Dryopum agro contra Sunion et primas insularum Cycladum situm, quod nunc *Kastri* appellatur. Cf. Scyl. p. 20. Polyb. II, 52, 2. Strab. VIII. p. 374. Mela II, 3, 8. Plin. IV, 5, 9. alii et liber meus geogr. III. p. 1001. — Vss. **473.** et **474.** adumbrati ex Aen. III, 73. 74., ubi vid. adnott. — **475.** *spumanti litore.* Vid. Aen. V, 125. coll. Catull. LXIV, 121. — **476.** *Marmoream Paron.* Sic etiam Ovid. Met. VII, 465. Cf. adnott. ad Aen. III, 126. — *viridemque Donusam.* Vid. ad Aen. III, 125. Cum Codd. *Donysam, Donisam, Donissam* exhibeant, Haupt. et Ribbeck. edunt *Donysam*, quae scriptura fortasse eo potest defendi, quod Steph. Byz. refert, nomen insulae primum *Διονυσίαν* fuisse et postea demum in *Δονουσίαν* esse mutatum. — **477.** *Aeginam* non esse celeberrimam huius nominis insulam per se patet. Quare alii *Aegiliam* substitui voluerunt, quam tamen a Cycladibus nimis remotam esse, iam Heyn. perspexit. Sillig. vero observat, Stephanum Byz. plures insulas Aeginae nomine appellatas commemorasse, quarum una fortasse inter Cycladas fuerit, coll. Muellero Aeginet. p. 86., in quo mihi acquiescendum videtur. Pütz. vero p. 23. putat, librarios notissimum Aeginae nomen pro minus noto temere intulisse, quod certa coniectura vix quisquam assequi possit. Nihilominus proponit audacem coniecturam *Olearonque*, coll. Aen. III, 124 sqq. — *sementiferam Seriphum* vix vera esse potest lectio, cum Strab. X. p. 747. Seriphum petrosam esse referat, Codd. Rehd. et Helmst. praebeant *salutiferamque*, et Adiect. *sementifer* praeterea nusquam inveniri videatur. Scalig. voluit *serpentiferam*, Sillig. autem *absinthiferamque*, cum secundum Plin. XXVII, 7, 29. absinthii genus Seriphium dictum fuerit. De ipsa insula, nunc *Serpho* nominata, vid. librum meum geogr. III. p. 1027. et Westerm. in Pauly *Realencycl.* VI. p. 1078. – **478.** *ad omnia*, ad omnem motum, impulsum venti. Sillig. comparat Graecum *εἰς τὸ πᾶν* vel *εἰς πάντα* pro *πάντως* positum, coll. Valcken. ad Eur. Phoen. 622. Blomfield. Gloss. Aesch. Choeph. 672. Iacobs. ad Achill. Tat. p. 648. aliis. — **479.** Scylla navi alligata comparatur cum minore navigio maiori navi iuncto eademque comparatione etiam Statium Silv. I, 4, 120 sqq. uti, iam alii adnotarunt. Haupt. et Ribbeck. cum Cod. Brux. scribunt *Cumba.* — **480.** *Afer turbo*

Donec tale decus formae vexarier ultra
Non tulit et miseros mutavit virginis artus
Caeruleo pollens coniunx Neptunia regno.
Sed tamen externam squamis vestire puellam
Infidosque inter teneram committere pisces
Non statuit — nimium est avidum pecus Amphitrites; —
Aeriis potius sublimem sustulit alis,
Esset ut in terris facti de nomine Ciris,
Ciris Amyclaeo formosior ansere Ledae.
Hic velut in niveo, tener est cum primitus, ovo
Effigies animantis et internodia membris
Imperfecta novo fluitant concreta calore:
Sic liquido Scyllae circumfusum aequore corpus
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus

---

bacchatur, dum Africus (de quo vid. ad Aen. I, 86.) procellas movet. De *bacchandi* verbo vid. ad Aen. IV, 301. et X, 41. — **481.** *vexarier ultra* Heynii est coni. a Sillígio et Hauptio recepta atque etiam a Ribbeckio fortasse vera iudicata, quamquam in contextum recepit Bruxell. lectionem *undis*, in quo eum sequitur Benoist. Codd. conspirant cum vulg. lectione *vexavit et aegros*, Ed. pr. antem exhibet *vexaverit aegram;* in quibus lectionibus sane aliud quid latere videtur, atque Heynii *ultra*. Pütz. l. l. coniicit *vexari Aegaeo*, ut *Aegaeum* pro *Aegaeo* mari accipiendum sit, quemadmodum ap. Hor. Od. II, 16, 2. Si quem vero offendat elisio aut spondaicus numerus in quarto et quinto pede simul admissus, conferri iubet v. 474. ex Aen. III, 74. petitum. De Paragoge Infinitivi vid. ad Geo. I, 454. — **484** sq. „Noluit eam mutare in piscem, nam ita a belluis et pristibus devorata fuisset, qui minoribus piscibus insidiantur." *Heyn.* — *externam puellam*, externam corporis superficiem, extrinsecus. Sillig. hunc usum Adiectivi ex Graeca lingua explicandum esse memorat, coll. Matth. Gr. Gr. §. 446, 8. p. 833. Benoist. hanc Codd. lectionem nobiscum retinuit. Haupt. coniicit *eximiam*, Hertzberg. *extremam*, Ribbeck. antem recepit Bruxell. lectionem *aeternam*. — **485.** *inter pisces committere* paulo insolentius dictum et ex duabus constructionibus inter se iunctis explicandum: piscibus committere et inter pisces relinquere, facere, ut aliquis inter pisces versetur. — **486.** *pecus Amphitrites.* Sic Naevius ap. Nonium IV, 277. *Lascivum Nerei simum pecus.* Cf. etiam Lucr. II, 342 sq. Hor. Od. I, 2, 7. et quae nos ad Geo. III, 75. et Lucr. I, 14. adnotavimus. — **487.** *in terris*, non in mari, in quod Amphitrite Scyllam deiicere voluit. Sic recte Sillig.; Heyn. *in terris* explicat per: inter homines. — *facti de nomine*, scil. a verbo κείρειν. Vid. supra ad v. 204. — **489.** *Amyclaeo ansere Ledae* per inversionem Adiect. pro *ansere Amyclaeae Ledae* (vid. ad v. 198. 448.). Ceterum animadverte *anserem* pro cygno positum et cf. supra ad v. 376. adnott. — **490.** „Totus locus de hac metamorphosi, et imprimis comparatio inchoatae mutationis Scyllae in alitem cum vitello ovi in pullum abeunte, ex elegantissimis est, et miror, eam Nasoni, ingeniosissimo homini, non in mentem venisse." *Heyn.* — **490.** Vulgo: *Ac velut in niveo tenerae cum primitus ovo;* quae verba cum omni nexu cum seqq. sint destituta, Sillig. primus ex Codd. Rehd., Helmst. et Ed. pr. pro *Ac* restituit *Hic* (Adverbium temporis: vid. ad Aen. I, 728., ubi adde Sillig. ad Catull. LXVIII, 63. et Interpp. ad Phaedr. I, 14, 6.) et ex Rehd. *tener est cum* pro *tenerae cum.* Sic haec efficitur loci structura: *Velut effigies tenerae animantis et internodia membris imperfecta in niveo ovo, primitus cum tener est, fluitant concreta novo colore; Sic* etc. — **491.** *internodia membris fluitant* pro vulgari: internodia membrorum. Sillig. de hoc Dativo conferri iubet Burm. ad Ovid. Met. VI, 659. Calpurn. IV, 110. et Lucan. VIII, 677. Cort. ad Cic. Fam. III, 3. et Lucan. I, 24. atque Ruhnk. ad Rut. Lup. p. 38. — **493. 494.** Sillig., cum de praeterito tempore sermo

Undique mutabant atque undique mutabantur.
Oris honos primum et multis optata labella
Et patulae frontis species concrescere in unum
Coepere et gracili mentum producere rostro;
Tum, qua se medium capitis discrimen agebat,
Ecce repente velut patrios imitatus honores
Puniceam concussit apex in vertice cristam;
At mollis varios intexens pluma colores
Marmoreum volucri vestivit tegmine corpus
Lentaque perpetuas fuderunt bracchia pinnas;
Inde alias partes minioque infecta rubenti
Crura nova macies obduxit squalida pelle
Et pedibus teneris ungues adfixit acutos.
Et tamen hoc demum miserae succurrere pacto
Vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
Numquam illam post haec oculi videre suorum
Purpureas flavo retinentem vertice vittas,
Non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo,

---

sit, pro *etiam nunc* scripsit *etiamtum*, coll. Walch. ad Tac. Agr. p. 393 sq. et Kritz. ad Sall. Cat. 2. p. 9 sq. Nos cum recentioribus editoribus vulg. lectionem a Codd. exhibitam restituimus. Sillig. enim ipse verba *incertis etiam nunc partibus* recte sic explicat: „dignosci non poterat, cuius corporis partes eae futurae essent, in quale corpus partes transirent.“ — **496** *Oris honos*. Vid. adnott. ad Aen. I, 591. et VIII, 617. coll. Bentl et Mitscherl. ad Hor. Od. I, 17, 16. et Hess. ad Tac. Germ. 5. (quos Sillig. laudat). — **497**. *species*, forma, pulchritudo. Sic Liv. II, 23. *Oris speciem deformaverat barba promissa*. — *concrescere in unum*. Vid. Cort. et Kritz. ad Sall. Cat. 17, 2. — **499** *se agebat*. Cf. Geo. II, 364. — **500**. „Est adeo Ciris avis cum crista purpurea ad imitationem cincinni seu capilli purpurei patrii, quem Scylla resciderat.“ *Heyn*. — **501** *Puniceam* pro vulg. *purpuream* Sillig. ex Codd. suis restituit. Cf. Ecl. V, 17. VII, 32. Geo. III, 372. Aen. V, 269. etc. — **503**. *volucri tegmine*, i. e. volucrum tegmine, plumis. — **504**. *perpetuis pinnis*, quae totas alas, olim brachia, obducunt. — **505**. *minio infecta*. Vid. ad Ecl. X, 27. — **506**. Vulgo *Crura, nova macies obduxit squalida pelli*, quae satis bonum sensum praebent, sed a Codd. lectione nimium recedunt, qui potius *novatique aciem - - pellem* vel *novamque acie - - pellem* vel *novemque aciem pellis* praebent, unde Sillig. fecit *novam macies - - pellem*. Vult autem Vir doct. verba sic construi: *Inde squalida macies novam pellem obduxit alias partes et crura*, ut Accusativi *partes* et *crura* pendeant a verbo *obduxit* et pro Dativis positi sint, qui vulgo huic verbo adiiciatur. De veritate tamen huius contortae constructionis iam prius dubitans nunc cum recentioribus editoribus recepi lectionem *nova pelle* (Haupt. cum Pithoeo et Lachm. ad Lucr. p. 425. scripsit *pelli*). — **507**. *adfixit* Sillig. e Codd. suis restituit pro vulg. *confixit*. — **508**. *demum* ex v. 481. explicandum esse docet Sillig. Postquam Amphitrite Scyllam diu mari ventisque vexatam viderat, si tandem ei succurrere volebat, hoc alia potius ratione facere debebat, quam hac formae mutatione. — **510**. *post haec* exhibent Codd. Rehd. et Helmst., quos Sillig. secutus est; vulgo *posthac*. Poetas autem *post haec* (et *post hoc*) haud raro dicere constat. Cf. Hand. Tursell. IV. p. 494 sq. — **511**. Cum Hauptio et posterioribus editt. revocavimus vulg. lectionem *flavo*, quam Sillig. ex Codd. suis et antiquis editt. mutaverat in *salvo*. Cf. vero Catull. LXIV, 63. *Non flavo retinens subtilem vertice mitram*, quem locum iam Pütz. l. l. affert vulg. lectionem defendens. — **512**. Cf. supra v. 438. De *amomo* vid. ad Ecl. III, 89. et IV, 25. Ceterum Heyn. v. 508—512. interpolatori

Nullae illam sedes: quid enim cum sedibus illi?
Quae simul ut sese cano de gurgite velox
Cum sonitu ad caelum stridentibus extulit alis
Et multum late dispersit in aequora rorem,
Infelix virgo nequiquam a morte recepta
Incultum solis in rupibus exigit aevum,
Rupibus et scopulis et litoribus desertis.
Nec tamen hoc iterum poena sine: namque deum rex,
Omnia qui imperio terrarum milia versat,
Commotus talem ad superos volitare puellam,
Cum pater extinctus caeca sub nocte lateret,
Illi pro pietate sua — nam saepe nitentum
Sanguine taurorum supplex resperserat aras,
Saepe deum largo decorarat munere sedes —
Reddidit optatam mutato corpore vitam
Fecitque in terris Haliaeetus ales ut esset:
Quippe aquilis semper gaudet deus ille coruscis.

---

tribuit; sed recte eos defendit Pütz. p. 23., haec adiiciens: „Ante eam, quae v. 507. finita est, de metamorphosi narrationem dixerat poeta v. 483. Amphitriten Scyllae, cuius miserata esset, formam mutasse, quam postea puellae melius et dea dignius auxilium praebere potuisse iudicat.“ — **513.** *quid enim* (quod iam Heinsius coniecerat) pro vulg. *quid iam* ex Codd. suis et vett. editt. reposuit Sillig. — *quid enim cum sedibus illi*, scil. commune est? Pütz. p. 24. docet, optime cum h. l. cohaerere v. 518. et 519., ubi rupes, scopuli, litora deserta hominum sedibus opponantur, simulque memorat, v. 513. inesse aliquam orationis gradationem: nullus thalamus eam recepit, ne ullae quidem sedes, sc. humanae, quippe aëre ferebatur; ideoque scriptorem, ut se ipsum quasi corrigeret, adiecisse illam quaestionem. — **516.** Solent aves madefactas alas concutere. — *in aequora* lectio est Cod. Helmst., quam Sillig. revocavit. Vulgo *in aequore*. — **517.** *recepta*, servata. Vid. ad Aen. VI, 111. — **518.** *incultum exigit aevum*, vitam asperam et horridam. Cf. Aen. X, 53. I, 75. etc. Ribbeck. *aevom*. — **519.** Cum repetitione voc. *rupibus* Pütz. l. l. conferri iubet Catull. Epithal. 132., Hor. Od. III, 11, 30 sq. et Culicis v. 123 sq. — *litoribus dēsērtīs*. Cf. adnott. ad Geo. III, 276. et Aen. II, 68. — **520.** „Nunc Iupiter indignatus, filia scelerata in avem mutata parentem interea miserum apud inferos degere, revocavit eum in vitam et pariter avem fecit, sed Ciri infestam, tamquam ad poenam a filia exigendam.“ *Heyn.* — *iterum*, ut Graec. *αὖ*, non de eadem re iterata, sed de re ex altera parte simili modo facta. Vid. Hand. Turs. III. p. 529 sq. Haupt. et posteriores editores receperunt Loensis coni. *ipsum*. — *poena sine*. Vid. ad Aen. I, 32. 667. al. — V. **521.** Heyn. et Sillig. tamquam monachi vel alius christiani auctoris additamentum uncis incluserunt, quos recentiores editores removerunt. Haupt. in Codd. scriptura nihil mutavit, Ribbeck. vero (quem Ladew. et Benoist. sequuntur) ex coni. edidit *terras*, *mare*, *sidera versat*. — **522.** *talem* per contemptum pro: tam impiam. Vid. supra ad v. 17. — **523.** Sillig. pro *Cum*, quod huic loco minus conveniat, *Dum* scribendum esse putat, quod Haupt. recepit. Nos cum Ribb. et Benoisto retinuimus Codd. lectionem, quam bene se habere etiam Pütz. l. l. censet, qui memorat, iam Zumptium §. 577. docuisse, *cum* in enuntiatis contraria referentibus, respondens nostro *während*, satis usitatum esse. — — **524.** *nitentum* (pro: nitentium) Heynio suasore ex editt. vett. restituit Sillig.; vulgo *tenenti*, quod Pütz. l. l. non temere reiiciendum censet, atque etiam recentiores editores respuerunt. Cf. adnott. ad Aen. III, 20. — **528.** *Fecitque* Sillig. edidit e Codd. suis pro vulg. *Fecit et*. — De *haliaeeto* vid. supra ad v. 204. Haupt. et Ribb. etiam hic cum Codd. quibusdam scribunt *haliaeetos*. — **529.** Vulgo *deus coruscus*, quae Codd. lectio ferri potest, quia fulmina, quae iacit, sunt corusca; ut Geo. I, 328.

Huic vero miserae, quoniam damnata deorum
Iudicio patriaeque et coniugis ante fuisset,
Infesti adposuit odium crudele parentis.
Namque, ut in aetherio signorum munere praestans,
Unum quem duplici stellatum sidere vidi,
Scorpios alternis clarum fugat Oriona:
Sic inter sese tristes Haliaeetus iras
Et Ciris memori servant ad saecula fato.
Quacumque illa levem fugiens secat aethera pinnis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,
Illa levem fugiens raptim secat aethera pinnis.

---

corusca Iovis dextra commemoratur, quo loco a me collato omnem dubitationem remotam esse censet Pütz. l. l. Tamen nunc cum Hauptio et posterioribus editoribus praetuli editt. Ascens. et Iunt. lectionem *aquilis coruscis*, cum Iovis aquilam fulmina uncis tenere constet. Heynio versus ab interpolatore insertus videtur. — 531. Vulgo *iudicio gnatique*, quod cum explicari non possit, Sillig. e coni. substituit *patriaeque*, coll. v. 421 sqq., ut sensus sit: „Dii, patria et Minos eius facinus condemnaverant; unus restabat pater.“ Heyn. coni. *patrisque*, quod Haupt., Ladew. et Benoist. receperunt. Sed cum patris odium proximo demum versu commemoretur, nos cum Ribb. retinuimus Sillígii coniecturam. — *coniugis*, i. e. Minois a se amati. Sic *coniunx* aliquoties pro amico vel amica. Vid. adnott. ad Ecl. VIII, 18. Aen. III, 330. VII, 189. — 532. Vulgo *apposuitque;* sed Sillig. Copulam minus aptam, quae vana de metro sollicitudine adiecta videtur, e coni. delevit. — 538 sqq. „Mutuo se persequuntur fugiuntque ciris et haliaeetus aves, quemadmodum duo sidera Scorpius et Orion ortu et occasu se fugere sequique videntur. Quoties enim Orion occidit, altera ex parte Scorpius exoritur. Cf. Aratus v. 303 sqq. et Hygin. Astron. II, 26. III, 33.“ *Heyn.* Cf. etiam locus similis Geo. IV, 237. ibique adnott. — 534. Vulgo *stellarum;* et Sillig. quidem non *stellarum sidere* coniungenda esse putat, sed *quem unum stellarum*, i. e. inter stellas, ut ap. Catull. IV, 2. *phaselus ait navium celerrimus*, ubi suam conferri iubet adnot. (Vid. etiam a nobis adnott. ad Aen. V, 122.) Cum tamen ed. Iunt. praebeat *stellatum*, hoc cum Hauptio et Ribb. ut aptius praeferendum duximus. Benoist. *stellarum* retinuit. — 535. De *Scorpio* sidere vid. ad Geo. I, 35., de *Orione* ad Aen. I, 535. III, 517. IV, 52. al. Haupt. et Ribbeck. cum Cod. Brux. scribunt *Scorpios*. — *alternus*. Vid. supra v. 351. — 537. *memori fato* fere ut Aen. I, 8. *memorem Iunonis ob iram*. — 538. Sillig. hic et v. 541. pro vulg. *aethera* ex paucis Codd. recepit *aëra*, in quo eum secutus est Haupt. Sed cum plurimi Codd. *aethera* exhibeant, et v. 538—541. ad verbum ex Geo. I, 406 sqq. petiti sint, ubi pariter bis *aethera* legitur, cum Ribb. et Benoisto idem hic quoque retinendum censuimus. Ceterum cf. adnott. ad Geo. l. l.

C O P A.

ARGUMENTUM

huius carminis, quod ex Heynii sententia est „invitatio ad compotationem et hilariter exigendum diem in taberna cauponaria", Ilgen. (in Animadvv. phill. et critt. in carmen Vergilii, quod Copa inscribitur, Halae 1820. 4. editis) optime sic exponit. „Cauponum ingenium et mores, imprimis vero exclamationem et loquacitatem et modulationem, qua merces suas commendare emturientibus et viatores ad deverteudum addita bonorum in taberna prostantium enumeratione pellicere solebant, decretum habet depingere." Ceterum idem Vir doct. l. l. p. 12 sqq. docere studet, veram carminis inscriptionem non *Copa* fuisse, sed *Copo*. Vide tamen, quae contra eum disputavit Sillig. ed. Wagner. Vol. IV. p. 285 sqq. Ceterum hoc carmen, quod praeter Codd. etiam Charis. p. 47. P. Vergilio adscribit, de quo auctore neque Lachmann. ad Lucr. III, 174. p. 164. dubitat (cf. Ribbeck. Proleg. Vol. IV. p. 14. et Diss. nostra de vita et carm. Verg. adn. 15.) etiam in Burm. Anth. Lat. III. p. 293., in Wernsdorfii Poett. Lat. minn. II, 292 sqq. et in Meyeri Anthol. Lat. p. 29 sq. legitur.

Copa Syrisca, caput Graia redimita mitella,
 Crispum sub crotalo docta movere latus,
Ebria fumosa saltat lasciva taberna.
 Ad cubitum raucos excutiens calamos:
„Quid iuvat aestivo defessum pulvere abisse?
 Quam potius bibulo decubuisse toro!

---

1. *Copa*, quae etiam lenae negotium videtur exercuisse (cf. v. 33.), non solum verbis utitur, quibus praetereuntes alliciat, sed, quo certius oculos hominum in se suamque cauponam convertat, ante eam lascivam saltationem ad instrumenta musica s. crepitacula instituit. Vide quae de hac cauponum et cauponarum s. coparum vitae ratione exposui in libro meo *Hellas u. Rom.* I, 1. p. 4. et 44. (coll. p. 31.). Vocabulum *copae* praeter h. l. legitur etiam ap. Suet. Ner. 27. — *Syrisca* nomen proprium est copae, quod legitur etiam in antiquis lapidibus (cf. Ilgen. p. 21.), ut *Syriscus* apud Martial. V, 71, 2.; quamquam Sillig. (coll. Weicherto de Domitio Marso p. 4.) concedit, etiam originem copae eo spectari, „ut ipsa vel eius parentes ex Syria Romam delati ibique in libertatem vindicati essent.“ Ilgen., de Ambubaia cogitans (de quibus cf. liber meus modo comm. ibid. p. 188. adn. 442.), legi voluit *Syrissa*, coll. Schol. Hor. Sat. I, 2, 1. *Ambubaiae dicuntur mulieres tibicinae lingua Syrorum;* cui addi poterat Lucilii Sat. III, 33. *Caupona hic tamen una Syra.* — De mitra (cuius diminutivum *mitella* legitur etiam ap. Cic. pr. Rab. Post. 10.), capitis tegumento Asiae proprio (hic autem *Graeco* dicto, quia magna pars Asiae Minoris a Graecis habitabatur), quo apud Romanos et meretrices (vid. Serv. ad Aen. IV, 215. Iuven. III, 66. coll. Plin. XXXV, 9, 35.), et vetulae utebantur (Ovid. Fast. IV, 517. III, 669. Met. XIV, 654. etc.) vid adnott. ad Aen. IV, 215. — *sub crotalo*, ut apud Graecos ὑπό, qua de re Sillig. conferri iubet Hemst. ad Lucian. T. II. p. 434. Bip. Imprimis autem vid. Calpurn. VIII, 3. *gracili sub arundine carmen Compositum.* De saltatione ad crotala (*Castagnetten*) cf. Ilgen. p. 25. Lamp. de cymb. I, 4, 5. Interpp. ad Cic. in Pis. 9, 20., et Macrob. Sat. III, 14, 4. 7. p. 317. et 320. Ian. atque de *crotalis* ipsis liber meus comm. ibid. p. 52. adn. 71. — *movere latus* pro saltare legitur etiam ap. Ovid. A. A. III, 301. et al.; quare etiam ibid. v. 351. *artifex lateris*, i. q. saltationis artifex. — *crispum*, crispatum, vibratum. Cf. Priap. XVIII, 2. et adnott. ad Aen. I, 313. — 3. *Ebria.* Eiusmodi mulierculas plerumque vinosas, neque id magno dedecori fuisse memorat Ilgen. coll. Ovid. A. A. III, 761 sq. Prop. II, 33, 55. IV, 5, 45. IV, 8, 30. Hor. Od. I, 36, 13. III, 15, 13. etc. — Vulgo *famosa*, scil. ob quaestum meretricium. Nos cum Heynio, Hauptio et posterioribus editoribus praetulimus Cod. Helmst. lectionem *fumosa.* Ilgen. coni. *formosa.* — *lasciva*, arcte cohaerens cum *saltat*, Adverbii loco est positum. — 4. „Crotalistria *calamos*, i. e. ipsa crotala ex arundine scissa, *ad cubitum excutit*, dum virgularum, quas medias digitis tenet, partem inferiorem versus brachia complodit.“ *Heyn.* Vid. Lamp. l. l. p. 268. Sillig. imprimis conferri iubet Boettiger. Mythol. artis opp. illustr. I. p 413 sq. — 5. Vulgo *abesse*, peregrinari, iter facere (*draussen auf der Strasse sein*). Nos cum Ilgenio, Hauptio (qui cf. in Iahnii Annal. Suppl. II. 1833. p. 198 sq., ubi etiam v. sequ. legi vult *Cum potis es*, quam tamen coniecturam in edit. suam non recepit) et posterioribus editoribus recepimus *abisse* (*was frommt es, im Sommerstaube weiterzuziehen?*). — 6. Vulgo *Quam potius bibulo*, ut *bibulus torus* sit gramineus (vid. ad Aen. V, 388.) et aqua rivi vicini (cf. v. 12.) irriguus, ut *bibulum litus* ap. Ovid. Her. XVII, 139. (Cf. adnott. ad Geo. I, 114. De *toro* gramineo autem vid. ad Aen. l. l.) Pro *Quam potius* autem iam Ilgen. *Quam potum* legendum esse divinaverat, eamque coniecturam a Silligio receptam sane comprobarunt Codd. Gud. et Voss. Nihilominus cum recentioribus editoribus revocavimus ceterorum librorum lectionem, cum Ladew. vero et Benoisto servavimus scripturam *bibulo toro*, cui Haupt. et Ribbeck. substituerunt unius Gud. lectionem *viduo toro* (ut ap. Ovid. Her. XVI, 306., *auf einsamem Lager*), quamquam

Sunt topia et calybae, cyathi, rosa, tibia, chordae,
 Et trichila umbriferis frigida harundinibus;
Est et, Maenalio quae garrit dulce sub antro
 Rustica pastoris fistula more sonans;
Est et vappa, cado nuper defusa picato;
 Est crepitans rauco murmure rivus aquae;
Sunt et Cecropio violae de flore corollae
 Sertaque purpurea lutea mixta rosa.

Haupt. Annal. l. l. contra hanc lectionem, quae mera coniectura videatur, disputaverat. — **7.** Cum Hanptio et posterioribus editoribns restituimus plurimorum Codd. lectionem *topia*, i. e. topiariorum artificiosa opera praesectis plantarum, imprimis buxi, foliis varias figuras (bestiarum etc.) effingentium. Cf. Vitruv. VII, 5. Spartian. Hadr. 10. et liber meus supra comm. I, 1. p. 238. cnm adn. 10. Alii Codd. exhibent *cuppae*. Sillig. cnm Ilgenio ex Scaligeri coni. edidit *obbae*. (Obba autem secundnm Ilgen. erat poculnm maioris modnli crateris loco adhiberi solitum, ventrosnm, firmiter sedens. Cf. Varro ap. Noninm p. 146, 8. et 545, 1. et Pers. V, 148.) — Pro vulg. Codd. lectione *calices* ex aliis Codd. (*calybae*, *kalybes*, *kalibes*, *chalibes* exhibentibus, quae lectiones nullo modo ex trito illo *calices* oriri poterant), iam Scaligero snasore, cnm Hanptio et posterioribns editoribus restitui *calybae* (*καλύβαι*, *Lauben*), qnas tamen diversas fuisse a trichilis statim adiectis per se patet; quare fortasse erant umbracula lignea, tabulis s. axibns constructa (*Gartenhäuschen*). — *cyathis* misceri vinnm, e *calicibus* bibi solebat. — **8.** „*trichila* vel trichilnm pergula est ex vitibns aliave arbore pedamentis et iugis firmata, implicitis frondibus concamerata vel arcnata ad umbram faciendam, notiore voce *hypampelos* dicta. Vid. Viros doctos ad b. l. et ad Colnm. X, 378.“ *Heyn.* Vid. etiam ibid. v. 394. et Caes. B. C. III, 96, 1. ibiqne Oberlin. coll. cnm Prop. V, (IV,) 8, 35 sqq. Sillig. conferri iubet Uhdonium in Wolfii *Museum d. Alterth.* I. p. 538. et Orellium ad Inscriptt. Latt. p. 3539. (2909.). Scribendi rationem confirmat Inscriptio ap. eundem n. 4517. Ceterum cf. infra v. 31. — **9.** Sillig., contra Ilgeninm disputans, qni ordinem verborum hnnc esse contendit: *fistula in ore pastoris rustica sonans*, verba sic struenda esse docet: *Est et rustica fistula pastoris sonans more* fistulae, *quae Maenalio sub antro dulce garrit.* — *Maenalio sub antro*, nt Calpnrn. X, 66. *Maenalia in valle.* Vid. ad Ecl. VIII, 21. X, 55. Geo. I, 17. — *garrit.* Cf. Tibnll. II, 5, 30. *garrula silvestri fistula sacra deo* (et eiusd. III, 4, 38. *garrula lyra*). *Dulce* autem *garrit*, nt ap. Hor. Od. I, 22, 23. *Lalage dulce ridens, dulce loquens* etc. — **11.** *vappam* (i. e. vinum corruptum omninoque vile) per iocnm modo copa, vulgarem potorum sermonem imitando irridens (cf. Hor. Sat. I, 5, 16.), vinum snum vocat, quod ex verbis statim additis *cado nuper defusa picato* apparet. — *defusa* autem pro vulg. *diffusa* Scaligero et Ilgenio suasoribus Sillig. e Codd. restituit. Cf. Hor. Od. IV, 5, 34. Oudend. ad Lucan. IV, 82. Wernsd. ad Gratian. 474. et Stern. ad Gratian. v. 474. — **12.** *crepitans* idem Vir doct., Ilgenium secntus, e Codd. recepit, coll. Hor. Epod. XIV, 47. et Verg. Aen. XI, 297. Vulgo *strepitans*. — *rauco murmure. Rauci rivi* commemorantur etiam Claudiano de Cons. Olybr. 221.; qnare non opus est Ilgenii coni. *parvo*, vel Viri docti in Seebod. Bibl. Crit. I. p. 84. *raro*. Ribbeck. (qnem Benoist. secutus est) vv. 11. et 12. invitis Codd. inter v. 8. et 9. inseruit. Nos cum Hauptio hanc transpositionem non necessariam duximns. — **13.** Vulgo *Sunt etiam croceo violae de flore corollae.* Sillig. recepit Burmanni coni. *Sunt et Corycio iunctae* etc., qnacum Ilgen. confert Martial. IX, 39. Stat. Silv. V, 1, 214. et Hor. Sat. II, 4, 68. (De croco Corycio vid. etiam ad Geo. I, 56. et IV, 182.) Cum tamen plnrimi Codd. *etiam croceo* et qnatnor *et Cecropio*, pro *iunctae* vero (al. *vinctae*, *vincte*) tres *viole* exbibeant, cnm Hauptio et posterioribus editoribus has lectiones amplexi sumus, qnamquam de violis Cecropiis, i. e. Atheniensibns s. Atticis, nihil

Sunt et virgineo libata Achelois ab amne
Lilia, quae niveis attulit in calathis.
Sunt et caseoli, quos sirpea fiscina siccat,
Sunt autumnalis cerea pruna deae;
Sunt et mora cruenta et lentis uva racemis
Et pendens iunco caeruleus cucumis,
Castaneaeque nuces et suave rubentia mala;
Est hic munda Ceres, est Amor, est Bromius.
Est tuguri custos, armatus falce saligna,
Sed vasto non est inguine terribilis.
Huc, calybita, veni: lassus iam sudat asellus;
Parce illi Vestae: delicium est asinus.

---

praecipuum novimus. — 15 sq. „Suavissimum distichon: Cernis Nympham calatho afferentem potantibus lilia. Cf. Ecl. II, 46 sqq. (ibique adnott.).“ *Heyn.* Verba sic coniunge: *Sunt et lilia, quae libata ab amne virgineo Achelois attulit in calathis niveis.* *Sunt et* Sillig. e Codd. restituit pro vulg. *Et quae.* — *Achelois* omnino pro Nympha, cum Acheloum pro quavis aqua dici constet. Cf. adnott. ad Geo. I, 9. — *libata ab amne* Heyn. et Wernsd. satis artificiose explicant per humefacta ab amne, florentia in ripa, quam alluit unda; sunt potius ex ripa decerpta et inter plures flores electa. — *virgineus amnis* Heynio est purus et pellucidus. Silligio epitheton propter Nympham additum videtur et loco Genitivi *eius* positum. — 16. *niveis in calathis*, i. e. liliorum niveorum plenis. Cf. Cort. ad Lucan. I, 305. a Silligio laud., qui hanc lectionem e Cod. Voss. restituit pro vulg. *Lilia vimineis* etc. — 17. *scirpea* pro vulg. plurimorum Codd. lectione *iuncea* Sillig. revocavit ex Cod. Leid., quocum consentiunt Gud., alter Voss. et ed. Ald. *sirpea* praebentes, quam scribendi rationem nos cum recentioribus editoribus praetulimus. — 18. *cerea pruna*. Vid. ad Ecl. II, 53. — *auctumnalis deae* (i. e. Pomonae) Sillig. pro vulg. *autumnali die* e Codd. restituit. — 19. *mora cruenta*, ut Ecl. VI, 22. *mora sanguinea*, propter succum cruori similem (cf. Alcimi Epigr. inter Petroniana v. 7. *Horreo sanguineo male mora rubentia succo*), unde fabula Pyrami et Thisbes. Cf. Ovid. Met. IV, 161 sqq. — 20. *Et pendens* omnes fere Codd. exhibent, quos Sillig. secutus est. Vulgo *Est pendens.* — *caeruleus cucumis.* Sic etiam Prop. V, (IV,) 2, 43. „Ceterum Ilgen. versuum ordinem ita disponit: 21. 22. 19. 20. perquam sane probabiliter, quia v. 20. enumerata cauponae commoda aptissime claudit facilemque ad Priapum transitum facit.“ Haec *Sillig.*, cui etiam Meyer. p. 48. adsentitur. Quare cum Hauptio et posterioribus editoribus versuum ordinem sic immutavimus. — V. 21. *Castaneae nuces*, ut Ecl. II, 52., ubi vid. adnott. — 22. *Ceres -- Bromius.* Vid. ad Ecl. V, 69. *Bromius* autem vocabatur Bacchus, vel quia inter fulgura et tonitrua vitae lucem adspexit (Diod. IV, 5.), vel quia a Brome s. Bromie Nympha educatus erat (Hygin. f. 182.). Cf. etiam Ovid. Met. IV, 11. — 23. De Priapo sermonem esse patet. Cf. adnott. ad Geo. IV, 110 sq. — 24. Ilgen. scribit *vasto ex inguine*, qua coniectura non opus esse docet Sillig., cum sensus loci hic sit: Adstat Priapus, terribilis falce saligna, qua fures et aves arcet; nemo vero terretur inguine eius vasto. Ceterum cf. Priap. XIX, 6. LVI, 4. Colum. X, 32 sqq. al. Cum Hauptio vero et posterioribus editoribus ex uno Cod. Colbert. verba transposuimus, quae vulgo sic collocantur: *Sed non et vasto est i. t.* — V. 25 sq. vulgo sic leguntur: *Huc Calybita* (sic unus Colbert., plurimi *calibita*, tres *chalybita* exhibent) *veni: fessus iam sudat asellus: Parce illi; vestrum delicium est asinus*, et Viri docti permulta de iis disputarunt (cf. Ilgen. p. 40—52.). Sillig. inde fecit *Huic Cybelista venit*, -- *Parce illi: nostrum del. est asinus*, sensumque loci sic exponit: *Huic* (ad hunc, ad Priapum: cf. Cort. ad Lucan. IV, 647. Ruddim. II.

Nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadae,
  Nunc veprum gelida saepe lacerta latet.
Si sapis, aestivo recubans te prolue vitro,
  Seu vis crystallo ferre novos calices.
Eia age pampinea fessus requiesce sub umbra
  Et gravidum roseo necte caput strophio,
Formosus tenerae decerpens ora puellae.
  Ah pereat, cui sunt prisca supercilia!

---

p. 154. et adnott. ad Ecl. II, 30. VIII, 101. Aen. II, 688. al.) *Cybelista* (i. e. Gallus, Cybeles sacerdos, quod nomen, quamquam apud alium scriptorem Romanum non legatur, nitatur tamen Cratini auctoritate ap. Hesychium v. *ἀγερσικυβῆλις*, qui talem hominem *ἀγύρτην καὶ κυβηλιστήν* dicat) *venit*, hac cum prece: „Asellus quam maxime fessus amplius ire nequit. Coactus sum hac in caupona devertere, quod non nisi timidus facio, gnarus tibi, Priape, asinum omnium invisissimum esse animal (Ovid. Fast. VI, 345. coll. I. 439. et Lact. Inst. I, 21, 25.). Tu tamen parce asino, quia nostrum est *delicium;*" de cuius vocis obscoeno sensu Vir doct. conferri iubet Phaedr. III, 20. et Boettiger. *Kunstmythol.* I. p. 294. Nos cum Iahnio, Hauptio et posterioribus editt. nunc revocavimus Codd. lectionem, ut *calibyta* (*καλυβίτης* a *καλύβη* dictus) item Gallum significet; v. 26. autem cum iisdem viris doctis recepimus felicissimam Is. Voss. (ad Catull. p. 165.) coniecturam *Vestae*, quam confirmant Codd. quidam lectione *vestrae*. Asinus enim ruditu suo ferebatur Priapum fugasse Vestae vim illaturum (Ovid. Fast. VI, 311 sqq. Lactant. Inst. I, 21, 26. Lydus de mens. IV, 1. p. 107.), quare etiam lucernae Vestae asini caput ostendunt (cf. Creuzer. *Symb.* III. p. 211 sq.) et in Vestalibus asini corollis et monilibus de pane ornati per urbem ducebantur. (Ovid. Fast. VI, 311. Prop. V (IV), 1, 21. [*Vesta coronatis pauper gaudebat asellis*]. Vid. librum meum *Hellas u. Rom.* I, 2. p. 155.) Alias editorum coniecturas et sententias de hoc loco omitto. — **27** sqq. De temporis significatione Ilgen. laudat Theocr. VII, 22. et Verg. Ecl. II, 9. — **28**. Sillig. ex Gud. (quocum conspirant tres alii Codd. et ed. Ald.) edidit *etiam in gelida*, cum in plurimis Codd. legatur *vere in gelida*, et retinuit vulg. *sede*, cuius loco Colb. 4. *sepe* et Gaibac. *saepe* exhibent, quod etiam Heins., Burm. et Heyn. commendant; quare recepimus Hauptii coniecturam *gelida veprum saepe* (in Iahnii Annal. Suppl. II. p. 199. idem Vir doct. coniecerat *veprum gel. sede*). Ribbeck. (quem Benoist. secutus est) edidit *varia in gelida saepe*. — **29**. *aestivo vitro*, poculis capacioribus, ad restinguendam sitim multo aestu contractam accommodatis; ut recte Ilgen. Cf. Prop. V, (IV,) 8, 37. *Lygdamus ad cyathos, vitrique aestiva supellex*. — *te prolue*. Cf. Aen. I, 739. ibique adnott. — **30**. *Seu vis* (mavis) *ferre*, adferre, adhibere. — *calices crystallo*, e crystallo factos. Cf. adnott. ad Aen. I, 655. — **31**. *Eia age*. Vid. ad Aen. IV, 569., ubi nunc adde Lachm. ad Lucr. III, 374. p. 164. — *pampinea umbra* est trichila v. 8. commemorata. Cf. Verg. Ecl. VII, 10. et Calpurn. XI, 46. — **32**. *strophium* pro vitta s. fascia, cui flores innectuntur, ideoque pro ipso serto. Cf. Plin. XXI, 2, 2. *nectere* pro innectere, implicare. Cf. Aen. V, 309. Ovid. Am. I, 2, 23. *Necte comam myrto* etc. — **33**. Receptam lectionem Sillig. e Codd. restituit, ut *decerpere ora* per licentiam poeticam dictum sit pro: ore oscula decerpere; et *carpere* (ut alibi *libare*, *delibare*) *oscula* satis frequentatum. Cf. Ovid. Met. IV, 358. Am. II, 11, 45. Her. XI, 117. Martial. V, 47, 1. etc. Vulgo *Candida formosae decerpes ora puellae*, quod praeter Scal., Burm. et Heyn. etiam Broukh. ad Tibull. IV, 4, 17. retinuit. Oudend. coni. *Fac, morsu teneri decerpas ora puellae* et Ilgen. *Fac, morsus tenerae decerpens ore puellae*. — **34**. *prisca supercilia*, qualia fuerunt priscorum hominum, adducta, tristia, severa. Cf. Ilgen. ad h. l. et Interpp. ad Cic. pro Sextio 8, 19. ad Martial. I, 5, 2. XI, 2, 1. Priap. I, 2. Senec. Hip-

Quid cineri ingrato servas bene olentia serta?
Anne coronato vis lapide ipse tegi?
Pone merum et talos. Pereat, qui crastina curat!
Mors aurem vellens: Vivite, ait, venio."

---

pol. 796. al. — Ribbeck. *quoi* edidit pro *cui*. — 35. *cineri ingrato.* Vid. ad Aen. VI, 213. coll. Aen. IV, 34. — 36. *tegi* pro vulg. *legi* Sillig. (Ilgenio suasore) e Codd. revocavit, „ut poeta alludat ad morem illum Romanorum, quo lectus funebris floribus et coronis obtegebatur, qui tum in sepulcrum deiiciebantur vel comburebantur (Kirchmann. de funer. I, 11. p. 58.)," et copa moneat lectorem, ne coronas usui funebri reservet. — *coronato lapide.* Nam non solum in sepulcrum deiiciebantur flores, sed etiam lapis sepulcralis iis coronabatur. Cf. Kirchmann. ibid. IV, 2. p. 374 sqq. et Interpp. ad Prop. IV, 15. (III, 16), 23. — Pro vulg. *ista,* quod Sillig. retinuit, Ilgen. coniecit *ossa*, quod Ribbeck. et Benoist. receperunt. Equidem praetuli Hauptii *ipse*, quod minus differt a Codd. lectione. — 37. *Pone*, iuvenis formose (cui haec acclamantem fingit poeta copam), *merum et talos*, utere iis in mensa appositis. Sine talis autem convivii festivitas nulla apud Romanos poterat peragi. Cf. Hor. Od. I, 4, 18. Prop. V, (IV,) 8, 35. Plaut. Mil. glor. II, 2, 9. etc. et liber meus *Hellas u. Rom* I, 1. p. 134. 189. et I, 2. p. 159. — Pro vulg. *Pereant, qui crastina curant* Sillig. cum Ilgenio ex omnibus Codd. praetulit Singularem ob v. 34. idemque fecerunt Haupt. et posteriores editores. Ceterum cf. Hor. Od. I, 9, 13. I, 11, 8. Martial. I, 16, 12. et similes locos. — 38. *aurem vellens.* Vid. ad Ecl. VI, 3. — *vivite*, vita fruimini, ut saepe. Cf. Catull. V, 1. Cic. ad Qu. fr. III, 1. IV, 12. Martial. l. l. Hor. Od. III, 29. 42. Ep. I, 6, 67. Sat. II, 5, 110. Inscr. ap. Gruter. p. 609, 3. 799, 8. etc. — *venio*, verbum proprium de morte. Cf. Tibull. I, 1, 84. I, 3, 65. I, 10, 34. Prop. III, 5, 34. (II, 13, 50.) et al.

MORETUM.

ARGUMENTUM.

„Faciunt viri docti carminis summam *moretum*, h. e. edulii rustici genus, ex allio, apio, ruta, coriandro, bulbo, additis caseo, oleo et aceto, comparatum, quod Simulus conficit. - - Sed quantum equidem assequor, latius patet Idyllii huius argumentum. Describitur enim omnino primi diei pars et quae diluculo vel mane geruntur a rustico, antequam ad opus rusticum procedat. Surgit mane Simulus, qui conductum agrum arare videtur, cum Cybale [Scybale], Afra genere, forte libertina, et primo loco ea parat, quibus per diem illum vitam toleret, h. e. famem expleat. Igitur panem coquit, quod a v. 17. ad 52. procedit, inde, ut habeat, quo pro obsonio utatur, moretum sibi parat, h. e. edulium acribus herbis, oleo acetoque confectum, quo stomachum vellicet. Itaque malim dicere, describi hoc carmine primam diei partem vitae rusticae. Suspicor autem, aut fragmentum nos tantum habere maioris carminis, quo totum opus diurnum exponebatur (nam sub finem in agrum ad arandum procedit Simulus); aut successisse plura Idyllia, quae ceteras rustici operis partes obsequerentur." Haec *Heynius* in Prooemio. Maroni hoc carmen adscribendum videri, iam in Diss. de vita et carm. adn. 15. docuimus.

Iam nox hibernas bis quinque peregerat horas
Excubitorque diem cantu praedixerat ales,
Simylus exigui cultor cum rusticus agri,
Tristia venturae metuens ieiunia lucis,
Membra levat vili sensim demissa grabato
Sollicitaque manu tenebras explorat inertes
Vestigatque focum, laesus quae denique sentit.
Parvulus exusto remanebat stipite fomes
Et cinis obductae celabat lumina prunae.
Admovet his pronam submissa fronte lucernam
Et producit acu stuppas humore carentes,

---

1. De decem horis noctis hibernae cf. Ideler. *Handb. d. Chronol.* II. p. 10 sqq., ab Iahnio laud., qui specimen huius carminis (v. 1–51.) Commentario Germanice scripto illustrati edidit in Seebodii etc. *Archiv für Philol. u. Paedag.* (s. Annal. Suppl.) IV, 4. p. 627 sqq. — *bis quinque.* Vid. ad Aen. I, 71. — **2.** „Gallnm gallinacenm ornant passim poetae, et notum est illud Prndentii [Cathem. I, 1.] *Ales dici nuntius*, ubi plura dant Interpp.“ *Heyn.* Cf. etiam Martial. XIV, 223. *Cristataeque sonant undique lucis aves.* — **3.** *Simulus* s. Simylus, ut cum Hauptio et posterioribus editoribus scripsimus Codd. Bemb. et Thuan. (in quo *Symilus*) auctoritatem secuti, notum servorum nomen. Cf. Schol. Theocr. III, 7. Iacobs. ad Anthol. Pal. p. 60. et 131. et Wernsd. ad h. l. (Poett. Latt. Minn. II. p. 264 sqq.). — **5.** Sillig. et Iahn. ex quinque Codd. ediderunt *sensim vili*, cum Adverbium pertineat ad verbum *levat*, et haud raro Adverbia, si pronuntiando premenda sint, ponantur post Verba, ad quae pertineant. Klopfer. tamen (qui hoc carmen cum translatione Germ. separatim edidit Zwickav. 1806.) restituit vulgarem verborum ordinem, cum Adverbium ante versus caesuram poni soleat, si eius Substantivum finem versus occupet; quem usum huius carminis auctor etiam v. 9. 10. 18. 27. 28. 30. etc. sequatur; eumque verborum ordinem nos cum Hauptio et posterioribus editoribus probavimus. — *demissa*, quia grabatus est humilis. — *grabatus*, vox propria de vili lectulo servorum et hominum egenorum. Cf. de eo Martial. IV, 53, 5. VI, 39, 4. XII, 32, 11. Petron. c. 97. etc. — **6.** *manu explorat.* Cf. Ovid. Met. X, 455. *Altera* (manus) *motu Caecum explorat iter*, et Tibull. II, 1, 78. *Explorat cui manus vias.* — *tenebras inertes* noctis, quae omnia reddit inertia; sollemne noctis, frigoris, somni, mortis epitheton. Cf. Ovid. Met. VIII, 790. Am. II, 10, 19. Met. VII, 544. etc. Collocationem epitheti, quod alibi apud poetas Substantivum suum aut antecedere aut proxime excipere solet, in fine versus satis tuentur loci Aen. I, 45. 60. 61. 89. 155. etc., quod verissime docet Iahn. — *laesus*, scil. fumo et cinere adusta, ut versus seqq. docent. — *sentit* Sillig. recte recepit ex pluribus Codd. pro vulg. *sensit*, quod non sollicitandum fuisse censet Iahn., cum Vergilius post Praesens histor. haud raro in sententiis relativis utatur Perfecto. — **8.** Vulgo *Parvulus fumus*, i. e. exiguus, non alte assurgens. Heyn. haec adnotat: „Nihil verius, nec ad naturam rei accommodatius: prodit enim fumus tenuis favillam occultam.“ Praestat tamen Scaligeri coniectura iam Klopfero probata, quam nunc cum Hauptio ceterisque recentioribus editoribus recepimus, ut *fomes exusto stipite* sit carbo, quem Siculus, admotum prunae, flatibus incendat. — **9.** *lumina*, carbonem per noctem lucentem. — **10.** *his*, luminibus, *admovet lucernam* olearem *submissa fronte*, inclinato in focum capite, ut carbonem flatu accendat. Barth. Adverss XXXV, 8. male de fronte lucernae cogitat. — **11.** Stuppas lucernae ore exstantes acu adhibita magis etiam producit et flammae capiendae aptiores reddit. — *humore*, i. e. oleo, *carentes*, quare id ipsum facit Simylus, quod modo vidimus. Mire *Sillig.*: „stupae humore carentes dicuntur, quia Simulus bene caverat, ne aqua eas attingeret.“ Ceterum Sillig. et Iahn. rectius scripsissent *stuppas*

Excitat et crebris languentem flatibus ignem.
Tandem concepto se lux fulgore recepit,
Oppositaque manu lumen defendit ab aura
Et reserat clausae quae pervidet ostia cellae.
Fusus erat terrae frumenti pauper acervus;
Hinc sibi depromit, quantum mensura petebat,
Quae bis in octonas excurrit pondere libras.
    Inde abit adsistitque molae parvaque tabella,
Quam fixam paries illos servabat in usus,
Lumina fida locat; geminos tum veste lacertos
Liberat et cinctus villosae tegmine caprae

---

quam *stupas*. Vid. ad Aen. V, 682. — **12.** *Excitat et.* Vid. ad Ecl. I, 34. IV, 63. al. — **13.** Pro vulg. Codd. quorundam lectione *tenebrae fulgore recedunt*, cuius loco plurimi Codd. *sed lux fulgore recedit* exhibent, cum Hauptio et posterioribus editoribus amplexi sumus Scaligeri coniecturam *se lux fulgore recepit* a Codd. lectione fere non diversam. — V. **15.**, haud dubie corruptus, vulgo sic legitur: *Et reserat clausa, quae praevidet, ostia clavis.* Sillig. coniicit *casulae quae praevidet ostia clavis*, et verba *quae praevidet* satis mire explicat: quae (ostia) clavis (quam vocem pro Subiecto sententiae habet) prius videt, quam rusticus. Sed cum ex v. 16 sqq. appareat, rusticum ex cella penaria frumentum esse petiturum, et Codd. Vind. et Sorbon. ro vera *qua*, Colbert. 5. autem *providet* pro varia lectione exhibeat, praestat haud dubie Iahnii emendatio: *Et reserat cellae, qua providet* (scil. sibi, *durch welche er sich vor Mangel schützt*), *ostia clavi*, quamquam Iahn. ipse poetam potius *quae praeiacet* vel tale quid scripsisse suspicatur. Klopfer. coniicit *Et reserat cellae, quae providet ostia, clavi*, ut constructio sit: *Et res, ostia cellae clavi, quae* (ei) *providet*, Keil. vero in Philol. II. p. 168. *Et reserat caute quae praevidet ostia clausi*, ut *clausum* (cf. adnott. ad Geo. IV, 303.) significet granarium, cui rusticus, lucernam manu tenens, caute appropinquet. Nos cum Hauptio et posterioribus editoribus recepimus plurimorum Codd. lectionem *pervidet* (alii *previdet* vel *praevidet* exhibent), et cum plurimi Codd. praebeant *clausae* vel *clausa*, hic vero non de casulae, in qua habitabat Simylus (ut infra v. 61.), sed de pennarii ostio s. ianua sermo sit, quod iam Wernsd. perspexit, Hauptii coniecturam *clausae - - ostia cellae*, dum Ribbeck., Ladew. et Benoist. Codd. Colb. 5. et Scaligeri lectionem *reserat casulae - - ostia clavi* amplexi sunt per se non absonam. Cf. quae de veterum claustris et clavibus in libro *Hellas u. Rom.* I, 1. p. 217 sq. exposui. — **16.** *terrae* pro vulg. *terra* Sillig. ex Codd. restituit, quem etiam Ladew. et Benoist. sequuntur. Vid. ad Geo. II, 290. Aen. VI, 84. al. et (quem hic laudat Sillig.) Hoffmann. in Iahnii Annal. Vol. VII. p. 17. Haupt. et Ribbeck. receperunt unius Cod. Reg. a m. sec. lectionem *terra*. — **17.** *petebat* Sillig. ex plurimis Codd. recepit pro vulg. *patebat*, notatus propterea ab Iahnio, qui *petebat* pro glossa habet. De Imperfecto Praesens historicum sequente cf. Aen. V, 674. VI, 411. IX, 69. 80. 777. aliosque locos ab Iahnio collatos. De causa alterius Praesentis *excurrit* in sententia relativa, temporis rationem plane non curante, sed meram Praedicati notionem Subiecto adiiciente, vid. ad Aen. I, 316. II, 275. et IX, 266. Ceterum sedecim libras pondo frumenti capiens, Simylus sibi et Scybalae non solum in hunc unum diem cibum paraturus esse videtur, cum singulis servis Romani tres tantum frumenti libras quotidie admetiri solerent, quod ex Catone de R. R. c. 56. docet Heyn. in Opusc. T. I. p. 251. — *bis in octonas.* Vid. ad v. 1. coll. adnott. ad Ecl. VIII, 73. — **20** *quam fixum servabat.* Cf. Geo. III, 214. et IV, 41. — **21.** *Lumina fida.* Cf. Aen. VI, 524. et VII, 640. — *tum* pro vulg. *tunc* Sillig. recte restituit e Codd. Cf. Iahn. ad h. l. et adnott. ad Ecl. III, 10. — **22.** *tegmine* idem Vir doct. pro vulg. *tergore* e Codd. revocavit, coll. Aen. I, 275. 353. et VII, 666. De hoc autem pastorum et agricolarum vestimento cf. Colum. I, 8,

Praeverrit cauda silices gremiumque molarum.
Advocat inde manus operi, partitus utrimque:
Laeva ministerio, dextra est intenta labori;
Haec rotat adsiduum gyris et concitat orbem
— Tunsa Ceres silicum rapido decurrit ab ictu —,
Interdum fessae succedit laeva sorori
Alternatque vices. Modo rustica carmina cantat
Agrestique suum solatur voce laborem;
Interdum clamat Scybalen. Erat unica custos,
Afra genus, tota patriam testante figura,
Torta comam labroque tumens et fusca colore,
Pectore lata, iacens mammis, compressior alvo,

---

9. et Casaub. ad Theophr. Char. 4. — 23. *cauda*, peniculo, quo ad detergendas mensas et alia utebantur veteres; quamquam etiam dependens pellis, qua Simylus indutus est, lacinia intelligi potest. — *silices* sunt gemini lapides molares, quibus ex Heynii coni., quam Cod. Teller. confirmat et Sillig. recepit, verba *geminumque molarem* per epexegesin adduntur (vid. adnott. ad Catal. XI, 51.). Iahn. tamen, Haupt. et posteriores editores, quos secuti sumus, retinuerunt vulgarem lectionem *gremiumque molarum*, ut gremium sit cavum illud, in quo lapides molares circumaguntur, et Gen. *molarum* pro simplici Pronomine demonstr. post *silices* repetitus. Ceterum *Heyn.* haec adnotat: „Describit autem poeta molam manuariam, trusatilem seu versatilem, binis saxis asperis ita sibi impositis, ut, inferiore manente immobili, superius, quod v. 26. *orbem* appellat, circumactum attritu grana frangeret.“ Eiusmodi molam etiam Cato R. R. c. 10. inter supellectilem rusticam refert. Cf. etiam Goetz. de pistrinis c. 3. §. 12., a Wernsdorfio laud. — 24. *partitus utrimque*, inter utramque manum opus partitus. Cf. Ennius ap. Nonium p. 475, 25. et Phaedr. III, 19. *in ambos civitatem partitus.* Wernsd. malit *partitus utrumque*. Haec autem verba accuratius explicari sequente versu, quisque videt. — 25. *ministerium* laevae in congerendis et infundendis granis, *labor* dextrae in ipsa mola circumagenda consistere videtur. — 26. Pro vulg. *adsiduis* a quatuor Codd. exhibito cum Hauptio et posterioribus editoribus recepi plurimorum Codd. lectionem *adsiduum*. De *gyris* vid. ad Geo. III, 115. — *orbem.* Vid. ad v. 23. — 27. Grana tunsa, ideoque farinam, deiicit in vas subiectum. De *Cerere* pro frumento posita vid. ad Ecl. V, 69. Pro *ictu* Wernsd. cum Scalig. malit *actu*, comparans Petron. c. 135. *quae facili vilis rota finxerat actu.* — 29. *rustica carmina*, praemisso Adiectivo, quia non solum est ornans epitheton, sed genus carminum accuratius definit ideoque pronuntiando premendum est. Vid. ad Aen. V, 840. De ipsis carminibus rusticis Sillig. conferri iubet Zell. *Ferienschriften* I. p. 83 sqq. et II. p. 207. — 30. *solatur voce laborem.* Cf. Geo. I, 293. coll. adnot. ad Aen. I, 239. — 31. *clamat.* Vid. ad Ecl. VI, 44. — *Scybalen.* Sic Haupt. et posteriores editores cum pluribus Codd. pro vulg. *Cybalen.* De nomine huius servae Wernsdorfius laudat Heliodor. VIII. p. 330., ubi Arsacis nutrix eo appellata commemoratur. — 32. „Qui sequitur, praeclarus est locus de habitu corporum Afrorum: qui idem prorsus est, qualem nunc cernimus, ut naturam sibi per omnia saecula constare dubitare non liceat. Similis Petronii locus c. 102. ad alios Africae tractus spectat et de servis ex Aethiopia agit, similibus iis, quos negros appellamus. Alii loci a Iunio de pictura III, 8, 4. Fea ad Winckelm. T. I. p. 65. et Wernsd. ap. h. l. [qui laudat Martial. VI, 39, 6. de Spect. I, 3, 10. et Anthol. Burm. III, 162.] sunt congesti.“ Haec fere *Heyn.* Discimus autem ex hoc loco, veteres Romanos eiusmodi servis nigris etiam in agro colendo usos esse. — *colore* pro vulg. *colorem* Sillig. e Codd. recte restituit. — 34. *pectora iacent mammis* pro: in pectore sunt mammae iacentes, quod proprium hac de re vocabulum. *Iacere* de mammis legitur etiam ap. Plin. Epist. III, 6. et Sidon. Apoll. III, 13. Idem sibi volunt *inclinatae mammae* ap.

Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta.
[Continuis rimis calcanea scissa rigebant.]
Hanc vocat atque arsura focis inponere ligna
Imperat et flamma gelidos adolere liquores.
  Postquam inplevit opus iustum versatile finem,
Transfert inde manu fusas in cribra farinas
Et quatit; ac remanent summo purgamina dorso,
Subsidit sincera foraminibusque liquatur
Emundata Ceres. Levi tum protinus illam
Componit tabula, tepidas super ingerit undas;
Contrahit admixtos tum fontes atque farinas,
Transversat durata manu liquidoque coacto
Interdum grumos spargit sale; iamque subactum

Prop. III, 7, (II, 15,) 21. et *pannosae* ap. Martial. III, 72, 3. Contrarium est *stantes mammae* ap. Stat. Silv. I, 2. p. 391, 26., in fragm. Lucilii ap. Nonium et al. Ceterum cf. similes descriptiones ap. Hor. Epod. VIII, 7 sqq. et Petron. c. 102. — **V. 36**. in plurimis Codd. plane desideratur, in aliis ante v. 35. ponitur; quare ut iam ab Iahnio, sic etiam a recentioribus editoribus iure videtur spurius haberi et ab Hauptio prorsus e contextu remotus est. Ceterum Heyn. observat, has fissuras et scissuras cutis in pedibus esse Aethiopibus proprias in tanto solis calore aërisque siccitate, coll. Blumenbach. de generis humani varietate p. 96. De ultima syllaba voc. *calcanea* ante *scissa* non producta vid. ad Aen. XI, 309. Wakef. igitur praeter necessitatem coni. *fissa*. — **39**. *opus versatile*, quod versanda mola absolvitur. Mire tamen dicitur: *opus implevit iustum finem* pro: finitum, absolutum est; quare Iahn., quem Ribbeck. secutus est, cum Scaligero praeferendam putat lectionem Cod. Lips. *iusto -- fine*, ut *implevit* ad Simylum referendum et *opus* Accus. sit Obiecti, quem dicimus. — **40**. „Cribratione opus esse videmus: adeoque cilicium cribrandae farinae idoneum non erat his molis manuariis attextum.“ *Heyn.* Ceterum non erat, cur Sillig. omnium Codd. lectionem *fusas* propter v. 37. ex Heynii et Iacobs. coni. mutaret in *tusas*. Iahn. vulgatam recte restituit. Nihilominus ex recentioribus unus Haupt. rursus *tusas* edidit. — Cum pro *inde* plures Codd. exhibeant *illa*, Iahn. suspicatur, poetam scripsisse *ille manu*, ut Simylus opponeretur Scybalae v. 37. per Pron. *hanc* significatae. — **41**. Codd. variant inter *ac*, *hac*, *haec*, *at*, *et*. Sillig. retinuit vulg. *at*, Iahn. autem cum Klopfero recte recepit *ac*, coll. Wagn. Qu. Verg. XXXV, 15; inde enim reliquae lectiones facilius oriri potuerunt, quam ex *at*, quae Particula adversativa etiam per se minus apta est, cum eiusdem rei quasi continuus progressus describatur. — **42**. „*liquatur* eleganter transfertur a liquidis ad farinam quasi liquando mundatam.“ *Heyn.* — **43**. *Emundata Ceres*, vox propria hac de re. Cf. Colum. XI, 2. XII, 23. 59. De *Cerere* pro frumento posita vid. ad Ecl. V, 69. — **44**. Copulam *et*, vulgo ante *tepidas* additam, Sillig. ex omnium Codd. auctoritate omisit. — *superingerit*. Cf. infra v. 51. et adnott. ad Aen. II, 722. al. — **45** sqq. „Repraesentanda hic est animo pistoria opera in subigenda farina. Panem autem hic videmus parari sine fermento, azymum.“ *Heyn.* De ratione panem conficiendi cf. imprimis Cato R. R. c. 74 et Blümneri *Technol. u. Terminol. der Gewerbe u. Künste bei Gr. u. R.* I, 1. (Leipz. 1874.) p. 1 sqq. Iahn. versum 45., quem plures Codd. omittunt, unus autem in margine tantum adscriptum exhibet, spurium, ceterum *nunc* ex quinque Codd. in *tum* mutandum esse censet, cum, quominus illud cum *interdum* v. 47. coniungendum, et *nunc -- interdum* pro *nunc -- nunc*, *bald -- bald*, dictum esse statuamus, impediant verba *transversat durata manu* sine iterato Adv. *nunc* adeoque sine Copula interposita. Recentiores editores de hoc versu non dubitant, sed recte cum Iahnio edunt *tum*. — **46**. *Transversat durata manu* per prolepsin explicandum: transversat (*er knetet*) massam farinaceam, ut eam duram reddat. Cf. adnott. ad Geo. I, 320. II, 353. al. Ribbeck. (quem etiam hic sequitur Benoist.) recepit

Levat opus palmisque suum dilatat in orbem
Et notat inpressis aequo discrimine quadris.
Infert inde foco — Scybale mundaverat aptum
Ante locum — testisque tegit, super aggerat ignes.
Dumque suas peragit Volcanus Vestaque partes,
Simylus interea vacua non cessat in hora,
Verum aliam sibi quaerit opem, neu sola palato
Sit non grata Ceres, quas iungat, comparat escas.
Non illi suspensa focum carnaria iuxta,
Durati sale terga suis truncique, vacabant;
Traiectus medium sparto sed caseus orbem
Et vetus adstricti fascis pendebat anethi.
Ergo aliam molitur opem sibi providus heros.
Hortus erat iunctus casulae, quem vimina pauca
Et calamo rediviva levi munibat harundo,
Exiguus spatio, variis sed fertilis herbis.
Nil illi deerat, quod pauperis exigit usus;

Heinsii (ad Ovid. Fast. I, 338.) coniecturam *duratque*. — *liquidoque coacto*, quasi victo, maiore sensim farinae copia admixta. — **49.** Massam ex communi Romanorum more format in panes quadratos, de quibus praeter Scalig. ad h. l. cf. Cerda ad Aen. VII, 115. Interpp. ad Hor. Ep. I, 17, 49. ad Martial. III, 77. IX, 91. ad Senec. de benef. IV, 29. et Rappolt. Comment. in Hor. Sat. et Epist. p. 799. ab Iahnio laud., quibus nunc adde Blümnerum l. l. p. 80. — *quadris*. Cf. Aen. VII, 115. Hor. Ep. I, 17, 49. Martial. IX, 91. Sen. de Benef. IV, 29. — **51.** Sillig. ex paucis Codd. *focum* restituit pro vulg. *locum*, ut ex notissimo illo poetarum more Substantivum loco Pronominis demonstr. (*eum*) iteratum sit (cf. adnott. ad Aen. I, 554.). Nos cum Hauptio et posterioribus editoribus ad vulg. lectionem reversi sumus, quam iam Iahn. defendit, *focum* ex glossemate ortum putans. — *testisque tegit*. *Testum* erat vas testaceum s. figlinum (postea etiam aereum), cui impositae prunae id, quod subiectum esset, torrerent et coquerent. Cf. Plin. XXX, 12, 39. XXXII, 7, 26. et Cato R. R. c. 74. — **52** *Volcanus*. Vid. ad Geo. I, 295. — *Vestaque*, quod iam Klopfer. recte retinuit (ut *Vesta* pro foco posita sit, coll. Cic. de legg. II, 12., qui Vestam *quasi focum urbis* dixerit), legitur in multis Codd. et iure a recentioribus editoribus receptum est. Heyn. et Sillig. ex aliis Codd. ediderant *testaque*. — **56.** „Cum homini nullum esset obsonium, nam in carnario non perna, sed caseus suspensus erat, adit hortum, et ex eo petit allium aliasque herbas, unde illud sibi paret.“ *Heyn.* — *carnarium*, tignum instructum uncis ferreis, ex quibus carnes suspendi possunt, et hic quidem non parieti affixum, sed ex camera s. ex unco parieti infixo et ipsum *suspensum* et pendulum. Cf. Petron. c. 135. Eodem spectant loci Ovid. Met. VIII, 649. Petron. c. 13. et Varr. R. R. II, 4. — V. **57**. priori per appositionem adiectus. — *terga suis*. Vid. Ovid. Met. VIII, 650. Iuven. XI, 82. etc. — *trunci* pro pernis Cf. Celsus II, 22. *ungulas trunculosque suum*. — *vacabant*, praesto et in promptu erant. Cf. Lucan. V, 327. IV, 691. et Sabini Ep. I, 127. — **58**. Sed casei ei in promptu erant iunco, tamquam filo, in fascem colligati. — **60**. *heros* lepide et festive de homine strenuo in opere conficiendo. Ribbeck., qui sine iusta causa hunc versum ut spurium uncis inclusit, pro *heros* ex coni. edidit *herbis* coll. v. 63. 99. et 106. — **61**. „Hortulus casae accubabat exiguus, pro saepe munitus iuncis arundinibusque in parva fossa aquam ex imbribus collectam servante prominentibus.“ *Heyn.* — **62**. *rediviva arundo*, „iterum iterumque repullulans, si recisa fuerit,“ ut Heyn. explicuit vulg. lectionem *recidiva*. Sed praestat haud dubie non paucorum Codd. lectio *rediviva*, quam cum Hauptio et posterioribus editoribus restituimus. — *munibat*. Vid. adnott. ad Aen. IV, 528. VI, 468. et Struve de Declin. et Coniug. Lat. p. 137 sq. **64**. *Nil* pro vulg. *non* cum Hauptio et posterioribus editt. recepimus. Haupt. et Ribbeck.

Interdum locuples a paupere multa petebat.
Nec sumptus erat illud opus, sed recula curae.
Si quando vacuum casula pluviaeve tenebant
Festave lux, si forte labor cessabat aratri,
Horti opus illud erat. Varias disponere plantas
Norat et occultae committere semina terrae
Vicinosque apta cura submittere rivos.
Hic olus, hic late fundentes bracchia betae
Fecundusque rumex malvaeque inulaeque virebant,
Hic siser et capiti nomen debentia porra
[Hic etiam nocuum capiti gelidumque papaver,]

---

scribunt *derat.* — V. 65. Heyn. ex margine agglutinatum putat. Sensum sic exponit: „Interdum etiam locuples, h. e. qui maiorem hortum ipse colebat, petebat a paupere Simylo, scilicet quod ipse in suo horto non haberet.“ Klopfer. hunc versum parenthesi circumscripsit. — *multa*, eodem Heynio suasore, Sillig. e Codd. restituit pro vulg. *plura.* — 66. Vulgo *regula curae*, quod Wernsd. sic explicat: „*Regula* h. l. est ratio, ordo rei. *Opus illud*, h. e. hortulus a Simylo cultus, *regula erat non sumptus, sed curae*, cum eum non ad maiores sumptus faciendos aut lautius vivendum invitaret, sed ad maiorem curam et labores diligentius disponendos;“ quam interpretationem satis artificiosam esse, quisque videt; quare Heyn. etiam de hoc versu dubitavit. Fortasse tamen non dubitasset, si incidisset in coniecturam *recula* a Ribbeckio propositam atque etiam ab Hauptio in alt. edit. et a Benoisto iure receptam. — 67 sq. Cf. Geo. I, 259 sq. et 268. — 68. *aratri* ex plurimis Codd. Sillig. revocavit; vulgo *aratro.* — 69. *Horti opus illud erat:* illud temporis intervallum addictum erat operi hortensi. — *disponere* omnium fere Codd. est lectio, quam cum Hauptio et posterioribus editoribus revocavimus. Heyn. coll. Geo. II, 23. ex Helmst. et ed. Ald. receperat *deponere* „tamquam doctius“. — 71. Vulgo: *Vicinosque apte cura r. s.*, sine iusto sensu. Sillig. ex paucorum librorum auctoritate omisit Copulam, et ex Codd. lectione *curas* vel *curat* fecit *curans.* Nos cum Hauptio et posterioribus editoribus restituimus Copulam et pro *apte curans* scripsimus *apta cura.* — *submittere rivos*, de fecundatione dictum esse docet Wernsd., ut Ecl. I, 46. *submittere tauros*, comparans simul Geo. I, 106. et Calpurn. IX, 35. *irriguos nutrire canalibus hortos.* — 72. Pro vulg. *et late* cum recentioribus editoribus ex Codd. recepimus *hic late.* — *beta*, Graec. τεῦτλον, nostrum *Mangold.* Cf. Dioscor. II, 149 sqq. Theophr. h. pl. VI, 3. VII, 4. Plin. XIX, 8, 40. XX, 8, 27. Seren. Samm. 1013. et Sprengel. ad Diosc. l. l. Vol. II. p. 462. — 73. De *rumice*, s. lapatho silvestri, nostro *Ampher*, cf. Diosc. II, 140. Theophr. h. pl. I, 9. Plin. XIX, 12, 60. XX, 21, 85. Plaut. Pseud. III, 2, 26. alii et Sprengel. ad Theophr. l. l. p. 251. et ad Dioscor. l. l. II. p. 462. — De *malva* vid. Dioscor. II, 144. Theophr. IX, 17. Plin. XX, 21, 84. XXI, 8, 22. Colum. X, 247. Martial. X, 48. alios et Sprengel. ad Theophr. p. 270 sq. ad Dioscor. l. l. II. p. 463., de *inula* autem (Graec. Ἑλενίῳ, nostro *Alant*) Diosc. I, 27. Plin. XIX, 3, 29. XX, 5, 19. Colum. X, 119. Hor. Sat. II, 2, 44. ibique Heind. et Sprengel. ad Diosc. l. l. II. p. 363. — 74. *Siser* (σίσαρον) est nostra *Pastinake* s. *Zuckerwurzel.* Cf. Diosc. II, 139. Plin. X, 5, 28. XX, 5, 17. Colum. X, 114. XI, 3. et Sprengel. ad Diosc. II. p. 461 sq. — De *porro* (πράσῳ, Francogall. *Porée*, nobis *Lauch*) vid. Diosc. II, 179. Theophr. VII, 1 sqq. Plin. XIX, 6, 33. XX, 6, 21. 22. Colum. XI, 3, 30 sqq. Martial. XIII, 19. alii. — *capiti nomen debentia*, quia dicebatur *capitatum*, κεφαλωτὸν πράσον, quod in caput nutritur (Martial. XIII, 19. Plin. XX, 6, 22.), eoque distinguebatur a porro *sectivo* (vid. infra v. 83.), nostro *Schnittlauch*, de quo vid. Plin. XIX, 6, 33. — 75. *nocuum capiti papaver.* Cf. adnott. ad Geo. I, 78. et Aen. IV, 486. Cum vero hic versus in plurimis Codd. desideretur, ab Hauptio (qui cf. in Quaest. Catull. p. 50.) prorsus eiectus est: nos cum ceteris recen-

Grataque nobilium requies lactuca ciborum,
[Plurima surgit ibi] crescitque in acumina radix
Et gravis in latum dimissa cucurbita ventrem.
Verum hic non domini — quis enim contractior illo? —
Sed populi proventus erat, nonisque diebus
Venales humero fasces portabat in urbem;
Inde domum cervice levis, gravis aere redibat,
Vix umquam urbani comitatus merce macelli.
Cepa rubens sectique famem domat area porri
Quaeque trahunt acri voltus nasturtia morsu
Intibaque et Venerem revocans eruca morantem.
Tum quoque tale aliquid meditans intraverat hortum.

---

tioribus editoribus tamquam spurium uncis inclusum retinuimus. — **76.** *requies lactuca ciborum.* Scalig. et Heyn. ex his verbis concludunt, ea aetate, qua hoc carmen scriptum sit, homines coenas suas adhuc lactuca clausisse, quas posterioribus temporibus potius ea inchoaverint (secundum Martial. XI, 53, 5. et XIII, 14.). Cf. etiam Klopfer. p. 5. Wernsd. autem locum aliter intelligit, et *lactucam* propterea *requiem ciborum* dici putat, quod ea sumpta reliqui cibi appetentius recipi meliusque *sedere* potuerint, ut Horatius loquatur Sat. II, 2, 73. De *lactuca* ipsa (nostro *Gartensalat*) eiusque vi stomachum ciendi cf. Dioscor. II, 165. Theophr. h. pl. VII, 3. 6. Plin. XIX, 8, 38. XX, 7, 24. Varro L. L. V, 104. p. 106. Sp. p. 41. M. Cels. V, 7. Colum. VI, 15. et Heind ad Hor. Sat. II, 4, 59. — V. **77.** cum absit a multis Codd., in aliis autem libris iam post v. 73. legatur, a prioribus editoribus vulgo omittitur. Bothius tamen eum post v. 76. collocandum et sic legendum censuit: *Plurima surgebat crescens in acumine radix*, eaque re vera recepit Iahn. Nos hoc loco eum restituimus, Hauptium (qui cf. ibidem) et posteriores editores secuti, *acumine* in *acumina* mutato, prima vero verba, quae nulla fere Codd. auctoritate nituntur et propterea ab Hauptio et Ribbeckio prorsus omittuntur, cum Benoisto uncis inclusimus. – *radix* de raphano intelligendum. — Cum v. **78.** cf. Prop. V (IV), 2, 43. *tumido cucurbita ventre* et Colum. X, 584. (Cucurbita) *Globosi corporis atque utero nimium quae vasta tumescit*, quare ibid. v. 380. *praegnans* dicitur. — Vulgo *demissa*, quod Heyn. explicat „a vertice angustiore in latiorem ventrem excrescens;“ sed hoc multo aptius exprimit plurimorum Codd. et vett. editt. lectio *dimissa*, quam cum Hauptio ceterisque recentioribus editoribus revocavimus. — **79.** *contractior*, frugalior, parcior. Cf. Hor. Ep. I, 7, 12. Sillig verbum substantivum in fine versus ex paucis Codd. adiecit, quod cum posterioribus editoribus rursus omisimus. — **80.** *proventus*, i. e. ipsa olera, quae educabat Simylus, neque tamen ipse comedebat, sed *populo* vendebat in urbem deportata. — *nonis diebus*, nundinis, quibus rustici in urbem proficisci solebant ad mercatum. Vid. fragm. Seren. 17. — **81.** *humero* Sillig. ex plurimis Codd. restituit loco vulg. *olerum*. Iuvatur haec lectio oppositis verbis *cervice levis redibat.* Ideoque nec asellum quidem habebat, qui olera veheret. — **82.** Cf. Ecl. I, 35. *non umquam gravis aere domum mihi dextra redibat* Catull. XX, 13. Ovid. Fast. IV, 787. et Colum. X, 310. — **83.** *urbani merce macelli*, carnibus in macello (Plaut. Aul. II, 8, 3. Varr. L. L V, 147. p. 148. Sp. p. 57. M. Hor. Ep. I, 15, 31. Liv. XXVII, 11. etc.) emptis. Parsimonia enim carne abstinebat, et solis oleribus contentus erat. — **84.** *cepa rubens*, quae Plinio auctore XIX, 6, 32. *acrior quam candida.* — *area porri*, area horti porris consita, eaque pro ipso porro ex area sublato; *sectum* autem *porrum*, quod aliis *sectivum* (Plin. XX, 6, 21. Geopon. II, 6, 32. Martial. XIII, 18.) vel *sectile* (Iuven. III, 293. Colum. XI, 3, 30.) vocatur. Vid. supra ad v. 74. — **85.** De *nasturtio* (nostro *Kresse*) vid. Dioscor. II, 184. Varr. R. R. III, 9. Colum. X, 231. Plin. XIX, 8, 44. XX. 13, 50. et Sprengel. ad Diosc. l. l. II. p. 474. et ad Theophr. p. 251. — **86.** *Intiba.* Vid. ad Geo. I, 120. — De *eruca* (εὐζώμῳ, nobis *Rauke*) vid. Dioscor. II, 170. Theophr. I, 9.

Ac primum leviter digitis tellure refossa
Quattuor educit cum spissis allia fibris;
Inde comas apii graciles rutamque virentem
Vellit et exiguo coriandra trementia filo.
Haec ubi collegit, laetum consedit ad ignem
Et clara famulam poscit mortaria voce.
Singula tum capitum nodoso cortice nudat
Et summis spoliat coriis contemptaque passim
Spargit humi atque abicit. Servatum in germine bulbum
Tinguit aqua lapidisque cavum demittit in orbem.
His salis inspergit micas, sale durus adeso
Caseus adicitur, dictas super ingerit herbas,
Et laeva vestem saetosa sub inguina fulcit,
Dextera pistillo primum fragrantia mollit
Allia, tum pariter mixto terit omnia suco.
It manus in gyrum; paulatim singula vires
Deperdunt proprias; color est e pluribus unus,
Nec totus viridis, quia lactea frusta repugnant,
Nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis.
Saepe viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus et simo damnat sua prandia voltu;
Saepe manu summa lacrimantia lumina tergit
Inmeritoque furens dicit convicia fumo.

Plin. XX, 12, 49. — *venerem revocans.* Cf. Colum. X, 109. Priap. XLVII, 6. Martial. III, 75, 3. — **89.** *allia.* Vid. ad Ecl. II, 11. — **90.** De *apio* vid. ad Ecl. VI, 68. et Geo. IV, 121. atque Sprengel. ad Theophr. p. 263 sq. — *rutamque virentem* Sillig. ex omnibus fere Codd. revocavit pro vulg. *rigentem*, quod satis mire per ἀφροδισιαστικήν interpretautur. Sed rectissime adversatur Sillig., cum Dioscor. III, 45. Plin. XX, 13, 51. et Geopon. XII, 25. prorsus nihil dicant de rutae vi Venerem movente, immo Plin. l. l. plane contraria doceat. Nihilominus Haupt. et posteriores *rigentem* retinuerunt. — **91.** De *coriandro* vid. Diosc. III, 71. Theophr. h. pl. IV, 7. VII, 1. de caus. pl. IV, 3. Colum. X, 245. Plin. XIX, 7. 8. XX, 20, 82. — **92.** *laetum ad ignem*, quia calore recreat rusticum hiberno die. — **94** *Singula capitum*, bulborum allii. Cf. Plin. XX, 6, 32. (cum eiusd. XIX, 8, 41. Liv. I, 54. etc.). — *nodoso cortice* Sillig. ex plurimis Codd. revocavit pro vulg. *numeroso cortice.* Klopfer ex Codd. edidit *vertice*, ut vertex sit caulis ex allii capite porrectus. — **95.** *coria* vocat summum corticem ceparum. — **96.** *abicit.* Sic Aldina; Gud. *abiit*, ceteri Codd. *adicit* vel *adiicit.* Cf. Wagn. Orth. Verg. p. 445. — *bulbus* est caput vel nucleus allii, qui fibris vel coriis detractis et abiectis reliquus est. Singularis autem collective pro Plurali positus; nam ex v. 87. scimus, quatuor allii capita Simylum in hunc usum evellisse. — *serratum in germine*, decoriatum, qualis seri solet; *in germine* autem Sillig. ex Schraderi coni., etiam Handio ad Gronov. contra Cruceum p. 186. probata, edidit pro vulg. *gramine.* — **97.** *lapidis cavus orbis* non differt a mortario supra v. 92. commemorato. — **98.** *His* pro vulg. *Hinc* cum Hauptio et Ribbeckio edidimus, cum plures Codd. *Hic* exhibeant. — Ridbeck. scribit *inspargit.* — Animadverte *sal adesum*, cum alibi potius res, quae sale adspersae sunt, adesae dici soleant. — **102.** *mixto* Sillig. scripsit, omnium Codd. suorum auctoritatem secutus; vulgo *misto.* — Pro *succo* plurimi Codd. *suco.* Vid. ad Ecl. III, 6. — **102.** *vires deperdunt proprias*, sapor colorque singulorum perit et ex omnibus una fit massa mixti saporis et coloris. — **108.** Simylus ipse aversatur prandia sua vultu contracto ex nausea odoris. — *simo vultu.* Sic *simatae nares* in Anthol. Lat. III, 74, 37. (ubi cf. Burm. T. I. p. 516.) et *simae nares* apud Martial. VI, 39, 8. et Nemes Ecl. III, 34., *resimae* ap. Ovid. Met. XIV, 95. (ubi vid. Heins.). — **110.** *fumo* foci, uda haud dubie ligna urentis, ad quem assidet Simylus

Procedebat opus; non iam salebrosus, ut ante,
Sed gravior lentos ibat pistillus in orbes.
Ergo Palladii guttas instillat olivi
Exiguique super vires infundit aceti
Atque iterum commiscet opus mixtumque retractat.
Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit inque globum distantia contrahit unum,
Constet ut effecti species nomenque moreti.
Eruit interea Scybale quoque sedula panem,
Quem lotis recipit manibus, pulsoque timore
Iam famis inque diem securus Simylus illam
Ambit crura ocreis paribus tectusque galero
Sub iuga parentes cogit lorata iuvencos
Atque agit in segetes et terrae condit aratrum.

(v. 91.). Sic recte Wernsd., qui comparat. *fumum lacrimosum* ap. Hor. Sat. I, 5, 80. Lactant. Sympos. 7. et Auson. Epist. IV, 5. — **111.** Pro vulg. *non*, quod cum Hauptio et posterioribus restituimus, Sillig. ex plurimis Codd. ediderat *nec*. — *salebrosus*. Wernsd. haec adnotat: „Salebrosus initio ibat pistillus, cum frusta casei integra et caules herbarum crassiores commineret et tereret, sed gravior in lentos orbes, cum comminutae iam particulae tenacius adhaerescerent pistillo.“ — **113**. *Palladii olivi*. Vid. ad Geo. I, 18. — **114**. *vires aceti*, acetum acre et mordax. Vid. v. 102. — **117**. Mortaria veterum plano fundo fuisse docet Wernsd., ut intritum posset in medium contrahi, coll. Colum. XII, 55, 1. — **118**. „*Constet - - moreti*: ut vere possit *moreti* loco et nomine haberi, quippe ad eum modum confectum et absolutum, quo moretum vulgo parari solebat.“ *Heyn*. Moretum hoc edulium vocabatur a mortario s. moretario, in quo conficiebatur, ut etiam apud nos placentarum genera quaedam dicuntur a vasis, in quibus coquuntur, et propterea etiam *moretarium alliatum* vocatur Donato ad Ter. Phorm. II, 2. Aliam, sed minus probabilem, etymologiam, qua vox e Graeco sermone deducitur, vid. apud Wernsd. II. p. 256. Ceterum exquisitius et lautius moretum parare docent Colum. XII, 57. et Apicius de re cul. I, 35. (Cf. etiam Macrob. III, 18. (II, 14.) 11. p. 346. Ian. — *effecti*, absoluti, perfecti. Cf. Geo. II, 417. et Aen. XI, 14. ibique adnott. — **119**. *Eruit*, nempe e cinere et testa. — **120**. Vulgo *Quem laetus recipit*. Wernsd., Klopfer, Ribbeck. et posteriores editores praeter Hauptium, qui *laetus* servavit, ediderunt *Quem lotis* (s. *lautis*, ut Ribbeck. et Benoist. scribunt) *recipit manibus*, quam verborum collocationem aliquot Codd. iuvant. Sillig. enim edidit *Quem recipit lotis*. *Lotis* autem *manibus* opus fuisse post ea, quae v. 115. narrata sunt, in promptu est. — **122**. De *ocreis* agricolarum et venatorum, calceamenti genere crura ipsa vinciente, cf. Interpp. ad Hor. Sat. II, 234., Gratii Cyneg. 338. et Nemes. 90. — *galerus* et ipse rusticum erat capitis tegumentum, quo ad propulsandum solis calorem utebantur. Vid. Wernsd. ad Gratii Cyneg. 340. — **123**. *iuga lorata*, quae Vitruvio X, 8. med. *subiugiorum lora* vocantur. — **124**. *in segetes*, in agrum. Vid. ad Geo. I, 47.

CATALECTA.

I. AD TUCCAM.

Delia saepe tibi venit; sed, Tucca, videre
    Non licet: occulitur limine clausa viri.
Delia saepe tibi, non venit adhuc mihi: namque
    Si occulitur, longe est, tangere quod nequeas.
Venerit: audivi; sed iam mihi nuntius iste
    Quid prodest? Illi dicite, quoi rediit.

II. IN C. ANNIUM CIMBRUM RHETOREM.

Corinthiorum amator iste verborum,

Cf. de his carminibus Haupt. in Indice lectionum univ. lit. Berol. per aest. a. 1859. hab.

I. exstat in Anthol. Lat. Burm. III, 250. et Meyeri n. 94. Primi versus sunt servi alicuius vel liberti aut alius perductoris, qui Deliam venire nuntiat; sequentibus quatuor versibus Tucca ad eius verba respondet. V. 1. vulgo sic editur: *Delia, Tucca, t. v.; sed saepe videre;* iam Scaliger. vero vidit, verba *Tucca* et *saepe* transponenda esse, quod clare docet v. 3., eumque Haupt. et posteriores editores iure secuti sunt. Heyn. in *saepe* corruptelam latere suspicatur et coniicit: *Delia nocte tibi venit; sed, Tucca, videre* etc. — *venit*, ut ex seqq. patet, nihil aliud significare potest, nisi: volebat ad te venire, in eo erat, ut veniret; usque ad clausam iam processerat ianuam. — 3. *saepe tibi*, scil. venit, i. e. saepe a te nuntiatur venisse; nam Tucca hic repetit ipsa perductoris verba. — *non venit adhuc mihi*, nondum vere ad me venit, nondum eam teneo amplexu. — 4. Vulgo *Venerit aut tibi; sed iam iam* etc. Sed ineptum est illud *aut*, atque etiam iteratum *iam* offendit. Quare cum Hauptio et posterioribus editoribus recepi Cod. Bruxell. lectionem *Venerit: audivi* et omisi alterum *iam*. — Pro vulg. *dicite*, quod Burm. et Meyer Anth. Lat. p. 23. servarunt et recentiores editores restituerunt, Sillig. cum Scaligero ediderat *dicito;* sed etiam Pluralis commode poni poterat. — 6. Pro vulg. *quae rediit* iam Heyn. legi voluit *cui rediit*, scil. marito, et sic, *quoi* scribentes, cum Hauptio et posterioribus edidimus. — *rediit*, scil. non a me, sed a clausa ianua. Ceterum Heyn cum hoc carmine conferri iubet epigramma Graecum in Anthol. III. p. 111. s. T. III. p. 81. Iacobs.

II. Legitur hoc carmen, quod diserte Vergilio vindicant Quinct. Inst. VIII, 3, 28. et Auson. Idyll. XII. in Technop., quod inscribitur Grammaticomastix v. 5 sqq., in Anth. Lat. Burm. II, 242., et Meyeri n. 89. atque illustratur ab Huschkio in Comm. de C. Annio Cimbro. Rostoch. 1824. et Wagnero, qui singularem de eo excursum scripsit Vol. IV. p. 377 sqq., ad quos, qui accuratius in hoc carmen inquirere volunt, sunt ablegandi. Praeterea etiam cf. Burm. aliique Interpp. ad Anthol. Lat. l. l. Equidem, Wagnerum maxime secutus, summa tantum paucis possum attingere. Scriptum est in C. Annium Cimbrum Rhetorem, quem pungere vult poeta et tamquam fraticidam et tamquam ineptum antiquitatis affectatorem, quod duplex consilium uno carmine ita consecutus est, ut vocabula quaedam Annii more decurtata afferret, quae ad veneficium, quo ille fratrem necaverat, spectarent. — 1. *Corinthia verba*, quibus fortasse notatur nimium

[Iste iste rhetor! Namque quatenus totus]
Thucydides Britannus, Atticae febris,
Tau Gallicum, min, al, sil ut male elisit,
Ita omnia ista verba miscuit fratri.

III. IN NOCTUINUM.

Socer, beate nec tibi nec alteri,
Generque Noctuine, putidum caput,
Tuone nunc puella talis, heu tuo
Stupore pressa rus abibit? Hei mihi!

Annii studium in sermone Latino imitandi Graecos poetas in Italia et Sicilia versantes, qui plerumque Corinthii erant origine, non minus quam *Thucydides Britannus, Attica febris* et *Tau Gallicum* haud dubie alludunt ad mixtum et inconstans Annii scribendi genus. — V. 2. admodum suspectus est, cum in omnibus Quinctiliani, veterrimi testis, neque minus in multis Vergilii Codd. desideretur. A Ribbeckio et Benoisto prorsus eiectus est; Haupt. ei † adpinxit, nos eum uncis inclusimus. — 3. *Thucydides Britannus* e Codd. restitutum pro vulg. *Thuc. tyrannus;* et Huschk. (in Anall. Litt. a. 1826. a se editis) suspicatur, ita vocari Annium ob historiam quandam Britanniae a se conscriptam, in qua Thucydidem sibi aemulandum sumpserit; quibus Wagn. verissime adiungit, hoc epitheto simul indicari adeo male rem ei cessisse, ut non Atticus aliquis scriptor, sed Britannus operis illius auctor videri possit. — Verba *Atticae febris* illustrat fragm. Lucilii: *In numero quorum nunc primu' Trebelliu' multo Obmarcescebat febris, senium, vomitus, pus.* — V. 4., quem ex Ausonio restituendum esse, iam Scaliger. viderat, hanc proponens lectionem: *Tau Gallicum, min ipsum et al ei illisit*, pro vulg. *T. G. spinae ipsemet male illisit*, Huschkius sic scribendum esse putat: *T. G. min, al, sil im male silicit.* Haec vocabula decurtata spectare debere ad veneficium, in promptu est, cum v. 5. dicatur: *ista verba miscuit fratri. Tau* significare videtur *tavum*, Gallica ratione pronuntiatum *tavum*, ut *Attica febris* et *Gallicum tabum* sibi respondeant; *min* minium, *al* allium videtur indicare; *sil* Huschk. pro σίλι, σέσιλι (Lat. *seselis*) dictum putat, *im* (s. *em*) autem pro *eum*, et *sicilit* interpretatur per secat, demetit, decurtat. Sed non temere Wagn. de his ultimis coniecturis dubitat, et ex vulg. lectione potius hanc eruit: *ut male elisit*, i. e. fregit et decurtavit; quam cum Meyero (qui ipse abstinuit ab hoc carmine emendando), Ribbeckio et Benoisto recepimus. Haupt. edidit *illisit.* — 5. *Ita.* Sic Wagn. et Meyer. et omnes recentiores editores; vulgo *Ista.*

III. Vid. Anthol. Lat. II, 244. (Meyeri n. 103.) ibique Burm. et quae Wagn. in Varr. Lectt ad Aen. IX, 335. scripsit. Sententiam Epigrammatis *Wagn.* sic exposuit: „Duxerat Noctuinus filiam Atilii [cf. Catal. IV, 5.], puellam eximiam, (v. 2.) indignam hoc matrimonio. Is Noctuinus ruri habitabat (v. 4.); dolet igitur poeta, quod talis puella ex urbe in solitudinem ruris abducatur. Iam Atilius nec sibi beatus dicitur (v. 1.), quod tam putidum generum [cf. ibid. v. 1.] sibi adiunxerat, nec alteri, i. e. genero, ipsi Noctuino, cuius bona improba faux Atilii abliguritura erat.“ — 1. *Socer*, Atilius. — *alteri*, generi suo. — 3. *Tuone.* Sic Scal., Wagn., Meyer. p. 26., Haupt. et posteriores editores. Vulgo *Tuoque.* — *talis*, tam pulchra, eximia. — *heu tuo.* Sic Scal.; vulgo *et tuo.* Oudend. et Meyer. *ah! tuo;* Haupt. et Ribbeck. *ei tuo.* — 4. *pressa* Heynio pro oppressa, coacta, Wagnero autem sensu obscoeno dictum videtur pro fututa, coll. Burm. ad Val. Fl. VIII, 256., et *stupore tuo* pro: a te, stupido homine. Cf. Catull. XXVII, 25. *Talis ille meus stupor nihil videt, nihil audit.* — „*rus abibit:* in rus abducetur, fortasse quod maritus soceri violentia aere alieno obrutus in urbe durare nequit.“ *Heyn.* — *Hei mihi.* Sic Scal., Wagn., Meyer.; vulgo *et mihi;*

Ut ille versus usquequaque pertinet:
„Gener socerque, perdidistis omnia!“

IV. IN EUNDEM.

Superbe Noctuine, putidum caput,
Datur tibi puella, quam petis, datur;
Datur, superbe Noctuine, quam petis.
Sed, o superbe Noctuine, non vides
Duas habere filias Atilium,
Duas, et hanc et alteram, tibi dari.
Adeste nunc, adeste! ducit, ut decet,
Superbus, ecce, Noctuinus herneam.
Thalassio! Thalassio! Thalassio!

V. IN LUCIUM.

Iacere me, quod alta non possim, putas,
 Ut ante, vectari freta
Nec ferre durum frigus aut aestum pati
 Neque arma victoris sequi.
Valent, valent mihi ira et antiquus furor

Haupt. et Ribbeck. etiam hic *ei mihi.* — 5. *ille versus* ex noto illo Catulli Epigr. in Caesarem XXIX, 24., ubi cum transpositis verbis legatur: *Socer generque perdidistis omnia*, Spengel. in: *Neues Archiv f. Phil. u. Paed.* III, 4. p. 114. etiam h. l. eundem ordinem revocandum censuit; sed iure adversatur Wagn., cum apud Catullum *soceri*, apud nostrum vero poetam *generi* mentio proxime praecesserit. Etiam recentiores editores omnes vulgarem verborum ordinem retinuerunt. — *usque quaque* versu sequente illustratum videbimus. — 6. *perdidistis omnia;* tu, Atili, filiam, homini stupido et putido nuptam, tu, Noctuine, divitias, soceri voracitate et vinolentia dilapidatas.

IV. Argumento suo cohaeret hoc Epigramma (quod legitur Anthol. Lat. Burm. II, 245. s. Meyeri n. 104.) cum antecedente, sed tempore illud antecedit, quare rectius ei praemitteretur. *Heyn.* de sententia carminis haec profert: „Lusus videtur in hoc latere: quod *hernea*, quae vasis potorii genus est, pro ipso patre vinolento ponitur, et genero pro altera coniuge et filia Atilii assignatur. Nam, ne ipsam coniugem bibacem fuisse credamus, vetat superius epigramma. *Herniam* autem legere ac herniosum socerum intelligere si velis, acumen frustra quaeras“. — 8. De *hernea* vel potius *hirnea*, vase fictili et potorio, vid. Plaut. Amph. I, 1, 273. 276. ibique Interpp. coll. Cat. R. R. c. 81. cum Schneideri adnot. — V. 9. a Burm. additus est e vestigiis Cod. Voss. et editt. vett. secundum auctoritatem Marii Victor. A. Gr. III. p. 2585. hunc versum Vergilianum afferentis. Cf. adnott. ad Catal. V, 16.

V. Vid. Anthol. Lat. Burm. II, 246. s. Meyeri n. 105. „Carmen, Catullo potius quam Vergilio dignum, scriptum est in Lucium quendam cinaedum, qui poetam opprobrio lacessiverat, quod attenuato per Venerem et libidinem corpore fractisque viribus militare amplius non posset. Hoc amolitur a se poeta recriminando pueritiae impudicitiam moxque abligurito patrimonio egestatem et sordes.“ Haec fere *Heyn.* — 1. *iacere*, quod Heynio est stipendia facere amplius non posse, Burm. rectius explicat „animo deiectum esse,“ coll. Heinsio ad Vellei II, 112. — Pro *possim* Wagn. malit *possum*, quod exhibent editt. antiquae et Meyer recepit. — 2. *vectari freta*, ut ire, currere mare, pro: per mare. Vid. ad Aen. III, 191. — 5. Cum antiquae editt. praebeant

Et lingua, qua adsiem tibi,
Et prostitutae turpe contubernium
Sororis. O quid me incitas?
Quid, inpudice et inprobande Caesari?
Seu furta dicantur tua
Et heluato sera patrimonio
In fratre parsimonia,
Vel acta puero cum viris convivia
Udaeque per somnum nates
Et inscio repente clamatum super
Thalassio, Thalassio.
Quid paluisti, femina? An ioci dolent?
An facta cognoscis tua?
Non me vocabis spurca per Cotyttia
Ad feriatos fascinos;
Nec te movere lumbulos in caltula
Prensis videbo altaribus,

---

mihi re, Burm. suspicatur *irae* legendum esse. — **6.** *adsiem* Wagn. ex coni. edidit pro vulg. *adsim*, ne fractos habeamus numeros. Oudend. coni. *qua iam adsim*, Iahn. *quis adsim*. Ribbeck, quem Benoist. sequitur, ex coni. edidit *qua dixim*. — V. **7.** Wagn. arcte cohaerere censet cum antecedentibus, quare in fine v. 6. Comma posuit pro vulg. Puncto, ut verba *prostitutae contubernium sororis* per epexegesin adiiciantur superioribus, et haec sit loci sententia: „valet mihi adhuc ira collecta ex prostituta por te sorore mea.“ Rectius etiam Meyer l. l. p. 45. verba *valet contubernium* etc. explicat: „memoria violatae sororis recentissima est“. Ribbeck. (et cum eo Benoist.) ex coni. edidit *Per pr. t. contubernium*, Haupt. vero *Et pr.* (*turpe*) *contubernio*. — **10.** Pro vulg. *Sed* cum Hauptio et posterioribus editoribus ex Cod. Bruxell. recepimus *Seu*. — **15.** „Impurus homo muliebria passus tamquam pro nupta habitus, cui sollemne illud acclamaretur.“ *Heyn.* Causam, cur sponsae domum sponsi ingredienti magna voce acclamatum fuerit *Thalassio! Thalassio!*, quae a raptu Sabinarum deducebatur, vid. apud Liv. 1, 9. Serv. ad Aen. I, 655. Plut. in Romulo c. 14. et Festum h. v. p. 152. Lindem. Alii Deum virginitatis Thalassionem (Talassionem, Talassium) dictum esse putant; alii vocabulum a *θάλασσα* repetunt, quod salsedo stimulet Venerem. Hic locus facilius etiam intelligetur, si recordamur, ipsum quoque actum Venereum *Thalassionem* fuisse appellatum. Cf. Mart. XII, 95. — **17.** *femina*, cinaede. Vid. ad v. 15. — **19** sqq. Lucio, qui enarraverat, quae poeta commiserat pudenda, hic foediora etiam exprobrat, et illa cum Lucii flagitiis multo turpioribus comparat. — **19.** Pro vulg. *pulchra* cum recentioribus editoribus amplexus sum Hauptii coniecturam *spurca*. — *Cotyttia*, festa nocturna, quae, a Thracibus accepta (Strab. X. p. 470. coll. Athen. XII, 8.), Athenis in honorem Cotyttus, Deae impudicitiae, celebrabantur et omni lasciviae genere erant foedissima. Cf. Interpp. ad Hor. Epod. XVII, 56. et Iuven. II, 91. Buttm. Mythol. II. p. 159. et Lobeck. Diss. de Cotyttiis. Regiom. 1828. recepta etiam in Aglaoph. p. 1012 sqq. — **20.** In illis Cotyttiis videntur fascini sollemni pompa gestati esse, quare *Ad feriatos fascinos*, i. e. festos. — **21.** Prius cum Wagn. edideram *Nec dein movere lumbos in crocotula* ex Oudendorpii coniectura etiam Lobeckio l. l. p. 11 probata, quam postea Haupt. quoque recepit (sed vid. Ind. lect. laud. p. 5.) atque etiamnum retinet Benoist. (De *crocotula* cf. adnott. ad Cirin v. 252.) Nunc vero recepi Ribbeckii coniecturas, quas etiam Haupt. in alt. edit. amplexus est. *Caltula* vestis est colorem caltae referens. Cf. Plaut. Epid. II, 2, 45. et Nonius p. 548, 21., qui uterque eam cum *crocotula* coniungit. Haec autem coniectura magis respondet Codd. lectioni *rotulā*, (*rotulam*) quam longior vox *crocotula* (quae sane apparet in ed. Ald., sed etiam ex coniectura, ut videtur). De *calta* s. *caltha* vid. ad Ecl. II, 50. — **22.** Scalig. coni. *alaribus*, ut alae vestis sint intelligendae, quas illo muliebriter vestitus et mu-

Flavumque propter Thybrim olentes nauticum
Vocare, ubi adpulsae rates
Stant in vadis caeno retentae sordido
Macraque luctantes aqua;
Neque in culinam et uncta compitalia
Dapesque duces sordidas,
Quibus repletus ut salivosis labris
Obesam ad uxorem redis
Et aestuantes nocte solvis pantices
Os usque lambis saviis.
Nunc laede, nunc lacesse, si quidquam vales:
Et nomen adscribo tuum.
Cinaede Luci, an te reliquerunt opes,
Fameque genuini crepant?
Videbo habentem praeter ignavos nihil
Fratres et iratum Iovem

---

liebriter saltans adducat, ne saltantem impediant; sed non opus est hac coniectura, quae Heynio mirifice placet. — 23. *Flavumque propter Thybrim*, quod iam Douza coniecerat, Wagn. pro vulg. *Flavum prope Thybrim* e Cod. Helmst. restituit. Ceterum cf. adnott. ad Aen. VIII, 64. — „*olentes nauticum* sunt nautae, quos impurissimus homo praestolatur, ubi appulerunt, ut eorum libidini serviat.“ *Heyn.* — V. 25. his ordinibus constare docet Wagn.: — ⏑́ ⏑ — — —́ ⏑ — — — ⏑ —. — 27. „Exprobrat famem et egestatem, qua coactus adit *culinas*, h. e. loca in suburbiis, in quibus inopum funera et epulae funebres habebantur, tum *compita*, in quibus Laribus Compitalibus, et quidem ipso Compitalium die necesse est apponi solitas fuisse epulas, quas pauperes mox auferre solebant.“ *Heyn.* — *uncta*, immunda. Cf. Hor. Sat. II, 2, 67. 4, 78. Lucil. I, 20. et Obbar. ad Hor. Ep. I, 14, 21. Vol. II. p. 210. — 28. *duces* Burm. edidit pro vulg. *ducis*, eamque emendationem iuvat Cod. Voss. — *Neque duces* (me) *in culinas*, i. e. neque te videbo adeuntem culinas. Burm., epulas funebres ibi habitas respiciens, coni. *Dapesque ditis luridas.* — 29. Vulg. Codd. lectio est *salivosis aquis*, quas Heyn. pro ipsa saliva dictas putat et locum sic interpretatur: „repletus iis epulis ut (quomodo!) redis saliva etiamnum ex recordatione affluente!“ Wagn. tamen coni. *salivosis sacris*, et locum sic vult distinctum: *Quibus* (dapibus) *repletus ut salivosis sacris!* ut hae dapes compitales tacite comparentur cum lautissimis Pontificum epulis et hinc illa *saliva* commemoretur. Nos cum recentioribus editoribus recepimus Hauptii coniecturam *labris.* — V. 31. vulgo editur *docte solvis*, quod Scaliger. coniectura omnibus probata mutavit in *nocte solvis*, ut significetur iustum coenae tempus sub noctem, quo, quod ederet Lucius, nihil erat, praeter *olus*, vilem et pauperum cibum (vide ad sequ. versum adnott.); quamquam etiam Eldikii (Add. T. II. p. 728.) coni. *dente* minime spernendam indicat. *Aestuantes pantices* vulgo explicant per crepitantia farcimina. Toup. vero ad Suid. v. *σιφνιάζειν* T. III. p. 134. Opp. Vol. II. p. 168. (haud dubie versus antecedentem et sequentem respiciens) haec verba ad obscoenitatem aliquam refert, de qua cum Heynio non amplius quaeramus. — 32. Pro vulg. Codd. lectione, quam cum Hauptio et posterioribus editoribus revocavimus, Wagn. recepit Colvii (ad Apul. Met. p. 49.) coniecturam *Olusque* Burm. et Heynio probatam, cum Copula abesse nequeat et Cod. Rehd. praebeat *hossusque* (i. e. *holusque*); ut *s(u)aviis* pro labiis positum sit. Quem tamen offendit Copulae defectus, aut v. 31. scribat *solvens*, aut v. 32. *lambens*. — Cum v. 34. cf. Anthol. Lat. III, 153. (n. 137. Meyer.) *Quisquis es — et nomen dicam: color omnia cogit!* — 36. *fame crepant.* Cf. Plaut. Men V, 5, 27. *Intestina mihi, quando esurio, crepant.* — *genuini*, sc. dentes (*die Backenzähne*). Cf. Iuven. V, 70. Cic. D. N. II, 54, 134.

Scissumque ventrem et herniosi putrui
Pedes inedia turgidos.

VI. AD VENEREM.

Si mihi susceptum fuerit decurrere munus,
O Paphon, o sedes quae colis Idalias,
Troius Aeneas Romana per oppida digno
Iam tandem ut tecum carmine vectus eat:
Non ego ture modo aut picta tua templa tabella
Ornabo et puris serta feram manibus:
Corniger haud aries humilis, sed maxima taurus
Victima sacratos sparget honore focos,
Marmoreusque tibi, Dea, mille coloribus alis
In morem picta stabit Amor pharetra.
Adsis, o Cytherea: tuus te Caesar Olympo
Et Surrentini litoris ora vocat.

Plin. XI, 37, 63. etc. — **39.** „*scissum ventrem*, podicem, ἐπ' αἰσχρῷ de cinaedo.“ *Heyn.* — **40.** Heyn. conferri iubet Hes. Scut. 265 sq. (ubi γουνοπαχής) et Ovid. Met. VIII, 807 sq.

VI. Hoc carmen, quod legitur in Antbol. Lat. Burm. I, 63. s. Meyeri n. 85., est votum pro suscepto Aeneidis opere Veneri nuncupatum, neque Vergilio indignum, cui vindicatur a Walchio ad Tac. Agr. p. 112. et Teuffelio in Pauly *Realencycl.* VI. p. 2659. — **1** sq. „Si mihi contigerit Aeneidem absolvere, non modo ture et tabula votiva et sertis pietatem testatam faciam, verum sacro sollemni facto et statua Cupidini posita.“ *Heyn.* — *si fuerit*, i. q. si fuerit datum, si mihi licuerit. Cf. Silius XII, 695. *fuerit delere Saguntum* ibique Interpp. cum aonott. ad Ecl. X, 46. et Geo. IV, 447. — **2.** *O Paphon.* Vid. ad Aen. I, 415. et Geo. II, 64. — *sedes Idalias.* Vid. ad Aen. I, 681. X, 52. al. — **3** sq. „Splendida rei species: invecta Venus cum Aenea, tamquam deo, curru per Italiam tamquam triumpho ob Aeneidem absolutam.“ *Heyn.* — **6.** Meyer in Anthol. Lat. p. 21. pro *et puris* edidit *aut puris.* — **7.** Pro vulg. *hos* (focos) atque Copula *et* cum Orellio in Ecl. Poet. Lat. p. 260., Hauptio et posterioribus editoribus recepimus Burmanni coniecturas *haud* et *sed* iam Heynio probatas, quas reiecit Wagn. hac levi de causa, quod „ita frigeat epitheton *corniger*, alienum a re extenuanda“. — *aries humilis* (victima) opponitur *tauro, maximae victimae.* Heyn. coniungi vult *humilis* (humiles) *focos;* sed *hos humilis sacratos focos*, etiam Wagn. iudice, vix ferri potest. Pierson. (Add. Burm. T. II. p. 705.) coni. *C. hos a. tumulos*, Sillig. autem in Iahnii Annal. 1831. Fasc. II. p. 201. *C. ast a. - - sacrato t. honore f.*, et sane *sacrato honore* (quod iam Heinsio placuit) si probamus, etiam *humiles focos* commode se habet. — **8.** Cum Hauptio et posterioribus editoribus restituimus Codd. fere omnium lectionem *sparget*, cui vulgo *tinguet* substituitur. — *honore.* Vid. ad Geo. III, 486. Aen. I, 49. IV, 207. — **9.** Pro vulg. *versicoloribus* (quod Adi. legitur Aen. X, 181. et alibi) cum Hauptio ceterisque recentioribus editt. revocavimus Codd. Brux., Helmst. et Voss. n. 849. lectionem *mille coloribus.* Comma vulgo in fine versus positum recte sustulit Wagn., ut *in morem* etiam ad *alas* referri posset. Habemus igitur etiam h. l. marmoreum signum variis coloribus pictum. Vid. ad Ecl. VII, 32. — **11.** *Adsis.* Vid. ad Aen. I, 734. — *Cytherea.* Vid. ad. Aen. I, 257. — *tuus te Caesar Olympo vocat*, ex Olympo te devocat, quod tibi Caesaris et Romanorum laus per Aeneidem praedicanda vel maxime cordi esse debet. — **12.** *Et Surrentini litoris ora*, quia ibi, non longe a Nola, Vergilius villam habuit. Cf. Heyn. ad Donati vit. Verg. §. 24.

VII. RELICTIS ALIIS STUDIIS PHILOSOPHIAM EPICUREAM AMPLECTITUR.

Ite hinc, inanes, ite, rhetorum ampullae,
Inflata rore non Achaico verba;
Et vos, Stiloque Tarquitique Varroque,
Scholasticorum natio madens pingui,
Ite hinc, inane cymbalon iuventutis.
Tuque, o mearum cura, Sexte, curarum,

VII. Exstat hoc carmen, scazontibus conscriptum, quod et ipsum Vergilianum videtur, in Anth. Lat. Burm. II, 243. s. Meyeri n. 90. et accurate de eo disseruit Haupt. l. l. p. 5—11. Remittit auctor rhetores et ad philosophos se confert. Comparari potest simile Ciris exordium. 1. Vulgo *Ite hinc, inanes rhetorum manipli*, metro claudicante (quare sunt, qui post *manipli* iterent Imperativum *ite*) et sine iusto sensu; quare, cum Cod. Helmst. exhibeat *inanes iteret horum manipulle*, Wagn. (quem iure secuti sunt recentiores editores) felici coni. inde fecit *inanes, ite, rhetorum ampullae*, coll. Hor. Ep. ad Pis. 97. eod. Ep. I, 3, 14. et Weichert. Poett. Latt. Rell. p. 387 sqq. Vid. etiam Orell. ad Hor. A. P. l. l. et Obbar. ad eiusd. Epist. l. l. Vol. 1. p. 209. (Quod in priore edit. mea apparet *rite*, id merum erratum typographicum esse, ex adnot. adscripta quisque intelligit.) — 2. „*Ros Achaicus*, ut *Cecropius ros* [vid. Martial. VII, 68.], de eloquentia; seu rorem, quo cicadae pascuntur [vid. ad Ecl. 77.], seu, quod malim, mel Atticum respici dixeris. *Achaicus* omnino pro Graeco.“ *Heyn.* Cf. etiam Plaut. Mil. Glor. III, 3, 10. et Burm. ad h. l. — *verba* Wagn. recte e Codd. restituit pro vulg. *turba*, quod tantum falsae lectioni *manipli* ab editoribus accommodatum. Docet simul Vir doct., Schol. Crucq. apud Horatium l. l. *ampullas* explicare per irata verba, inflata. — V. 3., varie tentatus a Viris doctis (cf. Burm.), continet nomina non tam rhetorum, quam grammaticorum (*Scholasticorum*). Pro vulg. *Sile Albuti, Arquitique* Haupt. et posteriores editores exhibuerunt, quae in contextu apparent nomina. Pro *Sile* iam Heyn. suspicatus est fortasse *Stilo* scribendum esse; nam L. Aelius Stilo, qui etiam commemoratur a Cicer. in Bruto 46, 169. 56, 205. Plinio XXIII, 1, 7. Suet. de clar. rhet. c. 3. aliis, Gellio auctore I, 18. et XVI, 8. fuit Varronis praeceptor, et Tarquitii (fortasse L. illius Tarquitii, qui nominatur in Inscr. ap. Gruterum p. 625, 4. et Orellium n. 1189.?), qui scripsit de disciplina Etrusca, mentionem faciunt Plin. inter auctores l. II. Nat. hist. (Vol. I, p. 20. Sillig.) Macrob. Sat. III, 7, 2. p. 287. Ian. Festus p. 274, 16. M. Ammian. Marc. XXIII, 1. Lactant. Inst. I, 20, 2.; quare iam Is. Voss. coni. *et vos Aelique Tarquitique Varroque* (improbante tamen Schradero in Emendd. Praef. p. XXXIV.). — 4. „Si Vergilii esset hoc poemation, antiquissima fortasse haec esset vocis *Scholasticorum* auctoritas.“ *Heyn.* De Scholasticis, inanibus declamatoribus, cf. Erhard. ad Petron. 6. Casaub. ad Suet. de clar. rhet. 6. et ad Capitol. Max. 3. Barth. ad Stat. Theb. VI, 404. Cort. ad Plin. Epist. II, 3. alii. — *madens*, perfusa, imbuta, (cf. Martial. l. l. et Barth. Adverss. XXV, 1.) *pingui*, adipe, quod de stupore ingenii et tumido inflatoque dicendi genere intelligendum, coll. Quinct. Inst. II, 10, 6. Vid. etiam ad Catal. XI, 64. *Pingue* substantive usurpatum invenitur etiam Geo. III, 124. Plin. XI, 37, 85. XXVIII, 9, 38. al. — 5. Vulgo *inanis iuventutis*, i. e. quae inani institutione utitur. Sed praestat Heinsii lectio *inane cymbalon* ab Hauptio et posterioribus editoribus recepta. — *cymbalon*. Wagn. laudat Apulei. de Orth. §. 8. p. 129. ed. Mai., ex quo „*cymbalum Dodonaeum*, ut alibi tintinnabulum, lebes, aes Dodonaeum, pelvis aerea, tympanum mundi, proverbium est in eos, qui vana loquacitate inaniter loquuntur,“ coll. Osanno ad h. l. p. 33. — 6. *cura curarum*, i. e. maxima cura; de qua circumlocutione Superlativi Graecis maxime frequentata, neque Latinis ignota (vid. v. c. Cic. ad Fam. IX, 14., ubi Agamemnon *rex regum* vocatur) Wagn. conferri iubet Fischer. ad Weller. Gr. p. 152. et Staveren. ad Nep. Ages. 2, 4., simul addens, *Sextum Sabinum* haud dubie puerum formosissimum fuisse, quod probetur verbis subiectis: *iam valete, formosi*. Nobiscum retinuerunt

Vale, Sabine; iam valete, formosi.
Nos ad beatos vela mittimus portus,
Magni petentes docta dicta Sironis,
Vitamque ab omni vindicabimus cura.
Ite hinc, Camenae; vos quoque ite iam, sane
Dulces Camenae — nam fatebimur verum,
Dulces fuistis; — et tamen meas chartas
Revisitote, sed pudenter et raro.

VIII. DE SABINO PARODIA CATULLIANA.

Sabinus ille, quem videtis, hospites,
Ait fuisse mulio celerrimus,
Neque ullius volantis impetum cisi
Nequisse praeterire, sive Mantuam
Opus foret volare sive Brixiam.
Et hoc negat Tryphonis aemuli domum

hanc Codd. lectionem Ribbeck. et Benoist.; Haupt. vero ex coni. edidit *causa curarum*. Heins. coni. *Musarum*, Schrader. *chartarum;* sed Musae infra demum v. 11. valere iubentur. — 8. *vela mittimus*, i. e. naves. Sic etiam Ovid. ex P. IV, 14, 9. *In medias Syrtes mediamque mea vela Charybdin Mitte.* — *ad beatos portus*, scil. philosophiae, quae sapienti pro portu est, securitatem et animi tranquillitatem affert. — 9. *Sironis*, quem sane Vergilius Romae audivit. Cf. Diss. mea de vita et carm. Verg. not. 12. *Sironis* autem pro vulg. *Syronis* cum Hauptio et posterioribus editoribus scripsimus, quia est Graecum nomen Σείρων. — V. 11. aperte corruptus est et multas virorum doct. coniecturas provocavit, quarum recentiores modo commemoro. Heyn. pro vulg. *vos quoque limite sacrae* hanc proponit: *I. h., C., voce mellita divae*, in qua Wagn. vituperat longam anacrusin antispasti ⏑ – – ⏑, qui ipse potius coniicit *I. h. C., vos quoque ite, suaves, Dulces* etc., quam tamen coniecturam rursus retractat in Addendis p. 600. Fiedler in Iahnii Annal. 1831. Fasc. II. p. 201. coni. *I. h., C., limine ite vos actae.* Hertzberg. vero paulo andacius *Hymettidis Suadae*. Haupt. denique id excogitavit, quod nos cum recentioribus editoribus in contextu exhibuimus. — 13 sq. Cum ipsa sententia cf. Ovid. Trist. II. in. IV, 1, 27. V, 7, 31 sqq. et similes aliorum locos.

VIII. Vid. Anthol. Lat. Burm. II, 130. s. Meyeri n. 102. Scriptam esse hanc parodiam, quam vocant, carminis IV. Catulliani de Phaselo in P. Ventidium Bassum, hominem infimo loco natum et ad summum dignitatis et fortunae locum evectum, (Consulatu adeo functum a. U. C. 711.), multis docet Heyn., coll. Gellio XV, 4. Plinio VII, 44. et vetere illo Epigrammate: *Concurrite omnes augures, aruspices: Portentum inusitatum conflatum est recens: Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.* — 2. *ait fuisse celerrimus.* De hoc Graecismo praeter alios cf. Wagn. ad Eleg. ad Messal. p. 42. et Sillig. ad parallelum Catulli locum IV, 2. coll. iis, quae nos ad Aen. II, 377. adnotavimus. — 3. Heyn. sic explicat: „nullius, licet celerrimi cisii, cursum potuisse praeterire vel superare cisium mulionis huius, et *neque nequisse* Graeco more pro *non potuisse* dictum putat; sed rectius Wagn. hic Romanum dicendi usum obtinere censet et *impetum* pro Obiecto sententiae habet, ut Sabinus dicat, se potuisse cuiusvis cisii impetum praeterire. De *cisio*, vehiculi levioris genere duabus rotis instructi, vid. Interpp. ad Cic. Rosc. Am. 7. et Phil. II, 31. Scheffer. de re vehic. II, 18. p. 220. alios. — 6. Vulgo *Neque hoc negat Tr. aemuli domum;* sed Wagn., Catullum respiciens, cum Pithoeo et Scalig. recepit *Et hoc negat* - - *domum*, in quo eum cum Moyero, Hauptio et posterioribus secuti sumus. Heyn. cum Is. Vossio legi volebat: *Et hoc nec aut* - - *domum Negare*, scil. ait. Sed quid sibi vult illud

Negare nobilem insulamve Caeruli,
Ubi iste, post Sabinus, ante Quinctio
Bidente dicit attotonse forfice
Comata colla, nequod horridum iugo
Premente dura volnus ederet iuba.
Cremona frigida et lutosa Gallia,
Tibi haec fuisse et esse cognitissima
Ait Sabinus; ultima ex origine
Tua stetisse dicit in voragine,
Tua in palude deposisse sarcinas
Et inde tot per orbitosa milia
Iugum tulisse, laeva sive dextera
Strigare mula sive utrumque coeperat

*   *   *   *

nec aut? — „*Tryphon* et *Caerulus* muliones: alter hic custos *insulae*, *συνοικίας* in aliqua urbe et aedificiorum locandorum curam habens.“ *Heyn.* — **8.** Antea Quinctii alicuius fuerat agaso; sed ex quo ipse mulas alere coepit, Sabini nomine notus fuit. — **9.** Vulgo *adtōndisse* metro violato; quare Wagn., Meyer. et recentiores receperunt Livineii coniecturam *adtotonse*, quam etiam Voss. de Anal. III, 19. comprobaverat. Cf. formas *produxe*, *consumpse*, *traxe* et similia cum adnott. ad Aen. I, 201. — *forfice*, qua mularum iuba in cervice attondetur, ne iugi attritu illa exulceretur. Sic autem iam Heyn. et Wagn. ediderunt pro vulg. *forcipe;* Meyer. vero (qui conferendus p. 42 sq.), cum Boettiger *Die Sabinerin* I. p. 312. doceat, *forceps* et *forfex* idem esse vocabulum, *forceps* autem antiquiorem et meliorem formam, Codd. scripturam restituit, quod prius probavimus. Tamen proprie discrimen intercedit inter *forficem* (*die Schere*) et *forcipem* (*die Zange*), atque etiam in locis, ubi forfex pro forcipe poni videtur, ut ap. Cels. VII, 12, 1., Codd. lectio fluctuat; quare nunc cum recentioribus editoribus *forfice* restituimus. — **10.** Vulgo *nequa sordidum*, ut ultima syllaba voc. *nequa* corripiatur et verba sic construenda sint: *ne dura qua iuba.* (Vid. Wagn. ad Aen. I, 8.) Cum tamen in plurimis Codd. *nequis* et in Brux. *ne quid* appareat, *nequa* autem demum in edit. Ald. II. inveniatur, cum recentioribus editoribus recepi Hauptii coni. *nequod*, et pro vulg. *sordidum*, quod et ipsum primum in illa edit. legitur, dum Codd. praebent *orion*, *torion*, *otion*, cum iisdem editoribus amplexus sum Hauptii *horridum*. — **14.** Alii, Commate post *Sabinus* distinguentes, coniungunt: *fuisse et esse cognitissima ultima ex origine.* Sed vide Catull. IV, 14. 15. — ***ultima ab origine***, a puero. — **15.** ***in voragine***, *ἐν τενάγει*. Scalig. comparat Catull. XVII. extr. — **16.** ***Tua in palude***, in paludosis locis. — ***deposisse***, i. e. deposivisse, pro vulg. *deposuisse*, quod metro adversatur, Struvio suasore (*Ueber die Latein. Declin. u. Coniug.* p. 282.) recepit Wagn. coll. Sillígio ad Catull. XXXIV, 8. Meyer. et recentiores editores iure secuti sunt. — **17** sqq. Locus intellectu difficillimus, cum post v. 19. haud dubie aliquid exciderit, quod Catulliani carminis docet comparatio. Heynio haec esse sententia videtur: „quoties altera vel utraque mula defecerat, demptum iis iugum per multa millia mulionem portasse ex humeris suis,“ ut Sabinus mulas male curatas egisse narretur; idque probat Meyer. p. 43. Wagn. vero haec omnia non ad ipsum Sabinum, sed repetito ex v. 19. Subiecto ad mulas eius referenda esse putat, quod Meyero nimis quaesitum videtur, cum nemo ad illa v. 14. *ultima ex origine* etc. aliud Subiectum nisi Sabinum intelligere possit, praesertim mula in praecedentibus verss. non memorata. — ***laeva - - mula.*** Sic recentiores editt. cum Scal., Salmas. ad Solin. p. 40. et Schradero in Emendd. p XXXVI. Vulgo *mulas.* — **19.** ***Strigare***, interquiescere, quod in striga castrorum equi faciunt. Cf. Phaedr. III, 6, 9. Plin. XVIII, 19, 49. Sen. Ep. 31. etc Wagn. *strigare* alterutram mulam arbitratur, cum flexo itinere cursus alterius sinistro vel dextro loro adducendo retardandus esset. — Post v. **19.**, in quo, cum manca sit sententia, Codd. lectionem *utrumque* pro vulg. *utrimque* restituit, Wagn. versum talis fere sententiae excidisse

Neque ulla vota semitalibus deis
Sibi esse facta praeter hoc novissimum,
Paterna lora proximumque pectinem.
Sed haec prius fuere; nunc eburnea
Sedetque sede seque dedicat tibi,
Gemelle Castor et gemelle Castoris.

IX. AD VARIUM.

Scilicet hoc sine fraude, Vari dulcissime, dicam:
    Dispeream, nisi me perdidit iste putus.
Sin autem praecepta vetant me dicere, sane
    Non dicam; sed me perdidit iste puer.

X. AD VILLAM SIRONIS.

Villula, quae Sironis eras, et pauper agelle,
    Verum illi domino tu quoque divitiae,
Me tibi et hos una mecum, quos semper amavi,

---

suspicatur: sive *utrimque* coeperat *Pari citata currere impetu viam.* Nausius, qui iam in eandem sententiam inciderat, talem fere versum extritum putavit: (sive *utrumque* coeperat,) *Et haec et illa conquiescere in latus.* Lacunam autem etiam Catulliani vv. 18–21. produnt. — *orbitosa millia*, i. e. milliaria, pro viis orbitosis. — 20 sqq. „Tam feliciter omnia mulioni cessisse ait, ut ne vota quidem diis vialibus, *ἐνοδίοις*, unquam suscipere necesse haberet, nec ullum susciperet, praeter hoc novissimum, quo, arte mulionica deposita, eius artis instrumenta, habenas et pectinem, ex more dedicavit.“ *Heyn.* — 21. *praeter* Salmasio, Pithoeo et Heynio auctoribus pro vulg. *propter* restituit Wagn. — 22. *proximum*, iuxta lora in eodem pariete suspensum. Heins. tamen non male coni. *buxeumque.* Cf. etiam Salmas. ad Flor. III, 20. — 23. *eburnea sede*, sella curuli. — 25. „Igitur Dioscuris fingitur dedicata statua: Consul Ventidius sedens pro aede Castoris.“ *Heyn.* Meyer memorat, Castorem et Pollucem numismatum consularium insignia fuisse.

IX. Vid. Anthol. Lat. Burm. III, 248. s. Meyeri n. 92. Omnis iocus carminis, quod fortasse est ipsius Vergilii, inest in mensura primae syllabae voc. *putus* s. *pusus*, unde *pusio*, quae longa est, quare *puto* deinde substituit *puerum.* Weichert. tamen in Comm. de C. Licinio Calvo p. 22. (a Wagn. laud.) negat se offendi correpta syllaba. Forma Substantivi *putus* alibi non legitur; *pusus* autem vulgo edebatur ap. Lucr. IV, 1026., ubi tamen pro *pusi* nunc rectius legitur *puri.* Utrum poeta alludere voluerit ad Adiect. *putus*, (i. q. purus), in dubio relinquendum, quamquam satis probabile est, Vergilium ita ludere, ut pusionem illum impurum per amphiboliam *putum* dicat. — 3. *praecepta*, scil. artis metricae. Heyn. miratur, neminem maluisse *Sin artis praecepta.*

X. Vid. Anthol. Lat. Burm. III, 249. s. Meyeri n. 93. Recte Wagn. mutavit titulum carminis, quod vulgo *Ad villam Scironis* inscribitur. Scriptum est enim in villam *Sironis* illius, philosophi Epicurei, de quo ad Catal. VII, 9. diximus, et Heynio quidem, ut iam antea Scaligero, a Vergili scriptum videtur, cum ex agro Mantuano militibus assignato Romam discederet, consanguineis suis et inter eos patre in Sironis villa, tamquam in tuto perfugio, relictis. Etiam a Niebuhrio Hist. Rom. I. p. 204. et Teuffelio in Pauly *Realencycl.* VI. p. 3659. hoc carmen Vergilio vindicatur. — 2. Schrader. Emendd. p. 32. coni. *tum quoque*, quod Heyn. probat, et Meyer. p. 23. recepit. — 3. *quos semper amavi.* Vulgo *quosque*, sed recte Wagn. Copulam delevit, quae abest ab editt. vett. Ceterum cum hoc versu cf. Catull. XV, 1.

Si quid de patria tristius audiero,
Commendo, in primisque patrem. Tu nunc eris illi,
Mantua quod fuerat quodque Cremona prius.

XI. AD M. VALERIUM MESSALLAM.

Pauca mihi, niveo sed non incognita Phoebo,
Pauca mihi doctae dicite Pegasides.
Victor adest, magni magnum decus ecce triumphi,
Victor, qua terrae quaque patent maria,
Horrida barbaricae portans insignia pugnae,
Magnus ut Oenides utque superbus Eryx;
Nec minus idcirco nostros expromere cantus
Maximus et sanctos dignus inire choros.

XI. Exstat hoc carmen nobilissimum, a poeta Augustei aevi, sed non a Vergilio ipso conscriptum (cui tamen a Schradero Emendd. p. XXXIII, adscribitur), quod a Phil. Wagnero Lips. 1816. separatim editum esse constat, in Anthol. Lat. Burm. II, 122. s. Meyeri n. 106. et in Wernsdorfii Poett. Latt. Minn. T. III, p. 147 sqq. Meyero p. 46. iure eidem auctori vindicandum videtur, qui elegias de Maecenate moribundo scripsit (n. CIX. et CX. ap. Meyerum). Argumentum *Heyn.* sic exponit: „Messalam poeta carmine celebrat tamquam victorem (1—6.) et poetam summum (7—12.). Recitat carminum eius argumenta: fuere ea bucolica (13—20.), in amicam (21—40.). Celebrat laudes bellicas Messalarum (41—54.); sed iis laudibus non parem esse se canendis fatetur." — **1.** *non incognita*, probata. Vid. Huschk. ad Tib. IV, 1, 1. — *niveo Phoebo*, sempiterna iuventute gaudenti, ut verissime Wagn. explicat, coll. Verg. Aen. XI, 39. Prop. II, 13, 53. (III, 5, 37.) et Catull. LXIV, 303. — **2.** *Pauca.* Repetitio eiudem vocabuli in versibus se excipientibus auctori huius carminis non minus quam elegiarum illarum in Maecenatis obitum satis frequentata. Cf. v. 3. 4., 15. 16., 21. 22., 39. 40. et 57. 58. — *Pegasides* Musae a Pegaso vel potius ab Hippocrene (cf. Ovid. Trist. III, 7, 15. et Mart. IX, 59, 6.) etiam Ovidio Her. XV, 27. Prop. IV, (III,) 1, 19. Colum. X, 263. aliis dicuntur. De sollemni poctarum Musarumque epitheto *doctus* vid. Burm. ad Phaedr. III. Prol. v. 26. Dissen. ad Tib. I, 4, 61. Orell. ad Hor. Od. I, 1, 29. alii. — **3.** Haec de triumpho intelligenda esse, quem Augustus e bello Antoniano reversus egerit, docet Wagn. p. 8. sqq. et 25. coll. Heynio Obss. ad Tib. I, 3. in. — *magnum decus triumphi*, Messalla, qui in illo triumpho inter alios duces laureatos incessit et Octavianum in bello triumphum praegresso multum adiuverat (Tibull. I, 7.). — **5.** *barbaricae pugnae.* Cf. Aen. VIII, 685. sqq. et Flor. IV, 11. — **6.** Comparatio Wagnero p. 26. ad insignia pugnae barbaricae spectare videtur: „ut Eryx, qui cum quovis homine peregrino contendebat, occiso ei spolia - - barbarica, ignota igitur illa et nova, detrahebat et tanquam victoriae praemium auferebat: ita noster victor spoliis barbaricis, quae in triumpho per urbem vehebantur, praesignis erat." De ipso *Eryce* vid. ad Aen. V, 24. et 392. Quid autem iuxta Erycem sibi velit *Oenides*, i. e. vel Meleager, Oenei filius, (Ovid. Her. III, 92. IV, 99. Met. VIII, 414.), vel Diomedes, eiusdem nepos, (cf. Ovid. Met. XIV, 512. Fast. IV, 76. Albin. ad Liv. 110. etc.), difficile est dictu. Hoc autem nomen Heins. fecit e Codd. lectione *Aenides;* rectius fortasse produxisset *Alciden*, qui tamen alia ratione cum Eryce iungendus erat, quam per vulg. *utque.* Wagn. p. 27. vel *cum iacet altus Eryx*, vel *cum superatus Eryx* legi posse censet, quamquam ipse his coniecturis non multum tribuit. — **7.** sq. *Nec minus;* quamquam bellica laude insignis, nec minus idem maximus es poeta. Pro *nostros* Wagn. p. 29. coni. *doctos.* Cf. supra v. 2. — *Maximus*, quod Scalig. et Burm. pro nomine Messallae habuerunt, Wagn. recte docet esse Adiectivum, unde pendeat Infin. *expromere.* Vid. adnott. ad Ecl. IV, 54. V, 1. 53. Geo. I, 284. — *sanctos inire choros* Wernsdorf. de Musarum choris intelligit; rectius Wagn. de choro poetarum (coll. Ovid. A. A. III, 534. Trist. V, 3, 47 sqq. et ex P. III, 4, 67, 59.),

Hoc itaque insuetis iactor magis, optime, curis,
Quid de te possim scribere quidve tibi.
Namque, fatebor enim, quae maxima deterrendi
Debuit, hortandi maxima causa fuit.
Pauca tua in nostras venerunt carmina chartas,
Carmina cum lingua, tum sale Cecropio,
Carmina, quae Pylium, saeclis accepta futuris,
Carmina, quae Pylium vincere digna senem.
Molliter hic viridi patulae sub tegmine quercus
Moeris pastores et Meliboeus erant,
Dulcia iactantes alterno carmina versu,
Qualia Trinacriae doctus amat iuvenis.
Certatim ornabant omnes heroida divae,
Certatim divae munere quaeque suo.
Felicem ante alias tanto scriptore puellam!
Altera non fama dixerit esse prior;
Non illa, Hesperidum ni munere capta fuisset,

---

ut sensus sit: tu es dignus, qui in poetarum numerum et coetum recipiaris. — **13.** *Pauca tua*, non: carmina tua, quae omnino pauca sunt, sed: pauca e tuis carminibus. (Cf. adnott. ad Ecl. II, 21.) -- *in nostras venerunt chartas*, a me descripta sunt. Illo enim tempore artis poeticae studiosi carmina meliora, quae in publicum edebantur, in pugillares suos referre solebant. Cf. Burm. ad h. l., qui laudat Phaedr. V. Prol. v. 17 sq. — **14.** Carmina cum lingua Graeca, et Attica quidem dialecto, tum sale Attico scripta. Cf. adnott. ad Geo. IV, 177. et Aen. VI, 21. Heyn. malit *Cecropia*, cui tamen coniecturae, ad sensum sane aptissimae, Wagn. p. 33. praeter consensum Codd. etiam hoc opponit, quod veteres poetae perraro voces quatuor syllabarum, quarum ultima brevis sit, in pentametrorum fine collocare soleant. — **15.** Ne vox *Pylium* otiose repetatur, Heins. coni. *quae Pilium* vel *quae Phrygium*, et Langius Portensis in Epist. ad Wagn. data *quae nimium* (i. e. vehementer accepta); sed vid. Wagn. p. 34 sq. — **16.** *carmina Pylium vincere digna senem*, quae propter virtutes suas plures annos florere merentur, quam quot vixit Nestor Pylius. *Pylius* simpliciter de Nestore legitur etiam Ovid. A. A. III, 7, 51. et alibi. — **17.** Sequitur (v. 17 - 22.) locus ex bucolico aliquo Messallae carmine Graece conscripto excerptus et in Latinum sermonem conversus. Cf. Wagn. p. 36. sq. — *hic*, in amoeno aliquo loco antea in carmine illo descripto. — *molliter esse* (i. e. *sich befinden*) legitur etiam ap. Ovid. Trist. IV, 8, 8., et hic quidem, cum *erant* videatur fere idem esse quod *iacebant*, Wagn. apte comparat Prop. I, 11, 14. *molliter compositum esse* et Ter. Adelph. V, 1, 1. *molliter se curare.* Non igitur opus est, ut cum Wernsd. coniungamus *molliter iactantes.* — **19.** De carmine amoebaeo sermo est. Cf. Argumm. Ecl. I. p. 2. et Ecl. III. p. 37. — **20.** *Trinacriae doctus iuvenis* haud dubie est Theocritus Siculus; quominus enim Singularem pro Plurali positum et pastores Siculos intelligendos esse sumamus, impedire videtur epitheton *doctus*, (de quo vid. supra ad v. 2.). De *Trinacria* autem cf. adnott. ad Aen. I, 196. — **21.** Per *heroida* intelligenda est amasia Messallae, h. e. Sulpicia, Servii Sulpicii oratoris filia (vid. Tib. IV, 8. et 10. ibique Interpp.); vult autem poeta non tam pulchritudinem eius laudibus extollere, quam potius felicem eius sortem, quippe a tanto viro amatae, praedicare, quod etiam ad ipsum Messallam ornandum valet. Cf. Wagn. p. 38., qui simul recte restituit Codd. lectionem *dirae*, quam editores, ne *dirae* repeteretur, mutaverant in *divi*, quod Ribbeck. retinuit. — **23.** Idem Ribbeck. pro *tanto* e Cod. Brux. recepit *o te.* — **24** Quod nunc editur, debetur Munckeri (ad Hyg. fab. 185.) ingenio. Codd. et editt. vett. exhibent *Alter non famam dixerit ipse prior.* De constructione Graeca vid. adnott. ad Catal. VIII, 2. Cum ipsa sententia cf. Prop. III, 24, (II, 28,) 29 sq. -- **25.** *Illa*, Atalanta. Duae autem ex

Quae volucrem cursu vicerat Hippomenen,
Candida cycneo non edita Tyndaris ovo,
Non supero fulgens Cassiopea polo,
Non defensa diu volucrum certamine equorum,
Optabant Graiae quam sibi quaeque manus,
Saepe animam generi pro qua pater impius hausit,
Saepe rubro Eleis sanguine fluxit humus;
Regia non Semele, non Inachis Acrisione,
Inmitti expertae fulmine et imbre Iovem;
Non cuius ob raptum pulsi liquere Penates
Tarquinii patrios, filius atque pater,

---

vulgari opinione erant Atalantae, utraque pedum velocitate insignis, quarum altera Arcadia, Iasii filia, Milanioni nupsit, altera Argiva, Schoenei filia, Hippomeni matrimonio iuncta est. Cf. Wagn. p. 43., qui de utriusque frequente confusione conferri iubet Gronov. Diatr. in Stat. I, p. 553 sq. Muncker. ad Hygin. f. 185. Heyn. ad Apollod. I, 8. p. 119. alios. Constat tamen, nuper Müllerum (*Gesch. hellen. Stämme* I. p. 214.), hoc discrimen negantem, unam modo Atalantam statuendam esse contendisse. Fabulam de Hippomenis cum Atalanta certamine narrant Ovid. Met. X, 560 sqq. et Hygin. f. 185. — *Hesperidum munere*, aureis malis. Vid. ad Ecl. VI, 61. — 27. *Tyndaris*, i. e. Helena (ut Aen. II, 601.). De Helena autem ex ovo nata vid. Hygin. f. 77. ibique Munck. et Apollod. III, 10. — 28. De *Cassiopea* s. Cassiope, Cephei, Aethiopiae regis, uxore post mortem inter sidera relata, vid. Apollod. II, 4. Hygin. Astr. II, 10. Ovid. Met. IV, 737 sqq. alii. — 29 sq. De Hippodamia, Oenomai, Elidis regis, filia tandem a Pelope curruli certamine superata, vid. adnott. ad Geo. III, 7., ubi adde Apollod. III, 101. — *defensa*, scil. ab Oenomao patre, qui ipse filiam suam deperibat, neque sibi ereptam volebat. (Cf. Hygin. f. 253. Schol. Pind. Ol. I. et Wagn. p. 45.) — 30. *Graiae manus*, iuvenes proci. Cf. Ovid. Am. I, 9, 47. et Tib. IV, 1, 54. Tollius ingeniose quidem, sed praeter necessitatem, coni. *nurum*, coll. Aen. XI, 581 sq. — 31. *generi*, proci, qui generi fieri cupiunt. Cf. Tib. III, 2, 13 sq. et adnott. ad Aen. XII, 31. — *pro qua*, ne eam amitteret. Vid. ad v. 29. — 32. *Eleis humus*. De hoc Adiect., quod praeter h. l. nusquam inveniri videtur (nam Ovid. Her. IV, 47. pro *Eleides* rectius legitur *Eleleides*), sed analogiae legibus non repugnat, cf. Wagn. p. 49. — *sanguine fluxit*. Vid. ad Aen. III, 626. — 33. *Regia Semele*, ut Aen. V, 297. *regius Diores*; de ipsa autem *Semele*, Cadmi et Hermiones filia, et Bacchi matre vid. Apollod. III, 4. Ovid. Met. III, 254 sqq. Hygin. f. 179. — De *Acrisione* (quo nomine patronymico iam Hom. Il. XIV, 319. eam nuncupat) s. Danaë vid. ad Aen. VII, 410. *Inachis* dicitur ab Inacho, Acrisii proavo. De duobus autem patronymicis coniunctis (quod raro fieri constat) Wagn. confert ipsum Homerum Il. XI, 750. — 34. *Inmitti expertae* Wagn. e Scalig. coni. edidit pro vulg. *Immitti exspectant;* fortasse tamen praestat Langii coni. *Immissum expertae*. Heins., Broukh. et Wernsd. voluerunt *Immitti exspectans;* sed Singularem ferri non posse quisque videt, cum addantur verba *fulmine et imbre*. — 35. Lucretiae, raro a poetis Latinis commemoratae, mentionem iniecit poeta, ut faciliorem transitum sibi pararet ad Valerium Poplicolam et ad Messallarum laudes celebrandas; quod verissime docet Wagn. — Vulgo inde ab Ald. II. *Cuius et ob raptum* pro *Nec cuius ob raptum* positum, de qua coniungendi ratione Wagn. p. 50. conferri iubet exempla e Ciceronis libris collecta a Cortio ad Cic. Fam. X, 1, 7. Vid. etiam adnott. ad Aen. IV, 236. Sed iam Meyer. p. 47. coni. *non cuius ob raptum* vel *non ob cuius raptum*, ut *cuius* monosyllabum sit, i. e. non illa, cuius ob violationem etc. eamque coniecturam confirmat Cod. Brux., (dum ceteri fere omnes praebent *Non ob cuius*), quare cum Hauptio et posterioribus sic edidimus. — 36. *filius*, is scilicet, qui vim fecit Lucretiae, et propterea hic inter

Illo, quo primum dominatus Roma superbos
Mutavit placidis tempore Consulibus.
Multa, neque inmeritis, donavit praemia alumnis,
Praemia Messallis maxima Poplicolis.
Nam quid ego inmensi memorem studia ista laboris?
Horrida quid durae tempora militiae?
Castra foro solitos, urbi praeponere castra,
Tam procul hoc Latio, tam procul hac patria?
Inmoderata pati iam frigora iamque calores?
Stertere vel dura posse super silice?
Saepe trucem adverso perlabi sidere pontum?
Saepe mare audendo vincere, saepe hiemem?
Saepe etiam densos inmittere corpus in hostes,
Communem belli nec metuisse deum?
Nunc celeres Afros, periurae milia gentis,
Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
Nunc aliam ex alia bellando quaerere gentem,

---

plures fratres unus cogitatur, Sextus Tarquinius. — **39.** *alumnis*, tamquam mater. — **40.** *Poplicolarum* (s. Publicolarum) cognomen gens Valeria accepit a P. Valerio, cui primo inditum est (Liv. II, 8.), *Messallarum* autem illo tempore, quo Valer. Maximus Messanam cepit (Senec. de brev. vitae c. 13. Macrob. I, 6. cf. etiam Ovid. Fast. I, 595.). De orthographia huius cognominis vid. Huschk. Anall. ad Tibull. p. 746. Haupt. et posteriores editores scribunt *Publicolis*. — **41.** Transit poeta ad gentis Valeriae virtutes bellicas concelebrandas, et memorat, eam belli labores forensibus occupationibus et vitae in urbe degendae semper praetulisse. Burm., cui Heyn. adsentitur, *Iam quid ego* legendum putat, coll. Tib. IV, 1, 82.; sed Wernsd. docet, *Iam* ad verba *neque immeritis* v. 39. referendum esse. — **44.** Versus corruptus, in quo Wagn., verbis prioribus ab oscitante librario bis scriptis, alteram pentametri partem excidisse et postea male suppletam esse suspicatur; sententiam autem talem fere fuisse putat: *tam procul ignoto bella ciere solo.* Inter varias coniecturas pro *hoc nato* prolatas commemoro Langii: *Iam procul amotos, Tam procul a patria*, et Wernickii *Iam procul hoc Latio*, quam cum Hauptio et posterioribus editoribus amplexi sumus. — **45.** *iam - - iamque* Wagn. ex Cod. Voss. et antiquis editt. revocavit pro vulg. *nunc — nuncque.* Vid. ad Aen. II, 536. — **46.** *Stertere* Meyero non immerito inepti aliquid habere videtur: atque etiam Wagn. fortasse veriorem censet Cod. Voss. lectionem *Sternere*, cum *sterni* ita absolute etiam ap. Plin. Ep. VII, 27, 7. legatur: *ubi coepit advesperascere, iubet sterni sibi in prima domus parte.* — **48.** Recte iam Burm. vulgarem verborum ordinem *Saepe audendo mare* mutavit, cum huius correptionis in Ablativo Gerundii apud nullum antiquiorem poetam certum inveniatur exemplum. (Exempla e posterioribus poetis petita vid. ap. Ramsh. Gr. Lat. §. 215. III, 1. a. p. 1046.) — **49.** *inmittere corpus in hostes*, ut Cicero Tusc. I, 48, 116. dicit *in medios hostes se immittere.* Cf. Heynii Obss. ad Tibull. p. 280. et adnott. ad Aen. I, 70. et al. — **50.** *Communem belli deum.* Vid. ad Ciris. v. 359. Cf. etiam Prop. I, 11, 16. *communes nec meminisse deos.* Pro vulg. *timuisse*, quod perpauci modo Codd. exhibent, dum in plurimis *meminisse* apparet, cum Ribbeckio et Hauptio (in alt. edit.) recepi Tollii coni. *metuisse.* Benoist. servavit *timuisse.* — **51.** Inde ab Ald. II. vulgo *perituraque*, ut Particula *que* hic non tam copulandi, quam explicandi vim habeat: Afros, quorum millia peritura sunt. (Vid. adnott. ad Geo. I, 142. Aen. II, 722. al.) Sed cum plurimi Codd. exhibeant *periure* vel *periuria*, cum Hauptio et Ribbeckio recepi Wernsdorfii coni. *periurae.* (Oudend. coni. *periuraeque ultima g.*) Benoist. etiam hic vulg. *perituraque* retinuit. — **52.** *Aurea flumina Tagi.* Cf. Catull. XXIX, 20. *scit amnis aurifer Tagus* et Ovid. Am. I, 15, 34.

Vincere et Oceani finibus ulterius?
Non nostrum est tantas, non, inquam, attingere laudes;
Quin ausim hoc etiam dicere, vix hominum est.
Ipsa haec, ipsa ferent rerum monumenta per orbem,
Ipsa sibi egregium facta decus parient;
Nos ea, quae tecum finxerunt carmina divi,
Cynthius et Musae, Bacchus et Aglaie.
Si laudem adspirare, humilis si adire Camenas,
Si patrio Graios carmine adire sales
Possumus, optatis plus iam procedimus ipsis.
Hoc satis est; pingui nil mihi cum populo.

---

auriferi ripa beata Tagi. — V. **54**. ad Britanniam spectat. Cf. Ovid. Trist. IV, 1, 147 sqq. Senec. Consol. ad Marciam c. 14. et adnott. ad Ecl. I, 66. — Cum v. 55. cf. Ecl. III, 108., unde huius loci color ductus est. — *inquit*, quod Burm., cui adsentitur Heyn., in *unquam* mutari voluit, bene se habere docet Wagn., cum ad omnia, quae antea de rebus gestis Messallae poeta dixerit, quibusque carmine celebrandis se imparem fateatur, referendum sit, imprimis ad v. 41. Verba autem vulgo sic posita: *Non n. est, inquam, tantas* etc. Cod. Bruxell. auctoritate cum Haupt. et posterioribus editoribus transposuimus negatione iterata. — **57**. Ita Rhenum et Britannos Caesaris *monumenta* vocat Catull. XI, 10. a Wagnero collatus. — *rerum*, scil. gestarum. Vid. ad. Aen. VIII, 151. — *ferent per orbem.* Cf. Ecl. VIII, 9 sqq. — **58**. Punctum, vulgo post *parient* positum, Wagn. recte mutavit in Semicolon. — **59**. *Nos ea*, scil. feremus per orbem. — „*quae tecum f. c. divi*, h. e. quibus, cum ea faceres, adfuerunt Divi, ut illum, quo excellent, festivitatis colorem contraxerint, ita ut ab ipso Apolline et Musis, Baccho et Aglaie ea facta esse contendi possit.“ Haec *Wagn.* p. 62., qui simul de *Baccho* Musis et Apollini adiuncto tamquam poetarum fautore et patrono conferri iubet Tib. III, 4, 43 sq. Ovid. A. A. III, 347 sq. Prop. III, 2, 7 sq. (IV, 1, 47.) IV, (V,) 6, 76. et Gronov. Diatr. in Stat. Vol. I. p. 444 sq., de arcto autem necessitudinis vinculo, quo Musae et Gratiae (quarum hic una modo Aglaia commemoratur) inter se coniunctae sint, Eurip. Herc. fur. 673 sqq. Formae nominis *Aglaïe*, quatuor syllabis pronuntiandae, aliud exemplum non habeo in promptu. Heyn. v. 60. una cum 61. vult eiectum. Et sane v. 61. corruptus ad nos pervenit, (cum vulgo legatur: *humili sed adire Camena*), nec nisi coniectura sanari potest. Prius cum Meyero receperam Barthii coni. *Si laudes adspirem, humili sit adire Camena*, ut sensus sit: liceat humili carmine laudibus me adiungere Messallae poetae. (Cf. adnott. ad. Ecl. X, 46. et Geo. IV, 447.) Nunc vero cum Ribb., Ladew. et Benoisto praetuli Hauptii contextus emendationem. Inter ceteras coniecturas maxime placent Oudend. (Add. T. II. p. 723.) *humili licet arte Camenae* et Wagneri *humili licet utar avena.* — **62**. *Si - - Graios adire sales Possumus.* Hauptii coniectura recepta non opus est ut repetam, quae prius de Part. *si* in eadem sententia cum Coni. et Indic. constructa disserui. *Adire* interdum dicitur de re ardua et difficili. Oudend. confert Gratii Cyneg. 107. *adire artes* et Wagn. (qui praeterea laudat Waardenburg. Opusc. p. 219 sq.) Ovid. Fast. IV, 815 sq. *Aventinum cacumen adire.* Wacker. in Amoenn. litt. p. 21. hanc proposuit loci emendationem: *Si laudes adspirem, humili sit adire Camenas: Sin patrio Graios carmine habere.* — **64**. *pingui nil mihi cum populo*, non affecto plausum turbae stolidae et obtusae, ut Phaedr. V. Prol. I. extr. dicit: *Illiteratum plausum non desidero.* De voc. *pinguis* hoc sensu usurpato vid. Hor. Sat. I, 3, 58. Ovid. Met. XI, 148. Cic. pr. Archia 10. extr. alios et Ramsh. Synon. II. §. 1038. Cf. etiam adnott. ad Catal. VII, 4.

XII. IN MITHRIDATEM. (?)

Aspice, quem valido subnixum gloria regno
Altius et caeli sedibus extulerat:
Terrarum hic bello magnum concusserat orbem,
Hic reges Asiae fregerat, hic populos;
Hic grave servitium tibi iam, tibi, Roma, ferebat,
— Cetera namque viri cuspide conciderant —
Cum subito in medio rerum certamine praeceps
Corruit, e patria pulsus in exsilium.
Tale deae numen, tali mortalia ritu
Fallax momento temporis hora premit.

XIII. AD ANTONIUM MUSAM.

Quocumque ire ferunt variae nos tempora vitae,

XII. Vid. Anthol. Lat. Burm. II, 123. s. Meyeri n. 100. In quem scriptum sit hoc carmen satis disertum et grave Vergilioque minime indignum, pro certo dici nequit, cum auctor oratione usus sit ad rerum veritatem minus accommodata. Oudendorp. parum probabiliter de Alexandro M., Scaliger et Ruhnk. ad Vell. II, 18, 3. de Mithridate, Heynius de Pompeio M., Langius de Antonio cogitavit. — **1.** *valido subnixum regno*, fretum ferocemque regni magnitudine et potentia sua. Cf. Liv. XXVI, 13. XL, 1. Cic. Orat. I, 58. Tac. Ann. I, 11. XI, 1. etc. — **2.** Heyn. malit *Altius heu;* sed recte Wagn. censet, nullum hic locum esse tali interiectioni, immo Copulam inaequales coniungere orationis partes hunc in modum: Adspice, quem - - extulerat, et quem *altius caeli sedibus* extulerat, coll. Qu. Verg. XXXIV, 2. Vid. etiam adnott. ad Ecl. VIII, 3. Geo. III, 282. IV, 8. — *altius caeli sedibus*, i. q. alibi super astra, super aethera. Vid. ad Aen. I, 379. coll. adnott. ad Aen. X, 3. In fine versus prius cum Wagn. signum exclamandi posuimus pro vulg. Commate, quod nunc cum recentioribus editoribus in Colon mutavimus. — **3.** Burm. *Magnus*, i. e. Pompeius. — **4.** Meyer. p. 24. pro *et populos* ex Cod. Voss. recepit *hic populos*, eumque cum Hauptio et posterioribus secuti sumus. — **5.** Meyer. ex eod. Cod. edidit *servitium iam iam tibi.* — **6.** *cuspide conciderat*, quod mire dictum videri possit, e Graeco δορὶ πεσεῖν ductum esse docet Wagn. — **9.** Meyer. e Codd. Voss. pro *deae* recepit *Deûm.* — Pro Codd. lectione *tali* (i. e. tam potenti) *nutu*, a Wagn., Meyero et Benoisto servata, cum Ribbeckio recepi Hauptii coniecturam *ritu.* — **10.** Vulgo *Fallax hora* (i. e. Fortuna mutabilis) *dedit* (dare solet). Vid. ad Geo. I, 49. Quaeritur autem, quid sit *dare?* Wagn. duplicem proponit explicationem, aut ut sensus sit: „si solet hora potenti nutu quasi ludens mortalia mutare,“ cum constet *dare* in ludo locum habere (coll. Nonio p. 170. cum nota Merceri p 136. Heinsio ad Ovid. A. A. II, 204. et Ernestii Clav. Cic. v. Scriptorum ludus), aut ut *dare* significet efficere, ut aliquid vel hoc vel alio modo se habeat (Graec. θεῖναι, θέσθαι) et sententia haec sit: „ita afficere mortalia potenti nutu solet Fortuna“. Altera ratio simplicior videtur. (Cf. adnott. ad Aen. IX, 323. et al.) Lectio tamen ipsa minus placet; quare ei cum Ribbeckio et Benoisto praetuli Ruhnkenii coni. *premit*, quae optime convenit verbo *extulerat* v. 2. Hertzberg. coniicit *regit.* Haupt. recepit suam coni. *ruit.*

XIII. Legitur hoc carmen, (quod Vergilianis adnumerat Teuffel in Pauly *Realencycl.* VI. p. 3659.) in Anthol. Lat. Burm. II, 124. s. Meyeri n. 101. De *Antonio Musa*, medico Augusti satis noto, cf. Suet. Aug. 58. 81. Hor. Ep. I, 5, 3.

Tangere quas terras quosque videre homines,
Dispeream, si te fuerit mihi carior alter.
Alter enim quis te dulcior esse potest,
Cui iuveni ante alios divi divumque sorores
Cuncta, neque indigno, Musa, dedere bona;
Cuncta, quibus gaudet Phoebi chorus ipseque Phoebus?
Doctior o quis te, Musa, fuisse potest?
O quis te in terris loquitur iucundior uno?
Clio tam certe candida non loquitur.
Quare illud satis est, si te permittis amari,
Non contra ut sit amor mutuus inde mihi.

XIV. IN OCTAVII MORTEM.

Quis Deus, Octavi, te nobis abstulit? An, quae
Dicunt, ah nimio pocula ducta mero?
Vobiscum, si est culpa, bibi. Sua quemque sequuntur
Fata: quid inmeriti crimen habent cyathi?
Scripta quidem tua nos multum mirabimur et te

Dio Cass. LIII, 25, 30. Plin. XXIX, 1, 5. et ex interprett. ad hos locos imprimis Obbar. ad Hor. Epp. Vol. II. p. 246. Vid. etiam Pauly *Realencycl.* I. p. 573. Heyn. vero non medicum illum Augusti, sed Musam rhetorem a Seneca in Controv. aliquot locis commemoratum intelligit, quem tamen Andr. Schott. in libro de claris ap. Senecam rhetoribus p. 414. ab illo medico non differre putat. — *Dispeream, si* cett. Cf. Prop. II, 17 (21), 9. Martial. II, 69, 2. etc. — 5. Pro vulg. *Venus* cum Hauptio et posterioribus editoribus recepi Cod. Brux. lectionem *iuveni.* — *divi divûmque sorores.* Similiter Ovid. A. A. I, 27. *Clio Cliusque sorores*, quod Heins. etiam huc transferri voluit. Meyer. p. 42. vel *ante alios divos*, vel *ante alios divûm* legendum putat, ut Venus et Gratiae omnia dedisse Antonio Musae dicantur. — 7. Iam Scalig. locum sic emendavit, ut nos cum Hauptio et posterioribus edidimus; eamque mutationem etiam Wagn. paene necessariam iudicat. Ceterum cf. Ecl. VI, 66. — 10. Casaub. coni. *Clio tam certe*, quod cum Meyero, Hauptio et posterioribus recepimus. Vulgo *nam.* — 12. *contra ut sit, gesetzt auch, dass du meine Liebe nicht erwiederst.* Cf. Hand. Turs. II. p. 111.

XIV. Vid. Anthol. Lat. Burm. II, 65. s. Meyeri n. 86. Octavius, in cuius praematuram mortem hoc Epigramma scriptum, idem esse videtur atque ille, cui Culex est dedicatus, et quem Hor. Serm. I, 10, 82. inter amicos suos nominat. Vid. Weichert. Poett. Latt. Rell. p. 219 sq. Ex hoc ipso carmine discimus, eum iam libris scriptis clarum et historiam Romanam aggressum (v. 5. 6.), patre adhuc vivo (v. 7.) inter pocula (v. 2.) subito mortuum esse, ita ut de causa mortis esset dubitatio. — 2. Vulgo *dura.* Rectius fortasse *dira*, quod Oudend. coniecit. Heins. vero voluit *ducta*, i. e. hausta, ut ap. Mart. III, 22. *Summa venenum potione duxisti;* idque cum recentioribus editoribus amplexi sumus. Weber. in Corp. Poett. coni. *an nimio p. dura m.*, quod probat Meyer. — V. 3. haud dubie corruptus. Inter varias coniecturas commemorare placet Iacobsii Animadv. v. 318. *Mortis si culpa est bilis*, Wagneri aut *Nulla tamen culpa est illis*, aut: *Non ita; si culpa est illis*, i. e. si sunt, qui eam ipsis culpam tribuant; Fiedleri in Iahnii Annall. 1831. Fasc. II. p. 201. *nobiscum culpa est leti.* Meyer hanc nescio cuius coniecturam profert: *Vos cur, si culpa est, bibitis?* h. e. Octavius mortuus est, quia nimium bibit: cur ergo vos amplius bibetis, si id mortem provocat? eique proxime accedit, quam nos cum Ribb., Ladew. et Benoisto recepimus, Hauptii emendatio, qui coll. Callimachi (Anth. Pal. VII, 725.) exemplo Octavium haec respondere demonstravit. — 4. Cum iisdem editori-

Raptum et Romanam flebimus historiam.
Sed tu nullus eris. Perversi dicite, Manes,
Hunc superesse patri quae fuit invidia?

---

bus pro vulg. *quod* ex Cod. Brux. recepi *quid*. — 7. *nullus*, mortuus, ut ap. Prop. I, 17, 12. et Plin. II, 63, 63. Cf. etiam idem Prop. I, 5, 22. et comicorum illud *nullus sum* (Plaut. Most. II, 1, 41. Merc. I, 2, 52. Ter. Andr. III, 4, 20. Phorm. V, 7, 49. etc.). Similiter etiam Persius V, 152. *cinis et manes et fabula fies* (cum quo cf. Hor. Od. I, 4, 16.).



INDICES.

I.

INDEX HISTORICUS

ETIAM HISTORIAM FABULAREM RESPICIENS.

II.

INDEX GEOGRAPHICUS.

III.

INDEX GRAMMATICUS ET CRITICUS.

im E. 2, 1. 26. 5, 20. 7, 7. 69. 8, 68. 9, 53. A. 2, 224. 11, 656. al. — in *om* E. 2, 22. cum Add. — in *on* G. 1, 332. A. 12, 701. Cul. 269. — nomin. propr. in *an* E. 1, 65. 2, 15. G. 1, 281. A. 4, 196. 6, 40. — in *en* E. 1, 65. A. 1, 113. cum Add. 458. — in *im* et *in* E. 2, 1. 4, 32. 5, 52. A. 7, 84. — in *a* G. 1, 428. cum Add. — in *on* Cul. 270. — non formatur in *e* A. 11, 243. — Plur. 3. Decl. in *is* E. 3, 3. G. 1, 25. cum Add. — — Graecus nominum propr. in *as* E. 5, 59. cum Add.

Achates, declinatio nominis: Gen. in *ae* et *i* A. 10, 344. 1, 120. Acc. in *en* A. 1, 644. Voc. in *e* A. 1, 459. Abl. in *e* A. 1, 312.

Achilles, Gen. Achilli G. 3, 91. A. 1, 30. 2, 275. 476. al. et Achillis A. 1, 476. 12, 352.

acies bisyllabum A. 10, 179.

Activum et Passiv. alternant A. 3, 61.

actus et *ictus* in Codd. confunduntur A. 10, 63.

ad servandum in verbis compositis ante simplex *s* (*adsidue* etc.) E. 2, 4. — abiicit literam *d* in Verbis compositis ante *sp* et *st* (*aspicere*, *astare* etc.) E. 2, 66. a Substant. pendens A. 10, 253. causam et occasionem indicat (*stupere*, *tremiscere ad aliquid* cett.) E. 8, 3. pro *contra* A. 2, 443. cum vi comparandi dictum E. 3, 48. in Verbis composit. raro usurpatis A. 9, 52.

Adiectivum, ubi Adverbium exspectas G. 3, 538. A. 1, 644. 3, 70 4 303. 574. 5, 387. neutrius gen. substantive positum E. 3, 80. A 3, 232. — — adverbialiter usurpatum E. 3, 8. 63. 4, 43. G. 2, 490. A. 8, 559. Adiectiva cum Infinitivo constructa E. 5, 1. — duo, ut alterum pro Substantivo positum sit G. 1, 393. — vario Casu in eadem sententia iterantur (G. 2, 327.) A. 3, 159. relativae enunciationi cum vi adiuncta A.' 2, 295. aliis nominibus, quam quo proprie pertinent, adiecta E. 9, 46. A. 1, 4. 8, 526. 9, 582. 12, 199. 582. Cir. 198. bisyllaba quomodo collocari soleant A. 1, 333. quae ad Casum rectum pertinent, ad Casum regentem accommodantur A. 8, 526. 12, 739. activa et passiva signif. usurpantur A. 11, 364. (et Participia) non Subiecti, sed Praedicati genus sequuntur A. 6, 449. duo sine copula uni Substant. iuncta G. 1, 407. A. 5, 24. 6, 603. neutro genere adiiciuntur Substantivis masc. et femin. gen. E. 3, 80. A. 4, 569. loci et temporis ad ipsos homines relata A. 4, 303. 5, 162. a vestitu, armis cett. ad ipsos homines translata A. 9, 270. 10, 722. pro Adverb. adduntur Participio E. 3, 8. 63. A. 7, 510. 8, 559. ex Particip. Perf. Pass. orta et cum Praep. *in* composita respondent Adiect. in *bilis* A. 3, 420. 10, 174. partitive usurpata et cum Genit. constr. A. 4, 576. per prolepsin usurpata G. 2, 219. 353. A. 2, 736. 3, 30. 237. loco Genitivi Obiecti A. 2, 584. gentilicia pro possessivis A. 3, 602. possessiva pro patronymicis A. 4, 471. in *ius* et *icus* missa A. 1, 119. insolita ratione formata A. 3, 602 4, 552. 9, 285. 10,351. 11,247. patronymica Graec. ratione formata A. 6, 844. Adi. 2. Declin. femin. gen. Graecorum ratione in *e* terminata E. 10, 12. — 3. Declin. in *is*, *e* antiquitus erant trium terminationum in *us*, *a*, *um* A. 10, 425. — in *ficus* exeuntia A. 6, 605.

admittier A. 9, 231.

adscire et *accire* confunduntur A. 12, 38.

adscire et *adsciscere* confusa A. 11, 308.

adsidue pro *assidue* scribendum E. 2, 4. cum Add.

Adverbia, ubi Adiectiva exspectaveris A. 1, 13 21. 198. cum Add. quem locum sententiae teneant G. 2, 219. alieno loco posita G. 4, 284. A. 1, 195. Adv. loci pro Pron. relat. cum Praepos. G. 1, 505. A. 1, 21., — —, alia loci significatione per appositionem adiuncta E. 1, 53. Adv. multiplicativa adhibita numeris maioribus exprimendis A. 1, 71. omisso verbo, quo pertinent A. 11, 728. praemittuntur vocibus, quarum signif. intendunt A. 10, 822.

advertere et *avertere* confunduntur A. 4, 106.

ae pro *oe* E. 1, 17. 36. G. 3, 519. 4, 49. cum Add. *ae* elisum sequente brevi vocali A. 10, 179.

aequus et *equus* in Codd. confunduntur A. 12, 465.

afui, *afore* A. 7, 498.

ah rectius sine adspiratione scribendum E. 1, 15. — Commate separandum a Vocativo E. 2, 60.

alia a quibusdam scribitur pro *allia* E. 2, 11. cum Add. A. 7, 711.

ambo, Accusativi forma E. 6, 18.

Anacoluthon G. 3, 464. A. 1, 237. 5, 51. 7, 610.

Anadiplosis E. 4, 62. 5, 12. A. 10, 691. — in nominibus pro-

clin. in *e* A. 10, 361. — 4. Declin. in *u* terminatus E. 5. 29. cum Add. — nominum propr. 2. Decl. in *ei* E. 4, 57. A. 5, 184. — Plur. Graecus (*Hamadryasin*) Cul. 94. — — 4. Decl. in *ibus* et *ubus* G. 2, 396.

de in Verbis compos. intensivam habet vim A. 1, 157. 3, 260. 4, 52. rerum materiam significat E. 7, 31. A. 4, 457. 6, 69. rem alicui ereptam indicat A. 3, 288. originem et causam indicat Cul. 392. in genere constituendo A 10, 350. cum *di* permutatur in Codd. G. 2, 8. 187. 354. 3, 72. A. 1, 211. 2, 398. 4, 593. 11, 193. al. nostrum *gleich von — weg* A. 2, 622. *de more* A. 3, 65. 10, 832.

decedere et *discedere* confunduntur A. 5, 551. item *decedere* et *descendere* G. 1, 450.

deducere et *diducere* confusa G. 2, 354.

defringere et *destringere* confusa G. 2, 300.

defundere et *diffundere* confusa G. 4, 415. Cir. 11.

deicere pro *deiicere* G. 1, 333.

delectus et *dilectus* confusa G. 3, 72.

demittere et *dimittere* confusa A. 2, 398.

densare et *densere* G. 1, 248. cum Add. 419. A. 7, 794. 11, 650. 12, 264.

Deponentia passive E. 9, 53. A. 1, 312.

deposisse (i. e. deposivisse) pro *deposuisse* Cat. 8, 16.

deprensus et *depressus* confusa A. 10, 98.

deripere et *diripere* confunduntur G. 2, 8. A. 4, 593. 11, 193.

despicere et *dispicere* confunduntur G. 2, 187.

Diana prima syllaba producta A. 1, 499.

dicendi verbum ex antecedente verbo negandi supplendum A. 3, 302. — verba geminantur G. 4, 499. A. 2, 78.

dice pro *dic* Verg. scripsisse putatur A. 1, 753.

dicio rectius quam *ditio* A. 1, 236. cum Add.

dies vox gen. comm. G. 1, 276. *die* prisca Gen. forma G. 1, 208. cum Add. *dii* pro *diei* an dixerit Verg. A. 1, 636.

Diomede Acc. non ferendus A. 11, 243.

distinere et *detinere* confusa A. 11, 381.

Distributiva pro cardinalibus numeris E. 8, 73.

Disyllaba vox in principio versus ante maiorem interpunct. G. 4, 196.

dolor et *labor* confusa A. 2, 776.

domos, non *domus*, Vergilius dixit Accus. G. 1, 182.

dum nostrum *so lange bis* E. 9, 23. — *während*, cum Coniunct. G. 4, 457. cum Coniunct. voluntatem et studium indicat A. 1, 5. cum Praes. etiam in re praeterita E. 7, 6. G. 4, 560. A. 3, 616. cum Praes. et Futuro constructum quomodo differat A. 4, 336. cum Futuro exacto A. 1, 265.

duplex prima syllaba producta A. 12, 198.

duplex Casus Obiecti eidem Verbo adiectus A. 5, 172. 11, 179. 12, 273.

e a quibusdam scribitur pro *i* in vocc. *vimine*, *agmina*, *limina* etc. Add. ad G. 4, 34.

e augendi et intendendi vim habet in verbis compositis G. 4, 145. A. 7, 757. priorem aliquam condicionem, nunc mutatam, indicat A. 10, 221.

ee in Verbis cum *de* compositis in *e* contrahitur G. 2, 200.

ecquis cum *et quis* confusum G. 3, 159. *ecqua* pro *ecquae* A. 3, 441.

edera quidam scribunt pro *hedera* E. 3, 39. cum Add.

edice A. 11, 463. (cf. 1, 753.)

(*Edonius* altera syllaba correpta A. 12, 365.)

edurus (*egelidus* etc.) G. 4, 145.

eff in *et f* mutatum A. 9, 632.

effugere et *diffugere* confunduntur A. 2, 226.

ei unius syllabae A. 5, 352. 10, 496.

Elisio multorum errorum causa A. 1, 193. — diphthongi et longae vocalis ante brevem A. 10, 179. 845. — — — post syllabam longam A. 2, 182. crebrae elisiones A. 2, 84.

Ellipsis Coniunct. *si* et *cum* in sententiis condic. et tempor. A. 1, 572. 6, 31. durior Verbi subst. E. 3, 25. Verbi subst. apud Perf. Pass. E. 1, 54. G. 2, 519. A. 1, 237. 2, 25. 5, 192. Verb. *experiendi*, *videndi* ante *si*, *si forte* A. 2, 756. vocc. *filius* et *filia* E. 6, 74. G, 1, 138. A. 6, 36. vocc. *uxor* et *soror* A. 3, 319. 12, 830. Vocativi A. 1, 327. Pronominis pers. vel. demonstr. iuxta Infin. A. 2, 25. 432. Pronom. relat. et demonstr. alio casu proprie iterandi G. 2, 375. Pronom. reflexivi iuxta verba transitiva, quae sic fiunt intransitiva A. 1, 234. (E. 4, 45. G. 1. 333. 3, 507. A. 1, 207. al.) Participii A. 1, 160.

nec — *nec* post voc. negat. E. 5, 25. *nec* — *nec* in altero enuntiato cum alio casu coniunctum atque in priore A. 5, 783. *nec* — *neu* sibi respondent G. 3, 435. *nec* — *aut* A. 3, 43. *nec* — *que* pro nec — nec A. 2, 534. *nec* — *quidem* Cir. 441. *nec non, nec non etiam* G. 2, 413. *nec non et* A. 4, 140. 7, 521. *nec tamen, interea* E. 1, 58. *nec minus, nec minus interea* G. 2, 429. A. 6, 212. *nec memor* i. q. immemor A. 12, 534. *nec ullus* A. 2, 159.
negatio duplex non affirmat A. 4, 36. ex sequentibus supplenda A. 1, 544.
nemus et *pecus* in Codd. confusa G. 12, 719.
neque minus grave quam *nec* A. 4, 380. ante Vocalem poni solet A. 9, 129. (non *nec*) plerumque sequitur praegressum *non* A. 9, 129. i. q. ne quidem E. 3, 102. i. q. nec tamen A. 2, 94. *neque* — *neque* A. 4, 380. non ubique disiungit A. 3, 585. *neque* — *neque* — *non* — *que* G. 3, 252. *neque* — *et* A. 12, 801.
nequiquam scribendum G. 1, 96. cum Add.
nescio duarum syllab. A. 2, 735. — *qui* et *nescio quis* E. 3, 103. — *quis* pro aliquis E. 8, 107. A. 2, 735.
neu, neve ubi poni possit G. 3, 435. post Imperat., non antecedente *ne* aut *ut* G. 2, 37. *neve* — *neve* G. 2, 37. 298. A. 9, 42.
Neutra Adjectiv. et Particip. substantive posita A. 5, 6. — — pro Adverb. E. 3, 8. 63. 4, 43. G. 3, 149. A. 6, 466. 8, 489. 9, 125. 794. 10, 572. 726. 11, 854. 865. 12, 398. — Plur. Graeca ratione in *e* terminata A. 5, 822. Neutr. Pronn. demonstr. ad Substant. masc. et femin. gen. relatum A. 3, 173. — Partic. Perf. Pass. pro Subiecto A. 5, 6. - Praedicati apud Subst. mascul. et femin. gen. A. 4, 569. — Adiect. apud Subst. masc. et femin. gen. E. 3, 80. A. 4, 569. — — pro Adverbio E. 3, 8. 4, 43. G. 3, 149. A. 7, 510. 9, 125. 794. 12, 338. Cul. 79. 130. — — pro Subst. cum Gen. inde pendente G. 1, 393. 2, 284. A. 3, 232.
ni et *nisi* quo differant (*ni fallor* et *nisi fallor*) A. 5, 49. (G. 4, 455.)
nīgrans et *nĭgrans* A. 8, 353.
Nominativus absolutus, a quo ad Acc. c. Inf. deflectitur G. 1, 383. per Apposit. Accusativo adiectus A. 7, 741. ubi Accus. exspectamus G. 2. 219. A. 1, 314. 3, 310. 5, 373. 12. 860. pro Vocat. (E. 7, 46.) A. 6, 836. 11, 464. Pron. relativi, ubi Genit. exspectamus A. 6, 611. Vocativo iunctus A. 1, 664. Participii non ponitur in fine sententiae A. 12, 612. in *or* et *os* E. 2, 53. cum Add. G. 3, 118. A. 3, 27. 5, 308. Graecus (nominum propr.) in *os* G. 1, 59. cum Add. 2, 90. cum Add. (E. 6, 13. 8, 44. A. 3, 141. Cul. 123. al.) in *on* et *o* E. 7, 30. per attractionem A. 9, 594. apud Infin. pro Accus. A. 2, 377. 4, 306. 11, 503. Cat. 8, 2. Nom. Plur. 3. Decl. num in *is* missus fuerit Add. ad E. 9, 48.
non in quaestionibus pro nonne E. 3, 17. A. 2, 596. per anaphoram repetitum A. 9, 285. *non* et ***haud*** permutantur A. 8, 391. 12, 723. *non* — *non, neque* — *neque* post antecedens voc. negativ. A. 4, 36. *non adeo, eben nicht* A. 11, 436. — *alias* fere i. q. numquam G. 1, 487. *non aliter, non secus* A. 12, 723. *non aliter quam si* A. 4, 669. *non ita* A. 2, 583. *non secius* G. 3, 367. *non solum* — *sed* E. 5, 48. *non umquam* A. 2, 247. *non iam* A. 4, 431.
noster et *vester* in Codd. confusa E. 9, 10. *nostri* Genit. Pron. person. pro possess. Pron. A. 10, 72.
noviens pro *novies* G. 4, 480.
Numerus a librariis mutatus G. 3, 383. — Verbi proximi Nominis Numerum sequitur E. 1, 58. 6, 30. — variatur in duobus Substant. coniunctis E. 4, 40. Numeri consulto fracti et ignavi A. 12, 907. — egregii A. 5, 643. Numeros variare solet Vergilius A. 1, 427. 591.

o pro *e* in voc. *vertere, vertex* et sim. non Vergilianum G. 1, 65. 481. cum Add. — pro *u* in vocc. *volnus, voltus* etc. E. 1, 63. cum Add. — finale quando a Vergilio producatur A. 9, 296.
o Interi. sine Vocat. in allocutione A. 8, 122. — in media oratione interposita A. 2, 644. *o qui* pro utinam aliquis G. 2, 488.
obex et *obiex* G. 2, 480. cum Add. — gen. fem. in. A. 10, 377.
Obiectum omittitur, ubi sequitur enuntiatum a Partic. *cum* incipiens A. 12, 632. Obiecta duo diversa ratione explicanda eidem Verbo adiecta A. 1, 78.
obtunsus pro *obtusus* G. 1, 262. et 395. cum Add.
offulgere et *effulgere* confusa A. 9, 110.
olli pro illi A. 1, 254. cum Add. (5, 358. 8, 657.)
om pro *um* et *os* pro *us* E. 2, 22. cum Add. (G. 1, 59.)

omina et *omnia* confusa G. 3, 456.
Optativus potentialis, quem vocant, verborum cernendi, putandi, dicendi etc. A. 4, 401.
orae et *arae* confunduntur A. 11, 269.
Oratio obliqua rara in carmine epico A. 4, 227. Oratio statim sequitur narrationem non addito verbo, quo indicetur A. 3, 84.
Orphei Gen et Dat. διουλλάβως E. 4, 57. Cul. 279. *Orpheus* τρισυλλάβως Cul. 117. Genit. *Orpheos* Cul. 269.

pallidus et *squalidus*, *pallere* et *squalere* in Codd. confusa A. 8, 197.
par (*impar*, *compar*) Ablat. in *e* format E. 8, 75. cum Add.
Paragoge Infinitivi Pass. G. 1, 454. cum Add. A. 4, 493. 7, 70. 9, 231. 11, 242.
Parentheses sine Copula A. 2, 342. a Copula incipiunt E. 9, 11. A. 3, 365.
parentheticum Appositionis genus vid. Appositio.
Parnasus rectius quam *Parnassus* E. 6, 29. cum Add. Cul. 15.
Participia sensu Adiectiv. E. 3, 27. substantive G. 2, 398. 3, 147. cum Adiect. coniuncta G. 1, 319. A. 3, 70. 5, 764. 8, 391. 559. 10, 503. ubi Verb. finit. exspectaveris G. 2, 133. A. 1, 69. 7, 787. 9, 488. 12, 758. Graeco more usurpata G. 2, 510. A. 1, 385. 2, 377. 7, 350. 9, 403. 10, 426. 500. per prolepsin usurpata: vid. Prolepsis. verborum eundi omittuntur G. 4, 82. A. 2, 471. Ablativ. non in *i*, sed in *e* formant E. 3, 27. absolute posita A. 1, 737. per pleonasmum quendam adiecta A. 2, 64. Partic. Verb. antecedentis iteratum pro simplici Pron. demonstr. A. 6, 422. Verbo per attractionem adiectum A. 2, 377. non Subiecti, sed Praedicati genus sequens A. 6, 448. cum 2 Pers. Praes. confusum G. 4, 239. Particip. Praes. Vergil. non pro Part. Perfecti ponit A. 1, 303. Vergil. raro collocat in extrema sententia A. 11, 831. 12, 612. per prolepsin de conatu G. 2, 56. consilium indicat A. 2, 114. pro Part. Fut. A. 2, 111. 6, 392. 8, 157. cum Part. Perfecti in Codd. permutatur A. 12, 746. cum secunda Pers. Indic. Praes. et Fut. confusa G. 4, 239. Partic. Perfecti absolute usurpatum (*libato*, *composito* etc.) A. 1, 737. pro Partic. Praes. G. 1, 206. 293. 4, 277. A. 2, 514. 5, 61. 6, 335. 9, 565. 10, 221. per anticipationem G. 1, 320. 4, 547. A. 8, 532. additur eidem Verbo finito (*victum vincere*, *captum capere* etc.) A. 7, 295. pro Part. Fut. Pass. A. 1, 369. 2, 721. respondet Adiect. in *bilis* A. 3, 275. (10, 174.) reflexivo sensu Medii Graec. E. 1, 54. A. 1, 320. 481. Verborum intrans. A. 3, 14. Neutr. loco Substant. A. 5, 6. Depon. passive A. 1, 312. Partic. futuri Activi de re, quae ut fiat fatale est A. 10, 811. Futuri Pass. pro Part. Praes. Pass. A. 1, 269.
Particulae adversativae cum vi omissae A. 4, 433. causales omissae E. 1, 12. G. 1, 277. disiunctivae *ve*, *vel*, *aut*, *sive* a poëtis promiscue usurpatae A. 1, 370. — pro copulativis G. 4, 199. A. 2, 127. coniunctivae pro disiunctivis G. 1, 442. (*et*, *nec*, *sed*, *vel* cett.) postpositae E. 4, 63.
partitus passive usurpatum A. 5, 562.
Passivum et Activum alternant A. 3, 61.
Patronymicorum syllaba peaultima producta A. 2, 82.
pecus et *nemus* confusa A. 12, 719.
pelagus, Accus. rarius occurrens A. 5, 8.
per cum Neutro Adi. circumscribit Adverbium A. 9, 31. in obsecrandi formulis omisso *rogandi* verbo A. 10, 369. in obtestationibus saepe proxime subiectum habet nomen eius, quem, non id, per quod precamur A. 2, 142. 10, 369. Cir. 246. *per*, *si qua est fides* et sim. A. 2, 142. 10, 369. 12, 56. *per urbes*, *per gentes* A. 3, 295.
percussus et *concussus* confunduntur A. 6, 475. — et *perculsus* item A 1, 513. 8, 121.
Perfectum de re modo praeterita (non pro Praesente) A. 2, 12. —, ubi Praesens exspectamus A. 5, 336. de re aliam statim secuta G. 1, 330. ἀοριστικῶς: de eo, quod fieri solet G. 1, 49. cum Add. 375. cum Praes. iunctum G. 3, 228. A. 2, 85. 3, 3. Cir. 360 al. cum Imperfecto permutatum A. 10, 383. item cum Perfecto A. 10, 465. 11, 150. 12, 842. Perf. Indic. cum Coni. Plusquamp. coniunctum A. 4, 19. 11, 112. Perf. in *iit* num Verg. in *it* contraxerit G 2, 81. cum Add. (A. 2, 497. 9, 9. 10, 785. 817.) duplex forma 3. Pers. Plur. E. 10, 13. Perf. Plur. contracta forma (*amus* pro *avimus*) num Verg. usus fuerit A. 5, 57. Perf. Pass. altera Pers. Sing. per apocopen in *u's* contracta

a Verg. aliena A 1, 237. cum Add. tertia Pers. Plur. correptum: vid. *Correptio.*

periclum per syncopen A. 2, 709.

Persona secunda Praes. et Fut. in Codd. confunditur cum Particip. Praes. G. 4, 239. — tertia Plur. impersonaliter posita G. 2, 282.

pinna et *penna* G. 1, 398. cum Add. 4, 310.

piorum et *priorum* confusa A. 4, 464.

placidus et *placitus* confusa A. 9, 187. 10, 15.

Pleonasmi, qui vocantur E. 1, 20. 5, 47. 8, 87. G. 1, 200. 2, 247. 4, 499. 515. A 1, 5. 614. 2, 53. 78. 456. 593. 3, 690. 4, 24. 488. 586. 588. 680. 5, 21. 321. 551. 6, 76. 247. 450. 715. 7, 624. 9, 47. 319. 10, 359. 11, 38. al. Pleonasmi species quaedam (*currentem impellere, trementem terrere* cett.) A. 2, 653. 11, 608. 12, 761.

Plias pro Pleias G. 4, 233. — num priore syllaba corripiatur A. 3, 516.

Pluralis pro Singul. E 3, 7. G. 1, 30. 3. 111. cum Add. A. 1. 463. 2, 155. 5, 233. 10, 532. al. — maiestaticus, quem vocant G. 1, 30. de incerto quodam E. 4, 49. A. 1, 4. ubi aliquem non suo nomine, sed communi aliquo appellamus E. 3, 7. A. 10, 79. 12, 60. quando Singulari collectivorum adiiciatur A. 11, 145. ad *quidque, quodcunque* relatus A. 2, 77 Singulari per appositionem adiectus A. 8, 729. ad unum relatus, si totum genus hominum indicatur A. 12, 799. refertur ad praegressum Singul. E. 7, 22. Plur. Nominum abstr. E. 7, 4. cum Add. G. 3, 111. cum Add. A. 1, 750. — significat rem pluribus particulis constantem Add. ad E. 8, 53. — habet vim intensivam et maiorem rei gradum indicat E. 10, 76. cum Add imprimis affectuum A. 4, 28. et Add. ad A. 1, 11. — et Singul. Verbi ad unum idemque Nomen collectiv. relatus A. 2, 31. — Praedicati Nomini Singul. numeri adiectus et contra A. 1, 669. — Verbi ap Vocat. Sing. A. 1, 140. — — cum *quisque* coniunctus A. 6, 743. — — post duo nomina per *cum* coniuncta a Vergil. alienus A. 1, 293. 10, 238.

Plusquamperfectum, ubi Perfectum exspectaveris A. 7, 532. 8, 219. 358. 10, 613. 12, 519. festinationem indicat A. 8, 219. 12, 430. pro Coniug. periphr. cum Part. Fut. Pass. A. 2. 136. 3, 652. 9, 41. Indic.. ubi nos Coniunct. utimur A. 2, 55.

porgite pro *porrigite* A. 8, 274

Positio negligitur ante *sp, sm, st* cett. A. 11, 300.

Positivus Adiectivi partitive cum Genit. constr. A. 4, 576.

posse, Coniunctivum circumscribit G. 3, 453. Cat. 11, 62. *poteras* (*du hättest können*) E. 1, 79. *posses* et *possit* in Codd. confusa A. 6, 755. *possunt* et *poscunt* permutata A. 11, 225.

post adverbial. etiam ante Accus. aliquem E. 1, 69 — inservit duobus numeris coniungendis G. 1, 284 — *deinde* A. 5, 321. — *tanto* G. 3, 476.

postempore pro *post tempore* num Verg. scripserit E. 1, 90. cum Add.

potiri ad 3. Coni. formas flexum A. 3, 56.

prae et *pro* confusa A. 7, 166. 8, 462 12, 106.

Praepositio ad duo Nomina pertinens alteri demum adiuncta A. 5, 512. 6, 692. 7, 296 postposita A. 1, 32. 667 al. simulque a Substant. suo seiuncta E. 6, 19. Cir. 56. Pronomini relat. postposita G. 1, 161. A. 1, 13. 12, 177. inter Subst et Adiect. posita A. 1, 148. 3, 211. Pronomine *ipse* a Casu suo disiuncta A. 4, 233. Praepositiones a poetis omissae G. 1, 134. A. 1, 679. 5, 98. Cir. 204. elisione interceptae A. 1, 235. cum vi iteratae A. 2, 358. quando iterandae sint A. 2, 51. 358. cum Neutro Adiect. circumscribunt Adverbia A. 9, 31. per Pleonasmum adiectae A. 4, 588.

Praesens ad Perf. praegressum refertur G. 3, 228. A. 2, 465. 6, 746. 10, 465. (histor.) et Perfect. coniunguntur A 2, 482. 3, 3. cum Imperf. coniunctum A. 4, 150. Cul 48. 146. Cir. 358 item cum Plusquamperf. A. 2, 257. de eo, quod fieri potest vel licet A. 1, 365. de eo, quod fieri solet A. 12, 114. de rebus durantibus adhuc et diutius duraturis A. 9, 9. de sola voluntate aliquid faciendi A. 10, 801. in circumlocutione quorundam Substantiv A. 9, 266. de rebus praeteritis quidem, sed memoriae clare obversantibus A. 1, 99. 2, 663. 7, 363. — Coniunctivi, ubi Imperf. Coni. exspectaveris A. 1, 58. ubi nos Plusquamperf. Coni. utimur A 4, 401. 8, 650. 11, 912. — *pro Praeterito* E. 7, 6. 8, 45. G. 1, 279. A. 1, 517. 8, 141. 9, 266. — *pro Futuro* in vaticiniis A. 7, 98. — et Fut. in Codd. confunduntur A. 9, 21. 243. 299.

10, 28. al. do re, quam exsequi certo constitutum est A. 9, 21. 10, 801. 12, 13. in comminatione post Partt. *si* et *nisi*, sequente Futuro A. 12, 568. rem vividius pingit E. 7, 6. A. 2, 275. in comparationibus A. 1, 316. E. 6, 30.

precantia trium syllabar. A. 7, 237.

pressus et *prensus* confusa A. 2, 793.

priusquam cum Indic. et Coniunct. G. 4, 306.

PRODUCTIO arsis et caesurae vi effecta E. 1, 38. 3, 97. 4, 51. 6, 53. 9, 66. G. 1, 13. 371. 2, 5. 211. 3, 76. 189. 332. 4, 137. 453. A. 1, 308. 478. 3, 464. 702. 4, 64. 5, 521. 6, 254. 7, 398. 8, 98. 9, 610. 10, 395. 720. 11, 69. 111. 469. 12, 68. 648. 772. — 3. Pers. Sing. aliarumque formarum in *t* et *r* exeuntium A. 1, 521. — litera *z* non efficitur A. 3, 270. neque literis *sc*, *sp*, *sq*, *st* Aen. 9, 37. Cul. 195. Productiones insolentiores E. 4, 5. 6, 33. G. 4, 343. (cum Add.). A. 6, 421. 9, 9. 37. 10, 487.

prolepticus Adiectivi et Participii usus E. 8, 4. G. 1, 320. 400. 2, 56. 353. A. 2, 736. 3, 237. 9, 13. 225. 10, 103. 314.

PRONOMEN PERS. pro singulari aliqua hominis virtute A. 3, 629. POSSESS. cum emphasi dictum E. 1, 46. omittitur Cir. 47. DEMONSTR. et RELAT. per Attract. aliquam usurpatum G. 1, 329. A. 4, 387. 7, 595. PRON. REL. per Ellipsin omissum G. 2, 375. — DEMONSTR. iteratur A. 12, 259. 572. — *is* a poetis vitatur A. 1, 413. — *hic*, *is* pro huius, eius rei A. 2, 171. 4, 387. 7, 595. RELATIV. Nomin., ubi Genit. exspectamus A 6, 611. ad omissum *eius* vel *eorum* relatum E. 2, 71. A. 11, 172. loco alterius relativi sequitur Pron. *is*, *ea*, *id*, A. 7, 61. neutro genere ad Subst. masc. et fem. generis relatum E. 3, 13. cum Pron. interrog. in eadem sententia A. 4, 371. eius usus quidam rarior A. 4, 138. A. 12, 65. Pronomini demonstr. et relat. post aliquot demum verba Subiectum additur G. 4, 457. A 5, 262. 521. 12, 728. REFLEXIVUM omittitur E. 4, 45. G. 1, 333. 3, 507. A. 1, 207. 12, 655. 762. inprimis A. 1, 234. al. item iuxta alterum *se* A. 5, 766. ubi Pron. demonstr. exspectamus A. 4, 633. INTERROGATIVUM (singularis eius usus) A. 3, 337.

propter postpositum A. 12, 177.

proscaenium rectius quam *proscenium* G. 2, 381. cum Add

proteinus et *protinus* E. 1, 13. A. 3, 416.

PROTOZEUGMA A. 1, 623.

qu pro *c* scribitur (*hirquus* etc.) E. 3, 8. cum Add.

qua, *quacunque* scil. via, ratione E. 9, 14. A. 1, 676. Adverb. loci post Plur. Substant., quo refertur G. 1, 90.

quam omittitur post *amplius* E. 3, 105. — *magis* pro quo magis G. 3, 309.

quamquam omittitur ante *tamen* E. 1, 27. — vi corrigendi A. 11, 415.

quamvis cum Coni. et Indicat E. 3, 84. — Adiectivis et Adverbiis adiectum A. Prooem. 3.

quatuor et *quattuor* E. 5 65. cum Add. G 1, 258.

que etiam vocc. *quo*, *ubi*, *ita* cett. adiungitur A. 5, 23. ubi *ve* exspectaveris G. 1, 442. A. 2, 37. pro Partic. adversat A. 2, 94. 4, 76. pro *quoque* A. 4, 629. in comparatione pro *ac* A. 11, 751. mutuam temporis rationem inter duas enuntiationes indicat A. 11, 908. post *vix*, *nondum* etc A. 2, 692. antecedenti nomini proprio cum Verbo *adest* coniuncto adnectit novam sententiam A. 7, 577. vim explicativam habet G. 1, 142. 3, 238. A. 2, 722. 3, 34. post parenthesin A. 5, 113. 10, 874. secundo, tertio, quarto sententiae vocabulo adhaerens G. 4, 22. aliis vocibus adiectum, quam quo proprie pertinet A. 5, 47. Versum hypermetrum efficit G. 2, 344. 443. per πολυσύνδετον cumulatur E. 4, 51. Arsis vi producitur E. 4, 51. *que* et *ve* confusa A 7, 264. 10, 71. 11, 592. *que* — *que* G. 1, 52. 118. *que* — *que* i. q. alii — alii A. 1, 701. *que* — *atque* G. 1, 182. Ceterum vid COPULA.

querella pro *querela* E. 1, 84. cum Add. (A. 10, 94.)

qui (vid. *Pronomen relativum*) modum, quo quid fiat similesque notiones includit A. 1, 8. *qui* pro *qualis* A. 2, 275. *qui* et *quis* quo discrimine dicantur E. 1, 18. cum Add. (2, 19.) A. 3, 608. *qui* (Ablat.) et *quicum* A. 11, 822. *qui* et *que* in Codd. confunduntur A. 2, 663. *quine* A. 10, 673. *quique* geminatum G. 2, 184. *quis* pro quibus E. 1, 72. *quod* pro quantum, quod potui E. 3, 70. pro *propter quod* A. 2, 141. pro quod attinet ad A. 2, 180. in orandi et obtestandi formulis A. 2, 141. ante *si* et *nisi* E. 9, 14. G. 1, 155. A. 2, 141. *quod*

(Alia, quae hic frustra quaesisti, invenies in quarto indice.)

IV.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

1, 64. *alia ex aliis* A. 3, 494. *aliique — et* G. 4, 14. *alii* et *aliqui* confusa A. 6, 664.
alipedes absolute pro equis A. 7, 277. 12, 484.
aliquis ap. nomina propria A. 1, 181. 2, 82. — pro *alius quis* A. 2, 48. — cum Imperativo 2. Personae A. 4, 625. *aliqua* scil. ratione, via E. 3, 15. *aliquid*, nostrum *nur Etwas* E. 2, 71. *aliquid* praegnanti sensu pro magno aliquo A. 1, 603. *aliquod magnum* non est Latinum A. 10, 547.
alis paribus volare A. 4, 252.
aliter quam G. 1, 201.
alituum genus A. 8, 27.
alius (*ein anderer, zweiter*) E. 2, 73. A. 6, 89. — et *alter* quomodo differant E. 2, 73. *alia ex aliis* A. 3, 494. *alii* semel positum pro *alii — alii* A. 4, 593. *alii* pro *ceteri* A. 5, 834. — ex Graecismo additum A. 6, 411.
allacrimare A. 10, 628.
allabi oris A. 3, 131.
Alliteratio E. 8, 79. cum Add. G. 1, 157. A. 2, 494. 3, 159. 9, 89. 10, 554. 11, 160. 12, 254. al.
allium, (*alium*) planta E. 2, 11.
alnus de quibus dicatur E. 8, 17.
alnus pro navi G. 1, 136. (2, 451.)
altare et *ara* differunt E. 5, 66.
altaria vittis cincta E. 8, 64. Vid. etiam *ara*.
alter ab aliquo E. 5, 49. 8, 39.
alternare A. 4, 287.
alternus ad Obiectum relatum A. 8, 634. *alternis* adverbialiter usurpatum E. 3, 59. cum Add. *alterna* de carmine amoebaeo E. 3, 58. (5, 14.) 7, 19.
altus i. q. profundus G. 1, 142. de diis A. 10, 875. de urbibus et insulis G. 1, 485. A. 3, 76. i. q. magnus, nobilis A. 9, 697. 10, 126. 374. 11, 797. *altus Apollo* (*der erhabene*) A. 6, 9. *altus dolor* A. 1, 209. — *equo* A. 12, 295. *altum* de mari (*alto prospicere*) A. 1, 127. 2, 203. — etiam de flumine G. 1, 142.
alumna pro filia A. 6, 595. pro nutrice (?) Cir. 274
alumnus pro filio (?) A. 6, 595.
alvearia (etiam *alvaria*) G. 4, 33.
alveus de fundo navis A. 6, 412.
alvus an pro *alveo* dicatur G. 2, 453.
amaracus, herba A. 1, 693.
amaranthus Cul. 405.
amare i. q. cupide tenere, nolle relinquere A. 5, 163. 11, 648. — *locum* i. q. libenter incolere G. 2, 486. A. 3, 134
amaror G. 2, 247.
amarus ros G. 4, 431. — *fumus* A. 12, 588. *amara tellus* G. 2, 243.
ambages de verbis confusis, obscuris A. 6, 99.
ambarvalia sacra E. 3, 77. G. 1, 338.
ambiguus i. q. fallax A. 1, 661. — pro ambigens A. 5, 326.
ambire aliquem A. 4, 283. — socerum futurum pro: ambire puellam A. 7, 333. pro circumdare A. 10, 243.
ambo, duo, qui coniuncti spectantur E. 7, 4. simpliciter pro duo A. 6, 540. i. q. duae partes A. 1, 458. Accusativi forma E. 6, 18.
ambrosiae comae A. 1, 403. *ambrosium unguentum* G. 4, 415. A. 12, 419.
amellum, herba G. 4, 271.
amens animi A. 4, 203.
amentum A. 9, 665.
amicus i. q. gratus et saluber G. 4, 115. i. q. favens A. 2, 255. (5, 337.)
Aminaeum vinum G. 2, 97.
amictus duplex (abolla) A. 5, 421.
amnes Oceani G. 4, 233.
amomum E. 3, 89. 4, 25.
amor pius, i. e. castus A. 5, 297. — *habendi* G. 4, 177. A. 9, 327. — pro desiderio E. 9, 56. A. 1, 704. 2, 10. 7, 496. pro re vel homine amato A. 4, 347. — cum Infin. constructum A. 2, 10. *amores*, desiderium rei amatae E. 9, 56. — mutui amoris affectus A. 5, 334.
amplecti i. q. circumdare E. 3, 45. *amplecti postes* (de redeuntibus) A. 3, 351.
amplius (*non iam amplius*) A. 3, 192.
ampullae rhetorum Cat. 7, 1.
amputatio vitium E. 2, 70.
amurga G. 1, 194.
an addubitandi vim habet E. 3, 1.
Anachronismus A. 1, 168. 469.
anceps ferrum i. e. bipennis A. 7, 525. *anceps* i. q. ambigens A. 5, 654.
ancile A. 7, 188.
ancorae morsus, dens A. 1, 169. 6, 3.
anethum, herba E. 2, 48.
angere, guttur comprimere A. 8, 260. — et *urguere* confusa A. 9, 49.
angor et *anxietas* quid differant A. 9, 89. Vid. etiam *anxius*.
Anguis, sidus G. 1, 205. 244.
anguis cantando rumpitur E. 8, 71. angues tactu domantur A. 7, 754.
anhelare A. 8, 421.
anhelitus aeger A. 9, 814.
anhelus (*anheli equi, anheli senes*) G. 1, 250. 2, 135. — *Mars* A. 12, 790.
anima pro aëre et vento E. 6, 32. A.

8, 403. pro sanguine A. 10, 908. pro vita A. 3, 140. 6, 436. animae post mortem in stellas mutatae G. 1, 32. purgantur A. 6, 735. et in nova corpora transeunt A. 6, 751. *animam linquere* A. 3, 140. — *proiicere* A. 6, 436. *animas excire sepulcris* E. 8, 98.

animalium morbi G. 3, 440. ad animalia multa ex hominum vita transferuntur G. 3, 236.

animosus de ventis G. 2, 441.

animus praesens A. 5, 363. *animus contemtor* A. 9, 205. *animus est* cum Infin. A. 11, 325. *animus* pro memoria E. 9, 51. *animi* adiungitur Adiect. et Particip. G. 3, 289. 4, 491. A. 4, 203. 300. 9, 246. 12, 19 *animi opesque* et sim. A. 2, 790. — et *vires* A. 10, 357. — et *arma* A. 11, 291. — et *pectus* A. 6, 260. *animum* Accus. absol. A. 5, 720. — additur Verbis passivis ibid. *animum reflectere* A. 2, 741. *animos ad sidera tollere* A. 9, 637. *animos tollere* de satis, i. q. laete efflorescere G. 2, 350. *animi* de ferocia, ira A. 2, 755. *animis* et *armis* confusa A. 11, 854.

annuere, nutu promittere A 1, 250.

annus pro anni tempore E. 3, 57. A. 6, 311. annus magnus Astrol. E. 4, 5.

anser inter olores E. 9, 36.

anseres in Capitolio A. 8, 655.

ante Adverb. ante Accus. E 1, 69. G. 3, 552. pleonastice post *prius* A. 4, 27 omittitur Cir. 130. *ante annos, ante diem* A. 4, 620. 9, 311. — *alios, ceteros, cunctos* A. 5, 318. — *alios* Comparat. et „Superlat. adiectum A. 1„ 347. etiam Positivo A. 5, 570. — *exspectatum* G. 3, 348. — *oculos* A. 12, 638. — *praecedere, praesentire, praescire* etc. A. 9, 47. — *tubam* et sim. A. 11, 424. — *diem* (scil. fato destinatum) A. 4, 620.

antefixa (spolia) A. 7, 183.

antequam (et *ante - - quam*) cum Indic. et Coni. G. 4, 306. cum *prius* coniunctum A. 4, 24.

antes, ordines vitium G. 2, 417.

antiquus i. q. pristinus A. 1, 23. 2, 188. (4, 431.) i. e. nobilis A. 12, 530. de locis A. 1, 12. *antiqua virtus, religio* cett. A. 3, 342.

antrum arboris G. 4, 44. — *Sibyllae* A. 6, 11.

anus alii Subst. per appositionem adiectum A. 7, 419.

anxius timor angit (*anxius angor* cett) A. 9, 89.

aperire syrtes A. 1, 146. *aperiri* i. q. in conspectum venire A. 3, (206.) 275. de sideribus A. 8, 681. *apertum coelum* A. 1, 394. 8, 523.

apum natura et cura G. 4, 1 sqq.

apex flaminae A. 2, 683. pro summo montis cacumine A. 4, 246. de arboris vertice A. 7, 66. apices flaminum A. 8, 664.

apium G. 4, 121. — in coronamentis usurpatum E. 6, 68.

Apollinares Indi A. 6, 70.

Appositio per Pronomen relat. et Verbum aliquod solvenda E. 2, 3. A. 9, 132. per synesin A. 1, 339. per Genit. (*urbs Patavi, flumen Eridani* etc.) A. 1, 270. 6, 659. 12, 546. Apposit. genus parentheticum E. 2, 3. A. 8, 675. 10, 311. — — inusitatum A. 11, 213. (Vid. *Epexegesis*.)

apricus i. q. aprica amans A. 5, 128.

Aprilis mensis unde dictus G. 1, 217.

apros fontibus immittere E. 2, 59.

aptare classem velis, remigio A. 3, 472. 4, 291. 8, 80. — *arma* A. 2, 672. — *animos armis* A. 10, 259.

aptus i. q. coniunctus ideoque etiam instructus A. 4, 482. — pro aptatus G. 3, 168. *coelum stellis aptum* A. 4, 482.

aqua pro pluvia G. 4, 166. *aqua dulcis* E. 5, 47.

aquae vivae in caede abluenda usus A. 2, 719.

Aquarius, zodiaci signum G. 3, 304.

aque et *atque* in Codd. confunduntur G. 4, 347.

aquila, Iovis armiger A. 1, 394. 5, 255.

aquilarum et cycnorum inimicitia A. 1, 398. — et draconum certamina A. 11, 751.

Aquilonis natura G. 1, 460. 3, 197.

aquosus Orion A. 4, 52. — *piscis* G. 4, 234.

ara sepulcri A. 6, 177. — *Maxima* Herculis A. 8, 271.

arae et *altaria* quomodo differant E. 5, 65. (saxa) in mari A. 1, 109. ornantur coronis G. 4, 276. A. 1, 417. 3, 25. 6, 884. pariterque vittis moestis et cupressis A. 3, 64. 6, 215. *arae turicremae* A. 4, 453. *aras incendere votis* A. 3, 279. — *tenere*, mos precantium A. 4, 219.

aranea invisa Minervae G. 4, 246.

arare aequor maris A. 2, 780. — *frontem rugis* A. 7, 417. arandi ratio apud Romanos G. 1, 48.

aratio trina G. 1, 45.

arationis et navigationis vocabula confunduntur G. 1, 50. A. 2, 780.

arator curvus E. 3, 42.

aratrum Romanorum G. 1, 169 sqq.

— *suspensum* E. 2, 66. *aratro designare urbem* A. 5, 755.
arbor pro remo A. 10, 207.
arbores in impluviis veterum A. 7, 59. termini agrorum E. 9, 9. arborum cultura G. 2, 9 sqq. arborum nomina in *us* ad 4. Declin. formas flexa G. 2, 71.
arboreum telum A. 12, 888.
arbos E. 3, 56. G. 2, 81. A. 3, 27.
arbustum E. 3, 10.
arbutus E. 3, 82. *arbuta* pro pomis Cul. 52.
arcere i. q. coërcere A. 2, 406. — cum Dativo et Ablativo G. 3, 155. A. 1, 31.
arcessere et *accersere* A. 5, 746.
Arctos, ursa maior G. 1, 138. al.
Arcturus G. 1, 68. 204. al.
arcus pro pharetra positus videtur A. 11, 773. *arcus* (coelestis) *bibit* G. 1, 381.
ardere cum Infin. A. 4, 281. — *aliquem*, de amore, E. 2, 1. — *in arma* A. 12, 71. *ardentes equi* A. 1, 472. *stellae* G. 1, 222.
ardor et *error* confunduntur G. 3, 513.
arduus equus G. 2, 145. — de Iove A. 10, 3. *se infert* A. 9, 53. *ardua terrarum* A. 5, 695.
area G. 1, 178. — *teret culmos* G. 1, 192.
arena vid. *harena*.
argentum pro rebus argenteis A. 1, 593. 640. *argenti spuma* G. 3, 449.
argilla G. 2, 180.
Argitis vitis G. 2, 99.
arguere i. q. clare prodere A. 4, 13.
argumentum (*Stoff*, *Sujet*) A. 7, 791.
argutus de arboribus E. 7, 1. 8, 22. de avibus G. 1, 377. i. q. apte compositus (?) G. 3, 80. i. q. vafer Cir. 186. *arguta fistula* E. 7, 24. *argutus pecten* G. 1, 294. A. 7, 14. *argutum caput* G. 3, 80.
aridus fragor, *sonus* G. 1, 357.
aries, machina A. 2, 492. 12, 706.
arietare A. 11, 890.
Ariusium vinum E. 5, 71.
arma de instrumentis cuiusque generis G. 1, 160. Graecorum et Troianorum diversa A. 2, 389. in puppibus religata A. 1, 119. 10, 80. pro rebus bello gestis A. 11, 124. pro viris armatis A. 1, 506. 3, 307. in coelo visa inter prodigia A. 8, 528. invocantur et per ea iuratur etc. A. 12, 95. *arma Cerealia* A. 1, 177. — pro remis A. 5, 15. — *natantia* A. 1, 119. — *picta* A. 8, 588. 12, 281. — *movere* (de leone) A. 12, 6. — *et bellum* A. 1, 545. — *et viri* A. 1, 1.
armatae classes G. 1, 255.
armenta de omnium animalium turbis A. 1, 185. 3, (220. 540.) i. q. monstra marina G. 4, 395. armenta quomodo habenda G. 2, 195.
armi (*armis* non ab *arma* deducendum) A. 4, 11.
armigeri, nobile genus hominum A. 11, 32.
armipotens A. 2, 425.
armisona Pallas A. 3, 544.
arrigere et *erigere* (*animum*) A. 1, 579. *arrigere oculos* A. 2, 173. *arrectae aures* A. 1, 152 2, 303. *arrectae mentes* A. 5, 643. *arrecta cupido* A. 5, 138. *arrecti currus* A. 9, 317. *arrectum se tollere* A. 10, 892. *arrectus in digitos* (pedum) A. 5, 426.
arripere terram velis A. 3, 477. — *tellurem* A. 10, 298. — *locum* A. 11, 531. — *castra* A. 9, 13. — *tempus* A. 11, 459.
ars de agricultura et venatione G. 1, 122. — pro artificio A. 5, 359. — pro fraude A. 1, 657. *arte*, *per artem* i. q. callide, dolose A. 8, 143. 11, 760.
artifex pro fallaciarum architecto A. 11, 407.
arundo vid. *harundo*.
arvina A. 7, 627.
arvorum deus (Silvanus) A. 8, 601.
arvum et *ager*, quomodo differant A. 11, 247.
arx coeli A. 1, 225. — de excelsis G. 1, 240. — de receptaculis A. 10, 805. *arces* de montibus A. 7, 696. *arces Romanae* G. 2, 172. A. 4, 234.
ἀσκωλιασμός G. 2, 384.
asilus G. 3, 147.
asinus, *Vestae delicium* Cop. 26.
aspargo Subst. A. 3, 534.
aspectare (de situ locorum) A. 1, 420.
asper de bello et belli studiosis A. 1, 14. — et *asperari* de mari A. 3, 285. — *signis* de operibus anaglyphis A. 5, 267. — *siti* G. 3, 434. — *victu* A. 8, 318. — ad homines translatum A. 5, 730. *asperum videri* fere i. q. reformidare A. 5, 767. *aspris* per syncopen pro asperis A. 2, 279.
asperare undas A. 3, 285.
aspicere pro *adspicere* scribendum E. 2, 66. *aspicere* i. q. circumspicere, invisere (nostrum *zusehen*) A. 2, 596. *aspice*, *ut* cum Indicativo E. 4, 52. *aspice* pro *en*, *ecce* E. 9, 58. *aspicere*, *ascendere* cett. E. 2, 66. *aspice*, *ut*, sequente Indicativo E. 4, 52.
aspirare i. q. adiuvare A. 2, 385.

aspra pro aspera A. 2, 284. 379. 6, 650. 779. al.
assidere (melius *adsidere*) *muros* A. 11, 304.
assistere (*adsistere*) *contra* A. 12, 790.
assurgere (*adsurgere*) alicui E. 6, 66. G. 2, 98. — *in clipeum* A. 11, 284. — *querelis* A. 10, 94. *adsurgunt irae* A. 12, 494.
ast A. 1, 46. cum Add. — etiam ante consonam A. 10, 743.
astare, (nostrum *dastehen*) A. 1, 152. 4, 702. 12, 133. de spectris et simulacris A. 3, 150. *astantes* (erectae) *squamae* G. 3, 545.
astra humoribus aluntur A. 1, 608. astrorum vis in fatis hominum E. 5, 23. pro coelo A. 5, 517. *astra pulsare* A. 3, 619. *astrum Caesaris* E. 9, 47.
astrologia rustico necessaria G. 1, 204. et gubernatori navis A. 3, 513.
at pro *sed*, *autem* G. 2, 246. apodosin incipit post enuntiationes concessivas G. 4, 208. et post conditionales G. 4, 241. A. 1, 542. in enumerationibus G. 2, 447. in exsecrationibus et devotionibus A. 2, 535. initio apodosis, ubi abundare videtur A. Prooem. 4. interruptam orationem continuat A. 10, 474. Particula transeundi E. 4, 17. A. 4, 1. 8, 443. sarcasmo et ironiae inservit A. 7, 363. *at non* elliptice G. 3, 349. *at vero* A. 4, 279. Vid. *Particulae adversativae* in III. indice (ubi etiam haec vox poni debebat).
ater i. q. dirus G. 1, 129. i. q. exitiosus, luctuosus G. 3, 430. i. q. sordidus A. 2, 272. — *ignis* A. 4, 384. 8, 198. — *odor* A. 12, 591. — *sanguis*, *atrum vulnus* A. 9, 700. *atra dies* i. q. mors A. 6, 429. *atra fax* A. 10, 77. *atra tigris* G. 4, 407. *atrum lumen* A. 7, 456. *atra* omnia apud inferos A. 6, 127. *atri imbres* G. 1, 236.
atque pro *vel*, *aut* G. 1, 442. 2, 350. i. q. et statim G. 1, 203. geminatum in enumerationibus G. 4, 343. cum vi et gravitate G. 4, 86. utrum Vergilius uni vel pluribus vocc. postponat E. 6, 33. in commemorandis rebus necopinis et miris E. 7, 7. A. 4, 261. inservit comparandis rebus similibus (nostrum *und ebenso auch*) A. 6, 772. *atque* — *atque* pro et — et E. 5, 23. Vid. *Copula* in III. indice (ubi etiam haec ponenda erant).
atrium A. 2, 483.
attactus A. 7, 350.
attollere animos, *iras cett.* A. 2, 381. 12, 4. — de celsis aedificiis A. 2, 185. 3, 134.
attondere, depascere E. 10, 7.
attonita domus Sibyllae A. 6, 53.
attorquere A. 9, 52. et *intorquere* confusa A. 9, 52.
attractare pro attrectare G. 3, 57.
auctor pro nuntio A. 10, 510.
auctumnus vid. autumnus.
audax, qui deos violat A. 7, 114.
audere absolute A. 2, 347. *aude contemnere*, *sapere* etc. A. 8, 364. *audentes fortuna iuvat* A. 10, 284. *audentior* A. 6, 95. *audere* et *ardere* confusa A. 11, 884.
audire de rebus inanimatis (fere i. q. parere) G. 1, 514 *auditus* i. q. fama notus A. 7, 196. *audita et visa* A. 1, 326. audiendi et videndi verba haud raro confunduntur E. 9, 58. (A. 4, 490.)
augere i. q. onerare A. 7, 111.
augur Apollo (*augures* dicuntur omnia, quae futura praenuntiant) A. 4, 376
augurium i. q. oraculum A. 3, 89. latiore sensu pro opinione A. 5, 7. pro eventu A. 10, 255. augurium e cygnis A. 1, 393. 12, 244. ex flamma e capite micante A. 2, 680. ex equis candidis A. 3, 537. ex sagitta ardescente A. 5, 522. *augurium clamore salutant* A. 12, 257.
auguro et *auguror* A. 7, 273.
aula A. 3, 354.
aulaeum G. 3, 25. A. 1, 697.
aura pro luminis repercussu A. 6, 204. — *fulminis* A. 2, 649. — *luminis* G. 2, 17. — *auri* A. 6, 204. — *venti* Cul. 154. — *vesci* (aura vitalis) A. 1, 546. *aurae* de vento navigantibus secundo A. 3, 356. pro coelo A. 6, 733. — *venti aliquid ferunt*, *discerpunt* et simil. A. 5, 446. 9, 312. — *populares* A. 6, 817. *ad auras* et *in aras* E. 1, 56.
aurata tempora A. 12, 536.
aurea aetas E. 4, 17. — *Capitolia*, *templa* cett. A. 8, 348. — *gens* E. 4, 9. — *mala* E. 3, 71. — *Venus* A. 10, 16. — duabus syllabis pronuntiandum A. 1, 698.
aurem vellere E. 6, 4. Cop. 38.
aures, pars aratri G. 1, 172.
aureum saeculum E. 4, 4. G. 1, 125. 2, 536. A. 7, 203. 8, 319.
aureus, armis splendidis indutus A. 9, 271. 11, 490. — *ramus* Proserpinae A. 6, 136. — *Saturnus* G. 2, 538. *aurea Venus* A. 10, 16.
auricomus A. 6, 141.
aurigae pro agasonibus A. 12, 85.

auritus de leporibus et asinis G. 1, 108.
auro et *aureum fulgere* quomodo differant A. 11, 490.
aurum pro rebus aureis vel inauratis A. 1, 739. 4, 138. 148 5, 817. de nube fulgente A. 7, 142.
auspices — *dii* A. 3, 20.
auspicia maiora et *minora* A. 3, 374. — non i. q. initia A. 6, 782. *auspiciis meis* A. 4, 340.
Auster ventus E. 2, 58. G. 1, 462. 3, 279. — *frigidus* G. 4, 261. — pro vento quoque A. 3, 70. al. *Austrum floribus immittere* E. 2, 58.
ausum substantive A. 2, 535. 6, 624.
autem in interrogationibus fere i. q. *tandem* A. 2, 101.
autumni sidera G. 1, 311. — natura et opera G. 1, 311. 2, 321. 3, 478. al.
auxilio pro usitatiore *in auxilium* A. 5, 686.
avarus Acheron G. 2, 492. *avari agricolae* G. 1, 47.
avena pro fistula E. 1, 2. — *sterilis*, *vana* pro frumento degenerato E. 5, 37. G. 1, 154. 226.
avertere i. q. abigere A. 1, 472. — (in fugam) A. 11, 703. *aversi dei* A. 1, 482.
aves coeli et aëris mutatione tanguntur G. 1, 417. hieme calidiorem plagam petunt A. 5, 310. pestilenti morbo vexantur G. 3, 546. — *litoreae* A. 12, 248. — marinae pluviam praesagiunt G. 1, 383.
avi i. q. maiores A. 6, 841.
aviaria G. 2, 430.
avidi cursus A. 12, 909.
axis pro coelo et polo antarctico G. 2, 271. A. 2, 512. pro curru A. 5, 820.

bacatum monile A. 1, 655.
bacae (*baccae*) i. q. margaritae A. 1, 655. Cul. 68.
bacchar, (*baccar*), herba E. 4, 19. 7, 27.
bacchari, furentem discursitare A. 4, 301. passive G. 2, 487. A. 3, 125.
Bacchus pro vino E. 5, 69. — *Maeonius* i. q. vinum Lydium G. 4, 380. — *odoratus* G. 4, 279.
baculum oleagineum pastorum E. 8, 16.
(*badius* equorum color G. 3, 82.)
balantes i. q. oves G. 1, 272.
Baleoris funda G. 1, 309.
balsamum G. 2, 119.
balteus, ornatus A. 10, 496. 12, 273. 941. — *sutilis* A. 12, 273. *baltei*, vox duarum syllab. A. 10, 496.

barba candidior senectutis imago E. 1, 29. — *demissa*, *immissa*, *promissa* E. 8, 34. A. 3, 593.
Belgica esseda G. 3, 204.
bellari pro bellare A. 11, 660.
bellator A. 11, 89. — *equus* A. 10, 891.
Belli signum A. 8, 1. — *caput* et *summa* A. 12, 572. *bellum* et *arma* A. 1, 545. — *asperum* A. 1, 14. bella civilia sunt poenae priorum scelerum E. 4, 13. *bella* de singulis certaminibus A. 1, 48. 2, 439. 10, 859.
bellipotens Mars A. 11, 8.
bene emere A. 9, 206.
bestiis in carminibus sedes assignantur, quas nunquam habuerunt E. 5, 27.
beta Mor. 72.
bibere gemma G. 2, 506. — *amorem* A. 1, 749. — *sanguinem* de telis A. 11, 804. — de arcu caelesti G. 1, 380. — cum simpl. Ablativo G. 2, 506.
bibulus lapis G. 2, 348. — *torus* Cop. 6. *bibula arena* G. 1, 114. — *favilla* A. 6, 227.
bicornis Rhenus A. 8, 727.
bidens i. q. ligo G. 2, 400. — *ferrum* i. q. forfex Cir. 213. — i. q. ovis A. 4, 57.
biforis cantus tibiae A. 9, 618.
bifrons Ianus A. 7, 180. 12, 198.
bigae Aurorae A. 7, 26.
biiuges et *biiugi* equi A. 10, 587. *biiugum* (i. e. bigarum) *certamen* A. 5, 144. *biiugi* pro curru biiugis equis vecto Cul. 202.
bilinguis A. 1, 661.
bilix lorica A. 12, 375.
bipatens tectum A. 10, 5. — *porta* A. 2, 330.
bipennis G. 4, 331. A. 2, 479. inter tela bellica A. 5, 307. Amazonum telum A. 11, 651. Adiect. *bipenne ferrum*.
biremes omnino pro navibus A. 1, 182.
bis idem dicendo poëtae vim verbis addere solent A. 11, 218.
bitumen (pro sulfure) E. 8, 82.
biviae fauces A. 11, 516.
bivium portae A. 9, 238.
blandi flores E. 4, 23.
blattae lucifugae G. 4, 243.
bombyx G. 2, 121.
bonus i. q. idoneus G. 2, 447. i. q. propitius, benignus E. 5, 61. A. 1, 734. 12, 179. i. q. doctus, peritus E. 5, 1. A. 9, 572. — cum Infin. constructum E. 5, 1. — *armis*, *bello* A. 9, 40. (Cf. *melior* et *optimus*.) *bonum sit!* E. 8, 106.
Bootes, sidus G. 1, 229.

candidus de splendente pulchritudine E. 2, 46. 5, 56.
canentia lumina moribundi A. 10, 418.
canere de vatibus A. 2, 124. 9, 621. 11, 399. — sacra A. 2, 239. — vota A. 3, 438. *canit signum* A. 10, 310.
canicula pro aestu G. 2, 353. A. 3, 141.
Canis, sidus G. 1, 218. (2, 353.)
canis, vox gen. communis apud poetas G. 1, 470. gen. femin. de canibus venaticis A. 7, 493. *c. venator* A. 12, 751. *canes Stygiae* A. 6, 257. — *Spartani* et *Molossi* G. 3, 44. 405. — *Hyrcani* Cir. 308. *canibus circumdare saltus* E. 10, 57. *canibus dare praedam* A. 9, 485.
canor aeris (tubae) G. 4, 71.
cantharus E. 6, 17.
cantus pro incantatione A. 4, 487. — *certi* Cir. 92.
canus i. q. candidus, albus (*cani montes*) G. 1, 43. *cani fluctus* A. 8, 672. *cana pruina* G. 2, 376. *cana Fides, Vesta* A. 1, 292. 5, 744.
capellae quamdiu in utero ferantur et quando a lacte depellantur E 7, 9. — *urentes culta* G. 2, 196.
caper in Bacchi sacris immolatus G. 2, 380. — praemium tragoedorum G. 2, 381. caprae satis novellis noxiae G. 2, 196. caprarum cura G. 3, 300 sqq.
capere dicta A. 6, 377. — *orgia* i. e. celebrare A. 7, 403. — *timorem* A. 6, 352. — *se* pro se continere A. 7, 466. — *locum oculis* (G. 2, 230.) A. 1, 396. *terra alqm non capit* A. 9, 644.
capessere iussa A. 1, 77. — *gentem* A. 11, 324. — *locum* A. 4, 346.
capistrum G. 3, 399.
caprigenum pecus A. 3, 221.
captare auribus A. 3, 514.
captiva vestis A. 2, 765. *captivus sanguis* A. 10, 520. captivi immolantur in sepulcris ab hoste occisorum A. 10, 519.
caput de ima alic. rei parte G. 2, 355. pro ipso homine A. 4, 613. 8, 570. Cir. 224. pro auctore A. 11, 361. *caput amnis* (et fons et ostium) G. 4, 319. caput equi in nummis Carthag. A. 1, 444. c. *malorum* A. 12, 600. *c. belli* A. 12, 572. c. *quassare* A. 7, 292. 12, 894. *caput testari* (*per caput meum tuumque*) A. 4, 357. *capita* numero vel hominum vel animalium adiicitur (ut nostrum *Köpfe*) A. 3, 391. *capita* allii Mor. 93. — *arcus* A. 11, 861.
carbasei sinus A. 11, 776.
carbasus (*carbasa*) A. 3, 357. —, vestimenti genus A. 8, 33.
carchesium, vasis genus G. 4, 380. cum Add. A. 5, 77.
carcer, *carceres* equorum in circo G. 1, 512. A. 5, 145. *carcer* (animae) pro corpore A. 6, 734.
cardo rerum A. 1, 672. — portae A. 2, 480. (Add. ad A. 1, 449.)
carduus segnis G. 1, 151.
carentes luce G. 4, 255.
carex E. 3, 20.
carina pro curru Cul 345.
carmen i. q. titulus E. 5, 42. A. 3, 287. i. q. vaticinium A. 6, 74. cortici arboris inscriptum E. 5, 14. de magicis formulis A. 4, 487.
carnarium Mor. 56.
carpere fere i. q. capere, quae ultro se offerunt A. 1, 388. — *prata* G. 3, 142. — *iter* G. 3, 325. — *gyrum* G. 3, 191. — *herbam* G. 3, 295. — *aëra* G. 4, 311. — *vellera* G. 4, 334. *carpi* i. q. consumi A. 4, 2.
carus et *gratus* confunduntur A. 12, 142. — quando adiectum habeat Pron. *mihi* A. 4, 634.
casia E. 2, 49. G. 2, 466. 4, 30.
cassida A. 11, 775.
cassus A. 2, 85.
castaneae G. 2, 15. — *nuces* E. 2, 52.
castoreum G. 1, 59.
castra movere simpl. pro abire, proficisci A. 3, 519.
castus i. q. pius A. 3, 409. — sacerdotum epitheton A. 6, 661.
casus infandus pro morte A. 8, 578. — *hiemis* G. 1, 340. *casus* et *dii* sibi opponuntur A. 9, 211. 12, 324. Cir. 278.
cataphractatus equus A. 11, 770.
cateia, hastae genus A. 7, 741.
Caurus s. *Corus*, ventus G. 3, 278.
causa cum Infinitivo A. 10, 90. — cum Dativo A. 11, 480. *causam facere* i. q. praetexere Cir. 173.
causalis sententia a Part. *nam* incipiens praemittitur A. 3, 374.
cava flumina G. 1, 326. — *imago formae* A. 6, 293. — *umbra*, *nubes* A. 2, 360. *cavae cavernae* (?) A. 2, 53. *cavae valles* G. 2, 391. *cavi colles* A. 8, 599.
cavaedium A. 2, 512. Add.
cavatae arbores pro navibus G. 1, 136.
cavea in Circo A. 8, 636.
cedere absolute A. 2, 804. — *alicui* i. e. venire in eius potestatem A. 3, 297. — *loco* A. 9, 220. — *sententia* A. 9, 220.
cedrus A. 7, 13. 11, 137.
celebrare coetum, sim. A. 1, 735.

celer iaculo A. 9, 178 *celer animus* A. 4, 285. *celeres alae* A. 5, 217.
celerare aliquid, i. e. celeriter curare A. 1, 656. — *gradum* A. 4, 641.
cellae Falernae pro vino F. G. 2, 96.
cenotaphium A. 3, 304.
centaureum, herba G. 4, 270
centenarius numerus rotundus (G. 4, 383.) A. 6, 43. in sacris sollemnis G. 3, 18.
centum linguae, centum ora G. 2, 43.
cepa rubens Mor. 83.
cera fistulae conglutinantur E. 3, 25.
cerea pruna E. 2, 53. — *castra, regna* apum A. 12, 589. cerea effigies in arte magica A. 4, 507.
Cereale papaver G. 1, 212. *Cerealia arma* A. 1, 177.
Ceres pro frumento E. 5, 69. quare *rubicunda* G. 1, 297. *flava* G. 1, 96. *emundata* Mor. 43.
cernere pro certare A. 12, 218. 709.
cernuus (equus) A. 10, 894.
certamina Martis, certamen pugnae A. 12, 73. 598. — *iaculi* G. 2, 530. certamina hominum cum diis A. 6, 172.
certare alicui E. 5, 8. A. 4, 38. cum Infin. constr. A. 4, 443. — de certamine poetico E. 5, 8.
certe Adverbiis temporis adiectum A. 12, 881. — *equidem* E. 9, 7.
certus (*zuverlässig*) A. 1, 576. cum Genit. Gerund. A. 4, 554. cum Infin. A. 4, 564. pro: ad certum locum tendens A. 2, 212. 5, 2. 11, 767. *certus* et *incertus* cum vi sibi opponuntur A. 9, 96. *certum facere* pro certiorem facere A. 3, 179. *certum est* cum Infin. A. 3, 686. *certi Penates* G. 4, 155.
cervus vivax (longaevus) E. 7, 30. cervus venatione interemptus causa belli inter Latinos et Troianos A. 7, 475. cervi (num in Africa inveniantur) A. 1, 184.
cessare in vota A. 6, 51. — i. q. otiosum esse E. 7, 10. — i. q. tarde et provide procedere A. 3, 430.
cestus A. 5, 405.
cete, beluae marinae A. 5, 822.
cetera (*im Uebrigen*) A. 3, 594.
ceu in comparat. condit. A. 2, 438.
Chelae (scorpii), signum caeleste G. 1, 33.
chelydrus, anguis G. 2, 214.
chersydrus, hydrorum genus G. 3, 424.
chiasmus G. 4, 8.
chirurgi succincti A. 12, 400.
chlamys A. 3, 484. (4. 137. 5, 250. al.)
chori sancti (Musarum) Cat. 11, 8.
chori de partibus turmarum Troiam ludentium A. 5, 581.
chrysanthe Cul. 404.
cicadae rore pascuntur E. 5, 77. earum stridor Cul. 151. fibula cicadae formam referens Cir. 128.
ciconia (serpentibus inimica) tempus serendarum vitium indicat G. 2, 319.
cicutae (i. e. cannae) fistulae E. 2, 36.
ciere fletus, lacrimas cett. A. 3, 344. 6, 468. — *voce* A. 3, 68. — *Manes* A. 4, 490. — *Martem* A. 9, 766
Cilicia texta G. 3, 313.
cinctus Gabinus A. 7, 612.
cingere i. q. cinctum tenere A. 3, 52.
cinis de mortuis A. 2, 587. de Manibus A. 4, 34. — *habet aliquem* A. 4, 633. cinere stercorantur agri G. 1, 81.
Circenses ludi magni A. 8, 636.
circum adverb. E. 3, 45. de vicinitate modo E. 9, 40. pro *de, propter* Cir. 236. Casui suo postpos. G. 2, 382. A. 1, 32. cum Add. 667. *circum undique* A. 4, 416.
circumferre socios unda A. 6, 229.
circumflectere cursum A. 3, 430.
circumfundi i. q. cingere A. 2, 383
circumplecti et *circum amplecti* A 5, 313.
circumsonare A. 8, 474.
circumspicere i. q. saepe et accurate contemplari A. 3, 517.
circumstare de horrore, periculis etc. A. 2, 559.
circumvehi verbis Cir. 271.
circumvolitare G. 1, 377.
circus theatri de campo circo simili A. 5, 289.
ciris avis G. 1, 404. Cir. 205.
cisium Cat. 8, 3.
citharae voces Cir. 107.
citharoedus in conviviis A. 1, 740.
citus (*citae quadrigae*) A. 8, 642. — *trames* i. e. declivis A. 5, 610. *citi* pro Adv. cito A. 4, 574.
civis genere femin. A. 5, 671.
clamare pro nomine vocare E 6, 44.
clamor rerum inanimatarum A. 3, 566. *clamor nauticus* A. 5, 140.
clangor de strepitu tubarum A. 8, 526. — de voce avium A. 3, 226.
clarescere A. 2, 301.
clarus i. q. ex longinquo audiendus A. 5, 139. — i. q. lucens A. 11, 772.
classica inflare G. 2, 539.
classis de pedestri exercitu A. 3, 602. 7, 716.
claudere rivos E. 3, 111. — *versum* Cir. 19.
claustra (freti angustiae) *Pelori* A. 3, 411. — *ventorum* A. 1, 56. (claustra Romanorum Mor. 15.)

clausum G. 4, 303.
(*clavus*, morbi genus G. 3, 299.)
clipeatus A. 7, 793.
clipeus in nave praetoria propositus pugnae signum A. 10, 80. — Aeneae describitur A. 8, 625. clipei pluribus taurorum pellibus contexti A. 9, 706. 12, 925. — votivi A. 3, 286. — *leves* A. 7, 626. — *Argolici* A. 3, 637. *clipeum* gen. neutr. A. 9, 709.
coccum Cir. 31.
cogere aliquem aliquid A. 3, 56. —, *ut* — A. Prooem. 2. (p. 3.) — *agmen* A. 4, 406. *cogi in nubem* A. 5, 20. *coactus* de rebus, quae non sunt naturales s. nativae (*coactae lacrimae*) A. 2, 196.
cognomen pro nomine A. 3, 702.
cognominis Adiect. A. 6, 383.
cognoscere pro agnoscere E. 4, 60. *cognitus* de rebus, quas usurpare, sentire solemus A. 12, 414.
coire in unum A. 10, 410.
colere i. q. curare E. 3, 61. i. q. incolere E. 2, 62. — *terras* de diis A. 1, 15. — *honores* A. 12, 778. — *vitam* G. 2, 532.
colla solvere G. 2, 542.
collabi verbum propr. et de animi defectum patientibus et de exspirantibus A. 4, 391.
colliciae G. 1, 114.
colligere se in arma A. 10, 412. 12, 491. *colligere arma* (i. e. remos) A. 5, 15. *collectus* i. q. contractus A. 12, 862.
colocosium E. 4, 20.
coloni, agrorum possessores E. 9, 4.
color i. q. candor et pulchritudo E. 2, 17. *colorem ducere, trahere* E. 9, 49.
colorati Indi G. 4, 292.
coluber G. 3, 418. (A. 2, 471.)
colum G. 2, 242.
columbae Chaoniae, Dodoneae E. 9, 13. *columba* pro palumbi A. 5, 213.
colurnus (*colurna verua*) G. 2, 396.
colus A. 8, 409.
comae vaticinantium sparsae et horrentes A. 6, 48.
comans i. q. comatus A. 2, 391. — i. q. florens G. 4, 122. A. 12, 413. *comantes tori* leonis A. 12, 6.
comere capillos A. 6, 48.
comes in aliquid A. 9, 277. *comitem ire alicui* A. 2, 704. 11, 33. — *se addere, dare* A. 6, 778.
cometae mala portendunt G. 1, 488. A. 10, 273.
comitatus passive A. 1, 312. cum Add.
commemorare non est Vergilianum G. 4, 148.
commercia belli A. 10, 532.
committere ludos A. 5, 113. — *inter aliquid* Cir. 485.
communes dii A. 12, 118. Cir. 359.
comparare cum Infin. A. 4, 117.
COMPARATIONES enormes A. 2, 15. 12, 701. comparationis forma insolentior A. 7, 720. comparatio *ἀνανταπόδοτος* A. 9, 339.
compellare alqm A. 3, 299.
componere vid. conponere.
comprehendere i. q. circumdare G. 1, 428.
concava saxa i. e. antra A. 5, 677.
concedere fortius quam simplex *cedere* E. 2, 57. *concedunt irae* A. 8, 41.
concha a Tritone inflata A. 6, 171.
concilium et *consilium* (discrimen) A. 2, 89. *concilium* i. q. turba, multitudo A. 3, 679. *concilia deorum* G. 1, 24.
concio militum A. 12, 562.
concipere foedus A. 12, 13. — *furorem, furias* A. 4, 502. (*conceptus furore?* Cir. 130.)
concitus et *consitus* confusa A. 3, 127.
conclamandi mos A. 1, 219. 4, 674.
concretus (glacie) G. 1, 236. *concreti sanguine crines* A. 2, 277. *concretum gelu* (?) G. 2, 318.
concursus creber eiusdem syllabae A. 3, 136.
concutere pro excutere A. 7, 338. — et *percutere* (discrimen) A. 6, 475.
condere opes G. 2, 507. — *bella, laudes* etc. pro canere E. 5, 7. — *soles* pro: dies exigere E. 9, 52. — *se in locum* A. 2, 24. — *ensem, telum* in corpore A. 9, 347. 12, 950. — *gentem* A. 1, 33.
condicio rectius quam *conditio* A. 1, 236. *condicionem ponere* Cir. 187.
conferre certamina A. 10, 146. — *gradum* G. 3, 169.
confici vulneribus A. 11, 824.
confidere absolute A. 1, 452.
confieri gravius quam simplex *fieri* A. 4, 116.
confiteri se aliquem A. 2, 591.
conflare de ferro cudendo G. 1, 508.
confundere foedus A. 5, 496.
congemere de inanimis A. 2, 631.
congeminare securim A. 11, 696.
congerere (nidum) absolute E. 3, 69.
congredi non constr. c. Acc. A. 12, 342.
conifer A. 3, 680.
coniti (ut rectius scribitur, quam *conniti*) pro eniti E. 1, 15. *conixus* (pro connixus) A. 5, 264.

coniugium pro coniuge A. 2, 579. Cir. 73. quid significet A. 1, 73.
coniunx pro sponsa, amica E. 8, 18. A. 3, 330. 7, 189. pro marito A. 1, 343. cum Add. (Ceterum vid. Index III.)
coniurare cum Infinitivo G. 1, 280. *coniuratus Hister* G. 2, 497.
conuexus sententiarum liberior A. 4, 462.
connubium et *coniugium* quomodo differant A. 1, 73. — pro furtivo amore A. 4, 316. (Rectius *conubium*: cf. Index III.)
conponere rectius scribitur, quam *componere* E. 1, 23. *conponere* (i. e. condere) *opes* A. 8, 317. — *urbem* A. 3, 387. — *diem* A. 1, 374. — *fluctus* A. 1, 135. — *bellum* A. 12, 109. — *pacem* A. 7, 339. — *foedus* A. 10, 15. 12, 821. — i. q. colligere A. 8, 322. *se conponere* G. 4, 189. A. 1, 698. *conponi* de mortuis, quiescentibus, dormientibus A. 1, 249. *conpositi gradus* G. 3, 191. *conposito* pro: de, ex conp. A. 2, 129. *conpostus* pro conpositus A. 1, 249.
consaeptus de hominibus (?) Cir. 86.
conscius cum Dativo A. 4, 162. *conscia fama* A. 10, 679. *conscia veri numina* A. 2, 141.
conserere proelia A. 2, 397.
considere luctu A. 11, 350. — *transtris* A. 3, 289. — *in ignes* A. 2, 624. — de epulantibus A. 7, 176. — Perfecti forma A. 3, 565. — et *consistere* confunduntur A. 8, 10.
consistere i. q. quietum, tranquillum fieri A. 1, 643. — aliqua terra A. 8, 10. — et *subsistere* quomodo differant A. 11, 609.
consors Cir. 15.
conspectus i. q. conspicuus A. 8, 588. — *in ostro* G. 3, 17.
conspectus Subst. *e conspectu abire* A. 1, 34.
constare i. q. compositum et tranquillum esse A. 3, 518. *constat sententia* A. 5, 748.
constituere hostias ante aram A. 5, 237.
Consualia A. 8, 636.
consulere in medium A. 11, 335. — *consule*, i. e. provide A. 9, 322.
consurgere in ensem A. 9, 749. — *in bellum* A. 10, 90. — remis A. 10, 299.
contemplator G. 1, 187.
contendere tela A. 5, 520. — pro intendere G. 3, 536. A. 9, 623. — *cursu* A. 5, 291.
contingere et *continguere* G. 3, 403. — *nares odore* A. 7, 480.
continuo i. q. principio G. 1, 356. i. q. statim G. 1, 60. 3, 75.
contra, e regione A. 1, 13. c. *adspicere* A. 11, 374. *c. stare* A. 5, 414. 7, 374. c. *adsistere* A. 12, 790. Casui suo postponitur A. 1, 13.
contractior i. q. parcior Mor. 78.
contraria iuncta, ut se mutuo illustrent A. 3, 181.
contremiscere et *intremiscere* A. 3, 673.
contubernales servae E. 1, 5.
contundere populos A. 1, 264.
contus A. 5, 208. pro hasta A. 9, 510. Cul. 315.
convallis i. e. colles e convalle adsurgentes G. 2, 186.
convectare A. 4, 405.
convellere i. q. quassare A. 1, 383.
convertere viam et sim. A. 5, 582.
convexa caeli A. 4, 451. — *sidera* A. 1, 608. *convexa nemorum, vallium* A. 1, 310. 608. *convexus trames silvae* A. 11, 515.
copa Cop. 1.
copia Sing. numero de militibus A. 2, 564. Cul. 338.
coquere de operibus aeneis A. 7, 636. *coquere* terram etc., de aestate, sole G. 1, 66. 2, 522. *coquunt* aliquem *curae* A. 7, 345. *coctus* i. q. igne duratus A. 11, 553.
corda i. q. mentes G. 1, 123. 330. *corde secum volutare* A. 1, 50.
coriandrum Mor. 90.
Corinthia vasa G. 2, 464.
corna lapidosa G. 2, 34. A. 3, 649.
cornea spicula A. 9, 606.
corniger, fluviorum epith. A. 8, 77.
cornipedes pro equis A. 6, 591.
cornix fatidica E. 9, 15. *cornix improba* G. 1, 388.
cornu pro arcu E 10, 59. *cornua cervi* E. 7, 30. — — *arborea* A. 1, 190. — *cristae* A. 12, 89. — Fluviorum G. 4, 371. — *antennae* A. 3, 549. — *raucum* habent *cantum* A. 8, 2. — victimarum inaurata A. 5, 366.
cornus bona bello G. 2, 447. — pro iaculo A. 9, 698.
corona regni pro diademate A. 8, 505. crateri imposita A. 3, 525. navibus imposita G. 1, 304. A. 4, 418. oleagina sacerdotum et sacrificantium A. 5, 774. circum galeas A. 5, 556. 7, 751. lemniscata A. 5, 269. deorum et regum insigne A. 1, 655. 7, 75. cor. radiata A. 12, 162. — *tonsa* A. 5, 556. — *navalis* et rostrata A. 8, 684. — radiata A. 12, 163.
Coronae sidus G. 1, 222.
coronare puppes G. 1, 304. — *crate-*

prima luce cett. A. 3, 568. (Ceterum cf. Index III.)
cumulare altaria donis A. 11, 50 *cumulatum aliquid remittere* A. 4, 436.
cumulus aquae A. 1, 105. 2, 498. *cumuli* agrorum G. 1, 105.
cunabula i. e. patria A. 3, 105.
cunctari pro reluctari A. 5, 856. *cunctantes glebae* G. 2, 236.
cuneus (militum) A. 12, 457. *cunei* in theatris G. 2, 509. A. 5, 664. (12, 269.) *cuneis robur scinditur* A. 6, 181.
Cupressus sacra A. 2, 714. in rogo A. 6, 216. — Idaea G. 2, 84.
cur non - -? pro Coniunctivo adhortativo E. 5, 1.
cura de amore (*Liebespein*) A. 4, 1. pro homine ipso amato (*Gegenstand der Sorge*) A. 1, 678. Cir. 75. do aliis rebus caris E. 1, 57. de ducibus exercituum A. 11, 519. cum Infin. A. 1, 704. 9, 160. *curae habere aliquem* A. 4, 520. *curam impendere* cum Infinit. G. 3, 124. *cura curarum* Cat. 7, 6. *Curae* ut personae A. 6, 274
curalium Cir. 434.
curare corpus G. 4, 187. A. 3, 511. — exercitum A. 11, 519. *non curare* i. q. nolle, cum Infinit. G. 1, 39.
curculio G. 1, 186.
currentem impellere et sim. A. 11, 608.
currere de fusis Parcarum E. 4, 46. de carminibus Cir. 5. — *aequor* A. 3, 191. 5, 235. *currit fremor per ora* A. 11, 296.
currus pro equis iugalibus A. 7, 163. — *aratri* (*das Pfluggestell*) G. 1, 174. pro navi Cir. 26. curruum usus bellicus A. 12, 287. *curru*, Dativus E. 5, 29. *currūm* Gen. Plur. A. 6, 653.
cursus pro volatu E. 6, 80. A. 6, 194. *cursum dare facilem* G. 1, 40. A. 10, 870. *cursus extendere* A. 12, 909. *cursum transmittere* et similia A. 6, 313.
curvatus de undis A. 3, 564.
curvus i. q. cavus G. 2, 216. A. 2, 748. *curvus arator* E. 3, 42. *curva flumina* G. 2, 12. Cir. 413. *curvae latebrae* G. 2, 216.
cuspis de inferiore parte hastae A. 12, 386. *cuspide concidere* Cat. 12, 6.
custos furum G. 4, 110. fere i. q. speculatrix A. 4, 186. 11, 836. i. q. antistes sacrorum A. 8, 270. custodes nobilibus pueris Rom. additi A. 5, 546.

cycnus, non *cygnus* scribendum E. 7, 38. cycni, pluviarum praenuntii G. 1, 383. ex iis augurium A. 1, 392. iis abundabat Mincius E. 9, 29. eorum cantus E. (8, 55.) 9, 29. *cycnis candidior* E. 7, 38. *cycni Caystri* G. 1, 384.
Cydonia spicula E. 10, 59.
cylindrus (*Walze*) G. 1, 178.
cymba sutilis Charontis A. 6, 414.
cymbala G. 4, 64. Cat. 7, 5.
cymbium A. 3, 66.
cyparissus G. 2, 84. — *conifera* A. 3, 680.
cytisus E. 1, 78. (10, 30.)

daedalus, daedaleus G. 4, 179. A. 6, 14. *daedala Circe* A. 7, 282.
dama, (rectius *damma*: E. 8, 28.) G. 3, 539. — Subst. gen. communis E. 8, 28.
damnare voto et voti E. 5, 80. — *caput Orco* A. 4, 699. — i. q. arguere Cir. 189.
dapes A. 3, 301.
Dardanus Adiectivi forma A. 2, 618. 3, 602. al.
dare pro dicere, narrare E. 1, 18. (cum Part. Perf.) pro efficere, reddere A. 9, 323. 10, 870. 12, 437. Cat. 15, 10. i. q. facere, constituere A. 1, 241. i. q. concedere, sinere A. 4, 683. pro nuptum dare E. 8, 25. cum *satis* coniunctum A. 9, 135. cum Infin. (pro potestatem dare) A. 1, 66. 79. 319. 3, 7. 7, 313. 9, 362. 12, 211. sequente Coniunct. sine Part. *ut* A. 4, 683. *dare animam, vitam, spiritum* G. 4, 204. A. 9, 704. — *gemitum, voces* A. 1, 484. 7, 560. 12, 113. — *cantum* A. 1, 398. — *amplexus* A. 1, 687. — *ruinam* A. 2, 310. 11, 614. 12, 453. — *locum, viam* A. 2, 633. — *cursum* A. 10, 870. — *lucem* pro lucere (et similes circumlocutiones per *dare*) A. 2, 698. — *latus* (de nave) A. 1, 105. — *lintea, vela* A. 1, 35. 3, 686. — *proelia* G. 3, 265. — *iura* A. 1, 293. — *stragem* G. 3, 247. — *tortus* A. 5, 276. — *saltum* A. 12, 681. — *navibus ventum* A. 3, 61. — *leto* A. 5, 806. — *se*, i. q. se offerre, nostrum *sich machen, sich fügen* G. 1, 287. A. 4, 627. — — *aliquo* i. e. praecipitem ferri A. 4, 606. *datur* i. q. possideo datum A. 9, 266. *datus* i. q. fato concessus A. 3, 255. *data fata* A. 1, 382. *sat datum* A. 2, 291. 9, 135.
debellator ferarum A. 7, 651.
deberi de rebus fato certissime even-

detexere E. 2, 72.
detinere A. 4, 348. — *gremio* A. 4, 84. — et *distinere* confusa A. 11, 381.
detonare A. 10, 809.
detractare (pro *detrectare*) G. 3, 57.
deturbare alqm A. 5, 175. — *caput* A. 10, 554.
deus i. q. homo divinitus de aliquo meritus E. 1, 6. G. 3, 376. pro dea A. 2, 632. illabitur animo vatis A. 3, 89. simpl. pro Baccho, i. e. vino (A. 1, 636.) A. 9, 337. pro voluntate div. A. 4, 440. Dii hominum proeliis immixti A. 9, 717 sqq. in silvis habitantes E. 2, 60. patres et matres appellantur G. 1, 163. homines virtute insignes invident terrae et praematura morte eripiunt A. 6, 869. maiores hominibus apparent A. 2, 773. *dii alicuius* i. e. ei propitii A. 4, 610. *dii hominesque* A. 2, 745. — *meliora!* G. 3, 513. — *patrii et Indigetes* G. 1, 498. — et *casus* sibi opponuntur A. 12, 321. Deorum nomina pro rebus, quibus praesunt E. 4, 32. 5, 69. A. 1, 177. — — reticentur A. 4, 577. — — pro templis eorum A. 2, 714. Deorum iusiurandum A. 6, 323. 9, 104. — concilium in Olympo A. 10, 1. — praesentiae signa in adventu A. 2, 591. 4, 358. 5, 647. item in discessu A. 1, 402. 9, 657. — praesentia fertilitatem iuvat G. 2, 392. quae loca praecipue invisere soleant G. 1, 25. *di sic voluerunt, sic diis placuit* et similia A. 5. 50.
depos(iv)isse pro deposuisse Cat. 8, 16.
deserere alieni A. 4, 323.
despectare terras A. 1, 396.
devenire cum simplici Accus. loci A. 1, 365. 4, 124.
devertere, non *divertere* G. 3, 293.
devicta bella A. 10, 370.
devinctus amore A. 8, 294. *devinctus* et *devictus* conf. A. 8, 394.
devotus bellis Cul. 364.
dexter i. q. aptus A. 4, 294. i. q. propitius A. 2, 388. 8, 302. *dexter* (*abis*) pro in dextram partem A. 5, 162. *dextra mihi deus* A. 10, 773. — *precari* A. 12, 930. *dextera* pro dextra A. 9, 469. dextras iungunt hospites A. 3, 83.
dibapha Cul. 62.
dicare A. 1, 73.
dicere pro canere E. 3, 55. — *sortem* A. 9, 268. — i. q. promittere A. 11, 322. 12, 112. Cir. 84. *dic* ironice A. 7, 546. *dice* an Vergilius dixerit pro *dic* A. 1, 753.
dictamnus, herba medica A. 12, 412.
dicto citius A. 1, 142.
dictu mirabilis A. 3, 26. — *affabilis* A. 3, 621.
didere A. 7, 144. 8, 132.
diducere terram G. 2, 354. *diducta lumina* Cul. 183. *diductus litore* A. 3, 419.
dies vox gen. comm G. 1, 276. etiam noctem includit A. 1, 732. i. q. dies destinatus A. 4, 620. i. q. temporis diuturnitas A. 11, 425. pro tempore A. 5, 783. 6, 745. immissus in Orcum terret Manes A. 8, 246. longissimus in Italia G. 3, 327. dici orientis descriptio G. 1, 445. A. 3, 588. 4, 129. 6, 535. 11, 1. 12. 76. *dies felices* et *infelices* G. 1, 277. *die* pro quotidie E. 2, 42.
differre arbores in versus G. 4, 144.
difficilis i. q. infecundus G. 2, 179.
digerere A. 2, 182.
digitis primis egredi Cir. 212. *arrectus in digitos* A. 5, 426.
dignatus A. 3, 475.
dignus cum Infin. E. 5, 54. cum Genit. A. 12, 649. nostrum *berechtigt* Cir. 104. *digna* (*atque*) *indigna* et similia A. 4, 190. 9, 595. 12, 811. Cir. 247. *dignum est* i. q. par est, decet (*si credere dignum*) G. 3, 391.
Dii meliora! G. 3, 513. dii deserunt captas urbes A. 2, 351.
diluvium i. e. excidium A. 7, 228.
dimovere terram aratro G. 2, 513.
dinumerare A. 6, 691.
dirigere vulnera, ictus A. 10, 140. — cum Dativo A. 12, 488.
dirimere bellum A. 12, 79.
diripere (*losreissen*) A. 3, 267.
dirus de malo ominatis A. 2, 519. de rebus atrocibus, horrendis, immanibus A. 6, 373. — et *durus* in Codd. confund. A. 12, 199. 924. *dira fames* A. 3, 256.
discessu pro: cum discederent A. 8, 215.
discincti Afri A. 8, 724.
discludere E. 6, 35.
discordia arma G. 2, 459.
discrimina leti A. 3, 685. 9, 143. — *vocum* (lyrae) A 6, 647.
dispar de syringe E. 2, 36.
dispendium A. 1, 453.
dispercam, si - - Cat. 13, 3.
disperdere carmen E. 3, 27.
dispergere in auras A. 11, 795.
dispicere A. 6, 734.
disicere pro *disiicere* A. 1, 70. cum Add. 12, 308.
distendere i. q. pinguem reddere G. 3, 124. — i. q. prorsus explere G. 4, 164. A. 1, 433. *distenta ubera* E. 4, 21. (7, 3.)
ditissimus agri A. 1, 343.
diu iuxta *multus, multum* G. 1, 197.
diverberare A. 5, 503.

diversus ad personas relatum G. 4, 432. i. q. longe remotus A 3, 4.
dives cum Genit. et Abl. E. 2, 20. G. 2, 136. A. 10, 563. — *triumphis* A 4, 37. — *avis* A. 10, 201.
dividere animum A. 4, 285. — *mediam frontem* A 9, 750. — pro dirumpere A. 2, 234.
divinus de hominibus E. 5, 45.
divortia i. q. deverticula A. 9, 379.
docere i. q. nuntiare A. 3, 717. — carmina E. 5, 87.
doctus de poetis Cat. 11, 2. de artis operibus Cul. 66.
dolere alicuius dolore A. 1, 669. *doliturus* A. 11, 732.
dolo, teli genus A. 7, 664.
dolor et *ira* coniunguntur A. 9, 66.
dolos versare, movere A. 2, 62.
domare terram aratro A. 9, 608.
domina, dominus de diis A. 3, 438. 6, 397. pro regina et rege A. 11, 805. *domini rerum, Romani* A. 1, 282. *domini gregum* (praediorum, navium cett.) E. 3, 16.
domitare boves G. 1, 285.
domus pro patria A. 8, 114. 10, 183. -- *avium* i. e. arbores G. 2, 209. Nomin. Plur. semel tantum apud Verg. legitur A. 10, 52. *domo* pro domi G. 3, 96. *domos*, non *domus*, Vergil. dixit Accus. G. 1, 182.
donaria pro donariorum loco G. 3, 533. — in templis A. 7, 138.
donec cum Indicat. Praes. G. 3, 558.
dono, i. e. beneficio, ope A. 8, 658.
dorsum aratri G. 1, 172. — corporis humani A. 10, 226. — in mari A. 1, 110. 10, 303. — *montium, nemoris* G. 3, 436.
Draco, sidus G. 1, 244. draco in Hesperidum hortis A. 4, 484. duo dracones Laocoontem petentes A. 2, 203 sqq.
dubitare pro deliberare A. 9, 191.
dubius Mars G. 2, 283.
ducere pro adducere G. 3, 156. — i. q. procudere A. 7, 634. — verbum sollemne in sacris A. 4, 636. — *bellum* A. 8, 55. — *casus* Cul. 162. — *colorem* E. 9, 49. — *ensem* A. 12, 378. — *ocreas, thoracem* A. 7, 634. — *muros* A. 1, 423. — *pompam* G. 3, 22. — *fumus* G. 4, 256. — *somnos* A. 4, 560. — *nomen* A. 10, 145. — *senectam* A. 10, 192 — *voces* Cul. 5. — *de marmore vultus* A. 6, 848. — *voces* Cul. 5. *duc age* et *duc, duc* G. 2, 358. *ductus sorte* A. 2, 201.
ductores (navium) A 5, 133. (militum) A. 9, 226
dudum pro antea, prius A. 2, 726.
dulcis aqua E. 5, 47. — de omnibus, quae nobis cara G. 2, 511. de Veneris gaudiis A. 4, 317. *dulce* i. e. in gaudium meum Cir. 246.
dumi, dumosus E. 1, 76.
duplex pro ambo A. 1, 93. — *spina* (equorum) G. 3, 87. — *amictus* A. 5, 421.
duplicare umbras E. 2, 67. — *virum* A. 11, 645. — *vota* A. 8, 556.
durare pro se durare, durescere E. 6, 35. — simpliciter pro animum durare (*ausdauern, aushalten*) A. 1, 207. — *laborem* A. 8, 577.
durescere de campo G. 1, 72.
durus i. q. severus, saevus A. 2, 7. i. q. laboribus duratus A. 3, 94. i. q. miser A. 12, 873. *durum hominum genus* G. 1, 63. A. 8, 315. *dura quercus* E. 4, 30.

ebenum (*hebenum*) G. 2, 117.
ebulum, planta E. 10, 27.
ebur Indiae G. 1, 57. pro rebus inde factis G. 2, 193. *eburna vagina* A. 9, 305. *eburnus ensis* A. 10, 11. *eburnus humerus* Pelopis G. 3, 7.
ecce (E. 3, 50.) G. 1, 108. in altera parte sententiae post Partt. *cum, dum, ubi* A. 3, 219.
echo: eius descriptio A. 5, 148.
edax ignis A. 2, 758.
edere pro simpl. dicere Cul. 251
edisserere A. 2, 149.
edit aliquem *cura, dolor* A. 4, 66. 12, 801.
Edonus, ventus A. 12, 365.
(*Edonius* altera syllaba correpta *ibid.*)
educere caelo A. 6, 178. pro educare A. 6, 765. *eductus* pro ferro cusus A. 6, 630.
edurus (*egelidus* etc.) G. 4, 145.
effectus i. q. absolutus G. 2, 417. Mor. 117.
efferre ortus de sole A. 4, 119. — *ensem*, i. e. tollere A. 2, 553. — *signum belli* A. 8, 1.
effervere G. 4, 556.
effetus, non *effoetus* scribendum G. 1, 81. i. q. debilis, infirmus A 5, 396. *effetae vires, effetum corpus* A. 5, 396. *effeta veri senectus* A. 7, 440.
effodere portum A. 1, 427.
effugium A. 2, 140.
effulgere A. 2, 616.
effultus A. 8, 368.
effundere animam A. 1, 98. — *vires in ventum* A. 5, 446. *habenas* A. 5, 818. — — *irarum* A. 12, 499. — *voces, loquelas, preces* A. 5, 482. 8, 70. *effusus caesariem* G. 4, 337. — *lacrimis* A. 2, 651. — *in aliqua re* A. 6, 339. 10, 838.

egelidus A. 8, 610.
egenae res i. q. periculosae A. 6, 91.
egere i. q. desiderare, appetere A. 5, 751. — a Verg. ubique cum Gen. construitur ibid.
egregius cum Gen. A. 11, 417. — ironice A. 6, 523.
eheu E. 2, 58. Cul. 257.
eia A. 9, 38. — *age* G. 3, 42. A. 4, 596. Cop. 31.
eiectare ore A. 5, 470.
eiectus de naufragis A. 1, 578. 4, 373.
elabi differt a Verb. simpl. *labi* G. 1, 244. *elapsus de caede* A. 2, 526.
electrum, metallum G. 3, 522. A. 8, 402. — (*Bernstein*) *lacrimosum* Cir. 434. *electra pinguia* E. 8, 53.
elephantus pro ebore G. 3, 26. (A. 3, 464.)
elices G. 1, 114.
elidi, de suffocatione A. 8, 261.
elleborus G. 3, 451.
eloquium A. 11, 383.
eludere capturum G. 4, 406.
eluere scelus, crimen A. 6, 742.
emere bene, male A. 9, 206. *emptum velle aliquid* A. 10, 503.
emicare i. q. prosilire A. 5, 319.
emittere et *immittere* in Codd. confusa G. 1, 125.
emovere curas A. 6, 382. *emoti postes* A. 2, 493.
emundata Ceres Mor. 43.
en cum indignatione A. 4, 597. 6, 346. cum Nomin. A. 1, 461. *en age* G. 3, 42. *en* — *ecce* E. 5, 65. *en ego* A. 5, 672. *en umquam* E. 1, 68.
enare pro volare G. 4, 59. A. 6, 16.
enim asseverandi habet vim G. 1, 79. 2, 104. 509. in evocatione et cohortatione G. 3, 70. vim habet confirmandi A. 2, 104. — (iuxta Pronn. personall.) nostrum *gerade* A. 8, 84.
enitere, enitescere de humo G. 2, 211. *enitet decus ore* A. 4, 150.
eniti de partu A. 3, 327.
Eous i. q. Lucifer G. 1, 288. (A. 3, 588. 11, 4.) Adiectivum A. 1, 489.
Epiphonema E. 8, 88.
Epitheta non ubique addita, ubi exspectaveris G. 2, 247. non semper vera et apta a poetis eliguntur E. 5, 28. 10, 59. 66. aliis vocabulis adiunguntur, quam ad quae proprie pertinent E. 1, 53. 9, 58. G. 1, 296. 4, 264. A. 1, 85. 7, 483. 689. rebus ab effectu tributa G. 2, 376. pro Genitivo Obiecti G. 3, 145. originem indicantia interdum addunt singularis virtutis notionem A. 3, 69. duo quando bene iungantur sine Copula G. 1, 407. 449. 3, 28. A. 5, 24. 8, 82. a Subst. suo Copula divulsa A. 7, 464.
epulae sacrae A. 8, 175. 288. 11, 740. — ferales A. 5, 62. — deorum A. 1, 79. — *repostae* G. 3, 527.
epulari cum Ablat. constructum A. 3, 224.
equae masculis equis velociores G. 1, 59. vento gravidae G. 3, 273. equarum gravidarum cura G. 3, 138. — *furor* G. 3, 266.
eques pro equo positus falso accipitur G. 3, 116
equidem cum Plur. et aliis, quam prima Pers. Verbi coniunctum A. 5, 56.
equitantes Venti A. 2, 418.
equus Troianus A. 2, 15. — — ab Epeo conditus A. 2, 264 equi Agrigentini A. 3, 704. 12, 942. — caput inventum, ubi Carthago condita A. 1, 443. equorum cura G. 3, 72 sqq — bonorum notae G. 3, 75. — admissura G. 3, 123. — bellico usui destinatorum educatio G. 3, 179. — morbi et cura G. 3, 498. — domitus G. 3, 190. — cultura in Italia florens A. 7, 275. confabulationes cum equis A. 10, 860.
ergo E. 5, 58. G. 1, 489. (*also wirklich?*) in interrogatione A. 6, 456. nostrum *so nun* A. 6, 384. cum Imperat. A. 2, 547. — *age* A. 2, 707.
erigere, sursum promovere A. 3, 423. 576. — *angues*, de Furiis A. 7, 450. — *flammas, fluctus* A. 3, 423. 576. — *undas* A. 7, 529. — et *adrigere* (animum) quo discrepent A. 1, 579.
Erinys pro exitio A. 2, 573.
eripere vocem ex ore loquentis A. 7, 118. — *fugam* A. 2, 619.
errare vox propria de sideribus A. 1, 742. *errat sermo in ore* Cir. 356. *errans hedera amnis* etc. E. 4, 19. G. 3, 14. *errantes oculi* morientium A. 4, 691. *erratus* pro pererratus A. 3, 690.
error pro fraude A. 2, 48. pro insano amore E. 8, 41. pro furore G. 3, 513. *error viae* A. 7, 199.
erubescere aliquid A. 2, 542.
eruca (Venerem revocans) Mor. 85.
eructare viscera montis de Aetna A. 3, 576.
eruere expulsum alqd G. 1, 320.
erumpere locum pro ex loco A. 1, 580. — *se* G. 4, 368.
ervum E. 3, 100.
esse pro licere (*est* c. Inf. constr.) E. 10, 46. G. 4, 447. A. 6, 266. 8, 676.

Cat. 6, 1. i. q. edere G. 1, 151. A. 4, 66. 5, 683. cum Dat. i. q. existimari E. 7, 70. A. 11, 416. cum Adverbio (i. q. se habere) Cat. 11, 17. pro vivere A. 2, 325. omittitur E. 1, 54. A. 1, 237. 5, 822. 6, 866. raro omittitur iuxta *nostrum, meum, longum, multum* etc. E. 3, 108. *esse alicui aliquid* A. 8, 65. *est, est* per Anadiplosin A. 9, 205. *esto* A. 4, 35. 7, 313. *hoc erat, quod* etc. A. 2, 664. *esset* (verbi *edere*) pro exesset G. 1, 151.
essedum Belgicum G. 3, 204. cum Add.
etiamnum et *etiam nunc* E. 2, 41.
etymologici lusus et fabulae ex etymo A. 1, 109. 5, 117. 6. 765. 8, 322. 331. 344. al.
Eurus, ventus G. 1, 371. 453. 2, 339. al. — equitans A. 2, 418. *Euro ocior* A. 8, 223.
evadere i. q. ascendendo superare A. 2, 458. — *viam* A. 2, 731. — *pugnae* A. 11, 702.
evalere A. 7, 757.
evare i. e. Evoe clamare A. 6, 517.
eventus pro fortuna A. 11, 758.
everberare A. 12, 866.
evertere aequora A. 1, 43. — *gentem* A. 3, 1. — *silvis* arbores G. 1, 256.
evincere A. 4, 474. 8, 286.
eviscerare A. 11, 723.
evolvere i. q. enarrare G. 4, 509. — *oras belli* A. 9, 528.
ex ante consonas G. 2, 218. — pro *post* G. 1, 393. A. 6, 407. *ex ordine* G. 4, 507. A. 7, 139. *ec* pro *ex* scribitur A. 2, 546.
examen (s. *exagmen*: E. 9, 30.) *apum* etc. E. 7, 13. — trutinae A. 12, 725.
exanimis et *exanimus* A. 4, 8. 9, 444. Add. ad A. 1, 484.
exardescere in iras et sim. A. 7, 445.
exasperari de mari A. 3, 285.
excantare fruges E. 8, 99.
excedere palma i. q. desistere praemio A. 5, 380. — de diis A. 2, 351.
excidere columnas rupibus A. 1, 429.
excidere ore A. 2, 658.
excipere G. 4, 207. A. 3, 210. — nostrum *abfangen* A. 3, 332. 9, 763. — i. q. respondere A. 4, 114 de rebus, quae certo tempore vel ordine eveniunt G. 4, 207. — et *accipere* quomodo differant A. 3, 210. — *in latus* A. 12, 507. *exceptus equo* A. 10, 867.
excire animas sepulchris E. 8, 97.
excitur tellus pulsu pedum A. 12, 445. *excitus* i. q. exterritus A. 12, 445.
excitare pro erigere G. 4, 549. — et *suscitare* conf. A. 8, 543.
excoquere terram G. 2, 260.
excretus G. 3, 398.
excubitor ales (gallus) Mor. 2.
excudere ignem G. 1, 135. A. 1, 174.
excutere aliquem, aliquid pectore A. 5, 679. — *deum* de vaticinante A. 6, 79. — *foedus* A. 12, 158. *excuti somno* A. 2, 302. *excussus curru* A. 10, 590.
exedere i. q. conficere A. 5, 785. *exesus* et *exessus* G. 1, 495. 2, 214. *exesae arbores* etc. G. 4, 43.
exercere i. q. vexare, persequi A. 3, 182. 4, 622. — *agrum* G. 1, 99. — *choros* A. 1, 499. — *balatum* A. 9, 62. — *diem* A. 10, 807. — *homines* A. 1, 431. — *labores* A. 8, 378. — *palaestras* A. 3, 281. — *arma* A. 4, 86. — *poenas* 6, 543. *exercita cursu flumina* G. 3, 529.
exercitus de quavis multitudine A. 5, 824.
exhaurire i. q. ad finem usque tolerare A. 4, 14. 10, 57. *exhaustus* i. q. attritus, consumptus A. 1, 599. *exhaustae apes* G. 4, 248. *exhausta bella* A. 4, 14.
exhortari equos A. 11, 610.
exigere i. q. explorare A. 1, 309. — *annos, aevum* A. 1, 74. 10, 53. — *ensem* A. 10, 682.
exiguum i. q. paucum G. 2, 472. *exigua vox* A. 6, 493.
exim, exin A. 6, 891. 12, 92.
exire aliqua re i. q liberari E. 1, 40. — *tela, vim* cett. A. 5, 439. 11, 750. *exit* pro *exiit* an Verg. dixerit A. 2, 497.
exitiale donum A. 2, 31.
exitium i. q. aerumna, calamitas A. 7, 129.
exordia (rerum omnium) E. 6, 33.
exorsa longa G. 2, 46.
exosus A. 5, 687.
expedire i. q. promere et distribuere A. 1, 702. i. q. exponere, narrare A. 3, 460. — *manus* A. 12, 258. *expediri* (ex malis) A. 2, 633.
expendere poenas A. 11, 258. — pro solvere A. 2, 229.
experto credere A. 11, 283.
explere alqm alicuius rei A. 3, 586. — currendo A. 12, 763.
expugnare pudicitiam, toros A. 10, 92.
expulsum eruere alqd G. 1, 320.
exsanguis i. q. pallidus metu A. 2, 212.
exsaturabilis ἅπαξ λεγόμενον videtur A. 5, 781.
exscindere gentem A. 4, 425.

fatiscere G. 1, 180. 2, 249. A. 9, 809.
fatum evitari non potest A. 10, 467. fata a diis differri possunt, mutari non possunt A. 1, 357. 10, 621. fatorum et futurorum nescii homines A. 10, 501. *fatum rerum* G. 1, 416. *fata* i. q. oracula A. 1, 382. *fata deûm* A. 2, 54. fata maiora et minora A. 3, 374. — *inveniunt viam* A. 10, 113. — *manent aliquem* A. 10, 438. *fata sortiri* A. 3, 376. — *rumpere* A. 6, 882. — — *Iovis, deorum* A. 4, 614. *fatis* i. q. secundum fata A. 5, 656. *fata* et *fortunae* coniunguntur A. 6, 683.
fovere ore, linguis A. 5, 71.
favi, eorum cura G. 4, 214. 228. 239.
fax de meteoris A. 2, 694. face ferroque A. 4, 626. *faces* i. q. taedae G. 1, 292. i. q. torres, titiones A. 1, 150. facibus in pugna pro telis utebantur A. 10, 131.
fecundum pectus A. 7, 338.
fel veneni A. 12, 857.
felix i. q. fecundus E. 5, 37. G. 2, 81. i. q. propitius E. 5, 65. A. 3, 120. active pro: felicem reddens A. 1, 330. cum Genit. (*operum*) G. 1, 277. cum Ablat. A. 7, 725. cum Infinit. G. 1, 284. — *hostia* G. 1, 345. — *oliva* A. 6, 230. *felices dies* G. 1, 277.
femen et *femur* confusa A. 10, 788.
femineae curae A. 7, 345.
fenestra de quocunque foramine A. 2, 482. 3, 152.
ferale carmen A. 4, 462. 6, 216. *ferales cupressi, ferolia* A. 6, 216. ferales epulae A. 5, 62.
ferax (*fertilis*) cum Dat. G. 2, 222.
fere i. q. plerumque G. 2, 203.
ferina pro carne ferina A. 1, 215.
ferinus pro equinus A. 11, 571.
ferire foedus A. 10, 154.
ferit clamor aethera, sidera A. 5, 140.
fermentum G. 3, 380.
ferrati Belli postes A. 7, 622.
ferre pro adferre A. 1, 463. pro inferre A. 5, 582. pro auferre, abripere E. 5, 34. pro consequi, accipere E. 5, 89. pro nuntiare A. 1, 645. i. q. progignere A. 3, 43. fere i. q. habere et ostendere A. 3, 490. de fatis A. 3, 7. nostrum *mit sich bringen* A. 2, 34. — *pedem* G. 1, 11. — *gressum* A. 6, 677. 11, 99. — *iter, cursum* A. 7, 811. — *manum in proelia* A. 5, 403. — *preces* A. 8, 60. — *rates* A. 10, 295. — *auras* G. 2, 422. — *se* A. 4, 11. 5, 373. — *in lucem* A. 9, 332. — *sub auras* A. 2, 158. *ferri per ora* A. 12, 215. — *equis* G. 1, 514. *ferens ventus* A. 3, 473. *fertque refertque* A. 4, 438.
ferreus i. q. validus G. 2, 44. — *ager* A. 11, 601. — *somnus* A. 10, 745. *ferrea vox* G. 2, 44. *ferrea iura* G. 2, 501.
ferro flammaque, ferro atque igni et sim. A. 4, 626.
ferruginea cymba Charontis A. 6, 303. *ferrugineus hyacinthus* G. 4, 183.
ferrugo G. 1, 467. — *Hibera* A. 9, 582.
ferula, frutex E. 10, 25. G. 3, 415.
ferum pro equo A. 2, 51.
fervĕre pro *fervēre* G. 1, 456. A. 9, 693. de locis et viis frequentatis A. 4, 407. de hominibus A. 9, 693. de rebus G. 4, 169. A. 1, 436.
fessus i. q. aeger G. 4, 265. — *rerum* A. 1, 178. *fessae res* i. q. afflictae A. 3, 145. — *naves* A. 1, 168.
festinare aliquid A. 4, 575. 6, 177.
fetus E. 1, 49. G. 1, 81. i. q. plenus A. 1, 51. (2, 238.)
fetus de fructibus cuiusvis generis G. 1, 55. — i. q. usus G. 2, 442.
fibula mordet A. 12, 274. — pro acu crinali A. 7, 815. — cicadae formam referens Cir. 128.
fidens animi A. 2, 62.
fides deorum, oraculorum A. 6, 346. i. q. certa persuasio, certum indicium A. 3, 375. de foederibus A. 7, 235. (10, 71.) — *supplicis* A. 2, 541. — *prisca* A. 6, 878.
fida litora, i. e. tuta A. 2, 400. — *arma* A. 7, 640. 9, 707. *fidissimus* cum Gen. A. 12, 659.
fiducia pro confidentia A. 1, 132. — cum Genit. ibid. 9, 142.
figere pro transfigere telo E. 2, 29. A. 10, 382. — *humo plantas* G. 4, 115. — *puppibus arma* A. 10, 80. — *leges* A. 6, 622. — *oscula* A. 1, 687. *fixus dolore* A. 7, 290. *fixum sedet animo* A. 4, 15.
filix, herba G. 2, 189.
findere rostris terram A. 10, 295. — *arvo* de solis ardore G. 2, 353.
fingere i. q. comere, ornare A. 4, 148. — i. q. facere A. 2, 80. — *corpora lingua* A. 8, 634. — *equum* (et inde ad homines translatum) A. 6, 80. — *vites* G. 2, 407.
finis vox gen. comm. A. 2, 554. 3, 145. 5, 384. 10, 116. *sine fine* A. 2, 771.
firmare omina A. 2, 691. — *numina* A. 8, 78. — *animum* G. 4, 386.
firmus et *firmare* de corporis viribus E. 4, 37.
fiscella E. 10, 71.
fiscina G. 1, 266.
fissile lignum G. 1, 144.
fistula E. 2, 36. — *cera iuncta* E. 3, 25.
flagellum vitium G. 2, 299.
flagrare latratibus Cul. 220. *flagrantes* (pudore) *genae* A. 12, 65.

fratres discordantes (incertum, qui sint intelligendi) G. 2, 496.
fraus i. q. culpa, scelus A. 9, 428. i. q. pernicies A. 10, 72. 11, 708.
fraxinus E. 7, 65. G. 2, 359. A. 6, 181. 11, 136.
fremere de equis G. 1, 12. de leonibus A. 12, 8. de bacchantibus A. 7, 389. de ventis A. 1, 56. 10, 98. de undis A. 11, 299. de cantu incondito A. 4, 146. in luctu A. 4, 668. de montibus silvosis A. 12, 702. de undis A. 11, 299. 12, 702. de saxis A. 12, 923. i. q. murmure adsensum significare A. 1, 599. 5, 385. 555. cum Accus. rei A. 5, 555. 7, 460. 11, 132. *frementes* et *furentes* conf. A. 11, 609.
fremitus pugnantium A. 2, 338. 9, 54. — i. q. laeta et favens acclamatio A. 5, 338.
fremor verborum A. 11, 297.
frena spumantia A. 4, 135. *frenum* Sing. numero A. 12, 568.
frenare iram et sim. A. 12, 499. — *gentes* A. 1, 523. *frenat glacies cursus aquarum* G. 4, 136.
fretum omnino pro mari G. 1, 327.
frigida bello dextera A. 11, 338. — *lumina* A. 11, 818. *frigidus anguis* E. 3, 93. — *annus* i. q. hiems A. 6, 311. — *sanguis* A. 10, 452.
frigidulus (*frigiduli ocelli*) Cir. 251.
frigus pro hieme E. 2, 22. G. 1, 48.
frondator E. 1, 57. (G. 2, 362.)
frons pro sertis A. 5, 661.
frons (*Felswand*) A. 1, 166.
frontem mediam dividere A. 9, 750.
fructus Musarum Cul. 9.
fruges de omnium arborum fructibus G. 2, 424. — *salsae* (i. e. mola salsa) A. 12, 173.
frustra i. q. sine consilio, temere A. 4, 415.
fuat ἀρχαικῶς pro *sit* A. 10, 108.
fuci G. 4, 168. (244. A. 1, 435.)
fucus, i. q. melligo G. 4, 39.
fuga pro celeri cursu G. 3, 142. A. 1, 317. *fugam agitare* A. 2, 640. — *eripere* A. 2, 619.
fugere i. q. in exilium abire E. 1, 4. — de iis, qui alius amorem repudiant E. 2, 60. — i. q. e conspectu auferri A. 5, 629. (pro recusare) cum Infin. A. 9, 200. *fugit refugitque* A. 12, 753. *fugere* (oculos) i. q. nusquam apparere A 5, 629.
fugientes parmas reiiciunt in tergum A. 11, 619.
fuit (*fuimus*) pro abiit, desiit A. 7, 413. *fuerit* pro *erit* A. 2, 77. *fuisse* pro vixisse, periisse A. 2, 325.
fulcra tori A. 6, 604.
fulgere, Verb. 3. Coniug. A. 6, 827.
fulix s. *fulica* G. 1, 363.
fulmen in πυρομαντίᾳ fatale A. 10, 177. coelo sereno G. 1, 487. a Iove missum G. 1, 328. a Minerva A. 1, 42. a Venere A. 8, 427. Salmoneus fulmina imitatur A. 6, 590. *fulminis venti* A. 2, 649. *fulminis alae* A. 5, 319. *fulmina belli* (Sciopiones) A. 6, 844.
fulminare de Augusto bellum gerente G. 4, 561. cum Add. — *armis* A 12, 654. fulminantes deae A. 1, 42.
fulmineus ensis A. 4, 579. — *Mnestheus* A. 9, 812.
fultus obice A. 8, 227.
fulvus A. 7, 279. 10, 562.
fumantia colla equorum G. 2, 542.
fumea taedis lumina A. 6, 593.
fumifer A. 8, 255.
fumigatio alvearium A. 12, 587.
funalia A. 1, 727.
funda piscatorum G. 1, 141. — *Balearis* G. 1, 309.
fundamen alvearis G. 4, 161.
fundare urbem legibus A. 6, 811. — *ancora naves* A. 6, 3. — pro: fundo alligatum tenere A. 6, 4.
fundere i. q. magna copia proferre E. 4, 20. Cul. 130. i. q. procreare, parere simpliciter G. 1, 13. A. 8, 138. — pro effundere E. 5, 71. — *pateram* pro: vinum ex ea fundere A. 4, 60. — *verba* A. 3, 344. *fusus barbam* A. 10, 838. *fusi per herbam* A. 5, 102.
fundo vertere A. 10, 88.
funebris pompa A. 11, 59. 184.
fungi stuppae in lucerna G. 1, 392.
funus pro caede, sanguine G. 3, 263. — pro morte A. 7, 599. — pro corpore mortuo A. 6, 510. funeris ritus A. 2, 539. 6, 212. *funus ducere* G. 4, 256. funere polluuntur homines A. 2, 539.
furari oculos labori A. 5, 845.
furcae bicornes G. 1, 264.
furere i. q. furibundum vagari A. 2, 771. de quovis vehementiore affectu A. 3, 313. de cursu concitato A. 7, 625 de mari A. 1, 107. de vatibus A. 2, 345. — *furorem* A. 12, 680. *furentem exhortari* et sim. A. 11, 608. (12, 761. 875.) *furentes flammae* A. 4, 670.
fures an pro *servis* ponantur E. 3, 16.
furiata mens A. 2, 407.
furor de amato puero vel puella E. 10, 38. de vatibus A. 2, 345. — *plebis* A. 1, 148. 7, 705. Furor tamquam numen inducitur A. 1, 294.
furtivus amor i. q. celatus, tectus A. 4, 171.
furtum pro insidiis, dolo A. 9, 150.

gravida imperiis Italia A. 4, 229. — *bellis* terra A. 10, 87. *gravidae aristae* G. 1, 111. 319. *gravidum uber* G. 3, 317.
gravis i. q. gravatus G. 3, 506. i. q. gravidus A. 1, 274. i. q. languidus E. 1, 49. i. q. noxius E. 10, 75. G. 2, 377. de foedo odore G. 3, 415. 4, 49. de mole corporis A. 5, 437. 12, 458. pro graviter A. 5, 387. — *aetate* A. 2, 436. 9, 246. — *somno* A. 6, 520. — *terra* G. 3, 526. *gravis graviter* A. 5, 447. *grave* parenthetice Cul. 294.
graviter concidere A. 5, 447. — (i. e. multum et bene) *spirare* G. 4, 31.
gremium (*gremio excipere, fovere, in gr. ponere, tenere* cett.) A. 9, 261. — *molae* Mor. 23.
gressus in navigatione A. 5, 162.
grex de solis feminis pecudum G. 3, 63.
grues Strymoniae G. 1, 120. grues tempestatis praenuntiae G. 1, 374. gruibus vescebantur Romani G. 1, 307.
grypes (gryphes) E. 8, 27. *iungentur equis* ibid.
gurges A. 1, 118. cum Add.
gustare et *libare* (discrimen) E. 5, 26.
gutta pro macula G. 4, 99.
Gymnesiae insulae G. 1, 309.
gyrus G. 3, 115. *gyrum carpere* G. 3, 191.

habena pro flagello cett. A. 7, 380. *habenae* pro curru A. 11, 765. — *rerum* A. 7, 600. *habenas* dare A. 11, 623. — *premere* A. 11, 600. *habenas immittere, effundere* cett. de inanimatis G. 2, 364. A. 5, 662. de rebus A. 5, 662. 6, 1. *habenas irarum effundere* A. 12, 499.
habere de foedere amoris E. 1, 30. de vulneratis A. 12, 296. i. q. divitem esse G. 2, 499. pro retinere (mortuum) A. 1, 556. 6, 362. i. q. tenere E. 7, 40. A. 3, 147. 11, 357. i. q. alere et curare G. 1, 3. i. q. incolere A. 7, 131. respondet nostro *erfüllen, beseelen* A. 4, 581. cum Part. Perf. Pass. A. 9, 594. *habeo, quod* et *quid* etc. E. 2, 2. *si quid habes* (quod dicas) E. 3, 52. *habet pectora terror* A. 11, 357. *habet alqm fluctus* A. 6, 362. *habere alqm curae* A. 4, 520. *haberi* i. q. possideri A. 3, 329. *habendi fines transcendere* Cul. 83.
habilis arcus, clipeus, lorica A. 1, 317. 12, 432. i. q. aptus, idoneus G. 2, 92. 3, 62.

hac — *hac* pro hac — illac A. 1, 467.
hac — *tenus* per Tmesin A. 5, 603. *hactenus* de tempore A. 11, 823.
Hadriacus rectius quam *Adriacus* A. 11, 405.
haedi (etiam sine aspiratione scribitur) E. 1, 22. pro capellis E. 7, 9.
Haedi, sidus G. 1, 205. A. 9, 668. — *pluviales* A. 9, 668.
haerere cum Dat. rei, cui aliquid inhaeret A. 3, 607. 4, 73. alicui i. q. comitem esse A. 10, 780. (8, 124.) — de telis corpori infixis A. 7, 533. 11, 804. 12, 415. *haerere oculis* A. 1, 717. — (et *adhaerere*) cum Abl. A. 10, 361.
halare aliqua re G. 4, 109.
haliaeetus Cir. 204.
Hamadryasin Cul. 94.
harena (melius quam *arena*) *bibula* G. 1, 114. — *nigra*, limus G. 4, 293. pro solo arenoso G. 2, 139. de maris fundo et litore A. 1, 107.
harundo scribendum pro *arundo* E. 6, 8. — pro fistula ibid. — pro sagitta A. 7, 409. — *rediviva* Mor. 62.
haruspex secundus A. 11, 739.
hasta pampinea i. q. thyrsus A. 7, 396.
hastilia bina heroum A. 5, 557. *hastilia* pro virgis A. 3, 23.
haud aliter A. 9, 65. 554. — — post *ceu* A. 9, 797. — *equidem* A. 1, 335. — *mora* vid. *mora*. — *setius* A. 7, 781.
haurire pro exhaurire G. 3, 105. (cf. A. 5, 137.) i. q. celeriter peragere G. 4, 427. — alqm ense A. 2, 600. — alqd auribus, oculis A. 4, 359. 12, 946. — *animo* A. 12, 26. — *caelum* A. 10, 899. — *lucem* G. 2, 340. — *supplicia* A. 4, 383. Part. Fut. *hausurus* pro hausturus ibid.
haut (haud) et *aut* in Codd. confunduntur E. 3, 110. *haud setius* A. 7, 781.
hedera pallens E. 3, 39. — *alba* et *nigra* E. 7, 38. hedera poetae coronabantur E. 7, 25.
hei mihi, non *heu mihi* A. 2, 274. Cir. 237.
heia A. 9, 38. *heia age* A. 4, 569.
helleborus G. 3, 451.
herba (*per herbam* et *per herbas*) G. 2, 527. — *graminis* E. 5, 26. — *veneni* i. e. venenata E. 3, 23. *herbae* simpliciter pro herba inutili G. 1, 69.
Herculea arbor i. e. populus G. 2, 66.
hernea s. *hirnea*, vas potor. Cat. 4, 8
heroes E. 4, 16. hominibus maiores A. 2, 773. *heros* de homine strenuo in opere conficiendo Mor. 60.

iaculari, verbum sollemne de fulmine A. 1, 42.
iam nostrum *gleich* A. 4, 566. i. q. *nun* (*endlich*) *einmal* A. 3, 41. vocabulis negativis iunctum G. 3, 252. A. 5, 633. de eo, quod fiet aliquando A. 1, 272. transitioni inserviens G. 3, 541. A. 11, 213. Cul. 250. affirmandi vi praeditum A. 10, 881. Imperativo adiectum A. 11, 373. *iam denique, iam tandem* A. 2, 70. *iam dudum* fere i. q. statim G. 1, 213. A. 2, 103. *iam fere*, nostrum *schon eben* A. 3, 135. *iam magis* A. 12, 239. *iam — iam* i. q. modo — modo A. 4, 157. *iam iam* A. 2, 701. *iam iamque* A. 2, 536. *non iam* A. 4, 431. *iam olim* G. 2, 403.
iamque adeo A. 1, 223. 2, 567. 3, 135. 10, 215. — postpositum G. 1, 142. 4, 22. *iamque* pro iam iam, cito A. 2, 662. — de re proxime futura A. 8, 42.
ianitor Orci A. 8, 296.
ianua leti A. 2, 661.
Iapyx, ventus A. 8, 710.
īaspis A. 4, 261.
ibi pro *tum* A. 2, 792.
ictus pro iaculatione A. 7, 165.
id quod E. 3, 35.
idem ad subiecta, non ad praegressa relatum A. 11, 336.
ieiunus i. q. infecundus G. 2, 212.
ignarus active E. 6, 40. passive A. 10, 706. — *vatum* A. 8, 627. — et *ignotus* confunduntur E. 6, 40.
ignis de ardente anhelitu G. 3, 85. pro puella vel puero amato E. 3, 66. de animi ardore A. 7, 577. — aeternus Vestae A. 2, 296. et Iovis Ammonis A. 4, 200. — *liquidus* E. 6, 33. — *ater* A. 8, 198. — — pro face A. 4, 384. — *sacer* G. 3, 566. — *aurae* A. 6, 747. ignis excitaudi ratio A. 1, 176. ignes missiles in pugna A. 7, 692. *igni* (Ablat.) G. 1, 234.
igneus pro celer A. 11, 718. *ignea sitis* G. 3, 482.
ignobilis i. q. rudis A. 1, 149.
ignotus i. q. alienus A. 12, 734. ignota in terra mori et sepeliri tristissimum A. 5, 871.
ilex nigra E. 6, 54. — *arguta* E. 7, 1.
ilicet A. 2, 424.
ilignus pro iligneus G. 3, 330.
illacrimare (*bei etwas weinen*) G. 1, 480.
illaetabilis A. 1, 707. 12, 619.
(*illim* A. 12, 92.)
imago i. q. umbra, εἴδωλον A. 1, 353. 4, 654. i. q. species A. 2, 368. pro cogitatis A. 6, 405. — vocis de echo G. 4, 50.
imbellis Indus i. q. mollis G. 2, 172. *imbelle telum*, *ferrum* A. 2, 544.
imber de aqua marina A. 1, 123. de quovis humore G. 4, 115. — *verberat humum* A. 9, 669.
imbrices tectorum G. 4, 296.
imbrifer G. 1, 313.
imbuere aram E. 1, 8. — *bellum sanguine* A. 7, 542.
imitari saltantes Satyros E. 5, 73.
immo pro simplici *at* A. 9, 98.
impar numerus magni momenti apud Romanos E. 8, 75.
imperare arvis G. 1, 99.
imperatorum mos milites nomine appellandi A. 12, 759.
imperium Romanum coelo terminatum A. 1, 287. *imperiis adsuetus* de animalibus A. 7, 487. *imperia exercere* in vitibus G. 2, 370.
impluvia veterum A. 7, 59.
imus Acheron A. 11, 23.
in aliquo *esse*, sc. positum A. 12, 653. *in nocte* Cir. 174. *in armis*, *in veste* pro: armis, veste indutus A. 3, 595. 4, 518. 5, 37. *in cornua irasci*, *surgere* ectt. G. 3, 232. A. 10, 725. *in vota vocare* A. 5, 234. *in magno munere* i. q. pro magno munere A. 5, 536. *in numine deorum esse* A. 2, 703. *in melius*, *peius*, *maius* ectt. A. 1, 281. *in morte* A. 4, 416. *in ordine* A. 8, 629. *in verbo* (abire) A. 6, 547. *in vulnera* i. q. ad vulnera sananda A. 7, 757. *in verbera*, i. e. ad verberandum A. 5, 147. *in vulnus corruere* A. 10, 488. Ceterum cf. Index III.
inaccessus A. 8, 195.
inanimatis rebus sensus tribuitur E. 5, 28. G. 2, 215. etc.
inanimis (pictura et sim.) A. 1, 464.
inanis i. q. nil profuturus A. 7, 593. *animus* G. 2, 285. — *tumulus* i. q. cenotaphium A. 3, 304. — *galea* A. 5, 673. *inane magnum* E. 6, 31. — *vacuum* A. 12, 906. — *tempus*, quo nil agitur A. 4, 433. *inania nubila* G. 4, 196. — *regna*, i. e. Oreus A. 6, 269.
inardescere A. 8, 623.
inausus A. 7, 308.
incantationibus rumpuntur angues E. 8, 71.
incanus, valde canus A. 6, 810.
incassum G. 1, 387. 3, 100. A. 7, 378.
incedere A. 1, 46. 4, 141. arrogantiam indicat A. 5, 68. — eum Dat. G. 4, 68.
incendere i. q. exagitare A. 4, 360.

i. q. flammeo colore inficere A. 5, 88. — agros G. 1, 84. — *altaria* A. 3, 279. — *vires* et similia A. 5, 455. — *luctum* A. 9, 500. *incensus aestus* G. 3, 459.
incendia pro materia ad incendendum apta A. 9, 71.
incertus i. q. fluitans E. 5, 5. *incerta securis* A. 2, 224. *incerti menses* G. 1, 115. *incertus sol*, *incerta luna* A. 3, 203. 6, 270. *incertum fatis ferri* A. 4, 110. *incertus* cum Ablat. ibid
incessere A. 12, 596.
incestare A. 6, 150.
inchoare et *incohare* G. 3, 42. A. 6, 252. — i. q. aedificare A. 6, 252.
incidere faces E. 8, 29. — *lites* E. 9, 14. — *spem* Cir. 276.
incinctus pelle G. 4, 347. A. 7, 396.
incipere pro canere inc. E. 5, 10. — pro dicere inc. A. 2, 348. i. q. suscipere (*unternehmen*) A. 2, 13.
incitare currentem et sim. A. 11, 609. 12, 761. 875.
includere pro intercludere A. 7, 534.
incompositi motus G. 1, 350.
incompti versus G. 2, 386.
inconditus (*inc. carmina*) E. 2, 4.
inconsultus (*unberathen*) A. 3, 452.
increbrescere, non *increbescere* scribendum G. 1, 359.
incrementum Iovis (de puero) E. 4, 49.
increpare A. 3, 454. 6, 387. — de tonitru A. 8, 527. — *sonitum* A. 9, 503. — et *intonare* permutantur A. 12, 332.
increpitare G. 4, 138. A. 3, 454. i. q. invitare A. 1, 738.
incubare (in petendo oraculo) A. 7, 88. — *auro* G. 2, 507.
incultum aevum exigere Cir. 518.
incumbere de rebus gravibus et molestis G. 2, 377. A. 1, 84. 2, 205. absol. pro: vires intendere A. 4, 397. cum Dat. rei A. 8, 444. — *aratro* G. 1, 213. — *remis* A. 5, 15. — *fato* A. 2, 653.
incusare deos hominesque A. 2, 745.
incusus lapis (molaris) G. 1, 275.
indago A. 4, 121.
inde pro ex hoc, hac cett. G. 3, 490. A. 1, 21. 3, 663.
indecoris A. 12, 25. — *regno* A. 7, 231.
indeprensus A. 5, 591.
indicere forum A. 5, 758.
indictus i. q. non dictus A. 7, 333.
indigetes dii G. 1, 498. A. 12, 794.
indignus i. q. intolerabilis G. 2, 373. — cum Genit. A. 12, 649.
indoctus i. q. musicae ignarus E. 3, 26.
indomiti agricolae A. 7, 521.
indubitare A. 8, 404.
inducere duplici modo constr. E. 9, 20. — *fontibus umbras* E. 5, 40. — *thiasos* E. 5, 30.
induere se in florem G. 1, 188. — — *pomis* G. 4, 142. — — *mucrone* A. 10, 681.
indulgentia (clementia) *caeli* G. 2, 345.
indulgere ordinibus G. 2, 277. — *hospitio* A. 4, 51.
ineluctabilis A. 2, 324. *ineluctabile fatum* A. 8, 334.
inermes et *inertes* conf. A. 10, 595.
inermus A. 10, 425.
iners i. q. infecundus G. 1, 94. de aquis stagnantibus G. 4, 25. *inertes tenebrae* Mor. 6. *inertia pecora* (ignava) A. 4, 158. 9, 730. — *corda* A. 9, 55. *inertia vitae* pro somno Cul. 374.
inevectus Cul. 340.
inexcitus A. 7, 623.
inexhaustus, quod exhauriri non potest A. 10, 174.
inexorabile fatum G. 2, 491.
inexpletus lacrimans A. 8, 559.
inextricabilis error (Labyrinthi) A. 6, 27.
infabricatus A. 4, 400.
infamatus Cir. 57.
infandus (*unaussprechlich*) i. q. acerbissimus A. 2, 3.
infandum in parenthesi A. 1, 251.
infantum sedes in orco A. 6, 426.
infelix, i. q. infecundus E. 5, 37. — (*unselig*) i. q. exitiosus A. 2, 245. — active A. 7, 309. cum Gen. G. 3, 498.
infensus ignis, *infensa hasta* et sim. A. 5, 641. 10, 521.
inferiarum ritus A. 5, 77.
inferis diis sacrificandi mos A. 6, 243. inferorum portae A. 6, 552. — viae duae A. 6, 540. inde ad superos reduces A. 6, 119.
inferre de libationibus (*inferiae*) A. 3, 36. — *gressum* G. 4, 360. *inferri* i. q. invadere, aggredi A. 4, 445.
inficere A. 12, 418. *infectum scelus*, quo quis se infecit A. 6, 742.
infieri (scil. loqui, *anheben*) A. 5, 708.
infigere et *infligere* confusa A. 1, 45. — i. q. affigere A. 9, 579.
infindere sulcos agro, *mari* E. 4, 33.
inflare classica G. 2, 539.
inflectere sensus A. 4, 22.
informis i. q. deformis A. 3, 431. — *terra* ob hiemem G. 3, 354. — *limus* A. 6, 415. *informe letum* A. 12, 603.
infractus Part. verbi *infringere* A. 5,

784. i. q. prorsus fractus A. 5, 784. 9, 499. 12, 1. pro in aliquo fractus A. 10, 731.
infrenare currus A. 12, 287.
infreni Numidae A. 4, 41. — *equi* A. 10, 750.
infula hostiarum G. 3, 487. — sacerdotum A. 2, 430.
ingemere cum Accus. E. 5, 27. *ingemiscere* cum Dat. et Acc. A. 4, 369.
ingeminare pro se ingem. G. 1, 333. A. 3, 199. *plausu* A. 1, 747.
ingenia pro hominibus ingeniosis G. 2, 382.
ingens i. q. magnus, gravis A. 5, 487. — de magna copia A. 1, 640. 3, 466. *ingentem sese ferre* A. 9, 597.
inglarius G. 2, 486. A. 9, 548. 12, 397.
ingluvies G. 3, 431.
ingratus salutis A. 10, 666.
ingravare A. 11, 220.
ingredi pro dicere incipere A. 4, 107. 6, 867. absolute de magna re suscipienda G. 1, 42. arrogantiam indicat A. 5, 69. — *laudes alicuius* G. 2, 175.
ingruere A. 2, 301.
inguen pro immoderata libidine Cir. 69.
inhaerere cum Abl. A. 10, (361.) 845.
inhiare aliquid G. 2, 463. — i. q. cupide spectare A. 4, 64.
inhonestus i. q. foedus A. 6, 497.
inhorrere (et *inhorrescere*) de rebus erectis et exstantibus G. 3, 314. de apro setas erigente A. 10, 711. i. q. tremulo motu agitari A. 3, 195.
inhospita Syrtis A. 4, 41.
inhumati non vecti a Charonte A. 1, 353. 3, 67. 6, 316. 325. 373.
inicere manus de Parcis et Morte A. 10, 419.
inire pro incipere E. 4, 11.
iniustus fascis G. 3, 347.
inlabi animis (de Apolline oracula edente) A. 3, 89.
inlaetabilis A. 3, 707.
inlaudatus i. q. detestabilis G. 3, 5.
inludere de bestiolis nocivis G. 1, 181. — *aura vestes* G. 2, 264.
inlusae aura vestes G. 2, 464.
inmedicabile telum A. 12, 858.
inmedicabile vulnus A. 12, 858.
inmemor absolute A. 2, 244.
inmensum mare G. 1, 29.
inmensus iacet Polyphemus A. 3, 632.
inmeritus i. q. innocens A. 3, 2.
inmiscere manus manibus A. 5, 429.
inmissa barba A. 3, 593.
inmittere de malis A. 10, 40. — *velis rudentes* A. 10, 229. — *equas* A. 12, 332. — *corpus in hostes* Cat. 11, 49. *inmittere habenas* flammis A. 5, 662. — — classi A. 6, 1. — *funes* (velorum) A. 8, 708.
inmota manent fata A. 1, 257.
inmugire de Aetna A. 3, 674.
inmurmurare silvis de vento G. 4, 261.
innare flumina pro navigare per ea A. 6, 369. 8, 651. —, *innatare undam* G. 2, 451. 4, 271. (A. 6, 134.)
innectere moras A. 4, 51.
innocuus, cui non nocetur A. 10, 302.
innupta Minerva A. 2, 31.
inoculatio G. 2, 74.
inolescere G. 2, 77.
inops animi, consilii A. 4, 300.
inpellere cum Infin. constr. A. 1, 10. i. q. labefactando loco suo movere A. 2, 465. — *aures* G. 4, 349. — *sagittam* A. 12, 856.
inpendere curam cum Inf. constr. G. 3, 124.
inperterritus A. 10, 770.
inpia arma, inpius Mars cett. E. 1, 70. G. 1, 511. A. 6, 612. *inpia Fama* A. 4, 298.
inpingere agmina muris A. 5, 805.
inplacatus i. q. inplacabilis A. 3, 420.
inplere i. q. satisfacere A. 1, 716. — absolute A. 11, 896. *inpleri* cum Genitivo A. 1, 215.
inplicare alicui alqd A. 1, 660. — *se dextrae*, collo etc. A. 2, 723. — *acies* A. 11, 632.
inplorare (auxilium) A. 10, 19.
inponere de sacrificiis A. 1, 49. — *extremam manum* A. 7, 573. *inpostus* A. 9, 716.
inportunus i. q. male ominatus A. 12, 864. *inportunae volucres* G. 1, 470.
inpressus signis de opere anaglypho A. 5, 535.
inprobus i. q. insatiabilis, immodicus G. 1, 119. A. 12, 250. i. q. audax A. 11, 512. i. q. contumax G. 1, 146. i. q. vehementer concitatus A. 12, 687. de morbis et animi perturbatione A. 9, 62. *inproba Fortuna* A. 2, 80.
inprudens cum Genitivo rei G. 2, 372.
inquit additum post antecedens Verbum dicendi A. 2, 78. 11, 41. (Vid. *ait.*) — omissum A. 3, 85.
inremeabilis A. 5, 591.
inreparabilis G. 3, 284. A. 10, 467.
inrigare aquam ad aliquid G. 4, 115. — *quietem* A. 1, 691.
inriguus, active G. 4, 32.
inrisus i. q. irrisione dignus A. 4, 534.
inritatio agrorum, pratorum, hortorum G. 1, 106.
inrorare terram G. 1, 288.
inrarat Lucifer terras G. 1, 288.
inrumpere cum Dat. A. 6, 528.
insanire de amantibus E. 10, 22.

invenire i. q. sibi parare A. 6, 610. — *viam*, de fatis A. 10, 113.
inventor scelerum A. 2, 164.
invergere i. q. infundere A. 6, 244.
invertere Cir. 84.
invictus, qui vinci non potest A. 10, 243.
invidere i. q. habere non sinere E. 7, 58. *invisus* i. q. odiosus A. 2, 601. — diis A. 1, 387. active A. 11, 364.
invidia est seq. Infin. cum Acc. A. 4, 319. — *rumpi* E. 7, 26. — *Fortunae* A. 11, 43.
invisere terras, urbes (de diis) G. 1, 25.
invisus i. q. abditus A. 2, 574.
invitare cum Infinit. A. 5, 485. — *solio, moenibus* cett. A. 8, 178.
involvere i. q. sursum volvere G. 1, 282.
io, Interiectio A. 7, 400.
ipse, ubi ad rem primariam reditur G. 4, 464. sensu restrictivo E. 3, 71. reverentiae notionem habet E. 8, 96. A. 12, 725. excellentiam indicat E. 10, 63. partem potiorem distinguit a reliquis G. 2, 297. totum opponit parti A. 12, 303. locorum diversitatem indicat A. 5, 55. in accuratiore temporum et locorum designatione G. 4, 75. inservit rebus et personis distinguendis E. 1, 38. 6, 26. ad naturam Subiecti refertur G. 3, 239. Pronomm. perss. et possess. adiectum G. 1, 34. de eo, qui habet alicuius rei potestatem A. 12, 83. ad quem pertineat, ex antecedentibus colligendum G 2, 527. i. q. mea manu E. 3, 69. A. 3, 457. 9, 587. i. q. sponte E. 4, 21. G. 2, 459. A. 7, 49. i. q. adeo A. 1, 625. 3, 201. 5, 12. nostrum *gleich, gerade, unmittelbar* A. 3, 5. 9, 561. nostrum *leibhaftig* A. 8, 352. nostrum *mit eigenen Munde, mit eigner Hand* A. 3, 457. fere i. q. *idem* G. 3, 168. fere i. q. *solus* A. 11, 218. *ipse manu* G. 3, 395. *ipse me* A. 8, 144. *ipse secum* A. 4, 475.
irae descriptio per comparationem A. 7, 462. 9, 59.
irae adsurgunt A. 12, 494.
irasci in cornua G. 3, 232. A. 12, 104.
ire cum emphasi pro ingredi A. 2, 578. i. q. procedere (*eunt res*) A. 7, 592. — pro navigare A. 6, 392. — pro Verbis compos. *abire* cett. omninoque pro Verbis movendi A. 2, 375. de telis emissis A. 9, 418. — *iter, viam* G. 3, 77. A. 6, 122. 12, 386. (A. 1, 67.) — *navibus, bigis* A. 2, 254. 12, 164. — *in lacrimas, in sudorem* cett. A. 4, 413. — *in nomen* A. 6, 758. — *in vulnera* A. 12, 528. — *sub umbras* A. 4, 660. — *per aures, per ora* A. 1, 375. — *super deos* A. 12, 839. *itque reditque* A. 4, 438. 6, 122. Imper. *i* cum altero Imper. sine Copula coniunctus A. 4, 381. *it* an a Verg. producatur A. 9, 418. *euntes* pro ituris A. 2, 111. (6, 392.) Infin. *iisse* A. 2, 25.
iste Pron. demonstr. secundae personae E. 1, 18. A. 5, 397.
(*istim* A. 12, 92.)
ita i. q. tum G. 1, 320. — in obtestandi formulis E. 10, 4. A. 9, 208.
(*item quoque* A. 1, 5.)
Iteratio eiusdem vocis (*puer pueri* etc.) A. 1, 684. vehementiorem animi motum significat E. 1, 74. G. 4, 465. desiderium exprimit A. 7, 460. post penthemimerin E. 2, 16. post alteram et quartam arsin E. 10, 54. imprimis Subiecti sententiae post parenthesin A. 9, 211. in enuntiatis conditionalibus A. 8, 396. in Versibus se excipientibus G. 2, 125. A. 1, 505. 5, 781. 6, 613 sqq. Cat. 11, 2. 4. 16. 46. 58. al. post breve intervallum A. 1, 315. 2, 207. 633. 6, 901. 8, 243. 284. ut vitetur Pronomen *is* E. 2, 33. A. 1, 554. loco Copulae E. 4, 6. A. 7, 75. cum Copula *atque* (*hinc atque hinc* cett.) G. 4, 86. Iteratio per conclusionem aliquam E. 8, 49. A. 2, 76. 3, 353. — vocum et sententiarum cum vi A. 4, 138. 8, 71. Cul. 124. — nominum propr. E. 2, 69. 6, 20.
iterum non de eadem re iterata Cir. 520.
iuba galeae triplex A. 7, 785.
iubar A. 4, 130.
iubere, ut E. 5, 15. cum Infin. Act. etiam omisso Accus. Obiecti E. 6, 85. — cum Infin. Act. et Pass. in eodem loco constructum ibid. *iusso* pro *iussero* A. 11, 467. *iussus* passive A. 10, 144.
iuga silvarum, nemorum A. 6, 256. de cymbae transtris A. 6, 411.
iugale vinclum A. 2, 16. 59. *iugalis ignis* A. 7, 320.
iugare de nuptiis A. 1, 345.
iugatio vitium G. 2, 358 sqq.
iugerum G. 2, 264.
iugulare pecudes in flammam A. 11, 199. 12, 214.
iugum flectere, regere A. 6, 805.
iungere agmina pro: se agmini adiungere A. 4, 142. — *hospitio dextras* A. 3, 83.

laudare (Imperativo) pro valere iubere G. 2, 412.
laudes pro virtutibus et strenue factis A. 1, 461. 5, 355. 8, 273. 9, 197.
lavare sanguine et sim. G. 3, 221. A. 12, 722.
lavĕre et *lavare* G. 3, 221. A. 10, 723.
laurus 4. Decl. E. 6, 83. 8, 13. A. 3, 360. — *Parnasia* G. 2, 18. — crepitans in flamma bonum omen E. 8, 82.
laxare rudentes A. 3, 267.
lebetes Dodonaei A. 3, 466. — praemium in ludis A. 5, 266.
legere oram E. 8, 7. — *orbes* (viae) A. 12, 481. — *vela* G. 1, 373. — *pontum* (i. e. lente permeare) A. 2, 208. — i. q. carpere E. 8, 38.
legio latiore sensu de maiore militum numero A. 8, 605. 9, 174.
leguminum satio G. 1, 193.
lenire hominem A. 4, 393.
lens Pelusiaca G. 1, 228.
lentare (*remos*) A. 3, 384.
lentescere G. 2, 250.
lentus i. q. securus, otiosus E. 1, 4. — i. q. flexibilis E. 3, 38. A. 3, 31. 7, 165. — de metallis G. 4, 170.
leones Gaetuli A. 5, 351. Poeni E. 5, 27. Phrygii A. 10, 157. in Europa viventes E. 5, 27. biiugi A. 10, 253. *fulvi* A. 4, 159. leonis exuviis induti A. 7, 666. 8, 552. Comparatio cum leone A. 9, 339. 792. 10, 454. 723. 12, 4.
letare i. e. leto dare Cul. 325.
Lethaeus somnus, *lethaea papavera* G. 1, 78. 4, 545.
letum de rebus A. 5, 690. *leto sternere* A. 8, 566. *Letum* ut persona A. 6, 278.
levare i. q. tollere, removere A. 3, 36. — *aliquem auxilio* A. 4, 538. — *aestus* A. 7, 495. — *viam sermone* A. 8, 309.
lēvis i. q. lubricus A. 5, 328. — *terra* G. 2, 92. — *clipeus* A. 7, 626. *leves humeri*, *leve pectus* A. 7, 815. 11, 40.
lĕvis terra opponitur pingui G. 2, 92.
lex, (*sub leges se dare*, *s. l. ire* cett.) A. 4, 618.
libare et *gustare* quo differant E. 5, 26. — *in mensam* A. 1, 736. — *oscula* A. 1, 256. — *altaria* A. 12, 174. — *pocula, pateras, carchesia* A. 3, 354. 5, 77.
libatio A. 3, 67.
liber Subst., pro cortice E. 10, 67.
liber Adi. cum Gen. (*fati*) A. 10, 154.
liberi de uno tantum filio A. 10, 532.
libertas a servis emenda E. 1, 27.
Libra (sidus) librat horas G. 1, 208.
libra: ex ea expenduntur heroum fata A. 12, 725.
librare hastam, telum A. 9, 417. 10, 480. 11, 556.
libri Sibyllini A. 6, 71. 73.
libum E. 7, 33. *liba ferre* G. 2, 394.
licet adiuncto Dat. et Acc. cum Infin. quomodo differat A. 10, 47.
licia telis addere G. 1, 285.
lignea signa A. 7, 178.
lignum pro arbore A. 12, 767.
ligones vinitorum G. 2, 399.
ligustrum E. 2, 18.
limbus A. 4, 137.
limen curriculi A. 5, 316. — tangere ominosum A. 2, 242. — vitae A. 7, 598. — pro ianua Cir. 221.
limitem agere ferro A. 10, 514. limites agrorum G. 1, 126. *limes* stellae cadentis A. 2, 697.
limus, vestimentum A. 12, 120.
linguae avium A. 3, 361.
(λινόπτης) E. 3, 75.)
linquere animam A. 3, 140.
lintea (i. e. vela) *dare* A. 3, 686.
lintres in re rustica G. 1, 262.
linum (*das Zuggarn*) G. 1, 142.
liquefactus i. e. putrefactus G. 4, 555. *liquefactum plumbum* fundae A. 9, 588. *liquefacta saxa* (*Lava*) Aetnae G. 1, 473.
liquentia flumina A. 9, 679. — *vina* A. 5, 776.
liquescere igne E. 8, 80. A. 8, 446.
liqui i. q. defluere G. 2, 187. i. q. diffluere A. 3, 28.
liquidus aër G. 1, 404. — *ignis* E. 6, 31. *liquida nox* A. 10, 272.
lirare G. 1, 104.
litare A. 2, 118. 4, 50.
litoreae aves A. 12, 248.
litus fluminis E. 5, 83. A. 3, 390. *litoris orae* A. 3, 396.
lituus A. 6, 165. — *Quirinalis* A. 7, 187.
locare fundamenta A. 1, 428.
locus cum Dat. constr. A. 11, 179. — pro statu, conditione A. 2, 322. *loci Albani* A. 9, 387.
lolium E. 5, 37.
longaevi senes A. 5, 715.
longe non pro diu A. 5, 406. fere i. q. valde ibid. de tempore (*nec longe* i. q. nec multo post) A. 10, 317. nostrum *von weitem her* A. 3, 556. 10, 843. — *prospicere* A. 7, 289. — *esse alicui* A. 12, 52. — Comparativo additum A. 9, 556. *longe lateque* G. 3, 477. A. 6, 378.
longus Olympus, longum caelum G. 3, 223. *longus* de rebus, quae lon-

gam poscunt enarrationem A. 1, 341. *longi anni* A. 10, 549. *longo tempore* pro: post longum tempus A. 3, 309. *longae voces* (in longum productae) A. 4, 463. *longum Vale* (*ein langgezogenes*) E. 3, 79. — pro *longe* A. 10, 740.
loquaces nidi A. 12, 475.
loquacia stagna A. 11, 458.
loquella A 5, 842.
loqui i. q. testari E. 5, 28. *loquuntur* pro dicunt A. 1, 731. *loquentes pini* E. 8, 22.
lorica bilix A. 12, 376. trilix A. 3, 467. 5, 259. 7, 639. praemium in ludis A. 5, 259.
lotus, arbor (*Judendorn*) G. 2, 84. — herba G. 3, 394. — *impia* Cul. 123.
Lucifer, stella E. 8, 17. G. 3, 324. al.
lucifugae blattae G. 4, 243.
luctari cum Infin. constr. A. 12, 386.
luctificus A. 7, 324.
ludere (i. e. animi causa cantare) E. 1, 9. — i. q. decipere A. 1, 352. — de rebus vento agitatis Cul. 73.
ludibrium ventorum, pelagi A. 6, 75.
ludus G. 3, 379. de omni genere hilaritatis G. 3, 379. ludi Apollinares A. 6, 70. — Actiaci A. 3, 280. — funebres A. 5, 45. 104.
lugentes campi inferorum A. 6, 440.
lugentes scindunt vestes A. 12, 610.
lugubre rubere A. 10, 273.
lumen i. q. nitor (*lumen iuventae*) A. 1, 590. — pro vita A. 2, 85. *lumina* pro oculis G. 3, 433. (etiam Sing. numero A. 12, 220.) — *somno tegere* G. 4, 414. — *canentia* A. 10, 418. — *frigida* A. 11, 818. *luminis orae* G. 2, 47. *lumina solis* A. 6, 255.
Luna, tempestatum nuntia G. 1, 424. 427. *Lunae labores* G. 2, 478. — *silentia* A. 2, 255. — *sidera* Cir. 37. *Lunam caelo deducere* E. 8, 69.
lunatae peltae A. 1, 490. 11, 663.
lupatum (frenum) G. 3, 208.
lupinus, leguminis genus G. 1, 75.
lupus in fabula, proverbium E. 9, 54. — *Martius* A. 9, 566. *lupi aliquem priores viderunt*, proverbium E. 9, 54. — *raptores* A. 2, 355.
lustralia exta A. 8, 183.
lustrare i. e. obire (*durchziehen*) A. 1, 608. — (locum oculis) A. 2, 528. — *agros* E. 5, 75. — aliquem *choro, choreis* A. 7, 391. 10, 224. — *aequor* A. 3, 377. — *vestigia* E. 2, 12. — *corpore Troiam* (de Hectore) Cul. 323. *lustrat sol terram* A 4, 6. *lustrari alicui* A. 3, 279.
lusus verborum A. 7, 295. Cir. 140.
lustratio A. 3, 279. — agrorum E. 5, 75. G. 1, 338.
lutea Aurora A. 7, 26.
luteum s. *lutum*, herba E. 4, 44. — *Corycium* Cir. 317.
lux pro flamma A. 12, 115. pro vita A. 4, 31. (*luce carentes* G. 4, 255.) pro salute A. 2, 281. — *aëna* (armorum) A. 2, 470. *lucem haurire* et sim. G. 2, 340. — *quaerere* in mortis agone A. 4, 692. *luce* et *palam* coniuncta A. 9, 153.
luxuriare i. q. pinguem esse G. 3, 81. i. q. exsultare, ferocire A. 11, 497.
Lyaeus latex i. e. vinum A. 1, 689.
lympha pro aqua A. 10, 834.
lymphatus A. 7, 377.
lynces Bacchi G. 3, 264.
lyra septem chordis instructa A. 6, 646.

macellum Mor. 82.
machinae pro turribus (?) A. 4, 89.
mactus A. 9, 641.
madere i. q. percoqui G. 1, 196. *madens* i. q. perfusus Cat. 7, 4.
Maeandri cursus A. 5, 251. de limbo vestis ibid.
maestus luctus, maestus questus, sim. A. 11, 38. *maesti crines* A. 11, 35. *maestae arae* A. 3, 64. 5, 48.
magalia A. 1, 421.
mage pro magis A. 10, 481.
magica sacra E. 8, 64. — — Romani aversabantur A. 4, 493. magicae artes et actiones A. 4, 487. 504.
magis pro potius E. 1, 11. *magis magis* G. 4, 311. *magis et magis, magis atque magis* G. 3, 396. A. 2, 299.
magister pro gubernatore navis A. 1, 115. 5, 176. — gregis E. 2, 33. — equorum G. 3, 185.
magistra per Appos. additur voce. *artis* et sim. A. 12, 427.
magnanimae gentes, urbes A. 10, 139.
magnus i. q. illustris, memorabilis E. 4, 12. i. q. frequens, multus A. 1, 148. Cul. 305. i. q. vehemens (de vento) G. 2, 334. i. q. magni ponderis (*magna talenta*) A. 5, 248. 9, 265. — deorum et heroum epitheton E. 4, 36. — et *memorabilis* coniuncta A. 4, 94. *magna vox* A. 12, 482. *magna moenia* A. 2, 295. — *parvis componere* E. 1, 23. — *pecunia* A. 1, 640. — *vox* A. 3, 68. — *sacerdos* A. 6, 544. *magno mercari* A. 2, 104. *magnum aliquid dicere*, i. e. superbum A. 10, 547. — *fluens flumen* G. 3, 28. magnus annus Astrolog E. 4, 5.

maior scil. *natu* E 5, 4. *maior rerum ordo* A. 7, 44.
mala Veneri sacra E. 3, 64. — *aurea* E. 3, 71. — *Cydonia* E. 2, 51. — Medica G. 2, 126. — *roscida* E. 8, 37. Hesperidum E. 6, 61.
male (pro vix vel non,) G. 1, 360. etiam Adiect. additum (*nicht recht, gehörig*) A. 2, 23. omninoque de rebus in alterutram partem modum excedentibus dictum G. 1, 105.
malesuada Fames A. 6, 276.
malignus i. q. infecundus G 2, 179. i q. tenuis A. 6, 270. *maligni aditus* A. 6, 276. 11, 525.
malleoli in naves coniecti A. 8, 694.
mallim pro *malim* G. 3, 69.
malus i. q. nocivus E. 3, 11. Cir. 63. i. q. venenatus A. 2, 471. *mala lingua* de magicis et veneficis E. 7, 28. malorum praeteritorum iucunda memoria A. 1, 203.
mammae iacentes Mor. 34.
manare verbum propr. de sudore, lacrimis, sanguine omninoque de humoribus A. 3, 175. — i. q. madere Cul. 77.
mandare pro commendare A. 3, 50. — i. q. inscribere A. 3, 444. cum Infin *fieri* constr. E. 5, 41. — *humo* (Abl.) A. 9, 214.
mandit equus frena A. 4, 135.
manere promissis A. 2, 160. 8, 643. *manere* pro exspectare A. 2, 194.
Manes trepidant immisso lumine A. 8, 246.
manicatae tunicae A. 9, 616.
manifesti dei A. 3, 151.
mantelia G. 4, 377. cum Add.
manus aere gravis E. 1, 35. — pro pugna et fortibus factis A. 2, 434. 6, 683. 11, 379. 12, 23. — *artificum* pro artificiis A. 1, 455. *manum committere* A. 12, 60. — *pati* de animalibus mansuefactis A. 7, 490. *manu* pleonast. G. 2, 247. A. 3, 659. 4, 344. al. — (etiam alius) *mortem invenire* A. 2, 645. — *pacem orare* A. 10, 80. *in manu esse* A. 9, 132. *manus supinas tendere* A. 3, 176. *inter manus* A. 3, 176.
mapalia G. 3, 340. cum Add.
marinorum deorum nomina G. 1, 437. A. 5, 822.
maritare vites E 2. 70.
maritus pro proco, sponso A 4, 35.
maritae ancillares Cir. 443.
marmor de mari G. 1, 254. A. 6, 729. 10, 208.
marmoreus i. q. candidus G 4, 523.
mater pro patria A. 10, 172. pro terra G. 2, 268.
matres i. q. matronae A. 2, 486. — de arboribus G. 2, 23.
materia pro re inde facta G. 1, 480. 2, 193. A. 1, 593. 6, 165. 7, 382. 9, 619. Cul. 166. al.
matrimonium liberis destitutum habebatur infelix A. 1, 75.
maturare aliquid G. 1, 259. A. 1, 137.
maturus cum Gen. A. 5, 73. 9, 246. *maturi soles* (*vollzeitig*) G. 1, 66. *matura lux* A. 10, 257. — *viro* A. 7, 53.
matutinus de hominibus pro matutino tempore A. 8, 465.
maximus i. q. maximi pretii, gratissimus E. 10, 72. pro: maximus natu A. 1, 521. *maxima Furiarum* A. 6, 605.
maza draconibus sacris apposita A. 4, 486.
me cum vi iteratum A. 8, 144. *me ipse* i. q. ego me ipsum A. 8, 144.
meatus caeli A. 6, 849.
mecum — incertum, quid significet E. 2, 13. i. q. pariter atque ego A. 1, 675. — pro *mihi* vel *meus* (*mecum est alqd*) A. 4, 115.
medicare semina G. 1, 193. *medicari* cum Dat. G. 2, 135.
meditari carmen E. 1, 2. — *in proelia* A. 10, 455.
medius cum Gen. pro *inter* A. 4, 184. de hominibus G. 4, 436. A. 1, 682. 7, 169. pro intercessore A. 7, 536. de tempore E. 10, 65. de eo, in quo occupati sumus A. 5, 1. sine Praepos. *in* G. 3, 237. apud poetas pro simpl. Praep. *in* vel *inter* A. 7, 566. *in media morte* A. 2, 533. *in medium quaerere* G. 1, 127. — — *consulere* A. 11, 335. *medium occurrere, venire* A. 1, 682.
medius locus honorificus A. 1, 698.
medullae eduntur, exeduntur amore, curis cett. A. 4, 66.
mei imago A. 4, 654.
mel quomodo favis exprimatur G. 4, 141. — bis quotannis eximendum G. 4, 231. — optimum G. 4, 100. — *aërium* G. 4, 1. — sudant arbores E. 4, 29. *mella fluant* (ut aurea aetate) E. 3, 89.
Meliboea duplex (*Meliboea purpura*) A. 5, 251.
melior [ut *bonus* et *optimus*] *pedibus, lingua, armis* cett. A. 5, 68. 9, 40. 556. 11, 338. — *pars diei* A. 9, 156. i. q. propitior A. 12, 179.
melisphyllum, herba G. 4, 63.
mellificium G. 4, 1 sqq.
memento cum Infin. A. 6, 851.
meminisse i. q. tractare E. 7, 18.
memor G. 1, 167. *ira* A. 1, 4.
memorabile nomen A. 4, 94.
memoria malorum praeteritorum iucunda A. 1, 203.

mens de quovis vehementiore affectu A. 2, 519. pro ipso homine A. 2, 35. — humana ex universa mente divina delibata A. 6, 746.
mensae i. q. fercula A. 1, 723. — *secundae* A. 8, 283. — deorum (anclabres) A. 2, 764.
menstrua Luna G. 1, 353.
mentiri colorem E. 4, 42. *mentitus* passive pro simulatus, falsus A. 2, 422.
mephitis A. 7, 84.
merces pro labore G. 2, 62. pro poena, malo A. 7, 317.
merere et *mereri* A. 2, 434. cum Add.
mereri pro bene mereri A. 6, 664. *merens* passive (?) A. 2, 585.
meretrices decumas quaestus Veneri vovebant Cir. 84.
merges G. 2, 517.
mergus G. 1, 361.
merops, avis G. 4, 14.
messis pro aestate E. 5, 70. pro mellatione G. 4, 231. — quando facienda G. 1, 297.
metae rerum A. 1, 278. — *mortis* A. 12, 546.
(metalla per Italiam exerceri vetita G. 2, 165.)
metare Cul. 172. *metari agros* G. 2, 274.
metere pro vindemiare G. 2, 410. — pro carpere G. 4, 54. — *gladio* A. 10, 513.
metuere cum Infin. Psss. (fere i. q. non solere) G. 1, 246. i. q. vitare E. 3, 110. i. q. venerari A. 6, 10.
meus i. q. propitius A. 2, 396. — cum emphasi dictum E. 1, 46. (Vid. *noster* et *Pronomen possessiv.*)
micare de fulmine A. 1, 90. *micat ignis oculis* A. 12, 102.
mihi pro: meo iudicio E. 7, 70. A. 11, 416. Vid. *Dativus ethicus.*
milites armati in concione A. 12, 563.
milium G. 1, 216.
minae murorum A. 4, 88.
minari de rebus celsis A. 1, 162. 2, 240. *minari* (scil. casum) A. 2, 628.
ministrare i. q. porrigere A. 1, 150. — *velis* A. 2, 302. 6, 302. 10, 218.
ministri sacrorum G. 3, 488.
minium E. 10, 27.
minores i. q. nepotes, posteri A. 1, 532. 733. 8, 268.
minus atque minus A. 12, 616.
minutatim G. 3, 485.
mirabile dictu A. 1, 439.
miracula rerum G. 4, 441.
mirari cum Gen. rei A. 11, 126. — ad res inanimatas relatum A. 8, 91.
miscere cum simplici Abl. A. 6, 727.
miscetur aequor A. 4, 411. — *murmure caelum* A. 4, 160. *miscentur moenia luctu* sim. A. 2, 298. 486. 4, 411. — *proelia* G. 2, 282. *mixtus* per inversionem alii nomini adiungitur, quam quo proprie pertinet E. 10, 55. de re secundaria ad primariam accedente A. 5, 293. i. e. qui mixtum genus habet A. 8, 510. *mixti in sanguine dentes* A. 5, 470. *mixtus* pro permixtus E. 10, 55.
miser de amantibus A. 4, 117. — *amor* (*misere amare*) A. 5, 655. *miseri mortales* G. 3, 66. A. 11, 182.
miserabile Adverb. A. 12, 338.
miserari et *misereri* quomodo differant A. 5, 354.
miserescere personaliter usurpatum A. 2, 145. Add.
miseriae vel hostis deplorandae A. 11, 259.
mitella Cop. 1.
mitia poma, matura E. 1, 80.
mitra Phrygia A. 4. 216. Cop. 1. *mitrae* cum *redimiculis* A. 9, 616.
mittere pro ferre ad absentem E. 9, 6. de donis E. 3, 71. de mercibus G. 1, 57. — *signa*, i. e. dare G. 1, 229. — *curas* et similia A. 6, 85. — *in Venerem* G. 3, 64. — *in foedera* et sim. A. 12, 191. — *se* pro se demittere A. 4, 254.
mobilis caeli humor pro nubibus G. 1, 417.
modo non A. 9, 141.
modulari, modulatores E. 5, 14.
modus cum Infin. constr. G. 2, 73. *modum* (i. e. finem) *ponere, statuere* cett. A. 7, 129.
moenia et *muri. Moenia* pro urbis aedificiis A. 2, 234. moenia a Vulcano et Cyclopibus facta A. 6, 630.
moeri ἀρχαϊκῶς pro muri A. 10, 24.
mola salsa E. 8, 82 (A. 2, 133. 3, 207. 4, 517. 12, 173.)
molares pro magnis lapidibus A. 8, 250.
moles i. q. labor A 1, 33. — de vasto corpore A. 3, 656. 12, 161.
moliri de rebus magni laboris A. 1, 414. 3, 6. 7, 127. — *classem* A. 4, 309. — *fulmina, bipennem, sagittas* in aliquem G. 1, 329. 4, 231. — *terram aratro* G. 1, 494. — *locum* A. 7, 158. — *arcem* A. 1, 424. — *insidias* G. 1, 271. — *iter, viam* A. 6, 477. 10, 477.
molle aurum A. 10, 138. *mollia iussa* G. 3, 41. *mollis herba* E. 3, 55. — *hyacinthus* E. 6, 53. *mollis medulla* A. 4, 66. — *coma* A. 2, 684. — *somnus* E. 7, 45. — i. q. imbecillis A. 4, 66. i. q. domitus, obsequiosus G. 3, 204. i. q. dulcis,

de sapore E. 1, 81. i. q. gratus, iucundus E. 5, 38. i. q. flexilis, mobilis E. 2, 72. (3. 45.) G. 3, 76. i. q. glaber E. 4, 28. i. q. mobilis, pendulus G. 2, 389. i. q. leniter adsurgens (*clivus*) G. 3, 293. de populis Orientis G. 1, 57. de artis fingendi et sculpendi operibus E. 3, 45. *mollia prata* E. 10, 42. *molles somni* G. 2, 470. *mollis umbra* G. 3, 464. *mollior aestas* G. 1, 312. *mollissima vina* G. 1, 311. *mollissima fandi tempora* A. 4, 293.

molliter cubare de mortuis E. 10, 33. — *esse* Cat. 11, 17.

monere de prodigiis et oraculis A. 7, 110. cum Infin. G. 1, 457.

monilia equorum A. 7, 278.

monstrare i. q. iubere A. 4, 498. i. q. hortari, suadere A. 9, 44.

monstrator i. q. inventor G. 1, 19.

monstrum G. 1, 185. 3, 152. 4, 554. *monstra deûm* (prodigia) A. 2, 171. 3, 59. 307. — in locis inferis A. 6, 285.

montes montibus concurrunt A. 8, 692.

montis instar (comparatio cum montibus) A. 2, 15.

montium nomina pro accolarum G. 2, 30.

monumenta doloris A. 12, 945. — *virorum* i. q. veteres historiae A. 3, 102. *monimentum* minus recte scribitur A. 3, 486.

mora (*haud mora*) A. 3, 207. (*in me nulla mora*) E. 3, 52. — *libera mortis* A. 12, 74. — *loricae* A. 10, 485. *moras rumpere* A. 9, 13. *nec mora nec requies* A. 5, 458.

morari (*nihil*) i. q. curare A. 2, 287.

morbi animalium G. 3, 440.

mordere de fibula etc. A. 1, 169. 12, 274.

mores pro legibus A. 1, 264.

moretum E. 2, 10. Mor. 118.

mori pro arescere, tabescere, de herbis etc. E. 7, 57. 10, 67. *moriens* et *moriturus* G. 3, 501. *moriturus* i. q. qui mori constituit ibid. A. 9, 400. al.

moribundus G. 3, 488.

morientium extremus halitus excipitur a propinquis A. 4, 784. mortui ad fontes et rivos sepulti E. 5, 40. mortui gaudent, si ab adversariis ultio exigitur A. 2, 587.

mors pro sanguine A. 9, 348. *morte* pro: in morte A. 4, 502. *in morte* pro mortuus A. 6, 371. *in media morte* A. 2, 533. *mortes* pro variis mortis generibus A. 10, 854. mortis solatium a viro forti caedi A. 10, 829.

morsus, mordere de ancora, fibula cett. A. 1, 169. 12, 274.

mortalis de rebus manu mortalium confectis A. 12, 740. 797. *mortalia* i. q. res humanae E. 8, 35.

morum sanguineum, cruentum E. 6, 22. Cop. 21.

mos caeli i. q. caeli natura G. 1, 51. *mos* i. q. leges et conditiones A. 8, 852. *de more, ex more, in morem* A. 3, 65.

motare E. 5, 5.

motus dare i. q. saltare G. 1, 350.

movere agros, vineas G. 1, 123. 2, 264. 316. — *pontum* G. 1, 130. — *bella* A. 6, 821. — *latus*, i. q. saltare Cop. 2. — *Manes* A. 4, 490 — *opus, carmen* cett. A. 7, 45 641. — i. q. narrare, explicar A. 1, 262. — (scil. animo) A. 5 608.

mugire de terra A. 3, 674. 4, 490. de tuba A. 8, 526.

mulcere dictis A. 2, 153. 5, 464. — i. c. lingua molliter tergere A. 8, 634.

mulsi rectius quam *mulxi* G. 3, 400.

mulsum e lacte, melle, vino factum G. 1, 344.

multiplex lorica A. 5, 264.

multus i. q. vehemens A. 3, 372. i. q. magnus A. 1, 419. 4, 3. Singul. numero E. 1, 33. G. 4, 180. (*multa nox, multus dies* etc.) (A. 4, 3.) praecedenti Pronom. relat. per appositionem eodem Casu adiectum G. 1, 184. — cum alio Adiectivo sine Copula coniunctum G. 1, 449. *multum* et *multa* adverbialiter G. 3, 226. A. 1, 465. 2, 390. (11, 471.) — Adverb. Substantivis additum A. 3, 348. — — Adiectivis additum A. 11, 49. *multa* pro multum G. 4, 301. A. 4, 390.

mundus pro orbe terrarum et hominibus E. 4, 9. — pro caelo G. 1, 232. Cir. 7. — de imperio Romano ibid.

munimen G. 2, 352.

munus i. q. gratia A. 4, 429. — de quavis re, qua alicui gratum facimus A. 5, 337. — de inferiarum cerimoniis A. 5, 652. — diis oblatum Cir. 95. munera morientium E. 8, 60. *in magno munere* A. 5, 537. *munera potentum* i. q. imperia A. 12, 520.

murale tormentum A. 12, 921.

murex pro colore purpureo E. 4, 44. A. 4, 262. — de acuminatis et dentatis A. 5, 205.

murmur nemorum, maris, venti etc. G. 1, 359. — *montis* A. 1, 55. — in-

nusquam pro nunquam A. 5, 853.
nutare de vehementiore motu et concussione (mundi, siderum etc.) E. 4, 50.
nutrimenta flammae A. 1, 176.
nutrior pro nutrio G. 2, 425.
nux simpl. pro amygdala G. 1, 187.
nympha pro virgine nubili Cir. 435.

obambulare cum Dat. G. 3, 538.
(*obba* Cop. 7.)
obex (*maris*) gen. femin. A. 10, 377. *obices* s. *obiices* G. 2, 480.
obiicere caput suum A. 8, 144.
obire pro cingere A. 6, 58. *obita mors* A. 10, 641.
obliqua invidia A. 11, 337.
obliquare sinus velorum A. 5, 16.
oblitus i. q. non curans A. 11, 866. — passive E. 9, 53.
obloqui numeris discrimina vocum A. 6, 646.
obluctari A. 3, 38.
obniti contra A. 10, 359.
obnoxius i. q. cedens G. 1, 396.
obortae lacrimae A. 3, 492.
obscena fames A. 3, 367. *obscenae canes, volucres* cett. G. 1, 470. A. 4, 455.
obscurus de hominibus A. 6, 268. *obscura vallis* A. 9, 244. *obscurum noctis* G. 1, 478.
obsidēre vias A. 2, 332.
obsitus aevo A. 8, 307.
obstupescit alicui animus A. 9, 123. *obstipui* pro *obstupii* G. 4, 351. A. 1, 513.
obtendere i. q. tegere, velare G. 1, 248.
obtentus Subst. A. 11, 66.
obtundere (*obtusa pectora*) A. 1, 567.
obtunsus pro *obtusus* scribendum G. 1, 262.
obumbrare i. q. tueri A. 11, 223.
obuncus i. q. aduncus A. 6, 597.
obvertere, scil. mari A. 3, 549.
obvius i. q. propensa voluntate excipiens G. 4, 24. *obvium se offerre* A. 10, 552.
occatio G. 1, 94.
occubare umbris i. e. Orco A. 1, 547. — de mortuis et sepultis A. 5, 371.
occumbere morti A. 2, 62.
occurrere dictis A. 12, 625.
ocior Euro A. 8, 223.
ocreae militum A. 8, 624. — agricolarum et venatorum Mor. 121.
oculus fascinans E. 3, 103. *oculi igne micantia* A. 12, 102. oculi speculum animi A. 9, 703. *oculos tendere* A. 2, 406.
odora canum vis A. 4, 132.
odorata cedrus G. 3. 414. A. 7, 13.

oestrus G. 3, 148. — pro furore Cir. 184.
offa A. 6, 420.
olea G. 2, 3. 420. 519. varia eius genera G. 2, 86. eius inventrix Minerva G. 1, 18. oleae ramus a legatis et supplicibus gestatus A. 7, 154. 8, 128. 11, 101.
oleaginae coronae G. 3, 21.
olearia mola G. 2, 519.
oleaster G. 2, 182. 302.
olere, olescere E. 8, 65. *olens* i. q. graviter olens E. 2, 11. — i. q. odoratus (*olens cedrus*) A. 11, 137.
olim pro interdum A. 5, 125. de re futura E. 10, 34. *olim cum, ubi* G. 2, 403.
oliva vivax G. 2, 181. — *flava* A. 5, 309. — *tarde crescens* G. 2, 3. — *Paci placita* G. 2, 425. — pro baculo oleagineo E. 8, 16.
olivum pro oleo E. 5, 68. (A. 6, 225.)
Olympiaca palma G. 3, 49.
Olympus et *caelum* confusa E. 5, 56. *Olympo posci* A. 8, 533.
-om pro *-um* scribitur E. 2, 22. A. 1, 40.
omina abnuere A. 5, 530. — pro nuptiis A. 1, 345. — et *omnia* confusa G. 3, 456. — *convertere in hostes* A. 2, 190.
omnes omnia cett. E. 8, 63. *omnia* διασυλλάβως A. 6, 33. *ad omnia* Cir. 478.
omnigenus A. 8, 698.
omniparens terra A. 6, 595.
omnipotens Olympus A. 10, 1.
onagri G. 3, 409.
onerare pro largiter instruere A. 3, 485. 10, 620. — *vina cadis* A. 1, 195. — *membra sepulcro* A. 10, 588.
op pro *ob* in Verbis compos. A. 2, 61.
opacus, vel umbrifer, vel umbrosus A. 6, 673. *opacum frigus* E. 1, 52. *opaca locorum, viarum* A. 2, 725. 6, 633.
operari i. q. operam dare A. 3, 136. i. q. sacrum facere E. 3, 77. Cir. 142.
opertum substantive A. 6, 140.
opimus i. q. opulentus, fertilis A. 1, 621.
opobalsamum G. 2, 118.
oppetere mortem A. 1, 96.
oppositus i. q. obsistens A. 2, 333.
ops (*non opis est*) A. 1, 601. *opes* latiore sensu A. 1, 364. 571.
optimus armis, bello A. 9, 40. (Cf. *bonus* et *melior*.) *optime* Vocat. in compellando A. 6, 669.
opto i. q. placet mihi A. 6, 501.

optare cum simpl. Acc. elliptice A. 1, 570. i. q. eligere A. 1, 425. *optato* pro: ex voto A. 10, 405.
opus κατ' ἐξοχὴν de opere rustico G. 1, 277. i. q. opera A. 11, 228.
oraculnm Apollinis A. 3, 90.
orae (i. q. regio) periphrastice G. 2, 171. — *luminis* (et *aurae luminis*) G. 2, 47. (A. 7, 660.)
orandi, obsecrandi Verb. omissnm A. 10, 597. *orare* cnm simplici Infin. E. 2, 43. *orare veniam* A. 1, 519.
orator i. q. legatus A. 7, 153.
orbis omnino de rebus rotnndis A. 2, 227. pro caelo E. 6, 34. Cir. 38. pro terra G. 1, 26. *orbes clypei* A. 8, 448. — *oculorum* A. 12, 670. — *rotarum* G. 3, 173. — *tortos* (viae) *legere* A. 12, 481.
orbitosus Cat. 8, 17.
orbus cum Gen. rei G. 4, 310.
orchades (olivae) G. 2, 86.
ordine et *ex ordine* G. 4, 4. A. 3, 548. pro: iusto, legitimo ordine E. 1, 73. *in ordine* (*der Reihe nach*) E. 7, 20. *ex ordine* (*ununterbrochen fort*) G. 3, 341.
ordo temporis in narrando non servatnr E. 6, 41.
orichalcum A. 12, 87.
Orientem spectantes sacrificabant veteres A. 12, 171.
Orion A. 1, 535. 3, 517. 7, 719. 10, 763. — *aquosus* A. 4, 52. quantitas nominis G. 4, 234.
ornus G. 2, 71. 111. A. 2, 626. 10, 766.
orsa i q. dicta A. 7, 435.
ortus pro die et nocte G. 1, 432. *ortus efferre* de sole A. 4, 119.
os, ora periphrastice A. 7, 575. 12, 335. *os inpressa toro* A. 4, 659. *ore loqui* et similia A. 1, 614. 6, 76. 9, 319. *ore favere* A. 5, 71.
os Nom. 3. Decl. pro *or* E. 3, 56. in fine vocabul. a librariis in *us* mutatum G. 4, 446.
oscilla in sacris Bacchicis G. 2, 389.
oscula figere A. 1, 687. — *libare* A. 1, 256. (oscula pro labellis).
osculantnr postes, qui vale dicunt A. 2, 490.
ossa (medulla ossinm) sedes caloris habebantnr G. 3, 27. A. 2, 120. *vix ossibus haerere* E. 3, 102.
ostendere i. q. exponere G. 2, 261. — fere i. q. promittere A. 1, 206.
ostrifer G. 1, 207.
ostrum Assyrium Cir. 440. — *Tyrium* G. 3, 17. — *Sidonium* Cir. 387. — *Sarranum* G. 2, 506. — *stratum* i. e. torns purpura tectns A. 1, 700.
ovare i. q. lactari, lacte clamare G. 1, 346. 423. (A. 3, 189.) *ovantes flammae* A. 10, 409.
ovium cura et natnra G. 3, 294. — morbi G. 3, 441.
ὀξύμωρον A. 7, 295.

P geminatur in formis *reppuli, repperi* etc. (G. 2, 22. 4, 233.) A. 4, 214.
pacifera oliva A. 8, 116.
pacisci pro reddere A. 5, 230. de sponsalibns A. 4, 99. — *letum pro laude* A. 12, 49. *pacta* i. q. desponsata A. 10, 79.
paean A. 6, 657. 10, 738.
paenitere pro *poenitere* E. 2, 34. 10, 16.
pagina pro carmine E. 6, 12.
palaestra agrestis G. 2, 531. — *graminea* A 6, 642. *palaestras exercere* A. 3, 281.
palantes stellae A. 9, 21.
palearia G. 3, 53.
paliurus, fruticis genus E. 5, 39.
palla A. 1, (403.) 648. 6, 555.
pallens i. q. flavus, luteus E. 2, 47. — de viriditate nigricante E. 3, 39. *pallentes umbrae Erebi* A. 4, 26.
pallidus mortis color G. 1, 277.
pallor viridis Cir. 225.
palma pro victoria A. 5, 70. pro victore A. 5, 329. — *Olympiaca* G. 3, 49. *palmae equarum* G. 1, 59. — *Idumeae* G. 3, 12.
palmula i. e. inferior pars remi A. 5, 163.
palumbes E. 1, 57. — gen. masc. et femin. E. 3, 69.
palus pro aqua paludis A. 6, 414.
pampinatio E. 2, 70. G. 2, 362. 406.
pampinea hasta i. q. thyrsus A. 7, 396. *pampineae habenae* A. 6, 804.
panacea, herba A. 12, 419.
pandere res (*carmina*) G. 4, 284. A. 3, 179. 7, 641. — *ordine* A. 3, 179.
passis crinibus A. 1, 480.
panis conficiendi ratio G. 1, 267. A. 1, 177. Mor. 45. — in canistris A. 1, 701.
pantices Cat. 5, 31.
papaver Cereale G. 1, 212. soporiferum G. 1, 78. A. 4, 486. *nocuum capiti* Mor. 75.
papulae G. 3, 564.
parare alqd de fato A. 2, 121. — *sacra* A. 2, 132. — cum Infin. A. 4, 118.
(parasemon A. 10, 157.)
parcere c. Inf. constr., i. q. cavere E. 3, 94. i. q. abstinere aliqua re A. 1, 257. 3, 42. cnm Acc. A. 10, 532.

parcus de apibus (*sparsam, haushälterisch*) G. 1, 4.
Παρήγησις s. *παρίσωσις* A. 2, 494.
parentes pro avis, abavis A. 9, 3.
parere dicto A. 3, 189. *parent* vatibus *peculum fibrae* A. 10, 176.
pares cum Infin. pro Ablat. Gerund. E. 7, 5. — i. q. sibi similes G. 4, 99. *paribus alis volare* A. 4, 252.
pariter i. q. simul A. 1, 572. quo loco ponatur A. 1, 714. *pariter — pariter* A. 8, 545. *pariter pariterque* A. 10, 756. — *cum* A. 4, 241.
parma alba, pura A. 9, 548. 11, 711.
pars et *alii* sibi oppos. E. 1, 64. — cum Plnr. Verbi G. 4, 378. A. 5, 108. 650. 11, 887. 12, 278. *pars* et *illi* sibi oppos. A. 1, 212. *pars* semel positum pro *pars — pars* A. 5, 108. *pars* de singulis hominibus usurpatum A. 2, 6. 10, 427. — *pacis* A. 7, 266.
pars toti per Appositionem adiungitur A. 12, 273.
parta quies A. 3, 495.
partem et *partim* confusa A. 5, 187.
partim, quomodo usurpetur A. 5, 187. *partim — partimque* A. 11, 205.
parumper A. 6, 382.
parvo adsuescere, parvo vivere, sim. A. 9, 607. *parvis magna componere* E. 1, 23.
pascere non pro pasci G. 3, 143. — *crinem* A. 7, 391. *pasci* de quibuscunque animalibus E. 5, 77. de flamma G. 2, 432. A. 2, 684. cum Acc. G. 2, 375. *pascens* Part. Deponentis pasci E. 4, 45.
pascua quae sint optima G. 2, 195.
passi crines A. 1, 480.
passim A. 2, 364. — i. q. sine ordine A. 4, 162. — *currere, fluere* G. 1, 132.
passum vinum G. 2, 93.
pastor κατ' ἐξοχήν pro Paride A. 7, 363. pastores liberti et mercenarii E. 1, 28. *pastor ab Amphryso* i. e. Apollo Nomius G. 3, 2.
pastoralis myrtus A. 7, 817. *pastorale signum* A. 7, 513.
pater cur Bacchus G. 2, 4. (A. 1, 155.) de Neptuno Cir. 72. *κατ' ἐξοχήν* de Iove G. 1. 121. — *urbis* pro conditore A. 8, 134. — *Romanus* A. 9, 449. *patres* i. q. parentes A. 2, 579. — fluvii appellati G. 4, 355.
paterae usus in libatione A. 1, 729. 3, 67. *patera* pro vino, quod continet A. 4, 60. *paterae sanguinis* A. 3, 67.
patere in arma (vulnera) A. 11, 644. *patens mare, caelum* G. 2, 41.
patescere conspicientibus A. 3, 530.
pati absolute E. 10, 53. — *Manes suos* A. 6, 743. *patiens* cum Gen. A. 6, 77. (*manûm*, de animalibus mansuefactis) A. 7, 490. 9, 607.
patrius i. q. paternus A. 6, 33. 12, 736. *patrii dii* G. 1, 498. A. 2, 703. 9, 247. *patria urbs* A. 3, 325.
patulus (patula arbor) E. 1, 1. — (patula plaustra) G. 3, 362.
pausiae baccae (olivae) G. 2, 86.
pavitare A. 2, 107. 6, 498. *pavitans cauda* A. 11, 812.
pavoris descriptio A. 3, 47. 11, 806.
pavor i. q. cupida exspectatio A. 5, 138.
pax i. q. venia A. 4, 56. (11, 110.) — *placida* A. 8, 325. — pro pactione A. 11, 133.
pecten (textorius) G. 1, 294. — *eburnus* (lyrae) A. 6, 647. — *Libycus* Cir. 179.
pectus pro alvo A. 5, 182. — pro animo A. 2, 107. *pectora* pro cogitationibus A. 5, 7. pro hominibus A. 2, 349. — *rumpuntur* A. 12, 527.
pecuaria pro pecoribus G. 3, 64.
pecudes locutae G. 1, 478.
peculium E. 1, 34.
pecus G. 1, 4. quodvis animal brutum G. 3, 75. Cir. 486. pecorum cura G. 2, 256 sqq. — morbi G. 3, 440 sqq.
pedatio vitium G. 2, 358 sqq.
pedum pastorum E. 5, 88.
pellacia et *fallacia* confusa G. 4, 443.
pellax (Ulixes) A. 2, 90.
pelles pictae G. 3, 243. pelles ferarum pro vestimentis A. 1, 323.
pelta lunata A. 1, 490. 11, 663.
pendere ab alicuius ore A. 4. 79. — *de rupe*, i. e. stare in monte declivi E. 1, 76. — *in verbera* A. 5, 147. — i. q. ad tempus intermitti A. 4, 88. *pendentia pumice tecta* G. 4, 374. *pendentes scopuli* A. 1, 166.
Penei *δισυλλάβως* (aut a Nomin. *Penēus?*) G. 4, 355.
penetrabilis active G. 1, 93. A. 10, 481.
penetralis Adiect. G. 1, 379. A. 4, 504. *penetralia* A. 2, 298. — pro templis A. 6, 71. *penetrales foci* A. 5, 660.
penitus i. q. prorsus, plane E. 1, 66. A. 9, 1. — ad altitudinem spectat A. 12, 256. — *repostus* A. 6, 59.
pensum lanificarum G. 1, 390.
penum struere A. 1, 704.

penuria edendi, i. e. ciborum A. 7, 113.
peplum Minervae A. 1, 480.
peragere iter A. 6, 384. — *dona* A. 5, 362. — *fortunam* A. 3, 493.
percussus amore G. 2, 476. — — *laudum* A. 9, 197.
perditus (amore) E. 2, 59.
perducere et *producere* A. 1, 72. *perducere* i. q. perungere G. 4, 416.
peredere A. 6, 442.
pererrare luminibus A. 4, 365.
perferre se ad aliquem locum A. 1, 389. — *vires*, *ictum* cett A. 10, 786. 12, 907. — (nuntium) A. 11, 825.
perficere munus A. 6, 629.
perfracta rumpere A. 11, 614.
pergere absol. pro narrare pergere A. 1, 372. *pergite* i. q. agite E. 6, 13.
perhibere i. q. tradere, ferre G. 1, 247.
perire i. q. misere amare E. 8, 41.
pernix G. 3, 93. — *chorea* Cul. 118. *pernices plantae* A. 11, 718. *pernix* et *pernox* confusa G. 3, 230
pero A. 7, 690.
perpetuae mensae A. 7, 176.
persolvere honorem A. 8, 61.
personare i. q. cithara canere A. 1, 741. — cum Accus. loci A. 6, 171.
pertaesum est A. 4, 18.
pertemptare (pro pertentare) E. 1, 49. i. q. cum vi pervadere G. 3, 250.
perversus i. q iniquus E. 3, 13. A. 7, 584.
pervidere Mor. 15.
pes alter nudus in sacris A. 4, 518. *pes pede haeret*, *premitur*, sim. A. 4, 361. (5, 569. al.) *pedem revocare* de flumine A. 9, 125. — *facere* in navigatione A. 5, 830. *pedibus subiicere* G. 2, 492. pedes veli A. 5, 830. pes imponitur hosti occiso A 10, 495
pestis i. q. animal perniciosum G. 1, 181. pro amore pernicioso A. 1, 712. 4, 90. armentorum et pecudum G. 3, 470 sqq. etiam hominum A. 3, 135. pro interitu A. 9, 328. de incendio A. 5, 683. 9, 540. de Furiis A. 12, 845. *pestes corporeae* A. 6, 737.
petere in vincula A. 6, 395. — *fraude* A 4, 675. — cum Infin. A. 7, 96. Infin. *petiisse* A. 2, 25. 5, 196. *petendum pacem* A. 11, 230.
petulci hoedi G. 4, 10.
phalanx de classe vel exercitu A. 2, 253.
phalarica vid. falarica.
phalerae A. 5, 310. 9, 359.
Phanaeum vinum G. 2, 98.
pharetrata Persis G. 4, 290. — *Camilla* A. 11, 649.
phaselus, planta G. 1, 227. — navigium G. 4, 289.
philosophiae et naturae studium iucundissimum G 2, 475. 490.
phocae G. 3, 543 (4, 395.)
piacula i. q. expianda A. 6, 569.
piare pro expiare A. 2, 184. pro placare A. 6, 379.
piceus, (*pechschwarz*) A. 3 573. *piceum lumen* A. 9, 75. *pi'ceum flumen sudoris* A. 9, 813.
picturatae vestes A. 3, 483.
pietas Aeneae A. 1, 10.
piget i. q. molestum est E. 2, 34. pro taedet A. 5, 678.
pignus certaminis E. 3, 32.
pila ludebant puellae Cir. 149.
pilata agmina A. 12, 121.
pilentum A. 8, 666.
pilum Romanorum G. 1, 495. A. 7, 664.
Pinaria domus A. 8, 270.
pingere i. q. variis coloribus distinguere E. 2, 50. pingere corpus, mos ferorum populorum G. 2, 115. *pictae puppes*, *carinae* A. 5, 663. 7, 431. 8, 93. — *volucres* G. 3, 243. *picta arma* A. 8, 588. *pictae pelles* G. 4, 342. *picti Agathyrsi* A. 4, 146. picta navigia Aegyptiorum G. 4, 289.
pinguis i. q. herbosus G. 1, 14. i. q. fertilis E. 5, 33. G. 4, 118. i. q. abundans G. 1, 192. i. q. stolidus, obtusus Cat. 7, 4. 11, 64. — *ara* A. 7, 764. — *caseus* E. 1, 34. — *flamma*, *fumus* G. 4, 379. *pingue flumen Nili* A. 9, 31. — *olivum* E. 5, 68. — *tus* G. 4, 379 *pinguia electra* E. 8, 54.
pinifer montium epith. A. 4, 249.
pinnae praepetes pro avibus earumque volatu A. 3, 361. — *Zinnen* A. 7, 159.
pinus pro nave E. 4, 38. — pro face A. 9, 72. domestica et silvestris E. 7, 65. Cybelae et Pani sacra E. 7, 24. pro face A. 7, 397. 9, 522. Accus. *pinos* ap. Vergil., non *pinus* A. 11, 136.
Piraeea (Accus.) Cir. 468.
pirorum varia genera G. 2, 88.
piscatio G. 1, 141.
piscatoria vita veteribus summam paupertatem prodebat A 12, 519.
pisces pestilenti morbo vexantur G. 3, 541. pro delphinis Cir. 394.
Piscis, sidus G. 4, 234.
piscosus (*piscosi scopuli*) A. 4, 255.

pistrix (*pristis*) A. 3, 427. cum Add. (Cir. 451.)
pius cur dictus Aeneas A. 1, 378. — *amor* i. e. castus A. 5, 290. *pia numina* A. 4, 382. piorum sedes apud inferos A. 6, 637.
pix Idaea G. 3, 450. 4, 41. — *Narycia* G. 2, 438.
placabilis ara A. 9, 585.
placentae pro panibus A. 7, 109.
placere Verb. propr. de voluntate deorum A. 12, 503. *placitus* i. q. placens A. 4, 38. *placitum foedus*, *placita pax* A. 10, 15.
placidus de ventis et mari E. 2, 26. de pace A. 8, 325.
plagae, retia venatoria A. 4, 131.
planetae auguria mutationis aëris praebent G. 1, 336.
plangere absolute de ventis et imbre G. 1, 334. — se vel pectora A. 11, 145.
platanus, arbor G. 2, 70. 4, 146.
plaudere pedibus choreas A. 6, 644. — *pectine telas* Cir. 79.
plaustrum G. 1, 163.
plausus alarum A. 5, 506.
Pleïas vox trisyllaba G. 4, 233. *Pleiades* G. 1, 138. 221. — quando non appareant G. 4, 234.
πλοκή A. 3, 203.
plumbum (glandis) *liquefactum* A. 9, 588.
plurimus de larga copia E. 7, 60. de longitudine et crassitudine (*plurima cervix*) G. 3, 52. *plurimus collis* A. 1, 419. — Pronomini relat. per Apposit. eodem Casu additum G. 1, 184.
pluria tenuis G. 1, 92.
pocula i. q. potus E. 8, 28. — *fagina* E. 3, 37. — *coronare* A. 1, 724. 3, 525. — *libare* A. 3, 36. — bina E. 3, 36. — — convivis apposita ibid. — ex gemmis facta G. 2, 506. cum Add.
podagra pecoris G. 3, 299.
poena pro punito A. 2, 139. — pro debita mercede Cir. 84. *poenas expendere* A. 11, 258.
poenitere i. q. contemnere E. 10, 16. i. q. pigere, molestum habere E. 2, 34.
poetae Musarum sacerdotes G. 2, 476. — ipsi facere dicuntur, quae facta canunt E. 6, 46.
poeticae facultatis liber quasi cursus cum navigatione comparatur G. 2, 41.
pollens i. q. dives Cul. 74.
polluere amorem, fidem, pacem cett. A. 5, 6. 7, 467.
polus pro coelo A. 1, 90. 608. — (aether) *sidera pascit* A. 1, 608. poli arctici et antarctici G. 1, 242.
πολυσύνδετος E. 4, 51.
poma pro arboribus G. 2, 426.
pompa, *die Festgabe* A. 5, 53. *pompam ducere* G. 3, 22. *pompas exsequi* A. 5, 53. pompae in exsequiis ibid.
pone, a tergo 4, 487.
ponere pro deponere G. 2, 521. A. 1, 291. 302. pro se ponere A. 7, 27. 10, 103. — pro decidere G. 2, 14. — cum simplici Ablat loci A. 6, 508. — *certamina* G. 2, 530. A. 5, 66. — *condicionem* Cir. 187. — *moenia*, *urbes* A. 1, 264. — *animam*, *vitam* G. 4, 238. — *mortuos* A. 2, 644. 4, 681. — *praemia* G. 2, 383. A. 5, 292. — *semen* G. 2, 14. — *bella* A. 1, 291. *positus somno* A. 4, 527. — i. q. sepultus A. 2, 644. 11, 30.
pontes in turribus A. 9, 170. 530. navibus appositi ab escensuris A. 10, 288.
poplites (hostium) *succisi* A. 9, 762. 10, 699.
populares aurae A. 6, 817.
populare pro populari G. 1, 185. A. 1, 527. — homines Cir. 78. *populari iter* A. 12, 525.
populator Cir. 111.
populorum viciuorum et vel origine vel foedere iunctorum nomina inter se permutantur A. 9, 459. *populus* quomodo differat a *gente* A. 6, 706.
populus candida E. 9, 41. — Herculi sacra E. 7, 61. A. 8, 276. — *bicolor* A. 8, 276.
porca caesa in foederibus faciendis A. 8, 641.
porrectus de mortuis A. 9, 598.
porgite pro porrigite A. 8, 274.
porricere i. q. proiicere A. 5, 238.
porro pro procul A. 6, 711.
porrum Mor. 84.
porta caeli G. 3, 261. *portae bipatentes* A. 2, 230.
portare (*mit sich bringen*) A. 8, 539.
portenta A. 1, 441. 7, 58. al.
portus latiore sensu A. 7, 202. portus natura effecti descriptio A. 1, 159. metaph. de morte A. 7, 598. *portu subire* A. 3, 292. *Portus Iulius* G. 2, 161. — *Veneris* A. 3, 530.
poscere (ex naturae legibus) G. 2, 324. — de oraculis et fato A. 7, 272. — i. q. quaerere A. 1, 414. — *fata* A. 6, 45. *posci Olympo* A. 8, 533.
positum semen G. 2, 14.
posse, Coniunctivum circumscribit G.

G. 1, 497. A. 12. 899. — — fides A. 6, 879.
pristinus i. q. prior A. 6, 473.
pristis Cir. 451. (A. 3, 427.)
prius antequam A. 4, 24. *prius prae discere* et sim. G. 1, 51.
priusquam cum Indic. et Coniunct. G. 4, 306.
pro omnibus i. q. instar omnium A. 3, 435. *pro aliqua re stare* i. e. cam defendere A. 8, 653. 9, 575. *pro se quisque* A. 5, 501. 12, 552. *pro re (nata)* A. 4, 337. *pro me* i q. de me A. 6, 352.
procaces austri A. 1, 536.
procedere de stellis orientibus E. 9, 47.
proclamare absolute A. 5, 345.
procudere vomeris dentem G. 1, 260.
procul i. q. iuxta E. 6, 16. G. 4, 424. — *prospicere* A. 12, 353. — *este profani!* A 6, 258.
procumbere super aliquem et *aliquo* A. 11, 150.
procurrere de pugnantibus A. 9, 690.
procurvus vox rarior; *procurva falx* G. 2, 421. — *litora* A. 5, 765.
prodere i. q. propagare A. 4, 231. *proditus* i. q. in fraudem inductus Cir. 150.
prodigium A. 3, 366. 2, 680. al. — de omnibus rebus miris, monstrosis A. 3, 366. Prodigia post Iul. Caesaris caedem G. 1, 466 sqq.
producere vitam A. 2, 637. — *funus* A. 9, 487.
proelia miscere G. 2, 282. — *ventorum* G. 1, 318.
proflare pectore somnum A. 9, 326.
profugus A. 1, 2.
profundum caelum E. 4, 51. — pro mari A. 12, 263. *profundi saltus* G. 2, 391.
prognostica vid. praesagia.
progenies de uno filio A. 7, 97. — *parva* pro pullis G. 1, 414.
proiicere de rebus vilissimis A. 11, 361. — cum Dat. (*fluvio*) A. 12, 256. — *animam, vitam* A. 6, 436.
PROLEPSIS G. 1, 320. 400. 2, 353. 4, 546. A. 1, 69. 2, 736. Mor. 46. al. — historica A. 2, 24. 7, 187. Cir. 397. al. (Vid. etiam Ind. III.)
proles de plantis G. 2, 3. — nostrum *Schlag, Race* G. 3, 101. *prolem dare* A. 1, 274.
proludere ad pugnam G. 3, 234.
proluere se vino A. 1, 739.
Promethei per synizesin E. 6, 42.
promittere c. simplici Acc. Obiecti (pro promittere se fore) A. 2, 96. *promissa barba* E. 8, 34. *promissa reposcere* A. 12, 2.
prouuntiatio varia eiusdem vocis A. 1, 288.
pronus (prono amni) G. 1, 203. *prona maria* A. 5, 212.
properare alqd G. 4, 171. A. 8, 454. — — alicui A. 12, 425. — et *maturare* sibi opponuntur G. 1, 260.
propinquare cum Acc. pro Dat. A. 5, 185. — *alqd* i. q. adducere A. 10, 254.
propius ire pro propius esse A. 8, 556.
propolis G. 4, 40.
proprius i q. perpetuus, stabilis E. 7, 31. A. 3, 85.
propter i. q. prope E. 8, 87. A. 9, 680. Casui suo postponitur A 12, 177.
propugnacula, i. e. moles fluctibus opposita A. 4, 87.
prora ad litus adpellebant A. 10, 223.
proripere, omisso Pron. *se* A. 5, 741.
prorumpere aliquid A. 3, 572. *proruptus*, active, qui prorupit A. 1, 246.
proscaenium pro scaena G. 2, 381.
proscindere terram G. 1, 97. 2, 399.
prosequi absolute pro pergere in narrando A. 2, 107.
prospectare A. 7, 813.
prosubigere G. 3, 256.
proterrere A. 12, 291.
protinus de locis serie continuata cohaerentibus A. 3, 416. — i. q. progrediens G. 4, 1. — *unus* i. q. continuus A. 3, 416. — de tempore A. 2, 545. 9, 149.
proturbare A. 9, 441. 10, 801.
provenire de prosperis A 12, 428.
proximus latiore sensu A. 5, 320. — i. q. simillimus E. 7, 22.
pruna cerea E. 2, 53.
psalterium Cir. 178.
Psithia vitis G. 2, 93. 4, 269.
pubentes herbae A. 4, 514.
puber et *pubescere* de herbis A. 12, 413.
pubes i. q. manus iuvenum A. 1, 399. — pro populo A. 7, 219.
pudendus A. 11, 55.
pudor (*si pudor est*) E. 7, 44.
puella de muliere nupta G. 4, 458. *puellae* de Musis E. 10, 9.
puer de maturiore aetate A. 5, 296.
pugilatus A. 5, 362. 426.
pugna surgit A. 11, 635. *pugnae certamen* A. 10, 146. 11, 780. 12, 598.
pugnare cum Dativo A. 4, 38. 11, 600. — *bella* A. 8, 629.
pugnator iuvencus A 11, 680.
pulcher i. q. sapiens A. 5, 728. i. q. fortis A. 7, 656. — ad populos et

radius geometrarum E. 3, 41. A. 6, 850. *radii* (de olivis) G. 2, 86.
radix. *Ab radice* i. q. totus G. 1, 20.
ramosa cervi cornua E. 7, 30.
ramus supplicum A. 8, 128. — *aureus* A. 6, 136. *rami Palladis* (ἱκετηρίας) A. 7, 154.
ranae, tempestatis indices G. 1, 378.
rapere (*entführen*) A. 1, 28. i. q. celeriter secum ducere A. 7, 725. 12, 450. *rapere* pro: celeri cursu perlustrare A. 6, 8. — *orbes*, de anguibus G. 2, 153. — et *ferre*, *agere*, *trahere* coniuncta A. 2, 374. *raptus* i. q. morte ereptus G. 4, 456.
rapidus de concitato hominum incessu A. 1, 644. — *aestus* (i. q. vehemens) E. 2, 10.
rara retia A. 4, 131. — *scutula* A. 9, 853.
rarescere i. q. sensim evanescere A. 3, 411.
rastrum (*rastri* et *rastra*) E. 4, 40. G. 2, 421.
raucus cantus cornuum A. 8, 2. *raucum aes* A. 2, 545. *raucum murmur* aquae Cop. 12. *rauca, raucum sonare* A. 9, 125.
rebar, *rebare* etc. vid. *reri*.
rebaare G. 3, 223.
recalere A. 12, 35.
recedere de rebus remotis A. 2, 300.
recens ab aliqua re A. 6, 450. *recens aqua* A. 6, 636. *recentes fluvii* G. 3, 301.
receptus et *recessus* quomodo differant A. 11, 527.
recidiva Pergama A. 4, 344.
recipere i. q. servare A. 6, 111. — i. q. retrahere A. 9, 348. non i. q. capere A. 4, 656. — *ensem* A. 9, 348. *receptus* i. q. servatus A. 1, 178.
recludere ensem A. 9, 423. — *caelum* G. 4, 52. — *fontes* Musarum G. 2, 175. — *pectus mucrone* A. 10, 601.
recolere A. 6, 681.
recoquere i. q. igne durare A. 7, 636.
recrepare transitive Cir. 108.
recto litore, *flumine* A. 6, 901. 8, 57.
rector navis i. e. gubernator A. 5, 161. *rectores iuvenum* (i. e. duces militum) A. 9, 173.
recursare i. q. iterare A. 1, 662. 12, 802.
recutere A. 2, 52.
reddere animam, *vitam* G. 3, 495. — *vota* E. 5, 75. — *alqm nomine* A. 6, 768. de sacrificiis G. 2, 194 numquam pro simplici *dare* dicitur A. 3, 333. *redditus terrae* et sim. A. 6, 18.
redire de curvo tractu montis G. 3, 351. de rebus, quae statis vicibus redeunt G. 1, 249. Infin. *rediisse* A. (2, 25.) 5, 196.
rediviva arundo Mor. 62
reducta vallis A. 6, 703. *reductus sinus* A. 1, 161.
referre i. q. repetere, renovare G. 1, 339. A. 5, 598. Cir. 337. i. q. respondere A. 4, 31. i. q. reddere et offerre (*nomine*, *ore* etc.) A. 4, 329. 12, 348. — de spoliis et victoriae praemiis A. 4, 93. — *sacra* G. 1, 339. — *in melius* A. 1, 281.
refigere leges A. 6, 622. *refixus de poste* A. 5, 360.
reflectere animum A. 2, 741.
refugere (i. e. intuentibus retro cedere) A. 3, 536. — i. q. recusare A. 7, 618.
refusus pontus, *oceanus* G. 2, 163. A. 7, 225.
regere de Fortuna A. 12, 405. *regere populos imperio* A. 6, 852. — *imperium* A. 1, 340. — *vestigia* A. 3, 659.
reges ius dicentes A. 7, 246. — τέμενος possidentes A. 9, 274.
regificus A. 6, 605.
regina i. e. regis filia A. 6, 28. — *sacerdos* A. 2, 273.
regia viarum A. 2, 737. 7, 215.
regna pastarum i. q. agri E. 1, 69. G. 3, 476. — *cerea* apium G. 4, 202.
regnare i. q. dominari, saevire G. 2, 307. *regnatus* passive A. 3, 14.
regnatar aquarum A. 8, 77. — *populorum* A. 2, 557.
regressum habet fortuna A. 11, 413.
reiicere vestem in palaestra A. 5, 421. — *oculos* pro avertere A. 10, 473.
religare classem, *naves* A. 7, 106.
religio A. 3, 363. — *religiöse Bedenklichkeit* G. 1, 270. — pro cultu A. 2, 715.
religiosus i. q. sanctus A. 2, 365.
relinquere i. q. non curare Cul. 284. *relicta loca* in re agraria G. 4, 127.
relliquiae, *relligio* cett. A. 1, 30.
remi frondentes A. 4, 399. *remis ventisque* navigare A. 3, 563.
remigia, *remi alarum* G. 4, 61. A. 1, 301. 6, 19. — pro remis G. 1, 202. pro remigibus A. 4, 471.
remittere i. q. resolvere G. 4, 36. i. q. renuntiare alicui rei A. 5, 419. — *flatus*, *spiritus* A. 11, 346. — *alqd cumulatum* A. 4, 436.
remordet cura A. 1, 261.
remugit nemus A. 12, 722.

remulcere caudam de lupo A. 11, 812.
renarrare A. 3, 717.
repellere terram pede G. 4, 233.
repens i. q. repentinus A. 12, 313.
repere; repens discordia A. 12, 313.
reperire i. q. excogitare aliquid A. 4, 128. i. q. sibi parere A. 6, 610. — cum geminato *p* scribendum G. 2, 22. *repertus* i. q. partus A. 6, 610.
repetere i. q. revocare G. 1, 39. — fere i. q. exordiri (*rep. a prima origine* et sim.) G. 4, 286. A. 1, 372. — pro: memoria repetere A. 3, 184.
replere populos sermone A. 4, 189.
reponere i. q. reparare, restituere (G. 2, 202.) A. 5, 752. i. q. iterum apponere A. 7, 134. i. q. rependere A. 12, 878. i. q. reddere A. 11, 594. i. q. artis, a qua receditur, instrumenta dedicare A. 5, 484. cum Dat. constr. A. 11, 594. — *aliquid imis sensibus* E. 3, 54. — *in sceptra, in regnum* A. 1, 253. — *crura* G. 3, 76. *repostus* pro repositus A. 1, 26. cum Add. *repostae epulae* G. 3, 527. — (i. e. remotae) *terrae* A. 3, 364. (6, 60.)
reposcere A. 2, 139. 12, 2. — *promissa* A. 12, 2.
reppuli pro *repuli* A. 2, 214.
reprimere pedem A. 2, 378.
requiescere transitive E. 8, 4. Cir. 232.
requirere i. q. desiderare aliquid A. 1, 217.
reri; rebar, rebare etc. A. 10, 608.
res Asiae (i. q. regnum Asiae) A. 3, 1. — i. q. res magnae, fortia facinora A. 8, 151. — *Romanae* G. 2, 498. A. 6, 857. *res laetae* A. 2, 783. *res* et *verba* coniunguntur A. 9, 279. *res summa* A. 2, 322. *rerum* additum ad Superlativi vim augendam G. 2, 534. A. 7, 602. rebus inanimatis vita tribuitur E. 1, 38. G. 2, 344.
rescindere pro exscindere G. 1, 280. — i. q. resecando aperire G. 3, 453. — *vallum* A. 9, 524.
residere ad animi affectus translatum A. 6, 407.
resides animi, populi, viri A. 1, 722. 6, 813. 7, 693.
resignare lumina morte A. 4, 244.
resistere i. q. haerere, haesitare A. 4, 76.
resolvere i. q. aperire A. 6, 29. — *ora* (*fatis*) G. 4, 452. — *iura* A. 2, 157. — *tenebras* A. 8, 591.
resonare neutrali sensu E. 2, 13. — active A. 7, 12.
resorbere saxa de mari A. 11, 627.
respectare secum Cir. 496.
respicere et *respectare* de diis A. 1, 603. vetitum in sacris magicis E. 7, 102. i. q. a tergo conspicere A. 5, 666. *respice*, nostrum *merke auf* A. 2, 615.
respondere aliquid i. e. resonare E. 10, 8. — in carmine amoebaeo E. 7, 5.
restare cum simplici Ablat. A. 1, 679.
resultare (*colles clamore resultant*) A. 5, 150.
retegere radiis orbem A. 4, 119.
retentare A. 5, 278.
retexere iter pro: recurrere A. 12, 763.
retia rara A. 4, 131. — *servare* s. *observare* E. 3, 75.
retorquere mentem A. 12, 841. *retortus amictus* A. 12, 400.
retractare i. q. rursus capere A. 7, 694. i. q. recusare A. 12, 889.
retro referre, redire et similia G. 1, 200. A. 2, 169. 378. 6, 449.
retrorsus, retrorsum A. 3, 690.
retundere mentes Cir. 118.
reus voti A. 5, 237.
revisere nostrum *heimsuchen* A. 3, 318.
revocare pro liberare A. 5, 476. — *pedem, gradum* A. 9, 125.
revolvere casus, fata A. 10, 61.
rex latiore sensu A. 1, 38. 6, 36. *rex idemque sacerdos* A. 3, 80. — de vino praestantissimo G. 2, 98. — *fluviorum* G. 1, 482. — *apum* G. 4, 95.
rhododaphne Cul. 401.
rhombus, quo pueri ludunt A. 7, 378.
ridere (cum Dat. an Abl.?) A. 4, 128. — hilarem, pulchrum adspectum praebere E. 4, 20. — *alicui* pro arridere E. 4, 62.
rigere signis intextis A. 1, 648.
rigida hasta A. 10, 346. *rigidus ensis* A. 12, 304.
rigor ferri pro ferro rigido G. 1, 143.
riguus G. 2, 485.
rimari G. 1, 384. A. 7, 508.
ripae pro ipso fluvio A. 9, 105. 10, 144.
rite de diis et de hominibus caeremonias servantibus A. 3, 36.
ritus pro modo, ratione Cir. 36.
rivus aquae E. 8, 87. de aliis humoribus (*vini*) G. 1, 132. (*sudoris*) A. 5, 200. (*sanguinis*) A. 11, 668. — *argenti, auri* G. 2, 165.
robigo (*der Mehlthau*) G. 1, 151.
robur A. 2, 639. pro trunco arboris G. 2, 64. A. 1, 441. pro clava A. 8, 220. — aratri, ferri, saxi G. 1,

semen positum G. 2, 14. *semina rerum* i. q. primordia, atomi E. 6, 31. — *flammae* A. 6, 6. — pro prole, genere G. 2, 152. *semina* i. q. legumina G. 1, 193.
sementifer Cir. 477.
semesus, semiesus A. 3, 244.
semianimis A. 4, 686. 10, 396. 404. 11, 635. 12, 356.
semiferus A. 8, 267.
semihomo A. 8, 194.
semiputatus E. 2, 70.
semiustus (*semianimis, semiesus*) et alia eiusmodi composita A 3, 578.
semivir Phryx A. 12, 99. — *comitatus* A. 4, 215.
semper cum magna vi initio versus E. 7, 50. G. 1, 218. — Pron. personali et relativo postpositum G. 2, 219. i. e. quoties occasio aliqua redit, *jedesmal* E. 1, 53. G. 1, 431. quomodo eius notio a poetis circumscribatur A. 1, 607.
Senatus sanctus A. 1, 426.
senectus tristis A. 6, 275.
senium Cir. 249.
sensus vertuntur pectore A. 12, 914.
senta loca (Orci) A. 6, 462.
sententia vertit alqm A. 1, 260. — *animo surgit* A. 1, 582.
sentire aliquem A. 7, 434.
septemgeminus Nilus A. 6, 801.
septem trio per Tmesin G. 3, 381.
septemplex clipeus A. 12, 925.
sepulchrum pro pernicie Cir. 131. sepulchri iactura et sepulturae religio A. 2, 646. 6, 325.
sepultus de ebriis et dormientibus A. 2, 265.
sequaces undae (*flammae, fumi*) G. 4, 230. A. 5, 193. — *caprae* G. 2, 374.
sequester (*pax sequestra*) A. 11, 133.
sequi i. q. appetere (*nachgehen*) E. 6, 49. (2, 63.) (sc. narrando) i. q. exponere A. 1, 342. i. q. petere locum A. 5, 591. i. q. se diffundere per aliquid G. 3, 564. *non sequitur vox, non sequuntur verba*, scil. voluntatem locuturi A. 12, 912. *sequentem sequi* A. 11, 695.
serena absolute pro coelo sereno G. 1, 393. *serenum mare* A. 5, 870.
serenare spem fronte A. 4, 477.
serere multa vario sermone A. 6, 160.
sericum G. 2, 121.
serpens novus G. 2, 437. serpentes, famuli deorum et Manium A. 5, 95. pestilenti morbo vexantur G. 3, 544. Laocoonta eiusque filios elidunt A. 2, 203. in Minervae templum confugiunt A. 2, 225.
serpere de plantis luxuriantibus E. 8, 13.
serpyllum (serpullum), herba E. 2, 11.
serus pro *sero* Ecl. 1, 27. — de liberis a parentibus iam aetate provectioribus procreatis A. 6, 764. *serae vires* cett. A. 8, 509.
servare pro observare E. 3, 75. G. 1, 335. A. 2, 711. 5, 25. — locum, eum incolere et ab eo non discedere G. 4, 382. A. 6, 402. cumque custodire A. 6, 556. — *tenorem* A. 10, 340. *servare alqd* pro: teneri aliqua re A. 3, 319.
servi de dominorum rebus loquuntur ut de suis E. 1, 8. 9, 2. quando libertatem adipisci potuerint E. 1, 30.
servitio exire E. 1, 40.
setae de animalium pilis densioribus A. 6, 245.
setius (non *secius*) scribendum G. 2, 277. — *setius* — *ut* num dici possit ibid.
seu pro *vel si* A. 11, 327. *seu* — *sive* pro utrum — an A. 1, 218.
sibila ora, colla serpentum G. 3, 421. A. 2, 211. 5, 277.
sibilae literae cumulantur E. 3, 80. A. 3, 27. 136. imitantur aquae strepentis sonum G. 4, 370.
sibilat Erinnys hydris A. 7, 447.
sibilus ventorum E. 5, 82.
sic post Particip. more Graec. positum A. 1, 225. —, (*ut*) in obtestandi formulis E. 10, 4. A. 9, 208. — redundat post Pron. dem. et relat. A. 11, 251. (A. 3, 463.) *sic adeo* A. 4, 533. *sic di voluistis, voluere* A. 5, 50. *sic quoque* G. 1, 82.
siccare ubera i. q. exsugere E. 2, 42. — *vulnera* pro purgare A. 10, 834.
siccum pro litore A. 10, 301.
Sicelis (*Sicelides Musae*) E. 4, 1.
sicilire frumenta G. 1, 289.
sidere et *sedere* A. 3, 565. 5, 198.
Sicyonia (calcei) Cir. 169.
sidereus clipeus A. 12, 167. *siderea sedes* pro coelo A. 10, 3.
sidus pro sole G. 1, 73. pro mense et certo aliquo anni tempore G. 1, 1. 73. 4. 234. A. 4, 309. pro tempestate A. 11, 260. *sidera adire fama* A. 4, 322. — *pulsare* A. 3, 619. naturae animatae habentur G. 2, 342. eorum ortus et occasus agricolis servandi A. 1, 204. et nautis A. 3, 515. tempestatem regere credebantur A. 4, 578. pro alto aëre ponuntur A. 3, 619.
signare viam (*flammis*) A. 2, 697. 5, 526. — i. q. declarare, indicare A. 2, 423. *signare* (oculis) A. 5, 317.
signum belli A. 8, 1. — *canit* A. 10, 310. — *pecori impressum* G. 1, 263.

silentes luci G. 1, 476. — *umbrae* (Manes) A. 6, 264. 433.
silentium in mysteriis A. 3, 112. *silentia lunae* A. 2, 255.
siler G. 2, 12.
silex Nomen gen. comm. E. 1, 15. *silices* molae Mor. 23. *silici excudere scintillam* A. 1, 174.
silicire stipulas G. 1, 289.
siliqua G. 1, 74. 195.
silva de omnibus rebus densis G. 1, 76. — *iaculorum* A. 10, 887. pro stipulis A 10, 406. *silvae* i q. pascua E. 4, 3. a diis habitatae E. 2, 60. in novalia mutatae G. 2, 207. — *nemorum* Cul. 381. — *sacrae* G. 1, 148. — *saltusque* A. 4, 72.
silvestris Musa, carmen pastoricium E. 1, 2.
silvicola (*Faunus*) A. 10, 551.
similis i. q. *idem* A. 6, 144.
simul cum simplici Ablat., sine Praep. *cum* A 5, 357. auget vim voc. *omnis* A. 8, 4. fere i. q. extemplo E. 6, 26 A. 9, 221. pro *simul atque* E. 4, 26. A. 11, 908. — *ac* num sit Vergilianum? G. 4, 90. — *et* A. 1, 144. — cum Particip. A. 10, 856. *simul et, que* A. 1, 144. *simul* — *simul* i. q. *et* — *et* A. 1, 513. 5, 675. 12, 758.
simulacra i. q. spectra G. 1, 477. — *luce carentum* G. 4, 472. — *pugnae, belli* A. 5, 585.
simulatus i. q. assimulatus (de locis) A. 3, 349.
simus E. 10, 7. — *vultus* Mor. 108.
sine a simplici Subst. pendens A. 10, 636. — *fine* A. 2, 771. — *more* (i. e. immodice) A 5, 694. 7, 377. (i. e. sine lege) A. 9, 635. — *numine divom* A. 2, 777.
sinere pro omittere (*sine* nostrum *lass nur!*) A. 10, 15. Graeca ratione constr. cum Particip. pro Intin. constr. A. 10, 426. — cum simplici Accus. obiecti G. 4, 7. *sine hanc animam* A. 10, 598.
sinister i. q. noxius G. 1, 444.
sinuari de serpentibus A. 2, 208.
sinus, sinum E. 7, 33. i. q. incisio G. 2, 76. interior pars alicuius terrae G. 2, 123. *sinus* (velorum) *secundi* A. 3, 455. *sinus* vestis A. 4, 30. *sinum trahere* G. 3, 238.
Sirius pro aestu coeli (*torrens Indos*) G. 4, 425. A. 3, 141. morbus affert A. 10, 274. — *ardor* A. 10, 273.
siser Mor. 74.
sistere alqm aliquo loco A. 2, 620. intransitive A. 3, 7. i q. desinere currere (*sistunt naves*) A. 3, 403. (*sistunt amnes*) G. 1, 479. Perf. *steti* A. 3, 403.
sistrum A. 8, 696.
sitientes Afri E. 1, 64.
sitis i. q. aestus G. 3, 483.
situs agri G. 1, 72. i. q. squalor A. 6, 462. i. q. desidia A. 7, 440.
soboles de plantis G. 2, 3.
soceri i. e. socer et socrus A 2, 457.
sociare urbe, domo A. 1, 600. *sociari* de coniugio A. 9, 594.
Sol, nuntius tempestatis G. 1, 441. 458. et bellorum G. 1, 464. eius defectus G. 2, 478. — — post Iul. Caesaris caedem G. 1, 466. *sol* pro aestate G. 1, 48. A. 7, 720. — *certus, incertus* A. 3, 203. — *primus* A. 6, 255. — *decedens* E. 2, 67. *solis viae* A. 6, 797. *soles* i. q. clari solis radii (*heller Sonnenschein*) G. 1, 393. — *condere* i. e. dies exigere E. 9, 52.
solari i. q. satiare A. 5, 41. — aliquid (E. 6, 46.) A. 1, 237. 5, 41.
solere cum Adv. *saepe* coniunctum E. 1, 21. *solita humus* A. 9, 214.
solidus de re non manca A. 6, 253. *solidus auro* pro ex solido auro A. 2, 765.
sollemnes arae et sim. A. 2, 202.
sollicitare aliquid pro: ad aliquid G. 3, 129. — *terram* G 2, 418.
sollicitus de amore E. 10, 6. *sollicitum mare* G. 4, 262.
solstitium pro solis ardore G. 7, 47. pro aestate G. 1, 100.
solum terrae, telluris A. 10, 102. *solo credere* pro: ex equis desilire A. 11, 707. *sola* Plur. numero G. 1, 80. solum frumentis idoneum G. 2, 203. optimum G. 2, 117. eius signa G. 2, 226. eius proprietas G. 2, 117.
solus pro *unicus* A. 7, 52. i. q. solitarius, vacuus (E. 10, 14. G. 3, 212. A. 6, 268.) 11, 569. *solus secum* G. 1, 389. de eo, qui in solis locis versatur E. 2, 4. i. q. orbus A 9, 482. Vocativo videtur carere A. 1, 664.
solvere cum Dat. et Abl. E. 4, 41. verb. propr. de somno A. 9, 189. verb. magicum A. 4, 487. *solvere* (scil. corde, animo) A. 1, 463. — *alqm*, i. q. liberare A. 10, 111. — *colla equorum* G. 2, 542. — *corde metum* A. 1, 562. — *corpus in Venerem* G. 4, 198. — *hominem homine* A. 4, 479. — *mares* de admissura G. 3, 64. — *metum* i. e. deponere A. 1, 463. — *se luctu, metu* cett. A. 2, 26. — *caelum in Tartara* A. 12, 205. — *vela* A. 4, 574. solvunt crines lugentes A. 3, 65. *solvuntur frigore membra* A. 1, 92. *solutus somno vinoque* A. 9, 189.
somnus pro nocte G. 1, 208. *somnus*

suffundi rubore G. 1, 430. — *lacrimis oculos* A. 1, 228.
sulcus de vulva equarum G. 3, 136. *sulco concludere locum* (urbis aedificandae) A. 1, 425. *sulcos infindunt* remi A. 5, 142. sulcum ducunt stellae cadentes A. 2, 697.
sulfur vivum G. 3, 449.
sumere ab aliquo et *sumere* rem alicuius A. 2, 585.
summa belli A. 12, 572. — *dies* A. 2, 324. *summus deorum* A 11, 785.
super Adv. omisso verbo *esse* A. 3, 489. pro desuper G. 2, 351. pro superne A. 5, 330. pro insuper G 3, 263 A 2, 71. 7, 462. nostrum *dabei* A. 10, 384. Praepos. Vid. Index III.
supera pro coelo A. 6, 788. *superae orae* A. 2, 91.
superaddere E. 3, 38.
superare pro transcendere vel praetervehi E. 8, 6. i. q. superesse E. 9, 27. A. 2, 597. (643. 3, 339.) i q. abunde esse G. 2, 331. 3, 63. i. q. eminere A. 2, 207. — *animis* A. 5, 473. — *aliquem donis* A. 3, 439. — *montes* A. 6, 676.
superbus i. q. glorians A. 2, 556. victorum et triumphantium epitheton A. 1, 21. *superbum ostrum* A. 2, 504. *superbae fores*, *superbi postes* A 8, 196.
supercilium pro cacumine montis G. 1, 108. — *priscum* Cop. 34
supereminere cum Accus. A. 6, 856. 10, 765.
superesse i. q. sufficere G. 3, 127. — per tmesin E. 9, 6. A. 2, 567. *quod superest* G. 2, 346. — — pro: qui reliqui sunt A. 5, 691. 796.
superfundere et *super infundere* A. 6, 254.
superiacere scopulos unda A. 11, 625.
superinsternere A. 2, 722.
superstare lapsum A. 10, 540.
superstitio pastorum E. 2, 70. 8 69. G. 4, 485. al.
supervolitare E. 6, 81.
supinas manus tendere A. 3, 176.
supplantandi mos in palaestra A. 5, 430.
supplere (*supplementa*) in re militari A. 3, 471.
supplicantes amplectuntur deorum simulacra A. 2, 517.
suppliciter tristis A. 1, 481.
supponere cultros G. 3, 492.
supra aequora, *terras currere* A. 4, 240. *supra morem*, *modum* G. 2, 227. — *deos ire pietate* A. 12, 839.
suprema verba A. 3, 68. — (munera) *ferre* A. 6, 213. — *salus* A. 12, 653. *supremi montes* A. 6, 480.
surculus G. 2, 28. 62.
surgere i. q. ortum, initium habere E. 4, 9. — i. q. procrescere E. 6, 39. G. 4, 12. i. q. adolescere A. 4, 274. de plantis E. 6, 39. G. 4, 12. de rebus celsis G. 3, 29. de aedificiis, quae exstruuntur A. 1, 366. de ventis A. 3, 130. — alicui, i. e. minari A. 4, 44. — in aliquem i. q. infestare A. 10, 28. *surgit pugna* A. 11, 635. *surge age* A. 3, 169.
sus alba locum Albae condendae indicavit A. 3, 389. 8, 42. 81. *sus Sabellicus* G. 3, 255. suum morbus G. 3, 497.
suscipere liberos A. 4, 327.
suscitare sopitos ignes A. 5, 743.
suspectus caeli pro altitudine A. 6, 579.
suspendere (*aratrum*) E. 2, 66. — *tellurem sulco* G. 1, 68. — *humeris* A. 1, 318. cum Add. *suspensus* i. q. sollicitus, percitus A. 2, 114. 729. 3, 372. de iis, quae vix terram attingere videntur E. 2, 66. de positis in vertice montis A. 8, 190.
sustentatus i. q. suspensus A. 10, 301.
sustinere pro efficere G. 2, 297.
suta aerea pro thorace A. 10, 313.
sutilis Charontis cymba A. 6, 414.
suus i. q. proprius, conveniens E. 1, 37 7, 54. G. 1, 57. 2, 82. A. 3, 469. 6, 233. i. q. gratus et aptus G. 4, 22. i. q. propitius A. 2, 396. de rebus alicui natura assignatis G. 4, 190. ubi *eius* exspectaveris A. 4, 633.
Synecdoche A. 5, 820.
Syria pira G. 2, 88.
syrinx E. 2, 36. 3, 25.

t saepe repetitum iram s. similem animi motum significat A. 4, 594.
tabida lues, *pestis* A. 3, 137.
tabulae astronomicae G. 1, 257.
tabularia populi G. 2, 502.
tabulata in vineis G. 2, 361.
tabum G. 3, 481. A. 3, 29.
tacitus i. q. tacite secum cogitans A. 12, 801. — Part. Perf. (de quo tacetur) A. 6, 842. *tacita lumina* (*stumme Blicke*) A. 4, 364. *tacitum nemus*, *tacitae silvae* G. 1, 475. *tacitum pectus* A. 1, 502. — *limen* A. 7, 343.
tactus et *tractus* confusa A. 2, 683. tactu domantur angues A. 7, 754.
taedae nuptiales A. 4, 18.
taeniae (coronarum) *Puniceae* A. 5, 269.
talaria Mercurii A. 4, 239.
talentum, pondus A. 11, 333. — *magnum* A. 5, 248.
talis (*tantus*) causalem sententiam addit E. 1, 12. A. 5, 404. i. q. tantillus Cir. 18. i. q. tam tristis A. 11, 303. pro *sic*, *ita* A. 7, 404. in principio

comparationis A. 9, 710. *talia* pro haec A. 1, 208. 559.
talpae oculis capti G. 1, 183.
tam pro tam diu post *quam diu* Cir. 123. *tam magis* pro tanto magis G. 3, 309.
tamen, non praeced. *quidem* vel *quamquam* E. 1, 27. A. 9, 422. Cir. 263. — consolatorium E. 10, 31.
tandem in interrogationibus A. 11, 331
tangere de animi motu A. 9, 138. nostrum *rühren* A. 1, 462. *tangi de caelo* (i e. fulmine) E. 1, 17.
tantus (pro *nam magnus*) A. 5, 404. 12, 831. *tanti esse* A. 3, 453. *tantum* (i. q. modo) E. 6, 16. —, non sequente *quantum* E. 6, 29. — substantive E. 10, 46.
tapetes alti A. 9, 325. — picti A. 7, 277. 9, 353.
tardare intransitive pro: tardum esse A. 10, 857.
tardus sapor G 2, 126. *tarda senectus* A. 9, 610. *tardi menses* G. 1, 32.
taurea terga pro clipeo A. 9, 706.
taurus (sidus) aperit annum G. 1, 217. — *Gnossius* A. 8, 294. pro pelle taurina A. 10, 785. tauri Iovi mactantur A. 3, 21. taurorum pugnae de vaccis G. 3, 217. tauros domandi ratio G. 3, 168. Acetis tauri ignem vomentes G. 2, 140. [ubi in adn. *tauri* pro *equi* legendum esse, quisque videt]. tauri triumphales G. 2, 146.
taxus mellificio noxia E. 9, 30. *taxi nocentes* G. 2, 257.
te, te per epizeuxin E. 4, 11. A. 7, 596.
tecta latiore sensu A. 4, 164. de summa muri parte A. 9, 558. — *superba* A. 7, 12.
tegere in re sacra i. q. velare A. 3, 25. *tectus* i. q. dissimulans A. 2, 126.
tegmen arboris E. 1, 1. *tegmina summa humeri* pro thorace A. 10, 476. *tegumen* A. 3, 594.
tela in arte texendi G. 1, 294.
telum de caestu A. 5, 438. tela solis et siderum G. 1, 395. — venenata A. 9, 773. 10, 140. 12, 857.
tellus de insulis A. 1, 34. 5, 404.
temerare A. 6, 841.
temnere pro contemnere A. 1, 542. 6, 620.
temo aratri G. 1, 171.
temperare (sibi) *ab aliqua re* G. 1, 360.
tempestates belli A. 11, 453. tempestatis descriptio G. 1, 316. 356. A. 1, 102. 3, 192. 4, 160. 5, 8. — praesagia G. 1, 370.
templum pro sacello Manibus dicato A. 4, 457. — pro curia A. 7, 192. *templa velare*, coronare A. 2, 249.
temporum ordo in factis enarrandis non accurate servatur E. 6, 41.
temptamenta A. 8, 144.
temptare (pro *tentare:* vid. E. 1, 49. 4, 32.) i. q. vexare, nocere ibid. de periculosis E. 4, 32. (G. 1, 207. A. 2, 38.) — *flumina* G. 3, 77. — *terras* (*limen*, *portum*) A. 3, 364. — *fortunam* A. 11, 761. — *fugam equorum* A. 12, 484. - *precando* A 4, 113.
tempus de opportunis G. 1, 305. — *est facere* G. 1, 305 (A. 9, 12.) — *erit, veniet, cum* cett. G. 1, 193. A. 10, 11. — et *tempora* de tristibus, periculosis temp. A. 2, 522.
tempus (*der Schlaf*) Sing. num. A. 9, 418.
tenax alicuius rei A. 4, 188. *tenaces rastri* G. 2, 421.
tendere pro se tendere G. 3, 507. i. q. tentorium habere A. 2, 29. 8, 605. cum Dat. A. 2, 674. cum Infin. A. 2, 220. et Add. ad A. 1, 18. — alicui *vim et vincula* G. 4, 399. — *gressum*, *iter*, *cursum* A. 1, 410. 656. — *cursum* et *tendere cursu* A. 2, 321. — *contra* i. q. *respondere* A. 9, 377. — *oculos* A. 2, 405. — *munera* G. 4, 534.
tener aër A. 9, 699. *tenera herba* E. 8, 15.
tenere i. q. assecutum esse A. 3, 192. i. q. complere G. 2, 12. i. q. manere, A. 7, 412. — et *se ten.* i. q. coërcere G. 2, 371. A. 7, 204. — *arva* i. e. prostratum esse A. 10, 741. — *ora* A. 2, 1. — *aures* A. 7, 287. *teneri legibus* A. 2, 159.
tenorem servare A. 10, 340.
tenuare G. 3, 129. (*tenuatum carmen* E. 6, 5.)
tenuis διασυλλάβως G. 1, 397. — *avena* E. 1, 2. — *pluvia* G. 1, 92. — *aqua* G. 3, 335. — *vita* G. 4, 224. — *Minerva* A. 8, 409.
tenus cum Gen. A. 10, 210.
tepidi (non *trepidi*) *artus* A. 3, 627.
ter pro aliquoties A. 1, 116. 2, 792.
terebinthus Oricia A. 10, 136.
terere labellum (de fistula) E. 2, 34. — *viam* G. 1, 380. — *otia* A. 4, 271. — pro tornare G. 2, 444.
tergeminus Geryon A 8, 202. *tergemina Hecate* A. 4, 511.
tergĕre et *tergēre* A. 7, 626.
tergum i. q. corium A. 1, 368. — et *tergus* confusa A. 9, 764. *terga* (i. q. porcae) agri G 1, 97. — pro toto animali A. 1, 635. — *suis* Mor. 57.
terminus haeret A. 4, 614.
ternarius numerus in sacris magicis sollemnis E. 8. 73. A. 4, 510. in rebus ad Manes pertinentibus A. 11,

188. omninoquo in omnibus institutis publicis A. 1, 265. Add.
terque quaterque, ter et quater, ter et amplius A. 1, 94.
terra Africa, Itala cett. A. 4, 37. — *omniparens* A. 6, 595. *terrae* pro in terra (et in terram) A. 6, 84. *terram petere* de prostratis A. 10, 489. terrae motus G. 1. 474. terrarum nomina pro populorum E. 1, 62. 4, 58. A 2, 703. 10, 365. 12, 232. — -sino Praepos. *in* A. 1, 2. — viciniarum nomina permutantur E. 4, 25.
terrere trementem, timentem, sim. A. 12, 761. 875. (11, 609.)
terreus (*terrea progenies* i. q. homines) G. 2, 341.
terrificare A. 4, 210.
terrificus A. 5, 524. 8, 431.
territare A. 4, 187.
tertiare agrum G. 1, 48.
tessera militaris A. 7, 637.
testa pro lucerna fictili G. 1, 391.
testari pro narrare Cir. 215. i. q. obtestari Cir. 273.
testatio rer. inanimatarum A. 2, 431.
testudo i. q. concameratio A. 1, 505. — in re bellica A. 2, 441. — Scironis Cir. 465. — *cava* pro cithara G. 4, 464. *testudinem agere* A. 9, 505. testudinea ianuarum, lectorum etc. ornamenta G. 2, 463.
testum Mor. 51.
texere de trabibus A. 2, 16. — *naves* A. 11, 326. texendi ars G. 1, 293.
textilia dona A. 3, 485.
thalami pro nuptiis A. 10, 649.
thalami de cellis apum G. 4, 189.
Thalassio! Cat. 5, 16.
thallus Amyclaeus Cir. 376.
theatrum in urbe condenda A. 1, 427.
thiasus E. 5, 30.
tholus A. 9, 408.
thymbra, herba G. 4, 31.
thymus (etiam *thumus*) E. 5, 77. G. 4, 112.
tiara pro mitra Phrygia A. 7, 247.
tibi pro: per te A. 5, 797. — pro tecum A. 2, 704. — i. q. in honorem tuum G. 2, 5.
tibiae usus E. 8, 21.
tigris aerata, navis insigne A. 10, 166. *tigrides Hyrcanae* A. 4, 367. — currum Bacchi vehunt E. 5, 29.
tilia, arbor G. 1, 173. 2, 448. 4, 182.
timere alicui aliquid E. 6, 50.
tinea G. 4, 246.
tinguere equos Oceano, de Phoebo A. 11, 914. — *ensem iugulo* A. 12, 358.
titubata vestigia A 5, 331.
togata gens i. q. Romani A. 1, 282.
tolerare militiam A. 8, 515.
tollere animos G. 2, 350. — *ad astra* E. 5, 51. — *fluctus* A. 1, 66. — *liberos* A. 9, 203. — (*in navem*) i. e abducere A. 3, 601.
tonare aliquem ore i. e. alta voce vocare A. 4, 510. — *eloquio* A. 11, 383 — de caeli porta G. 3, 261. — de curru A. 5, 820. *tonant Cyclopum antra* A. 8, 419.
tondere i. q. demetere G. 1, 71. i. q. depascere G. 1, 15. A. 3, 538. 6, 598. *tonsa oliva* G. 3, 21. — *corona* A. 5, 556. *tonsae* i. q. remi A. 7, 28 *tonsae valles* G. 4, 277.
tonitrua sinistra — prospera A. 2, 692.
tophus G 2, 214.
toreuma Cul. 67.
tormentum A. 11, 616.
torrentes ripae pro fluviis A. 9, 105.
tornus E. 3, 38.
torquere fulmina A. 1, 208. — *sidera* A. 9, 93. — *spicula* E. 10, 59. (A. 5, 520.) — *vestigia* A. 7, 547. *torquet* Iupiter caelum et terras A. 4, 259. 9, 93. — *Atlas caelum* A. 4, 482. *tortus imber* A. 8, 429. — de funibus A. 4, 575.
torques de sertis (*Festons*) G. 1, 276.
torrida aestas E. 7, 47.
torus (*viridans*) de quovis loco molli et ad cubandum apto A. 5, 388. 9, 334. — *ripae* A. 6, 674. *tori comantes* leonis A. 12, 6.
torvus E. 2, 63. *torva tueri* A 6, 467. *torvum clamare* A. 7, 399.
toto corpore i. e. totis viribus A. 12, 920.
trabale telum A. 12, 294.
trabea Quirinalis A. 7, 612.
trabs pro nave A. 3, 191. (4, 566.)
tractabilis (*caelum non tractabile*) A. 4, 53. — de hominibus A. 4, 439.
tractim (tracto sonitu) G. 4, 260.
tractus maris, caeli E. 4, 51. A. 3, 138. — de serpentibus G 2, 154.
tradere se sub leges A. 4, 618.
traducere messes, fruges (in re magica) E. 8, 99.
trahea G. 1, 164.
trahere i. q. allicere E. 2, 65 — verb. propr. de captivis A. 2, 58. — *furorem, calorem, ignem* cett. A. 4, 101. — *vela* G. 4, 117. — *vitam* A. 2, 92. — *a pectore vocem* A. 1, 371. — *alvum* G. 4, 94. — *gemua* A. 5, 468. — *noctem sermonibus* A. 1, 748. *fata trahunt retrahuntque* A. 5, 709.
traicere (*traiicere*) *ferro* i. q. transfodere A. 1, 355. 9, 633.
tranare nubila A. 4, 245.
trans caput iacere E. 8, 102.
transabire A. 9, 432.

transadigere A. 12, 273. — *ensem* (per) *costas* A. 12, 508.
transcendere fines habendi Cul. 83.
Transitus subitus ab indirecta oratione ad directam A. 8, 293.
transmittere cursum A. 6, 313. — *campos cursu* A. 4, 154.
transportare amnem, *ripas* A. 6, 328.
transscribere (colonos) A. 5, 750.
transversa adverbialiter (— *tueri*) E. 3, 8. (— *fremere*) A. 5, 19.
trapetum, *trapetus*, *trapes* G. 2, 519.
traxe pro traxisse A. 5, 786.
tremescere aliquid A. 3, 648.
tremulus de flammis E. 8, 105. *tremuli ululatus* A. 7, 395. *tremulum lumen* A. 7, 9.
trepidare i. q. sedulo discurrere A. 4, 121. — *bello* (Dativo) G. 4, 69. — cum Infin. A. 9, 114.
trepidus A. 10, 283. — *rerum* A. 12, 589.
tribolus, spinae genus G. 1, 153.
tribulum G. 1, 164.
trichila Cop. 8.
tridens Ablativum *tridenti*, non *tridente*, format apud Vergil. G. 1, 13. A. 2, 610. cum Add.
tridentia rostra (navium) A. 5, 143.
trieterica orgia A. 4, 302.
trifaux A. 6, 417.
trilix lorica A. 3, 467. 5, 259. 7, 639.
Triones, h. e. boves, sidus A. 1, 744. (3, 516.)
tripodes sacri A. 5, 110.
tristis i. q. amarus G. 1, 75. — i. q. severus A. 5, 411. *tristia dicta*, *iussa* cett. A. 10, 612. — ad inferos pertinentia A. 5, 734.
trisulca serpentis lingua G. 3, 439.
triticum G. 1, 219.
tritura veterum G. 1, 178.
triumphantium purpura G. 3, 17.
triumphatus (de quo triumphatum est) G. 3, 33. A. 6 836.
triviale carmen E. 3, 26.
Troiae ludus A. 5, 545. 602.
tropaeum A. 11, 173. ab Aenea constitutum A. 11, 5. *tropaea rapta* i. e. victoriae reportatae G. 3, 32.
trudere glaciem actum congelandi videtur indicare G. 1, 310.
trudes A. 5, 208.
truncus Adi. cum Gen. G. 4, 310.
truncus Subst. de corpore mortui A. 2, 557. — pro ramo A. 6, 207. *trunci* (pernae) Mor. 57.
tu praeceptis et consiliis addi solet A. 4, 50.
tua tecum Cir. 153.
tuba a Tyrrhenis inventa A. 8, 526. — *canit ludos* A. 5, 113.
tum in enumeratione et descriptione G. 3, 357. A. 2, 697. 5, 455. — cum emphasi dictum G. 2, 317. — Participio Perf. Pass. adiectum A. 2, 391. 5, 382. 719. — et *tunc* quo differant et ubi illud ponatur E. 3, 10. *tum* et *nunc* oppos. A. 10, 14. *tum* — *tum* in plurium rerum enumeratione E. 6, 61. *tum primum*, *tum demum* etc. E. 3, 10. *tum vero* A. 2, 105. 624. 5, 659.
tumere (ira, furore) G. 3, 421. (arrogantia, superbia) A. 11, 854.
tumescere de bello G. 1, 465. de mari G. 2, 479. 8, 80.
tumidus Auster (ab effectu) A. 3, 357.
tumor de ira A. 8, 40.
tumulare Cir. 442.
tumuli mortuorum floribus conspersi A. 5, 79. — coronantur A. 6, 884.
tumulus inanis, cenotaphium A. 3, 304.
tumultus A. 8, 4
tundere (*obtundere*) *aliquem* A. 4, 448.
tunsus et *tusus* G. 1, 262.
tunica de libro arborum G. 2, 75. tunicae manicatae A. 9, 633.
turbare absol. pro turbas ciere vel turbari E. 1, 12. A. 6, 800. 858. 9, 339. — *castra* A. 9, 13. — *omina* A. 3, 407. *turbati equi* A. 7, 767.
turbidus i. q. tristis A. 4, 353. — (de mari cett.) A. 5, 607. — i. q saeviens A. 10, 763.
turbo G. 3, 470. A. 7, 378. pro fulmine A. 6, 594. *turbine torquere hastam* A. 11, 284.
turgere (humore aliquo) E. 7, 48.
turicremae arae A. 4, 453.
turrigerae urbes A. 7, 631. 10, 253.
turris in muris A. 2, 460. ante muros A. 9, 530. post muros A. 2, 674.
turrita, *turrigera Cybele* A. 6, 876 *turritae naves* A. 8, 693. *turriti scopuli* A. 3, 536.
turtur E. 1, 58.
tus masculum E. 8, 65. — *pingue* G. 4, 379. — *Sabaeum* G. 1, 57. 2, 117. A. 1, 416. — *Panchaeum* G. 2, 139. 4, 379. *tura dare* A. 8, 106.
tutela navis A. 3, 527.
tuta domorum A. 11, 882. *tuta timere* A. 4, 298.
tuus cum emphasi dictum E. 1, 46.
tympana plaustrorum G. 2, 444. — Cybeles A. 9, 619.
tyrannus pro rege A. 7, 266.

uber glebae (de soli fertilitate) G. 2, 185. A. 1, 531. 7, 262. *ubera distenta* E. 4, 21.
ubi (pro quo etiam *ube* scribitur: G.

1, 441.) i. q. in quem cett. A. 5, 489. — pro: apud quos etc. G. 1, 504. — omisso Verbo subst. G. 2, 180. — cum Praesente et Perfecto iunctum varia signif. A. 12, 495. *ubi est*, *ubi nunc est?* formula vel exprobrantis vel dolentis A. 10, 73. *ubi primus* (*ut primus*) A. 4, 118. *ubi iam* cum Praes. et Futuro G. 1, 450.

uligo G. 2, 184.

ulmus in burim inflectenda G. 1, 169. – Somniorum sedes in inferis A. 6, 282.

ultimus i. q. summus Cul. 240. *ultima* i. q. extrema, τὰ ἔσχατα A. 2, 446.

ultrix Adiect. (*ultrices curae*, *flammae* etc.) A. 2, 587. Add.

ultro, i. e. contra, atque fieri solet E. 8, 52. — fere i. q. *insuper*, *adeo* G. 4, 204. A. 5, 55. —, περαιόθεν, ex ulteriore loco A. 2, 193. — fere i. q. prior sive non lacessitus A. 2, 145. 10, 282. 12, 3.

ululae certent cycnis E. 8, 54.

ululare A. 6, 257. i. q. ululando personare A. 4, 609. — de rebus inanimatis A. 2, 488. — i. q. ovare A. 11, 662. *ululant Nymphae* A. 4, 168. Part. *ululatus* A. 4, 609.

ululare pro ovare A. 11, 662.

ululatus femineus A. 4, 667. — bacchantium A. 7, 395.

ulva G. 3, 175. (A. 2, 135. 6, 416.)

umbo pro toto scuto A. 7, 633.

umbra pro frondibus arborum G. 2, 297. *umbra viridis* E. 9, 20. — de mortui simulacro G. 4, 501. de visione nocturna A. 4, 571. de nocte et tenebris E. 8, 14. A. 2, 768. — cantantibus noxia E. 10, 75. nec minus frugibus E. 10, 76. *umbra magna* A. 2, 251. *umbrae* de densa umbra E. 10, 76. — i. q. coelum caliginosum G. 3, 357. — i. q. nox Cir. 215. — de Manibus A. 5, 81. — pro Orco A. 1, 547. umbrae eadem specie in Orcum descendunt, qua sunt ex vita decedentes A. 6, 495. — mentis A. 12, 669. — *maiores cadunt* E. 1, 84.

umbraculum E. 9, 42.

umbrare A. 3, 508. *umbrata tempora* (corona) A. 6, 772.

una — que A. 11, 864.

unanimus et *unanimis* A. 4, 8.

unctio mortuorum A. 6, 219.

uncum aratrum G. 1, 19. *uncae manus* A. 6, 360.

unda periphrastice A. 1, 618. *undam agere* i. q. undare A. 8, 257.

undare de fumo et flammis G. 1, 472. A. 2, 609. *undantia lora*, *undantes vestes* A. 5, 146.

unde i. q. a quo, a quibus A. 1, 21. 8, 71.

unguere tela A. 9, 773. unguuntur corpora mortua A. 6, 219. *unctus* i. q. immundus Cat. 5, 27.

unguis (*in unguem*) G. 2, 277.

univirarum laus apud Romanos A. 4, 19.

unus Comparativo adiectum A. 1, 15. — Superlativo adiunctum A. 2, 426. 7, 536. — omittitur iuxta *dies*, *mensis*, *annus* A. 11, 397. — i. q. communis A. 9, 453. Plur. numero A. 6, 642. *unus ante alios* A. 3, 321. — *ex multis* Cir. 91.

upilio (pro *opilio*) E. 10, 19.

urbs cum Genit. nominis proprii (*urbs Romae* etc.) A. 1, 247. 5, 52. urbes captas dii deserunt A. 2, 352. — per mulierum effigies repraesentatae G. 3, 30. urbium nomina neutr. cum epithetis femin. generis A. 6, 561. — — pro incolarum posita A. 2, 703. *urbi generum adsciscere* A. 11, 472. *urbis opus*, i. e. instar urbis A. 5, 119.

urere de amore E. 2, 68. — nostrum *ausdörren* G. 1, 77. — i. q. vexare, laedere G. 2, 196. A. 1, 662.

urguere intrans pro imminere G. 1, 443. — *aliquid*, i. e. totis viribus in aliquid incumbere A. 9, 489. — sine Acc. Obiecti G. 4, 290.

urna quaesitoris s. iudicis inferorum A. 6, 432.

ursa Libystis A. 5, 37. 8, 368.

ursi informes G. 3, 247.

urus G. 2, 374.

usque (*in Einem fort*) E. 9, 64. — cum aliis Praeposs. coniunct. A. 11, 317. *usque adeo* E. 1, 12. *usque cum* soloecum A. 10, 321.

usus pro ipsis rebus adhibitis G. 3, 135. — pro usu necessario E. 2, 71. — pro vivendi ratione Cul. 57. *in usum* G. 3, 313.

ut (*wie*) post Verba sentiendi et declarandi E. 4, 52. G. 1, 56. post *aeque*, *secus*, *pariter* cett. G. 2, 277. supplendum ex antecedente *ne* A. 1, 675. vel e Pronomine relat. G. 1, 320. habitum aliquem fortuitum indicans A. 7, 72. exclamantis E. 8, 41. graviter asseverantis A. 12, 206. indignantis Cir. 288. obliteratum A. 11, 269. *ut quid?* elliptice Cir. 294. *ut* iteratum G. 1, 135.

uti non legitur ap. Vergil., nisi ante Consonas A. 4, 402.

uti sorte sua A. 12, 932.

utilis pro fertilis G. 2, 150.

utrique de duabus rebus arcte coniunctis et simul agentibus (*utrae-*

verbena, herba E 8, 65.
verber, verber tortum pro flagello G. 3, 106. A. 7, 378.
verberare ictibus auras A. 5, 377. *imber verberat humum* A. 9, 669.
vereri cum Dativo Cir. 369. — de aliquo A. 9, 207.
Vergilius (rectius quam *Virgilius*) G. 4, 563.
vero ironice (*in der That*) A. 4, 93.
verrere mare A. 1, 59. 3, 208. 668. — et *vertere mare* confunduntur A. 3, 668. — de ventis G. 3, 201.
versare humum, terram G. 1, 119. — *oves*, i. q. pascere E. 10, 68. — *domos odiis* A. 7, 336. — *dolos* A. 2, 62. (4, 563.) — *se in vulnere* A. 11, 669.
versicoloria arma A. 10, 181.
versum marmor (i. e. mare) a *verrendi* Verbo descendit A. 10, 208.
versus i. q. series A. 4, 114. — *remorum* A. 5, 119.
vertere (*vortere*) pro avertere A. 1, 528. — pro evertere A. 1, 20. 2, 625. — pro se vertere G. 3, 365. — *retro* i. q. mutare A. 10, 7. — *crateras* A. 9, 165. (?) — *mare* (A. 3, 668.) — *terram* G. 1, 2. A. 7, 539. — *spicula* A. 5, 586. — *in* et *ad alqd* G. 3, 273. *vertitur caelum* A. 2, 250.
vertex an *vortex* apud Vergil. scribendum? G. 1, 481. A. 12, 673. — (*a vertice*) i. q. desuper G. 2, 310. — *caeli* A. 1, 225. — flammae A. 12, 673. — undarum G. 3, 241.
veru Sabellum A. 7, 665. *veribus* an *verubus* ap. Vergilium scribendum sit? G. 2, 396.
verum i. q. iustum, rectum A. 2, 141. 12, 694.
vesci aura i. q. vivere A. 1, 546. (3, 339.)
vescus G. 3, 175.
Vesper i. q. Hesperus E. 6, 86. — *ater* an *altus*? A. 5, 19. *Vesper accendit lumina* G. 1, 251.
vespertinus pro vespere A. 4, 303.
vestibulum G. 4, 20. A. 6, 273. 7, 181. — pro aditu A. 6, 556.
vestigare oculis A. 6, 145. — *aliquem* A. 12, 482. 588.
vestigia figere A. 6, 159. — *premere* A. 6, 197. — *relegere* A. 2, 754. — *torquere* A. 5, 547. — pro ipsis gressibus A. 3, 669. — pro plantis pedum A. 5, 566.
vestire genas flore A. 8, 160.
vestis scissa lugentium A. 12, 609. discrimen Sing. et Plur. ap. Verg. A. 12, 825. *vestes* i. q. stragula A. 1, 639. vestes ex naufragio servati diis suspendebant A. 12, 796.
veternus G. 1, 124.
vetor i. q. prohibeor A. 1, 39.
vetus i. q. pristinus A. 1, 23. 6, 419 *veteres* i. q. senes A. 5, 576.
via mortis G. 3, 482. *viam ire* G. 3, 77. A. 12, 386. — *evadere* A. 2, 731. — *invenire*, de fatis A. 3, 395. 10, 113. — *secare* A. 6, 900. 12, 368. *via secta* G. 1, 238.
vibrare verbum propr. de lingua serpentum A. 2, 211. *vibratus fulgor* A. 8, 524. *vibrati* (i. e. crispati) *crines* A. 12, 99.
viburna E. 1, 25. A. 11, 606.
vices pugnae A. 2, 433. — *sermonum* A. 6, 535.
vicia, leguminis genus G. 1, 227.
vicissim i. e. secundum vicissitudinem naturae A. 4, 80. — *inter nos* E. 3, 28.
victimae maiores, maximae G. 2, 146.
victor equus A. 9, 656. — *ignis* G. 2, 307. — *a populis* A. 8, 686. — i. q. voti compos G. 3, 9. A. 2, 329. 3, 439. 10, 409. 11, 565.
victricia arma A. 3, 54.
victrix Adiect. (*victrices lauri*) E. 8, 13. A. 2, 587. Add. — i. q. voti compos A. 7, 544.
videre pro experiri Cir. 248. imprimis de terribilibus A. 2, 499. passive (*geschen werden*) E. 4, 16. A. 1, 494. verbum propr. de somniis et spectris A. 2, 271. *viderit de hoc aliquis* A. 10, 743. *vides* parenthetice A. 6, 760. *viden' ut* cum Indicative E. 4, 52. *viden* (*satin*) et sim. num cum apostropho scribenda sint? A. 6, 780. videndi et audiendi verba confunduntur E. 9, 58. A. 4, 490. 6, 257. 8, 361. 529.
viduare i. q. orbare, privare A. 8, 571. *viduatus* i. q. carens G. 4, 518.
viduus a lumine mutandum in *vacuus a lumine* Cul. 373.
(*viere* i. q. vincire E 6, 24.)
vigil ut Adiectivum positum (*vigiles oculi*) A. 4, 182.
vigilare aliquid G. 1, 313. Cir. 46.
villicorum condicio A. 1, 28.
viminea scuta A. 7, 632.
vincere iter, viam cett. A. 6, 688. — *rem* A. 10, 370. — *flamma*, pro coquere G. 3, 560. — *precibus, donis* A. 3, 439. *victus vino, somno* cett. A. 9, 337. —, qui a proposito recedit G. 4, 491. — *animi* ibid.
vincla iugalia A. 4, 59. *vincula Ponto iacta* (i. e. pons a Xerxe Hellesponto impositus) Cul. 31. — pro moenibus Cul. 375.
vindemia pro uvis G. 2, 6.
vinearum satio G. 2, 259 sqq.
vinum Ariusium E. 5, 71. *Mareoti-*

cum G. 2, 91. *passum* 93. *Raeticum* 96. *Aminaeum* 97. *Tmolium* et *Phanaeum* 98. *Rhodium* 101. *odoratum* G. 4, 279. Cul. 75. vina pro vasis cum vini reliquiis A. 9, 319. vini varia genera G. 2, 89 sqq. vinum congelatum securibus caeditur G. 3, 364.
violae pallentes (Levcoje) E. 2, 47. — *nigrae* E. 10, 39.
violare de sacris i. q. A. 11, 255. — i. q. maculare A. 12, 67.
violaria G. 4, 32.
vipera G. 3, 416. 545.
viperea anima A. 7, 351.
vir pro marito A. 4, 192. de animalibus E. 8, 7. *virûm non memor*, pudoris immemor A. 9, 479.
virago A. 12, 468.
virecta (virta) A. 6, 638.
virga pro Mercurii caduceo A. 4, 242.
virgata sagula, *virg. vestes* A. 8, 660.
virgea flamma A. 7, 463.
virgo de feminis nuptis vel virum expertis E. 6, 47.
virgulta G. 2, 2.
viridis terrarum frugiferarum epitheton A. 3, 125. — *pallor* Cir. 225. — *senectus*, *iuventa* cett. A. 6, 304.
virosa castorea G. 1, 58.
virtus i. e. laus virtutis A. 6, 807. — *Telamonia* pro ipso Telamone Cul. 296.
vis i. q. magnus numerus et robur A. 4, 132. etiam defectum virium indicat A. 10, 857. *vim addere dictis* A. 2, 452. *vires*, i. q. virtus, fortitudo A. 7, 258.
viscera quidquid sub corio est A. 1, 211. — *solida* (holocausta) diis inferis sacrantur A. 6, 253. — pro corporibus Manium Cul. 214.
viscus s. *viscum* G. 1, 139. A. 6, 205.
visum est de deorum hominumque consiliis et decretis A. 2, 428.
visus i. q. visum (*die Erscheinung*) A. 3, 36. pro specie A. 11, 271.
vita recedit in ventos A. 4, 705. *vitam cum sanguine fundere* A. 2, 532. — *vivere* Cir. 294.
vitae rusticae laudes G. 2, 458. 475
vitales aurae A. 1, 388.
vitea pocula G. 3, 380.
vites arboribus maritantur E. 2, 70. G. 1, 2. vitium cultura G. 2, 259 sqq. — varia genera G. 2, 93. — positio G. 2, 277. — satio G. 2, 315. — pedatio et iugatio G. 2, 358. — putatio s. pampinatio G. 2, 362.
vitisator i. e. Bacchus A. 7, 279.
vitium pro vitiositate E. 7, 57. G. 1, 88. (pro crimine vitii A. 6, 807.)
vitrea Nympharum antra G. 4, 350.
vitrum aestivum pro poculis capacioribus Cop. 29.
vittae (*Minervae* cett.) A. 2, 168. 269.
vitulorum cura et usus G. 3, 157. vitula maior hostia in sacris ambarvalibus E. 3, 77.
vitulus, *vitula* pro iuvenca E. 3, 29.
vivae aquae usus in purgationibus A. 2, 718.
vivax cervus E. 7, 30. — *oliva* G. 2, 181.
vivere i. q. valere E. 8, 58. — i. q. vita frui Cop. 38. de stuppa, igni A. 5, 681. *vivendo fata vincere* A. 11, 160. *vixet* pro vixisset A. 11, 118.
vivida bello dextera A. 10, 609. — *virtus* A. 5, 754. 11, 386.
vivus (*vivus vidensque*) E. 9, 2. — i. q. nativus A. 1, 167. *vivi lacus* G. 2, 469. *vivum per ora ferri* et sim. de defunctis gloria celebratis A. 12, 235. *ad vivum* G. 3, 442.
vix adiuncto numero paucitatem indicat A. 1, 383. *vix — cum*, *vix — et*, vel etiam sequente in apodosi simplici Verbo sine Coniunctione A. 2, 172. 803. 3, 8.
Vocabulum idem post breve intervallum repetitum E. 6, 16. G. 1, 287. 2, 125. A. 1, 429. 2, 207. 3, 203. 5, 182. 6, 312. al. — cum vi iteratum A. 11, 453. — — — in gradatione E. 5, 44. — repetitum copulae vim sustinet E. 4, 6. A. 7, 75. 9, 777. — vario Casu bis positum A. 3, 159. 329. 4, 83. 5, 569. 584. 10, 338. 361. Vocabula similiter terminata coniunguntur A. 7, 230. — agriculturae transferuntur ad navigationem A. 5, 142. — cognata coniunguntur A. 9, 436. — similis soni coniuncta G. 1, 157. A. 10, 554. — iuncta, quae prope idem significant A. 1, 545. — ipso sono rem imitantia G. 1, 85. 378. — bisyllaba cum singulari vi in principio Versus posita E. 5, 21. 7, 50. A. 7, 80. — quadrisyllaba in fine Versuum E. 4, 48. — militaria Romanorum ad Aeneae tempora relata A. 10, 120. 328. 11, 463
vocare i. q. dicere E. 5, 23. i. q. provocare G. 3, 193. — pro invocare A. 3, 253. — i. q. excitare G. 1, 347. A. 3, 253. — i. q. invitare A. 3, 70. 9, 619. — verb. prop. de fatis A. 5, 656. 10, 472. — de rebus propinquis, imminentibus A. 9, 172. — *in aliquid*, i. e. in partes alicuius rei A. 3, 223. — *in artes* G. 2, 52. — *in vota* A. 5, 234. — *pugnas* A. 7, 641. — *vela*

Lipsiae, ex Officina Hundertstund & Pries.